


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
5 L
17

DN. ROFREDI BENEVENTANI, CAESAREI, PONTIFICIIQVE IVRIS PROFESSORIS CLARISSIMI, ET PRACTICORVM OMNIVM FACILE PRINCIPIS,

TRACTATVS IVDICIARII ORDINIS,

Diuisus in octo partes siue subtractatus,

Quorum PRIMVS est de Prætorijs Actionibus.
II. De Interdictis. III. De Edictis.
IIII. De Actionibus Ciuilibus. V. De Officio Iudicis.
VI. De Bonorum Possessionibus. VII. De Senatusconsultis.
VIII. De Constitutionibus, quibus violentiæ puniuntur.

In quibus Positionum, Libellorumq; materia exactissimè pertractatur.

Opus præterea Libellorum in Ius Pontificium, necnon LIIII. Sabbatinæ Quæstiones eiusdem Auctoris, recens additæ.

Omnia à mendis quibus scatebant innumeris, diligentissimè recognita.

Accesserunt Summaria, Indicesq; tam Rubricarum, quàm Rerum Sententiarumque locupletissimi.




COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote.
Anno M. D. LXXXXI.
Cum Priuilegio Cæsareæ Maiestatis ad sexennium.

SERENISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. ERNESTO, ARCHIEPISCOPO COLONIENSI,

SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPI ELECTORI, EPISCOPO *Leodiensi & Monasteriensi: Administratori Hildesheimensi, Frisingensi, & Stabulensi: Comiti Palatino ad Rhenum, vtriusq. Bauariæ, VVestphaliæ, Angariæ, & Bullionis Duci, &c. Domino suo Clementissimo.*



ONSIDERANTI mihi, Serenissime Princeps, omnes homines liberaliori præditos ingenio, summa ope niti decere, ne somno, ventrique dediti, vitam inertia transigant veluti pecora: sed vt spartam, quam nacti sunt, pro sua quisque virili, adornent, & in commune aliquid adferant atque efficiant, quo Christiani orbis Respublica iuuetur: operæpretium me facturum putaui, si honestam illam humanoque generi perutilem artem Typographicam, de qua illud Ioannis Antonij Campani distichon celebratur:

Imprimit ille die, quantum non scriberet anno:
Nunc paruo doctus quilibet esse potest.

& quam tùm pater meus, tùm etiam auus piæ memoriæ, aliqua cum laude exercuerunt: quotidiano vsu, quo omne artificium, vt Marcianus Iurisconsultus attestatur, incrementum recipit; expolirem, cultioremq; redderem. Cùm igitur maiorum meorum exemplo, auctores Latinos initio in politiorib⁹ literis, ex officina mea euulgassem: cœpi posteà diuersos in Iure Tractatus, Practicas, & Decisiones, prælis meis exprimere: & quam emendatissima omnia in publicum emittere. Quam meam operam non solùm studiosis, & qui in scholis versantur, verùm etiam Pragmaticis, & doctissimis quibusque probari, & gratam esse intelligens, stimulum ad maiora

(:) tentan-

tentanda mihi additum ratus, statui Germaniā nostram celeberrimorum et precipuorū Iurisconsultorum, quorum scientia, vt Fridericus Imperator inquit, totus illuminatur mūdus, & vita subditorum informatur, editionibus locupletare. Quamobrem cùm animaduerterē nulla iamdudùm prostitisse exemplaria D. Roffredi Beneuentani Iurisconsulti præstātissimi: eaq; passim à multis desiderari: nolui officio meo deesse, quin eiusdem celeberrimum Tractatum Ordinis Iudiciarij & Summam libellorum, tam ad Ius Ciuile, quàm ad Pōtificium pertinentium: necnon insigne Sabbatinarum quæstionum opus: exactissima recognitione sub incudem mitterem. Etenim si rectissimè à Baldo dictū putatur, leges in scholis ingeri, sed in foro & palatijs digeri, & effectum suum consequi: non existimaui me vtilius hoc tempore opus edere posse: quo & ij, qui in foro versantur, litibusq; agitandis & decidendis præsunt, & ij, qui in scholis adhuc theoriæ operā nauant, plurimùm possent adiuuari: cùm propter plenissimam omnis generis actionum & libellorum copiam & instructionem, quibus tam coràm seculari, quàm Ecclesiastica Iurisdictione, quotidianus & necessarius est vsus: tum propter vtilissimas & frequenter de facto occurrentes quæstiones, quas author noster Operi suo Practico adiunxit, & Sabbatinas nominauit, propterea quòd Sabbato tractatæ & recitatæ essent. Nam cùm antè ipsum, Pilei antiqui glossatoris quæstiones in scholis legerentur, quæ subtilitate magis verborū, quàm rerum vtilitate commēdabantur: quia nunquàm vel rarissimè in facto contingentes casus cōplecterentur: Roffredus hic noster de studiosa Iuris iuuentute optimè mereri satagens, quæstiones istas magna diligentia & labore composuit, & ex ipsa Praxi, & factis quotidiè obuijs desumpsit: vt statim à primordio studiosi eam viam ingrederentur, in qua vis & effectus omnis Iurisprudentiæ & Legum consistit. Vt enim sapienter à Celso dictum est: scire leges, non esse verba earum tenere, sed vim ac potestatem: quemadmodum et Iustinianus se non verbis sed ipsis reb⁹ leges imponere aliquoties protestatur: ita quoque precipuum Iurisconsulti munus atq; officium in eo verti-

vertitur, vt legem seu constitutionem aliquã ad factum seu casum propositũ rectè possit inducere, adaptare, applicare. quod ex quodam Modestini loco non insubtiliter obseruauit & annotauit Baldus. Quo in genere quantum pręstiterit, quantumque alios antecellat hic Roffredus noster, cõmuni ferè omnium Doctorum, præsertim veterum, & Practicorum, testimonio comprobari facilè potest. quippè cùm nullus, in ea materia quã ipse hoc Opere complexus est, frequentiùs ab omnibus citetur & allegetur, quàm hic author noster. Cuius laudes cùm ampliores sint, quàm vt à me decantari hoc loco possint: ipsummet lectoribus vt se operis vtilitate commẽdet, trado & permitto. Cæterùm hæsitanti mihi, cui potissimùm ex illustrissimis Germaniæ nostræ Principib9 Opus hoc diligẽter à me recognitum, & à plurimis mendis vindicatũ, & quod hactenùs Epistola dedicatoria caruit, nuncuparem & inscriberem: neminẽ inuenire potui, cui vel maiori iure deberem, vel pro ipsius operis pręstantia, aptiùs et conuenientiùs possem, hoc ipsum dedicare: quàm S.C.T. quæ aduersus inuidorum tela, tam Roffredum hunc nostrum, quàm etiam honestos conatus meos tueri, & defendere, suoq; illustrissimo patrocinio complecti non dedignaretur. Tanta enim est tua, Serenissime Princeps, erga Iustitiã & Iurisprudentiæ studia, sine quibus Respublica stare non potest, affectio & amor: vt doctissimi Legum Professores passim in alijs quoq; Academijs docentes non dubitauerint eam tanquàm singularẽ et admirãdam per publica scripta prædicare, cęterisq; Principibus velut illustre exemplum ad imitãdum proponere. Tanta quoque est tua erga subditos clementia: erga doctos & literatos viros beneuolentia: erga cæteros omnes humanitas & mansuetudo: vt te non solùm debita subiectione & reuerentia tanquàm Principem summo loco cõstitutum iure meritoq; obseruent & colant: verùm etiam vt Mecœnatem & optimum meritissimumq; patronum ament, & intimo cordis affectu prosequantur. Accedit eximia politiorum literarum atque artium scientia, ipsiusq; Iuris perfecta notitia, ex ipsis legibus, doctissimorumq; Iurisconsultorum libris hausta: vnà cum exacta variarum linguarũ peritia: & omnium

Philoſophiæ partium, cùm incredibili rerum maximarum vſu & experientia, coniuncta cognitio. Vt iuſtiſſimam de funeſto & calamitoſo hoc bello, (etiamſi aliĕ nō eſſent, quæ tamen ſunt quamplurimæ) habeamus cōquerendi cauſam: quòd illius iniuria fiat, quominùs tantarū ac tot virtutum (vt cæteras interim ſilentio præteream) beneficio gaudere & perfrui liberè poſſimus. Vera eſt antiqui Poetæ exclamatio.

Nulla ſalus bello: pacem depoſcimus omnes.

Sed præter enumeratas iſtas, quę quodammodò publicę, multisq; communes ſunt, dedicandi huius Operis rationes: alia eſt magis ad me pertinens, magisq; propria, et nō minori à me laude proſequi digna: quod videlicet, ante annos plus minus quatuordecim, cum S.C.T. Coloniæ nobiſcum eſſet, ad eamque per nobilem ac Clariſſimum virum D. Dandorfferū, S.C.T. Conſiliarium intimum, D. Gualtherus Fabricius piæ memoriæ Vitricus meus, vnà mecum, adducti eſſemus, ſummam clementiam, gratiam, atq; beneuolentiam, licèt indigni, à S.C.T. experti, eaq; velut familiariter non ſemel vſi ſumus. Quo nomine vt me perpetuò ſubiectiſſimæ obligationis vinculo, ergà S.C.T. teneri ſentio: ita futuros aliquandò ſpero viros doctos atq; literatos, qui ſingulares illas præſtantiſſimasq; virtutes tuas, debito laudis præconio, cui imparē me agnoſco, ſint proſecuturi. Accipe itaq;, Princeps Sereniſſime, placido vultu, leuidenſe hoc & chartaceum munus, & qualecumq; ſummæ erga S.C.T. obſeruantiæ meæ teſtimonium: idque ab inuidorum maleuorumq; hominum morſu, autoritate tua tuere ac defende: dedicationemq; hanc meam, ſolita & innata benignitate, in meliorem partem interpretare: & me, meosq;, in perpetuam fidem, clientelamque tuam commendatos habe, & clementi fauore complectere. Vale Sereniſſ. & Reuerendiſſ. Princeps: & nobis omnibus, ac in primis almæ Iuriſprudentię, & vniuerſæ Reipub. literariæ, quàm diutiſſimè incolumis viue. Dat. Agrippinæ, 4. Septemb. Anno XCI.

S. C. T.

Humillimus Cliens

Ioannes Gymnicus Typographus Agrip.

INDEX RVBRICARVM
SEV ARGVMENTORVM TRACTATVS ORDINIS IVDICIARII DN. ROFREDI BENEVENTANI, SECVNDVM ORDINEM ALPHABETICVM.

A.

D.

E.

F.

H.

I.

L.

M.

O.

Finis Rubricarum ordinis iudiciarij.

INDEX RVBRICARVM
SEV ARGVMENTORVM OPERIS LIBELLORVM IN IVS PONTIFICIVM DN. ROFREDI BENEVENTANI, SECVNDVM ALPHABETICVM ORDINEM.

A.

C.

D.

E.

F.

H.

I.

L.

De spon-

V.

INDEX ARGVMENTORVM SABBATINARVM QVAESTIONVM D. ROFREDI BENEVENTANI.

QVAESTIO I.

dico

Indicis Rubricarum seu Argumentorum Finis.

TRACTATVS AVREVS ORDINIS IVDICIARII DN. ROFREDI BENEVENTANI, TVM IVRIS CAESAREI, TVM PONTIFICII PROFESSORIS EMINENTISSIMI, AC TOTIVS PRACTICES FACILE PRINCIPIS.

1 *Natura multis nouitatibus de nouo vtitur.*
2 *Morbi causam qui non intelligit minimè curare potest.*

PROOEMIVM.

Si considerarem ingenium & scientiæ meæ propriæ facultatem, non essem ausus tam grande & arduum opus aggredi: cùm sim multùm insufficiens: & vt simplex, & labijs circuncisus: sed illius misericordia et protectione confisus, qui linguas infantium facit esse disertas: qui dat cunctis affluenter, & non improperat: qui ait, cùm steteritis ante Reges & Præsides nolite cogitare quid loquamini: non enim estis vos, qui loquimini: sed Spiritussanctus qui loquitur in vobis. Ipse os meum tetigit forcipe, quam tulerat de altari: vt per me tanquam per organū libellorum materia panderetur: & qualis sit ordo solitus, qui in iudicijs frequentatur. & sic nō
1 nouā rem aggredior, cùm à multis peritissimis res ista sit hactenùs agitata: quorum non sum dignus corrigiam calceamēti soluere. † Verùm quia natura quotidie multis nouitatibus vtitur: & de nouo noua quotidie procreantur, vt in auth. de [illegible] col.6. Ideò quæ desunt suppleam [illegible] in aliqua de prædictis: nam dixeris egregie [illegible] si calida verbū reddiderit iunctora nouum [illegible] dicat aliquis, tractare non expedit quod à sapientibus tam multis est tractatum. Sed si varietatem causarum conijciunt, non facilè ad culpam venient: si varietatem rerum examinent, & ea quæ ex inopinato emergunt non esse ab alijs pertractata, præsens opusculum non culpabunt, vt in auth. vt defun. seu fun. col.5. in prin. & scriptum est alibi. Omne artificium per caeteritū suscipit incrementum: quia vel omnes adhuc addiscere possint, vt ff. de lega 3 l. legatis seruis §. ornatricibus. & si pedem alterum in sepulchro tenerem: tamen addiscere vellem, si possem. ff. de fideicom. libert. l. apud Iulianum. Verùm quia credidi quandam summā a quodam perito de libellis compositam sufficientem esse ad hoc, vt sciret quis libellum concipere super actionibus proponendis: quam summulam insufficientem reputo: nam aut est ita peritus quis in legibus, quod sciat sibi specialem actionem competere: & sic de facili sciet formare libellum: aut ignorat sibi actionē competere: & tunc per illud opus non potest instrui qualiter sit concipiendus libellus,
2 cùm actionem ignoret. † Qui enim causam morbi ignorat, quomodo curabit? nam non intelligenti nulla est curatio morbi [illegible] bella difficiles de facto quotidie emergentes sunt in [illegible] opere pertractati: quia quodammodò est d[illegible] scient libellos difficiles bene componere, & ordinem iudicij pertractare, etiam si alias sit bonus in legibus, nisi in causarum exercitio conuersetur. Ideo ego Rofredus Beneuentanus iuris ciuilis professor ad preces & instantiam sociorum meorum nobilium de partibus Tusciæ, cum essem in ciuitate curialissima nobili Aretina, ausus sum opus de libellis & ordine iudiciorum componere: non confidens de meritis nec de scientia: sed de sola gratia creatoris: cuius nomen omnipotentis inuoco: vt donet principium: quia ipse est principium: concedat et medium: & per eum præsens opusculum fine laudabili concludatur. Præsumam ergo præsens opus incipere ea commentarijs antiquorum, & præcipue D. Ioan. & D. Pilei supplendo illa quæ ipsi in eorum libellis disputatorijs reliquerunt. Cesset ergo liuor, & inuidia repellatur: poterit enim in hoc opere indoctus arcta iudicia Doctorum intueri: siue errans & dubitans circa conceptionē libelli, poterit pleniùs edoceri qualiter sit concipiendus libellus, & quæ actio competat. sciet etiam cætera iudicij pertractare.

Incipit materia omnium Rubricarum vsque ad libellos qui fiunt super quibuslibet actionibus.

TRactaturus ergo de libellis & ordine iudiciario. Et quia libelli dantur in iudicijs coram iudice vel arbitro. Ideo in primis videndum occurrit. Quid sit iudicium. Qui possint esse iudices ordinarij vel delegati. Quæ causæ possint delegari. Vtrùm recusetur ordinarius. Verùm recusetur delegatus. Verùm causa suspitionis sit iuferenda. Qualiter concipiatur libellus super recusatione vtriusque. De aduocatis. Do personis litigantium: & qui pro se possint agere. & qui non. Qui pro alijs possint agere. & [illegible] bus causis. Qualiter iudicium declinetur [illegible] rum & ratione fori. Qualiter incipiatur iudicium, & de summa libellorum. Quid sit libellus. Quot modis concipiatur libellus. In quo loco offeratur. Apud quem offerri debeat. A quo offeratur & cui. In quibus causis offeratur libellus. Quæ debeat continere libellus. De actione edenda. De causa agenda. De rebus petitis vtrū debeant in libello comprehendi. De actione generali. Et de actione speciali. Vtrùm libellus possit mutari. Vtrùm possit emendari. De effectu libelli oblati. Qualiter libellus sit concipiendus super qualibet actione. Istæ rubricæ quæ sequuntur non sunt in principio, sed erunt in fine. Et qualiter iudicium postea terminetur. Et sic videbimus qualiter agat actor, & reus qualiter se defendat. Et qualiter iudex debeat iudicare. Et qualiter appelletur: & quando non appelletur. Et qualiter sententia sit executioni mandanda.

Quid sit iudicium.

1 *Actor & reus soli contendunt: testes autem nequaquam.*

IVdicium est actus trium personarū, scilicet, Actoris, Rei, & Iudicis: licet enim testes vt necessarij aliquandò producantur & etiam instrumenta, vt ff. de testibus, l.1. & C de dilat. l.1. tamen quia iudicia sine testibus multotiens explicantur: ideò sufficit prædicta diffinitio. Quidam tamen diffiniunt. Iudicium est actus trium personarum sub iudice confitentium: & sic concluditur persona Actoris Rei & testis. Sed horum diffinitio non placet: † solus enim actor & reus contendunt: testes enim non contendunt. Vnde meliùs posset ita diffiniri. Iudicium est legitimus actus triū personarum 1

sonarum super pecuniaria vel criminali causa contendentium: contendit enim iudex, vt veritatem inquirat, contendit actor, vt reus sibi condemnetur: contendit reus vt absoluatur, 30. quæst. 5. iudicantem. & [illegible] 4. cap. 1. Vel posset diffiniri. Iudicium est causa in [illegible] do posita, cum certarum personarum interuentu, Actoris, Rei, & Iudicis: & hæ omnes diffinitiones possunt ad arbitrium pertinere.

Qui possint esse iudices ordinarij, vel delegati. Rubrica.

1 *Iudices clarissimi, spectabiles, illustres, superillustres qui esse dicantur, cum plu. seq.*
5 *Index ordinarius quis dicatur, & quis delegatus nu 6.*
7 *Delegatus à principe, à delegato ab alio in quo differant.*
8 *Delegatus si moriatur, an delegati iurisdictio finiatur.*
9 *Ordinarius à delegato in quo differat.*
10 *Delegatus ab alio, an delegare possit.*
11 *Ordinarius nec delegatus quis in causa sua esse potest.*
12 *Iudex an possit esse pater in causa filij, vel econtrario.*

IVdices possunt esse omnes, nisi legibus reprobentur. Reprobantur autem multis de causis, vt ff. de iudic. l. cùm prætor. & notat plenè dominus meus Azo in summa de iudicijs. circa principium. Verum [illegible] cum quidam sunt clarissimi: Quidam spectabiles: Quidam illustres: Quidam superillustres: Quidam ordinarij:
1 Quidam delegati. † Clarissimi sunt, quos maiores iudices appellamus, vt præsides prouinciarum, vt in auth. de nō alien. aut permu. rer. ec. §. vlti. col. 2. & omnes defensores ciuitatum & magistratus municipales, si [illegible] un. ordinarij clarissimi appellantur, vt C. de epi[illegible] & c[illegible]
2 l. raptores. † Spectabiles sunt, quos mediocres app[illegible] mus vt magister officiorum. Comes rerum priuata[illegible] & Comes Orientis, non tamen Comites nost[illegible] temporis, illos enim clarissimos reputo. Prætor, consu[illegible] præfectus vigilum, vicarij & Duces, & præfe[illegible] Aegyp[illegible]. & sic maior est Dux quàm Comes, cùm D[illegible] sit [illegible] bilis, Comes clarissimus. probantur hæc [illegible] .& cleri. l. raptores. ff. de offi. præfecti vig[illegible] in.
3 † Illustres sunt, quos maximos iudices appellamus, præfectus vrbis, magister militum, quæstor sacri palatij, præfecti prætorio, siue Orientis, vel per Illyricum, vel per comitatú, senatores, licèt omnes superillustres dicant senatores. probatur hæc C. de appel. præcipim[illegible]. & C. de Episco. & cleri. l. raptores. ff. de senator. l. vlt. in
4 auth. de appel. & intra quæ tempo. §. ad hæc. † Superillustres autem sunt, Imperator, patricius, vt C. de consul. libr. 12. l. nemini. & in auth. vt ab illustribus, & quæ super eam dignitatem. col. 5. & C. de Episco. & cleric. l. cum clericis. Omnes tamen iudices possunt appellari clarissimi. argum. ff. de senato. fœminæ. Hi omnes prædicti ordinarij sunt, & omnes habent merum imperium, exceptis defensoribus ciuitatum, & magistratibus municipalibus, vt ff. de offi[illegible] io præfecti vrbis [illegible] & ff. de offic. procons. & legat. l. obseruare. cum legibus sequentibus. & ff. ad municipales. [illegible] magistratus municipales. leuia enim crimina tractantur per defens[illegible] ciuitatum, vt in authen. de defensoribus ciuitatum. §. audient. colum. 3 & de mandatis principum. [illegible] §. quòd si delinquētes. Sic ergo potestates nost[illegible] temporis merum imperium sibi vsurpant, scilicet amputantes capita, & imponentes membri abscissionem. Omnes ergo prædicti sunt ordinarij. Sed & illi domini or[illegible] nar[illegible] qui ab Imperatore vel Papa sunt ordinati & ab [illegible] is habent iurisdictionem vel indefinite vel generaliter [illegible] si enim ad vnam causam sit delegatus, non [illegible] it ordinarius, sed delegatus. Sed Papa interdum eligit, interdum electionem confirmat, vel etiam Imperator. Populus etiam dat ordinariam iuri[illegible] onem. C. [illegible] d uoca. diuer. iudic. l. si quis de m[illegible] atis. & C. de de[illegible] o-ribus ciuita. [illegible] defensores. & in authen. de defenso. [illegible] uita. colum. 1. §. de cæte o. & C. [illegible] emanc[illegible] Vnde iudices electos hodie de consuet[illegible] e [illegible] un[illegible] m quod anouatim eliguntur in ci[illegible] itati[illegible] us [illegible] nm
5 bardiæ, puto ordinarios esse. [illegible] Is ergo dicitur ordinar[illegible] s qui iuris[illegible] ctionem habet à Papa, vel ab Imperatore. vel [illegible] populo, vel lege, vel consuetudine, vt ff. de [illegible] dict. omn. iudic. l. more maiorum. & l. & quia.
[illegible] Delegatus autem is est, cui causa committitur cognoscenda, nec refert a quo committatur, an à Princip[illegible], vel ab alio qui iurisdictionem habet, vt ff. de offic. eius cui manda. est iuri[illegible]. per totum. & C. de iud. l. à iudice. & ff. de iurisd om. iud. l. solet prætor. & C. qui pro sua iurisdi[illegible]. iudi. dare, dareve possunt l. in causarum Et ita demum valet delegatio, si causa illa quæ delegatur, & persona illa cui delegatur ad iurisdictionē pertineat delegantis, vt in prædi[illegible] a l. in causarum. C. qui pro sua iurisd. in fi. & est ratio, quia extra territorium ius dicenti impunè non paretu[illegible], vt ff. de iurisd. om. iud l. vlt. Et ita demum tenet missio vt creditores mittantur in bona, si locus vbi debet fieri missio, ad iubentem pertinet, vt ff. de bonis autho. iud. poss. l. cùm vnus. §. is qui. † Refert 7
tamen inter delegatum à Principe & delegatū ab alio. nam delegatus à Principe delegat, delegatus ab alio nō. vt C. de iudi. l. a iudice. nisi dicas casuale in legato proconsulis, secundùm vnam lecturam, in qua deest, non. vt ff. de offic. proconsul. & leg. l. legatus mandata. Item omnis delegatus ab alio, dicitur pedaneus præter delegatum à Principe, vt C. de pedaneis iudi. l. 1. & in auth. vt defuncti seu fune. eorum. §. illud etiam. col. 5. & quare? quia iusta est ratio, ideo enim omnis delegatus dicitur pedaneus præter delegatum à Principe, quia nullā iurisdictionem habet à se, ideo delegare nō potest, sed delegatus à Principe habet aliquā iurisdictionem: ideo & delegare potest, sicut dictum est. Vel potest distingui, vtrùm delegatus faciat coram se litem contestari, & tunc à quolibet sit delegatus, ite delegat. cæterùm ante litem contestatam non, nisi sit delegatus à Principe ad instar procuratoris, qui ante lit. contest. non dat procuratorem, post litem sic, vt C. de procur. l. neque. & l. procuratoribus. Et sic consueuit hæc distinctio fieri † Quotiens moritur delegans, vtrùm sit finita iuris- 8
dictio delegati, sicut contigit mortuo Papa Innocentio nam videtur finita, cùm mandatum re integra, morte finiatur, vt C. mandati. l. mandatum. & res dicitur integra ante litem contestat. in authent. de litigio. coll. 8. §. si verò apud iudi. licèt in delegato a Papa vel Imperatore posset dici contra: quia facta delegatione, ex sola delegatione habet iurisdictionem propriam, sicut dictum est. † hæc est ergo differentia inter ordinarium 9
& delegatum, quia ordinarius delegat, delegatus non nisi à principe delegetur, vt ff de offi. eius cui mandata est iurisdict. l. vlt. & ff. de iurisd. omn. iud. l. more. & C. de iud. l. à iudice. & ff. de iudic. l. cùm prætor. §. 1. Licèt quidam dicant, & malè, quòd lex illa C. de iudi. l. a iudice. corrigatur per authen. vt defuncti seu fune. colla. 5. & est signata in lege illa quæ incipit, ad hæc. licèt malè dicunt, quia authen. loquitur quando delegatus volebat omnia iudi[illegible] delegare, & sibi sententiam reseruare. hoc prohibetur iure nouo, sed si vult ex toto delegare, potest. & ita non corrigitur lex antiqua. quod enim non mutatur, quare stare prohibeatur. C. de testamen. l. [illegible] ancimus [illegible] Vtrùm autem ab alio delegatus pos- 10
sit delegare, quidam distinguunt, vtrùm sit delegatus ad vniuersitatem causarum: & tunc de illis vnam delegare potest, non tamen totam iur[illegible] ionem, quam habet demandatam an ad vnam sit [illegible] legatus. & tunc [illegible] lā non del[illegible] at. & sic [illegible] ff. [illegible] l. cum prætor. ff. de offic. p[illegible] oconsu[illegible] [illegible] m vtr[illegible] nque lecturam. & ff. de n[illegible] da[illegible] let. & ff. [illegible] d[illegible] n. om[illegible] iudic. l. imper[illegible] & l. mor[illegible] & l. solet. Potest delega[illegible] v[illegible] ersitas ciui[illegible] um tot[illegible] vel pars sicut de facto conting[illegible] [illegible] a[illegible] us in potestatem Aretinam, ipse non potest interesse semper, alij c[illegible] m[illegible] it vices suas, sicut fit sæpe in [illegible] cia & in Lombar[illegible] a. hic talis cui committuntur vices potestatis recte [illegible] m delegat ad aliquam [illegible] m: quia in illa iu[illegible] ne demadata inest iur[illegible] ictio [illegible] cet iudicia dan[illegible] [illegible] entia, arg. ff. de iu[illegible] d. om. iu. [illegible] n fin. vbi autem [illegible] el[illegible] atur pars iuri[illegible] dicti[illegible] n[illegible] ib[illegible] atia. Est modo dominus Arethus pote[illegible] las A[illegible] us [illegible] elega[illegible] per co-
nuitatum

mitarum Aretinum quendam loco sui: sic aliquem iudicem delegat. Delegatur causa singularis: pone, dominus potestas habet causam coram se, tunc delegat alicui Doctori. hic delegatus alij non delegabit, sicut dictum est.
12 † Sciendum est tamen, quod nec ordinarius, nec delegatus erit quis in causa sua: siue sit sua ab initio: siue ex post facto, vt C. ne quis in causa sua iudicet, l. 1. & ff. de iud. Iulianus ait, si alter. Item non erit iudex in qua est assessor, vt C. de assess. l. nemo. Itē non erit iudex si fuerit aduocatus in causa illa, vt ff. de iurisdict. omn. iud. l. prætor. Item illi non erunt iudices, quorum
13 societas habetur, vt ff. de iud. l. cùm prætor. QVAESTIO. † Sed an possit esse iudex pater in causa filij, vel econuersò: filius in causa patris quæritur. Dominus Pileus distinguit, vtrùm sit delegatus, & tunc potest, vt ff. de iud. l. in priuatis. an sit ordinarius: & tunc non erit iudex, nec filius, nec hi quos secum habet, vt ff. de iu. om. iu. l. qui iurisdictioni. nisi vsque ad contestationem litis, vt ff. de offi. præsi. l. senatusconsul. Sed quæ est ratio? Respon. Delegatus fungitur munere delegantis, & non suo, vt ff. de offi. eius cui mandata est iur. l. 1. item. & ideò est præsumptio quòd iudicet delegatus sicut & delegans. argu. ff. de offic. præfect. præto. l. 1. at ordinarius fungitur munere suo, vt ff. de iurisd. om. iudi. l. more. & ideò est præsumptio, quòd non bene iudicaret. Alij distinguunt, vtrùm causa sit criminalis: & tunc nec filius patri: nec pater filio: nec affinis etiam, vt ff. de iniu. l. lex Cornelia. & in eo casu intelligunt. ff de iurisd. omn. iu. l. qui iurisdictioni. Si verò sit ciuilis potest, vt ff. de iudi. l. in priuatis. Sed quæ est ratio? Respōsio in promptu est: quia in causa criminis maius periculum est: & ideò maius consilium apponendum, arg. ff. de Carbo. edict. l. 1. in causa enim sanguinis plerumque persona patris capit consilium pro liberis, vt ff. ad leg. Iul. de adulte. l. neq; in ea. & ideò remouentur pater & filius, & etiam affinis. Domino autem meo respondetur sine distinctione causæ, quod pater filio & econuersò possit esse index: vt ff. de iud. in priuatis. verùm recusari potest, vt ff. de iurisd. omn. iu. l. qui iurisdictioni. & ff. de iniurijs. l. lex Cornelia. Is enim recusatur, qui iudex esse potest: nec interest verùm sit ordinarius, an delegatus: quia quantum ad ius publicum non sequitur filius ius potestatis, vt ff. ad Trebell. l. nam quod. & ff. quod cuiusque vniuers. l. item eorum. Mihi autem videtur distinguendum vtrum iuris dictio sit contentiosa: & tunc potest esse iudex, & recusatur: si autem sit voluntaria, tunc potest esse iudex, & non recusatur, vt ff. ad Treb. l. nam. & ff. quod cuiusque vniuersi. l. item eorum.

Quæ causæ possint delegari, & quæ non. Rubrica.

1 *Imperij meri quæ sunt, non delegantur.*
2 *Imperij mixti an sit causa liberalis.*
3 *Meri imperij an esse dicatur causa restitutionis in integrum.*
4 *Bonorum possessio, an delegari possit.*
5 *Causæ quæ cognitionem desiderant: an per libellum explicari possint.*

QVia diximus de iudice delegato, & crederet fortè aliquis, quod omnes causæ possent delegari: ideò videamus quæ causæ possint delegari. Nam si sciuerimus quæ causæ non possint delegari: per consequentiam sciemus quæ causæ possint delegari. nam si sciuerimus quæ sint in potestate: per consequentiam sciemus qui sint alieni iuris, vt In sti. de his qui sui vel alieni iuris sunt. in princip. l. & ff. cod. contrariorum enim hæc est natura, quod probato vno restat probatum reliquum: nam si probaretur rē meam esse, per cōsequentiam probarem tuam non esse, vt ff. de procur. l. Pomponius. in princip. Ecce enim non delegatur causa liberalis, vt C. de pedan. iudi. lib. l. placet. Item nec causa criminalis, quia pertineat ad merum imperium, non delegatur, nisi quando contingit præsidem proficisci: vt ff. de offic. eius cui mandata est iurisdict. l. 1. & ff. ad municip. l. ea quæ ad merum imperij. vnde & propterea arbiter de causa criminali non cognosceret, vt ff. de arbit. l. non distinguemus. Cognitio autem suspecti tutoris demandatur. & transit cum generali iurisdictione demandata, & hoc propter vtilitatem pupillorum, vt ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. cognitio. delegatus licet cognoscat, non tamen pronuntiabit, sed iudex ordinarius tantùm, vt ff. ad Turpil. l. 1. §. suspecti. Et idem puto in criminali quando contingit præsidem proficisci, quod delegatus cognoscet, non tamen pronuntiabit, vt ff. de offic. procons. l. solet. & in auth. de col. & alijs. ca. § prohibemus. col. 9. nisi sit vicarius electus authoritate Principis in locū præsidis. ille enim cognoscit vt præses, vt C. de offic. eius qui vicem alte. l. suggerente. licèt quidam dicant, quòd lex illa loquatur in vicario: vnde dicunt quòd maioris est authoritatis quàm delegatus. Sed in cognitione suspecti legatus proconsulis potest pronuntiare, vt Insti. de suspect. tuto. in prin. quod dicunt quidam speciale in legato proconsulis, qui habet multa specialia, & quia iudex ordinarius est, & de omni crimine cognoscit. & specialiter intitulatur de eo legato potiùs quā de alio.
† Et sic not. regulam generalem, quòd illa quæ sunt meri imperij non delegantur, vt ff. de off. eius cui mand. l. 1. & ff. de off. procons. l. nec quicquam. §. omnia. & ff. de off. præs. l. omnia. & l. vbicunque. Sed regula illa fallit hodie in tribus. Primò, quia præses necessitate aliqua impeditus mittere potest aliquem ad prouinciam sibi decretam: qui omnia potest explicare, & omnia sunt sibi commissa præter membri abscissionem & vltimum supplicium, vt in authen. de coll. & alijs cap. §. ad hæc. col. 9. quam auth. quidam volūt male trahere etiā postquam præses in prouinciam venerit, quod litera illa nō patitur. nam loquimur quando præses in prouinciam nondum venerat. Secundo, quia demandare potest ea proconsul quæ sunt de mero imperio quantum ad cognitionem, vt ff. de off. procons. l. solet. Tertiò obtinet, quia si iudex fuerit in locū mortui subrogatus, poterit omnia expedire, vt C. de off. eius qui vicem alicu. ger. l. suggerente. Sed ille nō dicitur habere delegatam iurisdictionem, sed potiùs commendatam. Sunt autem illa meri imperij quæ delegari nō possunt: animaduertere in facinorosos homines, & corrigere delinquētes, in carcerem & vincula mittere. Arg. contra hoc in authen. de defens. ciui. § audient. in prin. Item nec tempore sui magistratus possunt agere vel cōueniri, vt ff. de in ius voc. l. 2. & ff. de iud. l. 2. & l. pars literarum. Minores verò magistratus rectè conueniuntur tempore sui magistratus, vt ff. de iniur. l. nec magistratus. Itē quòd coram eis potest fieri venditio prædij minoris. Item trāsactio alimentorum, vt ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. l. 1. & ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. l. 1. & ff. de trans. l. cùm hi. Item vt fiant testamentorum insinuationes olim, licet hodiè non sint meri imperij: quia possunt insinuari coram defensore, vt in auth. de defen. ciui. col. 3. §. non habentes. Item iubere, cauere prætoria stipulatione, & in possessionem mittere re ipsa, vt ff. de iurisd. om. iu. l. iubere. licèt istorum cognitio possit demandari, vt ff. de off. eius cui mand. l. cognitio. Item non delegantur ea quæ sunt mixti imperij, vt ff. ad munic. ea quæ. Sed huic regulæ derogatur de duobus casib. Primò circa dationem tutoris, vt ff. de tut. & cur. datis ab his. l. ius dandi. & l. & ff. de Attiliano tutore. & ff. de admin. tut. l. Lucius Titius testamento. opposito. Sed contra ff. de tut. & cur. dat. ab his. l. nec mandante. Respond. quod ibi dicitur quod alius dari non potest: subaudi, qui non sit de iurisdictione præsidis demandantis, si enim sit de iurisdictione præsidis demandantis, de iure demandatur, & hoc propter vtilitatem pupillorum, sed hodie defensores dant tutores secundum solennitatem, Instit. de Attilia. tut. §. nos autem. Secundo derogatur in causa restitu. & hoc propter vtilitatem minorum, quæ & olim poterat generaliter delegari, & hodiè specialiter & generaliter delegatur, vt C. vbi & apud quos datur restitutio. l. vlt. in fi. Si ergo delegatur, ergo habeat eā magistratus municipalis. Sed contra arg. ff ad munic. l. ea. Respond. est mixti imperij sed tamen magistratus munic. eam non habet, nisi ex delegatione, vt C. vbi & apud quem. l. vlt. in fi.

Sic per ea quæ dicta sunt patet apertè, quòd dicitur res esse meri imperij vbi tractatur de iudicio sanguinis, vel puniuntur delicta quæ delegari nô possunt. Res dicitur mixti imperij quæ delegari non potest: hoc enim habet à mero imperio, quia ibi venit cognitio pecuniaria, & hoc est iurisdictionis: & ideo res tales sicut superiùs dixi, dicuntur mixti imperij. Res dicitur iurisdictionis quæ delegari potest indifferêter, & agitur ibi de pecuniario cômodo. Sed sunt quæ illæ: Resp. omnes
2 aliç exceptis prędictis quas superius diximus. †QVAESTIO. Sed quæritur de causa liberali verû sit mixti imperij. Quidam dixerunt quòd sit meri imperij. quia de animaduersione tractatur, putà de seruitute, quç seruitus mortalitati côparatur, vt ff. de regu. iur. l. seruitutê. & in auth. de nup. col. 4. §. si verò decretû indiciale. Sed
3 puto quòd sit mixti imperij. †QVAESTIO. Item quæritur de causa restitutionis, an sit mixti imperij. Respon. sic, quia non delegatur, vt ff ad munic. l. ea. item quia desideratur maxima causæ cognitio, vt ff. de in integ. restit. l. omnes. sed hodiè derogatum per l. Iusti. sicut dictum est. Et intelligas omnia illa quæ excellentiæ causa præsidibus per legem aliquam cômittuntur, & demandari non possunt, & non continent animaduersione[m] [illegible] nt mixti imperij, vt datio tuto. et alia, sicut super[ius] [illegible] ximus, licèt enim illa habeat quis à mero imperio, sunt tamen mixti imperij, quia delegari nô possunt. & quia
4 ibi est cômodum pecuniarium. QVAESTIO. † Si tu quæras an bonorum possessio possit delegari: distingue. aut quæris de illa bonorum possessione, quæ ius tribuit, sicut sunt bonor. pos. secun. tab. contra tabulas, vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, vnde vir et vxor. & etiam septima extraordinaria, sicut nota. in summula de bon. poss. quòd enim bonorum istç possessiones tribuât ius, habes ff. de bo. pos. l. 3. §. bonorum possessio. & tunc illæ non delegantur, quia maxima desiderabitur solennitas in petendis bono. poss. Hodiè tantùm putat d. Bulgarus, quòd delegari possint. nam nulla desideratur solennitas, vt C. qui admit. ad bo. pos. possint, l. vlti. C. de cur. furi. l. vlt. Si verò sit bonor. pos. quæ facti est, vt Carboniana, & illa quæ datur mulieri nomine ventris: & illa quæ datur legatario nomine legati sub conditione relicti: Illa etiam iure veteri & hodie delegantur, vt ff. de offi. eius cui mand. l. cognitio. In causa tamê damni infecti nota casuale, quia demandari potest, & quia habet eam magistratus munic. etiam vt mittat in poss. re ipsa ex 1. decret. & hoc propter celeritatê, vt ff. de dam.
5 infect. l. 1. OPPOSITIO. †Sed opponitur. nâ videtur quòd nulla causa possit delegari, nam omnia quæ causæ cognitionem desiderant, non possunt per libellum explicari. i. demâdari, vt ff. de off. procô. l. nec quicquâ. & de reg. iur. omnia. at nô est aliqua causa in qua causç cognitio nô desideretur. ergo nulla causa delegabitur. Respô. vbicunq; desideratur causæ cognitio, aut desideratur plena, aut semiplena. Item aut illa cognitio debet expediri per officium iudicis, aut iure actionis Si desideratur plena causæ cognitio, & expeditur per solum officium iudicis, vt bonorum possessio, quç ius tribuit, vt ff. de bo. poss. l. 3. §. pen. Item restit. in integr. in qua desideratur maxima causæ cognitio, vt ff. de in integ. resti. l. omnes. quæ restitutio debet concedi solummodò per officium iudicis, vt ff. de mino. l. quòd si minor. §. si. Itê [illegible]actio alimentorum, vt ff. de transact. l. cùm hi. Ista talia non demandantur, licet fallat in datione tutoris, & causa resti. vt dictum est. Si verò desideratur semiplena causæ cognitio, & expeditur res illa solo officio iudicis, vt in carboniana bo. pos. vt ff. de carbon. bo. poss. l. 3. tunc potest demandari. Si verò petitur aliquid iure actionis, licèt in omnibus actionibus desideretur causæ cognitio, tamen demandari possunt. Se[d] licèt ea quç sunt meri imperij vel mixti non pos[s]int delegari: ea tamen quæ sunt cohærentis imperij vel iurisdictionis, transeunt & delegantur, sicut modica coertitio, vt ff. de offi. eius cui manda. l. vlt. & ff de iur[isd]. om. indi. l. 1. & l. magistratibus. Item & de cohærent[i] imperio habent, vt pronuntient aliquem in poss. mitte[n]dum, sed [n]ô mittunt, sicut tota die de facto videmus fieri. & hoc dicit l. C. de iud. properandum. §. sin autem. Item, vt exequantur sententias arbitrorum, & iudicum delegatorum, vt ff. de re iudi. l. a Diuo Pio. 1. respon. & ff. de bon. auct. iudi. poss. l. cùm vnus. §. is qui. Item vt possint citare partes, quæ citatio qualiter fiat, in hoc opere notabo.

Vtrùm recusetur ordinarius. Rubrica.

1 *Argumentum à contrario sensu quomodo valeat.*
2 *Priuilegium quod nulla sui parte comparet: nullum est.*

DICTVM est suprà de iudicibus ordinarijs & delegatis, verùm quia iudices aliquando suspecti habentur: & ideo à litigatoribus recusantur: videamus de recusatinne ordinarij, verùm possit recusari. Et in parte ista, differentiæ notantur inter Doctores nostros: fuit enim Marti. in ea sententia, quòd iudex iusta causa interueniente possit recusari. Ecce enim recusatur præses, qui est ordinarius, quòd non sit iudex in causa illorum, quos secum habet, vt ff. de iurisdict. om. iud. l. qui iurisdictioni. Item affinitas repellit iudicem ordinarium, vt ff. de iniur. l. lex Cornelia. Item inimicitiæ, vt ff. de liberali causa, l. si pariter. Nec dicat aliquis quòd illa lex loquatur in delegato, quod nô est verum: nam ibi tractabatur causa liberalis quæ apud ordinarium solùm agitatur, vt C. de pedaneis iudi. l. placet. Item si fuit aduocatus in causa, in qua postea est iudex ordinarius, vt ff. de iurisd. om. ind. l. prætor. Item si est assessor recusatur etiam iudex ordinarius, vt C. de assesso. l. vlt. Item recusatur ordi. si causa cœpit ad eum pertinere, vt ff. de iud. l. Iulianus ait, si alter. Item argumentatur M. à contrario sensu illius l. C. de iurisd. omn. iud. l. nemo post litem. ergo ante litem potest, †nam locus est à contrario sensu legis, vt ff. de officio eius cui 1
manda. l. 1. §. huius rei. & ff. de testibus. l. ex eo & ff. manda. l. si procuratorem. §. si ignorantes. Item & arg. ista suadent, quòd iudex possit recusari etiam si sit ordin. ff. de arbitris. l. non distinguemus. §. cùm quidam. & ff. de procur. l. aut affinitate. & C. de excu. tuto. l. humanitatis. Item recusatur ordinarius, vt in auth. de exhiben. & intro. reis, col. 5. §. sancimus & est posita. C. de litis contest. auth. offeratur. & in authen. de executoribus et qui conueniuntur, & reconue. col. 7. §. illud quoque. & est posita. C. de sententia & interlo auth. & consequenter. & hanc sententiam sequitur dominus & pręceptor meus R. domino autê B. & domino Io. & domino meo Azo. videtur vt iudex ordinarius recusari non possit. et respondet omnibus legibus quòd omnes loquuntur in iudicibus delegatis, qui quidem recusari poterunt, vt statim notabo. Nec obstat ff. de liberali causa. l. si pariter. nam ibi erat iudex delegatus & à Principe, vnde de liberali causa cognoscet. Vel melius quod est verius, quia Reus ibi non recusabat iudicem, sed Actor, qui debebat ad eum iudicê mitti cum eo qui agebat prius, vt verbi gratia. Ego peto te in seruitutem sub vno consule, qui est tibi iudex ordinarius. Alius qui dicit se fructuarium vult te conuenire sub alio consule, qui similiter est iudex ordinarius, non potes quidem tu eum iudicem recusare, sed hic secûdus consul mittet fructuarium ad eum consulem, sub quo ego litigo: nisi sit hic inimicus: fructuarius ergo non suum, sed tuum recusat iudicem: & sic casu legis posito non probatur per l. illam, si pariter, quòd iudex ordinarius possit recusari. Quod autem no[n] pos[si]t recusari iudex ordinarius videndum est Speciali priuile[gi]o conceditur miserabilibus personis, quòd iudicem ordinarium recusent, vt C. quan. imper. inter pu. & vi. [l]. 1. It[em] de speci[al]i priuilegio conceditur quibusdam personis, quòd præsidem recusent, vt C. si [a] [no]nnq. prædictus pot. l. 1. si enim hoc côceditur specialibus p[e]rsonis de priuilegio, quòd iudex ordinarius recusetur: ergo contra est de iure communi. †nam nullû est priuilegium quòd nulla sui parte comparet, vt ff. ad muni. l. 1. & ff. de leg. 1. l. si quando. 2
De ordine ergo & iure communi si quis habet suspectû ordinarium iudicem potest petere [d]ominum Episcopum associari, vt in auth. col. 9. vt differentes iud. § si tamen. alias, si verù. & est posita. C. de iudi. auth. si contigerit.

gerit. Nec obstat argum. contra à domino Martino inductum, nemo post litem, &c. nā in eadem lege datur instantia, si vult aliquis argumentari à contrario sensu, nam lex illa dicit, nemo post litis cōtestationem ordinariæ sedis declinet examen, ergo non ordinariè potest declinare post litem, falsum est, vt ff. de iud. l. vbi. quòd enim non possit ordinarius recusari dicit, l. C. de iurisdict. om. iud. l. vlt. & C. vbi quis decu. vel cohor. l. vlt. §. vlt. Si quis autē vellet Marti. sententiam defendere legibus à domino B. inductis ita poterit respondere. nā in l. illa. C. si quacunque prædi. potest. iusta causa interuenit quare præses prouinciæ, qui est ordinarius, recusatur: scilicet, quia volebat matrimonium contrahere cū sibi subiecta. & sic potiùs pro Martino, quàm contra facit. Item l. illa. C. quando Imperator inter pu. & vi. non obstat, quia illud facit miseria personarum & terror aduersarij. Item nec obstat auth. vt differentes iudic. nam ibi si eo ipso ea quo dico ordinarium suspectum adiungitur alius, multò ergo fortius remouetur, si iusta causa suspitionis remoueatur. Item nec obstat l. C. vbi quis de curiali. nā illud est casuale propter functiones publicas, sicut & aliud quod ibi fertur sententia diffinitiua ante litem. Vel ibi non suberat iusta causa recusationis: & sic respon. ad l. C. de iurisd. om. iudi. l. vlt. & dicam infrà cit a.

Vtrùm recusetur iudex delegatus. Rubr.

1 *Sacrilegij crimen incurrit, qui disputat an sit dignus quē elegerit Imperator.*

De iudice delegato certum est quòd recusari possit, quia dicit Imperator: Cordi nobis est omnes lites sine suspitione procedere, vt C. de iud. l. apertissimi. & l. cùm specialis. OPPOSITIO. Sed videtur quòd delegatus à Principe vel a Papa non possit recusari vt suspectus. Nam delegatus fungitur vice & munere delegantis, vt ff. de offic. eius cui mandata. l. & si prætor. Si ergò fungitur munere & vice delegantis, ergo recusari nō potest, sicut nec recusatur Princeps vel Papa. Respon. delegatus & si fungitur vice & munere delegantis, non tamen per omnia, sicut diximus suprà qui possint esse iudices vel non. Quantum enim ad hoc vt iudicare possit, fungitur munere delegantis: non tamen quoad hoc vt recusari persona non possit. OPPO-
1 SITIO. Item obijcitur quòd recusari non potest delegatus. † Nam crimen sacrilegij contrahit qui disputat an sit dignus quem elegerit Imperator. vt C. de crimine sacrilegij, l. disputari. Imperator enim quemcunq; elegerit, videtur personam illius approbare, vt ff. de re iudic. l. quidam. Respon. Contrahitur crimen sacrilegij si aliquis velit disputare an Imperator aliquem potuit eligere in iudicem, cùm omnia sint possibilia Principi, non autem committit sacrilegium qui dicit, quòd delegatus est suspectus, maximè cùm ad petitiones partium iudices delegantur, & propter verecundiam petiti iudicis, vt ff. de iud. obseruandum. & ff. de re iudi. quidam. Ratio, quia ibi ea quo Imperator aliquem eligit in iudicem ordinarium, omnia quæ sunt iudicij, & sine quibus exerceri non potest, videtur commisisse, vt ff. de iurisdict. omn. iudic. l. 2. non tamen lex illa dicit vtrùm iudex possit recusari vt suspectus. OPPOSITIO. Item adhuc obijcitur, non est credendum quòd iudex delegatus aliter iudicet, quàm Imperator iudicaret, vt argum. ff. de offic. præfect. præt. l. 1. Respon. illa loquitur in præfecto prætorio in quo sunt multa specialia, cùm ab eo appellari non possit, vt C. de precib. Impera. offe. auth. quæ supplicatio. Sed iudex delegatus recusari potest, nisi aliqua partium illum aliquando petierit, siue concessus fuerit, siue non, vt in authen. offeratur, sicut simile est in testibus, vt C. de testib. l. si quis testibus. debet tamen causa probabilis allegari, quare iudex debeat recusari. Quæ autem sint illæ causæ diximus suprà, de recusa. iudic. ordin.

Vtrùm causa suspitionis sit inferenda. Rubrica.

1 *Iudex delegatus remanet delegatus, si causa suspicionis non probatur.*

2 *Iudex ordinarius de iure pontificio recusari potest.*

VTRVM autem causa suspicionis sit inferenda, vel sufficiat si dicat, recuso. quia quidam fuerūt in ea opinione, quòd causa suspicionis non sit inferenda. Nam sufficit hæredi, si hæreditatem recuset, & dicat nolo adire, neq; quæritur, vt assignet causam, quare nolit adire, vt ff. ad Trebellia. quia poterat. Et ei qui appellat satis est, si dicat, appello, vt ff. de appella. l. 2. Et ei qui recusat satis est si dicat, recuso, vt C. de sententen. & interloc. omn. iud. authen. & consequenter. Item sufficit mulieri si dicat, non placet mihi accipere hunc in virum, vt C. de nupt. l. viduæ. Item eo ipso quòd puto iudicem suspectum incontinenti eligo arbitros, nec causam allego, vt C. de iudic. l. apertissimi. Melius autem videtur secundùm leges & canones, quod causa probabilis suspicionis allegetur coram delegato. Nam si prima sententia obtineret, illud sequeretur absurdum, quòd in potestate esset cuiuslibet rei iud. ciū recusare, quod esse nō debet, vt arg. ff. de arbitri. l. si quis rem. & iudicia non debent esse elusoria, vt ff. de iudic. l. si prætor. & ff. ne quid in loco publico fiat, l. vlt. in fi. Item arg. quòd causa exprimatur ff. de liberali causa, l. si pariter. Item argu. C. de transact. l. vt responsum. & ff. ex quib. caus. in poss. eat. ff. ex quib. causis maior in integ. restituatur. C. de edicto diui Adria. toll. l. vlt. Item cùm iudex remittit militem ab exercitu, debet dicere qua de causa remittit, vt ff. de his qui not. infam. l. 2. sine causa enim transeuntem neminem audit prætor, vt ff. de transact. l. cùm hi. §. in hoc. Iudice ergo delegato vt suspecto recusato illico, id est, infra triduum eliguntur arbitri coram quibus causa suspicionis probabitur: & sic causa suspicionis allegatur coram delegato, vt si sit iusta eligantur arbitri coram quibus probetur: si probatur causa suspicionis ipsi arbitri electi de causa principali cognoscent, sicut si ipsi fuissent à principali culmine delegati, & ipse iudex delegatus licet recusetur vt suspectus, compellet partes ad arbitros eligendos tanquàm executor, mandante tamen præside vel rectore prouinciæ, vt C. de iudicijs. l. apertissimi. & l. cùm specialia. † Quid autem si causa suspicionis non pro- 1
batur: credo iudicem delegatum iudicem remanere. & arbitros electos non posse in causa procedere. Et quod dicit lex illa, apertissimi. tanquàm si essent ab imperiali culmine delegati. intelligitur quando causa suspicionis fuit allegata & probata. Iure verò canonico si delegatus recusetur, causa suspicionis debet coram eodem suspecto iudice allegari, & debet probari coram arbitris, & debet certum tempus assignari a iudice, qui dicitur suspectus, infra quod tunc probetur causa suspicionis: quæ si probata fuerit, potest iudex recusatus suspectus de assensu partium vices suas alij committere: aliàs causa ad superiorem reuertitur. Si verò intra tempus præfixum coram arbitris processum vel probatum non fuerit: iudex qui dicebatur suspectus, iurisdictione sua vtetur. Et hæc omnia sunt statuta in nouissimo Laterano concil. in c. illo cum speciali. fere eadem dicuntur extra. de appell. secundò requirit. † Iure etiam canonico ordinarius recusatur, & arbitri 2
eliguntur, coram quibus quæstio terminabitur, vt 11. q. 1. peruenit. & extra. de foro compet. si quis contra clericum. imò si recusatur ordinarius causa suspicionis non assignabitur, licèt in delegato contrarium sit, & probabitur tali arg. Sine causa assignata appellatur ab ordinario. vt extra, de appel. c. cùm sit Romana. ergo sine causa assignata recusatur: quia appellatio & recusatio de pari contendunt: nam vbi admittitur vnum, admittitur & reliquum: & vbi remouetur vnum, remouetur & reliquum, vt extra, de appel. c. super eod. & c. consuluit. & de elect. quia diligentia. Sed contra C. de senten. & interloc. l. vltim. Sed hæc omnia per Lateran. cōcilium sunt immutata: quia causa suspicionis debet inferi tam in iudice ordinario, quàm delegato, vt suprà dictum est.

Qualiter libellus concipiatur super recusatione vtriusque. Rubrica.

1 *Iudex an recusari possit, si Papa vel Imperator rescribat appellatione remota.*

2 *Princeps vel Papa si dederit iudicem ad vnam rem sine appellationis remedio: & posteà in literis subiecit, vt iudex de qualibet actoris petitione cognoscat, vel de alijs rebus, nec adiecit sine remedio appellationis, an iudex in alijs capitulis recusari possit: vel ab eius sententia appellari.*

3 *Causa si sine appellatione committatur, an de suggestione falsi quæri possit.*

4 *Delegare an alius à Principe ita possit, ne delegatus recusetur.*

5 *Causa sine appellatione commissa, an possit litigator aliquo casu audientiam declinare.*

6 *Excommunicatio an teneat si is à quo appellatum est appellantem excommunicauerit.*

7 *Causa si duobus commissa fuerit, an possit vnus sine alio procedere vel altero absente vel mortuo iudicare.*

SED quia recusatio iudicis tam ordinarij quàm delegati debet fieri per libellum: ideò ita concipies libellum. LIBELLVS. Quia res tristis est, & tristis solet sortiri effectus, seu euentus sub suspecto iudice litigare, ideò domine P. audiētiam tuam inter me & Titium recuso, quia habeo te suspectum, eùm sis inimicus meus. & sic concipias libellum, si offeras iudici quē recusas suspectum. Si verò offeras alij, pone delegãti, ita cōcipies libellum sicut dixi, dummodò ista verba immutes, ideò audientiam illius recuso. Et sic concipias libellum in certa causa, si es in ea sententia, vt causa suspiciōis inseratur. Si verò es in ea sentētia, vt causa suspicionis non inseratur: tunc remoueas illud, quia habeo &c. & alia pone in libello, vt dictum est. Et quod ita sit concipiendus libellus, & iudici si presens est: vel si abest, præsidi offerendus, dicit l. 1. C. de iud. l. cum spe-
2 cialis. QVAESTIO. † Sed quæritur an si Imperator vel Papa ita rescribat, remota appellatione: an possit postea iudex recusari? videtur quòd sic. C. de sent. & interloc. l. vlt. nam appellatio solet interponi post diffinitiuam sententiam: recusatio ante lit. vt C. de episc. audien. l. 2. & C. de iudi. apertissimi. Item tertia appellatio interdicitur, sed tamen iudicem rectè recuso, vt C. ne liceat in vna eademque causa. l. 2. Sed Alexan. Papa III. contra statutum in canone extra. de appellat. consoluit
3 nos tua siater. QVAESTIO. † Item quæritur, si dederit Princeps vel Papa iudicem sine remedio appellationis ad vnam rem, & per hoc non recusatur secundùm canon. quia de illa sola quæstio erat, & posteà subiecit in literis, vt iudex de qualibet petitione actoris cognoscat vel de alijs rebus, nec addidit sine remedio appellationis, an possit in alijs cap. iudex recusari: vel ab eius sententia appellari? quòd possit probatur: nam quod in vno remouetur, in alijs conceditur, vt argu. ff. de fund. instruct. l. cùm de lanionis. §. cui fundum. & de auro & arg. leg. l. 1. & de iudi. cùm prætor. & C. de procur. l. maritus. Econtrà potest allegari, quia quod in vno fuit expressum, intelligitur in alio repetitum: quia præcedēs scriptura determinat sequentem, vt ff. de hære. inst. qui non militabat. §. Lucio. & C. famil. ercis. l. quoties. inest enim sermoni vnius verbi tacita repetitio, vt Instit. ad l. Aquil. §. hoc autem capite. & ff. de condi. instit. l. quæ sub conditione. & totum generale de petitione potest allegari. & facit ad hoc. C. de diuersis rescrip. l. 1. potest etiam & illud allegari, quòd in constantia recusatur, arg. ff. de procur. l. quæ omnia. Præsumo ergò dicit Io. quòd in nullo possit recusari. decretal. tamen domini Alex. Papæ III. super eo. de appellat. dicit enim si principalis causa fuerit sine appellatione commissa, & de aliqua exceptione quòd suboriatur: & eaținde appellationem fieri contingat: si principalis causa sine illa terminari nō potest: erit à principali supersedendum: quòd intelligitur sententia data. ex hoc datur intelligi per cōtrarium argumen. quòd si principalis causa potest sine illa finiri, quòd locus est appellationi. Si autem de falsi suggestione in appellationē proruperit, nō propterea differtur sententia in literis in quib. est inhibitum appellationis obstaculum, nisi iudex voluerit probatiōes de falsi suggestione admittere, vt in d. c. super eo. Sed miror quòd de hoc omnes leges contra sentiunt, vt C. si contra ius vel vtilitatem publicam, l. 3. & l. 4. & C. de diuersis rescriptis, l. fi. & quia potest accusari de crimine falsi, vt ff. ad leg. Corne. de fals. l. si quis obrepserit. nam si veritatem tacuerit, nō proderit ei rescriptum, vt ff. de in ius voc. sed si hac lege. § patronum.
† Quæritur autem an causa sine appellatione cōmissa, possit de suggestione falsi quæri. Respōdeo non potest, 3
vt extr. de appel. super eo. & c. meminimus. † QVAESTIO. 4
Item quæritur an alius a Principe possit ita delegare ne delegatus recusetur: videtur quòd sic, nã cùm ipse recusari non possit, iurisdictionem suam potest cum eodem iure alicui demandare, sed hoc non placet: nam à Papa non appellatur, & tamen ipse non potest ita delegare, ne appelletur à delegato, vt ff à quibus appell. nō
licet, l. 1. in fi. & C. de sententia passis. l. 1. † Item an causa 5
commissa sine appellatione possit litigator aliquo casu delegati audientiam declinare: potest quidem in casu. dicit enim idem Alex. Si post citationem factam aduersarius appellet iter faciens ad nos, nō est audiēdus: secùs si ante citationem factã iter acceperit, vt in illo c.
meminimus. QVAESTIO. † Item quæritur an si is à quo 6
appellatum est excommunicauerit appellantem, an teneat excōmunicatio? & certè non tenet, quia huius iu-
dicia desinit esse iurisdictio. QVAESTIO. † Item quæritur 7
si duobus sit causa cōmissa, an possit vnus sine alio procedere, vel altero absente vel mortuo iudicare? et videtur quod sic. vt ff. de procuratorib. l. qui proprio. §. vlt. Cōtra tamen est, vt prędict. c. meminimus. et propterea apponitur in literis illa clausula, quòd si duo vestrũ interesse nō possent, alter vestrũ nihilominùs exequatur.

Qui possunt esse aduocati. Rubrica.

1 *Aduocatus in legibus peritus esse debet.*

2 *Aduocati hodie an iurare debeant.*

3 *Aduocati error quousq; reuocari possit.*

4 *Aduocatus quando salarium petere potest.*

5 *Libelli forma cùm aduocatus salarium suum petit.*

6 *Idiota an aduocatus esse possit.*

QVI possint esse aduocati, & qui non legitur. ff. de postulando. l. 1. cum legib. seq. & ideò in his non insisto. Verùm vnum est notandum circa aduo-
catum: † quòd debet esse peritus in legibus, nam turpe 1
est patricio & causas tractanti ius in quo versatur, ignorare, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. post hos Q. Mutius. Nam & leges ab omnibus sciri debent, vt C. de legi. & constitu. leges. debent enim per quinquēnium saltem audiuisse leges, vt C. de aduoc. diuerso. iudi. l. nemini. & in Constitutione ffortum. omnē totius Reipub. nostræ sanctionem. §. discipuli. Debent moderatè agere, & honestè tractare, quòd causa desiderat, non probris nec iracundia certent. vt C. de postulan. quisquis. Stare debet & nō sedere. nō faciat pactum cum clientulo suo de certa parte litis habenda: quia si hoc faciat, est redemptor litis, & infamis, vt C. de postul. l. si qui aduocatorum. & l. quisquis. Factum debet primò proponere, quia facta sunt optima fundamenta causarum, vt C. si per vim vel alio modo, l. vlt. posteà de iure procedat. Non alleget argumenta remotissima, sed quæ ad causam faciunt. ltē non aliter causam tractabit, nisi sacrũ præstet, quòd ope omni & virtute sua quòd iustum & verum fuerit, suis clientulis inserre procuret: & si cognouerit quòd causa sit improba, vel desperata, vel contra iura, vel mendacibus allegationibus cōposita, ab ea recedat, & hoc siue ab initio siue ea post facto sibi cognitum fuerit, vt
C. de iudic. rem non nouam. † vnde Imperator Frider. 2
dum quæreret à d. B. vtrùm deberent hodiè aduocati iurare sicut lex illa dicit. respōdeo quòd sic: sed in consuetudine non habetur. vel intelligas de illis aduocatus qui salaria habebãt à publico, indignum enim esset

vt

vt pro minimn salario, quod recipit aduocatus à clien
tulo,iurare debeat: item non stipuletur 100.marcas no
mine salarij: sed stipuletur pro sua facundia: pro quali
tate fori, non vltrà 100.aureos. vt ff. de var.& extraord.
cogn.l.1.Item non sit præuaricator aduocatus: sed fide-
lis & legalis. vt C. de aduoc. diuers. iudic. l. 1. Alioquin
infamia notabitur. vt ff. de his qui not. infam. l.1. Item
non instruet partes in confessionibus de facto, licèt sit
contrarium, argu. C. de auct. præstan. l. clarum. & ff. de
interrog. actio. l. qui interrogatus. nec eas faciat deiera
re. Non subornet testes: suspecto instrumento vel falso
non vtantur. factum benè intelligat, vt in proponendo
non erret, alioquin si errat, clientulus errorem illius
nō reuocabit, nisi infrà tridnum. vt C. de errore aduo-
ca. l. vlt. licèt propriū. possit reuocare vsq; ad sententi-
am. & hoc secundùm antiquos Doct. vt C. de iur. & fa-
3 cti ignoran. l. error facti. † Sed nos dicimus quòd erro-
rem aduocati sicut & meū vsque ad sententiā reuocor
maximè cū illud quod dicit aduocatus, perinde habe-
tur, ac si ego proposuissem. vt C. de errore aduoc. l.1. &
ff. pro suo. l. vlt. in fin. & magis mihi debet subueniri in
errore alterius, quàm in proprio. vt arg. ff. de reg. iur. l.
qui in alterius. Nec obstat de errore aduoc. l. 1. quia ibi
de facto euenerat quòd aduoc. errauit: vt infrà triduum
fuit data sententia. vnde verba recitatiuè, non asserti-
uè ponuntur. Item non sit aduo. minor 18. annis. vt ff. de
postu. l. 1. §. initium. licèt in procuratore desideretur æ-
tas 25. annor. vt ff. de procu. l. minor 25. an. Quę est ratio.
Respon. talis, quia procurator obligatur actione man-
dati: præterea procurator condemnatur. vt ff. mandati.
l. si rem. §. 1. & ff. de negot. gest. l. liberto vel amico. vnde
quia per ista posset procurator, si esset minor restitui:
ideò procurator non debet esse minor, quæ omnia in
aduocato non cadunt. Item pro salario non tenetur ad-
uocatus tractare causam appellationis: sed tātum prin-
cipalem. vt argum. C. de procur. l. inuitus. Item qui fuit
aduocatus in causa prima, non erit aduocatus in causa
appellationis: maximè cum simus in ea sentētia, vt cau
sa appellationis sit eadem cum prima: licèt dominus
meus aliter notauerit, & totum contra ff. de postulan.
l. pen. aliàs fin. res tamen est mali exempli, vt ille cui in
causa prima nudaui omnia secreta mea debeat contra
me aduocare, licèt causa appellationis sit alia. Item pe-
tat salarium aduocatus & certū: quia incertum non pe
titur. vt ff. mand. l. salariū. faciat sibi caueri per pigno-
ra: quia tutiùs est pignori incumbere quàm in personā
agere. vt ff. de superfi. l. 1. QVÆSTIO. † Quando petet ad
4 uocatus salariū? puto equiùs & vtiliùs nobis in princi-
pio causæ. vt C. de suffragi. l. 1. sed lex videt velle quòd
in fi. vt C. de iud. properandū. in fi. lex autē alia videtur
argumētari, vt in medio causę. vt C. de aduoc. diuers. iu
di. l. pe. in vlt. col. Qua actiōe petet salariū. Respondeo,
si intercessit stipulatio, aget certi condictiōe, quæ ori-
tur ex stipulatione, & formabit ita libellū. LIBELLVS.
5 † Deo & vobis dño iudici conquęror. e. R. de M. qui mi-
hi promisit certū salariū: pone 10. & mihi dari recusat,
cùm per me non steterit, quo minus patrociniū pręstē.
Vel si præstiti, pone in libello, cū sibi patrociniū præ-
stiterim: vnde illa 10. mihi promissa peto certi cōdicti-
one quæ oritur ex stipulatione. vt argu. Instit. de verb.
oblig. in prin. Si verò stipulatio non intercessit: sed nu
6 dum pactum agetur condictione ex illa l. C. de suffr. Si
verò nec stipulatio nec pactum intercessit, sed pollici-
tatio: tunc poterit peti offic. iudic. vt ff de varijs & ex-
traord. cogni. l. 1. in fi. Item pro recepto salario aduoca
tus non exibit prouinciam. vt ff. de procu. l. sed hæ per
sonæ. §. non solùm. Item si non habet clientulus salari-
um percipiet a cōmunitate. vt in Auth. de mand. princ.
col. 3. §. sit tibi quoq; tertiū studiū. Itē sit aduocatus ca-
6 tholicus. vt C. de aduoc. diuerso. iud. l. QVÆSTIO. † Itē
quæritur an aliquis idiota possit esse aduocatus, sicut
est in pluribus partibus: videtur quod non: imò debet
esse literatus: vt à contrario sensu l. 4. C. de postulando.
licitū enim est argumētari à cōtrario sensu legis. vt ff.
de testib. ex eo. & de offic. eius cui mand. est iurisd. l. 1.
sed videtur contra. vt ff. de iud. certi. dummodò habeat
causarum experientiā. vt in auth. coll. 6. de iud. in prin.
& ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. aduocati. Sed respōde-
ri posset: quia leges illæ loquuntur in iudice, & non ad-
uocato, & est ratio, quia iudices per assessores & consi-
liarios possunt rectè iudicare, aduocati aūt nō possunt
per alios recte instrui: & quia si instruerētur, citò tra-
derēt obliuioni ea quæ addiscerent, cū memoria homi
nis labilis sit, vt ff. de prob. l. si arbiter. & ff. de acq. poss.
l. peregrè. in prin. & quia proferrēt verba siue leges bar
barisando, sicut de quodā aduocato vidi qui propone-
bat ita. dñe peto possef. mihi ex spoliato restitui per l. si
quoliquantā. Item & aliū aduocatum laicū vidi pro re
mobili ablata proponentē interdic. vnde vi. quod locū
non habet nisi in re immobili, vt ff. de vi & vi ar. l. 1. §. si
quidē. Et pręterea turpe est patritio & causas tractanti
ius in quo versatur. ignorare, vt ff. de ori. iur. l. 2. in pen.
col. in prin. Item culpa est immiscere se rei ad se nō per
tinenti. vt ff. de reg. iu. culpa. nec intromittat se aliquis
de illo officio quod sentit alijs periculosum. vt ff. ad l.
Aquil. idem iuris est. §. 1. Verū hodie de consuetudine
sunt aduocati & etiā imperiti literarum: quia edictum
de postulando prohibitoriū est: ergo cum non prohi-
beantur, admittuntur, vt ff. de postulan. l. 1. omnia enim
sunt admissa, nisi inueniantur probibita, vt ff. ex quib.
maio. l. necnon. & ff. de prob. l. ab ex parte. Sed consilio
meo aduocati literati loquētur semper literaliter iudi
ci: quia aliter loqui nō tenentur, vt notaui infrà, in alia
rubri. de causa agendi: & ita huiusmodi laici cum vere
cundia remouebuntur.

De personis litigantium, & quæ pro se possint agere, & quæ non. Rubric.

1 *Libellus ciuiliter contra seruum quomodo accipiatur.*
2 *Seruus quare agere vel accusare non possit.*
3 *Seruus quare in criminib. nō accuset: sed accusari possit.*
4 *Pupillus vel minor si conueniantur, quid agendum sit.*
5 *Libellus in causa pupilli quomodo concipiatur.*
6 *Mulieri luxuriosæ quare curator detur.*
7 *Pater cōtra filiū quare nō ciuiliter, sed criminaliter agit.*

Diximus suprà de personis iudicū & aduocatorū:
restat vt de personis litigantiū videamus. verū
quia quidā pro se possunt: & quidā pro alijs non
possunt in iudicijs interuenire, & de illis videamus. Ec
ce enim seru⁹ nec pro se nec pro alijs potest in iudicio
interuenire, vt C. de iudi. l. seruus. fallit tamen in casib.
qui notantur ff. de iud. l. vix. Item agit seruus pro certis
criminib. vt l. Iul. maiest. & fraudati cēsus, & arctioria
annonæ, & de tab. vbi fuit libertas sibi relicta: & de cri-
mine adult. & his casib. admittitur etiam cōtra patro-
nū. vt in prædicta l. de iud. l. vix. & C. de quæstio. l. 1. Itē
agit de poss. domini turba. scilicet, si fuerit seruus deie-
ctus, vt C. si per vim, vel alio modo. l. 1. & hoc cōtingit
propter vtilitatē rei in qua quilibet admittitur. vt C. q
legitimā personam habet standi in iudicio. l. momenta
neæ, & C. si de mod. pos. fuerit appel. l. 1. In pręd ictis au
tē casibus propter immanitatē criminū seruus accusat.
Seruus aūt Imperat. & agere & cōueniri potest, ciuili-
ter & criminaliter. vt C. vbi causa fisc. l. vl. Sed licèt ser
uus nō possit agere nec criminaliter nec ciuiliter, nisi
secundū quod dictū est: conueniri tō potest ciuiliter, &
accusari criminaliter potest l. Iulia de vi priua. & in ac
cusatione serui omnia seruātur, sicut in accus. liberi. vt
vt ff. de accusa. hos. §. si seruus. & §. omnibus. Sed hæc
differentia est, quod si ciuiliter volo agere, concipiam
libellum contra dominum in hunc modū. LIBEL. † Deo 8
& vobis M. cōqueror ego R. de A. talis serui dño à quo
peto decē per actionē de peculio, vel de in rē verso vel
quòd iussu: quia cum seruo illius contraxi, emendo a-
liquam rem, vel in rem eius illa decem versa sunt, vel
quia ipse iussit. Si verò criminaliter vis accusare, cō-
tra ipsum seruum concipies libellum vt dicit l. illa li-
bellorum. domino autem conceditur ipsum defende-
re. vt C. ad legem Iuliam de vi publica, l. si criminis, &
C. de de accusa. l. 2. de hoc autem libello plenius tracta
bo infrà. QVÆSTIO. † Quæ autem sit ratio. quare ser
uus non agat vel non accuset quæratur? Respondeo,

tales actiones omnes sunt de iure ciuili. vt ff. de origin.
iur. l. 2. in fin. 1. colum. At seruus de iure ciuili pro mor-
tuo reputatur. vt ff. de regul. iur. l. seruitutem, & in au-
then. de nupt. col. 4. §. si verò decretum. nec habet com-
munionem ciuilis iuris, nec prætorij edicti. vt ff. qui te-
stamen. facere poss. l. qui testamento. §. seruus. QVAE-
STIO. † Si tu quæras quare in criminibus non accusat,
3 sed accusari potest. Respondeo & do instantiam in ex-
communicato. excommunicatus secundum canones
non agit, sed conueniri potest. vt in extrau. 1. de iud. in-
telleximus. Et est alia ratio quia interest reipublicæ,
quòd maleficia puniantur. vt ff. de fideiussoribus. l. si à
reo, §. vlti. & ff. de solutionib. l. Stichum aut Pamphilū.
circa prin. ff. ad legem Aquil. l. ita vulneratus, in fin. vn
de si seruus delinquat, puniendus est: at si alius delin-
quat, seruus licèt non accuset, nihilominus alio accu-
sante punietur delinquens. Item pupillus non stabit in
iudicio solus, nec pro se, nec pro alijs, nisi in momenta-
nea possessione. vt C. qui leg. perso. l. momentaneæ. & C.
si per vim, vel alio modo. l. 1. & interdicto de libero ho-
mine exhibendo. vt ff. de lib. hom. exhib. l. 3. §. ait præ-
tor. Item nec minor 25. annis, nisi sicut pupillus. vt C.
qui dari tut. poss. l. in vniuersis. & C. de authoritate pręs
standa. l. clarum. Verùm si egerit sine tutore vel curato-
re, & obtineat, tenet sententia, vt C. de procu. l. non eo
minùs, ne quod fauore eorum inducimus, contra ipsos
torqueamus. vt C. de legibus & constitutio. l. quod fa-
uore. si tamen contra eos iudicetur, non valet. vt C. si
aduersus rem iudica. l. cum minores. Fallit tamen in ca-
sibus. Ecce agit minor pro suo thoro violato. vt ff. ad le-
gem Iul. de adulte. si maritus. §. lex Iulia. Item si impe-
trauit veniam ætatis agit solus, nisi in his quæ decreti
interpositionem desiderant. vt C. de his qui veniam æ-
ta. impetr. l. vlt. Item solus accusat tutorem suspectum,
cum consilio necessariarum personarum. vt Institu. de
suspect. tut. §. impuberes. quod casuale est, cum in illo
crimine puniatur tutor suspectus etiam sine accusato-
4 re. vt ff. de suspect. tutor. l. 1. QVAESTIO. † Quid ergo fa-
ciam, si ego volo conuenire pupillum vel minorem. Re
spondeo: Conueniam illum pupillum vel minorem, si
est maior septennio cum authoritate sui tutoris: si est
minor septennio conueniam tutorem solùm. & hoc si
habet tutorem, sin autem nō habeat: petam sibi dari. In
minore autem si habet curatorem, & est præsens mi-
nor, conueniam ipsum minorem, & in persona sua for-
mabo libellum cum authoritate curatoris, si est absens
concipiam libellum in personam curatoris. Si autem
non habeat curatorem, petam sibi aliquem dari, & da-
bitur et inuito ad litem. Et hęc vera sunt etiam, si pupil
lus vel minor agere voluerit. Hæc omnia leguntur arg.
C. de iure deliberan. l. potuit. & l. si infanti. ff. ad Treb.
l. restitutea. §. 1. & C. qui legiti. perso. l. 1. & 2. & C. qui pe-
tant tutor. vel curato. l. 1. & ff. de tutel. l. qui habet. §. idē
Cassius. & ff. de administ. tutorum. l. 1. Vnde si vis agere
cōtra pupillū maiorē septennio: vel cōtra minorē prę-
sentem tutorem vel curatorem habentem, ita concipi-
5 es libellum. LIBELLVS. Deo & vobis † domino A. con
queror ego R. de M. pupillo, & de suo tutore, à quibus
peto C. &c. Si autem pupillus sit minor septem annis,
vel minor sit absens, contra tutorem & curatorem con
cipiam libellum ita. LIBELLVS. Deo & vobis domino
A conqueror ego R. de M. tutore vel curatore talis pu-
pilli vel minoris, à quo nomine ipsius pupilli peto C.
&c. Si aut pupillus vult agere, vel minor: ita concipias
libellum. LIBELLVS. Deo & vobis domino A. conque-
ror ego R. cum authoritate tutoris vel curatoris mei de
M. à quo peto C. &c. Sed si solus tutor vel curator vult
agere minore absente, vel pupillo minore septem ann.
concipies ita libellum. LIBELLVS. Deo & vobis do-
mino A. conqueror ego R. tutorio vel curatorio nomi-
ne, & nomine pupilli mei vel adulti de M. à quo peto
centum, quæ debet pupillo vel adulto meo, &c. Item
furiosus nec pro se, nec pro alijs in iudicio interuenit:
quia nec sentit vt ff. de optione legata. l. si tibi. §. vnius.
& ff. de codicil. l. 2. Sed gaudeat ille qui furioso sua ne-
gotia curanda committit. Idem in mente capto. Prodi-

gus autem antequam interdicatur sibi bonis, & pro se,
& pro alijs interuenire potest in iudicio: nec enim in-
terdicitur eis bonorum administratio ipso iure, sed
per iudicem Idem in muliere luxuriosa. vt ff de curat.
furinsi. l. 1. & l. mulieri. & Instit. qui testamen. fac. poss.
§. item prodigus Quid ergo erit? Respondeo sicut in mi
nore diximus, ita & in istis. Sed contra argument. ff. de
minor. l. 1. in princip. & Institut. de curat. §. furinsi. Sed
contrarium respondeo: licet habeant curatores legiti-
mos, non tamen interdicitur eis ipso iure administra-
tio. Sed vtrum luxurioso masculo dentur curatores,
me legisse non memini. QVAESTIO. Sed quæ † est ratio, 6
quòd mulieri luxuriosæ curator datur. Respond. quod
in ea magis ardet stimulus, & magis est verecundum
generi, si mulier fornicetur, quam si masculus. Item
nec debilis, nec mutus, nec fatuus agunt, si curatores
habent. vt ff. de priuileg. creditor. l. dabimus, cum legi-
bus seqq. Item tutor accusatus de suspecto nunquam a-
get vt tutor. licèt administratio non sit ei interdicta à
iudice. vt ff. de solutionibus. l. quod si fortè. §. sunt qui-
dam. argumen. contra. C. de suspect. tutorib. l. cum quę.
Item excommunicatus non aget ante absolutionem:
quia separatus est non solum a corpore Christi, sed eti-
am à communione fidelium. vt in authen. de priuileg.
dot. mulieri. hæreticis non præstand. colum. 8. & extra.
de iudic. c. intelleximus. licèt excommunicatus possit
conueniri. vt argum. ff. de interdict. & relega. l. relega-
torum. §. vltim. Item si est separatus à corpore Christi,
quia excommunicatus: putà, quia est in mortali pecca-
to, licèt infamis tamen agere possit, quia non est sepa-
ratus à communione fidelium, id est, quia non est pub-
licè denuntiatus excommunicatus. vt extr. de iudic. in
d. c. intelleximus. Item illustris persona non aget nisi
per procuratorem: vt C. de procurator. l. quicunque.
& in authen. vt ab illustribus. & qui super eos sunt. co-
lum. 5. Item filiusfamil. nec aget, nel conuenietur per se
sine patris authoritate, vt C. de annali exceptione. l. 1.
in fine. & de bonis matern. l. 1. & C. de bonis quæ libe-
ris. l. cùm non solùm. §. primo. & si patri nihil quęra-
tur, compellitur pater agenti filio consentire. vt in d. l.
cùm non solùm, & sic formabis libellum. sicut & dixi-
mus in persona minoris & pupilli. suprà eod. Fallit au-
tem in castrensibus & quasi, vbi filius agit & conueni-
tur sine patris authoritate. vt ff. ad Macedonia. l. 1. & C.
de inofficios. testamen. l. vltim. Item fallit in alio casu,
vt in auth. de æqualit. dot. §. illud. col. 7. vbi filia agit si-
ne patris voluntate. Item si pater sit absens, & eius pro-
curator. filius agit pro viatico, pro furto, pro iniuria si-
bi illata, vt ff. de iudic. l. si longius. & ff. de iniur. l. sed si
vnus. §. filio. Item agit filius, vt puto sine patre in illis
actionibus, quæ enumerantur. ff. de actionibus & obli-
gatio. l. filiusfamil. & l. in factum. Item non agit pater
contra filium. vt ff. de iudi. l. lis nulla. nisi in casibus qui
in lege illa notantur per dominum Azon. & hoc si ciui-
liter: criminaliter autem agit laturo iudice pro sua vo-
luntate sententiam. vt C. de pat. pot. l. 3. QVAESTIO. Sed
quæ est ratio † quod ciuiliter nō agit, sed criminaliter 7
sic? Respon. quod in criminalibus consilium capit per-
sona patris pro filijs. vt ff. de adult. l. nec in ea. Item nec
filius contra patrem, vt C. de in ius voc. l. qui in potesta
te. Item monachos et canonicus regularis non agit sine
consensu Abbatis vel præpositi. vt extr. de postul. c. ex
parte Item nec mulier de iure lombardo sine mundual
do: vt in lombardo. qualiter [illegible] aliena. per l. 1. [illegible] ergo om-
nes sicut pro se, ita & pro [illegible] repellant [illegible] in fi-
liosamil. vt ff. de procurator. l. [illegible] de porta.
[illegible]s agit vel conuenitur suo nomine, cum fiscus hoc fa-
ciat suo nomine, qui in omnia bona illius succedit, vt
ff. de fideiussoribus. l. fideiussor. & ff. de nouationibus.
l. quotiens. C. de bonis damnatorum. l. si vt proponis.
Idem est & si quolibet modo quis amiserit ciuitatem.
vt ff. de capit. diminutio. l. 1. Licet bona damnato-
rum hodiè non publicentur: sed reseruentur generi
vsque ad tertium gradum in ascendentibus & de-
scendentibus. vt in authentic. vt nulli iudic. §. vltim.
column. 9. & in authen. de mandat. principum. §. opor-
tet. co.

tit.col.1. Licet ergo monachus non agat nec conueniatur, si tamen delinquat, conuenitur, sicut deportatus. vt ff. de pœnis. aut damna. §. inter eos. & l. in seruorum. §. quod enim & l. capitalium, §. in exulib. & ff. de accus. l. si cui. §. vl. & in auth. de sanc. Episcopis. §. si monacha, & in authen. de nupt. §. secundùm accusationem, col. 4. QVAESTIO. Sed nunquid de dote commissis conuenientur. In ciuilib. conueniet monasterium. vt Insti. de acq. per arrogationem. In criminalibus autem non credo: cum crimina monachatione sint extincta, sicut & peccata. vt in auth. de monachis. in prin. col. 1.

Qui pro alijs possunt agere. & qui non: & in quibus causis. Rubric.

1 *Oeconomus, Syndicus, Actor, & procurator differunt inter se*

2 *Procurator in criminali quare non interueniat.*

QVia suprà diximus de personis quæ pro se interuenire non possunt: restat vt de illis quæ pro alijs possunt agere, & stare in iudicio tam ad agendum, quàm ad defendendum, videamus. Et quidem stare possunt pro alijs tutores & curatores: ita tamen si iurauerint se cum legalitate bona pupilli vel adulti tractare, & omnem eorum vtilitatem agere, vt in aut. vt hi qui obli. habere. §. vlt. col. 6. Si inuentarium fecerint, vt C. arbitrium tutelæ l. vltim. si satisdederint, legitimi scilicet, vel dati sine inquisitione, rem pupilli saluam fore. vt C. de administr. tutor. l. vlt. C. de tutor. qui non satisdedit, l. in dubium. & l. non omnium. & l. vlt. Dati autem cum inquisitione, vel testamentarij non satisdãt. vt Instit. de satisd. tut. §. 1. nisi in casibus duobus. Satisdant dati cum inquisitione si facultates pupilli sint vltra quingentos aureos: & in alio casu. vt Insti. de Atiliano tutore. §. vlti. & C. de Episcopali audi. l. de creationibus. Sed quod iuret tutor cautum legibus non inuenimus: sed tantum de curatore, vt in prædicta authé. vt hi qui oblig. prohi. Sed quia eadem est ratio in tutore, & maior quam in curatore, cum plura sibi committuntur: ideò dicimus tutorem iurare debere. vt arg. C. de consti. pecun. l. vlti. & ff. de fideiussoribus tutorum. l. fideiussores. in fin. Prætereà cauetur in authen. de cur. ergo idem & in tutore: quia nomé curatoris æquiuocè ponitur, & aliquando pro tutore. vt in auth. vt debitrices matres & creditrices, in prin. coll. 7. & ff. de tut. & ratio. distra. si tutor. in prin. & hoc expresse cauetur in nouellis. Item procurator pro alijs interuenire potest, dummodò constet de mãdato: vel præstita cautione de rato, si sit coniuncta persona. vt ff. de procur. l. 1. & l. sed hæ personæ, & l. Pomponius. in fin. & notatur plenè de hoc in summa de procura. Item actor in tutore vel curatore constitutus ante litem contestatam rectè aget. vt Insti. de cura. in fin. & C. de procu. l. neq. Item actor pro vniuersitate rectè agit & conuenitur, si sit a duab. partibus electus, vt ff. quod cuiusq. vniuersitatis. l. nulli. Item rectè agit Oeconomus pro Episcopo vel pro vniuersitate canonicorum. vt C. de sacros. eccle. l. iubemus. & C. de Epis. & cler. l. iubemus. Item syndicus pro vniuersitate, & sine tractatu Episcopi. vt ff. quod cuiusque vniu [illegible] l. item eorum. §. si decuriones. quem syndicum defensoré appellamus. vt ff. de mun. & hon. l. munus §. defensores.
1 Et sic differunt Oeconomus, Syndicus, Actor, & procurator inter se. Nam œconomus tantùm super rebus [illegible] siasticis interponitur. vt C. de sacrosanct. eccles. l. iubemus. [illegible] igitur cum tractatu Episcopi. vt C. de Ep[illegible] & c[illegible] bemus, & l. omnes. & potest œconomus tam in iudicibus quàm in contractibus interuenire. Syndicus autem tantùm ad iudicia, & ordinatur in causis Ecclesi[illegible] & Abbatijs, & monasterijs, & sine Episcopi tractatu: & ordinatur in ciuilibus & secularibus ab aliqua vniuersitate, vt dictum est. & est personale munus. vt in prædicta l. ff. de muner. & honorib. & sic datur inuitus, quod in procuratore non est: quia inuitus non datur. ff. de procuratorib. l. filius. § inuitus. Ité differt procurator ab Actore: quia Actor datur inuitus, ex quo cum decreto constituitur.

stitu. de curat. in fine. Item constituitur ab vniuersitate. vt ff. quod cuiusq. vniuersitatis. l. item eorum. quod in procuratore non est, quia vniuersitas non est domina. Item actor ante litem datur, procurator post. vt C. de procurator. neque & l. procuratoribus. Item Actori municipum fit constitutio & stipulatio in persona municipum: procuratori fit in persona ipsius. vt ff. de cõstitura pecunia. l. eũ qui. §. Iulianus. Item pater pro filio quem habet in potestate, vt C. de bon. matern. l. 1. Item negotio. gestor. si talis sit qui admittatur sine mandato. vt ff. de negotijs gestis. sin autem. Item orphanotrophus admittitur. vt C. de Episcopis & clericis. l. orphanotrophos. hi tamen omnes ita admittuntur in causis aliorum, si sint habiles quod suis negotijs possint intendere, & sciant tractare. Absurdum est enim vt alios velint regere, qui seipsos regere non nouerunt: alios saluos facere, qui se saluare non possunt, & sic esset fœda rerum & nominum confusio. vt C. de legi. tut. l. vlti. Hi omnes superiores rectè agunt & conueniuntur pro alijs, & iurant de calumnia, præterquam in procuratore, vbi fallit hodie, vt in authenti. posita, C. de iureiurand. propter calumni. authen. principales. & est posita in corpore. authen. coll. 9. vt litigantes iurent. Non autem erunt procuratores litium, mulier, miles, minor vigintiquinque annis, & qui reipublic. causa absuturus est: aut est in magistratu constitutus: & qui iudicium inuitus pati non potest. vt ff. de procurat. l. licet. & l. fœminę. & l. neque. & l. minor. nisi agat miles pro causa sui numeri. vt ff. de procu. l. filius. §. milites. Item nec clericus. vt C. de episcop. & cleri. & l. repetita. & in authenti. de sanctis. episcopis. coll. 9. §. Deo amabiles. & hoc in causis secularibus. in ecclesiasticis tamen potest clericus interuenire. argum. C. de procura. l. qui stipendia. Item nec procurabit aliquis in causa criminali, nec in agendo, nec in defendendo, vt ff. de publi. iudi. l. penult. §. ad crimen. nisi vt alleget causam absentiæ, non causas causæ. vt ff. de procurator. l. seruum. §. publicæ.
QVAESTIO. Sed quę est ratio, quòd in criminali procurator non interuenit? Respondeo, procurator si interueniret, condemnatur ipse. vt ff. de nego. gestis. l. liberto vel amico. vnde si condemnaretur in causa criminali procurator, duo inconuenientia sequerentur: & quia persona puniretur quæ non deliquit, & quia quod amitteret, nunquam posset consequi per actionem mandati contrariam, licèt in ciuilibus non possit. Item nec in causa populari interueniet procurator. vt ff. de procuratori. l. licèt. Et quæ est ratio? Respondeo. Procurator est, qui mandato domini, &c. vt ff. de procur. l. 1. At actio popularis non magis mea, quàm tua est: vnde in ea aliquis fideiussor non accedit. vt ff. de fideiussor. l. si quis pro eo. §. vltim. Ante litem enim contestatam non est in bonis nostris. vt ff. de verbo. signif. si cui. Item nec in crimine suspecti interueniet procurator. Nec in interdicto de liberis exhibendis & deducendis, nisi specialiter mandatum interueniat, vt ff. de procurat. l. non solùm, §. vltim. & l. Pomponius. in princ. & in concordantijs. Si quis autem vult agere nomine alieno, vt dictum est: debet dominum pro quo aget, defendere: alioquin denegatur ei actio. vt ff de procuratorib. l. mutus. §. pœna. & debet defendere nomine actionum omniũ, quæ competebant tempore susceptæ procurationis: nó si postea competere cœperint. vt ff. de proc. l. omnium. & de damno infecto. l. damni infecti. §. si is qui. & de arbitris. l. de his. & hoc de procuratore simplici. Si autem in rem suam: verùm teneatur defendere. distingue, vtrùm sit ex lucratiua causa: & tunc tenetur. Si verò ex causa necessaria, non vt ff. de procuratorib. l. seruum. §. vltimo. & l. si quis. & l. pater. & ff. de regul. iur. ea qua persona.

Qualiter iudicium declinetur ratione feriarum, & ratione fori.

Rubrica.

1 *Causam si scholaris vel miles habeat, an feriarum tempore iudicium declinabitur.*

2 Domu-

2 Domicilia quot habere possit litigans.
3 Domicilium originale an quis mutare possit.

DIXIMVS suprà de personis per quas ordinatur iudicium: verum quia iudicium declinatur ratione feriarum, & alijs de causis: ideò videamus causas quibus forum seu iudicium declinatur. Primò de ferijs videamus. Sciendum est quod tempore vindemiarum vel messium non vocatur quis ad iudicium, & si vocatur, ire non cogitur, & si sententia lata fuerit, nô tenebit nisi fiat de consensu partium, vt ff. de ferijs, l. 1. Indicuntur istæ feriæ geminis mensibus, duobus in æstate pro messibus: & duobus pro vindemijs. vt C. de ferijs. l. publicas & l. omnes dies. In quibusdam tamen prouincijs isti menses aliquando citiùs, aliquando tardiùs indicuntur, secundùm quòd citiùs & tardiùs habet fieri messis & vindemia. Vnde potestas & præses indicere potest illas ferias secundum consuetudinem regionû. vt ff. de off. procons. l. si in aliam. de nouo autem non in-
1 dicet, vt C. de ferijs. l. à nullo. QVAESTIO. † Quid ergo si scholaris vel miles habeat causam, nunquid declinabit iudicium tempore feriarum? videtur quod nô: quia cessat legis ratio, ne occupari, &c. vt ff. de feri. l. 1. Contrarium tamen est, & induci potest illud generale, cessante causa, non cessat effectus: maxime quia illa causa fuit impulsiua. vt ff. de postul. l. 1. §. sexum. & quia generalitati standum est, & dicit aliud generale. vt ff. de ser ui. vrb. præd. l. si seruitus. In casibus tamê reperio quòd etiam tempore feriarum agitur. qui casus notantur. ff. de ferijs. l. 1. in fin. & l. 2. & l. 3. & C. de fer. l. prouinciarû. Sunt autem certi dies feriati sicut dicit lex. C. de ferijs. l. publicas. & l. omnes & l. dies. & has ferias vocamus omnes solennes. Sunt autem aliæ repentinæ, secundùm quod potestas vel præses indicit, & illis diebus nô redditur ius. vt C. de fer. l. 1. ff. ex quibus caus. maior. l. sed si per prætorem. §. si feriæ. Item declinatur iudicium etiã ratione fori, si non sim ex illo foro, vnde iudex est. vt ff. de iurisd. om. iudi. l. vlti. & ff. si quis in ius vocatus non ierit. l. 1. & 2. & ff. de iudicijs. l. si quis ex aliena. Veruntamen forum non suum sortitur aliquis, & facit suum de multis causis, & ratione delicti, & ratione côtractus: sicut plenè de hoc notatur in summa de iurisd. om. iud. & de foro comp. & not. in distinctione Ioan. qui sic incipit. Sortitur quis forum ratione accusationis. vt C. vbi in rem actio. l. vlti. Item ratione contractus: vt ff. de iudi. l. hæres. §. si quis tute. & dicitur ibi quis contra here, vbi quis se soluturum constituit. vt ff. de bon. authoritate iudic. possid. l. 3. Ratione domicilij, vt C. vbi de ratiocinijs agi oportet. l. 1. & ff. de bonis autho. iud. pos. l. 1. & 2. & ibi quis dicitur habere domicilium, vbi contulit summam omnium fortunarum suarum, & inde non sit discessurus, & si nihil aliud aduocet, vt C. de incolis. lib. 10. l. ciues. & ff. ad municipales. l. domicilium. si enim solam domum possideat in ciuitate, vel in villa, non propterea dicetur habere domicilium. vt ff. ad municipal. l. libertus. §. sola. nisi habitauerit ibi per decennium etiam causa studij, vt in illo lib. C. de incolis. l. 2. vnde multi scholares facti sunt ciues Bononiens. quia vltra decem annos ibi moram traxerunt, & ferè in ætate decrepita volunt consummare dies suos, & vtinam contingat Aretij vbi viget hodie studium trans-
2 latum. † Potest ergo quis habere duo domicilia: tertium non, & sine domicilio quis potest esse. vt ff. ad municipales. l. eius qui. §. 1. & 2. & l. assumptio. §. iuri. Verùm si quis habet domiciliû ratione originis: illud mutare non potest. vt ff. ad municipa. l. assumptio. in princ. nisi eximatur priuilegio dignitatis. vt ff. ad municipa. l. filij. §. senatores. & l. municipes. Domicilium autem quod habet quis ratione incolatus, mutare potest: cùm enim ex sola voluntate constituatur contraria voluntate tollitur. vt arg. ff. de reg. iur. nihil tam naturale,
3 OPPOSITIO. Sed † videtur quod etiam originale domicilium possit quis mutare, vt ff. ad municip. l. placet. & l. non [illegible] ue. & l. libertus. §. patris. hoc intelligêdum est, quando ciuitas patris passa fuit capitis diminutionem: vt Troia. ita ergo quis habet duo domicilia si in illis duobus æqualiter conuersetur: æqualiter colit dies festiuos: si autem in vno plus quàm in alio, in eo loco in quo plus habet, ibi domicilium habet: in alio incola est. vt ff. ad municip. l. Labeo indicat & l. eius qui. §. 1. & 3. Ratione delicti. vt C. vbi de crimine agi oportet l. 1. authen. qua in prouincia. Ratione possessionis. vt C. vbi in rem actio. l. 2. Ratione côsensus. vt ff. de iudic. l. 1. & 2. Ratione conuentionis. vt C. de sent. & interlo. l. cum Papi. Ratione negotiationis. vt ff. de iudic. hæres. §. si quis tutelam. Ratione vltimæ voluntatis. vt ff. de iudic. l. hæres, in princ. & l. is qui Romæ. Ratione administrationis. vt ff. de iudic. hæres. §. si quis tu. Ratione professionis. vt in authen. vt clerici apud proprios episcopos con. col. 6. Ratione constitutionis. vt ff. ad municip. l. non vtique. Ratione originis. vt ff. ad municip. l. assumptio. §. filius. Ratione manumissionis. vt ff. ad municip. l. si quis. & l. eius qui, in princ. Ratione militiæ. vt ff. ad municip. l. municipes §. miles. Ratione têporis. vt C. 10. lib. de incolis. Ratione dignitatis. vt ff. ad muni. filij. Ratione matrimonij, vt ff. ad muni. de iure. §. vlt. & l. ea quæ. ff. de iurisdict. om. iud. l. cum quidam. Et hæc quidem locum habent de recusatione fori in alijs ciuitatibus vel locis. In Roma cessant. Roma enim communis patria est. vt ff. ad municip. Roma. Sunt aliæ causæ per quas quis potest declinare forum multæ de causis, per quas non potest etiam quis in ius vocari: vt not. in summa. C. de in ius vocando.

Qualiter incipiatur iudicium, & de summa libellorum. Rubrica.

1 Libellus in litis exceptione porrigitur.

QVIA ea quæ superius diximus, sunt quædã præparatoria iudiciorum: ideò illis visis videamus qualiter iudicium incipiatur. Verum quia in 1
inceptione libellus porrigitur: ideò libellorum materia tractatur. Primò videamus quid sit libellus. Secundò quib. modis accipiatur. Tertiò vbi offeratur. Quartò cui & à quo. Quintò in quibus causis. Item quæ continere debeat libellus. Item si libellus oblatus possit emendari vel mutari. Item quis sit effectus libelli oblati. Item qualiter concipi debeat libellus super qualibet actione.

Quid sit libellus. Rubric.

1 Libellus vnde dicatur.

LIBELLVS est breuis cartula, petitionis causam & actionem continens proponentis. Vel aliter: Libellus est explanatio voluntatis inter [illegible] interpretis redacta, cum [illegible] one & eius [illegible] ijs. Vel aliter: Libellus est breuis petitio in scriptis habita, voluntatem legitimam proponentis ostendens. Vel aliter: Libellus est breuis petitio: in qua quis aduersarium suû dicit sibi obligatum legitime coram iudice in scriptis. habita verba singula in diffinitionibus posita pondus habent, sicut patebit infra in illa rubr. quæ debet con-
tinere libellus. † Dicitur autem libellus à libro: quia 1
est eius nomen diminutiuum, & hoc propter paruitatem, sicut dicitur: quem recitas meus est o Fidentine libellus, sed malè cum recitas, incipit esse tuus, sic codicillus, id est, paruus codex, qui deriuatur à Codice. ethymologizatur libellus, veluti quasi lucidus litis limes. Dicitur autem libellus à libro, qui est codex: nam liber est codex vel raptus ab arbore cortex. liber, id est, bacchus vel vir sine compede natus. sicut enim sub cortice continetur medulla; ita sub libello intentio proponentis. vel dicitur libellus à libra: sicut enim in libra ponderatur iustitia, ita in libello pôderatur & inquiritur iustitia & intêtio proponêtis. vel dicitur libellus à librado quia in eodê deliberat reus vtrum cedat an contendat.

Quibus modis accipitur libellus Rubr.

1 Libellus inscriptionis in causa criminali dicitur.

ACCIPITVR autem libellus multis modis. Primò enim ponitur pro paruo libello: vt suprà dixi in rubr. proœmia. ponitur aliquando pro pane subcinericio. vt C. de Episcopali aud. l. iudices. ponitur pro codicillo: vt ff. de tab. exhiben. l. 1. in prin. ponitur

nitur etiam pro supplicatione [illegible] da libellus [illegible] atus. l. fin. & in [illegible] ff. de arbitris l. non distinguemus. §. [illegible] tur etiam libellus pro apostolis, id est [illegible] rijs. vt dicit iubi ff. de libel. dimiss. [illegible] etiam libellus pro quadam breui petitione in [illegible] pus redacta, vbi obligatio & actio continetur, vt in superiori rubr. distinxi. & iste talis libellus appellatur [illegible] dam breuis cartula, quæ cartula breuis vocatur [illegible] libellus conuentionalis. vt in auth. de e [illegible] & [illegible] rod. reis. col. 5. §. sancimus. † In causa autem criminali dicitur libellus inscriptionis. vt ff. de accus. [illegible] b. & C. qui accusare non possunt. l. qui crimen publicum. In causa ciuili dicitur libellus conuentionalis. vt in auth. de litig. col. 8. §. si vero. In quibusdam autem locis dicitur libellus petitio, sicut Romæ. In quibusdam autem sicut Bononiæ dicitur reclamatio. In quibusdam autem sicut Aretij dicitur libellus. Ponitur etiam libellus pro libellis appellatorijs, qui dantur iudici a quo appellatur. vt ff. de appel. [illegible] §. libelli. & C. de appel. l. si [illegible] libellos. Ponitur etiam libellus pro [illegible] sicut in quibusdam prouincijs & ciuitatibus dicitur: hic est libellus, id est, [illegible] pulchrum talis.

In quo loco offeratur libellus. Rub.

1 *Libellus in multis prouincijs per consuetudinem in cõtrarium non offertur.*

Offertur autem lib. in iudicio, i. in loco vbi ius redditur, vt ff. de iusti. & iur. l. pen. Offertur libellus per totam Italiam ferè: & in curia etiam Romana. ferè ideo dixi propter Apuleiam quæ licet in Italia contineatur. vt ff. de verb. signif. [illegible] non [illegible] §. 1 tamen ibi libellus non offertur nisi in sola facundissima & nobilissima ciuitate Beneuentana: vt de multo origo est. † In alijs autem prouincijs libellus non offertur: sicut a socijs prouincialibus intellexi. Sed secundùm iura debet semper libellus offerri: [illegible] per consuetudinem contrariam in multis prouincijs & ciuitatib. vt dictum est, derogatur.

1

Apud quos debeat offerri libellus. Rub.

1 *Ius suum per pactum quilibet deterius constituere potest.*

Apud quos autem offeratur libellus [illegible] du [illegible]. Et certè offertur libellus apud iudices [illegible] cio. vt C. de litis con test. auth. offeratur siue sint iudices ordinarij, siue delegati, siue maiores, siue minores, secundùm quod suprà diximus de iud [illegible] minoribus vel maioribus. vt C. de liti. authen. [illegible] offer. Item coram arbitris offertur libel. vt C. de arb. [illegible] enul. circa fi. nã si offertur in iudic js, ergo & [illegible] bitrijs, cũ arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum. vt ff. de arb. l. 1. & arg. C. de iud. rem non nouam. nam ibi parificantur arbitri & iudices. OPPOSITVM. Sed videtur contrà. C. de Epis. & cler. auth. generaliter in fin. [illegible] nisi causa moueatur ex consensu vtriusque partis [illegible] lectur am exponunt plerique, [illegible] ear [illegible] coram arbitris, quasi hæc sit intentio [illegible] libellus & ai [illegible] facienda: verùm [illegible] o, non autem coram arbit. [illegible] placet vnde [illegible] a expone, n [illegible] causa [illegible] dicta cautio [illegible] quam dicit præsta [illegible] dam auth. illi [illegible] ex con [illegible] vtrusque parti [illegible] d neutra pars [illegible] præstare prædictam cautionem [illegible] raliter. facit mentionem. quòd [illegible] libellus: sed dicit quòd [illegible] interponantur. scilicet [illegible] præstã [illegible].
2 † potest enim quilibet [illegible] pactum [illegible] re deterius. vt ff. de minor. si iudex. & [illegible] & ff. de æd [illegible] edict. l. quæritur. §. [illegible] quod non sit dandus lib. coram arbitro probatur [illegible] est quòd libellus datur ad hoc, vt reus d [illegible] cedat an contendat. vt C. de lit. contest. au [illegible] & ff. de eden. l. 1. ergo hæc est causa quare d [illegible] nus si vult cedere vel contendere: at in a [illegible] o [illegible] est quod partes volunt contendere [illegible] quo [illegible] elegeruot: vnde a modo in certis nõ est locus coniecturis. vt in auth. de testi. & ea quæ par. in [illegible] mense, col. 4. & ff. de ver. obl. l. continuus. & sic libellus non est dandus, nã remota causa remouetur effectus, vt ff. de adopt. l. in omni [illegible] e. & dicit hoc generale. Sed respondetur, quod non est sola causa quare libellus datur, scilicet, vt cedat an contendat: sed datur propter illud, & propter aliud: vt si veniat ad contendum qualiter possit esse instructus ad respondendum. vt ff. de eden. l. 1. item fit libellus vt sciatur vtrum competens actio sit proposita: vt si competens, condemnetur reus: si incompetens, absoluatur. vt ff. si agrimensor. fal. mod. dixerit. l. 1.

A quo offeratur libellus, & cui. Rubr.

1 *Libellus iudici an actori offerri debeat.*

2 *Iudicis officio aduersarium ad solutionem compelli peti debet.*

Offertur autem libellus ab actore in causa ciuili: ab accusatore in causa criminali. QVAESTIO. Sed † cui offeratur, vtrum reo an iudici quæritur. & 1
auth. videtur velle quod ipsi reo, vt authẽ. offeratur ei. & hoc seruatur in pluribus ciuitatibus: rursus tamẽ credo quod libellus offeratur iudici: & posteà iudex faciat copiam parti vt in authen. de litig. quæ est posita. C. de li[illegible] auth. [illegible] ngiosa res est. principaliter enim libellus datur iud [illegible] & secundario parti vel Reo. Nonne ita concipies libellum. Vobis d. P. cõqueror ego R. de M. & e. Certè sic est, si actionem intentans peti officiũ iudicis tanquam mercenariũ, quod deseruit actioni. vt C. depos. l. 4. vt compellat aduersariũ adimplere illa quæ petis: siue petas per officium iudicis tanquã principale vt in restitutionib. vt ff. de mino. quod si minor. §. vl. Sẽ per enim petas per officiũ iudicis aduersarium ad so- 2
lutionem cõpelli. parum enim esset obligationis vinculum: nec prodesset actio ex obligatione descendens, nisi officium iudicis esset in causa. & sic videmus de facto vbiq; licet vbicunq; porrigitur lib. quod iudici datur, & iudex in quaternis cõmunitatis facit scribi, & libellum retinet apud se. & facit copiam iudex reo vel accusato quod debeat exemplare: & est ratio. Si enim daretur lib. Reo & non Iudici: illud sequeretur absurdum, quod Reus fortè mutaret libellum: vel aliquid adderet vel detraheret, & sic posset esse dubiũ. Verum si iudex habeat libellum apud se, licèt reus vellet cõmittere malitiam: tamen non posset, iudice ostendente libellum [illegible] inalem, sicut sæpe de facto vidi hoc in iudicijs agitari.

In quibus causis offeratur libellus. Rubrica.

1 *Causæ viles intelliguntur minores duobus aureis.*

2 *Libellus ne detur ex posset pacto & voluntate partium remitti.*

Et quia fortè quis crederet, quod in omnibus causis daretur libellus. Ideò videamus in quibus litibus libellus debeat dari: & in quibus non. Igitur iure veteri libellus nõ erat necessarius, vt probatur subtiliter ff. de eden. l. 1. §. edere. & §. eum quoq;. nisi in conuentione illustrium personarum: tunc enim libellus erat necessarius. vt C. de dignita. lib. 12. l. quoties. & hæc vera erant in causis ciuilibus, in criminalib. enim etiã iure veteri necessaria erat scriptura: siue crimen erat priuatum siue publicũ. & etiam istud obtinet hodiè regulariter. vt ff. de priua. del. ctis. l. fin. & ff. de fur. l. vlti. de accus. l. libellorum. & [illegible] qui accu. non poss. l. qui crimen. & locum etiam habet hodie in ciuilibus regulariter, vt offeratur semper libellus. vt C. de lit. contesta. auth. offeratur. Verum vtrumq; fallit, quòd in ciuilib. & criminalibus quibusdam, non desideratur libelli. Ecce [illegible] si bi [illegible] sint lites: & maximè viliũ causarum [illegible] sin [illegible] n auth. de manda. princi. col. 3. §. hi tibi quoque [illegible] iudi [illegible] & est posita, C. de senten. ex periculo rec [illegible] l. vlt. Viles † autem causas intel- 1
liguntur minores duobus aureis. vt ff. de d [illegible] olenni. in fine. & [illegible] sequenti. vel [illegible] tur [illegible] arbitrio iudicis, vt ff. de iure deliberan. [illegible] l. [illegible] enim iudex qualitatem personarum, & causæ quantitatem, argum. ff. de transactio. l. cum [illegible] § sed ex pers [illegible], & ff. de vsu.

vsu. & hab. l. plenum. §. 1. Item fallit regula quando Episcopus cognoscit inter clericos sibi subiectos. vt in authen. vt cleri. apud propri. Episcopos cum §. 1. coll. Item fallit, quando Episcopus comprehendit præsidē fugientem: accusatores enim contra eum non ex scripto audiuntur. vt in auth. vt iudices sine quoquo suffra. col. 2. §. necessitatem. Item secundùm quosdam si ... partes velint consentire. vt in authen generaliter, in h. licèt authent. illa aliter & aliter intelligatur. Item adducunt quidam alium casum 11. lib. C. de naufragi. l. de submersis. sed illa non facit ad causam: nam ibi iudex debet cognoscere siue per libellum tantum interpelletur: & illud est casuale: sine plenaria interpellatione, id est, contestatione facta & causa plene examinata. Itē fallit in quibusdam criminibus: vt in crimine abigeatus, vt C. de abigeis. l. 1. Item fallit in crimine suspecti: vt ff. de susp. tut. l. 3. §. non tantùm. Item fallit in criminibus notorijs. vt C. de accus. l. ea quidem. Item fallit secundùm quosdam in leuibus criminibus. vt ff. de accus. l. leuia. sed litera illa non facit pro hoc: quia dicit in talibus de plano cognoscendum: est enim intelligendum de plano: id est, summatim. id est, sine magna inquisitione vel aliter de plano. id est, iudice non sedente pro tribunali, nam licèt de plano adeatur iudex: tamen libellus datur. vt ff. ad leg. Iul. de adul. l. miles. §. lex. Item fallit in omnibus criminibus vbi quis sine accusatione dānatur: vt in crimine lenocinij. vt ff. ad leg. Iul. de adult. l. 2. §. si publico. Sed posset responderi, quod crimen erat in modū exceptionis oppositum: vnde libellus non fuit necessarius, licet pœna fuisset interposita: sicut cōtingit in crimine calumniæ, nam & ibi iudex sine accusatore tempore sententiæ potest pœnam imponere: vt C. de calumnijs. l. 1. Idem est in carta falsa: & in teste falso producto coram iudice: nam & iudex punit sine accusatore. vt C. de probat. l. vltim. & C. de testibus. l. nullum. Item dicebat B. in crimine falsi, vbi etiam incidenter mota quæstione respondit. vt C. de falsis. l. vbi licèt domino Io visum fuit contrarium: nam in l. illa vbi. nō incidenter, sed principaliter falsi quæstio mouebatur. Sed domino meo videtur, quòd in omnibus prædictis criminibus possit iudex ex officio suo damnare: tamen si accusator aliquis accedit, necessarius est libellus: sicut vides in simili: si liquet aliquid sibi tanquam iudici, potest ipse iudicare, vt dicit vnum generale. vt arg. ff. finium regund. l. si irruptione. sed tamen si aliquis vellet petere quòd reus condemnaretur, de eo quod liquebat iudici, probare debet ... est in ea sententia dominus meus, quod semper libellus sit offerendus in criminib. præterquam in crimine abigeatus, & crimine suspecti, & crimine notorio, & crimine apostatarum: & præterquam in casu qui ponitur. C. de Iudæis. l. ne quis. sed suaderi posset quòd cum solus iudex possit ex officio suo condemnare: multò fortius potest cum accusatore: nam faciunt duo quod nequit vnum. & quæ nō prosunt singula. &c. vt C. de testamentis. l. sancimus. & C. de trā sact. l. si quis maior. Item fallit regula, vbicunque mulier non admittitur ad accusandum quod ibi libellus nō est necessarius. vt C. qui accusare non possunt, l. de crimine. licet lex illa possit intelligi quod mulier debeat inscribere: veruntamen non tenetur subscribere, scilicet se subituram pœnam calumniæ si in probatione defecerit: sicut subscribunt accusantes. vt C. de accus. l. vl. Sicut vides in marito: quia si accusat iure mariti tenetur inscribere, verum non tenetur subscribere. vt C. ad
2 leg. Iuli. de adult. l. iure mariti. & l. quamuis. † QVAERITVR. Sed illud quæritur an possit de pacto & voluntate partium remitti, ne daretur libellus. videtur quod non: quia non propter vtilitatem partium, sed de iure publico est inductum vnde non remittitur, vt in sacramento calumniæ, quod non potest remitti, vt C. de iureiur. propter calumniam datam. l. 2. §. sed quia veremur. & sic est mitte. vt ff. de procuratorib. filiusfamil. & hoc dixerunt plerique prudentes. Sed tamen domino meo videbatur econuersò. vt argumen. C. de Episc. & cler. authen. generaliter. in fine. & legum authoritas pactis litigantium mitigatur. vt C. de tempor. appella.

[illegible] ...e. nec enim tantùm periculum est in [illegible] quantum est in remissione sacramenti. Si [illegible] mentum remitteretur: iudex plene veritatē [illegible] are non posset. at sine scriptura benè possum proponere actionem: & plene potest instrui reus. vt verbi gratia: peto 10. actione ex empto, quia equum tibi vendidi. Cum ergo sit sententia domini mei, quòd possit libelli scriptura per pactū remitti: sequitur ergo quòd per consuetudinem possit remitti. vbicumque enim aliquid per pactum remitti potest. vt not. C. quæ sit long. consu. l. 2. & sic non peccant multum quædam prouinciæ in quibus libelli non dantur.

Quæ debeat continere libellus. Rubr.

1 *Statutum in ciuitate Aretina disponit, quòd omnis causa determinato tempore finiatur.*

2 *Libelli forma quò ad ea quæ continere debeat.*

AD conceptionem libelli faciendam sciendum est, quę debeat continere libellus, vt sit formatus legitimè. Vnde nota, quod omnia libellus qui porrigitur in causis ciuilibus tria continere debet: vt factum bene recitetur, quod appellatur causa. Item obligatio & actio ex obligatione descendens: in qualibet enim actione ista tria conueniunt. Primò factum scilicet emere, vendere, & talia. ista enim facti sunt. vt ff. de eur. furio. l. consilio. Secundo obligatio quæ ex illo facto descendit: nam obligatio est iuris vinculum quo necessitate astringimur alicuius rei soluēdæ causa. vt Institu. de oblig. in princ. Tertiò debet continere ex obligatione actionem descendentem, tanquam de matre filiam: nam actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. vt Instit. de acti. in princ. debet etiam continere rem vel quantitatem, quam petimus, sicut infrà notabo. Item debet continere diem dati libelli, vt perinde sciamus, verum 40. dies sint elapsi vel non. vt C. de in lit. contest. auth. offeratur. debet etiam continere annos, mensis, & nomen Imperatoris: vel Papæ si terra illa subiecta est Papæ. arg. C. lib. 10. de apochis publi. l. 1. vt per hoc sciamus verùm triennium sit elapsum seu transactum, quo perit instantia iudicij in ciuilibus. vt C. de iudi. l. properandum. vel sit transactum biennium quo perit instātia iudicij in criminalibus. vt C. vt infra certum tempus crimi. l. vltim. vel verùm transacti sint 40. dies infra quos secundùm statuta ciuitatum debet cau-
sa finiri. † sicut statutum dicit in ciuitate nobili Aretina. debet etiam continere nomen agentis, & nomen illius contra quem proponitur: debet etiam continere nomen iudicis corā quo proponitur libellus. Vnde ita
rectè cōcipies libellū. LIBELLVS. 1 Vobis domino A. potest. Are. conque. c. R. de M. à quo peto 10. actione ex empto: quia equum sibi vendidi Anno domini 1257. mensis Nouembris. 1. die. existente Honor. Papa, vel residente Imperatore Friderico. Item anni domini debent apponi in ipso libello: sed tabelliones nostri temporis quā omnia in scriptis redigunt: quia statim ex quo datur libellus: & si anni domini non apponantur, tamen scribunt annos, mensem & diem in quaternis communitatis, sicut tota die quilibet per totam Lombardiam & Tusciam potest videre. ideò anni domini nomen Imperatoris, vel Papę omittuntur: sed in partibus illis vbi non sunt tabelliones qui scribunt ita in actis communitatis, sicut contingit in ciuitate mea Beneuentana, concipitur libellus, vt dictum est.

De actione edenda. Rubr.

1 *Actio incompetens si proponatur, quare secundùm reum absolutio sequi debeat.*

2 *Actiones plures an ex vno actu oriantur.*

QVIA diximus quod libellus debet continere actionem & causam agendi vel factum: quia circa actionem proponendam est diuersitas inter P. & suos sequaces, & inter dominum Ioan. & suos sequaces: ideò de hoc breuiter dicem⁹ argumēta & leges per quæ vtraq; sentētia iuuetur, & quid hodie obtineat. Fuit dominus

DominusPlacentinus in ea sententis, vt nomen actionis non exprimatur, sed tantùm causa. verbi gratia, peto à te decem, quæ tibi mutuaui: vel peto à te decem, quia equum tibi vendidi: & sic secundùm eum videbatur, quòd actio & causa agendi idem esset. facit pro Placen. quòd sola causa proponatur. quod legitur Instit. de actio. §.1. in fin. nam qui rem suam esse dicit, in rem est actio: & sic scriptum reliquit in Summa sua, titul. de actio. & sic secundùm eum quilibet rusticus facere sciret libellum, & competentem actionem proponere: & sic nunquàm incompetens actio proponi posset. QVAESTIO. † Quid est ergò, quòd leges dicunt, quòd si actio incompetens proponatur, sequi debet absolutio. vt ff. si agri mensor falsum modum dixerit. l.1. item alibi dicitur, quòd debet Aduocatus competentē & aptam actionem negotio proponere. vt C. de sur. & impe. subla. l.2. item secundùm eum non esset necessarium istud opus, cùm quilibet sciret formare libellos. quod enim Plac. pro se inducit: ita intellige in rem est actio, subaudi proponenda: putà rei vendicatio, & similia verba inuenies: fur tenetur hac actione, si appareret eum dare facere oportere. vt Insti. de actio. §. sic itaque. non tamen illa verba sunt actio: nec nomen denotant actionis Item alibi, qui certam pecuniam numeratam petit, vtitur illa actione, si certum petatur. vt ff. de tric. l.1. non tamen illa verba sunt actio. Vnde prædicta sententia Placen. non placuit Domino & Præceptori meo R. nec Domino Ioan. nec Domino Azo. sunt autem ipsi in ea sententia, vt speciale nomen actionis in libello proponatur. vt ff. de eden. l.1. in prin. & C. de eden. edita. & C. de interdi. l. vlt. & ff. de admin. tuto. l. quoties. §. item si temporali. & ff. de neg. gest. l. si pupilli, in fi. Item lex dicit, aliquando incompetentē actionem proponi. vt Insti. vi bonor. rapt. & hanc sententiā seruat Ioan. & elegans Pisanorum ciuitas pādectarum iuris fidelissima gubernatria. si enim Placentini sententia obtineret, iam nemo compelleretur ad actionē eligendam: sed iura dicunt, quòd compellatur quis actionem eligere. vt ff. de legat. 2. l. cùm filius. §. varijs. & ff. de tributoria. l. quod in hæredem. §. eligere. quod semper quis facere debet, nisi sit de iure suo incertus. vt ff. quorum legatorum. l.1. 2. respons. & de hoc not. plenè Dominus meus in prædicto §. eligere. secundùm enim Placen. sufficit talis libellus, Peto fundum qui fuit mihi legatus in testamēto talis. Item, peto à te domine decem: quia contraxi cū seruo tuo. quod dicere esset absurdum. † Fuerunt autem plerique prudētes in ea sententia, vt dicant referre verùm ex vno facto oriantur plures actiones, an vna? si plures, vt ex incisione arborum, ex qua oritur interdictum, quod vi aut clam. item actio legis Aquil. Item arborum furtim cæsarum. vt ff. arborum furtim cæsarum. l. si colonus. & l. penult. & ff. quod vi aut clam. l. si immaturam. Item in societate, si furtum committatur, & pro socio & furti locū habet vt ff. pro soc. l. rei cōmunis nomine. tunc actio est præponenda, vt certificetur reus. vt ff. de actio. & obligat. plura idem in eod. tit. l. qui seruum. ff. de priua. delict. l. nunquàm. & sic concordant sententiæ Ioan. Si verò vnica actio ex contractu descendat, putà, vendidi tibi equum: vna sola oritur, scilicet ex vendito: sufficit si factum proponatur: & sic concordant sentētiæ Placentini. Alij voluerunt distinguere, vtrùm tales dictiones descendant ex contractu, quarum euentus contrarius est. vt C. de furt. l.1. & C. si seruus ext. se emi mand. l.1. & ff. famil. ercis. l. puto. §. vlt. tunc est actio eligenda, aliàs non: & ita intelligitur l.1. ff. de edend. in prin. Sed horum sentētia mihi displicet, siue enim diuersæ sunt actiones, & non contrariæ. vt in illo §. eligere, de tributoria. debet qui agitur exprimere actionem: siue sunt contrariæ, debet etiam exprimere actionem. Domino autem meo videtur aliter de nouo dicendum: vt si factum benè proponatur, sufficit quātum ad editionem actionis. verbi gratia, peto decem: quia vendidi equū. Nec enim dicit vt Plac. quod causa vel factum sit actio. sed dicit, quòd sufficit factum benè proponere, & si actio nō proponatur: actio enim ideò debet edi, vt Reus possit esse instructus. vt ff. de edend. l.1. At ita benè instruitur Reus, si dicat, peto decem: quia equum vendidi: vel peto decē actione ex empto. Nihil enim interest, vtrùm quid ex æquipollentibus fiat. vt ff. de verbo. oblig. l. cùm seruus. & ff. de peti. hæred. l. item veniunt. §. à quo. & C. de instit. & substit. sub consactis. l. si mater. Sententia enim Placen. non placet: quia iam idem esset mater & filia, & econuersò: nam ex facto, scilicet emere sequitur obligatio: ex obligatione actio: sicut de hoc plenè notat Dominus meus in Summa, de eden.

De causa agendi. Rubric.

1 *Aduocatus an semper literaliter proponere debeat.*

ET QVIA edita actio non sufficit, nisi cùm causa edatur: ideò dicimus causam in libello debere proponi: quod sit proponēda dicit l. C. de edicto D. Adria. toll. l. vlt. & ff. de transact. cùm hi. §. in hac causa. argum. C. lib. 11. de apoch. publi. l.1. OPPOSITIO. Sed videtur cōtra. C. de annal. exceptione. l. vlt. Respōsio. ibi libellus fuit de voluntate receptus: quia considerat de iure suo: sed quòd diximus causam edendā, est verum generaliter in actionibus personalibus: in realibus autem sufficit, si actio proponatur: putà, peto rem talem rei vēdica. sicut infrà pleniùs notabimus: at in personali nihil sonaret libellus iste, peto decem actione ex empto. vndè meritò causa est inserenda, vt Reus possit instrui, sicut dictum est. † Nam quæstio quędam formatur, & multotiens dubitatur vtrum Aduocatus debeat ita proponere semper literaliter. Pone quòd ex aliqua parte sint aliqui laici & idiotæ, & ex alia est aliquis literatus, vtrùm debeat proponere literatus ita quod intelligatur ab idiota, videtur quòd sic. nam ad hoc vt inuicem contrahatur obligatio, debent se intelligere contrahentes. vt ff. de verb. obl. l.1. Item ita debet edi actio, vt Reus intelligat & possit esse instruct. vt ff. de eden. l.1. Item qui obscurè proponit, perinde est ac si nihil proponeret. vt ff. de interroga. act. l. de ætate. §. nihil interest. Econtrà videtur quòd non debeat proponere vulgariter, sed literaliter, si iudex qui sedet in medio, est literatus, & istud credo vtilius aduocatis literatis, vt & laici & idiotæ ab aduocatione ibi repellantur. Si autē iudex sit idiota, sicut in multis partibus vbi iudicant Comites & Barones & milites qui quidem possunt. vt C. de iud. l. certi. & in Auth. de iudicib. collati. 6. in princ. tunc necesse est vt aduocati vulgariter proponant: iudici enim soli fides est facienda. vt C. si aduersus creditorem. l.1. & C. de condi. ob turpem causam. l.1. & C. quando dies lega. ced. l.1. & ff. de probat. so. & C. si quis alteri vel sibi. l.1. Et posteà iudex interpretabitur aduocato idiotæ: vt arg. in Auth. de litigi. Authē. litigiosa. posita. C. de litigiosis. & sic iudex fatigabitur interpretando, vbi necessè erit, vt aduocatum idiotam cum verecundia faciat remoueri.

De rebus petitis vtrum debeant in libello comprehendi. Rubri.

1 *Actiones omnes secundum leges distingui debent.*

ITEM edita actione & causa agendi non sufficiet nisi in libello res ponatur: ideò diximus rem petitam vel petendam debere in libello comprehendi: sed vario & vario modo, res petitæ ponuntur propter varietatem actionum: ideò distingue: quia aut agitur actione vniuersali, putà petitione hæreditatis: famil. erciscund. aut generali: putà tutelæ: aut singulari vel speciali: putà rei vendi. depositi, commodati, vel similibus: quòd ita distinguantur actiones, dicit lex. ff. pro socio. l. arbiter. & ff. de rei vendic. l. prima.

De actione vniuersali. Rubric.

1 *Libellus in actione vniuersali quomodo concipi debeat.*
2 *Sententia incerta quomodo detur.*
3 *Sententia incerta quid prodest.*
4 *Actiones vniuersales quot sint.*

SI ERGO agatur actione vniuersali, debet exprimi actio & causa agendi. res autem exprimuntur vniuersaliter,

uersaliter, non singulariter vel specialiter. verbi gra-
1 tia. LIBELLVS. † Conqueror ego R. vobis Domino. Aretin. potestati de M. à quo peto bona quæ fuerunt patris mei, & hoc peto petitiõe hæreditatis: quia dico me institutum, vel ab intestato illa bona ad me pertinere: & sic rectè concipies libellum si te insolidum dicis hæredẽ. Si autem pro parte, dicas vel designas, quotã partem petas, vt dicas: peto bona quondam patris mei pro dimidia: quia pro dimidia dico ad me pertinere, vel ab intestato, vel ex testamento: & hoc quãdo certus sum de certa parte. Si autẽ incertus, tunc incertæ partis petitio datur: quòd ita intelligas ratiõe exitus: quia põt pars petita augeri vel minui. vt ff. de solutionib. l. si pater. & ff. si pars hæred. petatur. l. antiqui. non intelligas ratione petitionis: quia certũ debet petere: putà quartam. vt ff. si pars heredit. petatur. l. 1. in fine. Quod enim causa ponatur in libello probatur ff. de petitione hæreditatis. l. 1. & 2. & 3. quod res ita generaliter debeat peti, vt dictum est, probatur argumento tali. Lex dicit, quòd si intento petitionem hæreditatis: & postea possessor inueniatur plures res possidere quàm possidebat tempore litis contestatæ, quòd in illis debet condẽnari. vt ff. de petitio. hæred. l. 4. & l. si quo tempore. Sequitur ergo quòd res generaliter petitæ fuerunt: nam si specialiter, in alijs rebus non esset posteà condemnãdus possessor: non enim in plus condemnari debet possessor: nisi super quo petitio est in libello: verũ est in rebus principalibus, non autẽ in accessorijs: putà fructibus vel vsuris: in illis enim condemnatur, & si non petantur: quia post litẽ veniunt vsuræ in bonæ fidei iudicijs. fructus autem in bonæ fidei iudi. & etiam stricti iuris. vt ff. de vsuris. l. videamus. & C. de petiti. hæredi. l. 1. vnde quia incerta formatur petitio, incerta etiam datur sententia. putà condemno te in quartam partem bonorum pro indiuiso. vt ff. si pars heredi. petatur. l. nõ
2 possum. QVAESTIO. † Sed quomodò dabitur incerta sententia, cùm iura dicant econuerso. Inst. de actioni. §. curare. & C. de senten. quæ sine certa quantit. profe. l. penult. & vlti. Respondeo: hoc facit natura actionis sicut
3 dictum est. QVAESTIO. † Sed quid prodest mihi talis sententia? Respondeo, multum: nam aut probaui res illas possessas fuisse in bonis patris mei: & sic condẽnabitur possessor in restitutione rerum illarum: quia mandabitur executioni sententia: aut non probaui: & sic me iterum probare oportebit, quòd fuerint in bonis. vt ff. de petitio. hæred. l. & non tantùm. & l. item veniunt. & probatio ista fiet non iure ordinario, sed quodã extraordinario. Verbi gratia: Petam sententiam latam in petitione hæreditatis mandari executioni: & dicã in rebus illis. quia res illæ fuerint in hæreditate: ille excipiet & dicet, quòd non: ego probabo quòd res illę fuerunt in bonis, & sic mandabitur executioni senten-
4 tia. † Sunt autem actiones vniuersales quatuor. petitio hæreditatis, familiæ erciscund. actio ex testamẽto quę datur pro vniuersitate per Trebel. restituenda: & actio ex empto quæ datur quotiens tota hæreditas emitur: & sic concipies libellum indistinctè sicut dixi in petitiõe hæreditatis. Conuenio te familiæ erciscundæ pro illis bonis diuidendis, quæ fuerunt olim Titij, quæ bona ad me pertinent ex testamento, vel ab intestato. Cõuenio te actione ex testamento pro bonis Titij mihi ex causa fideicom. restituendis. Conuenio te actione ex empto pro bonis Titij, quæ mihi vendidisti: vnde peto vel bona assignari, vel interesse præstari, secundùm quòd Dominus meus notauit in summa C. de hæred. vel actione vendita. & in summa Inst. de action. in ir. diuisione.

De actione generali. Rubric.

1 *Dictio vniuersalis à generali in quo differat.*
2 *Libellus in actione generali quomodo concipiatur.*

VIDIMVS de vniuersalibus, videmus de generalibus. Generales sunt, tutelæ, pro socio, si facta est societas omnium bonorum vel maioris partis: negotiorum gestorum, si omnia negotia gesta sunt vel plura. vt ff. pro socio. l. pro socio arbiter. QVAESTIO.
1 † Sed in primis quæritur quę sit differentia in nomine: nonne idem sonat vniuersalis quod generalis. Respondeo, nõ: vniuersalis enim dicitur actio illa quæ pro hæreditate cõpetit, quæ appellatur vniuersum ius, quod defunctus habuit. vt ff. de verb. signif. l. hæreditas. omnes enim actiones vniuersales gratia hæreditatis competunt: sicut in superiori rubrica dictum est. At generalis dicitur actio quæ plura sub se capitula cõtinet, pro socio enim & tutelæ: & negotio. gesto. istæ enim plura capitula continent & administrationẽ, scilicèt, panis & vini & olei & similiũ, non tamen continent vniuersum ius quòd defunctus habuit. nam multotiens euenit quòd omnia paterna ad filios non deueniunt; in his generalibus est exprimenda actio & causa. Res autem exprimuntur generaliter, sed in causæ processu specialiter exprimuntur. vt arg. C. de iud. licèt. quòd in vniuersalibus non est, sicut suprà diximus. Vnde ita cõcipies libellum. LIBELLVS. † Conqueror vobis D. Are. potest. 2
ego. R. de M. à quo peto rationem tutelæ mihi reddi de bonis meis administratis ab eo, quia tutor meus fuit testamentarius, legitimus, vel datiuus, & peto villicationis rationem reddi per actionem tutelæ. vt ff. de tute. & ratiocina. dis. l. 1. Et sic concipies libellum in nego. gest. Peto rationem administrationis negotiorum reddi, & hoc peto per actionem negotiorum gestorũ, quia bona mea administrauit. Item in actione pro socio. peto à tali, quia socij fuimus rationem societatis reddã de bonis communibus, & hoc peto actione pro socio.

De actione speciali. Rubric.

1 *Libellus in actione speciali quomodo concipiatur cum pluribus seq.*
3 *Libello si quis vestimenta petierit, an colorem designare teneatur.*
7 *Sententia quid valeat, si quis in libello diceret restitue mihi sciphum vnum de argento: pondus autem non exprimeret.*
8 *Actionibus in singularibus an causa exprimenda sit.*
9 *Actiones reales à personalibus in quo differant.*

SVPAREST vt de specialibus actiõibus videamus. Si ergo agatur actione singulari, sicut rei vendicatione, vel publiciana, vel similibus, specialiter exprimenda est vtrum totam an partem petam, & si partem, debet dicere quotam, vtrum tertiam vel quartam, & dicere debet cõfines. vt ff. de rei vend. l. cùm in rem. to princ. & ff. de censibus. l. forma. in prin. & quòd confines dicendi sint argu. est ff. de contrahẽ. empt. l. quòd sæpè. §. vlti. & l. cùm seruo. §. vlt. Item argum. alio probatur quòd dicendi sint confines, nõne res certa debet peti in rei vend. videtur quòd sic. ergò designandi sunt confines: nam si peterem fundum, incertum peterẽ, cũ stipulatio fundi, vel etiam legatũ fundi nullum sit. vt ff. de iur. doti. l. cùm post diuortium. §. gener. & quare incertum? ideò quia fundi constituuntur destinatione patrissa. vt ff. de leg. 1. l. quòd in rerum. §. vlti. & ideò minimum vna fortè gleba petita videretur, nam & in re immobili certa signa sunt dicenda. Vnde ita formatur libellus. LIBELLVS. † Peto fundũ talem, scilicèt Sempro- 3
nianum, positum in tali loco, vbi dicitur vallis vmbrę: ex parte possidet Titius. & ex alia Sempronius: & ex alia Gaius, ex alia via publica est. Debet etiã dici verum sit vinea, cãpus, vel pratũ. vt C. de bonis proscript. l. si quis. Si autẽ petam materiã vel speciem: putà argentũ, & ex illo argẽto nihil sit inde factũ speciale, putà cupa vel scutella vel sciphus: sed tantũ consistit in materia aliàs massa. debet petere illud argentũ, & adijcere põdus, vt ita dicat. Peto ego à tali tot marcas argenti, quas apud eũ deposui, quas marcas peto rei vendi. Si autem ex argento facta sit pecunia & signata, ita petam. Peto ego à tali C. sol. venetorum, quos retinet, vt publiciana peto. Si autẽ non est signata, nõ potest vẽdicari, nisi certum esset quod ex tali essent illi denarij, quia ex quo pecunia ad numerum deponitur, videtur vsus pecuniæ cõcessus. vt ff. depositi. l. die sponsalitiorũ. §. vlt. Si aũt ex argẽto facta sit cupa, vel sciphus, tũc debet ita formari.

LIBEL-

2 Libellvs.† Peto vnum sciphú tanti ponderis, id est,
duarum marcarum: qui ciphus est cęlatus vel simplex:
& hunc sciphum peto rei vendic. vel publiciana. quod
species & cælatura debeat poni in libello dicit ff. de
rei vendica. l. si in rem. quod debeat poni pondus dicit
ff. depositi. l. 1. §. si quis argentum. Oppositio. Verum
lex contradicere videtur, quòd pondus non debeat di
ci. ff. de furt. l. action. §. 1. Sed illud forté contingit rati-
one odij propter furem: vel ibi constabat de vase. verú
si ignorat pondus iuramento succurritur. ff. depositi. l.
1. §. si quis argentum. Si autem volo petere vestimenta,
debeo designare colorem & speciem: nó autem teneor
dicere vtrum sint trita an noua. Verum si colorem ne-
scis, iuramento tibi succurritur. vt ff. de rei vendicati.
l. si in rem. & ff. de furt. l. actione. & ff. depositi. l. 1. §. si
quis argentum. Et hoc verum est quantum ad petitio-
nem: sed ante sententiam designandus est color cùm
propter colorem varia fiat condemnatio. Qvaestio.
3 † Quid si nó designauit: probauit tamé de vestimentis,
quid faciet iudex? Respondeo in minima vestimentis
condénabit reú. Vnde ita concipies libellú. Libellvs.
4 Peto ego à tali vnam tunicá de scarlato vel de viridi:
quá tunicam rei vendicatione vel publiciana peto. Idé
est & si vis petere aliam rem mobilé: putà bouem, peto
vnum bouem vel equum talis coloris &c. Si autem vo-
lo petere hominem adijciam nomen ipsius in libello:
& vtrum sit puer an senex vel adolescens, & si scias, no
men. Si autem ignoras, dicas puerum qui ex tali ancil-
la natus est, vel ex tali hæreditate. Vnde concipias ita
5 libellum. Libellvs.† Peto à tali puerum Stichum vel
natum ex tali ancilla: vel qui est ex tali hæreditate mi
hi relictus: qui puer est adolescens vel senex: & istum
peto rei vendi. vel publiciana. quòd ita sit concipien-
dus libellus dicit ff. de rei vendicatio. l. si rem. §. vlti. Si
autem volo petere domum, petam domú sitam in tali
loco: & dicá confines sicut superius in fundo diximus.
Si autem volo petere quantitatem, debeo ipsam in li-
bello designare. vt in Auth. de litig. collat. 8. §. ad eaem
plandas. & C. de episc. & cleric. Auth. generaliter. Vn-
6 de concipies ita libellum. Libellvs.† Peto à te decem
solidos Pisanorum quos tibi mutuaui. vnde certi con-
dictioné, quæ ex mutuo oritur, intento. Sed licèt dixe-
rim succurri ignoranti, si dicat & iuret se nescire colo
rem: verum est ad hoc vt recipiatur libellus: verùm in
processu causæ certum colorem & certum pondus de-
beo probare: alioquin senténtia nulla esset: quia cóține-
ret quantitatem incertam, vel quid incertum: & sic nó
7 valeret. vt C. de sentétijs quæ sine certa quantitate pro
feruntur. l. penul. & vlt. Qvaestio. † Quid enim vale-
ret sententia si diceret, restitue sibi sciphum vnum de
argento, nisi diceret tanti ponderis. Item quid valeret
si diceret, restitue tunicam vnam: nisi diceret de tali co
lore scarlato vel viridi. Fuerunt tamen quidam in ea
sententia, vt non admittatur libellus etsi velit iurare
se nescire colorem vel pondus: nisi dicat colorem vel
pondus. quod enim legitur. ff. depositi. l. 1. §. si quis argé
tum. quod si de pondere dubitetur, quòd iuranti suc-
curritur: ita intelligunt de pondere, id est, de ponderis
æstimatione quasi hæc sit intentio: quia constabat de
pondere, sed de ponderis æstimatione dubitabatur: cú
fortè res deposita nó restitueretur, sed eius æstimatio:
vnde quia depositor plenè probare nó poterat, debet
deferri sacramentum ei à iudice in defectum probati-
onis. vt C. de rebus creditis. l. in bonæ fidei. Vel posset
intelligi in iuramento in litem, cum dolo non restitui-
tur. potest enim in litem iurari etiam in actione depo-
siti, sicut in alijs bonæ fidei. vt ff. de in litem iuran. l. vi-
deamus. §. in accusationib. & ff. depositi. l. 1. in depositi.
ff. commod. l. 3. §. 1. Magister autem Aldricus homo ma-
gnæ autoritatis dixit non esse necesse res in libello
certificari à principio, sed generaliter: & de rebus in-
certis poterat suam intentionem actor concipere: &
post actionem editam, quam ipse in libello non esse e-
dendam dicebat, actorem res quas petit, & causam pe-
titionis debere certificare. & ita intelligebat ipse om-
nes leges prædictas. Sed hoc constat euidenter falsum.

Iam enim Reus non posset instrui, cùm per scripturam
deberet instrui, vtrum cedat an contendat: quòd non
posset facere Reus, si in scriptura illorum verborum
generalitas esset. Nam generalitas verborum inducit
obscuritatem. vt ff. de iure fisci. l. ita fidei hæredi. ver-
sicu. quamuis enim nominaret. Oppositio. Sed obijci-
tur quia in iudicijs si est ambiguitas, id intelligitur in
iudicio venire de quo actor senserat. vt ff. de iudic. l. si
quis intentione ambigua. & ff. de verborum obliga.
l. inter stipulantem. Respondeo, ibi contingit, quia
est quod imputetur Reo quare non petijt rem certiùs
designari. Oppositio. Item si objciatur ff. de iur. l. so-
lemus. vbi dicitur, omnia venire in iudicio præter id
de quo actum est ne veniat. Respondeo, quod lex illa
intelligatur de illis quæ contineri possunt sub petitio-
ne actoris: putà de vsuris in bonę fidei, vel etiam fructi
bus: non de prorsus diuersis. argume. ff. ad exhibend. l.
Iuli. §. quæsitum. Sic ergo reprobata sententia Aldrici
dicimus rem & causam specialiter designari sicut di-
ctum est: nisi contingat odio furis: quia tunc res non
specificantur in libello. vt C. vnde vi. l. si quando. imò
probabit res sacramento suo si constabat de violentia,
vel prædicta. & in Lombardia, de damno & iniuria. l. 1.
Vel quod ibi dicit quod probat singula suo sacramen
to, id est, singulorum æstimationem: constat enim de
rebus ablatis: & hæc odio furum sunt inducta: sicut &
alia. vt ff. de condictión. furtiua. l. si pro fure. ff. vsufru-
ctu. quemadmodum cauea. l. vltim. & ff. de condict. tri- 8
tica. l. 1. Qvaestio.† Si verò quæritur an in singulari-
bus sit causa exprimenda subdistinguo. Nam aut actio
illa qua agitur est personalis: aut realis. Si realis, non
est necesse causam exprimere: quia eo solo quòd vin-
dicatur res constat de causa: nam rei vendicationis cau
sa non est alia nisi dominium: nam ei soli competit qui
dominus est de iure gentium vel ciuili. vt ff. de rei ven
dicatíon. l. in rem. primò Responso. ex quo enim rem
vendico: & ita dico, peto talem rem rei vendicatione,
quia dico meam esse: non potest alia causa adijci nisi
dominium ex quacunque causa: & non nisi ex vna cau-
sa dominium habere possumus. vt ff. de acquirend. pos-
sess. l. possideri. §. ex plurimis. Et de consilio meo stul-
tus esset Reus vel eius aduocatus, si postularet ab acto-
re causam edi, vnde factus esset dominus: & videat
quod malum inde cótingeret. Actor enim quando sim-
pliciter rei vendicationem proponit causa non adie-
cta, si absoluatur Reus, nunquá actor actionem poterit
intentare per quam rem à Reo possit auocare: quia vn-
decunq; & qualecunq; dominiú habuit, in iudicium in
prima vendicatione deduxit. vt ff. de excep. rei iudi. l. si
mater. §. eandé. in fin. Si auté causam exprimat actor ex
qua esset dominus, puta, Peto talem rem rei vend. quia
dico me Dominum ex causa donationis, quá fecit mihi
Titius: si succúberet actor, nihilominus posset ex alia
causa vendicare: putà, peto rem talem rei vend. quia di
co me Dominum ex causa emptionis. vt ff. de excep. rei
iudica. l. si mater. §. si quis autem. & C. de petitio. hære-
dita. l. hęreditas materteræ. Si verò agatur actione per-
sonali & causa exprimatur, quæ exprimenda est: vt di-
ximus supra de causa agendi, causa enim est exprimen
da: quia si non exprimeretur nullum commodum so-
ret: nam si absoluatur Reus etiam causa expressa vel
non, nihilominus ex alia causa conueniri potest. vt ff.
de excep. rei iudi. l. & an eandé. §. actiones. Qvaestio. 9
† Sed illud quæritur quæ differentia est inter actiones
reales & personales sicut videtur assignare. §. actióes.
Nam probo apertè quòd nulla differentia est: ná si ago
ita generaliter vel indistinctè peto rem istam actione
in rem, nullus esset iste libellus. Item, si dicerem, peto
decem actione personali: similiter nullus esset iste li-
bellus: nec Reus reciperet: nec iudex admitteret. Si tu
oppo. de l. C. de annal. excep. l. si quis ex. Respódeo. ibi
recipitur quò ad interruptioné: vel stultus fuit Reus
qui recepit. sicut ff. de iud. l. si quis intentione. Item si
opponis. ff. de iudic. l. solemus. Dico quòd omnia ve-
niunt in iudicium subaudi circa rem illam. Item si cau
sa exprimatur in actione reali: putà, peto rem istam

 rei

rei vendicatione : quia dico me Dominum ex causa
emptio.& sic si succumbat actor proponete poterit rei
vend.adbuc ea alia causa:putà,quòd dicit:peto rem i-
stam rei vendicatio.quia dico me Dominũ ea causa do-
nationis.vt ff.de eacep.rei iudic.l.si mater.§.si quis au-
tem.Idem est & in actione personali vt si causam eapri
mat & succumbat,ꝙ poterit ea alia causa agere.QVAE-
10 STIO.† Quæ est ergo differentia inter reales & perso-
nales.Respòdeo duplea.prima est,quia si dico,peto rẽ
istam rei vendi.& si causam non adijcio:omnem enim
dominij causam vndecunq; & qualecunq; habui,in iu-
dicio deduxi,cùm non nisi ea vna causa dominium ad
nos debuit pertinere:sicur supra dictum est. Vnde ita
intellige,actiooes in rem differunt &c. quibus domini
um petitnr,subandi directum. Nò autem intelligas de
vtili:putà publiciana,si velis agere:quia tunc admitte-
ais. vt ff.de euiction.minor.§.si seruus,nec obstat l.si
mater.§.eandem.in fin.qualecunq; &c.noli exprimere
directum vel etiam vtile:sed expone qualecunque,sci
licet,ciuile:putà per vsucapionẽ, vel naturale,id est,
de iure gentium:putà per traditionem: vel alijs modis
contentis Instit.de rerum diuisione.§.per traditionẽ.
& ff.de rei vendieat.l.in rem actio.ideò diai ita intel-
ligendum est,quibus petitur dominium:quia si primo
rem petij rei vend.& succubui, possum agere posteà
hypotbecaria,quæ in rem est.vt C.de pign.l.pignoris.
At si ago actiõe personali, & ita dico:peto rem istam
actione depositi: non videris aliam causam in iudiciũ
deduaisse,nisi depositi:vnde aliam causam bene inten-
tabis.Vel alia ratio assignatur.est differentia inter rea
les & personales quò ad eondemnationem,non quò ad
absolutionem. Verbi gratia. Proposui generaliter &
indistinctè in libello:ita peto rem istam actione in rẽ,
in iudicio sum vnam causam prosequutus : putà, quia
dicebam me dominum ea emptione, obtinui: nunquã
petam rem illam ea alia causa, si velim me dicere do-
minum ea causa donationis:quia quod meum est, am-
plios meum fieri non potest. nisi desinat esse meum: vt
Institu.de legatis.§.sed si rem. at in actione personali
secus:quia si ego concepi libellum : peto decem actio-
ne persooali,& in iudicio vnam causam fui prosequu-
tus : scilicet depositi,& obtineo,possum posteà illa de-
cẽ petere ea alis causa, putà actione ex testamento: &
hæc est differẽtia quàm facit.§.action. quia res eadem
nõ potest esse mea nisi ex vna causa: deberi antẽ potest
nobis explorimis causis.& est argu.ff.de leg.1.l.planè.
§.1.& ff.de acti.empt.& vendi.l.non est nouum. At in
absolutione nulla est differentia : quia si egi causa ad-
iecta, putà, peto rem illam rei vendi.quia emi: & fuit
absolutus possessor, recta agam ex alia causa. vt ff.de
eacep.rei iudi.l.si mater.§.si quis autem.Idem est in a-
ctione personali. Vel etiam differunt in absolutione:
quia si egi personali actione ab initio, & in libello
nullã causam eapressi:& in iudicio exprimam vnã cau
sam,& succũbo,possum aliam intentare. vt ff.de eace-
pti.rei iudi.l.si ea testamento.ibi enim petebatur argẽ
tum actione personali,scilicèt ea testamento.Si autem
ago actione reali indistinctè ita coocipiã libellnm. Pe-
to rem istam actinne reali.& posteà vnam causam pro-
sequar in processu causæ:quia dico me dominũ ea cau-
sa emptionis,& si fueri absolutus amodò contra te nõ
agam nisi in casu iu quo subuenitur, & nisi velim age-
ae ea noua causa de nouo accidenti qua quæsiui domi-
nium:si enim vellem agere ea aliqua causa qua compe
terer mihi dominium tempore formati libelli obsta-
ret rei iodicatæ eacepeio. vt ff.de eacept.rei iudic.l.si
mater.in prin.& §.denique.Referr ergo inter reales &
personales: vt si generaliter concipiarnr libellus,vt di
ctum est,& causam vnam prosequatur actor in proces-
su causæ.vel etiam si specialiter: putà in rei vendi.pe-
to rem istam: causam tamen in libello non dixi,sed in
causæ processu: si absoluatur possessor nunquam actor
aget,nisi vt dictum est. In personali secus. hoc dicit l.
ff.de eacep.rei iudic.l.si mater.§.deniq;.Si autem in li-
bello causam eapresserit:putà,peto rem istam rei ven-
di.quia dico me dominum ex causa empt.poterit ex a-
lia causa agere. Et hoc in reali & personali. vt ff.eaec.
rei iud.l.si mater.§.si quis autem.De consilio ergo meo
procedit,quòd quicunque rei vendic.proponit, adij-
ciat causam vnde sit dominus : vt si in vna succubue-
rit,in alia non succumbat.

Vtrum libellus possit mutari. Rubric.

1 *Libellus quòd mutetur: si reus non vult: actor autem mu-*
tare velit: nunquid eo inuito possit.
2 *Libellus quando mutari dicatur.*
3 *Libello nouo mutato: an noua inducia dari debeant.*

QVALITER libellus in singulis actionibus for-
metur superficialiter vidimus : restat vt videa-
mus an libellus datus possit mutari.Et certè mu
tari potest indistinctè secundum iura veterea ante li-
tem contestatam.post lit.contest.non licebat mutare:
quia de qua re cognouerit iudex, de ea pronuntiare cõ
pellitur.vt C.de eden.l.edita.& ff.de iudi.l.de qua re.
Hodie autem & ante lit.contesta.non licèt alicui muta
re libellum.vt in Authẽ.de litigio.collat.8.§.ad eaclu-
dendas. & est posita in C.quomodò & quando iudex.
Authent.qui semel.quam Authen.intelligimus reo in-
stante,vt actor libellum non mutet. Si verò Reus velit
& patiatur,quòd libellus muretur,mutari potest & an
te litem contest.& post lit.contesta.QVAESTIO.† Sed 1
quid si Reus non vult quòd libellus mutetur:actor au-
tem vult mutare,nunquid potest inuito eo.Respõdeo
sic, & ante litem contesta.& post lit.sed Reus poterit
petere quòd iudea absoluat eum à veteri actione intẽ-
tata per l.illam.ff.de iudic.l.de qua re.Sed quòd possit
mutari post litem contesta.duo argu.possunt induci.ff.
de noxali.l.in delictis.§.si detracta.nam ibi ante litem
agebas cõtra dominum noaaliter: poteris post litis cõ-
test.insolidum agere, si eum de scientia vis redargue-
re.Respondeo,ibi non mutatur actio sed qualitas con-
demnationis,& hoc ideò,quia sciuit,sicut alibi vbi nõ
mutatnr actio,sed qualitas ratione mendacij. vt ff.do
fideiussorib.dubitetur.Item aliud argumẽt.adducitur
ff.de vi & vi armata.l.cùm fundus.§.vlt.Respondeo,i-
bi non mutatur actio,sed aliud petitur:quòd licèt, se-
cundùm Placen.qui diait & petitorium & possessoriũ
posse simul intentari.Sed Ioan.dixit quòd ibi fuit pri-
mo iudicio renuntiarum: vel Reus voluit,sicur dictum
est.QVAESTIO.† Sed quæritur quando dicatur muta- 2
ri libellus?Respõdeo,dupliciter libellus muratur,pri-
mò quando rem petebam aliqua actione: modo muto
libellum:quia rem eandem peto,sed alia actione.Item
mutatur & alio modo quando primò petij Stichum.&
modo peto Pamphilum alia actione. & de hac vltima
mutatione hic non tractamus : quia tnne non mutatur
libellus:sed aliud iudicium instituitur, quòd quidem
licitum est secundnm omnes: sed tamen isti mutarioni
ita demum locus erit, quando actiones non sunt con-
trariæ:tunc.n.non est locus mutatiói.vt C.de fur.l.vlt.
& C.de codicil.l.vlt.& C.si ser.eate.se manda.emi.l.v-
nic.& C.de pact.inter emptorem & vendi.l.commisso
riæ. Idem est etiam si sunt diuersæ actiones ita quòd
non sint contrariç.vt ff.de tributo.l.quòd in hæredem.
§.eligere.& ff.de leg.2.l.cùm filius.§.varijs.Locũ habet
ergo mutatio quando ad idem cõpetunt actiones, pu-
tà,intentaui primò actionem ex empto,volo intentare
certi condi. ad illam eandem rem petendam,possum.
QVAESTIO.† Sed illud quæritur an mutato nouo li- 3
bello nouæ debeant dari induciæ.Respondeo,Plac.ad-
misit indistinctè quòd sic,& ita intellcait C.de edend.
l.edita.in fi.prout edicti perpetui &c. ita vt beneficiũ
deliberationis saluũ sit reo in quo deliberet, an cedat
vel contendat. Domino B. visum fuit quòd nunquam
dentur nouæ induciæ, & quòd dicit l.illa,edita,prout
edicti &c. ita intelligebat scilicèt, quia Reus poterit
agere contra actorem actiooe in factum ad interesse,
quatenus interest sua,quòd actio mutatur,& delibera-
re non potest, & ita fatigatur.vt argument.ff.de eden.
l.vbi. Alijs videtur quòd Reus habeat beneficium v-
trumque, an velit de nouo deliberare, an velit agere
ad interesse.Domino & præceptori meo R.videtur ali-
ter

ter diſtinguendum. Refert quotiens mutatur libellus: aut mutatur actio & cauſa retinetur. Verbigratia. Petij Stichum actione depoſiti. & poſteà ex eadem cauſa, quia depoſui, peto certi condictione, in hoc caſu non gaudet Reus nouis inducijs, quia ita poteſt eſſe inſtructus in actione mutata, ſicut & in prima. Aliud exemplum: Egi vi bo. rapt. ex eadē rapina ago furti nec manifeſti. Si verò cauſa mutatur, & actio, verbi gratia: petij Stichum ex teſtamento: modò peto Stichum certi condictione, tunc Reus gaudere debet nouis inducijs.

Vtrùm libellus poſſit emendari. Rubri.

1 *Libellus in iudicijs ſingularibus poſt litem conteſtatam & iuramentum de calumnia emendari non poteſt.*

SED quia libellus non ſemper mutatur, ſed aliquādo emendatur. ideò de eius emendatione videam⁹. Emendatur autem libellus ita, putà, petij ab initio 20. modò peto 25. vel econtrà petij ab initio minùs: modò plus peto. iſtud quidem poſſum facere & ante litē & poſt litem vſq; ad iuſiurandum de calūnia. ita poſtquā iuraui de calumnia non poſſum emendare: vt dicā petij 20. modò peto 15. vel econtrà. & propterea cauti aduocati apponunt in libellis in fine: reſeruata poteſtate mihi addendi & minuendi, & hoc tota die nos q in iudicijs verſamur videmus fieri. Poſt litem autē cōteſt. & iuſiurādum de calumnia præſtitū, ſi actor dicat ſuo ſacramento tantū peto, poſteà non mutabit: quòd ita nō mutabit ſi velit plus petere, ſed ſi minus poteſt: hodiè hoc iudices ſeruant in iudicādo de conſuetudine: vnde ad cautelā in ſacramento calumniæ ita faciūt iurare partes: tu iurabis dicit iudex actori, quòd amodò per calumniā iſtud à reo non petis. Sed ſecundū iura ſi ſtrictè procedimus emēdatio habet locū ante lit. conteſt. & poſt ante tamen quàm iurent, ſi enim iuratū eſt amodò non mutabunt. Talè eſt enim ſacramentum: nam iudex dicit actori: tu iuras litem iſtā calumniandi animo nō mouiſſe. vt C. de iureiur. propter calumniā. l. 2. nec mouere. vt ff. famil. erciſ. l. inter cohæredes. § q familiæ. nec moturū. vt in Authē. de his qui ingredi ad app. col. 5. & eſt poſita in C. de iureiurā. propter calumniam. Auth. in iſto. Tamen quidam indiſtinctè dicunt, quòd licet emendare libellum vſq; ad ſententiā. vt Inſtit. de action. §. ſi minus. Sed reſpondemus quòd. §. ille intelligitur in vniuerſalibus vel generalibus, in quibus: in quibus ab initio res non exprimuntur, vt ſuperiùs dictum eſt. & ita intelligenda eſt lex C. de appel. l. ampliorē. in fi. Vel aliter quod dicit ille. §. ſi minus. ita intelligitur in eodem iudicio, id eſt, apud eundem iudicem, non intelligas in eodem iudicio, id eſt, in eadē
2 inſtantia iudicij, † in iudicijs enim ſingularibus poſt litem conteſtat. & iuſiurandum de calumnia exactum non eſt locus emendationi, quia res alia eſt, & ideò alia interpellatione opus eſt. vt ff. de except. rei iudi. l. cùm quæritur. & ff. de iud. non poteſt. Item adducunt aliud argu. ff. de noxal. l. in delictis. §. ſi detracta. Reſpond. ibi non emendatur prima: ſed qualitas quædā adijcitur ſicut in ſuperiori rubrica diximus. Si ergo minus velit petere actor quàm petierit, poteſt quandocunque ante ſententiam: quia in maiore quantitate etiam minor continetur. vt ff. de regu. iur. l. in eo. & ff. de verb. obli. l. 1. §. antepenul. ſed hæc vera ſunt niſi dolo ab initio maiorem quantitatem petijt, tunc enim ſi petijt, & cautionem exegit, cadit à cauſa. vt C. de plus peti. l. vnic. Si autem cautionem non exegit, tunc punitur in ſportulis. vt Inſt. de actioni. §. tripli.

De effectu libelli oblati. Rubr.

1 *Libellum poſt oblatum datur reo facultas deliberandi an debeat cedere vel contendere.*

2 *Libellus ſolus quare interruptionem non inducit: ſed tantùm executoris conuentio.*

CVM libellus oblatus multa operetur: ideò de effectu obla. libel. videamus. Sciendū quòd libelli effectus duplex eſt. ſ. ſpecialis & cōmunis. Specialis eſt in quibuſdā actionibus: quia libellus interrumpit præſcriptionē, habetur etiā oblatio libelli pro lite conteſtata, ſicut contingit in actiōibus pretorijs & annalibus, facit etiā actionem non tranſitoriam, ad hæredes tranſitoriā. vt C. quando libellus Prin. da. lit. conteſta. facit l. 1. & 2. & intelligas de libello dato Principi: & quando Princeps ad libellū reſcripſit: non autem intelligas de libello dato cuilibet iudici: vt leges illæ loquuntur. & ita intelligitur lex ff. de act. & obl. l. conſtitutionib. aliàs autē per ſolum libellū non fit interruptio lit. conteſt. vel executoris cōuentione. vt C. de præſcriptione. 30. annorū. l. ſicut. & l. cùm notiſſimi. in ſpecialibus autē quatuor caſibus fit interruptio per ſolā libelli oblationē in omnib. actionib. qui caſus nut. C. de annali except. l. vt perfectius. Item eſt & alius effectus libelli ſpecialis: quia libello Principi oblato, & per eum iudici inſinuato, res fit litigioſa. vt C. de litigioſis. Auth. litigioſa. † Cōmunis effectus in omnibus actionibus eſt, quòd poſt oblatū libellum datur reo facultas deliberandi cedat an cōtendat. vt ff. de edēdo. l. 1. & C. de litis conteſt. Authen. offeratur Eſt & alius effectus: quia ſi libellus non datur: & alia non ſeruantur quæ dicit Auth. offeratur. litis conteſt. & ſi fiat, pro nihilo eſt. vt in fine illius Auth. quod verbum intelligit Dom. Ir. & ei aſſentit etiam Dom. B. quòd ſit pro nihilo quantū ad ſententiandum: quia iudex non poteſt ferre ſententiam, & ſi tulerit, non valet, quaſi ſit ſolitus ordo iudiciorum omiſſus. vt C. de ſententijs. l. prolatam. non tamen eſt pro nihilo quantum ad interruptionem faciēdam: quia interrumpitur præſcript. vt C. de præſcript. 30. ann. l. ſicut. & l. cùm potiſſimi. & poteſt adduci illud generale pro eis, vtile per inutile non vitiatur. vt ff. ſi certum peta. l. certi condict. §. quoniam. & ff. de verb. oblig. l. 1. §. poteſt. Domino autem meo videtur quòd ſit pro nihilo, & quò ad ſententiam, & quò ad interruptionem præſcriptiōis. cùm illud verbum indiſtinctè prælatum, generaliter ſit accipiendum. vt C. de vſufru. l. antiquitas. & ff. de aleato. l. 1. & de ſeruitu. vrbano. prædio. l. ſi ſeruitus. Nec enim ſequenda eſt ſententia Garnerij, quia leges inductæ non loquuntur, quòd fiat interruptio per ſolam libelli dationem, vel ſi aliqua lex hoc dicit: intelligitur in annalibus & prætorijs: leges enim inductæ dicunt fieri interruptionem per executoris conuentionem ſolam, non autem dicunt de libello, quia tempore illarum legum non fiebat conuentio per libellum, niſi tantùm in illuſtri perſona. vt C. de dignitatibus. lib. 11. l. quoties. Si ergò datur libellus non facit interruptionem libellus: ſed tantùm executoris conuentio, quæ proceſſit. QVAESTIO. † Si tu quæris quæ ſit ratio quare libellus ſolus non interrumpit: ſola tamen executoris conuentio interrumpit, vt dictū eſt. Reſpondeo. Ideò libellus non facit interruptionē in ciuilibus, quia cùm tantùm in prætorijs ſit hoc inductum: ergo in ciuilibus ſecus erit: vt argu. ff. de iud. l. cū prætor. Eſt & alia ratio. quia libellus quando offertur, & iudici offertur, & in iudicio, vt ſup diximus cui offeratur libellus, vnde Reus vel cōuentus nihil ſcit de conuentione facta: at executor quando mittitur vadit ad eum & dicit: veniatis ad curiam, quia talis conqueritur de vobis de re tali: vel denūtiat familiaribus: vel domui, qui familiares renuntiant ei: talis executor venit, & dicit, quòd eatis ad curiam: quia talis conqueritur de vobis. vt C. de annali exceptione. l. vt perfectius. & ff. de damno infect. l. dies. §. abeſſe. iſtæ autem duæ leges intelliguntur fortè in quatuor caſibus, vt dicit vt perfectius. & C. de epiſc. audien. l. ſi præſens. & l. vlti. Cùm enim hodie ſemper primò mittatur executor antequàm detur libellus, ſicut tota die videtis de facto fieri, quòd executor vadit & ſollicitat reum, qui veniat reſpondere. fruſtrà quæritur an ſine libello fiat conteſtatio, an fiat interruptio cum facta ſit: quòd enim factum eſt, amplius infectū fieri non poteſt, vt ff. de capt. & poſtli. l. in libello. §. factæ. Si ergo per ſolum executorē inducitur interruptio, quid operatur conteſtatio litis ad interruptionē faciendam? Reſpondeo: quia poteſt cōtingere, quòd executor non ſit miſſus & litis cōteſt. fiat, putà, inueni te corā iudice: libellum dedi. Re-

spondisti, & sic non fit interruptio per executorem, sed per lit. contestatio. Nam itur Romam hac via vt per Viterbium: tamen itur aliundè: putà per ciuitatem Varnen. Prodest etiam ad aliud: quia si fiat interruptio per litis contestatio. actio fit perpetua vsque ad 30. annos. vt C. de præscript. 30. ann. l. vltim. & de annali excep. tin. l. 1.

Qualiter libellus sit concipiendus super qualibet actione. Rubric.

1 *Libellus qualiter concipi debeat, & quæ continere debeat.*
2 *Libellus in singulis actionibus secundum arborem domini Ioannis concipiendus est.*
3 *Aduocatus in confessionibus an interesse debeat.*

PRAELIBATIS his quæ diximus tanquam introductorijs & præmissis floribus, necessarium est vt veniamus ad fructus: nam cùm arbores incipiunt pullulare: propè est æstas & proximus fructus. Videamus igitur qualiter libelli formentur in singulis actionibus notatis in arbore Domini Ioannis: quia omnes actiones quæ sunt in mundo ibi inueniuntur notatæ. Videamus etiam qualiter actiones competant alicui, vt sciat super actione competenti posteà formare libellum. Et ideò inseramus rubricas per quas quilibet etiam tabellio: & etiam simplex legista sciat vtrum sibi competat actio: & sciet etiam formare libellum, & posteà in fine apponemus quosdam libellos qui de facto difficiles notantur, & in iudicijs examinantur: Veruntamen libelli vario & diuerso modo concipiuntur in diuersis partibus. Nam in Lõbardia, & in Bononia, & in Tuscia, & in ciuitate nobili Aretina concipiuntur ita libelli. LIBELLVS. † Deo & vobis A. Aretinæ pot. cõ-
1 queror ego R. de M. à quo peto decem certis condic. quę oritur ex mutuo, vel ex locato, vel ex vendito, & ita in personalibus. In realibus ita. LIBELLVS. Deo & vobis Dom. A potest. Are. conqueror ego R. de M. qui iniustè possidet fundum talem ad me pertinẽtem ex causa emptionis: vnde illum fundum peto rei vendic. vel quasi. Romæ concipiuntur libelli in curia Romana Domini Papæ hoc modo. LIBELLVS. Supplicat sanctitati vestræ pater precc humili & deuota R. quòd talis extorsit ab eo certam summam, pone decem per vsorariam prauitatem: vnde petit illa decem sibi restitui condictione ex canone. Et ita concipitur libellus, si velles coram Domino Papa agere: Vel ita cõcipitur: vnde de illis decem petit iustitiam exhiberi. Si autem velles quòd causa alicui committeretur: concipies ita. LIBELLVS. Supplicat sanctitati vestræ sancte pater R. quòd talis P. possessiones ad eum pertinentes violẽter inuasit: vnde vt iustitiam consequatur petit in causa ista iudicem delegari, vel petit in causa ista vt iudicem dignemini delegare, & hic talis libellus vocatur Romæ petitio, & petitio ista porrigitur Romæ in audientia. In Apulia autem non datur libellus nisi in ciuitate nobili Beneuentana, vnde mihi est origo, in qua formatur libellus seu concipitur ita. Si vis agere actione personali: dices ita. LIBELLVS. Ego R. ago contra M à quo peto decẽ. quæ mihi debet ex causa mutui: vnde ad hoc certi condictionem, quæ ex mutuo oritur, proponn. Si vis agere reali, dices ita. LIBELLVS. Ego R. peto ab M. fundum talem per tales fines quem fundum possidet prædictus M. & illum dico ad me pertinere ex causa emptionis, vnde dico me dominũ: & ad hoc rei vendicationem proponn. ita cõcipitur libellus ibi, vno excepto, quòd non ponitur ibi nomen actionis, sed sufficit factũ recitare secundùm quòd diximus suprà de actione edenda. † Formemus igitur libellum in singulis actiõi-
2 bus secũdum ordinem arboris Domini Ioannis. Et primò super publiciana: quia ipsa primò occurrit in arbore, & etiam ipsa sępiùs occurrit in quotidiano causarũ iudicio: & sic in istis libellis qui fient in singulis actionibus inuenies libellos bene compositos, & positiones & confessiones actoris & rei quæ fiunt de facto in iudicijs. Sed in confessionibus ita attendendum est, quòd si sis aduocatus ex parte Rei & potest Reus saluo sacramento negare neget: nisi fortè sit aliqua implicita confessio ex parte actoris, & sic caueant aduocati, caueant iudices: ne aliqua implicita confessio vel positio fiat. Item iudex in confessionibus si fuerit, non det dilationem reo si viderit quòd Reus possit pro certo respondere. Si autem posset dubitare Reus, det sibi inducias. vt ff. de interroga. actio. l. qui interrogatus. QVAESTIO.
† Sed nunquid faciet interesse aduocatum in confessio- 3
nibus. Respondeo, non: quia faceret de facili aduocatus partem deierare: quod periurium est euitãdum: vt C. de iudic. vidut. l. 1. Sed argumentatur contra. quòd aduocatus debeat interesse in confessionibus. C. de authoritate præstanda. l. clarum.

Si aliquis rem possideat quam dicis ad te pertinere, quia à non domino emisti vel habuisti ex iusta causa, potes ab eo vẽdicare per actionem publicianam.

De actiõne publiciana. Rubric.

1 *Positiones rei in publiciana actione.*
2 *Positionem si Reus faciat: ego dico quòd tu pretium non numerasti: nunquid actor à publiciana excludetur.*
3 *Libelli in actione publiciana quomodò formari debeant cum plur. seq.*
6 *Actor qui dicit se bona fide emisse, an debeat probare bonam fidem suam, vel aduersarius probare debeat illum malam fidem habuisse.*
7 *Libellus in actione rei vendicationis quomodò concipi debeat & nu. 8.*
9 *Actio rei vendicationis vnde oriatur: & an sit proprium actionis nomen*
10 *Publiciana & rei vendicatio, an contrariæ actiones esse dicantur.*

SI IGITVR aliquis possideat rem ad te pertinentem, vel ex causa dotis, vel emptionis, vel cuiuslibet tituli: dummodò rem illam acceperis aliquo titulo, & bona fide, credendo rem esse tradentis, cùm in rei veritate non erat dominus, & eam vis petere: publicianam propone. Sed ad hoc vt actio ista competat quinque sunt necessaria: quorum si aliquod defuerit publiciana non habet locum. Primum desideratur bona fides in principio: hoc est tempore emptionis & traditionis rei: nec enim sufficit alterutro tempore habere malam fidem & alterutro bonam, vt ff. de publiciana. l. eum qui. §. ait prætor. & §. publiciana. & §. Iulianus scribit traditionem rei. & ff. pro solut. l. 2. & ff. pro emptor. l. 4. primo responso. Quidam tamen dicunt quod & adhuc debet habere bonam fidem cum experitur. vt ff. de publiciana. l. si ego. §. interdum. quod nõ approbo: quia quod ibi dicit quod debet quis habere bonam fidem cùm experitur, subaudi maximè: sicut & alibi dicit Imperator. C. de rescindend. vendit. l. 1. Vel ibi est casuale, sicut & alia specialia ibi notantur. Si enim debet quis habere bonam fidem tempore quo experitur nulli competeret publiciana: quia quicunque publicianam proponit tempore dati libelli habet malã fidem, scilicet quia dicit à non domino emisse: sicut statim in libello apparebit: at bonam fidem habere nihil aliud est, nisi credere quòd res sit tradentis. vt ff. de publi. l. 1. Secundò, quòd res sit talis quæ possit vsucapi vel præscribi. nã istud est regulare in publiciana quod quæcunq; res non potest vsucapi vel præscribi: nõ petitor per publicianã. & econtra quod quæcunque potest vsucapi vel præscribi petitor publiciana, si res illa tradita à non domino, & est locus à communiter accidẽtibus. vt ff. de publi. l. eum qui à furioso. §. vltim. & l. sine autem. § hæc actio. Fallit tamen regula in multis casibus vbi vsucapio cessat: & tamen publiciana non cessat. Ecce enim si seruus hæreditatis emit, vsucapio cessat: quia ante aditam hæreditatem non sumit initium. vt ff. de vsucapionibus. l. vltim. & tamen datur publiciana. vt ff. de publicia. l. siue autem. §. si seruus hæreditarius. Item fallit in vsufructu tradito. nam ibi cessat vsucapio: quia statim cùm perit, ad proprietatem redit. vt C. de vsufructu. l. corruptio-

ptionem.& Instit.de vsufruct.§.finitur.& tamen datur publiciana pro vsufructu. vt ff.de public.l.si ego.§.si de vsufructu. Item fallit in seruitutibus, quæ non habent cõtinuam causam,& sic nõ vsucapiuntur: quia lex Voconia vsucapionem sustulit. vt ff.de vsucap.l.sequitur. § penult. & tamen pro seruitutibus si sunt traditæ,cõpetit publiciana. vt ff.de publicia. l.si ego. § ideoque, de seruitutib. Item fallit in vectigalibus & superficiarijs prædijs,quæ quidem possunt vsucapi. vt C.de præscript.10 ann.l.malè,& tamen pro eis datur publiciana. vt ff.de publicia. l.cùm sponsus. §.in vectigalibus. Tertium,vt intercedat causa iusta transferendi dominij: ex quibuscunque enim titulis transfertur dominium,si res tradatur à domino,ex ijsdem datur publiciana,si res traditur à nõ domino. vt ff.de publicia. l.quæcunque,in princip. Quartum, quòd res sit talis quæ alienari possit. vt ff.de publici.l.cùm sponsus §.si res sit talis. Fallit in re furtiua,quæ alienari nõ potest,sed tamen datur publiciana. vt ff.de public.siue §.hæc actio. Quintum.quòd res tradatur: Prætor enim traditionis facit mentionẽ. vt ff.de publicia.l.1.sicut enim sine traditione nõ transfertur verum dominium. vt C.de pact. l.traditionibus. nisi in casibus notatis per Dominum meum. vt ff.de rei vendicat l.si ager. ita nec quasi dominium trãsfertur sine traditione,nisi in casibus. vt ff. de publicia.l.1.2.& 3.in princip.licet litera illa multis modis exponatur,sicut ibi notaui. Verùm hodie multũ derogatur publicianæ: nam iure digestorum sufficiebat accipienti habere bonam fidem: licèt qui tradebat habebat malam. vt ff.de publicia. l.eum qui. §.ait prætor. hodie autẽ ad hoc vt publiciana detur, necesse est quòd ille qui tradit,habeat bonam fidem: nam si habeaet malam,res nõ posset præscribi. vt C.de præscript.l. decem vel viginti annorum. Auth.malę fidei.& sic nec publiciana locum haberet,nisi quando vetus dominus sciret ius suum & alienationem factam: tunc quia res posset præscribi: vt in prædicta Authẽ. benè competeret publiciana. & sic per ista quæ dixi, cauti Aduocati in causis faciunt positiones tales. Dicit Reus ad hoc vt

2 excludat Actorem à publiciana. POSITIO REI. Ego dico meo sacramento meo, vel credo, vel pono, quòd tu sciuisti rem istam non esse tradentis. Item, quòd tu sciuisti nõ fuisse tradentis tempore cõtractus, vel tempore traditionis. Item, quòd res ista est furtiua, vel vi possessa, vel fuit minoris, vel pupilli, vel fisci, vel fuit ecclesiæ, vel feudi, vel res fuit cõcessa in precariũ. Item quòd habuisti in causa precarij, vel in causa pignoris. Item quòd tu emisti, sed tibi nõ fuit tradita possessio: & sic si in aliquo confiteatur Actor cadit à publiciana. Actor autem faciet ita positiones suas. POSITIO ACTORIS. Ego dico sacramento meo, quòd rem istam emi à tali, vel in dotem fuit mihi data, vel ex alio titulo. Itẽ quòd ipse tradidit mihi rem istam. Itẽ dico ipsum bona fide tradidisse mihi,& me bona fide accepisse. Item quòd res talis est quæ potest vsucapi. Item credo, quòd ille nõ fuerit dominus, qui mihi tradidit. † QVAESTIO. Sed quid si Reus faciat talem positionẽ. Ego dico, quòd tu pretium nõ numerasti: nunquid excluditur Actor à publiciana? non credo, licèt enim nõ habeat Actor necesse probare pretium solutũ. vt ff.de publiciana. l.de pretio. tamen si probatur, vel confitetur, non mutatur propterea natura actionis: quia quòd pretium nõ probet, dictum est in fauorem Actoris. Item quòd ego sum dominus rei istius: & si sic confitetur, non dabitur publiciana contra me: quia nunquàm datur publiciana contra dominum. vt ff.de publicia. l.exceptio dominij iusti.aliàs incip.Paulus notat. præterquàm in sex casibus. Primus, ff.de rei vendicat.l.si à Titio.& ff.de exceptio.rei iudica.l.si à Titio. Secundus, ff.de exceptio.rei iudica.l.si quis rem. Tertius, ff.de noxalibus.l.si quis rẽ. & l.generaliter. Quartus, ff.de except.rei iudicatę.l.ex facto. Quintus, ff.de damno infect.l.damni.§.nõ solùm. Sextus. ff.de rei vẽdicatio.l.si culpa.& sic per ista quæ dicta sunt,& per alia quædam,quæ in iudicio sępè contingunt, poterit quilibet Aduocatus esse cautus, qualiter debeat facere positiones. In hac actione formantur libelli pluribus modis. Et primò sic formatur

3 secundum Placent. LIBELLVS. † Deo & vobis Domino M.Aretin.potasta. conqueror ego R.de G. qui iniustè detinet domum quandam sitam in ciuitate Aretin. in in porta sancti Andreæ, ex vna parte est domus Raynerij, & ex alia parte est domus Iacobi, ex alia cohæret ecclesiæ,& ex alia est via publica:& si ignoras cõfines, nomina vnum vel duos,& dicas in libello,& si qui alij sunt confines. Vel ad maiorem etiam cautelam positis cõfinibus: pone, vel si qui alij sunt confines: quam domum dico meam esse, quia ego emi eam à Titio nõ domino,& eam vsucepi: vndè peto eam mihi restitui per actionem publicianã. Et super hoc supplico mihi iustitiam exhiberi. OPPOSITIO. Sed libellus iste nullo modo stare potest: & ita Reus obijcit: Actor in libello proponit rem suã esse,& vsucepisse: ergò dicit se dominum: cùm vsucapio sit acquisitio dominij. vt ff.de vsucap.l.3.si ergò est dominus, ergò publicianam nõ habet, sed rei vendicationem. vt Inst.de act.§.aliæ.& cuicunque datur rei vendicatio, nõ datur publiciana:& econuersò: sicut infrà exponam. Prætereà si vsucepit, incõtinenti factus est dominus. vndè ergò sibi rei vẽdicatio datur. vt ff.de rei vendic.l.in rem actio, in princip.ergò publiciana cessat. Item Prætor pro ea re dat publicianam, quæ nõdum est vsucapta: si enim est vsucapta, dicit Prætor, quare volumus honorariam, id est, publicianam: cùm sufficiat directa ciuilis, id est, rei vẽdicatio. vt ff.de publicia.l.1.publiciana enim in subsidium fuit inuenta. vt Instit.de actio.§.aliæ. Item in libello isto proponuntur duo cõtraria: quia per libellũ dicit se dominum & nõ dominum: nam in eo quòd dicit se vsucepisse,& suam esse dicit se dominum: in eo quòd dicit se à nõ domino emisse, dicit se non dominũ: vndè sunt ista contraria, esse dominum, & nõ dominũ eiusdẽ rei:& sic nõ debet audiri, eò quòd proponit duo cõtraria. vt C.de furtis.l.1.& l.si seruus extero se manda.emi.l.1.& C.de codicil.l.vlti.in Authent.de his qui ingred.ad appellat.§.illud.coll.5. Item mentitur: ergò puniatur. vt argumen.ff.de interdict.& releg.l.relegatorum, in fin.& ff.de negoc gest.l.sine hæredita Quòd autem libellus prædictus sit rectè compositus, ita defendit Actor. Inprimis quia lex dicit, quòd qui publicianam intẽdit, rectè proponit. ita ego dico rem istam esse meam,& me rem illam vsucepisse. vt Institu.de actionib.§.aliæ. nec obstat allegatio mea, si dico me vsucepisse: ergò sum dominus. vndè rei vendicationem deberem proponere. Respondeo secundùm Placentin. Primò, qui dixit, quòd in hoc casu lex permittit nobis mentiri, quia permittit me dicere vsucepisse, quod nõ vsucepi: vt dicit prædictus §.aliæ. & sic propter mendacium non proponam rei vendicatio. sed publicianam: quia omne mendacium non est rei veritas, sed prope veritatem accedit. nam omne mendacium falsum,& falsum est immutatio veritatis. vt ff.ad leg.Cornel.de fals.l.1.& alibi. Non quodcunq; velis poscat tua fabula credi: Ficta voluntatis causa sunt proxima veri. Vndè si prope veritatem accedit, nõ proponã rei vendicationem, sed publicianam, & videas similia vbi leges permittant mentiri. vt Instit.de actio. §.rursus. sed ibi nullum mendacium: quia illud contingit propter beneficium rescissoriæ. Item alibi lex permittit mentiri. C.de bonis maternis. l.1. vbi pater docet rem esse proprij iuris & cæ.sed subaudi proprij quoad administrationem sibi commissam. vt C.de bonis quæ liber. l. cùm oportet. Sed huic respõsioni nõ insisto: quòd nunquàm lex permittit mentiri, cùm lex periuria puniat. vt C.de indicta viduitate.l.2. & argu. C.vndè vi.l.meminerint. Vnde respõdeas sicut Dominus meus & Præceptor Rogerius, qui publicianam proponit, dicit se vsucepisse rem, id est, ex ea causa cœpisse, ex qua vsucapio sequitur: quia ad hoc vt competat publiciana, necesse est vt res potest vsucapi: sicut suprà dixi. Vel aliter quòd legitur Inst.de actio. §.aliæ. qui proponit publicianam, dicit se vsucepisse. repete quasi: sicut dicit Domi.Ioã. quòd quasi, ponitur in principio illius §. ita enim dicit, quòd Pretor permittit Actori dicere se qua-

proposita publiciana. Sed libellus iste de facto recipitur, & faciút Iudices Actorem eligere actioné, verùm velit Actor rei vendicationem vel publicianam proponere io causæ processu. Sed libellus iste de iure non potest recipi. Nam aut sunt actiones istæ diuersæ aut contrariæ. si contrariæ, nó possunt proponi, vt superiùs diximus. si diuersæ, debet eligere qne illarú vti volet. vt ff. de tribut. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de lega. 2. l. cùm filius. §. varijs. Item alia ratione reprobatur talis libellus: nam qui actionem proponit, certam & vnicam actionem debet edere, vt perindè Reus possit pleniùs instrui. vt ff. de eden. l. 1. nam dicit qua actione, &c. non dicit, quibus actionibus. quomodò enim Reus posset instrui qualiter responderet. Item alio modo nó valet libellus: quia dicendo, quasi, non intelligitur magis de publiciana, quæ est vtilis rei veodicatio, quàm de ille vtili quæ datur superficiario. nam & illa est vtilis. vt ff. si ager vectigal. vel emphy. per l. 2. verùm secúdùm P. posset in boc dubio de iure formari libellus.

8 Libellus. † Vobis Domino A. conqueror ego R. de M. qui possidet rem telem ad me pertinentem iure dominij: & idem rem illam rei veodicatione peto mihi restitui. sed si fortè dominium probare nó possum, propono publicianam: vel sic, rem istá peto directa rei védicatione, & publiciana rei vendica. propono publicianam, protestor: quòd ita rectè cócipiatur libellus dicit lea: nam quotiès incertus sum quæ actio mihi cópetat, duas actiones possum proponere: vnam proponendo, aliá protestando: protestati ex altera nos velle cósequi, quod nos cótingit. vt ff quor. lega. l. 1. §. 2. Nec obstat si dicat ibi aliquis: ideò cótingit, quia possessor nó dimittebat interrogantèm certum: imò Iurisco͂sultus argumétatur posteà ex illa regula tanquàm generali. nam ita dicit: generaliter quotiens incerti sumus, &c. & sic fuit ista sententia Placentini, quæ placere debet, quòd si Actor est certus, quæ actio cópetat, illam actionem proponat: si autem dubitat, duas potest intétare, sicut dictum est. Nec obstat si opponas Placétino, nónne Actor debet esse certus de iure suo? sic. vt ff. ad Velleia. l. quamuis. & ff. pro soc. l. vlt. Resp. Hic nó potest esse certus de iure suo: imò est ignorantia facti alieni: verùm ille qui vendidit, fuerit dominus, vel nó: & ideò admittitur ignorantia. vt in prædicta l. ff. pro soc. l. vlt. in fin. Duæ quæstiones sút in hac actione, de quibus sæpè quæruntur Aduocati & Iudices prædicti.

9 Quæstio. Primò, † vnde oriatur ista actio: & an sit proprium nomen actionis? Quidam respódent, quòd actio ista est datiua, & nó natiua. datur enim à Prætore, sicut & aliàs. C. de transact. l. cum mota & dicunt, quòd sit proprium nomé actionis. Veriùs puto, quòd actio iste sit natiua, & oriatur ex vtili dominio: sicut rei vendicatio oritur ex directo: & quòd nó est proprium nomen actionis, sed vtilis rei vendicatio, quæ dicitur

10 publiciana. Quæstio. † Item secúdò quæritur, an publiciane & rei vendicatio sint contrariæ. & per hanc quæstioné videtur reprobari libellus, qui tota die offertur in iudicijs: cùm natura contrariarum actionum sit illa, quòd vtraque non intentetur simul: nec etiam vna intentata, potest ad alterá quis redire. vt C. de furtis. l. manifestissimi. nam lex illa ff. quor. leg. loquitur, non in cótrarijs actionibus, sed diuersis: videtur enim quòd sint cótrariæ: nam qui proponit publicianá, dicit se à nó domino emisse: qui proponit rei vendicationem, dicit se à domino emisse. nónne ista sunt contraria? dicere me emisse à nó domino, & à domino. si ergò sunt contrariæ, nó possunt simul proponi. vt C. de furtis. l. 1. & C. si seruus ea se manci. em. l. vnic. Item etiá si vna intentetur, nó potest ad aliam redire. vt C. de furtis. l. vlt. Sed contra ff de euict. l. minor. §. si seruus. nam & vna intentata ad aliam reditur. Respondeo, Actiones istas non indico esse contrarias, sed diuersas. Nam actiones illæ dicuntur contrariæ, quæ habét cótrarios euentus vel effectus, non quæ sunt contrarię ratione originis. Nam mandati & furti sunt contrariæ: quia diuersos habent effectus: per vnam habetur ratus cótractus, scilicet per actioné mandati: per aliá reprobatur contractus, scilicet per furti. vt C. de furtis. l. 1. At effectus publicianæ & rei vendicatio. idem est: rei vendicatio pro re datur vendicanda, public. similiter: vnde sunt diuersæ, quia diuersos habent authores. quia vna ciuilis. s. rei vendicatio, alia prætoria, publiciana: sicut vides in simili dici testamentú falsum & inofficiosum: & ista sunt contraria ratione originis: quia qui dicit falsum, dicit nullum. vt ff. quemadmod. testam. aper. l. 1. & ff. de verb. sign. l. Paulus respondit. qui dicit inofficiosum, dicit testamentum fuisse, sed ruptum esse: & tamen quia ratione exitus ad idem tendunt, ideò si primò dixi falsum, possum dicere inofficiosum posteà: & econuersò. vt C. de inoffi. testamen. l. eum qui. ad idem enim tendunt: nam si dico falsum, volo quòd voluntas illa irritetur, quæ de facto est. Item si inofficiosum similiter: quia semper per vtramque viam ad irritandum testamentum procedo. Si res tua sit vsucapta vel præscripta ab aliquo præsente, dum esses absens, poteris eam petere per rescissoriam, per quam vsucapio rescinditur.


De actione in rem rescissoria.
Rubrica.

1 *Actio rescissoria an nomen proprium actionis habeat, quibus detur, & quando competat.*

2 *Actio rescissoria an sit in rem, vel in personam, vel mixta.*

3 *Actio rescissoria quando competit, & quibus detur.*

ET quia loco sequenti actio rescissoria in arboro domini Ioá. ponitur, ideò de rescissoria dicamus. Si ergò res tua sit vsucapta ab aliquo posidéte: vel quia fuisti absens causa Reipublicæ, vel causa studiorum, vel necessaria captiuitatis, poteris rem tuá recuperare, perinde ac si vsucapta non esset. vt Inst. de act. §. rursus. Ité & si absens vsucapiebat ré præsentis, similiter præsenti succurritur cótra absenté per actionem rescissoriam: sed diuerso modo, vt infrà notabo. nó enim debet tempus quod currit in medio tempore, absenti vel præsenti obesse vel prodesse. vt ff. ex qui. cau. mai. in integr. rest. l. 1. & l. item ait prætor. & ista rescissoria competit siue sit læsus absens vel præsens in actionibus ciuilibus, vel etiam in delictis. vt ff. ex qui. cau. maior. l. si que accusatio. 1
Quæstio. † In hac actione principaliter quæritur, an sit propriú nomen actionis. Item quibus detur. Item quando competat: vel detur, & vnde nascatur: & quanto tempore duret: verùm rescissoria est nomen actionis? Est ergò sciendum. quòd rescissoria secundùm quosdam est proprium nomen actionis: Domino tamen Ioan. & Domino meo Azo. & Domino Præceptori meo Rogerio videtur quòd nó sit proprium nomen actionis, sed est nomen adiectiuum: quasi ab effectu dictum: quia vsucapionem vel præscriptionem rescindit, quæ secuta sunt: sicut actio dicitur confessoria, quæ datur contra confessos: & tamen non est proprium nomé actionis. vt ff. ad leg. Aquil. proinde §. 2. nihil enim aliud sonat illud nomen rescissoria, quam actio primitiua, quasi restituta & sanata medicina & electuario Prætoris, quę fuerat elisa vel infirmata per vsucapionem vel præscriptioné. 2
Quæstio. † Si ergò quæris, verùm actio ista rescissoria sit in rem, vel in personam, vel mixta: item, vtrum sit eadé cum prima? Respó. Actio rescissoria est in rem, si actio primitiua est in rem. Verbi gratia, competit mihi rei vendicatio, quæ cùm sublata sit per vsucapionem, restituetur mihi rei vendicatio beneficio Prætoris: & sic vocatur rei védicatio rescissoria. Ité rescissoria est in personá, si prima actio fuit in personá: verbi gratia, cópetebat mihi certi cóndictio ex mutuo: præscripsisti: competit mihi certi cóndictio rescissoria. Item si prima actio fuit mixta, sicut petitio hæreditatis. vt C. de pet. hære. l. hæreditatis petitione. rescissoria erit mixta, & dicetur petitio hæreditaria rescissoria. Ité si prima fuit perpetua & rescissoria, túc actio restituta erit perpetua. si prima téporalis: actio rescissoria téporalis, vt in redhibitoria, & quátò minoris: quæ anno vel 6. mé sib. tollútur. vt ff. de ędil. edic. l. sciendú. §. vlt. & l. cùm lex. Item vna & eadem



1 ACTOR verò absens ex causa probabili, tales faciat positiones: Ego dico, quòd fui Bononiæ, vel Aretinæ, vel Parisijs causa studij. Itē dico, quòd semper continuè studui. Item dico, quòd non potui relinquere procuratorem. Item dico, quòd reliqui procuratorem, scilicet Titium. Item dico, quòd ille mortuus est. Item dico, quòd rem meam possedisti. Item, quòd vsucepisti. Item dico, quòd illud tempus computas ad præscriptiones vel vsucapiones. Hæ sunt positi-
2 ones,† quas aliquis facit tunc, quando res alicuius est vsucapta vel præscripta: si autem velit intentare ideò rescissoriam, quòd fortè fuerit damnificatus: quia fuit condemnatus. dicat Actor: ego dico, quòd nullo modo fui defensus. Item dico, quod fui minus legitimè defēsus & sic si hoc confitebitur Reus, restituetur ad appellandum, non restitutionis beneficio, sed suo iure. vt C. quomod. & quand. iudex. l. ab eo. Item & in rescissoria quam intentat quis absens causa necessaria: sicut captiuitatis vel relegationis.

Positiones Rei absentis causa necessaria.

1 *Captus à latrunculis statum non mutat.*

REVS facit tales positiones: Ego dico, quòd tu fuisti captus à latrunculis, & nō ab hostibus: si hoc
1 confitebitur Actor, non dabitur rescissoria: † captus enim à latrunculis statum non mutat. vt ff. qui testam. fac. poss. l. qui à latrunculis. Nam cùm possit agere contra eos non datur rescissoria: sicut non datur exceptio pœnæ promissæ, si aliquis fuit retentus à priuato. vt ff. si quis cautio. l. 2. in fin. Sed hanc confessionem nō multùm approbo: quia etsi à latronibus aliquis impeditur, habet rescissoriam. vt ff. ex quib. cau. mai. in integr. restitu. l. succurritur. Item ego dico, quòd aufugisti ad hostes. Item dico, quòd potuisti relinquere procuratorem, & non reliquisti. Item dico, quòd vbi fuisti relegatus, potuisti adire prætorem per tuum procuratorem, vel adire tu potuisti præsidem vbi eras. si enim confiteatur Actor, non datur sibi rescissoria. vt ff. ex quib. caus. mai. in integ. resti. l. item ei. & l. ab hostibus. ff. de minorib. l. Papinianus exuli reuerso. Item dico, quòd potuisti rediuisse à captiuitate vel relegatione, iam est mensis, & non rediuisti: vnde illius temporis denegatur rescissoria. vt ff. ex quib. caus. mai. in integr. restit. l. item hi. Item ego dico, quòd eo animo redijsti, quòd ad hostes, vel ad latrunculos redires. & si hoc cōfitebitur, non habet rescissoriam: quia non videtur reuersus. vt ff. de capt. & postlim. reuer. l. nihil. & ff. de ædil. edict. qui sit fugitiuus.

Positiones Actoris absentis causa necessaria.

1 *Mercatori an detur rescissoria, cùm sit absens causa probabili, scilicet mercatura.*

2 *Anima cunctis rebus pretiosior est.*

ACTOR autem absens ex causa necessaria captiuitatis, vel relegationis tales faciat positiones: Ego dico, quòd fui captus à talibus latronibus, vel ab hostibus. Item ego dico, quòd fui relegatus. Itē dico, quòd tanto tēpore fui relegatus vel captus. Item dico, quòd illo tempore vsucepisti. item dico, quòd illud tempus computas in læsionem meā. De rescissoria autem quæ datur alicui absenti ex causa voluntaria, nō tracto: quia non datur ei, nisi reuertatur Iudice adhuc sedēte pro tribunali: siue sit verè cōtumax, siue sit præsumptiuè: vt quia citatus per Prætorem non venit. vt ff. de in integr. restit. l. Diuus. Sed nunquid mercatori datur rescissoria, cùm sit absens causa probabili, scilicet causa mercaturæ? videtur quòd nō. vt ff. ex quibus cau. mai. in integr. restit. l. Reipublicæ. & l. item hi. Sed respondeo: leges illæ loquuntur, quando quis sub occasione Reipublicæ proprium cōmodum exequitur: quod non licet secundùm iura. licèt contrà faciant ambasiatores nostri temporis. vt ff. de lega. l. eum qui legato. §.
1 vlti. † Verùm si principaliter causa mercaturæ sit absens, videtur quòd sit absens causa probabili: sicut scholaris causa studiorum. vt ff. ex quibus causis maior. in integr. restitu. l. necnon, in princip. & quod ibi dicit, quòd datur rescissoria his qui absunt causa probabili. posteà quòd dicit causa studiorum: exempli gratia ponit idem & in alijs causis probabilibus. Nam Iurisconsulti aliquando cùm in multis abūdant exemplis, vnum gratia exempli ponunt. vt ff. de vi & vi arm. in l. 1. §. quod vulgò. & ff. ad leg. Cornel. de fals. si quis obrepserit. & ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. §. penul. nam cùm initium l. illius, necnō. sit generale: quia dicit dari restitutionem absentibus ex causa probabili: licèt prosequatur in vno exemplo, nihilominùs lex erit generalis. vt ff. de iuris & facti ign. l. regula. §. pen. Quòd enim detur eis restitutio, est argu. ff. de re milit. l. vlt. & prodest istud notare pro his qui vadūt causa orationis, vel vltrà mare, vel ad sanctum Petrum, vel ad sanctum Iacobum, vel ad sanctum Antonium, vel ad sanctū Marcum: nam cùm detur rescissoria absentibus causa mundi, multò fortiùs debet dari absentibus causa animæ:
† cùm sit dignior anima omnibus rebus. vt C. de sacrosanct. eccl. l. sancimus. nec obstat si dicat absenti causa voluntaria non datur rescissoria. Respondeo, tali voluntaria, quæ cadat in nomine contumaciæ veræ vel præsumptiuæ. & ita intelligitur ff. de in integ. restit. l. Diuus. Actor verò absens causa mercaturæ vel orationis tales faciat positiones. 2

Positiones Actoris absentis causa probabili, vel mercaturæ, vel orationis.

1 *Decipiens Deum & homines actione indignus est.*

EGO dico, quòd sum mercator. Item dico, quòd tali mercatura vtor: putà quia vado in Franciam, emo pannos, vel reuēdo, vel alia mercatura. Item dico, quòd hoc anno vel hoc mense iui pro tali mercatura vel oratione in festo S. Petri, vel Bononiæ, in foro Reui: vel Ferrariæ, in die festo Dominicæ oliuarū. Item dico, quòd iui & mercatum feci. Item dico, quòd tot mensibus fui absens. Item dico, quòd illos menses cōputas in vsucapione. Item dico, quòd tu vsucepisti. Itē dico, quòd res quam vsucepisti, est mea. Itē dico, quòd fui causa orationis vltra mare per annum, vel ad sanctum Iacobum. Item dico, quòd illum annum computas in præscriptione rei meæ. Item dico, quòd tu vsucepisti. Reus verò tales faciat positiones. POSITIO REI. Ego dico te aleatorē esse: vt per hoc excludatur positio illa, quòd sit mercator. Item dico, quòd quādo iuisti, non pro mercato iuisti, sed in foro erat cum ganeis & lusoribus viuendo luxuriosè, & totam pecuniā amisisti. Item dico, quòd tu verecūdia motus retardasti venire. Item dico, quòd tot menses sunt, quòd potuisti redire. Item dico, te non iuisse vltra mare, sed iuisti ad quendam amicum tuum visitandum. Item dico, quòd licèt illo tempore fuerit rumor, quòd iueras vltra mare, inclusus fuisti cum tua domicella, quam volebas cognoscere latenter: † sic cùm deceperis Deum 1
& hominē, indignus es rescissoria. Item dico, quòd talia sunt signa in sepulchro Domini: ita est formata ecclesia illa: vt si ignoret ista, datur à parte intelligi quòd non fuerit ibi.

Positiones absentium contra præsentes qui vsuceperant.

1 *Restitutio an detur absentibus causa Reipublicæ alicuius castri, vel villæ, vel burgi.*

2 *Rescissoria quando dari dicatur.*

3 *Rescissoria vnde nascatur, vtrùm ex contractu vel quasi: ex maleficio vel quasi: vel ex varijs figuris causarum.*

4 *Rescissoria quanto tempore duret.*

5 *In actione rescissoria qualiter libellus concipiatur.*

6 *Iudici quando aliquid proponitur, quod spectat ad officiū suum, vel per modum denunciationis, tunc sine libello audire debet.*

HÆ sunt positiones, quas faciunt præsentes cōtra absētes, qui volūt intētare rescissoriā. Sed absentes

tes quando contra præsentes vsuceperunt: tales confessiones faciunt. Ego dico, quòd procuratorē reliqui: sed talem quem tu potuisti conuenire: vnde cùm non conueneris: non habet rescissoriam vt ff. ex quibus causis maior. in integrum restitu. l. his qui reipublic. Item dico, quòd talem habui defensorem: quod habeo multos consanguineos & amicos, quos non requisisti, qui me defendissent: vnde nō datur tibi rescissoria vt ff. ex quibus causis maior. in integrum restitu. l. item ait prætor. cum l. seq. Item dico, quòd tu potuisti dare libellū potestati: & interrumpere tempus, quod contra te currebat, quod est ius ordinarium: ergo auxilium extraordinarium nō habet locum vt C. de annali exceptio. l. vt perfectiùs. ergo rescissoria non habet locum. quia vbi locum habet ordinarium auxilium, extraordinarium non habet locum vt ff. de minoribus. l. in causæ. & ff. de edendo. l. argentarius. §. 2. & l. sicuti. ff. ex quibus causis maior. in integrum restit. in eo quod dicit de restitutione præsentium contra absentes: nullam potuit capere correctionem per d. l. vt perfectiùs. secundum quosdam: licèt alijs videtur contra: vt notat dominus meus in titulo ex quibus causis maior. l. item ait prætor.

2 QVAESTIO. † Sed quæritur illud an prædicta restitutio detur absentibus causa reipublicæ alicuius castri, vel villæ, vel burgi. Respondeo sic: quòd idem ius habet villa vel burgus, vel castrum, sicut ciuitas vt ff. de legat. 1. l. si hæres. §. vicis. & ff. ad Trebellian. l. omnibus. C. de fundis limi. & palu. l. quicunq; castellorum. C. de fundis palu. rei priuatæ & saltibus. libr. 11. l. eum qui. Fiunt autem istæ positiones quando impetratur rescissoria. vnde ad hoc sciendum est, quòd quando quis absens vel præsens dicit se læsum, vadit ad iudicem & impetrat ab eo quòd illa vsucapio tollatur de medio, quòd sibi non obsit. in hac tali petitione concedenda sit restitutio vel non: fiunt prædictæ positiones.

Postquàm autem restitutio conceditur à iudice: & datur actio primitiua resuscitata, aliàs rescissoria, positiones istæ non fiunt: sed fiunt positiones quæ illi actioni primitiuæ conueniunt: vt si fuit publiciana actio, publicianas facit positiones: quæ in publiciana conueniunt: vel si certi condictio: similiter facit positiones

2 actioni competentes. QVAESTIO. † Quando autem dari dicatur rescissoria dicit Pet. & Ioan. quod tunc rescissoria datur, quando à prætore conceditur, id est, quando dicit prætor: ego te restituo: & dico te esse in statu primitiuo, vsucapione de medio, quæ interim cucurrit, rescissa. Ante enim quàm ita dicat iudex, nulla competit rescissoria. ratio est euidens pro Pet. & Io. cùm enim actio primitiua sit sublata per vsucapionem, quomodò potest dicere quòd vnquàm duret: cùm ea tanto de iure ciuili deseruit te prima actio? vt argume. ff. de rei vendic. l. in rem actio. Sed Ioan. Iac. & R. dicunt, quòd ab initio etiam competat hæc rescissoria: sed sine effectu mortua est, nisi prætor in ea sufflet spiritum vitæ: vnde & inspirata per prætorem fit efficax. cùm enim semel concessa est à prætore mortuo: non est necesse iterum eam concedi. vt argumento. ff. de condítio. institutio. l. quæ sub conditione. §. vltim. sicut vides in bonorum possessione: nam licet illa competat mihi: tamen non possum bonorum possessionem intentare nisi adeam prætorem. vt C. qui admit. ad bonorum possessio. l. vltim. & C. de curato. furiosi. l. vlti. quòd enim ab initio competat, dicit lex: quia hæc actio anno tollitur. vt C. ex quibus causis maior. in integrum restitu. l. vltim. & C. de captiuis & post li. reuer. l. ab hostibus redemptis. & ff. de actionibus & obligationib. l. in honorarijs. si tollitur præscriptione: ergo competit: actioni enim non competenti non currit præscriptio. vt C. de annali exceptione. l. 1. in fin. & l. vlti. Sed respondit P. currit præscriptio actioni rescissoriæ, id est, petitioni, aliàs impetrationi rescissoriæ: cùm enim sit sublata per vsucapionem, quomodò posset resuscitari? vt argum. ff. de solutionib. l. qui res. §. aream. Item argum. per Ioan. quòd rescissoria competit ab initio: nonne prætor restituet absentes. sic ergo non videntur rescissoria excludi quos prætor in integrum restituere pollicetur. vt ff. de in integrum restitutio. l. nemo videtur. Licèt enim de iure ciuili res per vsucapionem discesserit à dominio primitiuo: tamen prætoris beneficio remansit res in bonis illius: vt in actione quod metus causa: in qua res remanet in bonis passi metum de iure prætorio: licèt de iure ciuili sit dominium translatum. vt ff. quod metus causa. l. metum. §. licèt. & argument. ff. de capti. & post li. reuer. l. in bello. §. si quis seruum.

QVAESTIO. † Quæritur vnde nascatur hæc rescissoria: vtrum ex contractu vel quasi: ex maleficio vel quasi, vel ex varijs figuris causarum. vt ff. de actio. & obligat. l. 1. Respondeo: Quidam dicunt quòd non nascatur, sed detur: & ista est datiua & non natiua, vt & aliàs C. de transactio. l. cum mota. imò actio ista oritur ex pristino dominio: & erit actio ista vtilis, si posteà tibi restituitur: vel oritur ex pristina causa, quod est dominium: vel quæ causa remansit in bonis tuis de æquitate prætoris. 3

QVAESTIO. † Item quæritur quanto tempore duret rescissoria. Quidam dicunt quòd olim vtili anno tollebatur: hodiè quadriennio. vt C. de temporib. in integrum restit. l. vltim. adeò dicunt illi, quòd etiam lite contestata non perpetuetur. quæ rescissoria infrà prædictum tempus etiam incipi debet & lis contestari & finiri. vt in l. prædicta. tamen domino Ioanne & domino meo visum est, quòd rescissoria durat quadriennio hodie, sed non vltra, si in quadriennio læsus est: si enim vltra ledatur: vlterius sibi tempus nō restituitur. Sed si minùs lædatur quadriénio: illo solo minori tempore restituitur, etiam si vno die. vt ff. ex quibus causis maior. in integrum restitu. l. sed & si per prætorem. §. quotiens. & l. necnon. §. si quis sæpiùs. Verum si lis contestetur super rescissoria, perpetuatur sicut & aliæ temporales perpetuantur contestatione litis. vt ff. de fideiusso. tuto. l. vltim. & argumē. ff. de iurerando. l. nam posteà. §. si is qui temporali. nam omnis actio perpetuatur vsque ad quadraginta annos per cōtestationem litis. vt C. de præscript. triginta annorum. l. vltim. excepta actione de dolo. C. de dolo. l. vlti. Nec obstat l. C. de temporibus in integrum restitutio. l. vlt. quia quod ibi dicit, quòd infrà illud tempus debet incipi causa & finiri: subaudi causa integri restitutionis, id est, causa illa per quam petitur in integrum restitutio sit danda, vel non: & sic conceditur posteà rescissoria, id est, infra illud tēpus finitur, quod restat de quadriennio. si autem lis contestatur, ita perpetuatur. Nā pone quod simus negauerunt: quia separata debent esse ista iudicia vt arg. ff. de procura. l. qui propriè. §. maximè cùm primum petatur officio iudicis, secundum intentetur iure actionis. Dominus tamen Ioann. admisit, quòd vtrumque in eodem libello possit peti. & hoc causa minuendarum litium: pertinet enim ad prætorē lites minuere. vt ff. si certum petatur. l. quidam. & in Authēt. de litigiosis, collatio. 8. §. ad excludendas. nam & causa minuendarum litum vna actione familiæ erciscundæ plures hæreditates possunt diuidi: & plures societatet vna actione pro socio, separari. vt ff. familiæ erciscundæ. l. hæredes. §. de pluribus. & ff. pro socio. l. l. societatem non posse. §. si plures. Hoc etiam admisit Dominus Ioannes in actione ad exhiben. & rei vendica. quòd possit in eodem libello vtraque proponi: vt ita dicam, peto rem exhiberi, & exhibitam vendico rei vendicatione. vt argumen. ff. commo. l. 2. Vnde secundum Dominum Ioann. ita concipietur libellus super vtroque hoc modo. 4

LIBELLVS SECVNDVM IOAN. † Vobis Domino Anto. Aretino potestati supplico ego R. qui cum absens essem causa reipublicæ, vel causa studiorum: vel mercaturæ: & per talem absentiam læsus sim: quia talis rem meam vsucepit: ideò vt vsucapio remoueatur de medio, officium vestrum imploro, & peto per officium vestrum: & vsucapione rescissa propono contra M. qui rem meam possidet. si tam in tali locu rei vēdicationem recissoriam vel publicianam: & per illam peto rem illam mibi restitui. 5

OPPOSITIO. Sed videtur quòd libellus iste pro parte scilicet qua proponitur rescissoria, quæ nondum competit, sit male cōceptus. nam est certum quòd ante restitutionem mihi con- 2

Nam pone quòd simus in quadriennio ante absentiam: nónne si lis contestaretur in illa veteri actione perpetuatur? certè sic, ergò & nunc. quia non debet prodesse vel obesse quod euenit. vt ff. ex quibus causis maior. in
5 integ. restit. l. 1. QVAESTIO. † Qualiter autem in hac actione fiat libellus quæritur: & est sciẽdum secundùm quosdam quandò petitur rescissoria, id est, vt iudex det restitutionem, nõ porrigitur libellus: nam in omnibus illis qui procedunt de officio iudicis, non porrigitur libellus, nam ibi porrigitur libellus, vbi aduersarium dico mihi obnoxium iure actiõis. At cùm restitutio vel rescissoria petatur officio iudicis, nulla actio est proposita, vt ff. de minor. l. quòd si minor. §. vlti. & ideò libellus non proponitur. Alij dicunt, quòd semper libellus debet proponi, etiam si intentatur officium iudicis. nam licèt officium iudicis non sit actio: tamen quia officium iudicis idem operatur quod actio, debet dari libellus. ea quo enim petitor officium iudicis tibi subuenire in præiudicium alicuius: meritò debet libellus porrigi, ad hoc vt reus deliberet cedat an cõtendat, vt dicit auth. offeratur. Item ego video, quòd si etiam restitutio petatur, facit potestas vel iudex interuenire aduersarios, vt C. si ab hæreditate se abstin. auth. l. si om
6 nes. & ff. de minor. l. verum. §. ex facto. † Ego autem in hac parte distinguo: quotiens propono aliquid iudici quod spectat ad officium suum, aut in modum denuntiationis, vt ita dicam. Domine iudex talia fiunt in terra, ad officium vestrum pertinet ista punire: tunc sine libello ista audiuntur, vt C. de accusa. l. ea quæ per officium. Si autem petatur officium iudicis in modum actionis ad hoc vt tibi subueniatur in præiudicium alicuius: tunc necessarius est libellus. Vnde in impetranda restitutione qua impetrata competat rescissoria, ita concipietur libellus.

De petenda restitutione libellus.

1 *Libelli super restitutione petenda qualiter concipiantur. nu. 2. 3. & 5.*

4 *Libello eodem an restitutio peti possit, & rescissoria proponi.*

1 VOBIS † domino M. Aretino potesta. supplico ego R. qui cùm fuerim absens causa Reipublicæ vel causa studiorum, vel causa mercaturæ. vnde quia sum læsus propter talem absentiã, quia Titius rem meam vsucepit vel quia Titius ab actione mihi competente per vsucap. liberatus est, & sic cõditio mea læsa est ratiõe absentiæ meæ: ideò peto domine iudex me officio vestro restitui, scilicet vt tempus quod cucurrit in medio in mea absentia, quòd remoueatur, & ad istud propono officium vestrum domine iudex. Quòd enim iste libellus debeat dari, quotiens petitur restitutio officio iudicis: probo. Officium iudicis illud operatur quod actio: vnde quod actio prosequitur, & iudicis officium prosequatur. Item per officium iudicis, id est, per restitutionẽ læditur ius alterius, vt dictum est: ergo debet dari libellus, vt sit instructus contradicat an cedat, verùm restitutio tibi concedatur: concessa tali restitutione competit sibi rescissoria, id est, actio primitiua restituta rescissa vsucapione de medio: in qua actione concipietur libellus secundùm Placentinum.
2 LIBELLVS. † vobis domino M. potestati Aretino conqueror ego Rofre. de Beneu. qui possidet rem meam sitam in tali loco: cuius confines sunt tales, quã rem prædictus B. non vsucepit, nec alio modo quæsiuit, vnde rem illam peto mihi restitui per rei vendicationem rescissoriam: & hoc si dominus sui, siue per actionẽ publicianam rescissoriam: & hoc in realibus actionibus, quæ dantur iure dominij vel quasi. Si autem ratione pignoris, dices: Peto rem talem per actionem hypothecariam, quam rem dico ipsum non vsucepisse, vel alio modo acquisiuisse. Si autem in actione personali ita peto decem à Titio certi condictione rescissoria, quæ sibi mutuaui: quia dico ipsum huic actioni non præscripsisse. & sic admittebat P. talem: quia dicebat quòd in hac actione permittitur alicui mentiri: istud non admittimus, sicut diximus suprà in publiciana. Vnde ita concipe libellum in hac actione. LIBELLVS. † Vobis domino Ant. potestati Aretin. cõqueror ego Rofr. de M. à quo peto rem talem sitam in tali loco, cuius fines sunt tales: & illam rem peto mihi restitui rei vendicatione rescissoria, si sum dominus: quia dico rem illam ad me iure dominij pertinere: vel peto mihi restitui publiciana rescissoria, quia dico me à non domino emisse. 3
Vel aliter concipies. Rem meam sitam in tali loco in mea absentia vsucepisti, sed quia prætor rescindit vsucapionem, ideò per rei vendicationem, vel per publicianã rescissoriam peto rem illam mihi restitui. Vel aliter. Rem quondã meam possides: vnde quia prætor me restituit, ideò rem illam peto mihi restitui vtili rei vendicatione vel publiciana. Vel aliter. Rem meam possides: hanc peto mihi restitui rei vendicatione rescissoria, vel publiciana rescissoria, perinde ac si non vsucepisses. Quòd his modis possit formari libellus dicitur Inst. de actio. §. rursus. OPPOSITIO. Sed videtur quòd libelli isti non sunt rectè concepti, nec etiam quòd rescissoria possit habere locũ, nónne possessor factus est dominus de iure ciuili per vsucapionem, ergò primus dominus desinit esse dominus: quia duo in solidum eiusdem rei domini esse non possunt, vt ff. cõmo. l. si vt certò. §. si duobus. & ff. de acq. poss. l. possideri. §. ex plurimis. ergò quomodo potest intentare actionem primitiuam, nam si intenta: actionem, aut primitiuam aut aliam. Si primitiuam, non potest: quia sublata est, vt dixi. si est sublata, non potest suscitari. vt ff. de solutio. l. qui res. §. aream. Si aliam actionem intẽtas, ita respondeo: non sum in illa obligatus, nec ex cõtractu vel quasi, nec ex maleficio vel quasi: & ita nõ teneor. vt Institu. de actionibus. in princip. Si dicas quòd sit datiua ex æquitate prætoris vel primitiua restituatur ex æquitate prætoris, videtur mirum: certum enim est, quòd par in parem non habet imperium vt ff. de arbitris. l. nam magistratus. & ff. ad Trebellia. l. ille à quo. §. tempestiuum. nec minor in maiorem, vt ff. de minor. l. minor magistratus. Quomodò ergo ius prætorium, cùm sit minus iure ciuili, vel æquale tollit ius ciuile. Respondeo. Primitiua actio competit restituta de iure prætorio, & eadem est cum primitiua, & ex eodem iose, licèt sit ista vtilis, quæ primò fuit directa. Potest enim prætor tollere ius ciuile, vt hîc. ff. de iustitia et iur. l. ius autẽ ciuile. §. ius prætorium. Formantur ergo isti libelli verè & benè de iure prætorio. nõ autem de iure ciuili: quia licèt de iure ciuili res sit amissa: tamen de iure prætorio fuit in bonis, & remansit in bonis meis, vt ff. quòd met. cau. l. metũ. §. licet. & ff de cap. & postl. reuer. l. in bello. §. si quis seruũ. QVAESTIO. † Sed quæritur an possit in eodẽ libello peti restitutio, & proponi rescissoria. quidã negauerunt: quia separata debent esse ista iudicia, vt arg. ff. de procura. l. qui propriẽ. §. maximè. cùm primòm petatur officio iudicis, secundum intenteretur iure actionis. dominus tamen Ioan. admisit, quòd vtrumq; in eodem libello possit peti. & hoc causa minuendarum litium: pertinet enim ad prætorem lites minuere, vt ff. si certum petatur. l. quidam. et in authen. de litigiosis, collat. 8. § ad excludendas. nã & causa minuendarum litium vna actione familiæ erciscundæ plures hæreditates possunt diuidi: & plures societates vna actione pro socio, separari. vt ff. familiæ erciscundæ. l. hæredes. § de pluribus. & ff. pro socio. l. societatem non posse. §. si plures. Hoc etiam admisit dominus Ioannes in actione ad exhiben. & rei vendica. quòd possit in eodem libello vtraque proponi, vt ita dicam, peto rem exhiberi, & exhibitã vendico rei vendicatione, vt argumen. ff commo. l. 2. Vnde secundum dominum Ioan. ita concipietur libellus super vtroque hoc modo. LIBELLVS SECVNDVM IOAN. † Vobis domino Ant. Aretino potestati supplico ego R. qui cùm absens essem causa Reipublicæ, vel causa studiorum: vel mercaturæ, & per talem absentiam læsus sim: quia talis rem meam vsucepit, ideò vt vsucapio remoueatur de medio, officium vestrum imploro, & peto per officium vestrum restitui, & vsucapione rescissa propono contra M. qui rem meam possidet, sitam in tali loco 4 5

non erit locatio: quia sine pretio locatio nulla est, vt suprà dixi, sed erit quidam contractus innominatus: vel facio vt des, vel do vt des. & sic omnia inuecta non erunt obligata pro illo frumento, quia hoc cantum legibus non inuenimus. Item dico, quòd res istæ eo anno quandò habuisti domum conductam per totum illũ annum fuerunt apud Semptonium. & si istud confitebitur, non potest dicere actor, quòd ista fuerunt inuecta vel illata. Item ego dico, quòd rn in fundo quẽ locasti, scio istitales res tantum illatas. si istud confitebitur, sequitur quòd pro alijs non potest dari Seruiana, ea quo nõ fuerunt illatæ. Item dico, quòd res ista illata a Titio erat merces, quam Titius volebat vendere, & tota die ea illa mercede vendebat. Item dico, quòd Titius rem istam habuit in causa commodati vel depositi. & si concedat, sequitur quòd nullũ ius habebat in re. vnde non potuit obligari. Item dico, quòd rem illam non possidet. Item dico, quòd res talis est quæ obligari non potest. Item dico, quòd Titius fuit minor vigintiquinque annis. Item dico, quòd Titius rem istam pro aliquo nulli de mundo obligasset. In hac autem actione concipi-
6 tur ita libellus. LIBELLVS. † Vobis domino Ant. potestati Are. cõqueror ego Rofredus de M. qui iniustè rem talem detinet: quam rem dico mihi restituendam, vel restitui debere, cùm sit mihi obligata, propter pensionem fundi vel domus debitam mihi à colono meo vel inquilino: quæ pensio est decem librarum, vel propter damnũ datum in domo locata, quod damnum est decẽ solidorum, ad quam rem restituendam, Seruianam actionem propono. Quòd rectè sit iste libellus conceptus, probo: quia actio ista competit pro rebus obligatis, pro mercede vel pro pensione vel pro damno. vt suprà in principio huius actionis dixi. & dicitur Instit. de action. §. Seruiana. & quòd de iure intentetur contra possessorem patet. quia est rei persecutoria. vt C. de pignori. l. pignoris. Institu. de act. ... §. sequens. si rei persecutoria, & tu possides, rectè intentatur contra te, quia possessio parit aduersario actionem in rem, vt C. de alienatione iudicij mutandi causa fact. l. vni. OPPOSITIO. Sed videtur quòd malè con... & hoc modo probo. Certum est quòd Seruiana possessionem nudam auocat, vt ff. de euict. l. si cùm venditor amouisset. §. 1. si possessionem auocat nudam: quomodò ergo intenditur, vt res illa restituatur, non potes aliquo modo intendere: imò debes possessionem rei petere, debere tibi restitui, cùm aliud sit pretium rei, aliud pretium possessionis, vt ff. vti possid. l. si duo §. vltimo. Item & aliàs videtur conceptus libellus malè, quia per libellum intentatur petitorium: cùm dico, peto rem. & ex natura actionis videtur quòd sit possessorium, sicut dixi. Respondeo. imò benè concipitur libellus. Nec obstat prædicta l. si cùm venditor. Quia quod ibi dicit, nudam possessionem auocat: ita intellige, id est, auocat rem ratione possessionis, non ratione dominij. Interest enim sua possidere rem illam, vt cautum sit sibi pro debita pensione, vt argum. Institu. quibus modis re contra. obli. §. & quòd habeas ita necesse exponere, vide leges. Nam in hac Seruiana habeo necesse probare rem fuisse in bonis coloni debitoris, vt ff. de pignor. l. si superatus. & l. & quæ nondum. §. 1. quòd in possessorijs non est necesse probare: sed tantùm me in possessione fuisse, & deiectum fuisse. Item ideò dicitur nudam possessionem auocat: quia si possessor quicunque sit vult offerre & soluere debitum tibi: repellit te creditorem agentem, & sic confirmat sibi possessionem illius rei, vt ff. quibus modis pignus vel hypothe. l. Paulus respondit. Quidam tamen metu quæstionis istius concipiunt ita libellum. LIBELLVS. † Deo & vobis domino B. potesta. Aretino conqueror ego Rofred. de M. qui rem talem possidet obligatam mihi pro pensione domus vel fundi: vel pro damno ipsius domus, quæ pensio est, vel quod damnum est decem librar. à tali colono vel inquilino. vnde peto possessionem illius rei mihi restitui: vel peto rem mihi ratione possessionis restitui, & hoc peto per actionem Seruianam. & sic melius est istam clausulam apponere: rem peto mihi restitui ratiõe possessionis, & non illam possessionem mihi peto restitui. quia si ita poneres, teipsum excluderes, cùm possessionẽ rei nunquàm habuisti, sed petis rem tibi restitui ratione possessionis, id est, quòd res illa sit in possessione tua. et sic quocunque modo concipiatur libellus rectè concipitur. QVAESTIO. † Vnde quæritur, quare actio ista Seruiana fuit inducta, cùm sufficeret interdictum Saluianum: quod locum habet auocando bona inquilini vel coloni, vt ff. de Saluiano interdicto, l. 1. Respõdent quidam, quòd Saluianum competit ratione seu gratia possessionis tantum: hæc actio gratia iuris, licèt rem ratione possessionis auocet. vnde illud possessorium: ista petitorium. vel aliter, in Seruiana debet probare locator rem fuisse in bonis coloni, vt ff. de pign. l. & quæ nondum. §. quod dicitur. at in Saluiano hoc non est necesse probare. Item Saluianum competit contra conductorem & eius hæredes tantùm, vt C. de interdicto Sal. l. 1. Seruiana contra omnes possessores, & contra eundem, vt ff. de Saluia. interdicto. l. vlti. & hoc quidam dicunt, licèt lex illa aliter intelligatur, nec admitto quosdam dicẽtes, quòd hæc actio sit annalis: imò perpetua, quia licèt prætoria sit, tamen rei persecutoria est: vnde perpetua. vt ff. de actio. & oblig. l. in honorarijs.

Si aliquis possideat rem tibi pignori obligatam, potes ab eo petere per actio. quasi seruianam quæ hypothecaria est.

De actione hypothecaria, quæ datur creditori. Rubrica.

1 *Actio hypothecaria, quæ datur creditori, vt competat, quot requirantur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in actione hypothecaria quæ creditori datur. & nu. 3.*
4 *Actio hypothecaria non nisi principalis excussus fuerit, competit.*
5 *Libellus in actiõe hypothecaria quomodo actiõe formetur.*

SI aliquis possideat rem mobilem vel immobilem tibi pignori obligatam, siue sit debitor, siue alius, poteris ab illo rem illam auocare. & hoc potes facere proponendo actionem quasi Seruianam, quæ appellatur hypothecaria. Quæ actio ad hoc vt competat, tot sunt necessaria. † In primis, quòd debitum subsit, id est, quòd in rei veritate numeraueris pecuniam, vel aliud quod continetur pondere, numero, vel mensura, vt Instit. quibus modis re contra obli. §. vltim. & ff. quę res pign. obli. poss. l. vltim. & sic frequentius contrahitur hypotheca in rebus talibus. vel quòd res aliqua sit vendita, & pro defensione illius rei sit tibi res illa obligata, vt ff. qui potiores in pignore habeantur. l. creditor. §. post diuisionem. vel si aliquid tibi promitto soluere, vel constituo me debitorem pro alio, & obligo pignus, vt ff. de constit. pecu. l. qui autem. & ff. de pign. l. 1. §. pacto. & sic breuiter nota necesse esse, quòd aliqua obligatio præcedat ad hoc vt quasi Seruiana, id est, hypothecaria locum habeat. Secundum necessarium est, quòd sit res obligata vel consensu solo sine traditione: quòd sufficit, consensum dico debitoris, sicut faciunt tota die debitores, qui dicunt, sit istud sub hypotheca rerum mearum, vt ff. de pign. actio. l. 1. vel traditione rerum interueniente, vt Insti. quibus modis re contra. obli. §. creditor. & sic quantum ad actionem hypothecariam non est differentia: Si contrahatur hypotheca solo consensu, vel rei traditione, vt Instit. de actionibus. §. inter pignus. tamen est differentia inter pignus & hypothecam quantum ad pignoratitiam: quia actio pignoratitia nunquàm debitori pro pignore datur: nisi quandò rei traditio intercessit. & ita intelligitur, quod habes Institu. quibus modis re contra. obli. §. creditor obligatur pignoratitia ad rem restituendam, scilicet, quandò traditio interuenit. Tertium est necessarium, quòd res sit talis quæ possit obligari, vt in superiori actione dixi. versic. secundum, quòd res sit talis &c. Quartum, quòd ille qui obligat rem sit dominus rei, vel habeat ius in re illa, vt in superiori actione notaui: vel licèt sit res aliena, quæ tamen sit obligata voluntate do-

mini, vel eo ratum habente, vt ff. de pignorat. actio. l. aliena res. & argumen. ff. commo. l. si vt certò. §. nunc videndum. Quintum, quòd sit maior viginti quinque annorum qui rem illam obligauit, vt in superiori actione notaui. versic. item est & decimum necessarium, &c. Sextum, quòd res fuit in bonis illius debitoris, quandò fuit specialiter obligata, non generaliter. vt ff. de pignoratitia actione, l. & quæ nondum. §. quòd dictor. & dicitur rea esse in bonis nostris, cuius rei nomine actionem habemus, vel retentionem. vt ff. de acquiren. rerum domin. l. rem in bonis. Septimum, quòd si generaliter fuerunt bona obligata, quòd res illa sit talis quam specialiter quis esset obligaturus, vt superius notaui. Octauum, quòd debitum sit iure debitum: si enim factum est pactum de non petendo: tollitur hypothecaria aliquandò ipso iure, aliquandò per exceptionem. vt ff. de pactis l. si tibi. §. de pignore. & ibi hoc notat dominus meus. Nonum, quòd talis sit persona, quæ possit obligari. non furiosus. ergò nec is cui bonis interdictum est. vt ff. de verb. obligat. l. is cui. & argumen. ff. commodati. l. nec in furiosum. Item nec filiusfamiliàs in mutuo propter Macedonianum senatuscon sultum, vt ff. ad Macedon. l. sed & Iulianus. nisi in illis casibus, vt in vltim. & penult. §. illius l. sed & iul. Item decimum est, quòd reus possideat rem, quam per hypothecariam auocat, vt in superiori actione notaui. Vnde in hac actione facit actor tales positiones, & primò
2 generalem. POSITIO ACTORIS. † Ego dico, quòd ea quæ in libello petij de iure petere possum. Item dico, quòd tibi mutuaui viginti libras: vel tu vendidisti rem talem. Item dico, quòd tu pro illis denarijs obligasti mihi bona tua specialiter vel vniuersaliter. Item dico, quòd pro euictione illius venditionis obligasti mihi talem rem. Item dico, quòd tu constituisti te debitorem pro Titio, & obligasti talem rem. Item dico, quòd quandò mutuaui tibi denarios meos, tu obligasti mihi omnia bona tua: & per tuum consensum fuerunt mihi obligata, vel tradita. Item ego dico, quòd res illa est talis, quòd obligari potest. Item dico, quòd tu es dominus illius rei, vel habes ius in re illa: vel si fuit res aliena dicas, ego dico, quòd talis qui est dominus rei, consensit vt obligares, vel ratum habuit, vel ei succcessisti, vt ff. de pignora. actione. l. si rem alienam. & l. rem alienam. Item dico, quòd res ista erat in bonis tuis, cùm fuit specialiter obligata. Item dico, quòd tempore illo quando mihi obligasti, fuisti maior vigintiquinq; annis: vel si minor fuit tempore obligationis dicas: ego dico, quòd compleuisti iam quatuordecim annos. Item dico, quòd Titius debitor meus, qui mihi rem istam obligauit, nomine illius rei habebat actionem vel exceptionem, tempore illo, quandò mihi obligauit. Item dico, quòd res est talis, quæ obligari potest. Item dico, quòd ea quæ mihi debes, cum effectu debes. vel ego dico, quòd tu es mihi obligatus ciuiliter & naturaliter: & adhuc teneris mihi cum effectu, pro quo debito tu obligasti mihi tua bona. Item dico, quòd tu es homo qui rectè cognoscis, & benè administras negotia tua, vt per hoc excludatur, quòd non sit furiosus, vel non sit ei bonis interdictum. Item dico, quòd tu es talis persona quæ de iure obligari potest. Reus autem ita
3 se defendat, & si potest negare in primis neget. † POSITIO REI. Ego dico, quòd tu creditor istos denarios quos mihi conuenisti mutuare, mutuasti Sempronio. Item dico, quòd tu conuenisti mihi mutuare denarios die tali, sed posteà numerasti mihi post mensem: & tempore numerationis res illa non erat in bonis meis. Si istud confitebitur actor, non habebit hypothecariam pro re illa, vt ff. quæ res pignori obligari poss. l. Titius. Item dico, quòd rem tibi vendidi tantum vel constitui me debitorem tantum. Si hoc confitebitur actor, propter istud verbum, tantum, excluditur, quòd non potest proponere hypothecariam. Item dico, quòd tu mutuasti mihi denarios tantum: & si hoc confitebitur actor, erit chyrographarius creditor solummodò, & non hypothecarius. Item dico, quòd res illa est aliena, nec aliquod ius habeo in re illa. Item dico, quòd res illa est talis, quæ obligari non potest. Item ego sum talis, qui iure obligari non possum. Item dico, quòd tu fecisti mihi pactum de non petendo. Item ego sum liberatus tempore. Item dico, quòd tu sciebas rem illam esse alienam quandò obligabam. Si istud confitebitur actor, non habebit postea contrariam pignoratitiam: & instat etiam crimen stellionatus, vt ff. de pignoratitia actione, l. tuto. §. sed si sciens creditor. † Est 4
autem aliud notandum in hac actione, quòd ita demùm competit hæc actio postquam fuerit exacta ius principalis, vt in authentica de fideiussorib. §. sed neque. collat. 1. licèt authentica. de liti. sit contraria, vt ibi notatur. In hac actione ita concipitur libellus. LIBELLVS. † Vobis domino Ant. potesta. Aret. conqueror e- 5
go R. de M. qui iniustè detinet rem talem mihi obligatam à Titio debitore meo pro decem libris Pisanorum, quas sibi mutuaui. Vnde peto rem illam mihi restitui: & ad hoc propono hypothecariam actionem, vel quasi Seruianam. Quod ita rectè concipitur libellus, ita probatur. Certum est, quòd actio ista in rem est, vt C. de pignorat. l. pignoris. & datur contra quemlibet possessorem, si res sit obligata pro debito, vt probatur Insti. de actionibus. §. item quasi Seruiana. OPPOSITIO. Verùm opponitur, quòd videtur malè conceptus libel lus: nam ponitur in libello iniustè. quid enim si iustè ille possidet, fortè quia habet titulum à domino. quomodo ergo dico in libello iniustè? Respondeo: possit fine illo verbo rectè concipi libellus. & si opponatur, non vitiaretur libellus. licèt enim iste possideat, quia habeat titulum, tamen quantum ad me iniustè possideret: quia licèt res transierit ad te, transiuit tamen cum onere suo, vt ff. de acquiren. rerum dominio. l. traditio. OPPOSITIO. Item alio modo opponitur. hypothecaria nudam possessionem auocat: quomodo ergo intentatur ad rem? Respondeo. Dic vt notaui in superiori actione in simili quæstione. versic. oppositio. sed videtur quòd iste libellus & cætera.

Si conduxisti aream vel solum, & imposuisti ibi superficiem & modo illud solum cum illa superficie ab alio possideatur potes ab eo per vtilem rei vendicationem vendicare.

De vtili rei vendicatione quæ superficiario datur. Rubrica.

1 *Actio vtilis in rei vendicatione, qua superficiario datur, vt competat, qua requirantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in dicta actione qua & nu 3.*
4 *Libellus in vtili rei vindicatione superficiaria quomodo fiat.*
5 *Dominium in vtili rei vendicatione si quis non fuerit, aliquis tamen credens eum dominum, superficiem imposuit, nunquid rei vendicationem vtilem intentabit.*
6 *Actio quomodo & contra quem procedat: si ille à soli possessione cadat, in quo superficiem habet.*

CONDVCIT aliquis aream vel solum, & imponit ibi superficiem, sicut tota die de facto contingit si cadit à possessione illius rei, potest intentare actionem ad rem illam petendam: quæ vocatur vtilis rei vendicatio, vt ff. de superficie. l. 1. & arg. ff. si ager vectigal. vel emphyt. petat. l. 1. & s. † Ad hoc autem vt ista actio competat tot sunt necessaria. Primum, quòd contractus locationis præcesserit, vt ff. de superfic. l. 1. §. 1. vel alius contractus, vt donationis, vel alius, vt in prædicta l. 1. Secundum, quòd rem conduxit ad non modicum tempus, vt ff. de superficie. l. 1. §. quod ait prætor. quod tempus non modicum accipio fortè vsque ad decem annos, vt arguin. C. de præscriptio. longi temporis decem vel viginti annorum, l. vlt. vel etiam vinquennium. vt argum. ff. de separatione. l. 1. §. quod dictum est. si enim vsque ad annum conducat, secùs est, cùm non habeat ius in re: quia nec mortuo domino, nec viuo possidet. vt ff. de vsucapionib. l. non solum. §. quod vulgò. Tertium est necessarium, quòd superficies sit imposita. Quartum, quòd aduersarius possideat: quia hæc requi-

requiruntur in qualibet reali: quia possessio subijcit aduersarium actioni in rem. vt C. de alienatione iudicij mutand. causa fact. l. vnica. vel quod dolo desierit possidere: quia dolus pro possessione habetur, vt ff. de petitio. hæredi. l. sed si lege. §. si autem sint. & ff. de rei vendicat. l. sin autem. Quintum, quòd ille qui locat, sit dominus vel saltem habeat publicianam. In hac actione
2 actor faciat tales positiones. POSITIO ACTORIS. † Ego dico quòd ea quæ continentur in libello, de iure petere possum. Item dico, quòd Titius locauit mihi solum, vel donauit, vel vendidit, ad hoc vt superficiem imponerem. Item dico, quòd conduxi solum ad superficiem imponendam vsque ad decem annos. Si neget de decennio, & ipse dicat de nouem: si negauerit de nouem, ipse dicat de octo, & sic vsque ad quinquennium: quia illud accipio ad non modicum tempus, vt suprà dixi. Item ego dico, quòd superficiem quę est modo in solo, ego imposui vel feci imponi. Item dico, quòd Titius fuit dominus vel quasi istius soli. Reus autem faciat tales positiones. In primis si potest negare saluo suo sa-
3 cramento, neget. POSITIO REI. † Ego dico, quòd Titius est minor viginti quinque annis. Si istud confitebitur actor, licèt donauerit sibi, vel vendiderit, vel locauerit, non valet sine prætore, vt ff. de rebus eorum qui sub tutela vel cura. sunt l. 1. Item ego dico, quòd Titius solum illud in quo dicit esse superficiem, vendidit & tradidit Mæuio antequàm superficies fuisset imposita. Si istud confitebitur actor, sequitur quòd excludatur ab intentione sua: quia Titius nullum ius habuit, quòd potuisset transferre. vt argumen. ff. de acquirend. rerum dominio. l. traditio. & de regulis iuris. l. nemo plus iuris. Item dico, quòd vsque ad annum conduxisti domum tantum vel solum. Si istud confitebitur actor, excluditur ab intentione sua, quia non conduxit ad non modicum tempus. Item ego dico, quòd rem istam non possideo, nec dolo desij possidere, & sic absoluitur. Veruntamen caueat, quia si probatur quòd possideat, transfertur possessio in actorem, vt ff. de rei vendic. l. vlti. & hæ positiones locum habent tam contra dominum soli, quàm cōtra quemlibet possessorem: nam & ista vtilis rei vendicatio datur cōtra dominum, vt ff. de superfic. l. 1. Item dico quòd Titius non fuit dominus, nec quasi. Concipitur autem in hac actione li-
4 bellus hoc modo. LIBELLVS. † Vobis domino Ber. conqueror ego. R. de M. qui iniustè possidet rem talem sitam in tali loco: cuius tales sunt confines, quam rem conduxi, vel ex causa donationis habui, vel emi à Titio ad superficiem imponendam, & imposui superficiem, quæ in solo est modo. Vnde peto rem illam mihi restitui, & ad hoc propono vtilem rei vendicationem, peto etiam et pensiones perceptas et percipiendas: quę sunt decem libr. pisanorum, perceptas & consumptas: peto per condictionem sine causa perceptas, & extantes vtili rei vendicatione, percipiendas officio vestro domine iudex. & hoc si fuerit malæ fidei possessor, qui tenetur de percipiendis, aliàs non, vt notaui supra de publiciana. Vel sic peto rem talem mihi restitui propter superficiem quam imposui in solo prædicto concesso mihi à Titio ex causa locationis factæ ad non modicum tempus, vel donationis, vel emptionis, vel alterius contractus: & ad hoc propono vtilem rei vendicationem. Quòd isti libelli de iure concipiantur, probatur. ff. de superfic. l. 1. §. 1. 2. & 3. & probatur illa quæ in principio huius actionis dixi. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd libelli sint malè concepti. certum est quòd is qui superficiem imponit, statim facit eius superficiem, cuius est solum: nam quicquid solo inædificatur, solo cedit. vt Instit. de rerum diuisione. §. cùm in suo. & ff. de acquirend rerum domin. l. adeò. & argumen. ff. de condictione indebi. l. si in aliena area. Si ergo ædificium factum est illius, cuius est solum. ergo iste non potuit esse dominus. nam eiusdem rei insolidum duo domini esse non possunt, vt ff. de acquiren. possess. l. possideri. §. ex plurimis. & ff. commo. l. si vt certò. §. si duobus vehiculum. Præterea lex dicit, quod etiam pactum non valet vt alterius sit solum, alterius ædificium: quia si in tradendo apponatur tale pactum: trado solùm sine superficie, non valet ista conuentio, quia etiam superficies transit, vt ff. de actionib. & obligat. l. obligationum ferè. §. placet. Item vsucapto solo vsucapitur etiam superficies, vt ff. de vsucapionibus. l. rerum mixtura. Respondeo: imò rectè sunt concepti, nec obstat quod opponis, duo insolidum domini esse nō possunt. Verum est, eodem iure & eadem causa. duo ergo non sunt domini de iure ciuili, sed diuerso iure sunt duo domini, & ex diuersis causis. Nam vnus est dominus de iure ciuili, & habet rei vendicationem directam, vt dominus soli: alius est de iure prætorio, vt superficiarius, & habet vtilem rei vendicationem: & apud vnumquemque est possessio, sed diuerso iure, vt ff. de precario. l. & habet. §. cum qui precario. & ita intelligitur l. in eo titulo de precario. l. duo. quòd non possunt duo precariò possidere: verum est de iure prætorio. & de hoc dic vt notaui suprà de rescissoria in reprobatione libelli. Item licèt dominium superficiei transierit in dominum soli, tamen vtile remansit apud superficiarium, & hoc de iure prætorio, vt ff. de superfic. l. 1. sicut in actione quòd metus causa, vbi dominium transit dę iure ciuili, sed de iure prætorio remanet apud meticulosum, vt ff. quòd metus causa. l. metum. §. licèt quæstio. Item non obstat quod dicit, quòd conuentio illa non valet, vt solum sine superficie non transeat. Verum est quod non valet de iure ciuili: valet tamen de iure prætorio, secundum quòd valent omnia pacta, vt ff. de superficiebus, l. 1. & ff. de pact. l. iuris gentium. §. ait prætor. Nam actio ista prætoria est, vt in circulo huius actionis inuenies in arbore. OPPOSITIO. Item & alio modo videtur quòd non sit rectè conceptus libellus. Tu proponis vtilem rei vendicationem: ergo necesse est vt ille qui locauit solum tibi, dominus fuerit, & directò: alioquin si non fuerit, nec directum nec vtile dominium potuit transferre, et hoc verum est. vt ff. de acquirend. rerum dominio. l. tradi-
tio. QVAESTIO. † Quid ergo si ille non fuit dominus: 5
ego tamen eum credens dominum superficiem imposui, nunquid intentabo rei vendicationem vtilem, sicut ponitur in libellis. Respondeo, & ita distinguo: si ille, qui locauit tibi solum erat talis, cui saltem competebat publiciana, tu habebis vtilem vendicationem: quia illis competebat vtilis rei vendicatio nomine soli. ergo tibi competit vtilis, si erat dominus, cùm sibi competeret directa tibi competet vtilis: si verò erat talis. cui publiciana non daretur: tunc iste superficiarius nullam haberet rei vendicationem, nec vtilem, nec di-
rectam. QVAESTIO. † Quid ergo faciet, si cadat à pos- 6
sessione soli, in quo habet superficiem? Respondeo: agat contra illum, qui solum sibi locauit ex conducto ad interesse, vel ex empto ad interesse: vel si donauit & sciens, agat contra ipsum de dolo, vt ff. de donationib. l. Aristo. §. Labeo. & hoc si fuit sciens quandò donauit: si autem ignorans, nunquàm tenetur is qui donauit, vt C. de euict. l. 1. licèt posset distingui, vt distinguitur C. de iure doti. l. 1. licèt in contractu venditionis & locationis non fiat differentia inter scientem & ignorantem. Et hæc vera sunt, quandò ille qui imposuit superficiem non possidet: si autem possideat, habet exceptionem pro superficie, vt ff. de rei vendicatione. l. in fundo. & Institu. de rerum diuis. §. cùm in suo. & ff. de condict. indeb. l. si in aliena.

Si quis rem aliquam in emphyteusim acceperit, vel alium contractum, qui hodiè vulgariter dicitur libellarius, à domino vsque in quadraginta annos, vel in perpetuum: soluendo inde singulis ceram, vel piper vel denarium, & rem illam alius possideat: potest eam petere per vtilem rei vendicationem, quæ datur emphyteutæ.

De vtili rei vendicatione quæ datur emphyteutæ, seu illi, qui conduxit ad non modicum tempus. Rubrica.

1 *Emphyteuticus contractus est contractus meliorationis.*

2 Emphyteuta vt vtilis rei vendicatio detur, quot necessaria sint.
3 Hæres extraneus, an iure emphyteutico succedat
4 Dominus si videat alicui rem datam in emphyteusim, an emptor teneatur pati emphyteutam illam rem habere.
5 Vxorem piam si quis duxerit, & dotem receperit, ac fecit sibi quartam secundùm ius Longobardorum, an res ista in emphyteusim habita pro dote obligata sit.
6 Quartam si maritus det de bonis suis, quæ habet, & quæ habiturus est: an iure Lombardo in re ista etiam quantitatem habeat.
7 Contractus emphyteuticus, an à locatione differat.
8 Positiones actorũ & Rei in actiõe qua datur emphyteuta, quomodo fiant. & nu 9.
10 Libellus in actione emphyteuticaria quomodo fiat.
11 Contractus emphyteuticus vt valeat, quid requiratur.

EST & alia rei vendicatio vtilis, quæ datur emphyteutæ, de qua non inuenitur in arbore domini Io. sed tamen de ea tractemus: quia vtilis est, & tota die contractus iste de facto celebratur. Veruntamen celebratur cõtractus non emphyt. sed quasi similis, qui appellatur contractus libellarius. 1 †Emphyteuticus autem contractus est contractus meliorationis. nam iure veteri dabantur sterilia, vt fierent fructuosa, dabatur terra, vt ibi fieret vinea, dabatur area, vt ibi fieret domus. Verumetiam, hodiè fructuosissima in emphyteusim dantur, vt in auth. de non alien. aut permu. re. eccle. collat. 2. & in authen. de alie. & emphyt. col. 9. & C. de iure emphy. l. vlt. ita tamẽ, vt aliquid detur statim domino pro re illa, & posteà singulis annis vel libra piperis, vel frumenti, vel denarij. & potest iste cõtractus fieri vel in perpetuum, vel ad tempus, vel sit vt nunquam res auferatur quamdiù pensio soluatur. vt ff. si ager vecti. vel emphy. pe. l. 1. & 3. & Inst. locati & con duc. §. adeò. 2 †Ad hoc autem vt vtilis detur emphyteutę vendicatio tot sunt necessaria. Primò vt cõsensus vtriusque intercedat, sicut in quolibet contractu. Itẽ quòd res sit talis, quæ possit dari in emphyteusim: putà, quæ non prohibetur alienari à lege, à testatore, vel contrahentibus: tunc enim potest res illa in emphyteusim daxi, vt C. de rebus alie. non alie. l. vltim. Item quòd scripturæ intercedant, vt C. de iure emphy. l. 1. Item, quòd persona sit talis, quæ posset alienare: non minor 25. an. nõ furiosus, non cui bonis interdictũ est. laici verò nostri temporis vocãt contractũ emphy. contractũ libellariũ. Sed verè posset dici contractus emphyteuticus. Nam & cõtractus meliorationis est, quia datur area, vt fiat domus: data terra, vt fiat vinea, & præstaĩ al quod annuatim, duo denarij scilicet, vel quatuor & datur in festo sancti Stephani, vel sanctæ Mariæ. Item fit inde scriptura. sed multi laici simplices id canent, & timent sibi & nesciunt quid faciunt: quia dicunt, concedo tibi rem istam ad libellum vel emphyteusim vsque ad 29. annos, & nolunt apponere de 30. quia timẽt de præscriptione, sed frustrà timent, quia si possideret emphyteuta per mille annos: & non interuerteret possessionem, id est, quòd dominum venientem non admitteret, vt ff. de vi & vi arma. l. cùm fundus. & l. colonus. nunquàm præscriberet, vt C. de præscript. triginta annor. l. malè agitur. licèt enim pensionem non soluat, & fingat in animo suo rem illam, vt propriam possidere non potest: quia nemo sibi causam possessionis mutare potest, vt C. de acquiren. possess. l. cùm nemo. Alij autem concedunt rem ad libellum: & dicunt tibi & hæredib. suis. 3 QVAESTIO. †Sed hîc quæritur, an extraneus hæres succedat in iure illo, videtur quòd sic. vt ff. de verb. significa. l. in conuentionibus. & l. hæredis appellatione. & C. locati & cond. l. viam veritatis. maximè cùm omne ius, quòd competit defuncto, competat & hæredi. vt C. de hæreditarijs actionibus. & quia persona hæredis & defuncti etiam eadem reputatur, vt in authen. de iureiuran. à morien. præsti. colla. 5. Econtrà videtur, quòd extraneus hæres non succedit. nam cùm dico, & hæredibus tuis: videor de filijs cogitasse, vt ff. ad Trebel. l. ex facto. §. vlti. & argu. in authen. de non alienan. aut permu. eccle. re. §. emphyteusim. Respõdeo: Quotiens res datur in emphyteusim, si datur ab ecclesia, tunc extraneus hæres non succedit: quia datur in secundam & tertiam progeniem, subaudi, ex en descendentem, vt dicit ille §. emphyteusim. & arg. ff. ad Treb. l. ex facto. §. vltim. Si verò fiat à priuato vel à rep. alicuius ciuitatis, quæ fungatur vice priuatorum, vt ff. de verb. significa. l. eum qui vectigal. tunc etiam extraneus hæres succedit: quia succedit etiam legatarius. vt ff. de verbor. signifi. l. in conuentionibus. Nec obstat l. ad Trebel. l. ex facto. quia lex illa habet locum in vltimis voluntatibus, sicut in titu. de verb. signifi. l. in conuentionibus notaui. Itẽ sunt & alia necessaria, quòd pensio soluatur vsque ad triennium: & si non, cadet à iure emphyt. nõ ipso in re, sed per sententiam, vt C. de iure emphy. l. 2. et nõ habet aliquam repetitionem meliorationis factæ in prædio vel in domo, vt l. prædicta. Item vt denunciet domino si vult vendere emponemata sua. i. meliorationes, vt C. de iure emphyt. l. vlti. circa princ. OPPOSITIO. 4 † Sed nunquid si dominus vendat alicui rem datam in emphyteusim: tenetur emptor pati emphyteutam habere rem illam, non videtur. vt C. locati. & cond. l. emptorem quidem fundi. sed illa lex locum habet in colono, quia non habet ius in re. At emphyteuta habet ius in re: quia datur vtilis rei vendicatio, vt ff. si ager vectigal. vel emphyt. petat. l. 1. non potest expelli ab emptore: & res transit in emptorem cum suo onere, vt arg. ff. de acquir. re. do. l. traditio. QVAESTIO. 5 † Item quæritur si aliquis duxit vxorem, & recepit dotem: fecit sibi quartam secũdùm ius Lombardiæ an res ista in emphyteusim habita sit obligata pro dote: & an in re possit habere quartam, secundùm ius Lumbardorum: videtur quòd sic. nam omnia bona mariti tacitè obligantur vxori pro dote, vt in C. in quib. causis pign. ta. contra. l. satis. ergo & res ista obligatur. quia res ista in bonis mariti est: quia & habet actionem & exceptionem nomine huius rei, vt ff. de acquir. rer. dom. l. rem in bonis. 6 † Item si maritus dat quartam de bonis suis quę habet & quæ habiturus est, vt in Lombarda de his quæ à viro in vxorem dan. l. 1. ergo & mulier ista habet quartam in re ista. Respondeo: Si non speciale pactum intercedat, quòd res reuertatur ad dominum, si emphyteuta decedat sine filijs: quia tunc dominus ratione pacti succedit, eam mulierem habere quartam in re illa, & obligatam esse rem illam pro dote. Nam aut habet maritus hæredem, & tunc hæres succedit, & mulier habet iura sua, aut non habet hæredem, & tunc vxor est hæres, l. vlt. vt C. vnde vir & vxor. & sic succedit in totum. 7 † Contractus autem iste differt à locatiõe quia in locatione non trãsfertur dominium, nec vtile nec directum, vt ff. locati & con. l. non solet. In eõtractu autem isto transfertur vtile dominium, vt ff. si ager vectigal. l. 1. Item si conductor expellatur, nullo iuuatur remedio. vt ff. locati & cond. l. cũ in plures. §. in estem. emphyteuta sic, quia habet vtile interdictum, vnde vi. Itẽ colonus vel inquilinus nullam habet possessionem, neq viuo nec mortuo domino, vt ff. de vsucap. l. non solùm. §. quòd vulgò emphyteuta autem verè possidet. Item locatio non fit sine pretio, vt ff. locati & condu. l. 1. emphyteuticus contractus sic, quia datur species, putà piper vel cera annuatim. Item locatio non fit nummo vno. vt ff. locati & condu. l. si quis cõduxerit. emphyteuticus contractus sic: sicut tota die de facto videtis. In hac ergo vtili rei vendicatiõe est necesse quòd ille qui dat rem in emphyteusim, quòd sit dominus directò vel vtiliter: alioquin nullum ius haberet in re illa emphyteuta, vt in superiori actione notaui in principio & in fine. Fiunt ergo positiones ex parte actoris hoc modo. POSITIO ACTORIS. 8 †Ego dico, quòd teneris mihi reddere rem, & ea quæ in libello continentur. Item dico, quòd tu cõsensisti & rem talem mihi dedisti in emphyteusim, vel ad libellum: & hoc si agar contra illum qui dedit. Si autem contra tertium: mutet verba, & dicat. Ego dico, quòd Titius est dominus prædij talis, vel habet publi-

Publicianam pro illo prædio. Item dico, quòd Titius
rem illam mihi dedit in emphyteusim, vel ad libellum.
Item dico, quòd res talis est quæ potest dari in emphy-
teusim, vel ad libellum. Item dico, quòd de hoc contra-
ctu facta est scriptura per manum Alberti notarij. Itẽ
dico quòd singulis annis à die celebrati contractus sol
ui, quod solnere debui. Item dico, quòd talis est perso-
oa quæ potest alienare. Reus autem faciat tales positio-
9 nes. POSITIO REI. † Ego dico, quòd res ista quam di
cis tibi fuisse datam in emphyteusim, fuit minoris. Si
hoc confitebitur Actor: ergo non potest habere ius in
re illa, nec valet contractus, quia res illorum prohibẽ-
tur alienari, per l. vt ff. de rebus eorum qui sub tutela,
vel cura. l. 1. ergo noo valet contractus emphyteuticus,
vt C. de rebus alienis noo alien. l. vlti. Item dico, quòd
testator qui dedit Titio à quo dicis causam habere rem
prohibuit alienari: & causam prohibitionis apposuit
in testamen. aliàs non valet prohibitio. vt ff. de leg. 1. l.
filiusfamilias. §. diui. Item dico, quòd cõtrahentes pro-
hibuerunt rem alienari, & si ista confitebitur actor, nõ
valet contractus emphyteuticus. vt C. de rebus alien.
non alienan. l. vltim. Item dico, quòd Titius actor tuus
fuit furiosus, vel fuit sibi bonis interdictum. Si istud
confitebitur actor: non valet contractus emphyteuti-
cus. vt ff. de verb. obligat. l. is cui. Item dicò, quòd iam
est triennium, quòd pensionem debitam non soluisti.
Si istud confitebitur actor, cadet ab actione sua. vt C. de
iure emphyt. l. vltim. In hac autem autem actione ita
10 concipitur libellus. LIBELLVS. † Vobis domino Bern.
potesta. Areti. cooqueror ego R. de M. qui possidet rem
talem, putà prædium, vel domum mihi datam à Titio in
emphyteusim, vel ad libellum: cuius confines sunt ta-
les. vnde peto rem illam mihi restitui vtili rei vendica
tione, quæ datur emphyteutę. OPPOSITIO. Videtur
quod libellus iste sit benè conceptus. Certum est, quòd
in hoc libello proponitur vtilis rei vendicatio. ergo se
quitur quod emphyteuta est dominus vtiliter: nam do
minium vtile vel directum est causa vtilis vel directa
rei veodicatio. Item necesse est, quòd ille qui dedit in
emphyteusim, quod fuerit dominus directus: quomo-
dò ergo illud sequitur, quòd sint duo eiusdem rei do-
mini iosolidùm. quòd est contraius. vt ff. de acqu. poss.
l. possideri. §. ea plurimis. Respondeo. Non obstat obie-
ctio tua: quia benè est conceptus libellus. nam quòd di
cis duo insolidùm non sunt domini. verum est directò
& de iure ciuili: veruntamen vnus directò & alter vti-
liter. Item vnus de iure ciuili, alter de iure prætorio
possunt esse domini, vt io superiori actione notaui. Il-
11 lud nota, † quòd contractus iste ad hoc vt valeat est ne-
cesse, quòd sit immobile quod datur, aut in corpore, vt
authen. de non alien. aut perm. reb. eccle. & in aorben.
de alie. & emphyt. & C. de iure emphyt. l. 1. & 2. & vlti.
Item illud quod diximus attende in re data in emphy-
teu. vel ad libellum à laico. si autem datur ab ecclesia,
ad hoc vt valeat iste contractus, necesse est, quòd fiat
cum solennitate legis, secundùm quam solennitatem
legis, nullus hodiè fit ab ecclesia, sed potiùs de consue-
tudine. Vode de consuetudine valet: licèt de iure non
valeat, vt ext. de consuetudine. cap 1. aliàs vltimo. Qua-
liter autem fiat iste contractus, dic vt notatur in sum-
ma de sacrosanct. eccles. circa finem.

Si aliquis compellitur per metum rem suam tradere vel dare: potest per vtilem rei vendicationem petere.

De vtili rei vendicatione quæ datur metum passo. Rubrica.

1 *Actio vtilis rei vendicationis. quæ datur metum passo, vt competat. quæ necessaria sint.*

3 *Positiones Actoris & Rei in actione rei vendicatione metus causa, quæ nu 3.*

4 *Libellus in dicta actione quomodo formetur.*

5 *Vendicatio rei vtilis an sit vna & eadem cum prima: quæ directò competebat, sicut eadem est illa vtilis, quæ fideicommissaria datur.*

SI aliquis per metum compellatur rem aliquam vẽ
dere, vel tradere, vel donare: succurritur sibi per
prætorem, & habet vtilem rei vendicationem: licèt
de iure ciuili sit dominium translatum. † Vnde ad hoc 1
vt ista actio competat, tunc sunt necessaria. Primò, q̃d
metus sit adhibitus: & talis qui cadit io constantissi-
mum virum. vt ff. quod metus causa. l. metum. non au-
tem vanus, sed quod contiocat animæ periculum, &
corporis cruciatum. C. de transact. l. interpositas. Secũ-
dum, quod intercedat metus in contractu, & in ipsa tra
ditione, alioquin si spontanea fiat venditio: licèt præ-
cesserit metus, non habet locum hæc actio: quia spon-
tanea traditione sublata est causa proxima turpitudi-
nis. vt C. quod metus cau. l. 2. Tertium, quòd propter i-
stum metum obligatio aliqua intercesserit, vel etiam
res tradita sit, nam in perfectis & in imperfectis actio
ista locum habet. vt ff. quod metus caus. l. metum. §. sed
quòd prætor. Item quartum, quòd periculom sit instãs
vel futurum & metus sit præsens. vt ff. quod metus cau
sa. l. 1. & l. metum. Quintum est, quòd metus sit illatus,
& aliquid ad te successorem vniuersalem vel rei singu
laris peruenit, alioquin & si tu metum intulisti, licet a-
liquid ad te non peruenerit, nihilominus teneris. vt ff.
quòd met. cau s. l. metum. §. ex hoc edicto & §. cum au-
tem. & l. sed & partus. & l. quòd diximus. §. vltim. Item
& sextum necessarium, quòd alius ioferat metum: &
non ipse sibi. vt ff. quod metus causa. l. si mulier. & hæc
vera sunt in actione quòd metus causa directa, quod
metus mortis desideratur, vt dictum est. oam & vani ti
moris nulla fit æstimatio: vt ff. de re iudi. l. si quis ab a-
lio. Verùm in actione vtili quòd metus causa, non est
necessarius metus mortis, sed æquè similis: putà vole-
bas comburere instrumenta status mei, volebas cogno
scere filiam & filium meum: in hoc casu locum habet a-
ctio vtilis, quod metus causa. quia concordat senten-
tia, licèt verba deficiant. vt ff. quod metus causa. l. isti
quidem. subuenitur enim metum passo quinque actio-
nibus, directa & vtili, vt dictum est. Tertiò subuenitur
ei per constitutiones. vt C. quod metus causa. l. si per
impressionem. Quartò subuenitur etiam iudicis offi-
cio, vt in medico, qui volebat oculis infirmi apponere
mala collirla, vt infirmus daret sibi vel promitteret.
vt ff. de varijs & extraordin. cognit. l. medicus. Quintò
ea generali clausula, si qua iusta causa mihi videbi-
tur. vt ff. quod metus causa. l. mulier. §. vlti. Item septi-
mum est necessarium, ad hoc vt actio ista detur. vt ille
qui infert metum, sit potentior te, aliàs oon audieris:
nisi probares metum esse illatum. vt ff. quod metus cau
sa. l. noo est verisimile. Item octauò, quòd fuerit in tali
loco, quòd potuit iustè timere: si autem in curia domi-
ni Imperatoris, vel Papæ dicat metum illatum, non au-
ditur. quia in Comitatu Imperatoris vel Papæ nihil ti-
mere debuisti. vt argument. C. de his qui metu iudic.
non appel. Vnde in hac vtili rei vendicatione tales a- 4
ctor faciat positiones. POSITIO ACTORIS. † Ego di
co, quòd tu intulisti mihi metum: & talem qui caderet
in constantissimum hominem: quia habebas cultellum
ad gulam meam. vel quia posuisti me in carcere. vt ff.
quod metus causa. l. qui in carcere. vel quia ligatum
me tenebas: & Teutonicè me verberabas, & malè me
tractabas: Item dico, quòd rem illam ipso metu tradi-
di. Item dico, quòd res illa ad te peruenit: vel ad alium
pro te. Item dico, quòd tu in ciuitate Aretij es me po-
tentior. Item dico, quòd tu in ciuitate ista intulisti mi-
hi metum. Has positiones faciat ita si agat cõtra illum
qui metum intulit, si autem agat contra illum, qui rem
meticulosi possidet, faciat similiter illas positiones: sed
in tertia persona, vt ita dicat. Ego dico, quòd metus fu-
it mihi illatus, &c. nec habet necesse designare certam
personam: quia metus habet in se ignorantiam. vt ff.
quod metus causa. si cum excep. §. in hac actione. de vo
luntate ergo poterit dicere, talis est qui intulit me-
tũ. Reos autem tales faciat positiones. POSITIO REI.
† Ego dico, quòd vsque ad istam horam semper fuisti 5
amicus meus: vel sic, vsq; ad istam horam semper fui tu
us amicus, & feci ea quæ placuerunt tibi, si illud confi-

bitur actor, cadet ab intentione sua: qoia nunquam amicus amico metum mortis inf. t. Item quòd eo tempore quo tu dicis metum tibi fuisse illatum, ego fui absens: si istud confitebitur actor, cadet ab intentione sua. vt argumen. C. de contrah. & committen. stipula. l. optimam. Item dico, quòd si intuli tibi talem metum: scilicet quia minatus fui tibi, quòd malè facerem tibi, secundùm quod minantur homines, & non alium metum intuli, si istud confitebitur actor, succumbet: quia minæ potuerũt illusoriç esse. nã, nõ semper feriet quęcunque minabitur arcus. vt ff. si cui plus quam per leg. fal. l. hæc autem satisdatio. in princip. & quia vani timoris noo fit æstimatio, vt ff. de regulis iuris. l. vani. & de re iudicata, l. si quis ab alio. & quia debet talis esse metus, qui cadat in cõnstantissimum hominem: vt suprà dictum est. Item dico, quòd licèt intulerim tibi metum mortis, tu spontè tradidisti rem: si istud confitebitur actor, succumbet. vt C. quod metus causa, l. secunda. Item dico, quòd tu es potentior me in persona, in amicis, & ædificijs, & parentibus. si istud confitebitur actor, succumbet, vt ff. quod metus causa. l. non est verisimile. Item dico, quòd tu mihi metum hunc intulisti: si hoc confitebitur actor, succumbet. vt ff. quod met. causa, l. si mulier. Item dico, quòd rem illam non tradidisti mihi. Item dico, quòd quando dicis metum non esse illatum, eras in curia Imperatoris. vel Papæ. In hac autem vtili rei vendicatione, quæ datur metum passo: quæ est prætoria, concipitur ita libellus. LIBELLVS.
4 † Vobis domino B. potestã. Areti. conqoeror ego R. de M. qui iniostè detinet rem talem positam in tali loco, cuius fines sunt tales: vel rem mobilem talem, cuius signa sunt talia, quam tradidi Titio per metum mortis ex causa emptionis vel ex alia, vel rem quam Titio per metum tradidi & vendidi. vnde rem illam peto mihi restitui, & peto quod mihi de dolo repromittat: ne fortè res deterior facta sit, vtili rei veodicatione. Quod ita debeat concipi libellus probatur, quia ista vtilis est in rem prætoria, quæ rem auocat, & possessorem persequitur. vt Institut. de actionibus. §. sequens. & ff. quod metus causa. l. metum. §. volenti. & §. ex hoc edicto. OPPOSITIO. Sed opponitur, quòd actio ista sit malè intentata, certum est quod iste qui per metum rem tradidit, dominium transtulit, vt argumẽ. Institut. de rerum diuis. §. per traditionem. & C. de pact. l. traditionibus. Si dominium est translatum, ergo ille desijt domious esse. duo enim insolidum eiusdem rei domini esse non possunt. vt ff. de acquiren. possess. l. possideri. §. ex plurimis. ff. commod. l. si vt certo. §. si duobus. Item si desijt dominus esse, quomodò intendit rei vẽdicationem, cũ rei vendicatio detur illi, qui verè est dominus de iure gentium, vel ciuili, vt ff. de rei vendic. l. in rem. in prin. Respondeo, quòd oppositio locum habet de iure ciuili. nam de iure ciuili dominium est translatum, & hic nullum habet auxilium. At de iure prætorio res per metum tradita remansit in bonis passi metum, vt ff. quod metus causa. l. metum. § Iul. vnde propterea habet hãc actionem, quia non videtur ee exclusus, quem prætor in integrum restituere pollicetur. vt ff. de in integrum restitutio. l. nemo videtur. & ideò propter hanc vtilem rei vendicationem, necessaria est possidenti præscrip-
5 tio, vt ff. quod metus causa. l. 3. QVAESTIO. † Sed illud quæritur, an ista vtilis rei vendicatio sit vna & eadem cum prima, quæ competebat directo: sicut eadem est illa vtilis, quæ datur fideicommissario, cum illa directa quæ datur hæredi. vt Insti. de fideicomoiss. hære. Resp. Eadem est quò ad dominium: quia si primò fuisti dominus, & competebat tibi directa: nunc etiam competet tibi vtilis, sed alia est prima: quia prima fuit ciuilis, ista autem prætoria. vt argum ff. de noxal. acti. l. electio. §. 2. vnde si tu ageres actione vtili rei vendicatione contra eum qui intulit metum, cùm non posset referre quęstionem dominij, securè eam intendis: si verò contra alium, haberes fortè necesse probare omnia quæ probantur in rei vendicatione, & plus, quia metum. vnde caue si fuisti dominus proponere: si non fuisti dominus, sed competebat tibi publiciana: tũc proponas vtilem publicianã. & sic propones vtilem in rem: quia omnis publiciana est vtilis in rem. Alia quæ sunt dicenda circa actionem quòd metus causa personalem, infr. de actionibus quod metus causa notabo.

Si aliquis vocetur ad successionem de iure pratorio, & fuit admissus: quia data est sibi bonorũ possessio, poterit petere bona defuncti peti hare possessoria.

De possessoria hæreditatis petitione. Rubrica.

1 *Possessoria hæreditatis petitio vt competat, quæ exigantur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in dicta actione, quæ. nu. 3.*
4 *Libelli in dicta actione quomodo formentur. nu. 5.*

SI aliquis vocatur ad successionem de iure prætorio, vt emancipatus: quia ius ciuile eos non cognouit. vt Instit. de hæred. quæ ab intestat. deferun. §. emancipati. & de exhæredandis liberis. §. emancipatos. nõ potest habere directam petitionem hæreditatis, sed habet prætoriam: puta defensoriam hæreditatis petitionem, quæ tantùm operatur quantum directa petitio hæreditatis. vt ff. de poss. hære. peti. l. 1. & 2. & ideò dicitur possessoria: quia datur bonorum possessori. prætor enim non potuit facere hæredem: sed fecit pro hærede seu bonorum possessore. vt Insti. de bonorum possessioni. in princ. licèt hodie actio ista, scilicet possessoria petitio hæreditatis locum non habeat secundùm qoosdã: cum æqualiter succedant hodie emancipati, sicut & sui vt in auth. de hæred. quæ ab intest. col. 9. & est posita in C. de legitimis hæred. auth. defuncto, & auth. cessante. sic dicunt hanc actionem hodie esse voluntariam & non necessariam: nisi in casibus in quibus etiam hodie possessiones bonorum necessariæ sunt, vt notaui in summa de bonorum possessione. Domino tamen meo videtur, quòd actio ista hodie sit necessaria: nam licèt hodiè sit sublata inæqualitas in successione: non tamen est sublata in modo: quia emancipatus succedit simul cum suo: sed tamen cum suo modo, id est, sicut antea vocabatur, vt notat dominus meus in prædict. authent. cessante. & defuncto. † Vnde ad hoc vt actio illa com- 2
petat tot suot necessaria. Primum, quòd aliquis sit de illis personis, quæ vocantur de iure prætorio, vt emancipatus vt Institut. de booorum possessionib in princip. & Institut. de hæred. quæ ab intesta. deferuntur. §. emancipati. Secundum est necessarium. quod si testator facit testamentum, quòd iste in illo testamento sit præteritus vel exhæredatus, & quòd illud testamentum sit rescissum. Primò enim debet testamentum rescindi per contra tabulas, quando est præteritus filius emancipatus: vel per querelam, quando est exhæredatus: & posteà proponetur petitio hæreditatis directa vel possessoria. vt ff. de inoffic. testam. l. qui de inofficioso. vbi notat dominus meus plenè. Tertium est, quòd si defunctus noo fecit testamentum, quòd sit filius & emancipatus, qui vocetur per vnde liberi: vel sit agnatus, cuius agnatio de iure ciuili desijt esse: potà per emancipationem, vt C. de legit. tutor. frater. & C. de legit. hæred. l. de emancipatis. & Institu. de legit. agna. tute. in fine. Quartum, quòd illi qui hanc actionem proponunt, probare debent sibi bonorum possess. datam esse. vt ff. de posses. hæredi. petit. l. 1. & hoc olim: hodie probabit se admissum esse. vt C. de cura. furiosi. l. vltim. & C. qui admitti ad bonorom possess. pos. l. vltim. Vnde in hac actiooe actor faciat tales positiones. POSITIO ACTORIS. 4
† Ego dico sacramento meo, quòd ego fui filius talis testatoris, vel agnatus, vel cognatus. Item dico, quòd fui emancipatus ab illo. Item dico, quòd ipse in testamento suo me præterijt, vel exhæredauit, & illud testamentum ego per contra tabulas, vel inofficiosi querelam expugnaui. Item dico, quòd bonorum possessio vnde liberi, vel vnde agnati, vel vnde cognati, fuit mihi concessa. Econtrà reus faciat tales positiones.
POSITIO REI. † Ego dico sacramento meo, quòd tu 3
non ex filius talis testatoris, nec cognatus vel agnatus

tus eius. Item dico, quòd tu fuisti iustè exhæredatus. Item dico, quòd illud testamentum adhuc non est ruptum. Item dico, quòd adhuc es in potestate, & fuisti: vnde non proponet possessoriam, sed directam. In hac au-
4 tem actione concipitur ita libellus. LIBELLVS. † Vobis domino Ber. conqueror ego Rofre. de M. qui iniustè detinet hæreditatem Titij quondam, cuius hæred. mihi poss. vnde liberi, data est à prætore: vel vnde cognati, vel vnde agnati. & hoc quando ab intestato. Si autem ex testamento, dicas hoc modo: cuius possessio contra tabul. vel querela inofficiosi testamenti data est mihi: quam hæreditatem peto mihi restitui, & ad hoc propono possessoriam hæreditatis petitionem: & super hoc peto mihi iustitiam exhiberi. Verum quia hodie non est necesse, quòd aliquis petat bonorum possessionem, sed quòd tantùm agnoscat, secundùm quod dictum est. Formatur hodie libellus ita, & melius. LIBELLVS.
5 † Vobis domino B. conqueror ego R. de M. qui iniustè detinet hæreditatem Titij: cuius bonorum possessio agnoui. vnde liberi: vel vnde agnati. & hoc quando ab intestato. Si autem ex testamento dic vt suprà. vnde illam hæreditatem dico mihi debere restitui. & ad hoc propono possessoriam hæreditatis petitionem. Quod libellus iste fuerit rectè conceptus: & probant superiora, & probatur ita. Nam petitio hæreditatis tam directa quam vtilis mixta est, & in rem, & in personam. vt C. petit. hæred. l. hæreditatis, & Instit. de actionib. §. sequens. vnde meritò res omnes per hanc actionem petuntur. & illa omnia veniunt in hac actione, quę veniunt in directa. vt ff. de possess. hæred. peti. l. 1. & 2. & de petit. hæredi. l. item veniunt. §. vltim. OPPOSITIO. Verumtamen videtur quòd ille libellus sit ineptè conceptus vel superuacuè: nonne sublata est differentia emancipationis, quia æqualiter succedunt. vt in auth. de hæred. quæ ab intestato. vnde cum habeat locum ius ordinarium, scilicet ciuile: non est recurrendum ad extraordinarium, scilicet prætorium. vt arg. ff. de minor. l. in causæ. vel si habet etiam hodiè locum, superuacua est: vt Instit. de bonor. poss. circa princ. Responde: & dic vt & suprà eadem actione dixi. licèt enim superuacuè secundùm quosdam proponatur: tamen nihilominus tenet. vt argum. ff. de seruitut. quoties l. & ar. C. de testa. l. testamentum, & est mihi electio, an velim agere de iure prætorio an ciuili. vt arg. C. de liber. præter. l. maximum. & ff. nautæ caupo. l. 3. §. vlt.

Si aliquis fecit testamentum, & instituit aliquem hæredem: & rogauit eum vt restitueret tibi hæreditatem & ille restituit tibi, potest bona defuncti petere fideicommissaria hæreditatis petitione.

De fideicommissaria hæreditatis petitione. Rubric.

1 *Hæreditatis directa petitio quare alicui non competat.*
2 *Actio fideicommissaria hæreditatis petitione vt competat quæ necessaria sint.*
3 *Positiones actoris & rei in dicta actione, qua. nu. 4.*
5 *Libellus in dicta actione quomodo formetur.*

VERVM quia est alia petitio hæreditatis prætoria, quæ vocatur fideicommissaria: ideò de ea videamus. Si enim aliquis facit testamentum, & te hæredem instituit, & rogat te per fideicommissum, vt hæreditatem mihi restituas, & restituis: competit nũc mihi fideicommissaria hæreditatis petitio. QVAE-
1 STIO. † Sed quare non competit mihi directa petitio hæreditatis? Respondeo: ideò quia tu qui fuisti institutus hæres, etiam restituendo de iuris subtilitate remanes hæres. vt ff. de minor. l. ait prætor §. restitutus. aliàs l. & si fine. §. sed quòd Papinianus. in fine. Sed quia ego quò ad effectum sum hæres. vt ff. quòd cum eo, qui in aliena pot. l. si filiusfamil. ideò ius prætorium hanc petitionem hæreditatis mihi dedit. & ideò habeo eam fideicommissariam: quia per fideicommis. est mihi hære-
2 ditas restituta. † Ad hoc ergo vt actio illa cõpetat, tot sunt necessaria. In primis quod testamentum alicuius præcesserit vel etiam codicillus: in quo licet non possit quis hæres directò institui: potest tamen per obliquũ: scilicet rogari quod hæreditatem restituat. vt C. de codicillis. l. hæreditatem. potest etiam hoc fieri in testamento. vt C. de impube. & alijs substit. l. 2. & C. ad Trebel. l. 3. & per totum. & ff. de ad Trebel. l. 1. §. hoc autem. Secundum est necessarium, vt si est testamentum quod sint ibi septem testes & rogati. vt C. de testamentis. l. hac consultissima. vel si codicillus, ad minus quinque, rogati vel non. vt C. de codicillis. l. vlti. Tertium, quod talis fuerit persona, quòd potuerit rogare restitui bona sua: quia potest facere testamentum. vt Instit. de testamentis. & Instit. quib. non est permis. facere testamẽtum. & C. quando prouoc. non est necesse. l. 2. & argum. ff. de donat. inter virum & vxorem, l. cum hic status. §. si maritus vxori. Quartum, quòd sit talis persona cui possit fieri restitutio hæreditatis, id est, quòd non sit indigna: scilicet quòd possit ex testamento capere, aliàs non. vt argum. ff. de probat. l. cùm tacitum. & ff. de iure fisci. l. non intelligitur. §. si quis palam. & ff. de his quibus vt indign. l. cum qui. Quintum, quod sit facta restitutio vel re, vel verbo, vel patientia, vel ratihabitione: & siue fiat restitutio tibi, siue alij. vt ff. ad Treb. l. restituta. Vnde in hac actione tales positiões faciat actor. POSITIO ACTORIS. † Ego dico sacramento meo, quòd talis in testamento vel codicillo talem hæredem institu- 3
it, & eum rogauit, quòd mihi restitueret hæreditatẽ suam. Item dico, quod in illo testamento septem testes interfuerunt, si negauerit reus, prosequere. dico quòd interfuit Titius. M. & R. & Seius, & Sempronius, & Mæuius. & sic pro cuiuslibet nomine poterit actor facere vnam confessionem. Item dico, quod talis fuit qui potuit condere testamentum. Item dico, quòd ille qui fecit testamentum, fuit maior an. 14. Item dico, quòd sum talis persona, quæ possum ex testamento capere. Item dico, quòd Titius hæres institutus & rogatus restituere hæreditatem mihi restituit. Econtrà reus faciat tales positiones. POSITIO REI. † Ego dico sacramẽto meo, 4
quòd ille qui fecit testamentum, fuit minor 14. an. tempore testamenti. si istud confitebitur actor, excludetur ab intentione sua: quia minor non potest facere testamentum. vt Instit. quibus non est permiss. facere testa. C. quando prouoc. non est necess. l. 1. Item dico, quod testes tantùm interfuerunt quatuor. si istud confitebitur actor, excludetur, cum in testamẽto septem testes, in codicillis quinq. interuenire debent, vt dictum est superius. Item dico, quod septem qui interfuerunt, nõ fuerunt rogati. si hoc confitebitur actor, succumbet. vt C. de probat. authen. rogati. Item dico, quod non interfuerunt vno contextu temporis, & si confitebitur actor, succumbet. vt C. de testamẽt. l. hac consultissima. Item dico, quòd pater tuus commisit crimen læsæ maiestatis. si illud confitebitur actor, cadet, aliàs succumbet, cùm sibi legari non potest. C. ad l. Iul. maiest. l. quisquis. Item dico, quod tu es hæreticus. si confitebitur actor, cadet seu succumbet. cum hæretico legari nõ possit. vt C. de hære. l. omnes. & l. 2. Item dico, quòd tu es filius sacerdotis, & in sacerdotio genitus. vnde non potuit tibi relinqui. vt C. de natural. libe. l. 1. & sic possunt fieri omnes positiones, per quas aliquis indignus non potest capere ex testamento, quas causas notat dominus meus Azo in summa C. de his quibus vt indig. Item dico, quod talis institutus non adiuit hæreditatem nec spontè nec coactus: & si adiuit, non restituit tibi nec re nec verbo. si istud confitebitur actor, cadet. In hac autẽ actione fiet ita libellus. LIBELLVS. † Vobis domino A. 5
potestati Areti, conqueror ego R. de M. qui iniustè detinet hæreditatem talem, quæ fuit quondam Titij: quę hæreditas fuit mihi restituta per authoritatem Senatusconsulti Trebelliani ab hærede in testamento Titij instituto. vnde illam hæreditatem peto mihi restitui: & ad hoc propono fideicommissariam hæreditatis petitionem. Quòd autem iste libellus sit de iure conceptus, probatur Instit. de fideicommis. hæredita. & ff. ad Trebel. l. 1. & etiam per ea quæ dicta sunt. & omnia quæ

veniunt

veniunt in petitione hæreditatis directa, veniunt & in
fideicommissaria. vt ff. de fideicommiss. hæred. peti. l. 1.
& 2. possunt etiam peti fructus percepti & percipien-
di, si fuit malæ fidei possessor: si fuit bonæ percepti tan-
tum: & hi in quibus factus est locupletior: & hoc ante
lit. contest. post litis verò contestationem omnes veni-
unt, non facta distinctione possessoris. vt ff. de peti. hæ-
redita. l. sed & si lege. §. consuluit, & §. si ante litem. &
l. si à patre. §. quod tempore. Et notat hoc plenè domi-
nus meus Aso in summa. C. de rei vend. versi. sciendum
est igitur. & notabitur infrà de peti. hæredi. cum libel-
lum super ipsa concipiam. Si ergo vis petere fructus, di
eas: & peto fructus perceptos & percipiendos. Item i-
ta concipies libellum, quando vis petere totam hære-
ditatem. si autem partem ita concipies: Peto hæreditа-
tem quondam Titij, seruatis alijs quæ in libello conti-
nentur. OPPOSITIO. Sed videtur quòd libellus iste
sit malè conceptus. In primis quia dicis hæreditatem ti
bi restitutam per Senatusconsul. Trebel. cùm fortè spō-
tè fuit restitutio facta: vnde non fuit necesse quod quis
per Trebel. compellatur, quod tunc locum habet quan
do aliquis non vult adire, vt compellatur inuitus adi-
re, & aditam hæreditatem restituere, vt Institut. de fi-
deicommiss. hæredit. §. si verò totam, & ff. ad Trebelli.
l. 1. & l. quia poterat. OPPOSITIO. Item & secundò
malè videtur conceptus libellus: tu dicis mihi restitu-
tam hæreditatem, & tibi hoc stare non potest. cum e-
nim hæreditas ista possideatur ab alio, quomodo po-
test, seu potuit res ista restitui tibi: cùm traditionibus
dominia rerum transferantur. vt Institut. de rerum di-
uis. §. per traditionem, & C. de pactis. l. traditionibus.
Respondeo primæ quæstioni, quia benè concipitur. li-
cèt enim aliquis spontè adeat hæreditatem, & restitu-
at, nihilominus habet locum Trebellianica. eius enim
quatuor sunt remedia. Primum, quòd aliquis compel-
latur adire. Secundum, quòd alteram hæreditatem spō
tè vel coactè restituat. Tertium, quòd omnes actiones
quæ fuerunt in persona hæredis directæ, transeant in
fideicommissarium vtiles. Quartum, quòd hæres si spō
tè adijt, retineat quartam: vt probantur ista Institut. de
fideicommiss. hæreditate. & ff. ad Trebelliani. l. 1. & l.
quia poterat, & l. ex asse. vnde licèt non habuerit locū
Trebellianica per primum auxilium, scilicet vt quis
compellatur adire: habet tamen locum propter alia
auxilia, scilicet, vt aditam hæreditatem restituat. &
quòd iura omnia transeant in fideicommis. Secundæ
quæstioni responden. dico enim quòd in adeunda hæ-
reditate non est necessaria possessio vel traditio: quia
in sola voluntate consistit. vt ff. de acquirenda hæredi-
tate. l. aditio. & ff. de acquirend. possess. l. cum hæredes,
vnde enim institutus fuerit dominus: & sic restituendo
in me ex auctoritate Trebelliani transierunt omnes a-
ctiones, vt dictum est.

Si libertus alicuius vel vasallus gerat se pro ingenuo, negans aliquid tibi debere nomine operarum præstare, potes agere contra illum actione in rem præiudiciali de libertinitate vel vasallia, seu vasallinitate, vt ita loquar.

De actione in rem præiudiciali pro libertinitate vel vasallia, seu vasallinitate.

Rubrica.

1 *Actio in rem præiudicialis pro libertinitate vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Positio Actoris & Rei in dicta actione qua, nu. 3.*
4 *Libelli in dicta actione quomodo formentur.*
5 *Actio in rem pro libertinitate, quomodo præiudicialis dicatur.*
6 *In Actione in rem pro libertinitate, iudicis officium quod erit.*

SI libertus meus gerat se pro ingenuo: quia præiu
dicatur mihi, possum contra eum agere actione in
rem præiudiciali: quæ ita vocatur actio in rem præ
iudicialis pro libertinitate: per quam actionem ipsum
reuoco in libertinitatem. † Sed ad hoc vt actio illa com 1
petat, tot sunt necessaria. In primis quòd aliquis sit ser-
uus meus, & ipsum manumiserim, is enim dicitur li-
bertus, qui ex iusta seruitute manumissus est. vt Instit.
de liber. in princ. Item est necessarium, quòd ille pro-
clamet in libertatem: & dicat se ingenuum. Vnde in
hac actione actor faciat talem positionem. POSITIO
ACTORIS. † Ego dico sacramento meo, quòd tu fui- 2
sti seruus meus. Si hoc confitebitur, benè est. si autē ne-
gabit, dicas: ego dico, quod tu fuisti natus ex ancilla
mea. & si hoc confitebitur, sequitur quòd sit seruus. vt
Inst. de ingen. & C. de rei vend. l. partum. Itē dico, quod
tu passus es te venundari patri meo, vel mihi ignoran-
ti ad pretium participandum, & pretium es participa-
tus: & maior fuisti viginti annis. vt Instit. de iure perso
na. § serui autem, & ff. de liber. cauf. l. liberis. & ff. quib.
ad libert. proclam. non lic. l. vlt. C. de libera. cauf. l. non
ideò. Item dico, quòd ego vel pater meus te manumisi-
mus. Item dico, quòd recusas te esse libertum meum &
geris te pro ingenuo. Econtra Reus faciat tales positio
nes. POSITIO REI. † Ego dico, quòd ego sum natus ex li- 3
bera matre. Si istud confitebitur Actor, succumbet. vt
Instit. de ingenuis. §. sed & si quis. Item dico, quòd ego
militaui, & te sciente, si istud confitebitur Actor, suc-
cumbet, vt C. qui mili. non pos. l. super seruis. libr. 12. I-
tem ego dico, quòd fui natalibus restitutus, & te scien
te, si istud confitebitur actor succumbet. vt ff. de natal.
restitu. l. quæro. Item dico, quòd fui seruus Titij, & ab
eo manumissus, vnde quantum ad te me gero pro libe-
ro. nam si habeo ædes, quæ debent seruitium Titio: quā-
tum ad Titium habeo, illas seruas: quantum ad alios, li
beras habeo. vt ff. si seruit. vendi. l. loci corpus. § cuius.
Vnde in hac actione ita concipitur libellus. LIBELLVS.
† Vobis domino Aret. conqueror ego R. de M. quem di- 4
co meum libertum esse. vel quòd cùm sit libertus me-
us, gerit se pro libero: vnde ipsum in libertum meum
peto: & ad hoc propono præiudicialem in rem actio-
nem. Quòd ita rectè concipiatur libellus, habes Instit.
de actio. §. præiudiciales. nam est præiudicialis in rem
per quam quæritur: liber sit, an ingenuus, vel libertus.
OPPOSITIO. Sed videtur quòd libellus sit malè conce-
ptus, tum ratione actoris, tum etiam quia illa actio est
in rem, & quia cùm sit realis contra possidentem inten
tatur. Certum est, quòd actio ista debet potiùs dici præ
iudicialis in personam quàm in rem. Contra personam
enim ago, & personam vendico: vnde debet dici potti-
us præiudicialis actio in personam. Respondeo, non
est ita. nam ius est istud quod peto in liberto, & omne
ius res est incorporalis. vt Institu. de rebus incorpo. vn
de meritò dicitur in rem, ratione iuris quod peto, &
ratione iuris in ipsam rem. QVAESTIO. † Item alio mo- 5
do quæritur. tu agis præiudiciali, at hic nulla alia actio
primò proponitur: ergo non potes eam dicere præiudi
cialem, cùm nulli præiudicet. Respondeo: dicitur præ-
iudicialis per aptitudinem, & non in actu, id est, non
quòd semper præiudicet, sed est apta ad præiudican-
dum, si cum alia concurrat: vt in Imperatore, qui dici-
tur Augustus. & in iustitia, qui dicitur ius suum, &c. &
in matrimonio, quòd dicitur coniunctio indiuidua,
&c. quæ omnia per aptitudinem dicuntur. vel dicitur
præiudicialis, id est fauorabilis, quia si modicum quid
fecerit pro libertate, pro ea sententiatur. prætores enim
multum fauent libertatibus. vt ff. de alienat. iudic. mu-
tan. cau. l. 3. OPPOSITIO. Item alio modo opponitur: nō-
ne qui intentat actionem realem alius est qui petit: ali-
us à quo petitur, aliud quod petitur, certè sic. sed hic a-
lius qui petit, alius à quo petitur: idem & quod peti-
tur. & sic non videtur in rem. Respondeo, litera Instit.
de actio. d. §. præiudiciales. soluit quæstionem: quia di-
cit quarum vna ferè legitimam habet causam, scilicet
quando aliquis petitur seruitutem: de quo dic, vt in
summa de actionib. in prædicto §. notaui. † In hac au- 6
tem actione officium iudicis erit, quod si constiterit
eum esse libertum, pronunciabit illū esse libertum me-
um. vel si cōstiterit ingenuū, pronunciabit eū ingenuū.
& ista sententia trahit executionē secū. Quòd si libertus
nolue-

holocrit parere, posteà fortè reuocabitur in ſeruitutem, ſed hoc durum eſt, vt C. de libe. cau. l. ſolo. Vnde fortè caſtigabitur, vt ff. de iure patro. l. 1. & ff. de offic. præſidis, l. 1. ſecundùm diſtinctionem, quæ notatur C. de libertis & eorum liber. l. non eſt ignotum, vel compelletur captis pig. vt argumen. ff. de vent. in poſſ. mitten. l. 1. & 2. & Inſtitu. de ſatiſda. tutor. §. penult. vel fortè imponetur mulcta à iudice. vt ff. ſi quis ius dicen. nō obtemp. l. 1.

Si filius vel nepos non agnoſcatur à patre, vel auo, vel quia non præbet ſibi alimenta: poteſt compellere ipſum vt ſibi prouideat per actionem in rem præiudicialem de partu agnoſcendo.

De actione in rem præiudiciali de partu agnoſcendo. Rubric.

1 *Actio in rem præiudicialis de partu agnoſcendo prætoria eſt.*
2 *Actio dicta vt competat, quot neceſſaria ſint.*
3 *Poſitiones Actoris & Rei in dicta actione, qua. nu. 4. 5.*
6 *Mulier quare infra triginta dies poſt diuortium denunciare debeat ſe eſſe prægnantem, & ſi poſteà denunciauerit, audiri non debeat.*
7 *Libellus in dicta actione quomodo formandus.*

SEd quia eſt & alia præiudicialis, quæ vocatur de partu agnoſcendo, ideò de ea videamus. Si ergo aliquis ſit filius qui à patre non exhibetur, vel non agnoſcitur, habet actionem in rem præiudicialem de partu agnoſcendo. Item locum habet etiam in nepote contra auum, & in pronepote: & ſic deinceps. Et econtrà locum habet vt filius agnoſcat patrem: & nepos auum. Et ita quòd competat actio iſta, dicitur Inſtitu. de actio. §. præiudiciales. & ff. de liber. agnoſ. l. fine. §. 1. ſic enim pater tenetur alere filium, qui aliàs nō eſt ſibi ſufficiens. Ita econtrà filius patrem tenetur alere. vt ff. de liber. agnoſc. l. ſi quis à liberis. & C. de alend. lib. l. à patre. Item habet locum etiam iſta præiudicialis quando pater vult vendicare filium in ſuam poteſtatem. Item etiam habet locum tertio modo: quando vxor fuit prægnās, & maritus ſuſpicatur de ea ſiniſtrum, quaſi quòd ea eo non eſſet prægnans, reijcit eam, & non fecit ventrem cuſtodiri in præiudicium ſui: dicit lex, quòd filium compellitur agnoſcere. vt ff. de ventr. inſpic. l. 1. & C. de patr. poteſt. l. nec cuiquam. Si ergo in tribus caſibus habet locum iſta præiudicialis de partu agnoſcen. quando filius petit agnoſci à patre, vel nepos ab auo, ad hoc vt dentur eis alimenta. Item quando pater vult petere filium, vel auus nepotem. Item quando partus non fuit cuſtoditus, vt dictum eſt. Veruntamen iſtud
1 nota, † quòd actio iſta eſt prætoria, & præiudicialis in rem, per quam quæritur an ſit filius, vel non: & de hac ita tractatur. Illa autem per quam quæritur an ſit in poteſtate vel non, ſimiliter præiudicialis eſt, ſed ciuilis:
2 & de hac tractabimus infrà in tractatu ciuilium. † Vnde ad hoc vt iſta præiudicialis prætoria competat, tot ſunt neſſaria. Primum in illa per quam petuntur alimēta, quòd ita intellige, quòd tunc locum habeat hæc actio, quando dubium eſt, an ſit filius vel non: & tunc petuntur alimenta hac actione non principaliter, ſed ſecundariò: vt ita dicat, agnoſce me filium tuum, & mihi in neceſſarijs prouide: vt infrà dicam in libello. Verum ſi eſſet certum de filiatione, tunc petentur alimenta officio iudicis. vt ff. de agnoſc. liber. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. & C. de alend. liber. l. à patre. eſt enim illud neceſſarium, quòd iſte ſit filius, & ille pater: & iſte ſit nepos, & ille auus, vt ff. de liber. agnoſcend. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens neget filium. Item ſecundum, quòd ſit filius vel nepos legitimus & naturalis: vel naturalis tantum ex concubinatu. vt ff. de liber. agnoſcend. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. & in authent. collat. 7. quibus modis naturales efficiantur ſui. §. ſi quis igitur habens filios legitimos. coll. 7. Si enim filius vel nepos ſit illicitus, nunquam petet alimenta. vt in auth. quib. mod. natural. effic. ſui. collat. 7. §. vlti. Item ſi eſt vulgò conceptus, à patre non petit alimenta: quia non habet patrem: nam cui pater eſt populus, vnus eſt illi pater. & omnis vnus in rerum natura omnis putatiuus: & cui pater eſt populus, non habet ille patrem. vt Inſti. de nup. §. pen. à matre autem petet alimenta, etiam vulgò quæſitus. vt ff. de lib. agnoſ. l. ſi quis à liberis. §. idem in liberis quoque. nam & filius ſpurius habet quærelam inofficioſi teſtamenti contra teſtamentum matris. vt ff. de inoffic. teſtamen. l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo. Sed reſpondeo, iſta ſunt vera ſi mulier non erat Illuſtris: tunc enim ſecùs eſt. vt C. de legit. hæred. inſtit. l. ſi qua mulier. Item tertium eſt neceſſarium, quòd filius non habeat vnde alatur: ſi enim poteſt ſe ſuſtentare, pater eum alere non cogitur. vt ff. de libe. agnoſ. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius poſſit. & ſunt alendi filij & nepotes, ſiue ſint maſculi ſiue fœminæ, ſiue ſint nati ex maſculo, ſiue ex fœmina, ſiue filij emancipati, ſiue in poteſtate. vt ff. de liber. agnoſcend. l. ſi quis a liberis, in princi. ſed nepotes ex filia ita tenentur alere, ſi non ſit pater vel auus eorum, vel ſint etiam egeni. vt ff. de liber. agnoſc. l. penultim. Item in illa præiudiciali, quando pater petijt filium, vel auus nepotem, tot ſunt neceſſaria. Primùm, quòd ſit filius vel nepos. Secundùm, quòd ſint ex legitimo matrimonio nati: aliàs enim illiciti vel nati ex concubina, non poſſunt nec à patre, nec ab auo vendicari. eſt enim naturalis in poteſtate curiæ, cui curiæ pater illius eſt ſuppoſitus. vt C. de naturalib. liber. l. ſi quis ſeu liber. & in authen. quibus mod. natural. effici. ſui. collat. 7. Item tertium eſt neceſſarium, quòd filius vel faciat controuerſiam ſui, vel ab alio detineatur & volens: alioquin ſi inuitus, locum habet interdictum de liberis exhibendis. vt notat dominus meus has diuerſitates ff. de rei vendicatione. l. 1. Et notaui in ſumma Inſtit. de actionib. §. præiudiciales. in illa præiudiciali in rem de partu agnoſcendo, tot ſunt neceſſaria. Primum, quod diuortium ſit ſecutum inter virum & vxorem: & quod filius naſcatur poſt diuortium. ſi enim naſcatur conſtante matrimonio, omnimodò alendus eſt, vt ff. de liber. agnoſcendis. l. ſiue. §. 1. Secundum eſt neceſſarium, vt mulier denunciet marito ſe eſſe prægnantem. denunciet dico infra triginta dies continuos numerandos à tempore diuortij, vel etiam poſt triginta dies: ſed cauſa cognita, vt ff. de liberis agnoſcend. l. 1. Tertium eſt neceſſarium, quod facta denuntiatione à muliere non contradicat maritus: cæterùm ſi contradicat, ſcilicet, ſuam vxorem non eſſe ex ſe prægnantem, non compellitur alere filium illum. vt ff. de agnoſcendis liberis. l. 1. Vnde in hac actione quæ in tribus caſibus competit, vt dictum eſt, tales faciat Actor poſitiones. POSITIO ACTORIS. † Ego dico, quod 3
ſum filius tuus vel nepos. & hoc ſi agat filius. Si verò pater, dicat: ego ſum pater tuus vel auus. ſi hanc negauerit aduerſarius, dicat poſteà: ego dico quod talis mulier, ſcilicet, Berta fuit tua vxor legitima. ſi hanc negauerit, dicat: ego dico, quòd tractabas eam vt vxorem. ſi illud confitebitur, ſufficit. vt ff. de donationibus. l. donationis. ſi verò negauerit, dicat: Ego dico quòd illa mulier, ſcilicet Berta, erat & eſt libera mulier, & ad eam habuiſti, & habebas, & habes acceſſum. ſi iſtud confitebitur, præſumitur vxor. vt ff. de ritu nuptiarum. l. in liberæ. Item dico, quòd tempore illo quandò cum ea conſuetudinem habebas, ex ea natus ſum. Et econtrà in perſona ſecunda pater faciat tales poſitiones, & obtinebit. vt argumen. ff. de in ius vocando. l. quia. In illa præiudiciali de partu agnoſcendo, quæ verè dicitur de partu agnoſcendo, id eſt, vt agnoſcatur partus, Actor facit tales poſitiones. POSITIO ACTORIS. † Ego 4
dico, quòd diuortium fuit ſecutum inter te & vxorem tuam Bertam. Item dico, quòd Berta poſt diuortium denunciauit tibi infra triginta dies, quòd erat prægnans ex te, & tu non contradixiſti: vel ego dico, quòd etiam poſt triginta dies tibi denunciauit, quia infra illud tempus triginta dierū ignorabat ſe eſſe ſeu fuiſſe

fuisse prægnantem.& hoc est quod dicitur.ff.de liber. agnosc.l.1.§.si mulier.quòd causa cognita post triginta dies audiatur.Et istud nota, quòd in ista vltima præiudiciali solus filius vel nepos agit contra patrē vel auū. Nun autem pater vel auus poterunt agere contra nepotem & filium. & ita dicit lex agendum esse cum auo præiudiciali de partu agnoscendo vt ff.de agnos.liber. l.siuè & ita intelligitur Instit.de acti.§.præiudiciales Reus autem tales faciat positiones. POSITIO REI.
5 † Ego dico, quòd illa mulier scilicet Berta, de qua dicis te esse genitum (ita ponatur si pater dicat, si autem filius, ex qua dicis te me genuisse) fuit concubina Titij si confitebitur filius, sequitur quòd non sit filius istius. Itē dico, quòd fui absens per tot annos de domo mea, reuersus inueni te natum anniculum: si istud confitebitur filius, non erit filius. vt ff. de statu hom.l.filium.Itē dico, quòd in tali tēpore licèt habuerim meam vxorē semper fui infirmus,& generare non potui, nec coire, si istud confitebitur, Reus succumbet. vt in prædicta l. filium.de statu hominum. In secunda præiudiciali de partu agnoscendo dicat Reus.Ego dico,quòd illa Bersa facto diuortio ante peperit quàm mihi denūciaret: vel ante erat venter eius tumens, antequàm mihi nunciaret se ex me esse prægnantem. Si istud confitebitur actor, succumbet:quia denunciare debet infra triginta dies à tempore diuortij vel postea, si iusta causa fuerit, sicut dictū est ff de liber.agnos.l.1.Item dico, quòd tali die fecit mecum diuortium, pone Kalend. Maij.& Kalen. Augusti nunciauit mihi se ex me esse prægnantem. si istud confitebitur actor, succumbet: quòd iam sunt vltra triginta dies. vnde non est veri simile, quòd
6 de suo quondam viro conceperit, sed alius medio tempore tignum immiserit. QVAESTIO. † Sed quæ est ratio, quare infra triginta dies mulier post diuortiū debeat denunciare se esse prægnantem. & si postea denunciet non audiatur, nisi iusta de causa. Respondeo: ideò, nam mulier habet menstrua, vnde statim ex quo concepit incontinenti non habet menstrua: quia miser conceptus ex illo putrido sanguine nutritur, vnde si hodie separatur vxor à viro. si post separationem infra triginta dies non habet menstrua, scit vel scire debet esse se
7 ex illo quondam marito prægnantem. In hac autem actione ita fit libellus. LIBELLVS. † Vobis Domino R. conqueror ego B. de M. tali patre meo: vel ego pater de tali filio meo: vel ego auus de tali nepote meo: vel ego nepos de tali auo meo, q cùm sim filius suus vel nepos vel pater vel auus, denegat mihi alimenta,& me denegat filium suum. Vnde vt alimenta præstet,& me agnoscat filium suum, vel patrem, auum, vel nepotem, actionem in rem præiudicialem propono. Vel propono officium vestrum domine iudex. Quòd enim ita rectè concipiatur libellus dicitur ff.de rei vendi.l.1. Quòd etiam alimenta petantur officio iudicis, habes C. de alend.lib. l. 2. Quòd etiam officium iudicis rectè intentetur pro filio vendicando, dicit l.1. ff de rei vendicat.
8 Nam ibi dicit, quòd locum habet actio prætoria, quàm nos appellamus officium iudicis. OPPOSITIO. † Sed videtur quòd iste libellus sit malè conceptus: ideò, quia tu proponis in libello præiudicialem in rem: quæ non videtur locum habere. nam actio dicitur præiudicialis, quæ alij præiudicat. cùm ergo nullam actionem seu quæstionem intentet pater vel auus, quomodò filius intentabit præiudicialem? Respondeo: dicitur præiudicialis, id est, sanabilis: quia & si modicum quid faciat, pronunciabit pro filio iudex, vt filius alatur. vt ff. de Carb edict. l.Carbon.§.causæ. Vel aliter præiudicialis dicitur per aptitudinem, & non in actu, sicut lex aquil. dicitur pœnalis per aptitudinem, & non in actu: vt Instit.ad leg aquil.& Imperator dicitur Augustus per aptitudinem:& matrimonium dicitur indiuiduum per aptitudinem. si enim alia cōcurreret, benè actio ista præiudicaret: verbi gratia. si filius ageret contra patrem de aliquo: pater diceret filio, non potes agere, quia filius meus es.& ideò ad te vendicandum actionem in rem præiudicialem propono. licèt ergo proponatur in modum actionis, & aliæ non sint primò propositæ, dicitur tamen præiudicialis. & sicut hæc actio intentatur pro filio, vt dictum est, ita dicit Dominus meus quòd intentatur pro colonis & adscriptitijs & similibus. sicut etiam Abbas monachum, & Potestas ciuem suum potest vendicare. vt argument. ff. ad municip. l.de iure. Pro vxore autem non credo actionem præiudicialem in rem competere: quia de Iure Romano non est in potestate mariti: sed in eius tantum officio. vt C. qui potio. in pignor. l.assiduis.& ff.de oper. libert. l. sicut patronus. Competeret tamen interdictum de vxore fortè exhibenda & deducenda, si ab aliquo detineretur. vt ff.de liberis exhiben. l.1. nam dolo facit, qui benè concordantia matrimonia turbare desiderat. vt ff.de liber.exhiben.l.1.in fin. & hoc quando vxor alio detinetur, quòd auertat à nobis Deus. Si autem vxor faciat ipsam controuersiam sui, & recedit à marito (ideò fortè, quia miser maritellus sibi seruire non poterat, quia non legerit titulum de concussionibus) locum habet officium iudicis etiam secularis. vt argument. C.de institut.& substitut.l.reprehendenda. licèt hodiè iure canonico per iudicem ecclesiasticum compellatur vxor ad maritum redire. vt extra. de sponsali.& matrimon.cap.non est. Iure autem Lombardorum cùm mulier sit in potestate mariti, fortè posset habere locum in rem præiudicialis. vt in Lombarda. de sponsalibus & in lombarda de successio. si sorores. in final.

Si debitor alienat in fraudem creditorum, possunt creditores alienata reuocare per actionem paulianam.

De actione pauliana Rubric.

1 *Actio pauliana vt competat, quot sunt necessaria.*
2 *Bona sua si quis vendat, vt maleficium committat, an reuocatoria competat*
3 *Fraudem alienantis quis probet*
4 *Positiones actoris & rei in dicta actione. num 5.*
6 *Libellus in dicta actione.*

DEBITOR aliquando alienat in fraudem creditorum. Qualiter fiat ista alienatio, habes ff. quæ in frau.creditor.l.1.& notat Dominus meus Azo in summa C. de his quæ in fraud. credito. aliàs incipit de reuocan. his quæ in fraud.credit.alien. sunt & competit actio ista tam contra alienantem, quam contra illum qui ab alienatore recepit. vt ff.de his quæ in fraud. credit.l.1. Sed contra alienatorem in casu quando bona sunt ita dispersa, quòd non potest sciri vbi sint vt ff. de his quæ in fraud. creditor. l. vltim.§.vltim. † Sed ad hoc vt actio ista competat tot sunt necessaria. In primis, quòd debitum subsit ciuile & naturale, & tale quòd possit exigi. vt ff.de action & obligation.l.is cui. 1
QVAESTIO. † Quid enim si aliquis alienat bona sua vt committat maleficium, sicut tota die de facto videmus, nunquid competet reuocatori? certè de iure stricto non credo: quia necesse est, quòd creditores primò præcedant & postea alienatio subsequatur in fraudem ipsorum, non autem in fraudem creditorum, qui non sunt alienatio reuocatur. De facto tamen Potestates nostri temporis.& per bonum regimen tales alienationes omnes reuocant, & bona taliter alienata deuastant. non obstante alienatione: quorum factum & cōsilium approbo, ad hoc scilicet, vt terreantur à maleficijs peccatores, vel volentes delinquere:& sicut scio & multis dissuasi multa maleficia remansere quæ commissa fuissent. est enim occurrendum malicijs hominum. vt ff. de rei vendicat. l. in fundo. De iure tamen scripto & si maleficium sit commissum, etiam si capitale sit maleficium, tamen alienatio facta valet: & etiam donationes. vt ff. de donation. l. post contractum. nisi sit donatio causa mortis, quæ non valet. vt ff.de donatio. causa mortis. l. si aliquis. nisi sit crimen læsæ maiestatis: tunc enim alienatio reuocatur. vt C. de bonis proscript.l.si quis.& C.ad le.Iul.maiest.l.vltim. 2

C.de

C.de donatio.inter virum & vxorem,l.res. OPPOSITIO. Sed si tu opponas.ff.de verbor. significat. l. creditores. vbi creditor appellatur & cui debetur ex causa criminali,ergo alienatum in fraudem ipsius reuocatur. Respondeo,non sequitur: verè est enim creditor tuus cui commisisti maleficium: quia obligaris ex maleficio.vt Institut.de obligatio.quæ ex delict. nasc. non tamen reuocat alienata in suam fraudem, quia prætor cõsiderauit ibi fraudem,id est,damnum pecuniariũ, quod creditori ex causa ciuili contingere potest, quia damnum est diminutio rei nostræ.vt ff.de damno infecto.l. 3.& argum.pro hoc ff.ad exhiben.l.si liber homo.& ff. de serui.export. l. si venditor. Secundum est necessarium,quòd creditores fraudentur consilio & euentu. vt ff.de his quæ in fraud.credit.l. ait prætor.§.ita demum. simile in reuocanda libertate data in fraudem creditorum vt Instit.qui manu.poss.vel non.§. in fraudem au-
3 tem.QVAESTIO. † Sed quis probabit fraudem vel consilium alienatoris. Respondit dominus meus:aut alienauit omnia bona sua:& tunc eo ipso,ex quo scit se creditores habere præsumitur fraus contra ipsum. vt ff de his quæ in fraud.credito.l.omnes. §. Lucius. Si autem partem bonorum alienet vel rem aliquam singularem, cessat præsumptio, & creditor habet necesse probare quòd debitor alienauit in fraudem. vt ff. de probati.l. patronus.& l.quoties.§.qui dolum.& ita notauit dominus meus in summa tituli illius Tertium est necessarium,quòd prius excutiantur bona alienantis. vt C.de his quæ in fraud credi.alie.l.1.quod voluit intelligere dominus Ioan. in eo casu quando creditores fraudantur euentu solo:si autem consilio & euentu, tunc est electio creditoris,an velit primo excutere bona alienãtis,an agere contra illos qui bona possident ex alienatione. Credo tamen indistinctè, quòd primo debeant bona alienantis excuti.vt in l.prædicta.C.& Institu.de actio.§ item si quis in fraudem. Quartum est necessarium,quòd ille qui accipit ab alienatore, si accipiat ex causa non lucratiua,fuerit conscius fraudis illius, alias non tenetur.vt ff.de his quæ in fraud. credit.l.quia autem.§.hoc edictum.§.& præterea.si autem possideat ex causa lucratiua:tunc siue sit conscius fraudis, vel non.indistinctè tenetur.vt ff.de his quç in fraud.cred.l.qui autem,§.simili modo.& C.de his quæ in fraud.cred.l.ignotei. Quæ autem sint illa quæ dicuntur alienata in fraudem creditorum,legitur ff.ead.l.1.2.3.& 4. In hac autem actione faciat actor tales positiones. POSITIO
4 ACTORIS. † Ego dico sacramento meo, quòd ea quæ petij in libello,de iure possum petere. Item dico,quod Titius fuit debitor meus in 10.ex causa mutui,vel ex alia causa.Item dico,quòd illud debitum fuit efficax,& sine omni exceptione.Item dico,quòd Titius fuit debitor meus consiliatus,taliter quòd alienatione me fraudaret. Item dico,quod sciuisti fraudis consilium.Item dico,quòd re tali alienata non inuenitur tantùm in bonis,quòd possit satisfieri mihi. Item dico, quòd rem alienatam tu habes,tenes & possides. Econtrà reus faciat talem positionem. POSITIO REI. † Ego nego quod
5 petis. Item dico , quòd illi tuo debitori fecisti pactum de non petendo. Item dico , quòd ille soluit tibi. Item oppono exceptionem non numeratæ pecuniæ,sicut infrà biennium potest.vt C.de non num.pecun. l.penult. Item dico,quòd ille tuus debitor alienauit propter necessitatem rei familiaris, vt per hoc excludatur fraudis consilium.Item in hac actione ita concipitur libel-
6 lus. LIBELLVS. † Vobis domino , B. potestati Are. conqueror ego R.de M.qui possidet prædium tale,vel domum talem:cuius tales confines sunt , quòd prædium alienauit Titius debitor per fraudem vel fraudis consilio,vt me fraudaret debito meo,& fraudatus sum:quia bona ipsius non sufficiunt ad debitum meum exoluendum ipso M.possessore sciente,& fraudem participante:idcò rem prædictam reuoco cum fructibus & omni causa:& ad hoc propono paulianam: vnde peto mihi iustitiam exhiberi. ita concipies si vis dicere quòd pauliana sit proprium nomen actionis. Si autem es in ea sententia,vt est dominus meus, quòd non sit nomen actionis,sed adiectio:vt notauit in summa C.de his quç in fraud.cred ita pone in libello: ad hoc propono actionem in factum paulianam: sicut dicimus , peto decem actione ex empto de peculio.mandati,depositi , de peculio. vt ff.de pecul.l.licet,§. servus. & l.depositi , in princ.Quod enim ita concipiendus sit libellus, probatur ff.de his quæ in fraudem cred.l.1,§.1.& l qui autem.§. hoc edict & l. ait prætor. §. per hanc. quod aũt actio in factum sit proponenda dicitur ff. hac in factum. OPPOSITIO. Sed videtur quòd libellus iste non sit benè conceptus.Primò,quia hęc actio, scilicet pauliana,vel in factum,est personalis. ergo non potest rem auocare. Respondeo,verum est,quòd nulla personalis rem auocare debet de ordine & regulariter. Sed tamen multæ personales rem auocant, vt ista, & actio Caluisiana & Fauiana,de quibus dicemus infra: & actio quod metus causa personalis est tamen rem auocat. vt ff. quod metus caus. l.metum.§ cum autem hæc actio. & Instit. de action.§ præterea. QVAESTIO. Item actio ista personalis intenditur contra me , quo iure intenditur? Nam non sum obligatus neque ex contractu vel quasi, nec ex maleficio,vel quasi. ergo nullo iure.vt Instit.de obligat.Respondeo ... quando emptor participatus est fraudem ... obligatus ex quasi maleficio , vt dicit Irnerius : vnde meritò tenetur , sed donatarius quo iure obligatur ... Vnde dicas, quòd licèt istæ sint personales , habent tamen naturam ... um,in quibus nulla obligatio est necessaria Nam cùm eo agimus & experimur,qui nullo iure nobis est obligatus.vt Institu.de actio in princ. OPPOSITIO. Item videtur quòd ad fructus quòd sit malè conceptus Aut enim intelligis de fructibus perceptis:& tunc debet lucrari sicut in rei vendicatione.vt Institu. de rerum diuisione.§. si quis a non domino. vel saltem lucratur, sicut in petitione hæreditatis. vt ff.de petit hæred. l.item veniunt,§.eas autem Item a percipiendis excusatur ratione tituli. vt C de rei vendica. l. si fundum. extantes ergo in fundo restituet tantùm. Respondeo , imò tenetur ad omnes fructus consumptos,perceptos , & percipiendos: quia quod quis lucratur fructus, in rei vendicatione locum habet in bonæ fidei possessore : at malæ fidei possessor tenetur de omnibus.vt C.de fruct.& lit. expens.l.2.& C de rei vendicat.l.certum. Item id quod dicitur,quòd titulus excusat a perceptis, verum est, si titulus habeatur pro titulo: aliàs si titulus habetur pro non titulo,tenetur etiam de percipiendis , vt hic. Idem de actione,quod metus causa , vbi titulus habetur pro non titulo.vt ff.quod met. caus. l sed & partus. Idem est C.de sacrosanct. eccles. authẽ. quæras iam dictas. Item vbicunque quis emit contra legum interdicta.vt C.de agric.& censi.l.quemadmodum.Verùm autem hæc actio sit proprium nomen actionis, & quæ amplius sunt dicenda quære in summa de his quæ in fraudem credito. & quære in summa Institut. de actionib. §.si quis in fraudem. quam ego composui, & ibi inuenies.

Si libertus alienat in fraudem patroni : poterit patronus alienata reuocare per actionem fauianam.

De actione Fauiana. Rubr.

1 *Actio fauiana vt competat, quot sint necessaria.*
Positiones Actoris & Rei in fauiana actione, quæ, num. 2. & 3.
4 *Libellus in fauiana actione quomodo concipiatur.*
5 *In actione fauiana iuratur in litem.*

VERVM quia non solùm fraudantur creditores per alienationem debitorum: sed etiam fraudatur patronus per alienationem libertorum , ideò competit eis fauiana,per quam patronus reuocat alienata in fraudem suam. † Quæ actio vt competat , tot 1
sunt necessaria. In primis quod sit patronus:patronum intellige siue manumittat ex voluntate,siue ex necessitate,vt ff.de suis & legit.l. intestato. dummodò non sit patronus,qui vendidit seruum recepta pecunia a quo-

De actione in factum Caluisiana. Rubr.

1 *Actio Caluisiana ad reuocandum quid sit.*

1 EST & alia actio † quæ competit ad reuocandum, scilicet Caluisiana: quam quidam dixerunt soli patrono competere. vt dicitur C. si quid in frau. pa. l. vlt. Sed dominus meus Azo dicit hãc actionem cõmunem creditori & patrono: vt notauit in somma C. si quid in frau. pa. versic. reuocatur autem alienatio. & C. de reuocan. his quæ in fraud. cred. alien. sunt. versic. est autem sciendum. Item dicunt Fauianam communem per l. videamus. §. in Fauiana. ff. de vsur. Sed bene diceretur, si esset ibi litera, per quas: sed ibi est litera, per quam, quæ refertur ad Paulianam: Pauliana autem secundum omnes est creditoris: sic ergo secundùm Dominum meum Fauiana solius patroni: Pauliana solius creditoris: Caluisiana communis. sed quod Caluisiana detur creditori, cautum legibus non inuenimus: secundùm alios Caluisiana solius patroni: Pauliana solius creditoris: Fauiana communis. vnde dicitur Caluisiana patrono datur: Pauliana creditori: Fauiana datur vtrique. Hæc diuersitas sine fructu est in solo nomine: vnde differẽtiam nominis pertinacibus relinquamus. vt C. de cõstitu. pecun. l. 1. siue ergo dicas, quòd detur soli patrono, serua illa quæ diximus in actione Fauiana: siue dicas, quòd detur creditori, serua illa quæ diximus in Pauliana, & eodem modo forma libellos, & concipias.

Si prædicta alienatio fiat à prædictis personis in fraudem prædictorum, poterit reuocari per act. in factum.

De actione in factum reuocatoria. Rubric.

1 *Actio Pauliana reuocatoria in factum quid sit.*

EST & quarta actio reuocatoria in factum, scilicet
2 Pauliana: † quam dicit Dominus meus solam esse reuocatoriam, & proprium nomẽ actionis: aliàs prædictas dicit adiectiones: vt in actione de peculio notaui: sed per eam dicit reuocari corporalia & incorporalia iura & actiones. vt ff. de his quæ in fraud. cred. l. hac in factum. & ita nota. in summa C. de his quæ in fraud. cred. circa princi. & dicitur hæc actio in factum Pauliana: quia à Paulo authore inuẽta: & dicitur actio in factum Pauliana per approbationem: idem in Caluisiana, & Fauiana. & aliàs petitio hæreditatis dicitur prætoria per approbationem: vt ff. si pars hæredita. peta. l. 1. & actio in factum de pauperie, dicitur prætoria per approbationem: tamen inuentione omnes sunt ciuiles. vt ff. de petitio. hęred. l. item veniunt. §. pridiè. & ff. si quadrup. paup. fecis. dica. l. 1. Antiqui tamen Doctores dixerunt, quòd nomina prædicta erant propria nomina actionum: & hanc assignabant differentiam inter prædictas, & actio. in factum: quia prædictas dicebant competere ad reuocanda corporalia: actiões in factũ, dicebant competere ad reuocanda incorporalia iura & actiones. vt ff. quæ in fraudem credi. l. hac in factum. In his autem omnibus actionibus vel adiectionibus iuratur in litem. vt ff. si quid in fraud. pat. l. tenetur. §. 1. Qualiter autem concipiatur libellus, & qualiter fiant confessiones per superiora liquere potest.

Si aliquis equum emerit, vel aliud animal, quod sit in causa redhibitionis, poterit agere contra venditorem redhibitoria.

De actione redhibitoria. Rubric.

1 *Actio redhibitoria vt competat quæ requirantur.*
2 *Redhibitoria directa sen vtilis in quibus competere non potest.*
3 *Positiones actoris & Rei in dicta actione, qua. nu. 4.*
5 *Libellus in dicta actione quomodò concipiatur.*

SEQVITVR in arbore Domini Ioann. de actione redhibitoria. vnde si aliquis vendat equum, qui quidem est retrogradus, vel alio modo vitiosus, competit quidem emptori redhibitoria contra venditorem.
1 Vnde † ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd venditio fiat, vel alius contractus, vt permutatio, quæ est similis venditioni. vt ff. de ædil. edict. l. 1. in principio. & l. sciendum. §. deinde. hoc si ab aliquo priuato: aliud si à fisco detur. vt ff. de ædilit. edict. l. 1. §. illud. ad res autem donatas non pertinet redhibitoria. vt ff. de ædili. edict. l. ad res donatas. Secundum est necessarium, quòd in re vendita insit morbus vel vitium, quæ duo non cadunt nisi in seruis & animalibus, & corporibus ipsorum. vt ff. de ædilit. edict. l. ob quæ. §. idem Pomponius. Tertium est necessarium ad hoc vt teneatur venditor de vitio quod est animi: quia morbus est corporis, quòd venditor specialiter de vitio illo quòd promiserit absit. vt ff. eodem. l. ob quæ. §. cùm autem. de morbo autem corporis tenetur venditor siue promittat vel non: siue sciat rem habere morbum vel non. vt ff. eod. l. 1. §. causa. Quartum est necessarium, quòd emptor ignoret rem emptam habere morbum vel vitium, aliàs non aget. vt ff. eod. l. 1. §. si intelligatur. nam ipse se decepit: nec videtur deceptus, qui sciuit: nec certiorare debuit, qui non ignorauit. & cæt. vt ff. de action. empt. l. 1. & scienti volenti non infertur dolus. vt C. de transact. l. cum donationis.
2 QVAESTIO. Sed quid † dicemus de prædio vendito in quo est vitium, si vitium dici potest: quia nascitur ibi herba pestibula seu pestifera. Quid de libro vendito, qui ferè totus inuenitur falsus? Quid de tigno vitioso vendito? Quid de carne mala & læprosa vendita? nunquid habet locum redhibitoria? videtur quòd sic. vt ff. eodẽ. l. 1. in princip. nam & ad res soli, & ad mobiles, & ad immobiles & se mouentes locum habet. vt C. de ædil. edict. l. si prædium. Respondetur, non habet locum directa redhibitoria: sed vtilis. & quæritur quare? quia ædiles fecerant mentionem de vitio & morbo, vt dictum est, quę in rebus prædictis non habẽt locum. vnde vtilis redhibitoria locum habet. vt notat Dominus meus ff. eod. l. 1. in princip. sed pro prædictis rebus non agitur redhitoria, sed quanti minoris, nisi pro fundo tantùm. vt ff. eod. l. si tamen. §. vltim. & l. etiam. & C. eod. l. si prædium. & ff. de action. empt. Iul. §. 1. Et nota, quòd vbicunque habet locum redhibitoria, locum etiam habet quanti minoris: non tamen econuerso. nam in rebus prædictis locum habet quanti minoris, non tamen redhibitoria. item pro quibusdam causis agitur quanto minoris: non autem redhibitoria. vt ff. eod. l. §. vlt. & l. ob quæ. Quintum est necessarium, quòd morbus sit latens: si enim sit patens, non agit redhibitoria. vt ff. eod. l. 1. §. si intelligatur. & argumẽ. ff. de contrahend. emptio. l. ea quæ commendandi. Item sextum est necessarium, quòd vitium fuerit ante vendicationem, non potest: nisi specialiter de omni vitio promiserit. vt C. eodẽ. l. si apud. & emptor probare debet, quòd vitium istud fuerit ante. vt argu. ff. eadem. l. quæro. §. penult. aliàs § vltim. Vnde in hac actione actor faciat tales positiones.
3 POSITIO ACTORIS. Ego † dico sacramento meo, quòd illa quæ peto de iure petere possum. Item dico, quòd tu vendidisti mihi equum talem, vel permutasti. Item dico, quòd equus ille est retrogradus, vel habet superosa, vel gallas, vel aliũ morbum. Item dico, quòd morbus ille est vel erat latens, & non apparebat tempore venditionis. Item dico quod morbus ille fuerit ante venditionem. Econtra Reus faciet ta. posi.
4 POSITIO REI. † Ego nego, si negari potest. Item dico, quod equum istum vendidit Titius. si istud confitebitur actor, non aget redhibitoria. Item dico, quòd istud vitium erat patens tempore venditionis. Item dico, quòd tu cognouisti si haberet aliquam magagnam. si istud confitebitur actor, non aget redhibitoria: vel quia cognouit: vel quia dicit se magistrum in cognitione tali, non aget. Item dico, quòd morbus ille fuit post venditionem. Item dico, quòd bene transiuit iam annus vtilis à tempore venditiõis, & cogniti morbi. vt ff. eod. l. sciendũ. & l. cùm sex. In hac autẽ actione concipiatur tali modo libellus.
5 † LIBELLVS. Vobis domino B. pote. conqueror ego R. de M. qui vẽdidit mihi

eqoum talis coloris, potà tubeij, vel albi, qui equns est retrogradus, vel alio modo morbosus: vel seruum morbosum: vnde qa prædictus equus vel seruus est in causa redhibitionis, ideò ad ipsum redhibendum, quòd omnia retro agantur cum accessionibus suis, actionem & redhibitoriam propono: & super his petn mihi institiam eabiberi. Quòd ita rectè concipiatur libellns, probatnr per l.1.& l.redhibere.& l.cùum autem.§.Iul. & l.bouem. ff. eod.& in pluribus legibus illius tituli. OPPOSITIO. Sed videtur quòd libellus iste non sit bene cóceptus.nam propter vitia ista non debet venditio rescindi, cùm id quòd ab initio legitimè factum est, superueniente aliquo casu vel vitio non debet rescindi. vt C.de adminis.tutor.l.sancimus.& ff.de itin. actu que priua. l. nec enim. sic ego debet agere ad suum interesse propter ista vitia. vt arg. ff. de eo quod cert.loeo.l.non vtiqne.§.item Iul. Respondeo, quòd opponis locum habet quando emptor iste cognito vitio nihilominùs empturus esset, sed minori pretio propter vitium: aliàs autem si non esset empturus propter tale vitium in totum fieret redhibitio. vt ff.eod.l.bouem.§.aliquando Illud autem nota, quòd si venditor nnn restituet pretium emptori, & omnia illa quæ notantur in summa domini mei. vi C.de ædil.act.tenebitur emptori restituere illa in duplum. vt ff. eod. l.redhibitoria. QVAESTIO. Sed nunquid dabitur alia sententia. Respódeo & dico, quòd sic. Sed nunquid alius libellus dabitur? ita puto, & iterum iurabitur de calumnia, & alia debitur sententia. † QVAESTIO. Sed qnid si in hac secúda causa negahit quod in prima concessit: certè non permittetur sibi: quia eadem est causa, idem ius agendi, eadem persona. vt argumét.ff.de eaee.rei iud.l.cùm quæritur. nec admitto sententiam quorundam, qui voluerunt dicere quòd hæc actio sit arbirraria: ideò quia accrescit pœna nolentis parere sententiæ: vt in actionibus alijs arbitrarijs. vt ff.quod met.causa.l.si cum eaeeptione. sicut in actione de dolo. vt ff. de dolo. l.arbitrio. nam cùm hæc actio sit personalis, ergo non arbitraria: nulla enim personalis est arbirraria, nisi de qua cautum legibus inuenitur. vt ff. de in litem iuran. l.actionibus. vt actio de dolo. ad eahiben. & quod metus causa: & quædam aliæ. QVAESTIO. † Sed quomodo iurabitur iterum de calumnia: nonne eadem est causa, vt dictum est: cùm hodie semel & non sæpius sit in eadem causa iurandum. vt C.de iureiura.propter calumniam.Authent.ibi posita. Respondeo, verum est, quòd in eadem causa iuratur semel, id est, in eadem instantia. verum si sit alia instantia, iterum iuratur. Formatur autem libellus hoc modo. LIBELLVS. † Vobis domino B.potesta.Are.conqneror ego R. de M. qui vendidit mihi equum vitiosum seu retrogradum, vel alio modo vitiosum, propter quod fuit mibi condemnatus in redhibitoria, vt restitueret mihi pretium & accessiones, & restituere noluit: ideò duplum pretium & duplam accessionem peto: ad ista propono redhibitoriam actionem, si in ea sententia es, quòd redhibitoria sit proprinm nomen actionis: aliàs dicas propono in factum redhibitoriam: hæc diuersitas notatur in summa domini mei C.ædil.action. in qua diuersitate eligit ipse, quòd non sit proprium nomen actionis. Quod ita rectè concipiatur libellus dicit l.ff.de ædil. edict. l. redhibitoria. Audiui tamen à domino meo, quòd in omnibus arbitrarijs, vbi duæ dantur sententiæ, quòd in secúda sentenentia non est necessarius alius causæ processus: sed sufficit primns processus pro vtraque sententia: vt nota per eum. ff.de rei vendicatio.l.qui restituere.

Si aliquis emat animal quoddam, vel seruum, qui habebat vitium vel morbum, & erat aliàs empturus propter illud vitium vel morbum, sed minori pretio, habet actionem quãti minoris.

De actione quanti minoris. Rubric.

1 *Actio quanti minoris ad hoc vt competat, quot necessaria sint.*

2 *Libelli in dicta actione quomodo concipiantur. & seq.*

EST & alia actio & ipsa prætoria, scilicèt quanti minoris res est: licèt si alia quanti minoris emptu rus esset, si scisset, quæ est ciuilis. vt ff.de ædili.edict.l.quòd si nolit.§.si quis egerit. & de action. empt. l. Iul.§.1.& ff.de except.rei iud.l. si is qni. §. est in pote- 1
state. † Et competit actio ista quando propter vitium vel morbum res minùs valet: pone, si non habet res illa morbum vel vitium valet illa viginti, nunc propter morbum valet res illa quindecim, & aliquando illud minus potest esse totum: si propter illum morbum fortè res illa omnino inutilis est. vt ff.de ædil.edict. l. bouem.§.aliquando. Et ad hoc vt actio ista competat omnia sunt necessaria, quæ in actione superiori diai: & eædem positiones pro actore & pro reo fiant. † vnde in 2
hac actione ita coocipias libellum. LIBELLVS. Vobis domino Potest. Aret. conqueror ego R.de M. qui vendidit mihi serunm viriosum, scilicèt qui est erro vel fugitiuus, vel seruum morbosum: putà hydropicum, vel equum morbosum, qui habet gallas, vel superossa, vel quia retrogradus: vel librum qui est corruptus in reatu, vel codicillatus, seu cancellatus, vel abrasus: vel fundum qui ducit herbam pestibulã, vel carnem, quæ non fuit sincera. vnde quia propter dictnm morbum vel vitium res prædicta decem minùs valet quàm valeret, si illo morbo vel vitio careret: ideò illa decem peto, quia res illa tantò minoris est: ad prædicts propono actionem quanti minoris res est: si es in ea sententia, quòd quantò minoris sit proprium nomen actiõis. aliàs propono actionem in factum quanti minoris res est, & super his peto mihi iustitiam eahiberi. Et quòd ita sit cócipiendus libellus dicit l.quòd si nolit.§.si quis egerit. ff.de ædil.edict. quòd etiam vitium vel morbus debeat inseri, dicût leg.ff.eo l.ob quæ vitia.§.eum.& l. item O filius.& multæ leges tit.illius: & de vitio attẽde, quòd nunquã tenetur venditor, nisi in tribus casibus, quãdo nominatim promisit: & tunc agetur ea stipulatu. vt ff. eod. ob quæ. §. animi. & tunc concipies libellum. LIBELLVS. † Vobis domino P. Aret. conqueror ego R.de 3
M. qui mihi vendidit seruum: & promisit quod non haberet vitinm animi: vnde quia habet vitium, scilicèt tale, propter quod est deterior in decem, quæ magis valeret, si istud vitium non haberet: ideò illa decem peto certi condictione ea stipulatione: noli dicere actione ea stipulatu: quia licèt interesse fuit incertum, factnm est modò certum. vt ff.si cert.peta.l.certi condic.§.1.Itẽ tenetur & in alio casu quando sciebat seruum habere vitium venditor: & emptorem nnn admonuit: & tunc tenetnr ea emptu, vel quod redhibeatur, vel quod teneatur ad interesse. vt ff. eod. l. 1. §. eaempli.& §.aiunt. & sic concipies libellum. LIBELLVS. Vobis † domino B. 4
pntesta. conqueror ego R.de M. qui vendidit mihi seruum vitiosum & sciens. vnde qnia me non certiorauit: ideò peto seruum redhiberi actione ea empto redhibitoria, vel actione ea empto ad meum interesse: quòd enim redhibirio contineatur, vel interesse empti iudicio dicitur. ff.de act.emp. l. ex empto.§.1. Item tenetur in tertio casu vẽditor propter vitium animi, quod seruus habebat, si vitiũ animi sit miatũ vitio corporis. vt ff.eo.l.ob qnæ.§.in summa. OPPOSITIO. Sed videtur quòd primus libellus malè sit conceptus. Nam licèt sic res minoris pretij nõ deberet alicui subueniri: nisi illud sit minus dimidia. vt C.de resci.vẽd.l.rem maiorẽ. Respódeo, illud legis auailium locũ habet, quãdo aliquis decipitur re ipsa in pretio: verũ si inveniatur læsus ratiõe morbi vel vitij: tũc ꝓpter edictũ ædilitiũ subuenitur quãtumcunq; seu qualiscũq; minor inuenitur læsio. OPPOSITIO. Sed videtur quod nec redhibitoria, nec quãto minoris habet locũ. Certũ est.n. quòd redhibitoria.6.mẽsibus vtilibus tollitur, & qnãti minoris anno vtili: vt ff.eo.l.sciendũ.§.vlt. & emptor qũ emit vel cognouit morbũ vel vitiũ, & tũc nõ aget. vt ff eo.l.1.§.si intelligatur.& l.quæritur.§.vlt. Aut ignorauit morbũ habere animal tẽpore vẽditionis. si sciuit morbũ, tunc prædictæ actiones locũ non habent: quia dicit lex prædicta, sciendũ est à tẽpore vẽditionis currere illa tẽpora vtilia: si sunt vtilia: ergo scienti currũt & ignoranti

non:

non: quia nullum vtile tempus currit ignoranti. vt ff.
de diuersis & temp. pręscrip. l. 1. & lex alibi dicit, quòd
à tempore scientiæ currunt illa tempora. vt ff. eod. l. cū
sex. Respondit Dominus meus: imò locum babent acti-
ones prædictæ: & tunc locum babent tempora illa, quā
du vterque sciebat. s. venditor & emptor: sed emptor
supinè ignorauit: vt in prædicta l. cum lex. & l. ædiles
aiunt. §. idem refert O filiū. & quod dicitur quod quā-
ti minoris res est, sit prætoria: & quanti minoris emptu
rus esset, sit ciuilis: verba sunt doctorum, non autem le
ge cauetur.

Si res vendita sit redhibita propter vitium vel morbum, & non præstantur à vēditore vel emptore ea quæ adinuicem sunt præstanda, competit actio in factum ædil

De actione in factum ædilitia, Rubric.

1 *Actio ædilitia in factum, quando competat.*
2 *Libellus in dicta actione quomodo formetur. cum plur. seq.*

1 SEQVITVR alia actio in factum ædilitia, quæ com
petit in multis casibus & diuersis: † cōpetit enim
in primis quando facta fuit redhibitio, & preciū
non restituitur emptori cum accessionibus & alijs quę
iubent ædiles. Item cum venditori non restituuntur ab
emptore, quæ sunt quæsita per seruum, & alia quæ pręce-
cipiunt ædiles: & in hoc casu non quæritur si vtraque
res sit in causa redhibitionis, vel nō. Item si fuerit red-
hibita intra legitima tempora, vel non, sed istud solum
modò quæritur an redhibitio facta sit. vt ff. eod. l. quod
si nolit. §. in factum. Et quo, seu quanto tempore duret?
Respondeo, illam credo perpetuam in hoc casu, cum
sit rei persecutoria. vt ff. de act. & obli. l. in honorarijs:
licèt in alijs casibus vbi competit minori tempori tem
pore tollatur: vt infrà notabitur. Positiones in hac acti
one non sunt necessariæ: vnde ita concipies libellum.
2 LIBELLVS EMPTORIS. † Vobis Domino potest. Aret.
conqueror ego R. de M. qui vendidit mihi equum mor-
bosum vel seruum, cuius equi cum facta sit redhibitio,
& precium non sit mihi restitutum, & accessiones, pu-
tà decem, ideò prædictum pretium cum mihi non sit re
stitutum, peto: & ad ista propono actionem in factum
ædilitiam. & ita concipitur in personam emptoris: in
persona autem venditoris concipitur hoc modo. LIBEL-
3 LVS VENDITORIS. † Vobis Domino pot. Aret. conque-
sor ego R. de M. cui vendidi equum morbosum, nomi-
ne cuius equi egit redhibitoria contra me: & redhibi-
tio facta est: sed quia mihi non restituit quæsita per ser
uum vel equum, & accessiones, purà talia, ideò contra
ipsum ago, vt prædicta mihi restituat: & ad ista propo-
no actionem in factum ædilitiam. Quòd in vtroq; casu
concipiatur rectè libellus dicitur ff. eod. l. quòd si no-
lit. §. in factum. Item competit quando venditio facta
est, vt nisi res vendita placeat vel displiceat, quòd red-
dat: in hoc casu non esset perpetua sed temporalis vsq;
ad 40. dies. vt de ædil. edict. l. quòd si nolit. §. si quid. in
fine. Vnde in hac actione ita concipietur libellus. LI-
4 BELLVS. † Vobis domino M. pot. Are. conqueror ego
R. de M. qui vendidit mihi rem talē, vt nisi placeret mi-
hi redhiberetur, vnde quia non placet peto fieri redhi
bitionem: ad prædicta propono actionem in factum.
Quod ita concipiatur rectè libellus dicit l. prædicta.
OPPOSITIO. Sed non videtur quòd libellus debeat
de iure stare: nam talis venditio nō valet, si conferatur
in arbitrium alterius contrahentis. vt C. de contrah.
empt. l. in vendentis. Respondeo, verum est quòd non
valet, si conferatur in arbitrium substantia contractus.
s. pretium, vel ipse contractus, putà vēdam si volueris:
emam si volueris. vel emam, vel vēdam pro eo pretio,
quòd placuerit tibi. Verum accidens potest conferri in
alterius arbitrium: putà vendo pro 10. & si displiceat,
restituas mihi. vt Inst. de contrah. empt. §. pen. Item cō-
petit etiam pro ornamētis restituendis ab emptore: vel
etiam de mancipijs redhibendis propter ornamenta. q
si non vult venditor tradere seruum vel mancipium or
natum, vt ostendit, fiet redhibitio etiam iuramentorū:
& ita fiet redhibitio rei principalis propter accesso-
ria, & in his casibus competit infrà 40. dies. vt ff. eod. l.
ædiles aiunt. in prin. & ita fiet redhibitio pro ornamen
tis, si ornatus eius erat tempore venditionis: alias non.
In hac autem actione ita concipietur libellus. LIBEL-
LVS. † Vobis Do. B. pot. Aret. conqueror ego R de M cui 5
vendidi equum vel seruum ornatum talibus ornamen
ris: & facta redhibitione equi vel serui ornamenta mi-
hi reddere vel restituere recusat: vnde ipsa peto mihi
restitui per actionem in factum ædilitiam. Quòd ita de
beat concipi libellus probatur ff. eod. l. ædiles aiunt. in
prin. Si autem emptor vult proponere propter ornamē
ta actionem ad equum redhibendum cōcipiat ita libel
lum. LIBELLVS. † Vobis Domino M. pot. conqueror ego 6
R. de M. qui vendidit mihi equum ornatum tempore vē
ditionis cum sella & freno deaurato: quæ ornamenta
quia mihi non pręstat: ideò restituere sibi equum volo:
& peto vt restituat mihi denarios meos: propono ad
hoc actionem in factum. Quòd ita debeat concipi libel
lus dicit lex prædicta. OPPOSITIO. Sed videtur quòd
libellus iste stare non possit. Nam certum est, quòd per
rem minorem nō debet fieri præiudicium rei maioris.
vt ff. de iud. l per minorem. & ff. de in integ. resti. l. scio.
Respondeo. Istud contingit propter stultitiam & con-
tumaciam vēditoris. & quia fortè emptor aliàs emptu-
rus non esset. vt arg. ff. de in diem addict. l. quòd si vno.
Item competit ista actio in factum quando in ea parte
qua vulgò iter fit: habet quis canem, verrem, aprum, vr
sum, pantheram vel leonem, aliudve animal quod no-
cere possit siue ligatum siue solutum sit. vt ff. de ędili. e-
dict. l. bi enim. & l. seq. in hoc casu poterit ita formari
libellus. LIBELLVS. † Vobis domino B. pot. Aret. cōque- 7
ror ego R. de M. quòd in loco prohibito, & in quo iter
est publicum baber canem vel verrem, aliudve animal
quòd nocere potest & nocuit iam: quia bomo talis oc-
cisus est, & quia contra vtilitatem reipublicæ vel toti-
us populi est, peto eum condemnari in ducentos solid.
ad hoc propono actionem in factum. & sic ager nō tan-
quam priuatus, sed tanquàm quilibet de populo. Est e-
nim hæc actio popularis: vnde aliquis posset agere tan
quam quilibet de populo propter damnum datum alij:
& etiam propter damnum datum sibi: & quandoq; pu-
blica est temporalis: quandoq; publica est perpetua: &
quando nocitum est libero homini cōdemnatio fit in-
quantum bonum & ęquum iudici videbitur: in alijs au
tem rebus fit in duplū condemnatio: vt in legibus præ-
dictis. ff. de his qui deie. vel effu. l. 1. & l. si verò. §. hæc au
tem actio. ff. de popul. act. l. vlt. Reliqua quæ ad hanc a-
ctionem pertinent dic, vt in summa C. de ædil. act.

Si aliquis præponat aliquem negotiationi nauali: & quis contrahat cum illo præposito, tenetur dominus actione exercitoria.

De actione exercitoria. Rubr.

1 *Actio exercitoria vt competat quot necessaria sint.*
2 *Positiones actoris & Rei in dicta actione nu. 3.*
4 *Libellus in dicta actione quomodo formetur.*

SI aliquis haberet nauem fluuialem vel marinā vel
stagni, & præponat in eam magistrū vt contrahat,
tenetur iste qui præponit magistrum ratione exer- 1
citoria, & denominatur hic exercitor Dominus ille q
pręponit ad quem quotidianus nauis quęstus pertinet.
vt ff. eod. l. 1. §. exercitorem. & §. non autem. & §. nauem.
licèt institoria appelletur à præposito, vt in sequenti
actione notabo. Sed ad hoc vt actio ista competat, tot
sunt necessaria. † Primum, quòd sit negociatio naualis. 2
vt ff. eod. l. 1. in princ. & accipe naualem quæcunque sit
nauis. vt ff. eod. l. 1. §. nauem. Secundum, quòd sit præpo-
situs generaliter: si autem ad speciem vnam. s. quòd lo-
cet vecturas nauis tantum: de alijs dominus non tene-
tur, nec haberet locum exercitoria. vt ff. eo. l. 1. §. magi-
strū. & §. igitur præposito. Tertium, quòd dominus præ
ponat illum magistrū expressim, vel patiatur negotia-
ri in naui quē præposuit magistrum nauis. vt ff. eo. l. 1. §.
magistrum. & ita in exercitoria patientia consensum
inducit. Quartū, quòd si plures sunt magistri, & nō di-

uisa fint officia:& si cum vno contrabam, oēs obligo in
solidum: si diuisa, non obligo aliquem nisi pro parte il
lius. vt ff. eod. l. 1. §. si plures. Quintum, quòd nauis tem-
pore illo indigeret refectione. vt ff. eod. l. vlti. Vnde a-
ctor in hac actione tales faciat positiones. POSITIO
2 ACTORIS. † Ego dico vel propono quòd Titium præpo
suisti negotiationi nauali. Item dico, quòd tu passus es
Titium in naue negotiari. Itē dico, quòd nauis tempo-
re illo refectione indigebat. Econtrà Reus faciat tales
positiones. si negare potest, neget: POSITIO REI. † Ego
dico, quòd præposui naui Sempronium: si hoc confite-
bitur actor, succumbet: quia iam cōtractus habitus cū
Titio non ligat dominum, cùm non fuerit Titius præ-
positus. Item dico, quòd præposui Sempronium ad hoc
vt locaret vecturam & non aliud, si hoc confitebitur a-
ctor, succumbet. In hac autem actione concipitur ita li
4 bellus. LIBELLVS. † Vobis domino B. potest. Aret. cōque
ror ego R. de Martin. qui cum Titium præposuerit na-
ui suæ, cum ipso Titio magistro nauis conuenit, quòd
portaret me cum rebus meis vltra mare ad subsidium
terræ sanctæ: vnde quia fidē fregit, peto ab ipso 100. so-
lidos, cum intantum mea interfuit: ad hoc propono exer
citoriam. & hoc si tenes illam sententiam, quòd exer-
citoria sit proprium nomen actionis: si non dicas, pro-
pono actionem ex conducto exercitoriam, quasi quòd
hæc sit adiectio: quare agis ex conducto, ideò quia na-
uem exercuit ille cum quo contraxi. Quod ita rectè cō
cipitur libellus. dicitur ff. de exercit. l. 1. & l. si seruus. &
Institu. de actio §. sequens. & §. omnes. & §. ex contra-
ctu. cum enim fuerit contractus inter me & magistrum
nauis: de iure ago. OPPOSITIO. Sed videtur quod li-
bellus iste non sit rectè conceptus. Certum est enim
quod actio ex contractu contra illum cum quo contra
xit, competit, vel contra eius hæredem. vt ff. de actio.
& oblig. l. ex contractibus, quomodo ergo datur actio
contra dominum per contractum habitum cum magi-
stro, cum etiam ex contractu filij non teneatur pater.
& econuerso vt C. ne filius pro patre. quia æstimantur
vna persona. vt C. de impub. & al. sub. l. vlt. Respondeo,
quòd conueniatur dominus propter contractum magi
stri: hoc facit mandatum domini. Nam ex contractu
procuratoris dominus tenetur & obligatur. vt ff. de a-
ctio. empt. l. Iuli. §. si procurator. & quòd conueniatur
dominus dicit lex esse mihi electionem, quòd conue-
niam ipsum magistrum ex locato iure directo: quia cū
ipso contraxi: vel dominum nauis: quia ipse illum po-
suit. vt ff. eod. de exercito. l. 1. §. econtrariò. Sed illud
nota quod ago contra dominum nauis ex cōducto pro-
pter contractum magistri: ipse autem dominus non ha
bet actionem contra me propter contractum illius ma
gistri: nisi ille magister cedat sibi actionem conuentus
à domino act. ex locato, vel mandati. & quare istud l.
ex ipsa reddit rationem. ff. eod. l. 1. in fin. primi respon-
si. & §. econtrariò.

Si quis præponat aliquem negotiationi vel tabernæ, & aliquis contrabat cum præposito, tenetur dominus actione institoria.

De actione institoria Rubri.

1 *Actio institoria vt locum babeat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones actoris & rei in dicta actione nu. 3.*
4 *Libellus in dicta actione quomodò formetur.*
5 *Actione institoria contra dominum ex contractu procuratoris an agi possit.*

ALIQVANDO dominus vel alius præponit ser-
uum, vel filium liberum hominem alicui taber-
næ vel stationi vel negotiationi: si contraho cū
illo præposito, agam contra dominum vel patrem acti
3 one institoria. † Quæ actio ad hoc vt locum babeat tot
sunt necessaria: scilicèt tria. Primum, quòd ille qui pręe
ponit sit maior 25. annis: vel si pupillus est, quòd præ-
ponat eum cum authoritate tutoris: vel minor authori
tate curatoris. vt ff. eo. tit. l. verum. & l. quicunque. §. si.
Secundum est necessarium, quòd in illa merce contra-
batur ad quam fuit præpositus: vel quòd sequatur eti-
am occasione illius mercis. vt ff. eod. titu. l. quicunque.
§. non tamen. Tertium, quòd ille sit præpositus, scilicet
quòd possit contrahere: si enim esset præpositus vt im-
peraret discipulis, vel operarijs, vel quòd esset villi-
cus: putà vt recolligat fructus & redditus non habe-
ret locum institoria. vt ff. eod. titu. l. 1. l. si eum villico.
Vnde in hac actione actor fa. ta. po. POSITIO ACTO-
RIS. † Ego dico sacramento meo quòd cum sis maior 2
25. annis, vel pupillus cum tutoris authoritate, talem.
s. pone Titium, merci olearia præposuisti. Item dico,
quòd in illa merce: puta in oleo contraxi secum: quia
mutuaui sibi tot denarios, vel emi ab eo tantum olei.
Item dico, quòd tu quando illum præposuisti, eū præ-
posuisti vt contraheret. Econtrà Reus faciat tal. pos. † 3
POSITIO REI. Ego dico, quòd sum minor 25. annis.
vel quādo tu dicis, quòd fuit Titius præpositus, ego tu-
torem non habebam, cum essem pupillus. Item dico,
quòd præposui Seium illi merci, & non Titium. si istud
confitebitur actor, succumbet: quia contraxit cum Ti-
tio. Item dico, quòd ego præposui Titium in tali mer-
ce. s. vt locaret operas suas. si istud confitebitur actor,
succumbet: quia non est in merce illa scilicet olearia
contractum. vt ff. eod. l. quicunque. §. non tamen. Item
dico, quòd scripsi publicè, & in loco publico in quo
poterat legi, quòd nullus contraheret secum. si istud
confitebitur actor, succumbet. vt ff. eod. l. sed si pupilli.
§. proscriberem. In hac autem actione formatur ita li-
bellus. LIBELLVS. † Vobis domino M. po. Pis. conqueror 4
ego R. de M. à quo peto 20. li. quæ mutuaui Titio in mer
ce olearia: quem Titium præposuit ipse M. in ipsa nego
tiatione: ad prædicta propono institoriam actionem: si
es in ea sententia, quod sit proprium nomen actionis:
si autem es in ea sententia, vt non sit proprium nomen
actionis: sicut etiam dominus meus in summa huius
tit. notauit: tūc dicas, propono certi condictionem de
mutuo institoriam. OPPOSITIO. Sed videtur quod li-
bellus iste sit malè cōceptus. In primis certū est, quòd
actio ex contractu contra illum datur & competit illi
qui contraxit. quomodò ergo agei cōtra dominum, qui
non contraxit? Respon. dic vt in superiori actione no-
saui. QVAESTIO. † Sed illud quæritur an possit agi 5
contra dominum ex contractu procuratoris. Respon-
deo sic. QVAESTIO. Sed nūquid ipse potest agere ex cō-
tractu procuratoris contra illum cum quo contraxit
procurator. Martinus indistinctè admisit quòd sic. Do.
Io. & Do. meo videtur, quòd non possit agere nisi in ca-
su quando institor non est soluendo. vt ff. eod. l. 2. & ita
intelligiuntur leges. ff. de præto. stipu. l. in prætorijs. de
quo plenè, vt notaui ff. de act. emp. l. Iulian. §. si procu-
rator.

Si aliquis contrabat cum seruo vel filio alicuius tenetur dominus merces peculiares conferre creditoribus, id est, dare tantum cæteris creditoribus quantum sibi retinet: & hoc per actionem tributoriam.

De actione tributoria. Rubric.

1 *Actio tributoria vt competat: quot requirantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in dicta actione nu. 3.*
4 *Libellus in dicta actione quomodo formetur.*

ADHVC etiam cōpetit propter contractū factum
cum filio vel seruo alicuius, vel libero homine
bona fide possesso, vel seruo in quo vsufr. habe-
mus, alia actio quæ vocatur tributoria per quam con-
sulitur contrabenti cum prædictis personis, quòd vo-
cetur dominus in tributum. i. vt communicet omnibus
creditoribus merces peculiares: & tantum tribuat cui
libet creditori, quantum sibi retinet pro rata debiti.
vt ff. eodem. l. 1. Vnde ad hoc † vt actio ista competat tot 1
sunt necessaria. In primis, quòd personæ cum quibus
contractum est, sint in potestate alicuius modo prædi-
cto. vt ff. eod. l. 1. §. vltim. Secundum, quòd contractus
sit factus in merce peculiari: aliàs non competit. vt ff.
eo. l. 1. §. licèt. Tertiū, vt dñs sciat seruū in merce peculi
asi negotiari, & nō cōtradicat. vt ff. e. l. 1. §. licèt. & §. sci
entia.

entia. Item quartũ, quòd illa tantũ merces venit in tributum, in qua contractũ est. & sic si ageret hac actione, in qua nullum habet priuilegiũ dominus: secùs aũt in actione de peculio, in qua veniet cõsideratio totius peculij, & in qua dominus priuilegiũ habet, quòd deducat illud quod sibi debetur, & quod debetur etiam his, quos secũ habet. vt ff. eo. l. procur. §. nõ aũt. & l. aliquãdo. ff. de pecu. l. peculiũ autem. Itẽ quintũ exigimus. s. quòd verè sit dominus, vel saltem bona fide possideat, vt habet ius in eo, vt fructuarius: alioquin si est tutor, qui habetur loco domini. vt ff. pro empto. l. qui fundũ. §. si tutor. & ff. de furt. l. interdũ. §. qui tutelã. cuius scientia vel dolus nõ spectatur, sed spectari debet sciẽtia tutoris & pupilli, adulti & curatoris. vt ff. eod. l. si seruus. §. 1. & vlt. quod sic intellige, quãdo pupillus est maior septennio, & est præsens: alias si minor septennio, vel absens, tunc solius scientia tutoris sufficit. vt arg. C. de iure delib. l. potuit. & l. si infanti. & ff. de admin. tut. l. 1. & ff. ad Treb. l. restituta. Fallit hoc quod diximos in procuratore, qui licèt non sit dominus. vt ff. de procura. l. 1. tamen eius sciẽtia spectatur. vt ff. eo. l. procuratoris, in prin. & ff. de doli excen. l. apud Celsum. §.
2 quæsitũ. Vnde in hac actione Actor fac. ral. pos. † POSITIO ACTORIS: Ego dico sacramẽto meo, quòd Titius est seruus tuus, vel filius, vel eum possides bona fide, vel habes in eo vsumfruct. si cõfitebitur Reus, habet sam partem confessionis: si negat eum seruum suũ esse, facias alias positiones. Ego dico, quòd fuit natus ex tali ancilla. si cõfitebitur: ergò sequitur, quòd sit seruus suus. vt C. de rei vendic. l. partũ. Item de filio, si neget, quòd sit filius suus, dicas: Ego dico, quòd Domina Berta fuit vxor tua: vel eam maritali affectione tractabas. Item dico, quòd Titius fuit natus ex illa Berta postquã fuit tua vxor. Item dico, quòd tu semper vocasti, & cũ vocas filiũ: vnde si istà cõfitebitur, cõstat quòd sit filius suus. vt arg. ff. de dona. l. donationes. & ff. de quæstio. l. 1. Item dico, quòd negotiatus fuit in merce tali: putà, quia vẽdidit ceram vel pannos. Item dico, quòd negotiari sciebas in merce tali, & non contradicebas. Item dico, quòd illa merces est apud te: vel dolo fecisti quominus esset. si cõfitebitur, condẽnabitur. vt ff. eo. l. procuratoris §. per hanc actionẽ. & l. illud. §. minùs. Item dico, quòd in illis pannis vel illa cera ego contraxi cũ illo Titio: quia vẽdidi sibi ceram vel pannos, vel emi pannos, & inueni illos inter tales aliàs interpolatos: vnde tenetur vẽditor. vt ff. de cõtrah. empt. l. Labeo. §. si vestimenta. Item dico, quod Titius est seruus, vel bona fide possessus, vel habet in eo vsumfruc. ille pupillus vel adultus. Item, quod ipse pupillus vel adultus, tutor & curator sciuerũt illum seruũ cõtrahere in merce tali. Item dico, quòd talis est tuus procurator, qui sciuit Titium in merce peculiari cõtrahere. Ecõtrà Reus fac.
3 tal. pos. † POSITIO REI. Ego nego, quòd negare possum salua cõscientia mea. Item dico, quòd Titius ille, cum quo dicis cõtraxisse, est filius Seij, vel seruus, vel ab alio possidetur, vel ipse in eo habet vsumfruct. si istud cõfitebitur Actor, cadet à causa: qui cùm nullũ habeat ius in eo, nõ poterit cõueniri: sicut dictũ est in priu. Itẽ dico, quòd Titius vẽdidit carnes, vel tenet tantũ tabãrnam. si istud cõfitebitur Actor, iam nõ proderit sibi: si cõtraxit cũ eo in cera, vel in pannis, ad hoc vt agat tributoria: sicut dictũ est. Itẽ dico, quòd fui absens, iã est annus vel bienniũ à ciuitate Beneuẽtana, vel ab illo loco, vbi dicis te cõtraxisse: si istud cõfitebitur Actor, obtinet Reus: quantũ ad hoc vt præsumatur, quòd ignorauerit, si tẽpore suæ absentiæ cœperit Titius negotiari. sed sine hac positione præsumo semper Reũ ignorare, nisi probetur eius sciẽtia. vt ff. de admin. tut. l. hoc aũt. ff. de prob. l. veriùs. In hac actiõe cõcipitur ita libellus.
4 LIBELLVS. † Vobis Dom. M. potest. Pist. cõque. ego R. de M. qui merces tales, putà cerã vel pannos, quos apud se habet, in quibus mercibus cũ Titio seruo suo vel filio, vel ab eo bona fide possesso, vel quia in eo vsumfructũ habet, cõtraxi eo non contradicente & sciẽte: vnde peto, quòd mihi cõtribuat: vel si fortè cõtribuit, & nõ ad plenum, dicas quòd merces minùs contribuit. vnde vt ad plenum contribuat, ago: & ad hoc propono tributoriam: si vis dicere quòd sit proprium nomẽ actiõis: & si nõ, dicas, actione ex empto tributoriam. Quòd ita rectè cõcipiatur libellus, dicit l. 1. ff. eo. tit. ff. & Inst. quod cum eo qui in alie. pot. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd libellus iste sit malè cõceptus. Certum est, quòd cõtra illum agimus, qui nobis est obligatus ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi. vt Inst. de oblig. at hic non est obligatus aliquo modo de prædictis. ergò cõtra eũ nõ agimus. Resp. Verum est quod opponis de iure ciuili, sed de iure prætorio secùs est: quia ius prætoriũ facit eum teneri, ex quo merces sunt apud eũ. vt ff. de exercit. l. si eum. §. vlt. Est autem sciendũ, quòd apertè hic Dominus M. errauit: dicebat enim non habere locũ tributoriam, nisi quando contributũ est, & mala fide, vel nõ plenè. vt arg. ff. eo. l. vlt. Item dicebat, nõ iure actionis à principio compelli aliquem ad contributionem, sed per officium iudicis: sicut & aliàs per collationem faciẽdam, quæ fit iudicis officio. vt C. de colla. l. 1. & ff. de colla. bon. l. 1. quæ collatio si fiebat & malè, tunc habebit locum posteà tributoria. Sed cõtrà dicimus: nam habebat locum posteà tributoria, etiam si nihil tribuatur. vt ff. eo. l. illud. §. minus. & ff. de verb. sign. l. minùs. vnde & à principio tributoria posset intentari.

Si ex contractibus habitis cum seruo vel filio aliquid sit versum in vtilitatem domini, vel patris, tenetur dominus, vel pater actione de in rem verso.

De actione de In rem verso. Rubric.

1 *Actio de in rem verso vt procedat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones Actoris & Rei in dicta actione. & nu. 3.*
4 *Libellus in dicta actione.*
5 *Actione de in rem verso, quomodo agens contra dominũ agat, cùm non contraxit vel quasi.*
6 *Actione de in rem verso, contra te an agere possim. si aliquis liber homo gerebat negotia tua, & pecuniam sibi mutuaui, & illam in tuam vtilitatem expendit.*

PROPTER contractus prædictos habet locũ etiam alia actio, quæ nominatur de in rem verso: quę locum habet quando illud quod dedi, purà mutuando filio vel seruo, vel ab eo emendo, vel aliàs contrahendo, versum est in rem patris vel domini: quæ actio cõpetit insolidũ, id est, eatenùs, quatenùs versum est. Sed ad hoc vt cõpetat actio ista, tot sunt necessaria. Inprimis, † quòd seruus vel filius gerat negotium patris vel domini volũtate, & tunc siue vtiliter, siue inutiliter geratur, habet locũ hæc actio, etiam si debeant emi vnguenta ad luxuriæ materiam. sin aũt sine voluntate, tunc eatenùs tenetur, quatenùs versum est: tali. s. distinctione cõsiderata, vt si illud negotium fuerit voluptuarium, teneatur dominus ad hoc vt patiatur illas voluptuarias impensas tolli, nisi res illa sit promercalis. vt ff. eod. l. 3. §. negotia. & l. si res. §. quod seruus. & l. 3. §. si furtiua. & ff. de impens. in re dotal. l. quòd si hæres. vel nisi dominus habeat ratũ: quia tunc tenetur insolidũ. vt ff. eo. l. 3. §. si mutua. & l. si res. §. quod seruus. si verò illud negotium fuit necessarium vel vtile, tenetur dominus, etiam si nõ sit versum ad eam quãtitatem, quam dominus solebat ministrare: putà, si emit frumẽta pro familia sua. vt ff. eod. l. 3. §. vlt. & l. si res nõ necessarias. Secũdum est necessariũ, quòd seruus vel filius accipiat pecuniã ad hoc vt vertatur in rem domini, & quòd vertatur: aliàs nõ datur: nam curiosus debet esse creditor, quòd vertatur pecunia in rem patris vel domini. vt ff. eo. l. 3. §. sed si mutuatus. Tertiũ, quòd ita demũ datur de in rem verso, si durat versum. i. si nõ solutũ sit seruo vel filio: vt ff. eo. l. si pro patre. §. versum. Vnde in hac actione Act. fac. ral. pos. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd 2
Titius est tuus seruus vel filius. si istud cõfitebitur Reus, benè est: si autem negauerit, procede in cõfessione: vt in superiori actiõe notaui. Itẽ dico, quòd iste Titius erogauit in frumentũ pro alenda familia tua 20. libr. pro ea vestiẽda: vel soluit tuo creditori: vel emit togã filio tuo: vel dedit in dote pro filia tua: vel expendit in illas expẽsas voluptuarias: vel tu mandasti, vt emeret

vnguēta ad luxuriæ materiā,& emit de illis 20. si istud cōfitebitur Reus, stat benè: quia pro bis omnibus potest agi de in rem verso. vt ff. eo. l. 3. & l. filiusfa. & l. vlt. Item dico, quòd illa 20. illi Titio mutuaui ad hoc, vt illa in tuam vtilitatē cōuerteret, & conuertit. Itē dico, quòd illa 20. adhuc debentur ab illo seruo, cùm nō ipse
3 soluerit, nec alius pro eo. Reus fac. tal. pos. † POSITIO REI. Ego dico, quòd ille Titius est seruus vel filius Seij. si istud cōfitebitur Actor, succumbet: cùm nō sit in eius potestate. Item dico, quòd denarios illos quos à te accepit mutuò, ipse seruus amisit in foro, vel viuēdo luxuriosè cōsumpsit. si istud cōfitebitur Actor, succumbet: quia nō fuit expēsa pecunia in vtilitatē domini. Itē dico, quòd illos denarios solui Titio seruo vel filio meo. si istud cōfitebitur Actor, succumbet. In hac autē actione cōcipitur ita libellus. LIBELLVS.
4 † Vobis Do. pot. Aret. cōque. ego R. de M. à quo peto 20. quæ seruo ipsius Titio. f. vel filio mutuaui, vel aliàs cum eo cōtraxi: quę pecunia in suā vtilitatē fuit conuersa. vnde illam peto mihi restitui: ad hoc propono actionē de in rem verso: si dicis, quòd sit proprium nomē actionis: si nō, dicas, certi condictione de in rem verso: vel actione ex vendito de in rem verso. Quòd ita rectè cōcipiatur libellus, dicitur ff. eo. l. 1. & Inst. quod cum eo qui in alie.
5 pot. † QVAESTIO. Sed illud quæritur, quomodò hic agit cōtra dominum, cùm non contraxit vel quasi. Resp.
6 vt in superiori actione notaui. † QVAESTIO. Sed illud quæritur: pone, quòd aliquis liber homo gerebat negotia tua, & pecuniam sibi mutuaui, & illam expendit in tuam vtilitatem, verùm possit agere contra te actione de in rem verso? Respō. potes: quia vtilis de in rem verso competit, quia sententia concordat, licèt verba deficiant. vt arg. C. quod cum eod. l. si quis. & C. de procur. l. si pretiū. & de hac quæstione not. Dominus meus plenè in Summa C. si cert. pet.

Si pater vel dominus iubeat, quòd quicunque vellet, cum filio vel seruo suo contraheret, tenetur actione quod iussu.

De actione quod iussu. Rubri.

1 *Actio quod iussu vt competat, quot exigantur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in actione quod iussu & nu. 3.*
4 *Libellus in actione quod iussu, quomodo concipiatur.*

SI aliquis iubet seruo vel filio, quòd cōtrahat, vel etiam iubeat alicui in genere, quòd ita dicat, quicunque volet, cum seruo meo contrahat, vel filio: habet locum hæc actio, quę vocatur, quod iussu insoli-
1 dum. † Quę actio ad hoc vt cōpetat, tot sunt necessaria. Inprimis, quòd persona cum qua contrahitur, sit in potestate patris vel domini. vt ff. eod. l. 1. & l. si tutoris. §. si iussu. Secundum, quòd mandatum sit ipsi seruo, vel filio, vel illi personæ quæ debet contrahere, vel quòd subscribat, vel quòd ratū habeat. vt ff. eod. l. 1. §. iussum. & §. si ratum. Tertiū, quòd sit contractum in merce peculiari: at si in dominica, locum habet mādati. vt ff. eo. l. 1. & C. mandati. l. si tibi. Vnde in hac actione Act. fac.
2 tal. pos. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd Titius est seruus tuus, vel filius. si hoc cōfitebitur, cōstat quòd sit in potestate, nisi probet qualiter sit emancipatus vel manumissus. vt Inst. de his qui sui vel alieni iuris sunt. & ff. eo. l. vlt. sin autem neget, faciat positiones sicut in tributoria. Item dico, quòd tu mandasti illi Titio vt acquireret denarios mutuò, vel emeret rem talē & pro mercede peculiari. Item dico, quòd tu mādasti, quòd quicunque vellet cōtrahere cum illo Titio. Item dico, quòd secū contraxi mutuando sibi 20. vel vendendo codicem pro 20. Item dico, quòd illum cōtractum, quē feci secū, ratum habuisti: vel illi instrumēto sub-
3 scripsisti. Econtrà Reus fac. tal. pos. † POSITIO REI. Ego dico, quòd ille Titius est seruus vel filius Seij: si hoc cōfitebitur Actor, constat quòd non sit filius vel seruus: vnd secū agi non potest. Item dico, quòd illum Titium seruū vel filium meū ego manumisi, vel emācipaui. Itē dico, quòd res illa vbi mādaui quòd filius meus vel seruus acciperet denarios mutuò, est dominica vel paterna. Itē dico, quòd Gaius mutuauit sibi illos denarios. si istud cōfitebitur actor, sequitur quòd ipse nō possit agere, cùm non mutuauit. Item dico, quòd ego contradixi filio vel seruo: ex quo sciui illum accepisse illos denarios mutuò. si istud cōfitebitur Actor, non poterit dicere, quòd Reus habuerit ratum. argu. ff. ad Maced. l. si filius. Item dico, quòd tantùm in illo cōtractu fideiussi. si istud cōfitebitur Actor, nō aget quod iussu. ff. eo. l. 1. §. quid ergò. In hac autem actione ita rectè cōcipitur libellus. † LIBELLVS. Vobis Dom. M. potest. Pist. cōquer. 4
ego R. de M. qui debet mihi 20. ex contractu mutui vel emptionis, quem cōtractum eius iussu cum eius seruo vel filio feci: vnde quòd prædictam pecuniā mihi soluat, vel reddat, ago cōtra ipsum: & ad hoc propono actionem quod iussu. Si dicas, quòd sit proprium nomē actionis: aliās dicas, certi cōdictione quod iussu. similis oppositio & solutio potest fieri, sicut in superioribus actionibus notaui.

Si quis contrahat cum filio vel seruo alicuius, tenetur pater vel dominus actione de peculio.

De actione de peculio. Rubric.

1 *Actio de peculio vt procedat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones Actoris & Rei in dicta actione. & nu. 3.*
4 *Libellus in dicta actione quomodo concipiatur.*

COmpetit etiā propter cōtractum filij vel serui actio quæ vocatur de peculio. † Quæ actio vt cōpetat, tot sunt necessaria. Inprimis, quòd persona 1
sit in potestate: putà, filius vel seruus. vt ff. eo. tit. l. 1. in prin. Secundū, quod seruus vel filius habeat res in peculio de domini vel patris volūtate: quidā dicunt expressa: nos dicimus tacita vel expressa. Res dico separatas à rebus dominicis vel paternis. vt ff. eo. l. peculiū. & l. depositi. §. vlti. & l. quā Tuberonis. §. sunt quidā. Tertiū. quòd dominus sit maior 25. an. & nō minor. vt ff. eo. l. licèt. §. idē adijcit. & l. quàm Tuberonis, in prin. Item quartū, quòd seruus viuat vel nō sit manumissus: vel si est manumissus, vel mortuus, quòd nōdum transierit annus vtilis. vt ff. quando de peculio actio annalis est. l. 1. sed cōtra dominum nō agitur. vt ff. eo. l. & ancillarū. §. si seruus. Quintam, quòd nil domino debeatur, vel his quos secū habet: alioquin primò deducetur illud totale debitū. vt ff. eo. l. sed si damnū § peculiū. & §. huic. & §. præterea. Itē aliud, quòd causa sit ciuilis, vel agatur ex peculio: ex criminali enim nō agitur nisi quatenùs peculium auctum est. vt ff. de his qui deie. vel effu. l. 1. §. cùm seruus. ff. eo. l. licèt. §. ex causa. Vnde in hac actione Act. fac. tal. posit. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, 2
quòd Titius est seruus tuus, vel filius: si cōfitebitur Reus, benè est: si nō, procede vt dixi in tributoria. Item dico, quòd in talibus rebus ille Titius cōtrahebat te sciēte, & nō cōtradicente. Item illa res habebat Titius separatas à dominicis. Itē dico, quòd tu pater vel dominus illius Titij es maior 25. ann. Itē dico, quòd Titius in potestate tua adhuc est, & adhuc viuit: vel si est mortuus, vel manumissus, vel emācipatus, dicas, quòd septē mēses sunt transacti à tēpore mortis, vel manumissiōis vel emācipationis. Itē dico, quòd illud peculium est liberum ab omni ære alieno, præterquàm à meo. Item dico, quòd debitum quod debui tibi, vel his quos tecū habuisti, tibi solutum est. Ecōtrà Reus fac. tal. pos. POSITIO REI. † Ego dico, quòd Titius est seruus vel filius 3
Seij. si istud confitebitur Actor, absoluetur Reus: cùm non sit eius filius vel seruus. Item esto, quòd Titius sit seruus vel filius Seij, dicat, Ego dico, Titius ille semper & tantum in rebus dominicis vel patris contrahit. Item dico, quòd ego dominus eius vel pater sum minor 25. annis. Item dico, quòd in peculio illius sunt tantùm triginta. Item, quòd mihi vel alijs filijs meis, vel pupillis, vel adultis quos habeo in tutela vel cura debet triginta. Item dico, quòd Titium manumisi vel emancipaui. Item dico, quòd iam sunt sex anni, quòd mortuus est, vel emancipatus, vel manumissus. Item dico, quòd tu sciuisti quando fuit mortuus, vel manumissus, vel alienatus, vel emancipatus. Item istas positiones ideò faciat Reus: quia in hoc casu actio de peculio competit infra annum vtilem, qui vtilis aliquandò vltrà tres annos extenditur: & qui annus non currit

nisi

nisi à tempore scientiæ. vt ff.de diuersis & temp. præ-
4 scrip.l.1. In hac actione concipitur libellus.† LIBELLVS. Vobis Dom.M.pote.Pist.conque.ego Rofr.de M.à quo peto 10. quæ Titio seruo ipsius, vel filio mutuaui. vnde vt mihi dictam pecuniam reddat, propono contra ipsum actionẽ de peculio: si es in ea sentẽtia, quòd actio de peculio sit proprium nomen actionis: sin non, dicas certi condictionem ex mutuo & de peculio. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd libellus iste sit malè conceptus. Certum est, quòd peculiaris est debitor & creditor. vt ff.eo.l.4. vnde qualiter ago cõtra dominum & patrem. Respond. ideò quia filius eius vel seruus contraxit, vnde dominus vel pater licèt non obligẽtur de iure ciuili, obligantur tamẽ de iure prætorio. vt ff.eo. l.1.§.verba.& in prin.nam qui cum seruo contrahit, totum serui vel filij peculiũ intuetur. vt ff.eod.l.hic quæritur.2.respons. Quòd autem rectè cõcipiatur libellus, dicitur ff.eod.l.1.& Inst.quod cum eo, qui in alie.potesta.est. & ff.de his qui deiece.vel effuder.l.1.§.cùm seruus.

Si quis se debitorem constituerit pro aliquo, tenetur ipse actione de constituta pecunia.

De constituta pecunia. Rubric. 1

1 *Actio de constituta pecunia vt locum habeat, quot debeantur.*

2 *Positiones Actoris & Rei in dicta actione & nu.3.*

4 *Libellus in dicta actione quomodo fiat.*

5 *Actio de constituta pecunia, an sit proprium actionis nomen.*

SI aliquis pro aliquo debitorem se constituat, habeo contra ipsum actionem de cõstituta pecunia. Quę a-
1 ctio ad hoc vt locum habeat, tot sunt necessaria: † Inprimis, quòd debitum subsit vel naturale tantùm, vel naturale & ciuile: & quòd sit iurib. debitũ, id est, quòd nõ sit eneruatũ per exceptionẽ, pro quo debito sit constitutũ. vt ff.eod.l.1.§.debitum.& l.quòd si maritus.§.si quis autem. Ex quocunq; contractu sit debitũ non curo, siue bonæ fidei, siue stricti iuris: siue nominato, siue innominato: vt prædicta l. quod ita intellige, si ille contractus sit vtilis secundùm iura: alioquin si nõ posset agi ex illo contractu, non valet ista cõstitutio, vt ff. eo.l.1.& arg.ff.de verb.obligat.l.generaliter.& l.vlt.& arg.ff.de leg.1.l.si quis inquilinos. & arg.ff.de eden.l.si vnus ex arg.§.pactum. Item quòd fiat constitutio à tali persona, quæ possit se obligare: ergò nõ pupillus, non furiosus, non is cui bonis interdictum est, nõ minor sine curatore curatorem habens. vt Instit.de auth.tut.ff. de verb.obligat.l.is cui.& C.de in integr.restit.l.si curatorem habens. vt ff.eo.l.1.§.de pupillo. Item tertium est necessarium, quod fiat constitutio per pactum nudum: alioquin si per stipulationem, non habet locũ actio de constituta. vt Instit.de act.§ de constituta. & ff. eod.l.1.& l.eum qui. Quartum, quòd fiat constitutio illa personaliter: putà, constituo me debitorem, vel soluturum pro tali: alioquin si dicat benè satisfiat: ista constitutio nulla est: quia est impersonalis. vt in Auth. vt cùm, de appel.cognos.§.vlt.& est posita in C.eo. Autheo.§.sed ita. Vnde in hac actione Act.fac.tal.pos. PO-
2 SITIO ACTORIS. † Ego dico, quòd Titius fuit debitor meus in 10. ex tali causa, putà, quia sibi mutuaui: vel aliam adijciat causam, putà, quia promisit: causam enim debet inserere: quia debitũ debet esse vel ciuile & naturale, vel naturale tantùm, vt dictum est: & quia nuda ratio non facit aliquem debitorem. vt ff.de dona.l.nuda. Item dico, quòd Titius est maior 25. annis, & sanæ mentis: istud ideò quia si esset furiosus, vel pupillus, obligatio illius non teneret: vnde non valeret constitutio. Item dico, quòd cõstituisti te debitorem pro illo Titio in illis decem. Item dico, quòd tu es maior 25. annis, & homo sanæ mentis. Item dico, quòd ego dixi sibi, si velles te constituere debitorem pro Titio, qui debet mihi decem, & tu dixisti, ego cõstituo: ecce verba nudi pacti. Item dico, quòd tu ita dixisti, ego me cõstituo tuum debitorem in illis decem, quæ debet tibi Titius. E conuersò Reus fac.tal.posit. † POSITIO REI. 3
Ego dico, quòd Titius ille, quem dicis tuũ debitorem, tibi soluit. si istud confitebitur Actor, succumbet: quia omnis obligatio tollitur solutione eius, quòd debetur. Instit.quib.mod.oblig.toll. Si tollitur principalis, ergò & accessoria, scilicet de constituta. vt ff.de reg.iur. l.cùm principalis.& ff.de fideiuss.l.Vranius. Item dico, quòd tu fecisti sibi pactum de non petendo, antequàm ego constituerem me pro eo. Item, quòd tu compulisti eum per metum, vel dolo induxisti ad promittendum tibi decem, antequàm constituerem me debitorem. si istud confitebitur Actor, succumbet: quia nulla est constitutio, ex quo primum debitũ est inefficax per exceptionem. vt ff.eo.l.1.§.debitũ.& l.quòd si maritus. §.si quis autem. Item dico me minorem 25. annis: vnde si istud confitebitur Actor, succumbet: quia minor restituetur. Item, quòd tu fuisti stipulatus à me illa decẽ, & ego tibi promisi. si istud cõfitebitur Actor, succumbet: quia actio de constituta per nudum pactũ oritur. vt Inst.de act.§.de pecunia autem constituta. In hac autem actione ita concipitur libellus. LIBELLVS. Vobis 4
Domino M.potesta Aretio.conque.ego R.de M. qui se mihi constituit debitorem in decem pro Titio, à quo Titio mihi illa decem debebantur ex causa mutui: vel quia mihi promisit etiã ex nudo pacto. vnde quòd illa decem mihi soluat, ago contra illum, & ad hoc propono actionem de constituta. Quòd ita rectè concipiatur libellus, probatur Instit.de act.§.de pecunia autem cõstituta.& ff.eod.l.1. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd libellus iste sit malè conceptus. si enim debitum illud primum fuerit tantùm naturale, vt ponitur in libello, non videtur quòd valeret constitutio: non enim plus debet esse in accessorio, quàm in principali. vt ff.de fideiuss.l.Vranius.& l.hæres. At cùm ex prima non posset agi, quia naturalis. vt ff.de pact.l.iurisgẽtium. ergò non posset agi ex ista accessoria. Respondeo, imò potest agi. quòd enim opponis, quia plus non potest esse in accessorio, quàm in principali: verum est, si accipias illud plus re vel quantitate: fortiùs autem obligatur fideiussor, quàm principalis: quia etiam pro eo qui naturaliter est obligatus, interuenit fideiussor, & conuenitur. vt ff.de fideiuss.l.1. Item in actione de constituta est casuale, quòd ex nudo pacto agatur. vt Institu.de act.§.de constituta autem pecunia. nam ex nudo pacto non oritur actio: lex est dotem promissam, vel donum constituentem verbis & vsuras naualeque subtraiectitium fœnus: & sic cessat obiectio quæ formari posset: quomodo hic aget ex nudo pacto. † Illud nota, quòd 5
secundùm nos & etiam Dominum Ioan. actio de constituta est proprium nomen actionis: licèt alij dicant, quòd nõ est propriè nomen actionis: quorum sententiam reprobo: quia si non esset proprium nomen actionis, sed adiectio: cuius actionis esset adiectio. Contrà videtur, quòd nulla sit: quia ex nudo pacto obligatur. quod autem sit proprium nomen actionis, dicit l. C.eo.tit.l.1.& 2.

Si rem quam possidebas, quam dicebam meam esse ex aliqua causa, & te deferente iuraui meam esse, datur mihi vtilis actio ex illa causa, ex qua iuraui contra te. verbi gratia, si iuraui meam esse ex causa emptionis, datur mihi vtilis ex empto. idem est in alijs causis.

De vtili actione ex ea causa, ex qua iuratur. Rubrica.

1 *Actio vtilis ex causa ex qua iuratur, vt procedat, quæ necessaria sint.*

2 *Positiones Actoris & Rei in tali actione. & nu.3.*

4 *Libellus in dicta actione quomodò concipiatur.*

SI rem aliquam possidebas, quam ego dicebam ad me pertinere causa adiecta: putà, quia emi à te, vel quia mihi donasti, vel quia fuit mihi legata à testatore tuo, vel ab aliquo, & tu detulisti mihi sacramentum, quòd ego iurarẽ: & ego iuraui, quòd tu mihi vẽdidisti, cõpetit mihi vtilis ex empto. Itẽ si iuraui, quòd res illa fuit mihi legata te deferẽte, cõpetit mihi vtilis ex testamẽto. Item si pe-

si petebam à te viginti, quia tibi mutuaui, & te deferē-
te iuraui, quòd illa 10. tibi mutuaui, cōpetit mihi vti-
lis certi cōdictio ea mutuo. Idē est & si alia causa pro-
ponatur, vel depositi, vel alia: quia dabitur mihi vtilis
actio ea eo cōtractu, ea quo agebam. ff. de iureiur. l. sed
& si pos. §. item. & §. si cū. & de hac vtili tractatur hic,
quando fuit iuratū formiter, id est, causa adiecta. s. cū
causa vel forma. si autem iuraui te deferēte informi-
ter. i. sine causa: pone, petebam à te 10. tu detulisti mihi
sacramentum, quòd iurarem: iuraui nō adiecta causa:
cōpetit mihi actio in factū: de qua dicitur infrà. Vnde
a ad hoc vt actio ista cōpetat, tot sunt necessaria. † Inpri-
mis, quòd sit facta petitio de re illa, qua est iuratū.
vt ff. eo. l. sed & si pos. Secundum, quod ego iurauerim
te deferēte, aliàs si iurē, nō valet. vt ff. eo. l. ait prætor,
in fin. Item tertium, quòd iurem causa adiecta: putà,
peto 10. quia vēdidi tibi equū. vt ff. eod. l. si duo. §. si quis
vēdidisse. Quartū, quòd persona quæ detulit sacramē-
tum, nō sit pupillus vel minor: licèt in iurante nulla sit
differentia, si sit pupillus vel nō, vel fœmina, vel mas-
culus. vt ff. eo. l. qui iuraste. Quintò est notandum, quòd
si iuro me emisse, quòd mihi detur actio ex empto vti-
lis cōtra te: & tibi ea vēdito vtilis cōtra me. vt ff. eo. l. si
duo. §. si quis vendidisse. Vnde in hac actione Act. fac.
2 tal. pos. † POSITIO ACTORIS: Ego dico, quòd pe-
teb à te 10. ea causa venditionis vnius equi. Item dico,
quòd ex voluntate tua tu mihi iuramentum detulisti,
quòd ego iurarem, quòd tibi vēdidissem equum illum
pro prædictis 10. Itē dico, quòd te deferēte iuraui cum
hac causa. s. quia tibi vēdidi equū illum. Itē dico, te ho
minē sanæ mētis, & maiorē 25. ann. illud dico, ne possit
petere restitutionem, vt minor. Itē dico sanæ mentis:
quia furiosus, vel mente captus, vel cui bonis esset in-
terdictum nō obligaretur. vt arg. ff. sol. mat. l. 1. & ff. de
iure codic. l. l. 2. & ff. de opti. lega. l. si tibi. §. furiosus. ff.
3 de verb. obli. is cui. Reus autē fac. tal. pos. † POSITIO
REI: Ego dico, quòd illa 10. quæ dicis à me petiuisse, tu
petebas à Titio: si istud cōfitebitur Actor, succumbet:
quia ea quo à Titio, sequitur quòd nō petijsset ab eo. ar-
gu. ff. de iudi. l. cùm prętor. & ff. de cōd. & demōst. l. cùm
ita. & C. de procur. l. maritus. Itē dico, quòd tu iurasti,
quòd tu mihi vendideras tua volūtate me cōtradicen-
te & inuito: si istud cōfitebitur Actor, succumbet: quia
nō valet sacramentum præstitum à nullo deferente. vt
ff. eo. l. ait prætor, in fi. Item dico, quòd detuli tibi ius
iurandū, vt iurares ad sancta Dei Euangelia, & tu iura-
sti per animā tuam, vel per Sanctum aliquē, vel per cre
de mihi: si istud cōfitebitur Actor: succumbet: quia ita
debet iurari, vt defertur. vt ff. eo. l. ait prætor, in fi. cum
l. seq. Item dico, quòd eo tempore quādo detuli tibi sa
cramentum, eram minor 25. ann. si cōfitebitur, petet re-
stitutionem, vt dictum est: si negauerit, dicat tali tem-
pore detuli iusiurandū, quādo talis potestas erat in ci-
uitate Pistorij. Itē ab eo tempore, ea quo fuit potestas
ille, sunt tot anni. Item in numero annorū inuenies me
minorē. Item dico, quòd mihi fuit bonis interdictū tē-
pore illo, quādo tibi detuli vt iurares. In hac autem a-
4 ctione ita cōcipitur libellus. † LIBELLVS. Vob. D. M.
potest. Pistor. cōque. ego R. de M. à quo peto 10. vtili ex
ex empto: quia dum illa 10. ab illo peterem actione ex
empto: ipse mihi detulit sacramentum, quòd iurarem,
quod sibi vēdidissem equū pro illis 10. vnde quia ego te
deferēte iuraui, ideò ab illo illa 10. peto: & ad hoc pro-
pono vtilem actionē ex empto. Quòd ita rectè cōcipia-
tur libellus, dicitur ff. l. si duo. §. si quis vendidisse. &
istud nota, quòd ita cōcipitur libellus in hac actiōe ex
empto, quādo iuratū est Actore deferente: ita etiā pos-
set cōcipi super qualibet actione, super qua iuratū est
adiecta causa, vt dictum est. OPPOSITIO. Sed videtur
quòd libellus iste nō sit benè conceptus: licèt igitur te
deferente iurem, & causa adiecta, nunquā propter hoc
debet mihi actio dari vtilis ex eo cōtractu primo, quia
ea sacramēto nō datur actio, nisi quādo operæ promit-
tuntur à liberto. vt ff de lib. caus. l. vlt. & ff. de oper. lib.
l. vt iusiurandi. Itē si debet oriri actio, quomodò vtilis
ex eo cōtractu oritur, videtur mirum. Resp. verum est,
quòd ex iureiurando nō oritur actio, nisi ea iureiuran-
do delato, vt dictum est. & quòd oriatur vtilis, iusta est
ratio: quia licèt verba deficiant, sentētia tamē concor-
dat: vnde vtilis locum habet. vt ff. si quadrup. pau. fec.
di. l. pen. & ff. de iurisd. om. iud. l. si quis id quod. ex quo
enim causam adieci. s. vēditionis, & iuraui, perinde ha
betur ac si probassem: cùm sacramentum loco probati-
onis succedat. vt ff. eo. l. sed & si possessori. §. pen.

Si petebam à te decem, qua mutuaui tibi, & tu in iudicio confitearis te debere, datur mihi vtilis certi condictio contra te.

De vtili certi condictione. Rubric.

1 *Actio vtilis certi condictionis vt veniat, qua exigantur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in dicta actione. & nu. 3.*
4 *Libellus in dicta actione quomodo fiat.*

CONTINGIT sæpiùs, quòd petitur aliquid in iu
dicio: putà, peto 10. certi condictione ea mutuo:
Reus cōfitebitur in iudicio: datur vtilis actio cō-
tra ipsum. s. vtilis certi condictio. vt ff. ad leg. Aquil. l.
proindè. §. 1. & 2. nec admitto quòd vtilis actio detur cō
tra illū, qui antè lit. contest. respōdit in illis 11. casibus,
qui notātur ff. de interrog. act. quòd quidā voluerūt di
cere per l. ff. de interrog. act. l. edict. & l. voluit. & l. de
ætate. § qui interrogatus. & l. si quis in iure. per illas e-
nim cōfessiones nec plus nec minus cōuenitur ille qui
respondit. nam licèt respondeā me hæredem, nunquā
propterea constat de intentione tua ad hoc, vt ego sim
cōdemnandus: vnde propter illas cōfessiones vtilis a-
ctio nō competit, sed propter illas confessiones tantū,
quæ in iudicio & post lit. contest. fiunt, vt dicit d. l. pro-
inde. & C. de confessis. l. vnic & ff. de cōfess. l. 1. & l. Iul.
& l. si is cum quo. & l. certū. OPPOSITIO. Sed ostendo a-
pertè, quòd hæc actio nō est necessaria, imò stultum vi-
detur ea tractare: nam qui cōfitebitur in iure, secundū
quosdam, est ipso iure dānatus, adeò quòd Iudex non
debet ferre sentētiam: nam nullę sunt partes Iudicis in
confitentē. vt ff. ad leg. Aquil. l. proinde. adeò quòd ita
currāt dies, qui dantur condēnatis illis, qui confitētur
sicut i qui dānantur. vt ff. de re iud. l. debitorib. Itē si nō
est ipso iure dānatus, sed est adhuc condēnandus, secun
dùm nos & Dom. Io. & Dom. meū. vt ff. de confe. l. Iul.
& ff. de custo. & exhi. reor. l. si confessus. quare necesse
habeo agere contra illū: nisi quòd dicerē Iudici, Do-
mine procedatis in causa secundùm officium vestrū, ex
quo ille confessus est. Resp. secūdùm iura non videtur
quòd actio prædicta locū habeat per ea quæ dicta sunt.
Nam aut Iudex ille, coram quo fuit cōfessus iste, viuit
& durat in eodē officio, & tunc petam ab eo quòd pro-
cedat, vt dictum est: aut est mortuus, vel remotus, & a-
lius subrogatus, & tunc petam à successore, sicut à pri-
mo. vt ff. de iudi. l. cùm proponebatur. & l. si iudex. cum
sit idem iudicium. & sic hæc sunt vera, quādo eadē du-
rat instātia iudicij: pone infra triennium. At si instātia
perijsset, non valent confessiones prædictæ: quia perijt
instantia iudicij quoad omnia: & si aliquæ cōfessiones
remanēt, viribus euacuātur. vt C. de iud. l. properandū
§. sin autē, in fi. veruntamē credo veriùs, quòd secundū
iura posset habere locum hæc vtilis in tali casu: Pone
quòd agebā contra te certi condictione ex mutuo: for-
tè mutuum ita probare non poteram: tu fuisti in iudi-
cio confessus, ego tamē fui negligens, quòd non instití
quòd daretur sententia infra triennium, & ita trienni-
um est elapsum: volo agere vtili certi condictione ex
mutuo, & ex illa confessione benè possum: nam non pe
reunt acta coram illo iudice, licèt pereat instantia:
quia acta vel gesta redacta in publica monumenta ha-
bere volumus perpetuam firmitatem. vt C. de re iudic.
l. vltim. nam & ea quæ fiunt coram arbitris, licèt illud
dissoluatur, tamen prosunt in iudicio ordinario. vt C.
de arbitr. l. penulti. in fine. posset etiam habere locum
hæc actio hodie de facto per statuta ciuitatum, in qui-
bus non procedente finitur iurisdictio Iudicis per an-
num, succedit alius: Actor iterum facit libellū, sed ta-
men omnia quæ fuerunt corā primo gesta valent. † Vn- a
de ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria: Pri
mum

mum est ne[illegible] petitio facta fuerit de illis 10. Secundum, qu[illegible] contestata. vt dictum est. Tertium, quòd fuerit [illegible], qui potuerit de hac causa cognoscere: [illegible] testatio & processus esset nullus. vt C. de statu d[illegible] post quinquen. quæra. l. si parer. Quartum, quòd [illegible] facta fuisset ista cõfessio. ita dicit C. de confess. l. confesso in iure. sicut dictum est supra. Quintum, quòd in loco isto sit facta confessio [illegible], vbi iudex ius reddit, vel reddere consueuit. vt ff. de iustit. & iur. l. prætor. putà, iudice sedente pro tribunali. vt ff. quis ordo in bon. possess. serue. l. i. §. dies. alioquin si [illegible] procedente iudice fiat talis confessio, non præiudicat: vt argu. C. de dilat. l. à procedente. Nec obstat si [illegible] ff. de interrog. act. l. voluit, in fi. vbi videtur innui, quòd etiam ante litem contestatam facta confessio valet. Respon. [illegible] loquitur de illis confessionibus, quæ fiunt in [illegible] ante litem contestat. in quibus non desideratur causæ cognitio: in alijs cõfessionibus vbi causæ cognitio desideratur, secus per ea quæ dicta sunt. Vnde in hac actione Actor facit tales posit. †POSITIO ACTORIS: Ego dico, quòd Titius fuit iudex hoc anno de ciuitate Pistorij. Idem dico quod corã eo ego reclamaui de te, & petebã decem [illegible] ex mutuo. Item dico, quod super [illegible] petitione [illegible] fuit contestata. Item dico, quod in proc[illegible] causæ tu fuisti confessus te debere mihi [illegible] decem. [illegible] confessio facta fuit coram prædicto Iudice in palatio communis, vbi ipse residebat pro tribunali. [illegible] Reus fac. tal. pos. POSITIO REI: Ego dico, quòd [illegible] fuit electus à communitate Pistoriæ, ad [illegible] cognosceret de terris & terminis: si illud confitebitur Actor, succumbet: quia nõ fuit iudex in illa causa, & si fuisset, non posset cognoscere, & si cognouisset, nõ valeret, sicut corã incompetenti iudice facta confessio. vt C. ne de statu defun. [illegible] nec valet, si dicas, quia fuit in eũ consensum, [illegible] fuit erratum: vnde error litigantium nõ dedit ei iurisdictionem. vt ff. de iurisd. omn. iud. l. si per errorẽ. & ff. de iud. l. [illegible]. Item dico, quòd tu reclamasti de me de illis 10. coram Sempronio: si istud cõfitebitur Actor, succumbet: [illegible] non fuit Iudex. Itẽ dico, quod super illis 10. [illegible] libellus fuit datus: si istud cõfitebitur Actor, succumbet: quia iam [illegible] nõ fuit cõtestata: vndè sequitur, [illegible] facta fuit: quia per solam libelli [illegible] non [illegible] contestat. vt C. [illegible] con. l. 1. & Auth. [illegible]. Item dico, quod [illegible] 10. fui cõfessus quando [illegible] per vim. sic [illegible] tur Actor, succũbet [illegible] sunt. Vnde in hac 4 actione Actor ita cõcipiat libellum. LIBELLVS. †Vobis Dom. M. potest. Pisto. cõqueror ego R. de M. qui fuit coram Iudice cõfessus se mihi debere 10. cùm illa 10. peterem ab eo ex causa mutui. vnde [illegible] illa 10. mihi soluat. ago contra eum, & propono vtilem certi cõdictionem ex mutuo. Quod ita rectè cõcipiatur libellus, dicit ff. ad leg. Aquil. l. proinde. OPPOSITIO. Sed opponitur: mirum videtur quomodo datur vtilis per illã confessionem [illegible] debet dari in factum, vt arg. ff. de præscrip. verb. l. quoties. Respon. imò de iure datur vtilis, si enim contra illum probassem, fortè daretur mihi directa propter confessionem: si detur vtilis, nõ est mirum, [illegible] in superiori actione dixi.

Si aliquis gerat negotia sine tuo mandato & spontè, locũ habet contra eum actio negotiorum gestorum.

De actione negotiorum gestorum. Rubrica.

SI aliquis te absente gerat negotia [illegible] directa negotiorũ gestorum, quæ compe[illegible] gestorem. Quæ actio ad hoc vt cõperat, tot sunt necessa- 1 ria. †Inprimis, quòd negotia absẽtis gesta sint, vel præsentis & ignorãtis. vt Inst. de oblig. ex quasi cõtract. alioqui si præsentis & patiẽtis locũ haberet actio mandati. vt ff eo. l. 2. & l. mãdasti. & l. si remunerãdi. §. si passos. & l. qui patitur. & l. ex mãdato §. vlt. Secundũ, quod quis gerat spõte: alias si necessitate, vel suspicione necessitatis, habet locũ vtilis negot. gest. vt ff. eo. l. ait prætor. §. hac actione. Tertium, quòd gerãtur negotia quæ fuerunt alicuius viuẽtis: alioquin si post mortem, non habet locum negot. gest. vt ff. eo. l. ait prætor, in princ. Quartũ, quòd omnia gerat quãdo eo animo accedit, vel quãdo alius erat gesturus: alias sufficit, si vnũ negotiũ gerat. vt ff. eo. l. si pupilli. & l. Pomp[illegible]. §. 2. Vnde in hac Act. fac. tal. pos. †POSITIO ACTORIS. Ego dico sacramẽ- 2 to meo, quod ego fui absens in tempore tali. Item dico, quòd illo tẽpore tu administrasti negotia mea. Itẽ dico, quod fui præsens in ciuitate tali tẽpore, & tu administrasti negotia mea me ignorante. Itẽ dico, quòd mea negotia quę administrasti in mea præsentia vel absentia, vt [illegible], spõte administrasti. Ecõtrà Reus fac. tales po. †POSITIO REI. Ego dico, quòd tali tẽpore quando tu dicis, quòd ego administraui negotia tua, ego fui 3 absens: si istud cõfitebitur Actor, succubet: quia cõstat ex quo fui absens, quòd ego nõ potui gerere, arg. C. de contrah. & commit. stip. l. optimã. Itẽ dico, quod quędã negotia, quæ gessi, ego gessi te mãdante, vel te sciente, vel præsente & patiẽte: si confitebitur illud Actor, absoluetur Reus propter ineptam actionẽ: quia habet locum actio mãdati. vt ff. vt ff. si ager mẽsor fal. mo. dix. l. 1. & extr. de cõfir. vtil. & [illegible] c. vlt. in fi. Itẽ dico, quod negotia quæ administraui, gessi suspicione necessitatis: quia credidi me tuũ curatorem: si istud cõfitebitur Actor, succumbet: quia locũ habet vtilis, vt dictũ est. Vede in hac actione ita cõcipitur libellus. †LIBELLVS. Vo- 4 bis D. &c. coque. ego R. de M. qui gessit negotia mea, & male: quia dolũ vel culpã adhibuit: vnde quia per eius gestionẽ negotia mea deteriorata sunt in 100. ideo. 100. ab ipso peto & ad hoc propono actionẽ directam neg. gest. ita cõcipitur libellum, si vis agere quod administrauit male. si autẽ administrauit bene, & habet forte 100. de bonis tuis, quæ vis vt restituat tibi [illegible] vsuris, ita cõcipies libellum. LIBELLVS. Vob. D. &c. cõque. ego 5 R. de M. qui [illegible] gredo negotia mea absente vel præsente me ignorãte percepit ex bonis meis 100. vnde vt illa 100 mihi reddat, ago cõtra ipsum: & ad hoc propono negotiorum gestorum directã. Quòd ita debeat cõcipi, probatur ff. eod. l. 1. & 2. & Insti. de obligat. quæ ex quasi cõtract. OPPOSITIO. Sed opponitur, quòd primus libellus & secundus sit malè cõceptus & actio talis non potest intentari quia certum est, [illegible] actio negotiorũ gestorum est personalis & bonæ fidei. vt Insti. de act. §. actionũ. si personalis, quomodò propter gestionem oritur: & si oritur, deberet oriri actio realis: cum ipsum gerere est reale, & [illegible]. vt ff. de curat. fur. l. consi[illegible] 10. Item in primo libello quia dolum [illegible] omisit vel culpam, nõ deberet dari neg. gest. maxime in eo casu, quando dolo vel culpa aliqua non gessit: imò potiùs deberet dari actio non [illegible] si potest dici. Item in secundo libello si habet 10. debet rem posse vendicare actione v[illegible], scilicet [illegible] vend[illegible] [illegible] quod ex re mea superest, meum est. vt [illegible] rei v[illegible] l. [illegible] olim. §. vlt. & ff. ad exhi. l. de eo. Respon. imò de iure cumpetit actio: ex gestione enim quid oritur actio personalis, nõ est mirum. hoc enim vid[illegible] in tutela, quæ actio personalis ex ipsa administratione oritur. Sed [illegible] exemplũ posset pati calumniam: vnde melius potest in deposito & commodo poni: quia contra[illegible] trahitur. vt Institut. quib. mod. re cõtrahitur oblig. & tamen actiones quæ oriuntur, personales sunt de iure enim intentatur actio ista personalis, siue de eo quod est omissum vel malè administratum: vt & aliàs in actione tutelæ. vt C. arbit. tut. l. quicquid. siue de eo quod habet gestor apud se: vt & alias ff. manda. l. ex mandato. †Veruntamen nota,

nota, quòd in hac actione aliquando debet quis côcipere libellum, si tantùm aliquid doli mali est: aliquando si tantùm leuis culpa est: aliquando si leuissima: aliquãdo si casu fortuito, seruatis omnibus quæ superius dicta sunt: nam aut gestum negocium alicuius desertũ est, ad quod gerendum nullus erat accessurus, & tunc tenetur gestor de solo dolo & lata culpa. vt ff. eo. l. ait prætor. §. interdum. aut gerit quis negotium alicuius consuetum, id est, quòd absens consueuit gerere. & tũc tenetur de dolo & lata & leui culpa. vt C. eo. l. tutor. interdum de leuissima, si alius diligẽtior erat accessurus, vel quãdo gestor erat in suis diligentissimus. vt ff. eo. l. si pupilli. §. videamus. aut gerit quis negotium insolidum. i. quòd nunquàm absens consueuit gerere: putà emendo vasa vitrea: tunc tenetur de dolo lata, leui, & leuissima, & etiam de casu fortuito. vt ff. eod. l. si negotiũ absentis. Item & alijs casibus tenetur de fortuito casu, & omnibus illis quæ gessit: puta si specialiter promissus fuit fortuitus casus. vt C. eo. l. negotiũ. Item quando accedit animo deprædandi. vt ff. eod. l. si pupilli. §. sed & si quis negotia. Item quando culpa gestoris præcedit casum fortuitum. vt arguit ff. commod. l. si vt certo. §. quod verò se & argum. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. qui leuandæ. §. si cõ cõditione. Vnde secundùm ea quæ dicta sunt, vario modo possunt fieri cõfessiones, quando dolus detegitur, & quando lata culpa vel leuis vel leuissima, vel casus fortuitus est cõmistus. Item & notare potes per prædicta confessiones vel libellos qualiter debeas facere in omni actione nego. gest. siue negotium sit tuum re ipsa, siue ipso gestu, siue ratihabitione, siue cura & solicitudine. istis enim quatuor modis
7 dicitur negotium alienum. vt ff. eo. l. si pupilli. † Negotium dicitur re ipsa tuum, vt tuum est, quando ego gero negotia tua, vel dicitur re ipsa tuum, quod ipso gestu tibi quæritur: putà quando ... tuam. vt ff. eo. l. si pupilli. §. quid ergò. Et qualiter in hac actione fiant confessiones, dictum est superius. Negotium est alienum ipso gestu, quãdo ego ... quod tu habebas necesse facere: putà quia solui denarios tuo creditori: vnde mihi datur actio contra te, vt mihi soluas illam pecuniam quam solui. vt ff. eod. l. si pupilli. & l. soluendo. Est negotium alienum ratihabitione gestũ: putà, quando tu egisti aliquid nomine meo, & habeo ratã illam exactionem, datur mihi actio nego. gest. vt ff. eod.
8 l. si pupilli. §. item quæritur. † Vnde ad hoc vt actio ista competat, est necesse, quòd exegeris illum vel ab illo 10. Item quòd nomine meo exegeris: aliter nunquàm posset haberi ratum illud negotium. vt ff. de precario. l. si seruus. nisi in tribus casibus re vsucapta, vel præscripta, vel perempta, in quibus negotium nõ meo nomine gestum possum ratum habere reprobata M. sententia, qui dicit, negotium etiam nõ meo nomine possum ratum habere: de quo dic, vt notat plenè Dominus meus in Summa, C. de neg. gest. Item tertium, quòd ratum habuerim. vt ff. eo. l. si pupilli. §. item quæritur. Vn-
9 de in hac actione Actor fac. tal. posit. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tu à tali exegisti 10. Item dico, quòd illa 10. quæ exegisti, nomine meo exegisti. Itẽ dico, quòd illam exactionem habui ratam. E cõtrà Re-
10 us fac. tal. posit. POSITIO REI. † Ego dico, quòd die quo dicis, quòd exegi, ego fui absens: si istud cõfitebitur Actor, succumbet: vt dictum est in prima. Item dico, quòd 10. quæ exegi, meo nomine exegi: si confitebitur Actor, succumbet: quia nõ fuerunt exacta nomine tuo. Item dico, quòd illa 10. quæ tu dicis me exegisse, exegit Titius. In hac autem actione ita cõcipitur libel-
11 lus. † LIBELLVS. Vobis Dom. &c. conque. ego R de M. qui à Ioan. nomine meo 10. exegit, & illam exactionẽ ratam habui, ideò cõtra ipsum ago, quòd illa 10. mihi soluat: propono act. neg. gest. Quod ita rectè cõcipiatur libellus, dicitur ff. eo. l. si pupilli. §. item quæritur. OPPOSITIO. Sed opponitur, si aliquis exigat, qui iuri nostro nõ est subditus, nihil nobis acquirere potest, vt ff. de act. pig. l. solutum. §. per liberam. & C. per quas per so. nobis acqu. l. 1. ergò quomodò hic extraneus exigendo etiam nomine nostro etsi ratum habemus, nõ potuit nobis actio quæri. Respon. duobus modis. Primò, quòd circa pecuniam est casuale: quòd per aliam personam nobis quæratur actio, siue illa credatur nomine nostro. vt ff. si cert. pet. l. singularia. & C. si cert. peta. l. si absentis. siue exigatur nomine nostro, vt dictũ est: vel alias nõ acquiritur tibi actio per istam liberam personam, sed per eius ministerium: sicut habes ff. de cõstit. pecun. l. licet. & ff. de vsur. l. si quis solutioni. §. vlt. OPPOSITIO. Item adhuc obijcitur, quomodo potuit extraneus ille exigere pecuniam nomine meo, cùm exactio dicatur fieri ab inuito. vt ff. de leg. 3. l. fideicõmissa. Resp. vel quia fuit coniuncta persona, quæ sine mandato admittitur. vt ff. eo. l. ... autem. ff. de procur. l. sed & hæ. vel fortè, quia petijt nomine meo: & ille à quo petebantur illa ... soluit. † QVAESTIO. Sed quæritur, 12
si habui ratam illã solutionem, cùm nõ possum aliquid exigere a te, quia nõ es soluendo, nunquid agam cõt. 2 debitorem? videtur quòd sic. argum. ff. de eo. per quem factum est. l. vlt. & ff. de lega. 1. l. planè. 2. Sed cõtrà credo. nam ex quo ratam habui solutionem factam nomine meo, incõtinenti fuit debitor liberatus, & pecunia fuit facta mea. vt ff. eo. l. si ego. vnde licèt ille nõ sit soluendo, tamen debitor liberatur: nam habeo actionem licèt inanem: & bonum nomen facit creditor, qui inopem debitorem admittit. vt ff. mãdati. l. inter causas.
† QVAESTIO. Item quæritur, si habui ratam solutionẽ 13
nõ meo nomine factam, an possim agere cõtra debitorem primum? Resp. secundum nos & D. Ioan. qui dicimus, quòd negotium non meo nomine gestum, nõ possum habere ratũ, nec præiudicatur mihi. vt ff. de pact. l. si cùm te. at secundum M. incõtinenti debitor liberatur, & mihi præiudicabitur.

Si aliquis est tutor vel curator alicuius, & ego gero negotia pupilli sui vel minoris, teneor actione negotiorum gestorum.

De actione negotiorum gestorum.
Rubrica.

1 *Actio negotiorum gestorum vt competat, quæ exigantur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in dicta actione & nu. 3.*
4 *Libellus in dicta actione quomodo formetur.*

EST & negotium alienum gestum cura & solicitudine: puta quando aliquis est tutor vel curator alicuius, & ego gero negotia quæ debebãt ipsi ex officio gerere: vndè habet locũ actio neg. gest. ff. eo. l. si pupilli, in prin. † Vndè ad hoc vt actio ista competat, 1
tor sũt necessaria. In primis, quòd ille fuerit tutor, vel curator, vel testamentarius, legitimus. vel datiuus Secundum, quòd gesserim negotia pupilli vel adulti illius tutoris vel curatoris. Tertium, quòd contemplatione illius gesserim, scilicet tutoris vel curatoris. vt in prædict. l. si pupilli. Vnde in hac actione Actor fac. tal.
posit. † POSITIO ACTORIS: Ego dico, quòd ... est pupillus meus, vel adultus, cuius curam ... Item dico, quòd tu gessisti negotia ipsius pupilli vel minoris. Item dico, quòd negotia ... gessisti, scilicet ... tutelæ vel ... 2
trà Reus fac. tal. posit. † POSITIO REI: Ego dico, 3
quòd ille quem dicis pupillum, habet 14. ann. si istud cõfitebitur Actor, succumbet: quia iam desijt esse pupillus pubertate adueniente. vt Instit. quib. mod. tut. fi. in fin. Item dico, quod iam est annus, quòd ille pupillus cõpleuit 14. annos. Item dico, quòd illo anno gessi negotia sua. Idem dicas in minore: si cõfitebitur Actor, succũbet: quia iã est maior, vt dictum est. In hac autẽ a-
ctione cõcipitur ita libellus. † LIBELLVS. Vobis D. &c. 4
conque ego R. de M. qui mei contemplatione gessit negotia pupilli vel adulti mei: vndè quia ex illa administratiõe vel gestiõe percepit 10. vel fortè omisit quędã quæ debuit facere, dolo vel culpa, ideò cõtra ipsũ ago, & peto illa 10. solui mihi & ad hoc propono actionẽ negotiorum gestorum. Quòd ita concipiatur libellus dicit ff. eod. l. si pupilli. siue ergò adijciatur cõtemplatione, siue nõ, habet tamen locum actio prædicta, si pupilli vel

li vel [illegible] negotia sunt gesta, vt ff. eo. l. ait prætor. §. & si [illegible].

Si aliquis credens se tutorem vel curatorem gerat negotia minoris, tenetur vtili actione negotiorum gestorum.

De vtili actione negotiorum gestorum. Rubrica.

1 *Actio vtilis negotiorum gestorum vt procedat, quot requirantur.*
2 *Positiones actoris in dicta actione. & nu. 3.*
4 *Libellus in dicta actione quomodo fiat.*

EST & alia actio quæ appellatur negotiorum gestorum vtilis, & hęc competit adulto, quando curator gerit negotia sua. Item cõpetit quando quis suspiciõe necessitatis gerit, credens se curatorem, cùm non sit. vnde locum habet vtilis secundùm P. Quod enim ista vtilis cõpetat in tali casu dicit ff. eo. l. ait prætor. §. si furiosi. & §. curatori. & C. eo. l. curatoris. Quæ
1 actio ad hoc vt habeat locum, tot sunt necessaria. † Primum, quòd aliquis fuerit curator, vel credens se curatorem. Secundum, quòd gesserit, vt C. arbitrium tu. l. quicquid. & legib. prædict. Tertium, quod gerendo omisit aliquid dolo vel lata culpa vel leui, vel aliquid apud se habeat, vt in prædicta l. quicquid. Vnde in hac
2 actione act. fac. tal. posi †POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tu fuisti curator meus. Item dico, quòd tu credidisti te esse curatorem meum. Item dico, quòd tu meus curator administrasti vel credens te meum curatorem gessisti. Item dico, quòd in gerendo omisisti talia dolo, lata culpa, vel leui. Item dico, quòd ex illa gestione est apud te valens 10. lib. Econtrà reus sa. tal. po. POSITIO
3 REI. † Ego dico, quòd tibi tantum Titius fuit curator: si istud confitebitur actor, succumbet, quia ex quo fuit Titius curator tantum: ergo non iste. Item dico, quòd plures fuimus curatores, & omnes sumus soluendo, & fuimus tempore depositi officij: si istud confitebitur actor, non poterit conuenire istum nisi pro parte sua, vt C. de proba. l. ea persona. Item dico, quòd Titius solus administrauit, & est soluendo, si istud confitebitur actor, succumbet: quia primò conuenitur qui administrauit, quam qui non administrauit, vt C. si tutor non gesserit, l. 1. & 2. & ff. de tutel. & ratio. di. l. 1. §. nunc tractemus. & C. de diui. tu. l. 2. vel esto, quòd reus administrauit dicat. Ego dico, quòd benè administraui: si istud confitebitur actor, non poterit conqueri de mala administratione. In hac autem actione concipietur ita li-
4 bellus. LIBELLVS. † Vob. D. & C. conq. ego R. de M. qui fuit curator meus, vel datus in testamento, & confirmatus legitimus, vel datiuus, vel credens se meum curatorem, administrauit negotia mea male: vnde quòd reddat mihi rationem administrationis ago contra ipsum, vel quia dolo, vel culpa sua lata vel leui commissa ab eo in administratiõe sum damnificatus in decem, vel quia ex ipsa administratione habet decem, ideò illa 10. peto: ad prædicta propono vtilem actionem neg. gest. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicit C. de negot. gest. l. curatoris. Nota quòd in hac actione ago siue sit finita administratio curatoris, siue non. vt ff. rem pu. sal. fo. l. 4. licet tutelæ non possit agi, nisi finita tutela, vt ff. de tutel. & ratio. distrahen. l. 1. in fin. & l. sed non datur.

Si tu gerens negotia alicuius, & aliquid impendisti in illa gestione, potes repetere per actionem negotiorum gestorum contrariam.

De contraria actione negotiorum gestorum. Rubrica.

1 *Actio contraria negotiorum gestorum vt competat quæ requiruntur.*
2 *Positiones actoris & Rei in dicta actione. & nu. 3.*
4 *Libellus in dicta actione quomodo formentur. & nu. 5.*

VERVM sicut domino negotiorum competit actio negotiorum gestorum in prędictis casibus: ita & ei qui gerit negotia competit contraria negotiorum gestorum propter impensas quas fecit, vt Inst. de obliga. quæ ex quasi contractu nasc. §. [illegible]. & ff. e. ti. l. 2. ideò de ea videamus, quandò in prædictis casibus
cõpetat. † Veruntamen facimus differentiam si agatur 1
hac actione contra pupillum vel cõtra maiorem: si contra pupillum inspicimus quatenus pupillus locupletior est, si agatur contra ipsum: alioquin si pupillus agat contra gestorem in solidum, compensabitur ipsi pupillo quicquid expensum est, vt ff. eo. l. ait prętor. §. pupillus. Secundum inspicitur, quòd sit locupletior tempore litis contestatæ, vt ff. eo. l. litis. sed hoc intelligas in gestione rei vtilis: alioquin in gestione rei necessariæ, nõ inspicimus tempus lit. contest. sed tantùm principium: vt si in principio erat res illa necessaria pupillo, & si habuit euẽtum aduersum, nihilominùs tenetur pupillus, vt ff. de solut. l. in pupillo. & ff. de excep. l. in pupillo. Si autem agatur cõtra maiorem, oportet quòd à principio geratur vtiliter negotium, etiam si posteà habuerit aduersum euentum, vt ff. eo. sed an vltrò. §. 1. & 2. Itẽ secundum est necessarium tam in cõtraria quæ cõpetit cõtra pupillũ, quam in ea quę cõpetit contra maiorem, quòd impensæ quæ factæ sunt, nõ sint factæ causa pietatis: nam tunc nõ possunt repeti. vt C. e. l. 1. & l. alimenta. & l. si paterno. & ff. eo. l. Nesennius. Item quòd non fuit factum paterno affectu, vt in prædict. l. si paterno. Item quòd nõ fuit amicitia. ff. eo. l. is qui. sed hoc intelligas de amicitia intima. quæ quidem paternæ assimilatur, vt dicit l. is qui. nõ intelligas de qualibet: quia alioqui nunquàm competeret actio neg. gest. semper enim negotia amici gerimus, & non inimici. vnde illa leuis amicitia nõ impedit actionem neg. gest. vt ff. eo. l. si pupilli. §. si quis seruus meus. Item quòd in illa gestione non interuenerit culpa, vt ff. e. l. si negotia. Item quòd nõ interuenit prohibitio, vt ff. e. l. si ea duobus. et C. e. l.
istum. Vnde in hac actione act. fa. ta. po. † POSITIO AC- 2
TORIS. Ego dico, quod gessi negotia tua, & spõtè te absente, vel te præsente & ignorante. Ego dico, quod per illam administrationem ego expendi in rebus illis 20. de meis bonis. Item dico quòd ego sum obligatus Titio creditori in 20. pro illa administratione, vnde illa pecunia videtur abesse gestori, vt ff. e. l. si quis mãdato Titij. §. vlt. Item ego expendi in illa 10. & à te petij, & noluisti mihi soluere: istam confessionem facit ad hoc vt dominus negotiorum deprehendatur in mora: & sic teneatur ad vsuras. veniunt enim vsuræ in contrarijs actionibus. vt ff. de vsuris. l. in contraria. & illæ quæ frequentantur in cõsuetudine regionis. vt ff. de vsuris. l. 1. & ff. mand. l. idemque. Itẽ si talis est persona, quæ fortè præsumeretur, quòd fecisset causa pietatis: dicat ita, in confessione ego dico, quòd has expensas ego redegi in codicem rationum mearum vel in quaternis meis, vel ego protestatus fui quòd faciebam istas expensas animo repetendi. si istud confitebitur reus, repetuntur impensæ cessante præsumptione, vt ff. e. l. Nesennius. & ff. de relig. l. at si quis. Item dico, quòd vtile erat tibi maiori quòd domum talem tibi reficerem. Item si est pupillus dicat: ego dico, quòd pernecessariò domum talem tibi fulsi. Item dico, quòd emi equum tibi pro 20. & erat tibi vtile, quòd emeretur, & adhuc habes equũ
illum. Econtra reus sa. ta. po. † POSITIO REI. Ego di- 3
co, quòd tu gessisti negotia patria affectione: si confitebitur actor, succumbet. Item dico, quòd in causa pietatis gessisti illud negotium, si istud confitebitur actor, succumbet, vt dictum est. Item dico, quòd domus illa quam tu refecisti erat mihi onerosa ad reficiendum: si istud confitebitur actor, succumbet, vt dictum est: quia non fuit factum vtiliter. Item dico, quòd licèt vtiliter inceperis, tamen tua culpa domus illa perijt: si istud confitebitur actor, succumbet, vt dictum est, quia non debet esse in pœna præmium, vt ff. solut. matrimo. l. si ab hostibus. Item si est pupillus, ita dicat: ego dico, quòd res illa quam emisti, fuit mihi inutilis, & res illa mortua est: si istud confitebitur actor, suc-

cumbet, vt dictum est: vel si fuit vtilis, dicat, ego dico, quòd tu vtiliter equũ illum comparasti, sed perijt ante litem contestã. si istud confitebitur actor, succumbet, cùm tempore lit. contest. non inueniatur locuplet. or. Io hac autem actione ita concipitur libel. si vis agere
4 pro eo quod soluisti pro illa administratione. † LIBELLVS. Vob. d. &c. conq. e. R. de M. cuius negotia eo absente vel etiã præsente & ignorante administraui & sponte, in qua administratione 10. de bonis meis erogaui: vnde vt illa 10. mihi soluat ago contra ipsum, & petο vsuras, quæ cucurrerunt à tempore moræ: ad præd. ita propono contrariam negot. gest. act. Si autem non expedisti aliquid de tuo, sed es alijs obligatus pro illa administratione ita concipies libel. LIBELLVS. † Vob. d.
5 &c. conq. e. R. de M. cuius negotia eo absente vel præsente & ignorãte gessi: pro qua gestione sum Titio obligatus in 10. vnde quòd ab illa gestione me liberet, ago contra ipsum: & ad hoc propono contrariam negot. gest. act. Quòd enim competat actio, vt me liberes, & agam ad factum, non vt aliquid des, dicit ff. mand. l. si mandato meo. §. quoties. Quod autem primus libellus rectè concipiatur dicit. ff. eo. l. 2. & Institu. de obligat. quæ ex quasi contr. in princip. s. oppos. Sed videtur quòd actio ista non competat, nec libellus iste sit benè conceptus. certum est quòd contraria nego. gest. non competit quando quis amicitia ductus negotia gereret alterius, vt ff. eo. l. qui. at iste qui gessit, tanquam amicus gessit: vnde non competit. Respondeo, vt dictum est superiùs in hac actione. OPPOSITIO. Item dari vel donari videtur, quòd nulla necessitate cogente concedit ar, vt ff. de do. l. 1. & l. cuius per errorem ff de regul. iur. at iste non cogebatur gerere: vnde si gessit, impensas non recuperat: quomodo ergo propono contrariam neg. gest actionem, quòd restituantur impensæ. Respond. quod opponis locum habet in eo, qui donare voluit. at hic impensas fecit animo repetendi. OPPOSITIO. Item quomodo repetuntur vsuræ iure actionis, imò deberent peti officio iudicis, vt ff. eo. l. quia. Respondeo. imò iure actionis petuntur vsuræ: quoniam ibi implorattur officium iudicis, non tanquàm principale, sed tanquàm executor vel mercenarius.

Si aliquis credẽs se tutorem, vel fingens se tutorem, gerit negotia alicuius, conueniri potest ab eo cuius negotia gessit actione protutela.

De actione tutelæ. Rubrica.

1 *Actio protutela vt locum habeat, quæ requirantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in actione protutela. nu. 3.*
4 *Libellus in actione protutela quomodo concipiatur.*

SI aliquis credens se tutorem cùm non esset, vel sciens se tutorem non esse, fingit tamen se tutorem, & gerit negotium alicuius, conueniri potest ab eo cuius gerit negotia act. protutelæ, vt ff. de eo qui pro tu-
1 to. negot. ger. l. 1. §. 1. & 2. † Quæ actio ad hoc vt locum habeat, tot sunt necessaria. Primum, quòd quis credat se tutorem, vel sciens se tutorem non esse, fingit tamen se tutorem, vt dictum est: siue sit liber, siue sit seruus nõ curo, vt ff. eo. l. 1. §. proinde. & §. si seruus. Secundum, quòd gesserit, vt dicit rubri. de eo qui pro tutore. l. 1. §. cum eo. Tertium, quòd pupillus sit ille, cuius negotium gestum sit, vt ff. eod. l. 1. Quartum, quòd omnia gesserit, alioquin si quædam gessit, & quædam non, tenetur, si alius esset gesturus: vel si sciuit non esse se tutorem, & abstinuit, nec certiorauit necessarios pupi'li,
3 vt ff. eo. l. 1. §. vlt. Vnde in hac actio. ac. fa. ra. posit. POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tu credidisti te quandoque meum tutorem esse vel fuisse. Item dico, quòd tu sciebas te meum tutorem non esse, sed tamen te meum tutorem finge[ba]s esse. Item dico, quòd tu gessisti negotia mea. Item dico, quòd ex illa ge[stione] apud te est valens C. libris. Item dico, quòd [tu] potuisti exercere, & omisisti: vnde sum affectus damno in c. lib. Item dico, quòd postquam sciuisti te non esse tutorem, tu omisisti certiorationem negotiorum pupilli. Econtrà [ve]niet
2 ra. po. † POSITIO REI. Ego dico, quod tempore [quo ille] do gessit tu eras maior 14. annis. si istud confitebi[tur a]ctor, succumbet: quia non habet locum, nisi quando negotia impuberis gesta sunt, vt ff. cod. l. 1. § si curator. Item si negotia gessi vt curator a prætore datus: si cõfitebitur actor, succumbet: quia locum habet vtilis nego. gest. vt ff. eod. l. 1. Item dico, quòd negotia tua quæ gessi, ego gessi tanquam amicus: si istud confitebitur actor, succumbet: quia locum habet act. neg. gest. vt in praio hac actione neg. gest. tractaui. Si autem non gessi iste, & vult se defendere, dicat. Ego d[ic]o, quod [ille] tius tantùm gessit negotia mea, credẽs se tutorem, quem dicis tuum esse: si istud confitebitur actor, succumbet: propter illud verbum, quod si ille tantùm gessi ergò sequitur quòd iste non gessit. In hac autem actione ita concipitur libel. LIBELLVS. Vob. d. &c. conq. e. R. de
4 M. qui tanquàm tutor gessit negotia mea, cùm non esset: ex qua gestiõe sunt C. apud eum. vel ex illa gestione me dãnificauit in C. vnde illa C. peto, & ad hoc propono actionem protutelæ. Quòd ita rectè concipiatur libel. dicit ff. eod. l. 1. OPPOSITIO. Sed opponitur cùm spiritualis actio sit edenda, non videtur spiritualis edita. nam ista verba non videntur notare proprium nomen actionis, sed adiectionem: vt in actione de peculio diximus suprà, vnde debet dicere, ago actione neg. gest. protutelæ. & ita videtur concipiendos libel. Respond. imo est proprium nomen actionis. si enim est aliquis verus tutor [de]cetur tutelæ: ita si aliquis se tutorem credat, tenetur protutelæ, sicut verus in hærede: si aliquis est hæres, tenetur vt hæres: si autem sit prohæres, tenetur pro hærede: ita quòd ista verba: protutor, prohæres, sunt vna pars, sicut bonorum possessor, vt ff. de vsuc. pro hærede. & ff. de petit. hær. l. pro hærede. Illud autem attende, quòd sicut datur protutelæ contra ipsum: ita debet dari vtilis nego. gest. contra illum qui curatorem se credit & gerit. nec videatur alicui m[i]rum quòd hic tractatur de actione protutelæ, cùm non sit tractatum de actiõe tutelæ: quia istud ideò, quia hæc est prætoria, illa ciuilis. quòd sit prætoria dicit. ff. eod. l. 1. & ideò cùm de pretorijs primo tractemus, ideò primò de ea dicimus.

Si aliquis credens se tutorem, cùm non esset, aliquid impendit in administratione pupilli, potest petere per contrariam protutelæ actionem.

De contraria protutelæ actione. Rubr.

1 *Actio contraria protutelæ actione vt competat, quot requirantur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in actione contraria protutelæ, & nu. 3.*
4 *Libellus in dicta actione quomodo concipiatur.*

QVIA sicut competit actio protutelæ quãdoq; pupillo, ita competit contraria protutelæ illi qui gessit, vt ff. eo. vlt. ideò de ea videamus. † Vnde
1 ad hoc vt competat i[l]la, tot necessaria quę diximus in actione superiori. Item quòd impensas fecerit in reb[us] illius pupilli, vt ff. de eo qui protute. l. vlt. & ff. de contrario tutelæ iudi. l. 1. §. hæc actio. Item aliud quòd protutor iste non obiecerit in modum compensationis impensas quas fecit: vel [si] compensauit, iudex non reprobauit, vt ff. eod. l. 1. §. præterea. Item illud quod impendit quod fuerit vtile pupillo: licèt aduersum habuerit euentum, vt ff. eod. l. quid ergo. §. sufficit. Item non solùm pro impensis agit: imo & pro eo quicquid abest pro pupilli negotijs: vel etiam si sit obligatus, vt ff. eod. l. vlt. Item & aliud, quòd illud quod exi[git] per contrariam protutelæ iudicium non possit exigi per aliam actionem, vt ff. eod. l. 1. §. an in hoc iudicio. Item aliud, quòd officium protutelæ sit finitum, vel etiam non finitum, vt ff. eod. l. 1. §. finito. Vnde in hac actione actor
2 fa. ra. po. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tanquàm tutor administraui negotia tua. Item ego administraui, & in ipsa administratione expendi viginti. Item

dico,

dico, quòd pro illa administratione [illegible] obligatus [illegible]
3 [illegible]. Econtra reus fa. ta. po. † POSITIO REI. Ego dico quòd tempore illo quando gerebas [illegible] ego eram maior 25. annis: si istud confitebitur [illegible], succumbet: quia non habet locum neque protutelæ neque contraria, vt in superiori actione dixi [illegible], quòd tu voluptatis causa incepisti gerere. si [illegible] bitur actor, succumbet, quia non fuit negotium vtiliter [illegible] ptum vt dictum est. Item dico, quod [illegible] confitebitur actor, succumbet, quia locum [illegible] neg. gest. sicut superiùs dixi in actione neg. gest. Item dico, quod quando egi actione protutelæ contra [illegible] voluisti mihi compensare, & index compensationem [illegible] probauit: si illud confitebitur actor, succumbet, vt ff. [illegible] od. l. 1.
4 §. præterea. In hac actione concipitur ita libel. LIBELLVS. Vob. D. & C. conq. e. R. de M. cuius bona administraui, credens me tutorem [illegible]: in qua administratione expendi 20. ideo [illegible] 20. peto per contrariam actionem tutelæ. Quòd rectè concipiatur [illegible] bel. dicit ff. de contrario iudi. tu. l. 1. OPPOSITIO. [illegible] videtur, quòd actio ista non competat. certum est quod hic erat pupillus, cuius negotia gesta sunt: quomodo potuit obligari sine authoritate tutoris? certè non: nam si obligatur saltem naturaliter obligatur, vt ff. de nouat. l. 1. § [illegible] quæ sola naturalis non prodest ad agendum, vt ff. de pact. [illegible] entium. Sed respondeo, quod obligari potuit cum authoritate [illegible] ius quasi tutoris. responsio non valet: quia cum authoritate veri tutoris pupillus ipsi tutori obligari non potest, vt ff. de autho. tut. l. 1. ita ergo respondeas & dicas, quod pupillus obligatur & etiam furiosus, & hoc propter [illegible] nem. nam vbicunque ex re obligatio venit, [illegible] obligatur pupillus & furiosus, vt ff. de act. [illegible] obliga. [illegible] leges quas inducis, loquuntur in actione personali, in qua pupillus non obligatur ciuiliter & naturaliter sine tutore: si ipse pupillus contrahat. vnde loquuntur in contractu: in quasi contractu secus, vt dictum est. OPPOSITIO. Item opponitur, actio protutelæ est personalis, quia & directa, & omnis contraria est personalis. si ergo personalis, quomodo ergo oritur ex re. Respondeo, & hoc alibi: pignoratitia [illegible] ex re [illegible], vel in litu quib. modis re contra. ob. [illegible] tamen personalis est, vt C. de [illegible] na. & [illegible] 20. §. de pignore. OPPOSITIO. [illegible] opponitur, tutor enim vel protutor, si creditor est [illegible] non protestetur ab initio, substinet [illegible] actionis [illegible], quia agere non potest. & hoc si ab initio fuit creditor. si autem fiat posteà creditor, non administrabit sine adiuncto curatore: alioquin ex illa actione non aget, vt in authen. vt hi qui per [illegible] habere, col. 9. & est posita in C. qui dari tut. pos. authen. minoris debitor. si ergo actione priuatur, vt dictum est: quomodo ergo intentabit actionem contrariam protutelæ, vel contrariam actionem tutelæ. Respondeo quod dicit authen. de eo qui si [illegible] creditor minoris [illegible] non potest agere: subau [illegible], ex [illegible] si [illegible] or: non autem si [illegible] ratione ip [illegible] administrauit, quia alioqui tutor & curator [illegible] pendant, & [illegible] fiant creditores minorum vel pupillorum: & [illegible] vel adiungi semper curator, quod [illegible] verum quia nisi in certis casibus tutorem [illegible] nec tutor nec curator datur. vt [illegible] quib. [illegible] tutor vel curator dari potest. de quibus casibus [illegible].

Si deposuisti apud aliquem res tuas causa timoris incendij, ruinæ, naufragij, seu tumultus: & ipse non vult restituere, habes actionem depositi.

De actione depositi. Rubrica.

1 *Actio depositi vt procedat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones actoris & Rei in act. depositi nu. 3.*
4 *Libelli in actione depositi quomodo formentur. & nume. 5.*

QVIA deponunt aliqui res suas aliquandò timore incendij in locum vicini tutiorem, vt fit Bononiæ, vt sæpè incendium contingit, vel causa tumultus, puta propter seditionem populi, vt apud Aretinos sæpe accidit, vel causa naufragij, vt in his qui [illegible] vadunt cum nauibus, sicut Venetijs: vel causa ruinæ quando domus aliqua minatur ruinam, sicut apud Messanam [illegible] Messanam: in omnibus istis casibus competit actio depositi, & est prætoria, ideò de ea videamus. † Vnde ad hoc vt competat tot sunt necessaria In primis, quòd aliquis illorum casuum interueniat. Item secundum, quòd res illa fuerit deposita, vt ff. depositi. l. quod tumultus. & l. 1. §. 1. & Institu. de actio. §. sequens. Tertium, quòd metus ille fuerit iustus, qui caderet in hominem constantem: alias non haberetur ratio vel æstimatio vani timoris, vt ff. de re iudica. l. si quis ab alio: in princip. ff. de damo. infect. l. in hac. §. in eadem. ff. locat. & conduct. l. habitatores. Quartum, quod ille inficietur apud quem deponitur ad hoc vt detur in duplum, alioquin in simplum datur, vt in legib. prædictis. ff. depositi. Vnde in hac actione actor faciet tales positiones. POSITIO ACTORIS. Ego † dico, quòd tali die vel nocte fuit incendium in domo mea. Item tali die sum passus naufragium, vel imminebat mihi [illegible] Item in tali die domus mea minabatur ruinam. Item tali die populus Aretinus mouebat seditionē contra me. Item in tali die sum passus incendium in domo mea. Item tali die nauis [illegible], passa fuit naufragiū. Item ego dico, quòd tali die deposui apud te res tales, putà pannos vel denarios. Item dico, quòd res tales, mihi negasti reddere, quàm petebam. Item dico, quòd iustus fuit metus illius ruinæ vel tumultus vel naufragij, vel incendij, quia domus vicina comburebatur, vt ff. ad l. Aquil. l. si quis fumo. Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet. Econtra reus fa. ta. po. † POSITIO REI. Ego dico, quòd incendium illud vel ruina vel tumultus vel naufragium fuit die tali, scilicet antequam ille posita de die suo. Si illud confitebitur actor, succumbet, quia non fuerunt depositæ illo die, quo dicebat actor, vt arg. ff. de contrahen. stipul. l. optima. Item dico, quod quandò die illa fuit ortum incēdium: tu res illas quas a me petis, & dicis te posuisse apud me, tu deposuisti apud Titium, si illud confitebitur actor, succumbet quia [illegible] quo apud Titium fuerunt depositæ, sequitur quòd non apud me, vt arg. C. de procur. l. maritus. & ff. de iud. l. cum prætor. Item dico, quod illud incendium non appropinquauit domui tuæ per quatuor domos. si istud cofitebitur actor, succumbet, vt ff. quod vi aut clàm. l. si alius. § est autem. Item dico, quod semper volui tibi restituere res illas quas apud me deposuisti. si istud confitebitur actor, non poterit agere ad pœnam dupli. Item dico, quod res illas quas apud me deposuisti, ego restitui tibi. si illud confitebitur actor, succumbet [illegible] quod potest ab illo peti. In hac autem actione concipitur ita libellus. † LIBELLVS. Vobis D. & C. conq. eg [illegible] M. apud quem deposui res tales tempore [illegible] vel ruinæ, vel naufragij vel tumultus: quas res negat se a me habuisse in causam depositi, & [illegible] reddere [illegible] vnde res [illegible] as prædictas peto [illegible] duplum [illegible] propono actionem depositi. Quod ita rectè concipiatur [illegible] probatur ff. depositi l. [illegible] § 1. & l. quod tumultus & Instit. de act. § sequens. [illegible] videtur quòd [illegible] malè con [illegible] ad pœnam [illegible] nam [illegible] ex inficiatione [illegible] depositum [illegible] non committitur, vt [illegible] punitur [illegible] in duplum, [illegible] Respon. quod non committitur [illegible] quis depositum in prædio [illegible] non committitur furtum. nam [illegible] totum pœna est [illegible] pœnas vnde non [illegible] vel alia pœna. sicut venit simp. [illegible] committit [illegible] vel [illegible] dicas ita. LIBELLVS. Vobis D. & C. conque. eg [illegible]

de M. apud quem deposui res tales, propter incendiũ, ruinam, naufragium, vel tumultum, vnde peto res illas mihi restitui per actionem depositi. & si ipse fuerit res illas inficiatus, peto res illas in duplum mihi restitui: & ad hoc propono actionem depositi nec admitto, quod quidam voluerunt simpliciter admittere, quod fieret libellus, scilicet quòd res tantùm restituantur, quasi quòd si postea negauerit post litem contest. quòd pertineat ad officium iudicis, quòd in duplum cõdemnet. arg. ff. de iud. l. solemus. vt ff. de æd. l. edi. l. ædiles. §. sciendum. OPPOSITIO. Sed videtur quod secundus libellus sit malè cõceptus, nam quilibet actor certus debet esse de iure suo, vt ff. de acq. hæred. l. cum falsum. quomodo ergo hîc sub alternatiõe proponet? Respon. hoc contingit propter responsionem illius conuenti, de quo incertus est, qualiter debeat respondere, sicut & alias ff. quorum leg. l. 1. Et est notandum, quòd ista actio depositi in his quatuor casibus est prętoria, in alijs autem ciuilis. vt ff. depositi. l. 1. Prædictis modis posset concipi lib. omnibus casibus his, qui crescunt in litem per inficiationem, vt C. de condict. indebi. l. ea quæ. sicut est actio legis Aquil. vt ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. hæc actio. sicut legatum relictum venerabili loco, si intentatur actio ex testamento, vt Instit. de actio. §. in duplum. & Institu. de obligat. ex quasi contract. §. vltim. & C. de non numer. pecun. authent. contra qui propriam.

Si vicinus tuus in agrum tuum viam publicam reiecit: tu potes agere contra ipsum actione viæ reiectæ.

De actione viæ reiectæ. Rubr.

1 *Actio viæ reiectæ vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones actorũ & Rei in actione viæ reiectæ. nu. 3.*
4 *Libellus in dicta actione quomodo concipiatur.*
5 *Actione viæ reiectæ agens, si vellet agere, vt via remoueatur, quid iuris.*
6 *Actor dicta actione agens, si egit primò contra vicinum, qui viam publicam in fundum suum reiecit, & fuit consecutus interesse an postea claudere possit.*
7 *Viam priuatam si aliquis reijciat per fundum vicini sui, nunquid actione viæ reiectæ aget.*

SI vicinus in agrum sui vicini viam publicam reiecerit, agere potest is per cuius fundum via publica facta est, actione viæ reiectæ ad suum interesse, id est, quãti interesset sua, quod via publica per fundum illius facta non esset, vt ff. de via pub. l. si in agrum. quã actionem dicunt quidam esse proprium nomen actionis: & ita est in arbore actionum in speciali circulo. & ita benè sonat actio viæ reiectæ, id est, propter viam reiectam, sicut & nomen alterius actionis. Alij dicunt, quòd non sit proprium nomen actionis, sed est adiectio, sicut de peculio est, et quod legitur in prędi. l. si in agrum. ff. de via publi. quòd datur actio viæ reiectæ, id est, propter viam reiectam datur actio, scilicet legis Aqui. vtilis, vel actio in factum, sicut & aliàs dicitur, datur actio de dolo, id est, propter dolum datur actio, scilicet mãdati. vt C. de dol. l. 1.
2 † Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. Primum, quòd viam publicam quis fecit per fundum vicini sui. Secũdum, quòd fundus ille sit vicini. Tertium, quod propter hoc damnum sit illatum illi vicino, per cuius fundum via publica facta est, sicut hæc omnia colliguntur ex l. ff. de via publ. l. si in agrum. Vnde act. facit tal. posi. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd via publica solet ire, & debet ire per tales partes. Item dico, quòd illam viam tu vicinus reiecisti, vel immisisti eam per fundum meum. Item dico, quòd per talem viam missam damnum mihi illatum est seu datum benè in c. lib. Econtrà reus fac.
3 tal. posi. † POSITIO REI. Ego dico, quòd via publica it, vel vadit, vel ire debet per tales partes. Item dico, quòd in partes illas vel fines est fundus meus. Item dico, quòd per talem viam publi. ita immissam conditio sua facta est melior: modò enim per viam & stratã publicam potes vendere mercimonia tua, & per viam transeuntibus rompereis. In hac autem actione si dicis quòd sit proprium nomen actionis, ita concipies libellum.
LIBELLVS. Vobis D. &c. conq. e. de M. qui in agrum 4
meũ viam publicam reiecit, seu immisit: propter quod interest mea in c. ne illa via ita reiecta sit. vnde illud meum interesse peto, & ad hoc propono actionem viæ reiectæ. Quod ita rectè concipiatur libellus, & ad interesse & actionem propositam dicit ff. de via public. l. penul. Si autem sis in ea sententia, quòd non sit proprium nomen actionis, retineas omnia in libello posita: & dicas ad hoc propono actionem in factum, vel vtilem Aquil. subsidiariam. OPPOSITIO. Sed opponitur quòd actio non sit benè proposita. videtur enim quòd competat ad hoc vt via reiecta moueatur, non autem ad interesse. Respondeo: imò ad interesse competit, vt dictũ est. † QVAESTIO. Quid ergo si vellet agere ad hoc vt 5
via remoueatur? Respondeo, non crederem actionem prædictam competere, sed credo, quòd posset sua authoritate claudere, ita quòd populus inde transire non possit, sicut sæpè de facto videtis. argum. ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum. §. si protectum. & arg. C. de alluuio. l. 1. † QVAESTIO. Sed quid si egit is primò contra vici- 6
num, qui viam publicam in fundum suum reiecit, & fuit consecutus interesse: nunquid postea poterit claudere, sicut dictum est. videtur quòd sic. arg. ff. de solutionib. l. Stichum aut Pamphilum. §. dolo. Contrarium credo: quia cùm ipse habuit pretium, & pretium loco rei succedit, vt ff. de petit. hæred. l. si & rem & pretium. ergo videtur fundum habere, vnde non potest remouere. † QVAESTIO. Sed illud quæritur, si aliquis reijciat 7
viam priuatam per fundum vicini sui: nunquid aget prædicta actione? Respondeo: credo vtilem locum habere, posset etiam intentare negatoriam, si est dominus fundi, vt ff. si seru. vendi. l. 5. si autem non est dominus fundi, licet forte publiciana competat, datur sibi vtilis negatoria vel publiciana, vt ff. de publ. l. si ego.

Si aliquis te compellat per metum, vt sibi rem tradas vel promittas, habes contra illum actionem quod metus causa per quam ab illa obligatione potes liberari, & rem recuperare.

De actione quod metus causa Rubr.

1 *Actio quòd metus causa vt competat, quot exigantur.*
2 *Libelli in actione quod metus causa, quomodo concipiantur cum plurib. seq.*

COMPELLIT quis aliquem per metum, qui caderet in hominem constantissimum, qui continet corporis periculum, & animæ cruciatum, vt rem aliquam sibi tradat, vel donet, vel eum ab obligatione liberet, vnde metum passo succurritur per actionem, quòd metus causa, quæ personalis est, & prætoria, & quemlibet possessorem rei persequitur, vt Inst. de acti. § sequens. & ff. eod. l. metum. §. volenti. & §. hæc actio.
† vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessa- 2
ria: quæ diximus suprà in actione vtili in rem, quæ datur similiter metum passo, confessiones actoris & Rei ibi inuenies. Verùm quia in actione personali est diuersitas sententiarum inter Pla. & dominum Ioan. scilicet verùm vtraque sententia sit diffinitiua, vel prima interlocutoria, secũda diffinitiua: quod vltimum admisit Plac. & dominus Ioan primùm. ideo diuersis modis concipiuntur libelli. Vnde secundùm Plac. concipitur libellus ita. † LIBELLVS. Vobis D. &c. conquę. ego R. de M. qui rem talem per metum mihi abstulit: vnde rem illam peto mihi restitui; & quòd mihi de dolo repromittat, ne res illa deterior facta sit, & si restituere contradicit, peto ipsum mihi in quadruplum condemnari ad prædicta propono actionem quod metus causa. Quod ita rectè concipiatur libellus, probatur Instit. de actio. §. sequẽs. & ff. quod met. cau. l. metum. § ex hoc edicto. & l. si cum exceptione §. si quis non restituit. sicut & debet fieri libellus in actione ad exhibendũ: vbi

conci-

3 concipitur libellus ita. † LIBELLVS. Peto rem talem mihi exhiberi: & exhibitam mihi vendico, vt probatur ff. ad exhibi. l. 3. & hoc admisit Pla. causa minuendarum litium, cùm sit boni prætoris lites minuere, vt ff. si certum peta. l. quidam. Domino meo, & domino Ioan. videtur, quòd vtraque sententia sit diffinitiua, & sic se-
4 cundùm eos duo fient libelli: primus ita. † LIBELLVS. Vobis Domin. &c. conqueror ego Rofre. de M. qui rem talem per metum mihi abstulit. vnde rem illam peto mihi restitui: ad prædicta propono actionem, quòd metus causa facta condemnatione, scilicet quòd restituat: si posteà restituere contradicit. Formatur alius
5 libellus in hunc modum. † LIBELLVS. Vobis domin. &c. conqueror ego R. de M. qui rem talem mihi per metum abstulit: & ad eam restituendam condemnatus restituere contradicit: vnde ipsum peto in quadruplum condemnari, ad prædicta propono actionem quod metus causa. si enim concedis quòd vtraque sententia sit diffinitiua: necesse habes concedere, quòd duo libelli dentur, cùm sit impossibile, quòd sententia diffinitiua sine libello & alijs solemnitatibus ferri possit. Tertij admittunt libellum Plac. veruntamen dicunt primam sententiam non interlocutoriam, non diffinitiuam, sed admonitoriam quandam, sicut præcedit admonitio, vt in autheot. de hæred. & fal. colum. 1. & est posita in C. de fideicommis. authen. hoc amplius. mihi tamen videtur quòd prima sit diffinitiua. quia libellus datur, iuratur de calumnia, & omnia fiunt quæ in diffinitiua exiguntur: & quia finem controuersiæ imponit, vt ff. de re iudica. l. 1. De secunda autem videtur quòd non sit diffinitiua, sed sit executio primæ: nam prima datur in restitutione simplici, quòd per metum fuit oblatum: secunda sententia datur ad pœnam, quia pœna imponitur, scilicet tripli, vt ff. eod. l. si cum exceptione. §. si quis non restituit. & §. quadruplatur. & §. quatenùs. nam si quis rem restituat, subaudi ea prima sententia, in quadruplum condemnatur, subaudi ea secunda sententia, computato primo simplo, in quo fuit per primam sententiam condemnatus. ita intelligitur l. si cum exceptione. §. 1. & §. quadruplatur. in fin. quomodo enim possunt dicere aliqui, quòd prima sententia fuit interlocutoria: imò est diffinitiua, nam & libellus datur, & lis contestatur, & iuratur de calumnia, & alia interueniunt in processu causæ, sicut & in alia diffinitiua. Item & fertur in scriptis, & finem controuersiæ imponit, & appellatur ab ea: & dantur tempora quadrimestria, sicut & in alijs diffinitiuis, vt ff. eod. l. si cum exceptione. quòd si homo. nec enim possunt dicere, quòd secunda sit diffinitiua: quia in secunda sententia non datur libellus, nec iuratur de calumnia, nec alia fiunt sicut desideratur in alia diffinitiua, nisi quod fertur in scriptis: nam qua ratione diceres istam secundam diffinitiuam sententiam, eadem ratione diceres secundam sententiam, quæ datur in realibus & in arbitrarijs, scilicet de iureiur. in lit. vel de soluendo interesse, quòd sit diffinitiua, vt ff. de rei vend. l. qui restituere. & ff. de pign. l. si fundus. §. in vendicatione. † QVAES-
6 TIO. Qualiter ergo secundùm sententiam meam concipietur libellus? Respondeo: approbo quòd concipiatur secundùm quod dixit Pla. vt suprà notaui: vel alias concipietur libellus simpliciter vt dictum est, vt rem mihi restituat, quam per metum abstulit, vt suprà dictũ est. nec faciam aliquam mentionem de pœna, nec concipiam libellum quoad pœnam, vt dixit do. Ioan. imò iudex ex officio condemnauit in illo triplo vel quadruplo illo simplo computato, in quo fuit condemnatus in prima sententia etiam nullo alio libello porrecto, sicut video in iureiurando in litem, quod interponitur loco pœnæ propter contumaciam non restituentis, vt ff. de in lit. iur. l. 1. quod iusiurãdum in litem nunquam petitur in libello. nec etiam posteà ad hoc vt libellus de nouo formetur: et tamen iudex ex officio suo condemnat, vt ff. de rei vend. l. qui restituere. de pign. l. si fundus §. in vendicatione. Formatur enim libellus ita. † LIBELLVS. Agit Titius contra Seium, à quo rem talem petit sibi restitui rei vendi. nec adijcit in libello, & si nõ vult restituere, sum paratus in litem iurare, ad quod ipsum condemnetis: hoc tamẽ habet secunda sententia, quòd licèt nec sit verè diffinitiua, per ea quę dicta sunt: habet tamen quædam similia diffinitiuæ, quia credo ab ipsa posse appellari, & quia dantur condemnato quadrimestria. OPPOSITIO. Sed libellis omnium sic opponitur: actio ista quòd metus causa in persona est, vt ff. eo. l. metum. §. volenti. quomodo cùm sit personalis, rem persequitur. Respondeo: hæc actio licèt sit in persona, tamen imitatur naturam realium, sicut ad exhibendũ, & Caluisiana, & Pauliana, & Fauiana, quæ licèt personales sint: tamen persequuntur possessores, & imitantur naturam realium. Et hæc vera sunt si vis rem quæ fuit per metum tradita auocare. Si autem velles per metum factum vel obligationem auocare, concipies ita libellum. LIBELLVS. † Vob. do. &c. conq. ego R. de M. qui per metum compulit me, vt sibi venderem, vel promitterem talem rem: vnde quòd à dicta obligatione me liberet, ago contra ipsum, & propono actionem quòd metus causa. Quod locum habeat hæc actio, siue negotium sit perfectum siue imperfectum, & etiã in obligationibus rescindendis, dicit ff. eo. l. metum. §. sed quòd prætor. & §. ex hoc edicto.

Si aliquis dolo te decipiat in contractu, siue ex proposito, siue ex incidenti, habes contra illum actionem de dolo.

De actione, de dolo. Rubr.

1 *Actio de dolo vt procedat, quæ requirantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in actione de dolo. nu. 3.*
4 *Libelli in actione de dolo quomodo formentur. & cum nu. pluribus sequen.*

QVIA hodiè temporibus nostris de dolo actio locum habet: quia vnus nititur decipere alium, & in contractibus bonæ fidei & in cõtractibus stricti iuris: ideo videamus quando locum habet hæc actio, quid autem iuris sit quando dolus dat causam contractui bonæfidei, vel stricti iuris, vel quando incidit: dic vt notatur in summa domini mei C. eod. tit. Vnde † 1
ad hoc vt actio illa competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd dolus intercessit, vel dans causam cõtractui, vel incidens in contractu: verbi gratia, dat causam contractui, quando ego nullo modo eram contracturus tecum, pro nullo enim pretio venderem codicem meũ, tu mihi tota die suadebas quòd venderem: ego semper contradicebam, tu dicebas, quòd glosulæ malæ sunt. & ita inutiles. Item Imperator veniet qui destruet codices antiquos, & faciet nouas leges. ego tali suasione inductus vendidi tibi, & tunc dolus dedit causam contractui: si est bonæfidei, ipso iure nullus est contractus, si stricti iuris tenet, dabitur actio de dolo. ff. de dolo. l. eleganter. C. de inutil. stipul. l. dolo. Potest etiam poni exemplum. C. de hæred. vel acti. vend. l. qui nondum certus. incidit in contractum quando ego venditurus fui codicem, tu mihi dissuasisti, propter quod ego minori pretio vendidi: putà, valebat 10. dedi pro 7. tunc si contractus est bonæfidei purgatur dolus vsque ad vltimum denarium per actionem ex illo contractu, vt ff. de act. empt. & vend. l. Iulianus. §. per contrarium. nisi sit contractus stricti iuris, ita dabitur de dolo. si sit quantitas maior duobus aureis. vt ff. eod. titu. l. si olcum. in fin. & l. idem. Secundum est necessarium, quòd quando dolus est incidens in contractu stricti iuris sit vltra duos aureos, licèt in contractibus bonæfidei non distinguo, vt dictum est. Tertium est necessarium, quòd ego ignorem dolum mihi committi eo tempore quando committebatur, alias non agerem: quia scienti vel volenti dolus non infertur, vt C. de transact. l. cùm donationis. & argum. ff. de aqua plu. arceo. l. in diem. Item tertium, quòd persona alias cõtra quam dolus est commissus, non sit vilis luxuriosa vel humilis, vel plebeia, cùm alius sit honestæ vitæ vel nobilis, vt ff. eod. titu. l. non debet. cum legib. sequen. Quartum, quòd licèt dolus sit commissus, quòd biennium non sit transactum, vt C. eodem titu. l. vltim. Quintum, quòd alia actio

non competat: nam si alia competit, ista nõ datur, vt ff. eo. l. 2. C. & l. de dolo. Sextum, quòd designetur certa persona, quæ dolum commisit, licèt in actio. quòd inet. causa, contra. vt ff. eo. l. sed si dolo. §. vlt. Vnde actor fac.
2 tal. posi. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tu multum suasisti mihi, quòd ego venderem tibi codicem meum, vel hæreditatem, dicendo quòd minima erat illa hęreditas, & codex ille erat inutilis. Item dico, quòd propter tales suasiones ego tibi vendidi, aliàs non venditurus: & istæ confessiones fiunt, si dolus dedit causam contractui. Si autem fuit dolus incidens, ita dicas. Ego dico, quòd cùm ego proponerem vendere codicem vel hæreditatem: tu mihi in tantũ suasisti, quòd valeret modicò, quod ego vendidi tibi pro 10. minus. Item dico, quòd codex seu hæreditas valet 40. ego vendidi pro 30. pro tuis suasionibus. Item dico, quòd credebam vera esse, quæ dicebas mihi, & de hæreditate, quòd esset modica, & etiam de pretio. Item dico, quòd sum honestæ vitæ & nobilis. Item dico, quòd est annus iam quòd hæc facta fuit. Econtra reus facit talea posi-
3 tiones. † POSITIO REI. Ego dico, quòd tu eras venditurus codicem seu hęreditatem alias: si istud confitebitur actor, succumbet, nec poterit dicere dolum dedisse causam contractui. Item dico, quòd res quam vendidisti, venderetur pro decem communiter apud omnes homines: si istud confitebitur actor, succumbet: ex quo non posset plus haberi. Nam res valet tantùm quantùm vendi potest, vt ff. ad l. Falcid. l. pretia. & ff. de donat. causa mort. l. mortis causa. Item dico, quòd tu sciebas ea quæ tibi suadebam: si istud confitebitur actor, non poterit conqueri de dolo, quia scienti & volenti non infertur dolus. Item dico, quòd tota deceptio non excedit viginti solid. Item dico, quòd nobilis sum & legalis homo. Item dico, quod tu es mercator & aleator: si istud confitebitur actor, succumbet: & nõ habet actionem de dolo, vt suprà dictum est. Item dico, quòd actionem ex vendito habes ad recuperandum tuum interesse: si istud confitebitur actor, succumbet, vt suprà dixi. veruntamen huic positioni iuris non tenetur reus respondere. Item dico, quòd iam est triennium elapsum, quòd nec venditio facta fuit: si istud confitebitur actor, non habet actionem de dolo, cùm tempora sint elapsa, vt C. eod. titu. l. vltim. In hac actione
4 concipitur ita libellus. † LIBELLVS. Vobis D. &c. conqueror ego R. de M. qui me dolo induxit vt sibi venderem codicem meum vel hæreditatem: vnde quia sibi vendidi, peto contractum ipso iure rescindendum: & ad hoc propono actionem de dolo. Quòd enim contractus sit ipso iure nullus dolo dante causam contractui bonæfidei, dicit ff. eod. l. eleganter. in princip. OPPOSITIO. Sed probo apertè, quòd libellus iste nullo modo potest stare: si enim propter dolum dantem causam contractui, ipso iure contractus nullus est, ergo non potest rescindi: quod enim ruptum est semel, vlteriùs rumpi non potest, vt ff. de iniusto & irrito facto testamento. l. nam & si sub conditione. Respondeo: verum est quod opponitur, quia libellus est malè conceptus: vnde dicas ita dolo dante causam contractui, aut statum est in finibus contractus bonæfidei, aut vltra processum est, scilicet ad traditionem, si statum est in finibus: tunc nullus libellus necessarius est, quia ipso iure actor, nullam habet actionem, si autem sit vltra processum, quia res est tradita: tunc res recuperatur
5 per actionem de dolo, & concipitur ita libellus. † LIBELLVS. Vobis dom. &c. conqueror ego R. de M. qui me dolo induxit, quòd venderem sibi codicem meum, aliàs non venditurus, & illum codicem sibi tradidi. vnde vt illum codicem mihi restituat, ago contra ipsum: & ad hoc propono actionem de dolo. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit ff. eod. l. eleganter. in princip. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur quòd habeat locum actio de dolo, nam habet locum ex vendito. vt ff. de action. empt. l. Iulianus. §. per contrarium. si habet locum ex vendito, non habet locum de dolo, vt ff. de in integr. restitutio. l. penultim. & ff. de dolo. l. 1. & C. de dolo. l. de dolo. Respondeo: lex illa locum habet, scilicet ff. de actio empt. quando dolus incidit in contractum, & tunc locum habet ex empto, & cessat de dolo. At quando dolus dat causam contractui, cùm contractus sit ipso iure nullus, nullam actionem parere potest. OPPOSITIO. Sed oppones: nam contractus est nullus, & datur tamen actio. vt ff. de acti. empt. l. ex empto. §. his qui vina. Respondeo: ibi contractus aliquis fuit ab initio, licèt fuerit rescissus ex post facto, vnde non videtur nullus fuisse, qui nititur primordio veritatis, vt ff. de legat. 1. l. cùm filius. §. hæres. OPPOSITIO. Item opponitur adhuc: actio de dolo personalis est, quomodo ergo datur ad rem persequendam? Respondeo: hoc etiam in alijs inuenies, vt in actione commodati & depositi: quæ licèt personales sint, tamen rem prosequuntur, & ita concipitur libellus, si dolus dat causam contractui: sin autem dolus incidit in contractum bonæfidei, tunc nõ proponitur libellus, vt dictum est, sed ita.
LIBELLVS. † Vobis D. &c. conqueror ego R. de M. qui 6
cùm proponerem vendere codicem pro 20. ipse dolo suo incidente contractui me decepit in duobus denarijs, ideo vt illos denarios mihi det & soluat, ago contra ipsum, & ad hoc propono actionem ex vendito. Quòd ita rectè concipiatur libellus etiam pro minima quantitate dicit ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. per contrarium. Si autem incidat in contractum stricti iuris, tunc si quantitas est vltra duos aureos, dabitur actio de
dolo. Et sic concipies libellum. LIBELLVS. † Vobis D. 7
&c. conqueror ego R. de M. qui in promissione quam sibi feci, decepit me in tribus aureis: vnde actione de dolo ago contra ipsum, vt prædictam quantitatem mihi restituat. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit C. de inuti. stipula. l. dolo. Si autem det causam contractui stricti iuris, tunc tenet contractus: sed obstat exceptio, & si processit ad traditionem locum habet actio de dolo, & concipiatur libellus similiter sicut suprà. Hæc actio de dolo arbitraria est, sicut & superior: & in ea iuratur in litem, & sic duo libelli vel vnus, secundùm quod superiùs diximus, concipiuntur. Quòd enim sit arbitraria, dicit ff. de dolo. l. arbitro. & quòd iuretur, dicit ff. de in litem iurand. l. videamus. §. in actione.

Si aliquis rem tuam auferat tibi, & tu eum in ea delicta deprehendas, habes contra illum actionem furti manifesti.

De actione furti manifesti. Rubr.

1 *Actio furti manifesti vt competat, quæ exigantur.*
2 *Positiones actoris & Rei. cum plurib. seq.*
6 *Libelli in actione furti manifesti quomodo concipiantur nu. 7.*
8 *Actione furti manifesti ciuiliter & criminaliter agi potest.*
9 *Actione furti manifesti an in eodem libello & ciuiliter & criminaliter agi possit.*

QVIA actio furti est prætoria, vt Instit. de noxal. lib. & de perpet. & temporal. actio. §. furti autem manifesti. licet actio furti nec manifesti sit ciuilis. vt Instit. de noxal. actio. §. sunt autem. de hac dicemus infra in tractatu ciuilium: videamus ergo quan-
do actio ista furti manifesti competat. † Et ad hoc vt a- 2
ctio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd res sit aliena. Secundum, quòd res illa contrectetur, & dolo. Tertium, quòd ipsa contrectetur contra voluntatem domini. & hæc tria probatur ex definitione ipsius furti. Furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino fraudulosa, vt Instit. de obliga. quæ ex malefi. ori. §. furtum. & §. in summa. & ff. eod. l. 1. quæ omnia si vis diligenter prosequi, dic vt notatur in summa do. mei. tit. C. Quartum est necessarium, quòd ille qui vtitur re illa, sciat se vti contra domini voluntatem: alioquin si credat dominum permissurum, etsi falsò, excusatur tamen à vitio furti. vt Institu. de obligatio. quæ ex delict. nasc. §. pœna manifesti. in fine. & ff. eod. l. inter omnes. §. rectè. Qualiter autem quis vtatur contra domini voluntatem quæritur. Respondeo, plura exempla ponuntur

nuatur Instit.eod.§.pœna,& ff. eod. titul. Et intelliga-
mus voluntatem domini contrariam, nisi probetur,
quod dominus consensit. vt ff. eod. l. qui vas. §. vetare.
Quintum est est necessariũ, quòd is qui agi furti, inter-
sit ipsius ex honesta seu iusta causa rem illam saluam
esse. vt ff. eod. tit. l. is cuius. & Instit. eod. tit. §. furti au-
tem actio. Sextum est necessarium & præcipuum in hac
actione, quòd fur deprehendatur, antequam perueniat
ad locum destinatum: perueniat eo die dico, quo fur-
tum factum fuit. Quid enim si volebat ire in Hispaniã
cum re illa, & hodie deprehendatur in Tuscia, vbi fur-
tum factum fuit, sufficit. vt ff. eod. l. fur est manifestus.
& l. sequen. vel etiam quod videatur, quando rem illã
asportauit: nam si videatur antequam perueniat ad lo-
cum destinatum, fur manifestus est. vt Instit. eod. §. ma-
nifestus. nec distinguo à quo deprehendatur, vel vide-
atur: vel vtrùm de loco publico an priuato: vt dicunt
leges allegatæ. & ff. de vsur. l. si quis solutio. §. mora. Se-
ptimum, quòd res sit mobilis. vt Instit. de vsucap. §. fur
tiuæ. Hæc sufficiunt si agatur contra illum, qui furtum
dicitur principaliter commisisse. Si autem contra illũ,
qui præstitit opem, vel auxilium, & ista sunt necessa-
ria. Et octauum scilicet, quòd præstiterit opem vel con
silium. vt ff. eod. in furt. acti. & Instit. eod. §. ope & consi
lio. Nec obstat, quòd in eodem §. dicitur, quòd qui dat
consilium non tenetur: subaudi quando ille aliàs erat
facturus furtum, vt ibi: aliàs tenetur quis furti, etsi so-
lùm consilium dedit. vt ff. eod. in furt. acti. §. consilium.
Sed licèt quis dedit consilium vel opem: non tamen cõ
ueniri potest furti manifesti actione, sed nec manife-
sti. vt ff. eod. l. is qui opem. Et quòd diximus de eo qui
opem præstat, quòd tenetur: intelligas quando sciebat,
cuius rei gratia opem præstabat. vt Instit. eod. §. ope. in
fine. Vnde in hac actione actor facit tales posi. POSITIO
2 ACTORIS.† Ego dico, quòd codex ille meus est, vel in-
terest mea illum codicem habere ex honesta causa: pu-
tà, commodati, vel depositi: vel quia fui formator, vel
farcinator, vel fullo illorum vestimentorum. Item di-
co, quòd tu illum codicem, vel illa vestimenta contre-
ctasti. Item dico, te contrectasse illa vestimenta, vel il-
lum codicem in alium vsum quam dominus esset per-
missurus vel concessurus. Item dico, quòd concessi tibi
rem illam, vt vtereris vsque ad Florentiam: & tu fuisti
vsus vsque ad Are. in hoc casu si confitebitur reus, suc-
cumbet: licèt dicat, ego credidi dominum permissurũ.
vt ff. eod. tit. l. qui iumenta. & ff. de cond. caus. dat. l. pe.
ex quo enim ad certum vsum rem tibi concedo, vel ad
certum locum: & tu vteris alio modo vel ad alium v-
sum, scire debes, vel scis te vti contra meam voluntatẽ.
Item dico, quòd deprehendi te cum re tali, antequam
peruenires ad illum locum, quo venire debebas: vel a-
lius te apprehendit. Item dico, quòd vidi, vel talis, pu-
tà Titius, te codicem illum meum deferentem, ante-
quam peruenires ad locum destinatum, scilicet ad illũ
locum, quo ire volebas illo die: istæ confessiones fiũt
si agatur furti manifesti, cõtra illum qui commisit fur-
tum. Cæterùm contrà illum qui præstitit consilium vel
3 opem, tales fac. posit. POSITIO ACTORIS.† Ego di-
co, quòd tu suasisti Titio, vt codicem meum mihi sub-
traheret, vel furaretur. Item dico, quòd tu sciebas Titi-
um velle mihi codicem subtrahere. Item dico, quòd
præstitisti sibi opem apponendo schalas circa parietẽ.
Item dico, quod Titius est ope tua mihi furatus codi-
cem meum. Ecõtrà reus facit tales positiones. POSITIO
4 REI. Ego dico, quòd codex ille, quem dicis subtractum
à Titio, Sempronij est. Item dico, quod codex ille tem-
pore illo quando fuit amissus, fuit commodatus Sem-
pronio, vel apud eum depositus, vel sibi pignori obli-
gatus: si istud confitebitur Actor, absoluetur Reus:
quia ammodò cum sua non intersit, actionem furti nõ
poterit intentare, sicut dictum est. Item dico, quòd tua
voluntate fui vsus codice illo, vel vestimentis illis. Itẽ
dico, quòd credidi te permissurum mihi, quòd vterer
illo codice, vel vestimentis illis. Item dico quod esto,
quòd animo cõtrectandi illum codicem acceperim: ta-
men sine apprehensione alicuius vel visu primo ad lo-
cum destinatum perueni: si illud confitebitur actor, ex
cusabitur reus à pœna quadrupli: quia in duplo erit cõ
demnatio: vel quod verius puto, fiet absolutio prop-
ter inceptam actionem. vt ff. si agrimen. falsum modum
dixerit. l. i. & extr. de confirm. vtil. vel inutil. c. exami-
nata. in fi. Istæ confessiones fiunt, si conueniatur aliquis
quòd furtum fecerit. si autem quia præstiterit opem,
vel consilium: dicat ita. POSITIO REI.† Dico, quòd Ti- 5
tius qui fecit furtum, aliàs erat facturus etiam sine con
silio meo. Item dico, quòd ignorans præstiti opem, quã
do ille Titius dicitur, quòd fecit furtum. In hac autem
actione concipitur ita libellus, si vis agere ciuiliter ad 6
pœnam quadrupli. LIBELLVS.† Vobis domino, &c.
conqueror ego R. de M. qui codicem meum mihi sub-
traxit, vel furatus est: & antequam cum illo codice per
ueniret ad locum destinatum, scilicet quo ire volebat,
fuit deprehensus vel visus cum illo codice à me, vel Ti
tio, vel ab aliquo: vnde mihi peto ipsum in quadruplũ
condemnari, & ad hoc propono actionem furti mani-
festi. Quod ita rectè concipiatur libellus dicit Instit. e.
tit. §. manifestus. & ff. eod. tit. l. fur manifestus. OPPOSI-
TIO. Sed opponitur in eo quod dicitur in libello depre
hensus vel visus ab aliquo: quid operatur illud? esto
quod sit, nunquam tamen posset mihi actio quæri: quia
excepta causa possessionis nihil nobis acquiritur per
procuratorem. vt C. per quas personas nobis acquiri.
l. i. Respondeo, benè quæritur mihi actio, non per il-
lum, sed per ministerium illius. vt ff. de vsur. l. si quis so
lutioni. §. mora. Si autem velles criminaliter agere ex
furto commisso, concipies ita libellum. † LIBELLVS. 7
Coram vobis domino, &c. conqueror ego Rofred. Be-
neuentanus, Iuris ciuilis professor de t. anno domini-
cæ incarnationis 1157. mense Maij. 10. die. intrante, reg-
nante domino F. Romanorum dignissimo Imperatore,
& accuso, & defero Reum, scilicet Titium: qui codi-
cem meum quem habebam in domo mea posita in ciui
tate Pistor. ipse per furtum subtraxit tempore vestræ
potestariæ in mense Aprilis, & antequam ad locum de-
stinatum perueniret, ego ipsum apprehendi, vel vidi,
vel alius: vnde peto ipsum criminaliter condemnari,
& puniri, cùm intersit Reipublicæ ne malefícia rema-
neant impunita: & subscribo me istum libellum dedis-
se, & pœnam calumniæ subiturum: si in probatione de
fecero. Quod ita rectè concipiatur libellus, dicit ff.
de accusat. l. libellorum. Quod etiam in priuatis cri-
minibus sic concipiatur libellus: & sit facienda sub-
scriptio: & etiam pœna calumniæ imponatur, di-
cit ff. de furt. l. vltim. Quæ autem pœna imponitur?
iure Romano extraordinariè coercetur: quià nihil ab-
scinderetur, sed aliter castigabitur. vt in authentic. vt
nulli iudic. lic. hab. loc. ser. colum. 8. & est posita in C.
de ser. fugitiuis. authen. sed nouo. iure tamen longobar
do si agitur tantùm furti ciuiliter, non facta differen-
tia sit manifestum, vel nõ, imponitur pœna ciuilis in o-
ctoginta libr. aliàs in octo gilis. & sic re computata
fiet condemnatio in nonum. Sic igitur criminaliter
pro primo furto amittit oculum, pro secundo nasum:
pro tertio suspenditur seu moritur. & ita multæ ciui-
tates seruant de facto, sicut & Bononia: vt in Longo-
bardia, de furt. l. 2. & 3. & l. si quis per perditorem. l. si
quis aurum. & l. si quis latro. de vno furto. Hodie ta-
men ciuitates Tusciæ & Lombardiæ, & etiam Bene-
uentanæ, & vbique ferè istud seruatur: quòd si de cri
mine agitur criminaliter vel ciuiliter, nunquam fit
talis libellus: sed simpliciter accusatio per iuramen-
tum accusatoris: & sic describitur postea in quater-
no communis. Talis suo sacramento accusat talem, &
sic libellum non faciunt interuenire: & faciunt iura-
re præcisè, scilicet ita esse: sed licet non detur libel-
lus, tamen si criminaliter agitur, omnia debent serua-
ri in sacramento, quæ diximus in libello debere
seruari. QVAESTIO. † Sed illud quæritur, an pos- 8
sit agi ex crimine ciuiliter, & criminaliter: dicimus
quod sic. vt C. quando ciuil. actio. præiudic. criminali.
l. vnic. & ff. de furt. l. vlt. reprobata P. sententia: qui vo-
luit dicere, quod in priuatis nõ posset agi nisi ciuiliter

vel criminaliter tantùm.vt ff.de furt.l.interdum.§.qui
furum,& C.netur.vel cura.vec.con. ficut de hoc notat
dominus meus in summa, C. quando ciuilis actio præ-
9 iudicat criminali. QVAESTIO. † Sed nunquid potest
in eodem libello vtraque via agi & ciuiliter & crimi-
naliter. Respondeo:non credo,quia interim donec agi
tur ciuiliter,non potest agi criminaliter: quia intenta-
ta vna fit interim præiudicium alteri per aliam.vt ff.vi
bonor.raptor.l.prætor ait,§.ex hoc edicto.

Si nauta, caupo, stabularius, vel aliquis de eorum familia furto tibi res subtraxit, habes contra eos furti actionem in duplum.

De actione furti aduersus nau.caup. stab.
Rubrica.

1 *Actio furti aduersus nautas, caupones, stabularios, vt procedat, quot sint necessaria.*
2 *Positiones Actoris & Rei in dicta actione, nu.3.*
4 *Libelli in dicta actione quomodò concipiantur.*

EST & alia actio quæ ratione cuiusdam furti com-
petit,quæ vocatur in factum : & est in duplum re
computata:putà,si aliquid mihi surripitur à nau-
tis,cauponibus,stabularijs,vel ab aliquo libero homi-
ne,cuius opera vtebatur nauta,caup.& stabularius, &
competit in duplum.vt ff.eod.l.1. hanc autem approba
uit dominus Ioan.esse prætoriam, cùm eam in numero
prætoriarum posuerit. veruntamen videtur, quòd sit
ciuilis:nam omnis actio est ciuilis,nisi inueniatur præ-
toria,vt ff.de orig.iur.l.2.in fin.primæ colum.sed certè
prætoria est.vt ff.eod.l.1.in fin.primi responsi. & quod
dicit rubr.furti aduersus nautas, noli intelligere quòd
tractetur ibi de actione furti manifesti:sed ita expone,
furti aduersus naut.id est,de actione in factum,quę est
in duplum, & prætoria, quæ datur aduersus nautas,
1 propter furtum factum.Vnde ad hoc,† vt actio ista cō-
petat,tot sunt necessaria.In primis, quòd ille qui rece-
pit merces sit nauta,caupo,vel stabolarius.vt ff. eo.tit.
l.1.in princip.& in rubr.Secundum,quòd ille res intro
misit,qui conqueritur illas amissas.Tertium,quòd fur-
tum sit factum vel ab exercitore, vel sua ope & cōsilio,
vel alicuius eorum qui in naue erant causa nauigandi.
Quartum est necessarium,quòd naut.caup.& stab.non
susceperit custodiam rerum. hæc omnia probantur ff.
furt.aduersus nau.l.1.§.1. Item & quòd furtum sit factū
ab his,qui habitandi causa sunt cum caup.vel stab. si e-
nim à viatoribus,vel ab his qui vehuntur in naue factū
fuit,tunc non tenetur exercitor prædicta actione , sed
alia in factum,de qua infrà dicemus.Si autem fiat fur-
tum à prædictis personis,quas secum habet: tunc prin-
cipales personæ tenentur furti,exercitor autem actio-
ne in factum ex illo edicto,nau.cau.vel stab. vt recepta
restituant:& tenetur exercitor nau.caup.& stab. ista a-
ctione in factum,quæ est in duplum nomine furti, hæc
probantur ff.eod.tit.l.1.§.1.& 2.vlt.& pen. ff.nau.caup.
stab.licet.§.in factum.Item,quòd certa designetur per-
sona,quæ dicitur furtum commisisse.vt ff.eo. tit. licet.
§.in factum. Vnde in hac actione actor facit tales posi-
2 tiones.POSITIO ACTORIS.† Ego dico , quod anno
tali,& die tali , & mense tali tu eras nauta vel exerci-
tor nauis , eras caupo vel stabularius , & in domo tali.
Item dico,quòd illo anno,mense,& die,ego intraui na
uem illam,cuius eras nauta , vel cuius eras exercitor,
vt irem vltrà mare. Eo die,anno , & mense intraui cau.
vel stab.vt hospitarer apud te.Item dico,quòd illo die
immisi merces meas in naue illa cau.vel stab.quæ mer-
ces tales fuerunt. Item dico,quòd illas merces quas e-
go immisi in naue caup.vel stab.subtraxisti:vel aliquis
qui erat in naue causa nauigandi:putà , Titius , vel qui
erat tecum causa inhabitandi in stabulo , vel in caup.
Item dico,quod res illæ erant sub mea custodia & meo
periculo:hanc confessionem facio, si furtum fiat ab exi
stente in naue,caup.vel stab. Cæterùm, si ab ipso naut.
caup.vel stab. vel exercitore,non est necessaria illa cō-
fessio. Econtrà reus facit tales positiones. POSITIO
REI. † Ego dico,quòd illo anno , mense , & die Titius 3
erat nauta,vel exercitor nauis: si istud confitebitur A-
ctor,absoluetur Reus:quia sequitur quòd iste qui con-
uenitur non fuerit,& ita absoluitur.Item dico,quòd a-
more Dei te misi in nauim,vt transires vltrà mare cum
pauper esses: si istud confitebitur actor,succumbet : ex
quo enim pauper erat , & nihil habebat : ergo merces
non intulit. Quia cantabit vacuus coram latrone via-
tor.& eius periculo nihil est:qui nihil habet. ff.de for.
l.itaque.Item dico,quòd illas merces quas intulisti : e-
go naut.vel caup.vel stab. suscepi sub meo periculo &
custodia,si istud confitebitur actor,non habebit actio-
nem furti,cùm res non sit eius periculo , & sua non in-
tersit,vt supradictum est. Item dico , merces illas tibi
sublatas à viatore , vel à vectoribus : si istud confitebi-
tur actor,succumbet:quia non tenebitur reus,vt suprà
dictum est. In hac actione concipitur ita libellus. LI-
BELLVS.† Vobis domino conqueror ego R.in cuius na 4
ue,caupona,vel stabulo , res seu merces intuli seu im-
misi:quæ res mihi surreptæ sunt à tali,vnde contra cau
ponem ago actione in factum ex illo titu.furti, aduer-
sus naut.caup.& stab.vt recepta restituant : & peto du-
plum per prædictam actionem,& hoc quando ago con
tra nautam,cauponem,vel stabularium.Si autem vis a-
gere contra illum,qui surripuit,potes:vt ita dicas. LI-
BELLVS. † Vobis domino , &c. conqueror ego R. de 5
M.qui merces seu res,quas intuli seu immisi in nauem
vel caupo. vel stab.Titij , res illas seu merces ipse mihi
subtraxit. vnde nomine prædictarum mercium in du-
plum ago contra ipsum , & ad hoc propono actionem
furti manifesti,vel nec manifesti: ex illo titu. furti ad-
uersus nau.Quod in vtriusque persona rectè concipi-
tur libellus,dicit ff.eod.tit.l.vnic. Sed quæritur circa
primum libellum, quomodò in factum potest agi con-
tra naut.caup.vel stab. propter furtum commissum ab
his quos secum habent : cùm peccata tantùm suos de-
bent tenere authores, nec vlteriùs progrediatur pœna
quàm inueniatur delictum.vt C.de pœnis. l.sancimus.
cùm etiam maritus propter vxoris delictum,& econuer
sò non teneatur.vt C.ne vxor pro mari.l.2.Respondeo:
verum est quod opponitur de iure communi. At in ca-
so isto vbi familiaris meus committit delictum,ego te-
neor in solidum nomine illius delicti. vt ff.si serui.ven
dice.l.is cuius.& ff.de vi & vi arma.l. 1. in princ. & ra-
tio redditur:ideò tenentur,quia vtuntur operibus ma-
lorū hominū:& quia tota die se non abstinent ab huius
modi fraudibus,& ideò , vt compescatur eorum mali-
tia,istud inductum fuit,vt ff.eod. tit. l. vna. & ff.naut.
caup.stab.l. 1.& l.3.§.is.

Si nauta, caupo, vel stabularius res quas immisisti in nauem, caup. vel stab non restituerit, sed fortè dicit eas amissas, tenetur actione in factum ex illo edicto nautæ caup. stabu. vt recepta restituant.

De actione in factum ex illo edicto nautæ caup.
stabul.vt re.resti. Rubric.

1 *Actio in factum ex edicto, nautæ caupones, &c. vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones Actoris & Rei in dicta actione, nu.3.*
4 *Libellus in dicta actione quomodò formetur.*
5 *Furatus si aliquis fuit aliquas res, quare nauta, caupo, vel stabularius teneatur.*
6 *Actione furti & actione in factum, an aduersus nautam, cauponem vel stabularium agi possit.*
7 *Actio furti manifesti, quæ actio esse dicatur.*
8 *Actio prætoria in factum quæ ad interesse competat, quæ actio.*

QVia adhuc etiam propter furtum factum ab his,
qui sunt in naue,caupona vel stabulo,vel etiam
propter res amissas competit alia actio in fa-
ctum,quæ quidē est prætoria, & in simplum tantum cō
petit,& cōtinet rei persecutionē. Secunda ex quasi ma-
leficio & in duplum competit,cōputata rei persecutio-
ne.vt

ne. vt ff. nau. cau. stab. l. 3. §. vlt. & l. vlt. §. hæc actio. & ff.
furti aduersus nau. cau. stab. ideò de illa videamus: li-
cèt in arbore domini Ioan. nihil de illa tractatum sit.
1 Quę † actio ad hoc vt competat, tot sunt necessaria. Pri
mò, quòd ille sit nauta, caup. stab. Secundò, quòd res im
miserit in nauem cauponam vel stabulum. vt ff. eod. l. 1.
Tertium est necessarium, quod res illas receperit sal-
uas fore nau. caup. vel stab. vt ff. e. l. 1. Quid contineatur
appellatione nautæ, dicit ff. e. l. 1. § qui sunt igitur. vide
tur autem recepisse, siue expressim: putà, quod sibi assi-
gnatæ sint siue in nauem immissæ, vel si in littore, vel
in caupona, vel stab. vel coram. vt ff. eod. tit. l. 1. §. vltim.
& l. & ita, in princip. Et istud præcipuè consideramus
in hac actione in factum, quæ oritur ex quasi contractu
& in simplum: adeò quod dicit dominus meus, quod e-
tiamsi eo ignorante res illæ immissæ sint, quòd tenea-
tur naut. cau. vel stab. imò ita demum tenetur si sciente
eo. vt argum. ff. locati & condu. l. cum in plures. §. loca-
tor. & argu. ff. de iure dot. l. si ego. §. vlt. & arg. ff. de vsu-
cap. sequitur. §. tunc. Ideò & quartum est necessarium,
scilicet quod eo sciente merces sint illatæ. Vnde in hac
2 actione actor faciat tales positiones. POSITIO ACTO-
RIS. Ego dico, quòd tu fuisti nau. cau. vel stab. tali anno
mense vel die. Item illo die, anno, mense, ego immisi
merces tales in tua naue naut. caupo. stabu. Item dico,
quòd res illas tu recepisti. Item dico, quòd te sciente immisi
res illas in nau. caup. vel stab. Econtra reus faciat tales
3 positiones. POSITIO REI. † Ego dico, quod Titius fu-
it naut. caup. vel stab. tali anno, mense, & die: si istud cō
fitebitur actor, succumbet, vt suprà dixi. Item faciat
alias positiones, vt suprà dixi. Item dico, quòd
prædixi cuilibet, vt res suas custodiret, & vos conces-
sistis, si istud confitebitur actor, succumbet. vt ff. eod. ti
tu. l. debet. §. 1. Item dico, quòd quando immisistis res
tales seu merces, ego eram absens: si illud confitebitur
actor, succumbet. quia præsumitur ignorare, nisi pro-
betur scientia. vt ff. de administra. tuto. l. hoc autem, &
ff. de proba. l. verius. In hac autem actione ita concipie
tur libellus. LIBELLVS. Vobis domino, &c. conqueror
4 ego R. de M. in cuius naue caupo. vel stabulum immisi,
vel intuli eo sciente merces tales, quas ipse nauta, cau-
po, vel stabular. vel alius abstulit vel subtraxit mihi,
putà talis, vndè quòd res illas restituat ago contra ip-
sum, & ad hoc propono actionem in factum ex illo edi
cto, nau. caup. stabular. Quod ita rectè concipiatur li-
5 bellus dicit l. ff. eod. titu. l. 1. QVAESTIO. † Sed quæri-
tur quare si alius fuit mihi furatus res illas, tenetur nau.
caup. vel stabu. Respondeo, sicut in superiore actione
6 notaui. QVAESTIO. † Sed illud quæritur an possit agi a-
ctione furti, & actione in factum. Respondeo non, vt
ff. eo. l. 3. §. vltim. & quare cum vna sit persecutoria pœ-
næ, & alia Rei. dominus meus ibi rationem assignat:
quia si loqueris de actione furti nec manifesti, cùm il-
la sit ciuilis, & ista in factum prętoria, electo auxilio iu
ris ciuilis, videtur contemptum auxilium prætoris: &
7 econuersò. vt ff. de minor. l. si filius. † Si quæris de actio
ne furti manifesti, cum illa sit prætoria, sicut ista. Re-
spondeo: ideò quia actio furti est auxilium commune,
actio in factum est auxilium speciale: vnde quis eligē-
do commune videtur contemnere speciale & econ-
8 uersò. † Illud enim nota, quòd in hac prætoria in factū,
quæ ad interesse competit, & datur in simplum, & ori-
tur ex quasi contractu propter recepta, tenetur nauta
caupo. vel stabularius siue res illæ amittantur per illos
qui sunt in naue caup. stabu. siue etiam per viatores. vt
ff. e. l. 1. in fin. & l. 2. & 3. in princip. In ista autem actione
in factum, quæ est prætoria, & in duplum, quia vnum
simplum est rei persecutio, aliud pœna, & oritur quasi
ex maleficio, non tenetur exercitor. vt ff. naut. vel cau.
vel stabu. si viatores vel iter agentes res illas subtra-
hant. vt ff. furt. aduer. nau. l. vnic. in princ. & in fin. & ff.
nau. cau. l. licèt. §. in factum.

*Si tu corrupisti seruum alicuius, teneris actione serui cor-
rupti.*

De actione serui corrupti. Rubrica.

1 *Actio serui corrupti vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones Actoris & Rei in actione serui corrupti, & nu-
me. 3.*
4 *Libellus in actione serui corrupti quomodo fiat.*
5 *Actio quæ detur pro homine libero corrupto.*
6 *Interesse in actione serui corrupti, quomodò probetur.*

QVIA furta domestica aliquando corruptela ser
uorum præcedit: ideò de actione serui corrupti
adiecit dominus Io. in arbore actionum: si ergo
habes seruum, & ego animum eius corrumpo facien-
do de bono malum, & de malo deteriorem, habet locū
hæc actio. vt ff. eod. tit. l. 1. in princip. & §. vltim. † Vnde 1
ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In pri
mis, quòd aliquis dolo malo corrumpat seruum alicu-
ius. Cæterùm si sine dolo, putà, per iocum non tenetur.
vt ff. eod. tit. l. dolo malo. Secundum, quòd seruus sit a-
lienus: alioquin si seruum meum corrumpo, vel illum
quem bona fide possideo non teneor. vt ff. eo. l. 1. in prin
cip. Tertium, quòd ex illa suasione seruus ille fuerit de
terior. vt ff. eod. l. 1. §. persuadere. sed per Iustinianum
etiam si seruus non fiat deterior, nec corrumpatur: ta-
men agitur contra persuasorem serui corrupti. vt C.
de furt. l. si quis seruo. Qualiter autem seruus dicatur
corruptus persuasione alicuius, habes exempla ff. eod.
l. 1. §. vlti. & l. corrumpitur. Quartum est necessarium,
quod ille qui vult agere ista actione directa, sit domi-
nus: si autem vtili, quod vsurarius vel creditor habeat
ius in seruo, vt fructuarius. vt ff. eod. l. si quis seruum. §.
in seruo. Si autem sit bonę fidei possessor, notauit domi
nus meus in summa istius titul. quòd non habeat actio-
nem illam, vt ff. eod. l. 1. in princ. domino tamen præce-
ptori meo Rogerio videtur, quòd bonę fidei emptor ha
beat actionem serui corrupti vtilem, sicut & prædictæ
personæ. Nam si detur fructuario, ergò multò fortiùs
bonæ fidei possessori: cùm plus iuris habeat bonæ fidei
emptor, quàm fructuarius. vt ff. de vsur. l. qui scit. §. in
alieno. & ff. de acquirend. rerum dominio. l. bonæ fidei.
In hac actione fit condemnatio in interesse serui, & æ-
stimationem rerum quas seruus subtraxit, & est in du-
plum. vt C. de furt. l. si quis seruo. & ff. eod. l. 1. Vnde in
hac actione actor faciat tales positiones. POSITIO AC- 2
TORIS. † Ego dico sacramēto meo, quod ille seruus me-
us est, & habeo in eo vsumfructum vel vsum, vel sum
creditor, vel ipsum bona fide possideo: secundùm R. li
cèt secundùm dominum meum, ista positio de bonæ fi-
dei possessore non reciperetur. Item dico, quod tu per-
suasisti illi seruo, vt me cōtemneret: vel vt fugeret, vel
vt furtum faceret, vel vt amator esset meretricum. & a-
lia exempla habes ff. eod. l. 1. in fine. & l. vel luxurio-
sum. Item dico, quòd propter talem suasionem seruus
ille factus est malus cùm fuerit bonus: & si fuerit ma-
lus, factus est deterior. Item dico, quòd tot res asporta-
uit seruus ille. Econtrà reus facit tales positiones. POSI
TIO REI. † Ego dico, quod seruus ille est Titij, & quò 3
ad dominium, & quò ad possessionem, & pleno iure: si
istud confitebitur actor, succumbet, quia cum sit Titij:
ergo non est Actoris, quia si res est istius, per conse-
quentiam probatur, quòd non sit illius. vt ff. de procu-
ratorib. l. Pomponius. §. 1 Item dico, quòd illam suasio 4
nem feci per iocum, si confitebitur Actor, non tenebi-
tur Reus, vt ff. eod. l. dolo malo. Item dico, quòd bona fi
de suasi prædicta si istud confitebitur, obtinet Reus,
quia si bona fide feci ergo dolus cessat. In hac actione
concipietur ita libellus. LIBELLVS. † Vobis domino,
&c. conqueror ego R. de M. qui seruum meum corru-
pit suadendo sibi dolo & fraude vt me contemneret,
vel subtraheret mihi res meas, putà, tales: propter quod
seruus est deterioratus in decem ideò illa decem pe-
to, & etiam res quas mihi subtraxit, & ad hoc propono
actionem serui corrupti Quod ita rectè concipiatur
libellus dicit ff. eod. titul. l. 1. & l si quis seruum §. vlti.
Hæc quæ dicta sunt, locum habent in seruis. Si autem
aliquis corrumpat filium tuum vel filiam, locū habet
vtilis actio serui corrupti. vt ff. eod. titul. l. & tantùm.
§ de

§.de filio.& concipies libellum, vt superius dictum est. OPPOSITIO. Sed ad quid competit hæc actio pro libero homine, scilicet pro filio tuo, nam actio ista ad interesse competit. vt ff.eod.l.si quis seruum.§.datur autem hæc actio. at liberum corpus non recipit æstimationem. vt ff.de his qui deiece. vel effude.l.vltim.& ff. si quadrupes pauper.fecis.dica. l.ex hac. Respondeo: verum est, quod opponis, si de directa actione quærimus. At si de vtili, secùs: sicut in lege Aquil. quæ directa pro membro abscisso non competit: quia nemo est dominus membrorum suorum: sed habet vtilem, vt ff. ad legem Aquil.l.liber homo. Eadem actio vtilis competit, si aliquis forte corrumpet capsarium meum, vel socium meum: & posset hoc suaderi, quòd competeret vti-

5 lis. QVAESTIO. † Sed ad quid competit pro libero homine corrupto? Respondeo: ad interesse, vt dictum est.

6 QVAESTIO. † Sed qualiter probabitur istud interesse? Respondeo: per sacramentum actoris, cùm enim petatur ratione delicti, interesse probatur per sacramentum. vt ff. quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc edicto. cum taxatione tamen iudicis. vt argu.ff.de iniur.l.constitutionibus.ff.de cust.& exhib.reor.l.si quis reum.& argu.ff.de dolo.arbitrio.& C.vnde vi.l.si quando.

Si quis res aliquas mobiles per rapinam tibi abstulit: habes contra eum actionem vi bonorum raptorum.

De actione vi bonorum raptorum. Rubrica.

1 *Actio vi bonorum raptorum quare in triplum quò ad pœnam veniat, actio furti manifesti in quadruplum*

2 *Actio vi bonorum raptorum vt procedat, quot exigantur.*

3 *Positiones Actoris & Rei in actione vi bonorum raptorū, num 4.*

5 *Libellus in actione vi bonorum raptorum, quomodò concipiatur.*

6 *Actio vi bonorum raptorum an intentari possit, si furtum sit manifestum, vel nec manifestum.*

SI aliquis rem tuam mobilem per violentiam tibi auferat, habet locum hæc actio vi bonorum raptorum, quæ quidem est in quadruplum re computa-

1 ta. vt Institu.eod.tit.§.quadruplum. QVAESTIO. † Sed quæritur hic vnum: quare vi bonorum raptorum sit in triplum quò ad pœnam, & actio furti manifesti in quadruplum quò ad pœnam. vt in superiori actione furti manifesti notaui, duplex ratio assignatur. Prima per legem, nam fur manifestus manifestatur per alium, & ideò grauiùs punitur. Hic autem raptor seipsum publicat, & ideò minus punitur. vt ff.eod. l.prætor. §. in hac actione. in fine. sicut & aliàs minùs punitur qui seipsum defert, quam qui defertur ab alio. vt ff.de iure fisc. l.edicto.in princip. Est & alia ratio magistralis: ideò in actione furti manifesti, punitur grauius, si agatur ciuiliter. quia si agatur criminaliter, minùs punitur quàm in vi bonorum raptorum, ideò leuiùs punitur si ciuiliter agatur: quia si criminaliter agatur punitur grauiùs, puta leg.Iul. de vi priuata, quæ imponit pœnam tertiæ partis bonorum, si vis fuit sine armis, si cum armis leg. Iul.de vi publ.& imponit pœnam deportationis. vt Instit.de publi.iu[...].§.item lex Iul.& sic in qualibet prædictarum actionum pro vno commodo sentit quis aliud incommodum, & econuerso. vt argumen. ff.de iure iuran. [...] eum qui.& de aqua pluuia.arcend.l.i.in fin. Vn-

2 de † ad hoc quòd ista actio competat [...] tor sunt [...]ria. In primis, quòd res illa quæ est ablata, sit mobilis. vt Instit.e[...].tit.§.melius. nam mobilia d[...]ur rapi: immobilia dicuntur inuadi seu occupari, vt [...]. probo hoc [...] modo, qui[...]unq, committit rapinam, committit furtum. vt ff.eod.tit.l.i.& Inst. [...] eod. [...].§.si furtum committitur. ergo necesse est quod res sit mobilis: quia abolita est sententia dicentium, fundi [...] furtum fieri. vt Instit.de vsocap.§.item [...] quoque modis. Secundum, quòd res sit aliena: cæterum, si propriam quis rapiat, non tenetur [...] bonorum rap[...] actione. vt ff. eod.l.prætor.§.hoc autem.& Inst.[...]it.eo.in pri[...]. [...]tiū, quod dolo malo rapiat: aliàs si credit licere sibi, nō punitur. vt ff.e.l.prætor.§.hac actione.& Inst.e.§.1. Quartū, quod vis illa sit ablatiua: ex hac enim oritur actio i[...]sta. vt ff.e.l.prætor.§.hac actione.in fi.& §.1. Quintū quod [...]e qui hanc actionem intentat propter rem illam ablatā doceat sua saltem modice interesse, quod res illa sic ex bonis suis licet non fuerit in bonis, putà, quia cōmodata vel deposita. vt ff.e.l.prætor. §.in hac actione. & §. si quis igitur.& Insti.e.§.sane. Aliud est enim rē in bonis esse, aliud ex bonis: in bonis dicitur res illa esse cuius rei nomine vel actionem vel exceptionē habemus. vt ff.de acq.rer.do.l.[...]em in bonis. ex bonis dicitur res cuius rei nomine nec actionē, nec exceptionem habemus: sed tantū quia tenemur, vt in re cōmodata & deposita, sunt exēpla posita. Competit autem hęc actio siue tu rapias bona, siue familia tua, nec habeo necesse docere, quis de familia rapuit: ff.e.l.prætor.§.hęc actio. licet in furto habeā necesse designare personā quæ furtum commisit. vt ff.nau.cau.stab.l.licet.§.in factū.& in actione de dolo idem, vt certam personā designemus. vt ff.de dolo.l.sed si ex dolo.§.vlt. idem in actione iniuriarum. vt ff.de iniurijs.l.prætor edixit. sed fortè in hac actione illa est ratio, quia violentia fortè talis in se continet metum, vnde sicut in actione quod metus causa non habeo necesse designare certam personā: quia metus habet in se ignorantiam. vt ff.quod met. caus. l.si cū ex.§.in hac.& de dolo.l.sed si ex dolo.§. vlt. Vnde si familia alicuius fecit rapinam, tenetur dominus in tantū ac si vnus liber fecisset, [...] licet tantùm vnum quadruplum. vt ff.eo.l.prætor.§.hæc actio. sicut & [...] in furto. vt ff.si fam.[...] fecis.dic.& ad leg.Aquil.l.[...]. Sextum est necessarium, vt sciam illa bona mihi esse rapta: istud ideo ad hoc vt præscribatur huic actioni, & ideò desideratur scientia, quia vtilis annus currit quia infra annum vtilem est in quadruplū, post in simplum. vt ff. e.l.prætor.§.in hac actione. si ergo annus vtilis: ergo desideratur scientia. vt ff.de diuer.& temp.præscr.l.1. Vnde in hac act.sa.ta.posi. POSITIO ACT. † Ego dico, quod res illa quam mihi rapuisti, est codex, vestimentū.[...] vel asinus, vt per ista probetur quod res ista sit mobilis. vt ff.de verb.sign.l.mouentium. Item dico, quod res illa est mea, vel saltem mihi fuit cōmodata vel deposita. Item dico, quod per vim abstulisti mihi res illas: si respondeat sic. ergo cōstat quòd fecit dolo. vt ff.e.l. prætor.§.doli mali. Item dico, quòd sunt tantum sex menses, quòd prædictam rapinam mihi fecisti. Ecōtra reus faci.tal.posit. POSITIO REI. † [...]o dico, quod res illa quam tu me dicis rapuisse, est mea: si istud confitebitur actor, absoluetur reus: quia non habet locum actio ista, sicut dictum est. Item dico, quòd rem illam quam tu me dicis rapuisse, ego credens mihi licere, accepi rem illam. Item dico, quòd ex quo accepi tu sciuisti quando accepi. Item dico, quòd postquam tu sciuisti me accepisse iam transiuit annus & vltrà. Item dico, quòd in illo anno potestas reddidit ius: si istud confitebitur actor, absoluetur reus: cùm annus sit vtilis iam elapsus, in quo potuit quis habere copiam prætoris. & ff. quis ordo in bonor. possess. seruc.l.1.§. dies. & de diuers. tempor.præscriptio.l.1. In hac autem actione ita concipietur libellus. LIBELLVS. Vobis domino, &c. conqueror [...]go R. de M. qui per violentiam abstulit mihi codicem meum, vel mihi commodatum, vel depositum [...] vnde peto ipsum in quadruplum condemnari: ad quod propono a[...] vi bonorum raptorum. 5

Quod ita recte concipiatur libellus, dicit Institutio. eodem titu. §. 1. & ff. eod. titu. l. 1. & l.prætor. Et scias, quia quadru[...] verum rei pretium non interesse. [...]ad.l.p[...] hac autem actione, sicut in actione furti.[...] furtis. l. in hac actione. QVAE-

STIO. † [...]itur, an possit actio ista intentari, si furtum [...] manifestum vel nec manifestum 6 quodcunque [...], concl[...]o. [...]am aut dicis raptorem esse furem manifestum vel non manifestum: si dicas [...] manifestum, [...]o tenetur actione furti ma[...]. sed di[...] nec furti manifesti teneri. vt ff.eod.[...].Item [...] lex generalis est ex quibus

quibus causis in re clam facta actio furti non manifesti competit ex eisdem causis me habere actionem vi bonorum raptorum: vnde colligitur, quòd raptor sit fur nec manifestus. vt ff. eod. prætor. §. & generaliter. & Institu. eod. §. vlti. Econtrà videtur, quòd sit fur manifestus. Nam lex dicit, nullus improbior fur quàm qui rapit. vt Institu. eod. tit. in princip. & ff. eod. l. prætor. §. damni quidem. prætor inquit, fit is improbrior. ergo vltra quam manifestus, vt bona sit comparatio. Item lex dicit, quod raptor publicat ipsemet suum delictum. vt ff. eod. titu. prætor. §. & generaliter. in fin. itẽ dicit lex raptorem furem manifestum. vt ff. de furt. l. si vendidero. §. cum raptor. Respondeat, qui potest respõdere, quandò raptor aliquis committit rapinam: aut cõmittit aliquo præsente, vel vidente, vel deprehendente, aut nemine: in primo casu dico illum furem manifestum, & furti manifesti, & vi bonorum raptorum conueniri posse. in eo quòd vna excedit aliam. vt ff. de fur. l. si vendidero. § cum raptor. Si autem nemine vidente vel apprehendente: erit fur nec manifestus, & furti non manifesti & vi bonorum raptorum conueniri potest. vt ff. de furt. l. si quis ex domo. & ff. vi bonor. rapt. l. 1. & de hoc dic pleniùs vt not. in summa Institu. de actio. §. ex maleficijs.

Si aliquis fecit tibi iniuriam dicto, facto, seu scripto, præterquam in tribus casibus, quando quis est pulsatus & verberatus, domusve sua vi introita, habes contra eum actionem iniuriarum prætoriam.

De actione iniuriarum prætoria. Rubric.

1 *Actio iniuriarum prætoria vt competat, quæ requirantur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in actione iniuriarum prætoria. nume. 3.*
4 *Libellus in dicta actione quomodò fiat, nu. 6.*
5 *Actione iniuriarum an ciuiliter et criminaliter agi possit.*
7 *Iuramenti forma in actione iniuriarum quæ sit.*
8 *In actione iniuriarum homo anatissimus quomodo iurabit.*

SI aliquis intulit mihi iniuriam, conueniri potest actione iniuriarum prætoria, præterquam in tribus casibus, quando quis est pulsatus, verberatus, domus sua vi introita, quia tunc conuenitur iniuriarum, & actio erit ciuilis: de qua dicemus infra tractatu ciui-
2 lium. vt ff. eod. l. lex Cornelia. & Institu. eod. tit. † Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd persona quæ dicitur fecisse iniuriam, sit talis quæ possit facere: putà compos mentis, & pupillus doli capax: alias autem non tenetur iniuriarum, qui fecit iniuriam. vt argu. ff. de rei vend. l. quod infans. & ff. ad leg. Corn. de sica. l. infans. & ff. eod. tit. l. illud. Item secundum, quòd ille qui facit iniuriam, faciat animo iniuriandi: nam voluntas & propositum distinguunt maleficia. vt ff. de furt. l. qui iniuriæ, alias si per iocum faciat, non tenetur iniuriarum. vt ff. eo. l. illud. nam nec stipulatio contracta per iocum tenet. vt ff. de act. & oblig. l. obligationum substantia. §. vlti. nam si percussissem te pugno vel lapide, cum vellem percutere alium, iniuriarum non teneor. vt ff. eo. l. [illegible] lum. Tertium est necessarium in hac actione, quòd iniuria fiat dicto vel scripto: si autem facto, locum habet lex Corn. iniuria. & illa ciuilis est, vt suprà dixi & ff. e. l. 1. §. iniuriam, & l. lex Cornel. & Instit. e. tit. Fit autem dicto, si quis cantet de me malam cautionem, vel si aliquis verbũ iniuriosum dicat: putà, filius meretricis es, vel tu es cucurbita. Scripto, si aliquis scribat famosum libellũ de te. vt C. de famo. libel. l. vnic. & ff. e. l. non solum. §. si quis in libello. & de hoc plura exempla notantur in summa domini mei tit. istius. Quartũ, quòd [illegible] conuicium quod dico, canto, vel scribo, non sit in persona illius, cui cõuicium dico: alioquin si dicam te cucurbitam, & in veritate es: & dico te filium meretricis, & ita est, non teneor iniuriarum, quia peccata nocentium nota esse expedit & oportet. vt ff. e. l. eum qui nocentem. §. 1. & C. e. l. si non es nunciator. Quintum, quòd ille qui iniuriarũ vult agere, non dissimulauerit à principio, tunc enim non aget, quia iniuriarum actio dissimulatione aboletur. ff. e. l. non solùm. §. iniuriarum actio. Sextum, quòd persona illa cui fit iniuria, sit libera: alioquin si seruus sit, non teneor iniuriarum, nisi iniuria sit atrox, & nisi faciam in contumeliam domini. vt Instit. eo. tit. §. si seruus. & ff. eo. l. apud Labeonem §. prætor. & §. si quis fecit. & §. item si liber. Septimum, quòd ille qui conqueritur, conqueratur de certa iniuria. vt ff. e. l. prætor ait, in princi. Octauum, quòd ille qui facit iniuriam, faciat tanquam priuatus, aliàs si tanquam magistratus, præsumitur quod prima facie iniuriarum non teneatur: nisi probaretur quod animo iniuriandi fecisset. vt ff. eo. tit. l. iniuriarum actio. §. is qui. & §. si quis quod decreto. & §. quæ iure potestatis. & ff. eo. l. nec magistratibus. Nonum, quòd iusta sit causa quare illam iniuriam dicere tibi non debuerim. nam si vidi quandam dominam indutam veste meretricali, & ipsam dixi meretricem: non teneor iniuriarum. vt ff. eod. tit. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. Decimum, quòd in hac actione prætoria iniuriarum non transierit annus. vt Instit. de perpe. & tempora. acti & C. de iniur. l. si non conuicij. Vnde in hac actione actor faciat tales positiones. Po- 2
SITIO ACTORIS. † Ego dico, quòd tu es compos mentis, & maior 12. annis. Item dico, quòd animo iniuriandi tu dixisti mihi tale conuicium: putà, filius meretricis, vel cucurbita. Item dico, quòd tu cãtasti de me carmen famosum, vel cantasti de me malam cantionem, putà, dicebas me adulterum vel aleatorem. Item dico, quòd ego sum honestus homo, & religiosus. Item dico, quòd statim ex quo dixisti illam iniuriam mihi, ego illam iniuriam ad animum reuocaui. Item dico, quòd sum liber homo. Item dico quòd talem iniuriam, quam dixisti, mihi dixisti cum omni careres officio. Item dico, quòd ibam vt matrona, & tu meretricem me dixisti.
Econtrà reus faciat tales positiones. POSITIO REI. 3
Ego dico, quòd sum furiosus, vel minor 9. an. Item dico, quòd tali die feci tibi, vel dixi illud verbum per ludum. Itẽ dico, quòd tali die feci tibi, vel dixi illud verbum, quod tu dicis iniuriosum, & eo die simul comedimus, vel posteà. si istud confitebitur actor, succũbet: quia non videtur reuocasse ad animum, argumẽ. l. ff. de adimend. lega. l. 3. in fine. & Institut. de suspect. tutor. §. inimicitiæ. Item dico, quod si dixi te meretricem, ideò dixi, quia vt meretrix procedebas induta. Item dico, quòd tali tempore quando dixi illam iniuriam, eram potestas ciuitatis Pisto. Item dico, quod iam est annus, quòd illam iniuriam tibi dixi. Item in hac autem actio-
ne concipietur ita libellus. LIBELLVS. † Vobis domi- 4
no, &c. conqueror ego R. de M. qui mihi dixit talem iniuriam, scilicet me vocauit filium meretricis, vel cucurbitam: vel cantauit malam cantionem de me: vnde propter dictam iniuriam ago iniuriarum contra ipsum: quam iniuriam nollem mihi dixisset vel de me cãtasset pro centum libr. Pisanorum, vel scripsisset pro centum lib. Pisanorum, quas libras peto mihi dari vel præstari. Quod ita sit concipiendus libellus, probatur Instit. de iniurijs. §. in summa. Quod ita certæ iniuriæ mentio sit in libello concipienda, dicit ff. eod. titu. l. prætor edixit. in princip. & hoc si ciuiliter vis agere. si autem criminaliter, poteris similiter agere & fiet libellus in hac criminali, sicut suprà diximus in actione furti, hoc tamen mutato, quòd in hoc libello ponam: quia proponam actionem iniuriarum, cum ibi proposui a-
ctionem furti. QVAESTIO. † Sed illud quæritur, an 5
possit vtroque iudicio agi etiam ciuiliter & criminaliter? Respondeo, non puto: quia licèt in omnibus alijs publicis & priuatis delictis posset agi & ciuiliter, & criminaliter, vt notaui suprà de actione furti, hic tamen non: quia actio ista competit ad vindictam. vt ff. de collatio. bonorum. l. cum emancipati. si egeris ciuiliter vel criminaliter, iam consecutus es vindictam. & ideò vtraque agere non potes. vt C. quando ciuilis actio præiudicet. criminali, l. vnic. OPPOSI-
TIO. † Sed opponitur quod non videtur libellus benè 6
composi-

compositus, & ostendo: ecce si facio tibi iniuriam, vel dico tu vis agere contra me, scilicet in 100. libris Pisa. vt dicis in libello: certè non potes agere*: dicit enim lex, quod nemo est dominus membrorum suorum. vt ff. ad legem Aquiliam. l. liber homo. si ergo non eris dominus, ergo nō potes agere, ergo neque pro 100. libris: neque pro aliquo, nec habetur ratio deformitatis, si alicui euulsi oculum: sed tantum propter operas. vt ff. ad legem Aquiliam. l. qua actione. Item ista 100. quæ petis, nullo modo potes petere: quia aut illud crimen est in tua persona, & tunc iniuriarum non ages. vt ff. eod. tit. l. eum qui nocentem, & C. eo. l. si nunciator non es. aut non est in tua persona, & tunc similiter non ages, quia dicit lex: quotiens nec hominum, nec prædiorum interest, agere non possumus. vt ff. de seruitutib. l. quotiens. & ff. de pactis. l. nemo. & interesse accipimus pecuniarium non ratione vindictæ. vt ff. de serui. exportand. l. si venditor. in fin. Respondeo, verum est quod opponis: si tractamus de illis actionibus quæ ad interesse competunt, vel pro interesse. At actio ista competit ad vindictam, vt dictum est, & ideò cessat oppositio. In hac autem actione notatur diuersitas inter Doctores circa æstimationem faciendam sacramento passi iniuriam: quæ sit forma illius sacramenti: dicunt e-
7 nim quidam, quod ita debet iurare. † FORMA SACRAMENTI. Ego iuro, quòd potius nollem lucrari 100. quam si aliquis fecisset mihi hanc iniuriam. vel ego iuro, quod pro 100. libr. quas mihi dedisset aliquis, ego nollem pati hanc iniuriam. Dominus meus tamen putat ita debere iurari. Ego iuro, quod prius vellem amittere tantam summam scilicet centum libr. de bonis meis, quàm pati talem iniuriam. nam cùm in pœnis potius mitiores esse debeamus. vt ff. de pœnis. l. penultim. ideò istud ita iurare melius procedit: quia plus dolet aliquis amittere vnum denarium de hoc quod habet, quam lucrari duos denarios: qualitercunque iuretur in quacunque actione iniuriarum, scilicet vel hac prætoria, vel ciuili semper cum taxatione iudicis iurabitur. vt ff. eod. l. cõstitutionibus. & de hoc notat dominus meus in summa istius tituli. Si autem iudex sit timidus, & nolit præcipere vt iuret, quod dictum est, stet in generalibus verbis, & dicat: pro quanto nolles hanc iniuriam pati, sicut notat dominus meus in summa C. eod. tit. Dominus tamen Pil. dicit debere iurare, pro tanto nollem pati tantam iniuriam. Respondet autem vt iuret, ego priùs tantùm vellem amittere de meo. sed videtur, quod nõ procedat: quia pone quod aliquis esset nobilis, qui modicum haberet: quomodò diceret iste, ego plus vellem amittere tantùm de meo: cum eius periculo nil est, qui
8 nihil habet, vt ff. de fur. l. itaque. † Item pono quòd iste qui passus est iniuriam sit auarissimus: qui priùs vellet carere oculo, quam amittere denarium: quomodo iurabit iste, quòd prius vellet tantùm de suo amittere: & sic remanerent maleficia impunita: quod est contra ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. sed in vtroque exemplo defendendo sententiam domini mei, sicut fidelis discipulus: vt fecit Cassius, qui sententiam sui Doctoris Sabini excusat. vt ff. de arbit. l. dicere, aliàs l. qualem. §. dicere. Nam in primo exemplo sustentari potest & defendi, quod iuretur, quòd tantum vellet amittere de suo, non habito respectu ad id quod habet: sed ad id quod haberet. in secundo exemplo posset poni optimè: ex quo enim sciret, quod deberet lucrari ex illa iniuria, iam citò iuraret.

Si damnum det tibi vicinus tuus in rebus tuis à corpore suo in non corpus: vel à non corpore suo in non corpus: vel à non corpore in corpus: tunc habes contra eum actionem in factum subsidiariam legis Aquil. vel vtilem legis Aquiliæ.

De actione in factum subsidiaria legis Aquiliæ: & de vtili actione legis Aquiliæ.

Rubrica.

1 *Actio in factum subsidiaria vt veniat, quot exigantur.*
2 *Actio in factum subsidiaria, an bonæ fidei possessori competat.*
3 *Actio in factum subsidiaria, an etiam creditori competat.*
4 *Positiones Actoris et Rei in actione in factum subsidiaria. num. 5.*
6 *Libelli in actione in factum subsidiaria, nu. 7.*

SI aliquis det damnum in rebus tuis, potes agere cõtra ipsum aliquandò leg. Aquil. de qua quia ciuilis est, infra in tractatu ciuilium dicemus: & ista tunc competit, quandò datur damnum à corpore in corpus. vt Instit. ad leg. Aquil. §. cæterùm. Si autem damnum datur à non corpore in corpus: veluti si panno rubeo fugaui armenta vel iumenta, & aufugerunt & præcipitata sunt, teneor vtili actione legis Aquiliæ: quia sententia concordat, licèt verba deficiant, scilicet quia damnum datum est, sed non corpore: sed tantùm præstiti occasionem damni. vnde damnum videor dedisse. vt ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit. §. in hac quoque. Item teneor & in factum. vt ff. de furtis. l. in furti actione. §. vlti. Itē posset poni exemplum quando à non corpore in corpus damnum datum est: vt si pecora tua inclusi, & propter illam inclusionem fame pecora tua mortua sunt. vt Instit. ad leg. Aquil. §. cęterùm. Si autem damnum detur à corpore in non corpus: tunc habet locum in factum, non illa generalissima, quæ competit quotiens aliç deficiunt. vt ff. de præscri. verb. l. quotiens. quæ competit ex multis & varijs & diuersis articulis. vt C. de sacros. eccles. l. sancimus. sed in factum subsidiaria leg. Aquil. quæ est prætoria. vt ff. de præscr. verb. l. quia actionum. Inst. ad leg. Aquil. §. vlti. verbi gratia: excussi annulum de manibus tuis aureum, cecidit in mari vel flumine, damnum datum est de corpore meo in nõ corpus: quia aureus annulus stans in aqua non est factus deterior. Si autem damnũ datur à non corpore in non corpus, tunc locum habet actio prædicta in factum. verbi gratia: solui seruum tuum compedatum misericordiæ causa, seruus ille posteà fugit, constat enim quod corpus non est læsum. Item constat, quòd à corpore meo non dedi damnum, sed propter sequentem fugam damnum tibi illatum est, compètit in factum. vt Instit. ad leg. Aquil. §. vltim. Et salua authoritate domini mei sicut notat in summa C. ad leg. Aquil. hanc credo differentiam inter istam vtilem & in factum: quia vtilis locum habet vbicunque corpus læsum est, dummodò non lædatur a corpore: quia tunc habet locum directa. Si autem detur dãnum in non corpus, locum habet in factum, & illam vtilem credo ciuilem, istam in factum credo prætoriam: sed vbicunque competit vtilis Aquil. locum habet in factum. vt ff. ad leg. Aqui. l. item si obstetrix. §. si quis hominem. & l. quemadmodum. §. magistratus. & ff. vi bonor. rapt. l. 2. §. si publicanus. & C. ad leg. Aquil. l. de pecorib. † Vnde ad hoc vt actio ista vtilis, vel in factum competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd sit dominus qui has actiones intentat, vel sit vsuarius, vel fructuarius. vt ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. legis Aquil. & §. vlt. non enim intentat eam commodatarius, vt in præ dicta l. §. eum cui vestimenta. QVAESTIO. † Quid de bonæ fidei possessore, nunquid illi competit? Respondeo, si habet titulum, sic: alias non. vt ff. de ser. cor. l. 1. §. 1. & ff. de reli. & sumptib. funer. l. 2. §. in locum, quę leges videntur velle, vt bonæ fidei possess. non competat: si autem habeat titulum, competunt, & in eo casu intelligũtur leges. ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. sed si seruus. & l. si dominus. & ff. de ædilitio edict. l. iustissimè. §. vlti.
QVAESTIO. † Quid in creditore. Respon. datur in duobus casibus, si debitor non sit soluendo: vel quando amisit actionem. vt ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit. §. pignori. Secundum, quòd damnum datum est dolo vel culpa saltem leuissima. quia in lege Aquilia etiam leuissima culpa venit. vt ff. ad leg. Aquil. l. in lege. Tertium, quòd damnum sit datum vel à corpore in non corpus: vel e contrà: vel à non corpore in non corpus, vt superiùs dictum est. Quartum, quòd datum sit in re tali, quæ æstimationem recipiat, alioquin si do damnum in mēbris tuis: putà, effodi oculum, vel abscidi manum, non agis

directa

directa vel [illegible] factum ad interesse [illegible] tion in oculi vel [illegible] quia [illegible] homo [illegible] non recipit æstimationem. vt ff. si quadrup[illegible] cui fecisse dicatur. l. ex hac. & ff. de [illegible] is qui d[illegible] vel [illegible] ffu. l. vlti. & quia nemo est dominus membrorum suorum. vt ff. ad leg. Aquil. liber homo. agetiam [illegible] ad operas, quas interim amisit, vel amissurus est. vt ff. ad leg. Aquil. l. qua actione. Quintum, quod ille qui agere vult lege Aquil. directa vel vtili, vel in factum, non sit in [illegible] culpa, vel maiori, quam ille qui dederit damnum, & vapponũtor exempla ff. ad leg. Aquil. l. item si obstet [illegible] x. §. vlti. & l. item Mela. in princ. nam quotiens duo sunt in pari culpa, deterior est agentis conditio. & beatus qui tenebit. vt ff. de verbor. oblig. l. [illegible] §. sequitur. Sextum, quòd si aliquis confiteatur dedisse damnum, licet non ipse dederit quòd saltem ab alio sit damnum datum. vt ff. ad leg. Aqui. l. inde Neratius §. vlti. & legib. seqq. & hoc apertiùs l. proinde. Septimum, quòd non sit infans vel furiosus ille qui dedit damnum. vt ff. de rei vẽdicat. l. quod infans. ideò enim omnia ista in his actionibus considero: quia omnia quę veniunt in directa, veniunt & in his actionibus. nam cum sint subrogatæ in locum directæ. vt ff. de præscr. verbis. l. quia. in omnib. eas subrogauit prętor. vt ff. si quis testam. liber. esse iuss. l. 1. §. Scæuola. & ff. de donat. l. qui id quod. & ff. si quis caut. l. si quis eum. §. qui iniuriarum, sicut vides in Publiciana, quæ est vtilis rei vendicatio. quia omnia veniunt in ea quæ veniunt in rei vendi. vt ff. de publicia. l. com qui. § publ. Vnde in his actionibus actor facit tales positiones. POSITIO ACTORIS. † Ego dico, quòd seruum illum, vel annulum, vel animalia ego emi bona fide, vel habeo in eo vsumfructũ, vel vsum, vel sum dominus illius serui, vel habeo [illegible] & debitor meus liberatus est à me actione tẽpore vel non est soluendo. Item dico, quòd tu inclusisti ista animalia, & ita fame mortua sunt, vel seruus ille mortuus est. Item dico, quòd tu dolum commisisti, vel latam culpam, vel leuẽ, vel leuissimam. Item dico, quòd seruus ille valuit tantùm, iam est annus: quia habetur repetitio anni ex primo capite: vel etiam quod ista animalia tantùm valuerunt retrò iam est annus quia in homine mortuo vel animalibus quæ gregatim pascuntur occisis vel mortuis locum habet annus, & primum caput le. Aquil. vt ff. ad leg. Aqui. l. 2. & Instit. ad leg. Aquil. §. 1. item dico, quòd tu es homo sanæ mentis, & maior quatuordecim annis. Item dico, quod seruus ille vel animalia ista a te vulnerata intra annum [illegible] infra triginta dies tanti fuerunt. habetur enim ratio ex tertio capite in seruo vulnerato, & animalibus vulneratis, quæ gregatim pascũtur. vt ff. ad leg. Aquil. l. si seruus seruum. §. huius legis. Instit. eod. tit. §. caput tertium. Item dico, quòd tu fuisti confessus in iure te occidisse seruum vel animalia. Item dico, quòd animalia vel seruus occisa fuerunt. E-còtrà Reus facit tales positiones. POSITIO REI. Ego
5 dico, † quòd seruus ille vel animalia illa sunt vel fuerunt Titij, si istud confitebitur actor, actiones illas non intentabit, quia si sunt Titij, ergo non sunt actoris: quia duo insolidum eiusdem rei domini esse non possunt. vt ff. de ac[illegible] poss. l. [illegible] & ff. commodat. l. si vt certo. § [illegible] tu sciebas illa animalia, vel illum seruum [illegible] possidebas, ad alium pertinere. si istud confitebitur actor, non poterit dicere quasi [illegible] bonæ fidei possessor, velo agere. Item [illegible] seruum, vel ista animalia pleno [illegible] ad Titium pertinere. si istud confitebitur actor, sequitur, quod non possit habere actionem legis Aquiliæ tã quam vsuarius & fructuarius. Item dico, quòd debitor tuus, cuius est seruus, quem dicis me vulnerasse, est soluendo: & non adhuc præscripsit actioni tuæ. si istud cõfitebitur actor, nõ intentabit legem Aquil. vt creditor. Item dico, quod tu transibas per campum iaculatoriũ, vbi nos ludebamus, quando ego percussi te. si confitebitur actor, non proponet legem Aquil. vt ff. eo. l. si obstetrix. in fin. Item dico, quod sum furiosus vel minor quatuordecim annis. Item dico, quòd tu stabas in via publica, & faciebas tibi tondere capillos tuos, quando ego te vulneraui. si confitebitur actor, succumbet. vt ff. l. item Mela. in princi. Item dico, quòd seruus ille quẽ confessus fui me occidisse vel vulnerasse, quòd seruus ille viuit, vel sanus est & fuit sine aliqua læsione iã est annus. si istud confitebitur actor, succumbet. vt ff. eod. l. inde Neratius. §. vlti. & legib. seqq. Item dico, quòd seruus iste nõ valuit vltrà decem, iam est annus. si istud confitebitur actor, non aget ex repetitione anni quatenus melior fuit. In hac autem actione ita concipietur libellus. LIBELLVS. † Vobis domino, &c. con- 6
queror ego R. de M. qui panno rubeo fugauit armentũ meum: vel pecora mea inclusit, & ita fame mortua sũt: quę quidem iam est annus, quòd valuerunt centum, vnde quod illa centum mihi præstet, ago contra ipsum: & ad hoc propono vtilem actionem legis Aquil. vel in factum. Quod ita rectè concipiatur libellus, probatur Instit. eod. tit. §. cæterùm. Et hoc quando damnum datum est à non corpore in non corpus, vel a corpore in
non corpus: concipies ita libellum. LIBELLVS. † Vo- 7
bis domino, &c. conqueror ego Rofr. de M qui seruum meum Titium, quem posueram in compedibus, soluit: & ita ille seruus aufugit: qui valuit quadraginta, iam sunt triginta dies, vnde ipsa quadraginta peto: & ad hoc propono actionem in factum subsidiariam legis Aquil. vel quia annulum meum vel denarios excussit de manibus meis: & deuenerunt in flumine vel in mari, quem annulum æstimo centum solidis. Vnde vt illa centum solidos det mihi contra ipsum ago. & ad hoc propono actionem in factum subsidiariam legis Aqui. Quòd his duobus exemplis rectè concipiatur libellus dicit l. ff. de præscr. verb. l. quia actionum. OPPOSITIO. Sed videtur quod libellus iste sit malè conceptus. In primis id enim deberet peti, quod est in obligatione. vt Instit. de actio. §. sic itaque. At in obligatione non est nisi ipsum factum, quod occidisti vel vulnerasti: quomodò ergo tu petis interesse. Respondeo: esto quod factum sit in obligatione: tamen interesse potest peti, vt ff. de re iudi. l. si quis ab alio. & ff. de verb. oblig. l. vbi autem. §. qui id quod. & ff. si cer. pet. l. certi conditio.

Explicit Tractatus de prætorijs Actionibus.

TRACTATVS SECVNDVS DE INTERDICTIS, QVAE ET IPSA PRAETORIA SVNT, CVM PROOEMIO ET SVMMA OMNIVM INTERDICTORVM.

1 *Interdicta omnia prætoria sunt.*
2 *In interdictis omnibus septem desiderantur.*
3 *Interdicta omnia personalia sunt.*
4 *Interdictis prius de possessione, quàm de proprietate cognoscitur.*
5 *Annalia quæ sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.*
6 *Libelli in interdictis omnibus quomodo formentur.*
7 *Interdicta vnde dicta sint.*
8 *Religionis causa dignior est.*



ERNATA VIM ... antulum profunda p... iam per Dei grat... nauicula prætoriar... num sul... ntes ite... rum portum ... tatem ... in el... llemus nauiga... a... les actiones quæ ... bus introductæ. vt ... iur... a. clamauerunt ... cta ex parte alia: cur nos Doctor deseris, at ... os desolatos relinquis? inuadent enim gregem ... lupi rapaces. Nam & ipsa † interdicta omnia præ... a
1 sunt. vt Instit. de interdict. in princi. nisi enim de ... is tractaueris, venient simplices & legum imperiti, & male de nobis cantabunt coram iudicibus, & p... onent: cum nos ignorent, & nostra nomina nescien... t mare libellos, vel actiones subijcere legibus conu... tes. Ideò ego Rofred. Beneuentanus iuris ciuilis p... fessor, conditor præsentis operis, ad profectum & v... litatem scholarium attendens, quod iuste petentibus non est denegandus accessus. vt ff. de seruit. rust. corum prædiorum. l. Attilicinus, ideò de eis tractare intend... exprimendo naturam cuiuslibet interdicti & qualiter libelli & confessiones in interdictis singulis proponantur. Vnde autem dicantur interdicta, & quibus ve... proponantur, & cum qua solennitate, quæ vel qu... sit diuisio interdictorum, notatur plene in summa ... mini mei. in titu. de interdictis: ideo hic non tract...
2 ad plenum: sed aliquantulum infrà tangam. † Septem tamen nota, quæ desiderantur in omnibus inter...is quatuor negatiue. Primum, quòd omnia interdicta prætoria sunt. vt Instit. de interd. in prin. Secundum, quòd nullum interdictum infamat. vt ff. vnde vi. l. neque. Tertium, quòd nullum interdictum hodie cum solennitate proponitur, sicut nec qualibet actio: vnde omnia interdicta & actiones dicuntur hodie extraordinaria. vt Instit. eod. titu. §. vlt. & Instit. de success. subla. & de Senatusc. Claudia. Quartum, quòd in nullo interdi... o ... a befur ratio fructuum ante litis contest. præterquam in interdicto vnde vi. vt ff. eod. l. in interdictis. & de vi & vi arma. l. 1. §. ex die. Quintum, quòd nullum interdi...
3 redditur inter non sibi subiectos. vt C. eod. l. 2. † Itertia affirmatiue: quia omnia interdi...a personalia sunt, & tamen in rem scripta sunt quia & dantur contra quemlibet possideotem. vt ff. eod. titu. l. 1. §. pe... Item in omni interdicto habetur ratio fru...um p... litis contest. vt ff. eod. l. antepenult. Item loco ... bet interdicti redditur actio in fa...um. vt Institu. e... in princip. §. vltim. & C. de actio. em... ltimi.
4 potest ad... quartum, quòd per interdicta prius ... noscatur de possessione, quàm de proprietate ... C. eod. tit. l. incerti. & C. quorum bonorum, & l. vlti & C. quorum leg. l. 1. Quidam addunt quintum, quod omnia interdicta dentur noxaliter, quod falsum est: cùm certum sit ea dumtaxat dari noxaliter, quæ ex delictis oriuntur. vt ff. eod. l. vltim. quædam enim interdicta non oriuntur ex maleficio, vnde constat eos male & falsum dixisse. Sed illud quintum est generale in omnibus interdictis, † quod ea quæ sunt annalia ad agendum, per- 5
petua sunt ad excipiendum. vt C. de exce. l. licet & argum. ff. de doli exceptio. l. purè. §. vlti. Item & sextum, quod illa quæ annalia sunt, scilicet de eo quod nõ peruenit ad violentum, pone, quod animalia sunt mortua, vinum effusum est, perpetuò competunt de eo quod ad violentum peruenerunt. vt eod. titu. l. penult. Hæc notat dominus meus in fine summæ tit. de interdictis. in summa. Et ideo in hoc opere illa posui, quæ vtilia sunt, & præbent notitiam omnium interdictorum. Item illud attendendum est in omnibus interdictis, quod multi dicunt, & etiam hodie vi... audiui iudicantes de fa... o, & proponentes in libellis. LIBELLVS. Ego talis pro- 6
pono actionem in factum subrogatam in loco interdicti. vnde vi, vel vti possidetis. Vnde cùm iudices vident interdictum vnde vi in libello propositum, absoluunt reum propter ineptam actionem, dicentes actionem in factum subrogatam in locum interdicti debere proponi, non autem ipsum interdictum. vt Institut. eod. titu. §. vlti. Mihi tamen videtur contrarium, & aduocatos, & iudices, si tales inuenero, Iudæos reputo: ipsi enim adhærent literæ, vt Iudæi. Dico enim hodiè rectè & de iure libellum concipi tali modo. LIBELLVS. Ago contra talem qui me expulit de possessione fundi talis: vnde vt restituat mihi possessionem dicti fundi, & omnem causam damni dati, propono interdictum vnde vi. & non eiusquam si dicerem, propono actionem in factum subrogatam in locum interdicti vnde vi. Istud enim esset redire ad ius antiquum, secundum quod proponebantur formulæ & solennitates verborum. Me... e... nim sonat, propono interdictum vnde vi, quam si dicat ... propono actionem in factum subrogatam in locũ inter... vnde vi. Quod ergo legitur Institu. de interdict. §. vltim. non est necesse reddi interdictum, & ita ius dicatur sine interdictis, atque si vtilis actio ex causa interdicta reddita fuisset: expone, nõ est necesse reddi interdictum, scilicet, cum illa solennitate antiqua, cum qua olim proponebantur, secundum quam solennitatem hodie omnia iudicia dicuntur extraordinaria. vt dicit litera infrà eod. titu. & eod. §. & dicitur Instit. de success. sublat. Interdicta enim nihil aliud erant ... si quædam formulæ & solennes conceptiones verborum: quibus prætor aliquid fieri iubebat, aut prohibeat: quod tunc maximè fiebat, quando de possessione vel quasi inter aliquos contendebatur. vt Institut. eod. ... princip. sed secundùm hoc idem erat actio, scilicet, ... ædam verborum formula. vt C. de formulis. & C. de ... endo. notauit dominus meus in summa. Respondeo, ... quia illa solennis formula actionum est inducta ... e ciui...: sed solennis formula interdictorum est ... ndu...a a iure prætorio. Item & alia differentia: quia illa verba solennia in actionibus non formantur in per... ...ni certis aliquorum: sed generaliter concipiebantur in personis omnium. Verba verò in interdictis, quot erant homines qui volebant ea proponere, tot eis petentibus & desiderantibus formabant verborum conceptiones. quibus in causis contra suos aduersarios vterentur: quæ interdicta vocabantur quasi i... ter duos di... cta hoc

cta: hne potest copiosius Lector attendere, quia in interdictis plerunqoe specificabantur specialia nomioa personarum facta demonstratione personarum: licèt non specificentur propria eorum nomina. vt ff. de tab. exhiben. l. 1. & ff ne quid in loco publi. fin. l. 1. & ff. de vi
7 & vi arma. l. 1. † Dicta sunt autem interdicta quasi Inter inter duos dicta, quia inter duo dicta redduntur: licèt quidam dicant quod dicantur ab interdicendo, id est, prohibendo. vt Insti. eod. tit. §. sunt. Hodie autem inter ioterdicta & actiones nullam puto esse differentiam: est enim interdictum actio prætoria: nam actionis verbo, etiam ioterdicta continentur. vt ff. de actio. & obligat. l. actionis verbo. Er quia de omnibus interdictis dicturi sumus: primò de interdictis tractemus, quæ cau-
8 sam religionis tuentur: † quia dignior est caosa religionis. vt argum. ff. com. de seruitut. præd. l. cauci. & argu. C. de sacrosan. eccles. l. sancimus. Et ideò tractemus de ioterdicto de morruo inferendo: quia causam religionis tuetur: sicut quædam alia. vt ff. de interdi. l. 2. §. 1. de quibus posteà dicemus domino concedente.

Si aliquis vult inferre mortuum in sepulchrum, vel de nouo vult facere sepulchrum in locum suum, & ab aliquo prohibeatur: habet interdictum de mortuo inferendo contra ipsum.

De interdicto de mortuo inferendo.

Rubric.

1 *Interdictum de mortuo inferendo vt competat, quæ requirantur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in tali interdicto, nu. 3.*
4 *Libelli in tali interdicto quomodò formentur.*

SI aliquis vult sepelire vel inferre mortuum io sepulchrum, ad quod sepulchrum sibi ius competebat inferendum mortuum, vel de nouo velit facere sepulchrum in locum suum purum, & prohibeatur ab aliquo: poterit agi interdicto de mortuo inferendo, quod prohibitorium est, vel actione in factum subrogata in locum illius interdicti. vt Instit. de interdictis. §. prohibitoria. & ff. de interdictis. l. 1. & ff. de mortuo inferendo. l. 1. verum si fuit prohibitus, locum habet prædictum interdictum ad interesse, & habet locum actio in factum ad interesse, vt per eam tantùm consequatur actor, quantùm interfuit eius prohibitum oon esse, in qua computatiòe cadit loci empti pretium, aut coonducti loci merces. Item & venit sui loci puri pretium: quem quis nisi quia prohibitus non fecisset, vt ff. de relig. & sumpti. fun. l. liber. & ff. de mortuo inferen.
1 l. 1. † Vode ad hoc vt interdictum seu prædicta actio cõpetat, tot sunt necessaria. In primis, quòd locus ille ad quẽ volebat ioferre mortuũ sit suus, vel in quẽ habeat ius infereodi mortoos io sepulchrum illod, vt ff. de mort. infereod. l. 1. §. hoc autem interdicto, & §. item si mihi. Habet autem ius inferendi mortuum is coi ius illod legatum est: vel is qoi est de familia testatoris. vt C. de reli. & sumpti. fun. l. sepulchrum. & l. ius familiarium. & l. ius sepulchri. Secundum, quod si locus sit alienus, quod domini voluntate immiseris, vel immittere deberes. vt C. de reli. & sumptib. funer. l. 5. Tertium, quòd volendo inferre mortuum prohibitus fueris. vt ff. de mort. infer. l. 1. quæ prohibitio habet locum siue aliquis te prohibeat in ipso loco siue in ipsa via, vt in l. prædicta. Vnde in hoc interdicto actor faciat tales posi-
2 tiones. POSITIO ACTORIS. † Ego dico sacramento meo, quòd talis consanguineus meus tali die decessit. Item dico, quòd dictum meum consanguineum in talẽ locum volebam sepelire. Item dico, quòd tu me volentem inferre prohibuisti. Item dico, quòd locus ille in quo volebam sepelire meus est: vel mihi ius competit ioferendi mortoum, qoia ius illud fuit legatũ, vel quia sum de familia vel hæres illius qui mortuum poterat inferre. Item dico, quòd locus ille, licèt sit alienus: tamen ego inferebam domini voluntate. Econtrà reus faciat tales positiones. POSITIO REI. † Ego dico, quòd
3 ille qui decessit, fuit tibi extraneus & ignotus. Item dico, quòd libenter vteris immundanis, nec pontem facis, nec hospitale, nec consuetus sepelire mortuos: si ista confitebitur actor, succumbet: & hoc ciuiliter patet. Item dico, quòd ille qui fuit mortuus, fuit tuus inimicus, si istud confitebitur actor, succumbet: quia non est verisimile, quòd aliquis inimicum suum velit sepelire. Item dico, quòd tu es impius, & sine omni pietate, vel aliqua opera pietatis: si istud confitebitur actor, succumbet: quia qui sepelit, maxima pietate mouetur. vt ff. de relig. & sumpt. fun. l. at si quis. Item dico, quòd locus ille vbi volebas inferre mortuum, meus est, si istud confitebitur actor, succumbet, vt suprà dixi. Item dico, quòd Titius tantùm prohibuit, si istud confitebitur actor, succumbet. In hoc autem interdicto vel actione concipitur ita libellos. LIBELLVS. † Vobis domino, 4
&c. conqueror ego R. de M. qui me prohibuit inferre mortuum in locum talem, cuius fines sunt tales, in quẽ locum mihi ius competit ioferendi mortuum: vnde interesse meum pero, quod æstimo tanti, ad istud propono interdictum de mort. inferend. vel actionem in factum subrogatam in locum illius interdicti. Quod ita sit formandus libellus dicit ff. de mortuo inferend. l. 1. & ff. de religio. & sumptib. funer. l. liberum. OPPOSITIO. Sed non videtur libellus iste benè conceptus: quia istud interdictum prohibitorium est. vt ff. de mort. infereo. l. 1. & ff. de relig. l. liberum. nam ibi dicitur, quòd si sim prohibitus, ago vt cesset illa prohibitio. verum si volo, aliàs inferre possum, sed ago posteà in factũ. Vnde dicunt quidam concipiendum ita libellum. LIBEL- 5
LVS. † Ago contra talem, ne prohibeat me inferre: ad istud propono actionem in factum subrogata in locum interdicti de mortuo inferend. OPPOSITIO. Si tu opponas eis quomodò stabit mortuus ne sepeliatur, donec cognoscatur habeat ius ille inferendi vel non: fortè fuerit interim putridum. Respondent ipsi, & dicunt, quod eodem die & incontinenti finietur istud iudicium, cum celeritatem desideret: vt cautio damni infecti. vt ff. de damno infec. l. 1. veriùs tamen puto libellum debere coocipi, sicut primò formaui. Et illud interdictum ad doo competit, scilicet si volo te prohibere ne prohibeas: & est prohibitorium & si non possum petere interesse per illud interdictum ad. vt ff. c. l. liberum. & qoasi ratio hoc suadet. quis enim cum sit dolẽs de morte sui consanguinei, iret ad potestatem, vt prohiberet illum prohibeotem, & proponeret libellum, & iuraret de calumnia. possent enim de facili pessima verba oriri, & seminari inter eos. Item iam secundum eos tollitur istud interdictum fortè vno die, cùm omnia interdicta ad minùs annalia sint. vt Instit. de perpe. tempor. act. præterquam interdictum de glande legenda, quod finitur tertio die. vt ff. de gland. legen. l. 1. & 2. Si autem mortuum aliò intulisti, potes agere prædicto interdicto, & coocipere libellum, vt dictum est, vel agere in factum. Et tuoc concipies ita libellum. LIBEL-
LVS. † Vobis domino, &c. cooqueror ego Rof. de M. qui 6
me prohibuit inferre mortuum in locum talem, in quo mihi erat ius infereodi. Vode propter illam prohibitionem intuli io aliom locum putum: vel conduxi pro tanto pretio, scilicet decem, quod interesse dicti loci æstimo vigioti, quæ pero actiooe in factum. Quòd ita rectè coocipiatur libellus, dicit l. ff. de relig. l. liberũ. aliàs si quis liberum.

Si aliquis vult ædificare sepulchrum, ad quod ædificandum sibi ius competebat, & ab aliquo prohibeatur, habet contra eum interdictum de sepulchro ædificando.

De interdicto de sepulchro ædificando.

Rubric.

1 *Interdictum de sepulchro ædificãdo vt procedat, quæ exigantur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in tali interdicto, num. 3.*
4 *Libellus in tali interdicto quomodò concipiatur.*

EST & aliud interdictum, quod vocatur de sepulchro ædificando: quod est prohibitorium, & causa religionis competit. si enim aliquis volebat æ-

dificare sepulchrum ad quod ius sibi competebat: & tu
eum prohibeas ædificare, habet locum interdictum de
sepulchro ædificando. vt ff. de mort. infer. l. 1. §. prætor
1 ait. † Vnde ad hoc vt competat istud interdictum, tot
sunt necessaria. In primis, quod aliquis possit ædificare
de iure, id est, quòd habeat ius ædificandi: fortè quia i-
ta conuenit per stipulationem in loci traditione. vt ff.
de relig. & sumpt. fun. l. quod si locus. Secundum, quòd
aliquis ædificaret vel ædificare vellet: putà congrega-
bat materiam operi necessariam, vel homines necessa-
rios operi. vt ff. de mort. inferen. l. 1. §. prætor ait. & §. æ-
dificare. vel etiam purgabat locum in quo vellet ædifi-
care, & alius eum impediuit. vt arg. ff. de noui op. nun.
l. stipulatio. §. opus. & argu. ff. de pollicit. l. 1. §. cœpisse.
Tertium scilicet, quod aliquis te prohibuerit, vt in le-
gibus prædictis. Quartum, quod sepulchrum non sit fa-
ctum, sed faciendum: aliàs non habet locum. vt ff. de
mort. inferen. l. si proprias. nam tunc non habet locum
interdictum quod vi aut clam, vt d. l. si proprias. Vnde
in hoc interdicto actor facit tales positiones. † POSITIO
2 ACTORIS. Ego dico, quòd volebã ædificare sepulchrũ
in tali loco. Item dico, quòd in eo loco habebam ius æ-
dificandi. Item dico, quòd congregabam ibi lapides, &
arenam, & calcem, vt ibi ædificarem, vel locum purga-
bam. Item dico, quòd tu me prohibuisti volentem ædi-
ficare. Econtrà reus facit tales positiões. POSITIO REI.
Ego dico, † quòd tu volebas ibi ædificare domum. si i-
3 stud confitebitur actor, succumbet: quia non habet lo-
cum interdictum, quia competit tantum propter sepul-
chrum, sicut suprà dictum est. Item dico, quòd tu mate-
riam illam quam congregabas, faciebas congregare ad
vtilitatem Titij. si istud confitebitur actor, succumbet,
quia non interest sua. Item dico, quòd locus ille in quo
volebas ædificare, est meus. si istud confitebitur actor,
succumbet: quia potuit de iure prohiberi. vt ff. ad leg.
Aqu. l. quemadmodum. § si protectum. Item dico, quòd
Titius te prohibuit, si istud confitebitur actor, succum
bet. quia de violentia illata ab alio contra me agere nõ
posset: cum pœna suos tantùm teneat authores. vt C. de
pœnis. l. sancimus. In hoc autem interdicto ita concipi
4 tur libellus. LIBELLVS. Vobis † domino, &c. conqueror
ego R. de M. qui prohibet me volentem ædificare sepul
chrum in loco tali, cuius fines sunt tales: in quo loco
est mihi ius ædificandi sepulchrum, & mortuum infe-
rendi, vnde ne ipse me impediat in futurum, ago con-
tra ipsum: & ad hoc propono actionem in factum sub-
rogatam in locum interdicti de sepulchro ædificando
vel ipsum interdictum. Quod ita rectè concipiatur li-
bellus dicitur ff. de mort. inferen. l. 1. § prætor. & legi-
bus sequentibus. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd libel-
lus non sit benè conceptus. nam si agitur quod non de-
beat prohibere eum in futurum, hoc stare non potest.
nam de his quæ futura sunt, iudicium esse non potest.
vt ff. de iudic. l. non quemadmodum. & quia non perti-
net ad iudicis officium tractus futuri temporis. vt ff. de
vsur. l. 1. Respondeo. quod non de futuro est iudicium,
sed de præsenti. violentia enim præsens erat, quæ infe-
rebatur: vnde de illo præsenti agitur, quod remouea-
tur, & quod in futurum etiam prohibeatur, ne necesse
habeat singulis annis litem contestari. vt argum. ff. ad
leg. Aquil. l. in lege Aquilia, si deletum, & argument.
C. de præscrip. 30. annorum. l. malè. & ff. si seruitus ven-
dice. l. egi.

Si aliquis immittat aliquid in loco sacro, tenetur interdicto, ne quid in loco sacro fiat, immittaturve.

De interdicto ne quid in loco sacro fiat, immittaturve. Rubric.

1 *Interdictum, ne quid in loco sacro fiat, vt veniat, quæ requiruntur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in tali interdicto, nu. 3.*
4 *Libelli in tali interdicto quomodò fiant, nu. 5.*

SI aliquis ædificat vel aliquid immittit in loco sa-
cro, locum habet interdictum, ne quid in loco sa-
cro fiat, immittaturve. vt ff. eod. tit. l. 1. in princip.
† Vnde ad hoc vt istud interdictum locum habeat, tot 1
sunt necessaria. In primis, quòd locus ille sit sacer. ff. e.
l. 1. dicitur autem locus sacer, qui ritè per pontifices
Deo consecratus est. vt ff. de rerum diuisione. l. sacra.
Secundum, quòd illud quod ponit, pertineat ad incom
modum, vel ad deformitatem, non ad ornatum. vt ff. eo
dem. l. 1. §. interdictum. Vnde in hoc interdicto actor fa
cit tales positiones POSITIO ACTORIS. † Ego dico, 2
quòd locus ille, qui est ita confinatus, est sacer. si confi-
tebitur reus, bene erit. sin autem negauerit, dicat, domi
nus Episcopus consecrauit illum locum: vel dedica-
uit in honorem S. Iacobi. Item dico, quòd tu ædificasti
vel immittere vis ibi in loco illo res tuas, vel cornices
in parietibus domus illius sacræ. Item dico, quòd per
ea quæ immittere vis, locus ille turpis apparet. Econtrà 3
reus fa. tal. posit. POSITIO REI. † Ego dico, quòd locus
ille cuius confines sunt tales, est locus priuatus. si istud
confitebitur actor, succumbet: quia ex quo est priua-
tus, non potest esse sacer, cum de loco priuato fiat sa-
cer. Item dico, quòd Titius immisit vel immittere vo-
luit. si istud confitebitur Actor, absoluetur Reus: quia
propter factum Titij ipse conueniri non potest. Itẽ di-
co, quòd illud quod immissum est, vel immitti debet,
ad ornatum loci illius spectat. si confitebitur Actor, ab
soluetur reus. vt ff. e. l. 1. §. 1. In hoc autem interdicto cõ-
cipiatur ita libellus. LIBELLVS. † Vobis domino, &c. 4
conqueror ego R. de M. qui vult immittere in loco sa-
cro, cuius fines sunt tales: propter quam immissionem
locus ille turpis & deformis apparet. vnde ne immit-
tat, vel immitti faciat, peto ipsum prohiberi. ad hoc
propono actionem in factum subrogatam in locum in-
terdicti, ne quid fiat in loco sacro, immittaturve, vel i-
psum interdictum. Quod ita rectè concipiatur libel-
lus, dicit ff. eod. tit. l. 1. & ita concipitur libellus. si ali-
quis vult imponere, vel immittere aliquid. si autem est
immissum aliquid fa. ta. pos. quia immisisti, vt in litera
ponitur suprà. Si autem vis facere primas positiones, fa
cias vt interlineatum seu declaratum est. Secundo autẽ
modo concipietur ita libellus. LIBELLVS. † Vobis domi
no, &c. conqueror ego R. de M. qui immisit in loco tali
sacro, cuius fines sunt tales: propter quam immissionẽ
locus ille turpis & deformatus apparet: vnde vt illud
quod immisit remoueat, ago contra ipsum: ad hoc pro-
pono interdictum, ne quid in loco sacro fiat, immitta-
turve, vel actionem in factum subrogatam in locum
prædicti interdicti. Quod ita rectè concipiatur libel-
lus, dicit ff. ne quid in loco public. l. 2. §. locorum. & lex
illa non est posita in titu. ne quid in loco sacro. & sic v-
tiliùs mihi fuit visum ponere istud sub hoc interdi-
cto: vt si aliquid sit immissum, tollatur, cùm per idem
interdictum vtrunque fiat: quia prohibitorium est, vt
non immittatur: & est restitutorium, vt si aliquid fue-
rit immissum, quòd tollatur, licèt dominus Ioan. in sua
arbore posuerit separatim, & sub alia rubrica. vnde
dat intelligere, quòd sint duo interdicta: immò potiùs
credo vnum: licèt sit ex prima parte prohibitoriũ: ex
secunda restitutoriũ. Iura tamen velle videntur, quòd
duo sint: quia in diuersis titulis & separatim ponun-
tur, vt suprà dixi. OPPOSITIO. Sed videtur quod in v-
troque modo secundùm quod concipitur libellus, nõ
possit per apponentem proponi: certum est, quòd loca
sacra in bonis sunt nullius, vnde nec possideri possunt,
nec seruitutes recipiunt. vt ff. de rei vendic. l. in rem a-
ctin. §. loca. & ff. communia de seruit. l. caueri. quomo-
dò ergo potest aliquis prædicta interdicta proponere:
cum interdicta competant ratione interesse. vt ff. de in-
terdictis. & ad priuatas causas, non ad publica commo
da. vt ff. de iniurijs. l. sanè. Respondeo, prædicta propo-
ni possunt à prælatis ecclesiarum. illi enim cum pos-
sint vendicare loca prædicta. vt C. de sacrosanct. eccle.
l. sancimus. meritò etiam interdictum poterunt inten-
tare. Quod enim tu obijcis, interdicta competunt ad
interesse. Respondeo, verum est: & istud ad interesse cõ
petit. vnde interest prælati, quòd locus ille non defor-
metur, propter illud quod immitti debuit vel immis-
sum est: imò dico, quòd quilibet priuatus agere potest
& pro-

& proponere prædi[illegible] interdicta. O[illegible]nium enim [illegible]terest, quod fia[illegible] orato[illegible]ia, vbi po[illegible] fratres Deum pr[illegible] peccatis [illegible] orare. vt nau[illegible] licet ma[illegible] & aux. colum [illegible] § quia verò ita c[illegible]mpe[illegible]tur. & i[illegible]a omnes possunt interdicta propon[illegible]re. Qu[illegible] autem dicis quod interdi[illegible]ta pertineot a[illegible] causas priuatas. Respondeo, verùm est quędam: non tamen omnia. vt, ff. de interdict. l. 1.

Si aliquis ponat aliquid in via publica, vel loco publico, vel ædificat, vel immittit, tenetur interdicto, ne quid in loco publico.

De interdicto ne quid in loco publico fiat. Rubric.

1 *Interdictum ne quid in loco publico fiat, vt competat, qua requirantur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in tali interdicto, nu 3.*
4 *Libelli in tali interdicto quomodò concipiantur, nu 5.*

FRequentiùs contingit, quòd ali[illegible]uis in via publica vel in itinere publico aliquid ædificat vel im[illegible]mittit, ideò interd[illegible]ctum proditum est, ne qui[illegible] [illegible]at in loco publico, vel v[illegible]a, vel itinere publi[illegible]o. & [illegible] factum fuerit, quod [illegible] [illegible] [illegible] illud interdi[illegible]tum vt suprà dixi, ex prim[illegible] parte pro[illegible]ibitorium, [illegible] [illegible]nda restitutorium. vt ff. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] hoc interdictum. & §. præ[illegible]or a[illegible] [illegible] ve[illegible] [illegible]it vis[illegible] [illegible] fui domino Ioan. & videtur hoc e[illegible] [illegible]e probar[illegible]: duo sun[illegible] interdicta: vnum prohibitoriu[illegible]n, ne fiat: al[illegible]ud re[illegible]titutor[illegible]ium, si factum fuerit vt tol[illegible]atur. Ego tamen [illegible] [illegible]usa [illegible] [illegible]oris intellectus in vno tr[illegible]do non[illegible] [illegible]am vtrius[illegible] [illegible]ue, & etiam in libello, cum ex eadem causa vtrunque [illegible] [illegible]t. Vi-
2 de † ad hoc vt ista interdicta dent[illegible] [illegible]tnt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]a. In primis, quod via illa vel locus [illegible] [illegible] [illegible] non priuatus, vel vicinalis. Qualite[illegible] au[illegible] [illegible] [illegible]ocus dicatur publicus vel priuatus, v[illegible] [illegible] [illegible] [illegible].e. l. prætor ait. §. publ[illegible]a. & §. viarum. [illegible] [illegible] [illegible]ùdom, quòd ponatur aliquid [illegible]n loco [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]lius legis colligitur. Tertium, quòd n[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de licentia principis. Quartum, quòd li[illegible] [illegible] [illegible]ù licentia principis, quòd cood[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] terior. vt ff. codem titul. l. pretor a[illegible] §. [illegible] [illegible] si quis à principe. Quintum quòd [illegible] [illegible] interdicto, non habeat æd[illegible] [illegible]tum in p[illegible] [illegible]o: alioquin non aget. vt ff. e. [illegible]. pręto[illegible]. § idem a[illegible] Sex[illegible]m, quòd illud quod positum est, vel [illegible] [illegible]o[illegible] [illegible]eat, vel nocere in futurum possit, vt ff. e. l. præ[illegible]o[illegible] §. deind[illegible] [illegible] p[illegible]ætor. Septimum, quòd ad hoc vt tollatur necesse est, vt non sit ædificium: alioquin si domus sit, non tolletur, ne r[illegible]inis vrbs deformetur: non tolletur dicn[illegible] [illegible] publicus vsus impediatur. [illegible]t ff. e. l. prætor. §. si quis n[illegible]mine. Item non tolletur per interdi[illegible]tum, tolletur tamen per officium iudicis. vt in d. §. si qui[illegible] nemine. & l [illegible] [illegible] [illegible]. ad[illegible] [illegible]o quod nec etiam pontem l[illegible]ceat facere [illegible]suprà viam. vt ff. eod. l. pręto[illegible]. §. deinde tractarum. & ff. de [illegible] [illegible]nibus [illegible] Item. quia cœlum, id est, aer, quod suprà solu[illegible] est, l[illegible]berum esse debet, vt ff. de seru[illegible]. l. vl[illegible] [illegible]. §. 2. Octau[illegible]m, quod locus publicus fiat deterior[illegible] & tunc locum habet ed[illegible]ctu[illegible] directum. Cæterùm si incommodetur locus p[illegible] [illegible]atus a[illegible]terius locum habet vtile, vt ff. eod. [illegible]. p[illegible]ætor. [illegible] [illegible]m qui dam. & §. meritò. in [illegible]. Nonum, quia sufficit qua[illegible] [illegible]um ad hoc vt interdictum locum habeat, siue ipse posui[illegible], siue positum ab alio habet, vt ff. eod. l. prætor. §. hoc [illegible]nterdicto. Vnde in hoc interdicto actor facit [illegible] [illegible] posi-
2 tiones, siue confessiones. Po[illegible]i[illegible] [illegible] Actoris. † E[illegible]o dico, quod locus ille cuius fin[illegible] [illegible] [illegible]ta[illegible] [illegible]e pu[illegible]licos. Item dico, quòd tu aliqui[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] immittere tua anthoritate sine licent[illegible] p[illegible] [illegible]is. Item d[illegible]co, quòd licèt Imperator ti[illegible]i conce[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]dificare vel immittere in publico, pert[illegible]lem[illegible] [illegible]mm[illegible] [illegible] incommodatur vsus meus: nam si pe[illegible] [illegible]lud q[illegible] [illegible] publico, incommodetur vsus alterius [illegible] [illegible] [illegible]it & [illegible] [illegible]uaro & publico nomine, adeò q[illegible]o[illegible] [illegible] p[illegible] [illegible] no[illegible]ine agit, potest dare procuratorem li[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]atur publico nomine, vt ff. de procu. l. licet. Item [illegible] [illegible] [illegible]d ego qui ago hoc interdicto, omni careo ædificio posito in loco publico. Item dico, [illegible]uòd i[illegible]lu[illegible] [illegible]uod posuisti, vel vis ponere, nocet loco [illegible]ublico, vel nocere potest in antea. Item dico, quòd [illegible]lud quod posui [illegible] vel vis im[illegible]ponere [illegible] est a[illegible] [illegible]d quam domus. Item dico, quod domus i[illegible]la qu[illegible]m ædificasti [illegible]n pu[illegible]l. nocet multùm loco publico. Item dico, quòd [illegible]u supra locum publicum pontem posuisti. Item dico, quod opus factum in loco publico tu possides. Item dico, quòd per tuum opus quod fecisti in loco publico, lumen quod habebam a publico, tu mihi abstulisti. Oppositio. Sed oppones, quòd ista confessio nō sit recipienda, quasi mihi non sit licitum auferre tibi lumen. vt ff. de damn. infect. l. procul. Respon. licitum est tibi mihi auferre lumen quod habebam à loco priuato, qui mihi seruitutem non debebat, vnde potes altius ædificare, & lumen meum obscurare. vt C. de serui[illegible] [illegible] altiùs. & ff. de serui. vrban. præd. l. binarum. E contrà r[illegible]us faciat tales posit. Positio Rei.
[illegible] Ego dico, quòd vi[illegible] i[illegible], vel locus ille est vicinalis, vel priuatus, si istud confitebitur Actor, succumbet: quia [illegible]quitur quòd non sit locus ille publicus. Item dico, quod [illegible]llud quod [illegible]osui vel ponere volo feci cum authoritate princi[illegible] [illegible]: & ecce p[illegible]iuilegium. Item dico, quòd illud quod po[illegible] [illegible] vel pon[illegible]re vol[illegible] [illegible]cum priuilegio principis est [illegible]e incōmodo a[illegible]icuius. Ite dico, quòd tu qui proponi[illegible] istud inter[illegible] [illegible]ū habes ædificatū in loco public. Item dico, quòd i[illegible]u[illegible] quod volo imponere vel imposui est sine incommodo loci public. Item dico quòd illud quod ædi[illegible] [illegible]aui est domus & sine incommodo alicuius loci publici. Item dico, quòd opus prædictum de[illegible] [illegible]j possidere sine culpa vel dolo. Item dico, quòd lumē tuum quod per ædificium obscuraui, habebas a loco meo priuato. In hoc autem interdicto concipiatur ita
libellus. Li[illegible]e[illegible] [illegible]lus. Vobis domino, & c. conqueror 4
ego R. d[illegible] M. qui vult ponere vel imposuit in loco pub[illegible]li[illegible] [illegible]uius tales sunt fines: tale quid per quod locus publ[illegible]i[illegible]d[illegible]e[illegible]erioratur & deformatur: putà, faciendo pontē, vn[illegible]e ipsum prohiberi peto, ne ponat. Vel si posuit, di[illegible]c[illegible]s [illegible] [illegible]bel[illegible]o, vnde vt positū tollat ago contra ipsum: [illegible] ad hoc propono act[illegible]onem in factum [illegible]ubrogatam in loc[illegible]m interd[illegible] [illegible], ne quid fiat in loco publi[illegible]o. & si fuerit [illegible]ctum, quod tollatur, vel etiam ipsum interdic[illegible]ū. C[illegible]ue tamen[illegible] quod quando vis agere quod prohibeatu[illegible] ne po[illegible]at p[illegible]opona[illegible] in libello actionem in fact[illegible]m [illegible]ubrogata[illegible]m in locum int[illegible] [illegible]cti, ne quid in loc. publ. fiat [illegible] [illegible]m [illegible]nter[illegible] [illegible]um: quia tunc prohibitorium est n[illegible] fiat. [illegible] autem v[illegible] [illegible]gere, vt illud quod positum est tollatur, dicas propono actionem in factum subrogatā in locum interdicti, vt si aliquid fiat in loco publico, quod restituatur: vel ipsum interdictum, quod est restitutorium. Quod rectè ita concipiatur libellus, dicit ff. e. l. 2. §. 1. & §. hoc inte[illegible]dictum. & §. prætor ait. Si autē per illud quod factum est in loco publico, propria tua lædatur vtilitas: putà quia lumina obscurantu[illegible]r, concipies ita l[illegible]bellum. Libellus. Vobis domino. & c con- 5
queror ego R. [illegible] M. qui tale quid vult ponere, vel ponit in loco pu[illegible] [illegible]c. puta, ponte[illegible] [illegible] cuius fines [illegible]nt tale[illegible] per quod lumina mea ob[illegible]cur[illegible]ntur, vnde quod ne fiat, [illegible]o contra [illegible]psum: vel [illegible] [illegible]cit [illegible]ras ago quod remoueat. ad hoc propono [illegible] [illegible]e in[illegible] [illegible]ctu[illegible], ne quid fiat in [illegible]oco publico: & [illegible] factū fueri[illegible] quod remoueatur vel actionem in factum subrogatam in locum illorum interdictorū. Oppositi[illegible] Sed videtur, quod vltimo casu non po[illegible] [illegible]r de iu[illegible] agi. nam lumina tua possum obscurare. vt C. de [illegible]ui. l. al[illegible]iu[illegible]. & ff. de [illegible]erui. vrb. præd. l. si bonarum. Resp[illegible]d[illegible]o. Lumen quod habeo à tuo loco priuato. possum obscurar[illegible], cū seruitutem nō debeam. vt leg. prædictis. At si habeo [illegible] loco publico lumen, secùs. vt ff. de damn. [illegible]nf[illegible]. l. fluminum. § vlti. & l. procul. sicut superius dixi. Opposi[illegible] [illegible]o. Sed quæritur: quia nō videtur, quòd a[illegible] quo modo locu habeat istud interdictū: nam licitū est cui[illegible] [illegible]b[illegible] ædificare, & ponere in loco publ. [illegible]. de acq. rer. do. [illegible]. statua. Verum est quando ponuntur statuæ, sed licet non in loco publico, vel si fuerunt in loco publico positæ: nō impedi[illegible]batur locus publi[illegible] [illegible]us: vnde quod ponitur, non remouebitur, sicut supra dictum est.

Si aliquis in flumine publico vel ripa ipsius ponat aliquid tenetur interdicto, ne quid in flumine publico, vel ripa eius ponatur.

De interdicto, ne quid in flumine publico, vel ripa eius ponatur Rubric.

1 *Interdictum, ne quid in flumine publico vt procedat, quæ requirantur*
2 *Flumen publicum quod dicatur*
3 *Positiones Actoris & Rei in tali interdicto. 4.*
5 *Aedificans in flumine publico, ita quod non sit factum deterius ad nauigandum, vel non fluat aliter quàm in æstate priori, sed per illud ædificium alicuius molendinum impedit: quo iure conueniatur, nu. 6.*
7 *Libelli in tali interdicto, quomodò formari debeant, nu. 8.*

SAEPE contingit, quòd aliquid vult immitti ab ali
quo in flumine publico vel ripa ipsius. Item contin
git, quod etiam aliquid in flumine vel ripa eius im-
mittitur, seu aliqui immittunt: ideò prodita sunt duo
interdicta, quorum vnum est prohibitorium, scilicet
ne quid fiat in flumine publ. vel ripa eius. Aliud resti-
tutorium, scilicet, quòd si factũ fuerit restituatur, vel
tollatur. Probantur hæc ff. eod. l. 1. in princ. & §. deinde
ait prætor. & ff. de flumi. l. 1. † Vnde ad hoc, vt illa inter-
1 dicta competãt, tot sunt necessaria. In primis, quod flu-
men illud sit publicum, vt ff. eod. l. 1. in princ. flumen au
tem publicum a riuo magnitudine sua discernitur. vt ff.
de flumi. l. 1. §. flumen. Secundum, quòd aliquid debeat
poni, vel ponatur in flumine publico vel ripa ipsius, vt
ex legib. prædictis. Tertium, quòd tale sit illud quod
ponitur propter quod flumen non sit nauigabile. vt ff.
de flumi. l. 1. in princ. Et secundùm hoc quartum est ne-
cessarium, quòd flumen illud sit magnum, ita quod sit
nauigabile: vt ex verbis prætorijs apparet: vt in l. prædi
cta. & etiam in rubr. Quintum exigitur, quod per illud
factum flumen illud fluat modò aliter, quam fluxerit in
priori æstate. vt ff. ne quid in flum. pub. l. 1. in prin. & in
ipsa rubr. Hęc est enim differentia inter alias rubricas,
quia prima de fluminibus habet locum, ne aliquid fiat
in flum. publicis vel ripa ipsorum, quo peius possit na-
uigari, vt dicit rubr. & dicunt verba prætoris posita. ff.
de flumin. l. in princip. & habet locum, quod si aliquid
factum fuerit, quod tollatur. vt ff. de fluminib. l. 1. §. de-
inde ait prætor. secũda rubrica ne quid fiat in loco pu-
blico, ripave eius, quo aliter aqua fluat, quàm priori æ-
state, vt ff. ne quid in flumine public. l. 1. in princ. & lo-
cum habet, vt si aliquid factum fuerit quod tollatur. vt
ff. ne quid in flumine publi. l. 1. §. deinde. nec facias vim
2 in verbo quod dicitur, publicum. QVAESTIO. † Quia
quæreret aliquis, an flumen esset publicum. Respond.
omnia flumina publica sunt. vt Institut. de rerum diui-
sione. & ff. de rerum diuisio. l. 1. sed si ita sunt perennia,
vt ff. de fluminibus. l. 1 §. fluminum. Vnde sextum exigi-
tur propter illa interdicta, scilicet, quod flumen sit pe-
renne. Si autem sit perenne: sed priuatum pro eo inter-
dictum istud non competit. vt ff. eod. l. 1. §. hoc interdi-
ctum. perenne autem flumen dicitur, quod semper flu-
it vel currit in hyeme & in æstate. vt ff. eod. l. 1. §. peren-
ne. Septimum est necessarium, quod aliquid fiat in illo
flumine publico, non autem vt aliquid fiat in veteri al-
ueo, vel etiam in insula nata in medio fluminis: quia
tunc non habet locum interdictum. vt ff. eod. l. 1. §. si in-
sulam. Octauum, quòd illud vel tale quid fiat propter
quod flumen fiat deterius quo peius possit nauigari: &
vt fiat in ipso flumine vel ripa: si autem in alijs flumini
bus fiat, quæ nauigari non possunt, non habet locum
interdictum directum, sed vtile. ff. eod. l. 1. §. in flumini-
bus. aliàs si in mari. Item si fiat in mari, locum habet si
militer directum interdictum. si autem in alijs flumini
bus, quæ nauigari non possunt, locum habet vtile. vt ff.
eod. l. 1. [illegible] mari. & §. [illegible] d si in flumine. Nonum. quod
[illegible] factu[illegible], siue alius, & tu possideas, sufficit. vt ff. e.
l. 1 §. vlti. Qualiter autem dicatur imped[illegible] locus quo

minus nauigetur [illegible] Vnde in his in-
dictis [illegible] [illegible] TORIS. Ego [illegible]
co[illegible] quod flumen [illegible], est publi[illegible]
Item dico, quod [illegible] posuisti in illo flu-
mine vel ripa [illegible] tale quid [illegible] o, quòd propter
illud quod [illegible] flumen [illegible] est nauigabile: vel
aliter fluit, quam [illegible] in [illegible] æstate. Item dico,
quòd per illud [illegible] naues [illegible] unt. Item dico, quòd
illud flumen perenne est, id est, continuè currit seu flu
it, & in hyeme & in æstate. Item dico, quòd illud quod
posuisti posuisti in illo flumine. vel sic dico, quòd il-
lud quod tu posuisti in illo flumine, facit flumen inna-
uigabile, vel fluxum fluminis a consueto more fluendi
auertebat. Item dico, quòd locum illum factom in flu-
mine tu possides. E contrà reus fac. tales positiones. PO- 4
SITIO REI. Ego dico, quòd flumen quod dicis flu-
men, est riuus. Item dico, quòd illud quod posui. posui
extra flumen & eius ripam: vel sic, illud quod posui,
non facit flumen innauigabile: vel dico, quod flumen il
lud in quo posui, est sine nauigio. Item dico, quòd per
illud quod imposui, vsus nauigij est ita bonus, sicut pri
us, & nunc possunt naues ita transire, sicut & ante. Item
dico, quòd flumen illud currit modò sicut & in priori
æstate. Item dico, quòd flumen habet modicam aquam.
Item dico, quòd illud quod fuit positum, nec possideo,
nec dolo desij possidere. Patet ergo per ea quæ dicta
sunt, quod tunc locum habent interdicta quando flu-
men est nauigabile, & vsus nauigij impeditur: vel quã
do aliter fluit, quàm priori æstate fluxerat. Verùm si a-
liquid fiat in flumine, sicut sępe contingit, propter quod
forte molendinum alterius stagnatur. vtrum hoc li-
ceat? quæstio est sabbatina. & credo secundum interdi-
ctum locũ habere vtiliter. In his autem interdictis con
cipitur ita libellus. LIBELLVS. Vobis † domino, &c. con 5
queror ego R. de M. qui tale quid posuit in flumine ta-
li, propter quod flumen non est nauigabile: vel prop-
ter illud per fluuium nauigari non potest. vnde quod
remoueat ago contra ipsum: vel si nondum posuit, sed
vult ponere. dicas ita in libel. qui vult ponere. vnde pe
to ipsum prohiberi: ad hoc propono interdictũ de flu-
minibus, & ne quid in flumine publico fiat, ripave eius
quo peius nauigetur: vel actionem in factum subroga-
tam in locum illius interdicti. Quod ita rectè concipia
tur libellus, dicit ff. de flum. l. 1. in princ. & §. deinde ait
prętor. Si autem vis agere ex alio interdicto, scilicet ne
quid fiat in flumin. public. concipies ita libellum. † LI- 6
BELLVS. Vobis domino, &c. conquęror ego R. de M.
qui in flumine publ. tale quid posuit, quo flumen illud
aliter fluit, quam fluxerat in priori æstate, vnde vt re-
moueat contra ipsum ago, vel si vult ponere, dicas: ago
contra ipsum, ne ponat. ad hoc propono interdictum,
ne quid in flumine publico fiat, quo aliter fluat, quam
fluxit in priori æstate: vel actionem in factum subroga
tam in locum ipsius interdicti. Quod ita rectè concipi-
atur libellus, dicit ff. ne quid in flumine public. l. 1. in
princ. & §. deinde. QVAESTIO. † Sed illud quæritur, 7
si aliquis ædificat in flumine publico, ita quod non sit
factũ deterius ad nauigandum, vel non fluat aliter quã
in priori æstate, sed per illud ędificium tuum forte mo
lendinum impeditur, quo iure poteris agere contra il-
lum? hæc quæstio est sabbatina in quæstionibus domi-
ni Pilei. credo tamen quod possit agi contra illum qui
tale quid facit in flumine public. propter quod im-
peditur cursus molendini mei. Nam si aliquis impe-
trerit a principe, vt in loco publico ædificet videtur
concessum priuilegium, vt ædificet sine incommodo a-
licuius. vt ff. ne quid in loco public. l. 2. §. si quis à prin-
cipe, itidem [illegible] es vti iure tuo, vel iure tibi con-
cesso: quod non officias alieno. vt ff. de aqua pluuia. ar
cend. [illegible] §. [illegible] e co opere. Vnde ita concipies libellum. LI-
BELLVS. † Vobis domino, &c. conqueror ego R. de M. 8
qui [illegible] tale opus vult facere vel immittere, vel fe-
cit, vel immisit in flumine tali, propter quod damnum
mihi infertur: quia molendinum meum non ita cur-
rit [illegible] ita fluit, sicut consueuerat: vnde ne ponat vel
m[illegible] vel si posuit, dicas quod remoueat, ago con-
tra

tra ipsum: & ad hoc propono vt h. interdictū, ne quid fiat in flumine publico, vel ripa eius quo aliter fluat quam in priori æstate.& si factum fuerit, quòd restitua tur: vel actionem in factum subrogatam in locum illius interdicti. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit ff. ne quid in flum.pub.l.1.§.deinde. Quare dico vtile interdictum, idem, quia directum interdictum, ne quid in flumi. publi. locum habet quando quis agit de publico, verùm de priuato commodo locum habet vtile, quia quando verba deficiunt, sententia locum habet. In primis enim libellis agitur, quando de publico quis vult agere, cùm interdicta illa sint publica, vt dicit ff. de interdict.l.1.§.publicè. OPPOSITIO. Sed opponitur quòd libellus iste sit malè conceptus, nec aliquo modo possit agi. si enim istud interdictum est publicum, vt dictum est: quomodo agit iste de priuato damno. Respondeo benè, vt dicit ff. de procura.l.licet.§.1. & sicut in superiori dicto notaui. Item opponitur, quia videtur quòd aliquis licitè possit facere vel immittere in flumine publico & si præstetur impedimentum tuo molendino nam possum cooperire, vel aperire venas in prato meo: & si tuæ siccentur venæ putei, tamen nullo modo ages contra me, vt ff. de damn. infect. l. flu-minum.§.vlti.& l.proculi. Respondeo, leges illæ non obstant, quia loquūtur quando aliquis immittit in suo loco, qui est priuatus: at si in pu. secùs. vt ff. ne quid in loco pub.l.1.§.damnum. vel aliter. Refert vtrùm immittam in tuo vel publico, & tunc non possum, aut in meo, & tunc mihi licet, vt dictum est.

Si aliquis conducit prædium vel domum à fisco, vel à Republ. alicuius ciuitatis, & conductor impeditur re conducta frui, habet contra impedientem interdictum de loco publico fruendo.

De interdicto de loco publico fruendo. Rubrica.

Interdictum de loco publico fruendo vt competat, quot necessaria sint.

3 *Positiones actoris & Rei in tali interdicto. nu. 3.*

4 *Libellus in tali interdicto quomodo formetur.*

QVIA sæpè vectigalia publica locantur, & conductores in illis vectigal bus inquietantur: idcò est proditum interdictū de loco publico fruendo: quo interdicto prohibetur nealiqui conductores illos prohibeant quominùs possint vti frui. ¶ Ad hoc quòd illud interdictum locum habeat, tria sunt necessaria. In primis, quòd res illa, quæ datur in locatione, sit publica, id est, reipublicæ cuiuscunque ciuitatis. vt argum.ff. si ager vect. vel emphyt. pet.l.1.& 3. vt infrà notabitur. Secundum, quòd pensio soluatur: alioquin est locatio nulla sine pretio. vt ff. locati & con.l.1. Tertium, quòd ille qui prohibetur vtatur secūdùm legem locationis: alioquin si contra legem vel vltra legem locationis vellet vti, posset prohiberi. vt ff. tit. l.1. in fin. Quartum secundùm d. meum, quòd ille qui conduxerit, conduxit ad modicum tempus, vt in prædicto tit. notat, & assignat rationem. nam si conduxerit ad non modicum etiam à priuato haberet interdictum vti possidetis, & ne vis fiat ei qui in poss. missus est, & rei ven. vtilem. vt ff. si ager vect.l.1.& 3. ff. & de superfic.l.1.in prin.& §.quòd aurē ait. ergo vt sit casuale in loco publico, videtur conductori istud interdictū, debet conducere ad modicum tempus. Scilicet hoc quartum domini mei credo probabile, non necessarium. nam esto quòd quis côducat à republica rem aliquam ad nō modicum tempus: credo etiam tunc habere locū illud interdictum de loco publico fruēdo. si autem ad modicū tempus conduxerit, ibi nullo iuua ur interdicto. nam conductor nullam habet possessionem. nam rei locatæ possessionem & proprietatem retinemus vt ff. locati & con.l.colonus.nec viuo nec mortuo domino vllam habet possessionem. vt ff. de vsuc. l. .... m.§.quòd vulgo. vnde haberet prædictum interdictum. Et ex his quę dicta sunt, videtur quòd habeat locum istud interdictum in te... p... ciui... Romanæ ... rnùm: quod probn le... à conduct... e priua... d... at qui ad ... tempus. ergo non loq... ur ... repu... tis secundum ip... reipublicæ ... furgunt vt ff. ... b. §.g. ... nmqui ve... verum ... quòd d... um interd... de lo... ndo habe... locum ... ciuitati Romanæ, vt ... est. qui ... verb... & se... ntia concordant, in r... pub. alterius ciuitatis locum habet ... conda sententia, licet verba ... Vnde ... PO ITIO ACTORIS. ¶ Ego dico, quòd locus ille ... publicæ ciuitatis Romanæ. ... ciuitatis ... en, quòd locum istum conduxi à republica pro ... solidis seu libr. Pisanorum singulis annis soluendis. Item talis publicanus locauit mihi prædicto pretio. Item conduxi à republica ciuitatis Romanæ vsque ad biennium vel triennium. hanc positionem facies secundum d. meum vt ... perius dixi. Item dico, quòd vsque ad decem annos conduxi locum istum. Item dico, quod tu prohibes me vti vel frui illo loco pub. E contra reus faciet tales positio. POSITIO REI. ¶ Ego dico, quòd locus 3
ille de quo dicitur est Titij. si istud confitebitur actor, absoluetur reus. quia sequitur quòd non sit locus publicus. Item dico, quòd locus iste fuit locatus Titio insolidum. Si istud cōfitebitur actor, absoluetur reus: quia duobus insolidùm locari non potest, nisi essent duo rei debendi, secundùm quod ex omni contractu potest fieri, vt ff. de duobus rei.l.eandem. Item dico, quòd tu pro illo prædio debes soluere pro omni anno frumentum. si istud confitebitur actor absoluetur reus, quia locatio non est sine pretio. vt ff. locati & côduct. l.1.& ff. de posit. l.1.§. si seruum: tunc posset tamen locum habere vtile interdictum. Item dico, quòd Titius tantùm tibi intulit violentiam. si istud confitebitur actor, absoluetur reus, quia si Titius tantum intulit tibi violentiam: sequitur quòd non intulit iste reus, qui conuenitur. In hoc autem interdicto concipies ita libellum. LIBELLVS. Vobis D.&c. conq.e.R. de M. qui non permittit me vti & frui loco publico, cuius fines sunt tales: quem locū à tali publicano ciuitatis Romanæ conduxi, vel alterius ciuitatis, pro pretio 10. lib. Pisanorum singulis annis soluendarum, vnde ne prohibeat ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de loco pub lico fruendo, vel act. in factum subrogatam in locum illius interdicti. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicit ff. de loco pub. fru.l.1. OPPOSITIO. Sed opponitur, quòd istud interdictū non côpetit. nam aut is qui conduxit, conduxit ad nō modicum tempus, aut ad modicum. si conduxit ad non modicū tempus, ille qui côduxit, habet ius in re, & est vtiliter dominus. vt ff. si ager vect. pet.l.1.& 3. ff. de superfic. l.1. Si ergo habet vtilē rei vend. & est vtiliter dominus, ergo non potest dici, quòd re illa vtatur & fruatur, cùm res propria nemini seruiat. vt ff. de seruit. vrban. præd. l. in re communi. & ff. si vsufruct. peta. vel ad al. pertin. l. vti frui. Item si conduxit ad modicum tempus nullum ius habet: quia est simplex colonus, nec quoad proprietatem, nec quo ad possessionem, sicut superiùs dictum est. Respondeo, in vtroque casu loquitur & potest concipi libellos. nam si conduxit ad nō modicum tempus licèt vtiliter dicatur dominus: tamen potest rei illius habere vsumfructum. nā cùm alius directò sit dominus, ego possum dici fructuarius habito respectu ad illum, & vti dicunt rebus alienis. nec obstat quòd dicitur, res sua nemini seruit. Respondeo verum est, res mea mihi non seruit, si directò mea sed si vtiliter sit mea, tunc possum habere vsumfructum & seruitutem, sicut videtur in simili ratione, directo rem suam nemo potest condicere præterquam à fure. vt ff. vsufruct. quemad. ca.l.vlti. in fin. tem autem meam vtiliter condico. ff. de donat. cauf. mor. l. qui mortis.& C. de do. quæ sub mo. l.1. Item & alibi simile habes, rem directò meam non possum habere pignori. vt ff. de regu. iur. l. neque pignus. & ff. de except. rei iud.l. ex sextante §. Latinus Largus. in fi. rem autem vtiliter meam retineo pignori. vt ff. ad Treb. l. debitor.

F 4 &ff.

& ff.de actio empt.l.Iuliaous.§.nfferri. Item si condu-
xit ad modicum tempus, habet ius quoad possessionē,
& sic est speciale. vt superiùs notaui secundum d.me-
um. Et not. in hoc interdicto quiddam mirabile, quod
propter violentiam illatam socio etiam socius agit vt
ff.de loco pub.l.1. & alias simile.ff.pro socio. l adeò.a-
lias contra. vt ff.pro socio.l.2.in prin.

Si aliquis vult reficere viam publicā, & ab aliquo impeditur, habet contra impedientem interdictum de via publica, vel itinere publico reficiendo.

De via publica, vel itinere publico reficiendo. Rubrica.

1 *Interdictum de via publica vt procedat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones actoru & Rei in interdicto de via publica. & nu.3.*
4 *Libellus in tali interdicto quomodo concipiatur.*

CONTINGIT aliquando, quod aliquis vult refi-
cere viam publicam et ab alio impeditur: & ideo
proditum est interdictum de via public & itine
1 re publico reficiendo. † Quod interdictum ad hoc vt
competat, tot sunt necessaria. Inprimis, quòd via illa sit
publica, vel iter publicum. Secundum, quod aliquis
velit reficere. Tertium, quòd reficiendo non mutetur
status primitiuus viæ publicæ. Quartum, quòd alius te
impediat volentē reficere vel purgare viam. Hæc qua-
tuor probantur.ff.de via pub.& itinere pub.refi.l.1.Vn-
de in hoc interdicto ac.fa.ra.po. POSITIO ACTORIS.
2 † Ego dico, quòd via illa vel locus ille est publicus. Itē
dico, quòd locus ille vel via indiget refectione. Item
dico, quòd viam illam volebam reficere vel purgare.
Item dico, quòd tu me prohibuisti & prohibes. Item
dico, quòd reficiendo antiquū retinebam statum. Econ
3 trà reus fa.ra.po. POSITIO REI. † Ego dico, quòd locus
ille est Titij: si istud confitebitur actor, absoluetur reus,
quia sequitur, quòd non sit publicus. Item dico, quòd
tu reficiendo volebas & vis facere viam illam publicā
latiorem & longiorem, & altiorem & humiliorem,
quam anteà. si istud confiteatur actor absoluetur reus,
quia de iure possum prohibere quotiescunque primus
status mutatur, vt ff.eod.tit. [illegible] Item dico, quòd Ti-
tius tantum intulit tibi violentiam. si istud confiteatur
actor, reus absoluetur, quia ille tantum scilicet Titius
intulit violentiam tibi, et ego nullus alius. In hoc autem
4 interdicto ita concipietur libellus. † LIBELLVS. Vobis
D.&c.con. R.de M.qui me volentem reficere vel pur-
gare iter publicum vel viã pub. prohibet, vnde vt ces-
set à tali iniuria vel violentia, ago contra ipsum, & ad
hoc propono actionem in factum subrog. in locum in-
terdicti de via pub.& itinere pub.reficiēdo, vel ipsum
interdictum. Quod ita rectè concipiatur lib.dicit ff.eo.
tit.l.1. Si autem propter illam refectionem vertebatur
propria & specialis vtilitas actoris, potes libellū præ-
dicto modo concipere, & adijcere in libello, & quod
interest mea specialiter propter domum meam nō esse
prohibitum, ideo illud meum interesse peto: & ad hoc
propono prædictum interdictum, vel dictam actionem
in factum, quòd enim istud possit actor petere in libel-
lo dicit, l.ff.eo.l.1.§.vlt.

Si aliquis vult ire per viam publicam, vel vult aliquid ducere, vel agere, & impeditur ab aliquo, habet contra eum interdictum, vt liceat ire agere per viam publicam.

De interdicto vt liceat ire agere per viam publicam. Rubrica.

1 *Interdictum vt liceat ire. &c. vt veniat, quot requirantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali interdicto. nu.3.*
4 *Libellus in tali interdicto quomodo fiat.*
5 *Pedagia quòd non colligantur, an interdicto prohiberi possint.*

QVIA sæpius vadis per viam publicā, vel per
aliquid ducere, vel agere, & ab alio impeditur,
ideo propositum est interdictum vt liceat ire a-
gere via publica & nulla violentia volenti agere infera-
tur. † Vnde ad hoc vt istud interdictum competat, tot 1
sunt necessaria. In primis, quòd via illa sit publica,
qualiter autem via dicatur publica dicit ff. ne quid in
loco pub.l.2.§.viarum. Secundum, quòd prohibeatur
ille, qui volebat ire vel agere per viam public. vt ff.ne
quid in loco.l.2.§ vltim.& nunquàm alibi reperitur de
hoc interdicto, nisi in lege illa: per viam enim priuatā
si aliquis vult ire, prohiberi potest negatoria. vt ff. si
ser.ven.l.2. Vnde in hoc interdicto ac.fa.ra.po. Posi-
tio ACTORIS. † Ego dico, quòd via talis est publica. 2
Item dico, quòd ibam per viam illam. Item dico, quòd
tu me prohibuisti & prohibes me euntem, & volentem
agere vel ducere per viam illam. Econtrà reus fa.ra.po.
† POSITIO REI. Ego dico, quòd via illa priuata est. si 3
istud cōfiteatur actor absoluitur reus. quia impunè po
test eum prohibere. Itē dico, quòd locus ille est meus,
vnde tu dicis viam esse publicam. si istud confitebitur
actor, absoluetur reus: quia possem te prohibere impu-
ne, ne vadas per fundum meum. Item dico, quod Titius
tantum intulit tibi violentiam. si istud confi. actor, ab-
soluetur reus. In hoc autem interdicto concipietur ita
libellus. † LIBELLVS. Vobis D.&c. con.e.R. de M. qui 4
me volentem ire vel agere ducere tale quid per viam
publicam prohibuit, vel prohibet. vnde ne me prohi-
beat, ago contra ipsum: & ad hoc propono contra ip-
sum interdictum vt liceat ire vel agere, & ducere per
viam publicam, vel actionem in factum subsidiariam
in locum ipsius interdicti. Quòd ita rectè concipiatur
lib.dicit ff.ne quid fiat in loco publi.l.2.§.vlti. QVAES-
TIO. † Sed quæritur de his qui colligūt huiusmodi pe- 5
dagia ab his, qui vadunt per viam publicam, an possit
de iure prohiberi per hoc interdictum, quòd pedagia
non colligant. Respondeo, credo quòd sic: impediunt
enim euntes agentes per viam publicam. vnde faciunt
contra iura, nisi habeant priuilegium à principe, vt C.
noua vect. insti. non posse. l.1.2.& 3. & C. de vectigal.
omnium. Vnde nec ciuitates per sua statuta possunt hu-
iusmodi pedagia imponere, vt C.no.vect.insti.non pos.
l.vec. & sic nec ciuitates nec aliqui nobiles impedire
possunt iter agentes: nisi habeant priuilegium princi-
pis de eius conscientia propter pedagia: & nisi quando
patria est tenuis. & tunc de facili priuilegium conce-
ditur, vt noua vecti. possint à ciuitate exigi, sed per pri-
uilegium, C.noua vecti. insti. non poss. l.1. licèt hodiè
de facto contrarium faciant ciuitates & nobiles homi-
nes & potentes.

Si aliquis vult reficere ripam publici fluminis, & ab aliquo prohibetur, habet contra illum interdictum, vt liceat ripā publici fluminis reficere vel munire.

De interdicto vt liceat ripam publici fluminis reficere vel munire. Rubrica.

1 *Interdictum vt liceat ripam &c. vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones actoru & Rei in tali interdicto. nu.3.*
4 *Libellus in tali interdicto quomodo concipiatur.*
5 *Interdictum de ripa fluminis ex iurisconsulti interpretatione in ripa stagni & lacus locum habet.*

PROPOSITO interdicto ne quid in flumine pub-
lico vel ripa eius fiat, sicut superiùs notaui. quia
aliquando aliquis vult reficere ripam publici flu-
minis: & ab alio prohibetur reficere, ideo proditum
fuit interdictum, vt liceat ripam publicam reficere vel
munire. † Vnde ad hoc vt illud interdictum competat, 1
tot sunt necessaria. In primis quòd flumen sit publicum,
quòd autem dicatur pub. suprà notaui ne quid in flumi-
ne pub ripaue eius fiat: & de fluminibus. Secundum est
necessarium, quòd ripa sit in causa refectionis. Ter-
tium, quod per illam refectionem iter nauigij, vel ipsa
nauigia non impediatur. Quartū, quòd ille qui reficit,
satisdet vel caueat vicinis habentib. prædia propè flu
men

men secundùm qoalitatem personæ vsq; ad decem an-
nos nomine damni infecti. Quintum, quod opus non
sit factum, aotequam satisdatio petatur. posteà autem si
damnum detur, agetur lege Aquilia. Sextum, quòd ille
qui vult reficere vel munire, impediatur. Hæc omnia
probantur ff. de ripa muni. l. vnic. Vnde in hoc interdi-
2 ctu ac. fa. ta. po. POSITIO ACTORIS. †Ego dico, quòd
tale flumen est publicum. Item dico, quòd ripa talis
fluminis io loco tali indiget refectiõe. Item dico, quòd
illa refectio fit sine aliquo impedimento nauigij. Item
dico, quòd ego volo satisdare vel cauere vicinis haben
tibus prædia trans flumen vsque ad 10. anoos, secúdùm
quod mandat prætor. Item dico, quòd me prohibes vo-
leotem dictam ripam reficere vel munire. Econtrà reua
3 fa. ta. po. POSITIO RAI. †Ego dico, quòd flumen illud est
priuatum. Item dico, quòd ripa huius fluminis est in
consueto statu, & susteotari potest sine aliqua refecti-
one. Item dico, quòd per illam refectionem impeditur
vsus nauigij. Item dieo, quod illud flumen est nauiga-
bile. Item dico, quòd quando perij cauere vel satisdare
à te, vt satisdates mihi nomine damni insec. quòd tu re-
cusasti cauere vel satisdare. si istud confiteatur actor,
absoluetur reus: quia possum te prohibere volẽtem re-
ficere. Item dico, quòd Titius tãtùm prohibuit. si istud
confi. ac. absoluetur reus. In hoc autem interdicto con-
4 cipitur ita libellus. LIBELLVS. †Vobis D. &c. coo. e. R.
de M. qui me volentem reficere vel munire ripam flu-
minis sioe aliquo impedimento nauigij: cùm essem pa-
ratus satisdare vel cauere nomine damni insec. vsq; ad
10. annos, secundum mandatum prætoris prohibuit &
prohibet vnde ne me prohibeat, ago contra ipsum: &
ad hoc propono interdictum, vt liceat ripam fluminis
reficere vel munire, vel actionem in factũ subrogatam
in locum ipsius interdicti. Quòd ita rectè concipiatur
libellus dicit ff. de ripa. muni. l. vnica. OPPOSITIO. Sed
opponitur. non videtur, quòd prædictum interdictum
competat: oam ripæ fluminis sunt illorum qui propè
flumen prædia possident, vt ff. de re. diuis. l. riparum. si
ergo sunt illorum: aut illi volunt reficere, aut alij, si il-
li volunt reficere, benè possunt, & hoc planum est: sin
autem alij volunt reficere ripas, illi de iure prohiberi
possunt, nec habent aliquod interdictũ: cùm si aliquis
vult aliquid facere in meo possem mea auctoritate pro
hibere, vt ff. ad l. Aqui. l. quemadmodum. §. si protectũ.
Respódeo, & si alij voluot reficere & prohibentur, ha-
bent interdictum nam licèt riparum ipsarum proprie-
tas sit illorum qui propè habent prædia: riparum tamẽ
vsus publicus est, ita quòd quilibet potest ibi retia sic-
care, & naues applicare. vnde propter hoc quilibet po
5 test ripas reficere, vt in d. l. riparum. †Nota quòd illud
quod dictum est de ripa fluminis, idem intelligas de ri-
pa stagni & lacus ea interpretatione iurisconsulti, vn-
de sententia interdicti locum habet, licèt verba defici-
ant, vt ff. de rip. mu. l. vnic. in fio. credo vtile prædictum
ioterdictum locum habere. nam vbicumque sententia
edicti locum habet, & verba deficiunt, locum habet v-
tile interdictum, vt ff. si qua. pau. fecisf. dicat. l. pen.

Si aliquis in flumine publico vel stagno publico, vel lacu publi. vel fossa publi. nauigare vel piscari prohibeatur. habet interdictum, vt in flumine publico liceat nauigare.

De interdicto vt in flumine publico liceat nauigare, Rubrica.

1 *Interdictum vt in flumine publico, & c. vt procedat, quot exigantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali interdicto. nu. 3.*
4 *Libellus in tali interdicto quomodo formetur.*

QVIA sæpè cõtingit quòd aliquis in flumine pub-
lico vult nauigare vel piscari, vel in stagno pub-
lico vel lacu pub. vel fossa pub. similiter vult na-
uigare vel piscari & ab alio prohibetur: ideo proditũ
fuit interdictum vt in flumine pub. & stagoo & lacu &
1 fossa liceat oauigare. †Vnde ad hoc vt istud interdi-
ctum competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd flu-
men, stagnum, & lacus, vel fossa sint publica: si enim
sint priuata, possunt impunè prohiberi, vt ff. eod. vt io
flum. pub. liceat nauiga. l. 1. in prin. & § si priuata. Secun
dum, quòd vult nauigare vel piscari. Tertium, quòd ab
alio prohibeatur, vt in l. prædicta colligitur. Quartum,
quòd ille qui prohibet piscari, non sit vsus piscatione
in flumine publico per priuilegium principis: tunc e-
nim impunè prohibet, etiam si sit solitus piscari in flu-
mine publico per longissimum tempus, vt ff. de diuer.
& temp. præscrip. l. si quisquam in flumine pub. nec ob-
stat l. de vsuc. l. vlt. c. responso. vbi dicitur quod piscari
io flumi. pub. non acquiritur tempore longo. Respon-
deo: verum est, quòd non vsucapitur ius piscandi lon-
go tempore. vt in l. 1. de vsuc. sed longissimo sic. vt in l.
de diuer. & tempora. præscript. vel aliter: lex illa de v-
sucap. loquitur quando quis non habet priuilegium. si
autem habet priuilegium: tunc quæritur longo tempo-
re, vt in prædicta l. de diuer. & tempora. præscript. vel
aliter io l. illa de vsucap lædebatur publica vtilitas, &
ideo non currit præscriptio longi temporis. si autem
lædatur priuata currit, vt in prędic. l. de diuer. & temp.
præscript. vt argum. ff. de via pub. l. viam. & C. de ope-
ribus pub. l. præscript. ideo enim istud quartum exigo,
quòd non habeat ius priuatum. Si enim haberet ius pri
uatum per Imperatorem, fortè tunc posset te prohibe-
re, vt vt ff. de iniur. l. sanè. & hoc interdictum locum ha
bet si aliquis prohibeatur piscari in flumi. Si autem io
mari nullum interdictum locum habet. sed actio iniu-
riarum, vt ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. aduersus eum. &
ff. de iniurijs. l. iniuriarum. §. si quis me prohibeat: adeò
quòd si prohibeam aliquem piscari etiam aote domum
meam vel prætorium, ille iniuriarum possit agere, vt ff.
de iniur. l. iniuriarum. §. vlt. In hoc interdicto ac. fa. ta.
po. POSITIO ACTORIS. †Ego dico, quòd flumen tale seu 2
stagnum, lacus vel fossa public. sunt. Item dico, quòd
io illis vel io illo volebam nauigare. Item dico, quòd
tu me prohibuisti & prohibes ibi nauigare vel piscari.
Item dico, quòd tu tale ius habes in illo flumine, & in
illis locis quale & ego. Itẽ dico, quod annus est, quòd tu in
illis locis, vel in illo loco incœpisti piscari. Econtrà 3
reua fa. ta. po. POSITIO REI. †Ego dico, quòd flumen
illud vel loca illa sunt mei iuris. Item dico, quòd illa
loca sunt mihi cócessa per principem. Item dico, quòd
in illis locis ego sum piscatus iam 30 annis. Item dico,
quòd Titius tantùm te prohibuit. In hoc autem inter- 4
dicto concip. ita lib. LIBELLVS. †Vobis D. &c. conq. e. R.
de M. qui me prohibuit & prohibet nauigare, vel pis-
cari in flumine tali, vel stagno, vel fouea, vel lacu: vnde
ne me prohibeat, ago contra ipsum: & ad hoc propono
interdictum, vt in flumin. public. lacu vel stagno, vel
fossa liceat nauigare; vel actionem in factum subroga-
tam in locum prædicti interdicti. Quòd ita rectè con-
cipiatur libellus dicit l. ff. vt in flumin publ. liceat na-
uiga. l. 1. & sic per éa quæ dicta sunt in hoc interdicto
patet, quòd malè faciunt multi Beneuentani, et alij qui
prohibeot me piscari in flu. pub. Imò vendunt aquas,
id est, ius piscandi piscari volentibus, & in mari coram
domibus. sed tamen ita est vsu obtentum, vt argum. ff.
de iniu. l. iniuriarum. § vlt.

Si aliquis mittitur in possess. causa rei ser. vel in tenutam, & aliquis prohibet illum esse in possess vel tenuta, ideo habet interdictum contra illum ne vis fiat ei qui in possess. missus est.

De interdicto ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est. Rubrica.

1 *Interdictum ne vis fiat ei, & c. vt competat, quot requirantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali interdicto. nu. 3.*
4 *Libelli in tali interdicto quomodo concipiantur. & nume sequen*
8 *Sententia in talibus interdictis quomodo formari debeant. nu. 9.*

QVIA mittuntur aliqui ex multis causis & varijs
sæpiùs in tenutā seu possessionem causa rei ser-
uandæ: & aliqui prohibent illos, ita cùm non ha
beant nec interdictum vnde vi, nec remedium ex l. si
quis in tantam. C. vnde vi. quia nec possident. vt ff. de
acq. possess. possideri. §. vlt. & ff. quorum leg. l. 1. §. quæ si-
tum. & ff. vti pos. l. si duo. §. creditores. & ff. de acq. pos.
l. si quis autem conduxerit. §. 1. ideo necessarium & in
subsidium fuit istud interdictum inuentum, vt ff. ne vis
1 fiat ei qui in poss. missus est. l. 1. † Vnde ad hoc vt istud
interdictum competat, tot sunt necessaria. In primis,
quòd causa aliqua sit quare aliquis petat mitti in pos-
sessionem: putà vel legati vel dotis, vel quæcunque alia
causa propter quam mittatur in posses. causa rei ser. ff.
eo. l. 1. §. est autem generale. Secundum, quòd causa illa
sit iusta & vera, alioquin nulla est missio. ff. eo. l. 1. §. hæc
verba. Tertium, quòd sit missus vel iussus mitti. Quar-
tum, quòd sit prohibitus, & dolo malo, vt ff. eo. l. 1. in
princip. Quintum, quòd ille qui prohibet non sit furio-
sus non pupillus, non doli capax, non dominus vel pa-
ter, qui iussit: tunc enim excusantur qui paruerunt, vt
ff. eo. l. 1. §. hoc edicto. & §. si domini. Et est notandum,
quòd nisi dolus interueniat, illius qui prohibet, sed
credat sibi licere, vel rem suam esse, vel sibi obligatam,
vel quòd non fuerit debitoris, non tenetur hoc inter-
dicto, vt ff. eo. l. 1. §. si quis ideo. Item nota, quòd ei qui
est prohibitus competunt tria auxilia propter illam
prohibitionem. Primùm, scilicet antequàm venerit in
possess. si prohibeatur venire, habet interdictum ne vis
fiat ei qui in possess. missus est, id est, mitti iussus. Habet
secundum, vt manu militari inducatur in possess. rei il-
lius à qua fuit prohibitus, vel in bona prohibentis, si
post sex menses noluerit satisdare pro legato, vel pro
alia re petita, vel noluit venire responsurus, vt ff. eo. l.
1. in prin. & l. si quis missus. in prin. & §. constitutum. &
C. vt in poss. leg. l. certa. Habet tertium auxilium, sci-
licet act. in factum, per quam cōsequitur quanti ea res
est, id est, totum interesse illius qui est prohibitus, vt ff.
eo. l. 1. §. 1. & §. hæc verba. Hæc omnia auxilia potest ha-
bere antequàm mittatur in poss. Postquàm autem mis-
sus fuerit similiter habet omnia prædicta auxilia. est e-
nim illud interdictū restitutorium. vt ff. eo. l. 1. in prin.
§. hoc interdictū. & §. est autem. & l. si quis missus. §. cū
prætor. & l. vlt. §. prætor. licèt quidam dicant vt domi-
nus & præceptor meus R. Beneuentanus, quòd interdi-
ctum ne vis fi. &c. non sit restitutoriū, nisi in casu quan-
do mulier fuit mitti iussa nomine ventris. vt in prædi-
cta l. si quis missus. in alijs autem dicit non esse restitu-
toriū, sed tantùm prohibitorium. vnde si aliquis expel-
latur, non dicit eū iuuari per interdictū, sed per actio-
nem in factum. Quare autē sit restitutoriū quando mu-
lier mittitur in pos. nomine ventris, ratio est: quia cùm
mulier nomine ventris mittitur, omnia debent ei exhi-
beri sine quibus mulier ad partum produci nō potest,
vt ff. de ventre in pos. mit. l. 1. §. si mulier. et l. curator. Et
sic secundùm eum tria tantùm auxilia competunt ante
missionē, scilicet interdictum prohibitoriū, per quod
consequitur actor ne vis fiat sibi. Item ac. in factum per
quam consequitur suum interesse, quanti sua interesset
non esse prohibitum. Item officium iudicis, scilicet vt
per manū militarem in pos. inducatur, vt ff. eo. l. si quis
missus. §. 1. Postquàm autem venerit in poss. habet duo
auxilia, scilicet ac. in factum, & officiū iudicis. Ego au-
tem non defendens sententiam domini & præceptoris
mei R. sicut fecit Cassius, qui sententiam sui Doctoris
Sabini optimè excusauit, vt ff. de arbitris. l. dicere, aliàs
l. qualem. §. dicere, imò illi si audeo contradicens, dico
interdictum ne vis fiat ei qui missus est. competere eti-
am postquàm aliquis fuerit inductus in poss. & fuit in-
de expulsus: dico enim interdictum istud restitutoriū
& prohibitorium, vt in l. prædicta. si quis missus. §. cùm
prætor. Et quod ibi de muliere dicitur: exempli gratia
notatur, sicut aliàs Iurisco. multi faciunt, quando multis
abundant exemplis, vnum tantùm notant, vt ff. ad leg.
Aquil. l. ita vulneratus. circa finem. & ff. de vi & vi ar.
l. 1. §. quod vulgo. & ff. ad l. Cor. de fal. l. si quis obrepse-
rit. Item verba interdicti faciunt pro sententia mea, ne
vis fiat ei qui in poss. missus est, non autē dixit mitti ius-
sus, licèt ipsi ita exponant: quia cōcedo, quòd si aliquis
iubeatur mitti in poss. si fiat sibi violentia, quòd locum
habeat interdictū: & etiam locū habeat postquam fue-
rit missus. Item dicit Vlpianus: parùm esset prætorem
mittere aliquē in poss. nisi missum tueatur: tuetur enim
eos ex quacunque causa mittantur. & siue prohibitus
sit venire aliquis in posses. siue postquam fuerit immis-
sus fuit expulsus, habet hoc interdictum, vel actionem
in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Hæc
probantur ff. e. l. 1. §. hoc interdictum. & §. est autem. &
§. hæc actio. Vnde in hoc interdicto ac. fa. ta. po. † POSI- 2
TIO ACTORIS. Ego dico, quòd talis iudex communis,
vel talis potestas præcepit, quòd ego mitterer in poss.
talium rerum. Item dico, quòd ideo iudex præcepit,
quòd noluisti venire citatus legitimè, vel quia nolui-
sti mihi cauere nomine ventris: vel noluisti satisdare
nomine legatorum. Item dico, quod tu prohibuisti me
ire in poss. Item dico, quòd postquàm habui tenutam
seu possess. tu me expulisti de illa poss. Item dico, quòd
expulsionem dolo fecisti. Item dico, quòd tenutam quā
dedit mihi iudex, iustè dedit. Item dico, quòd tu es sa-
næ mentis. Item dico, quòd tu es maior 14. ann. Econ-
trà reus fa. ta. po. POSITIO REI. † Ego dico, quòd ego de- 3
bitū, pro quo petijsti missionem in bonis meis tibi sol-
ui: vel legatum quod tibi pater meus reliquit in testa-
mento, ipse in alio testamento ademit, vel ego satisde-
di tibi nomine dan. infect. si ista confi. ac. ab. reus: nam
illa missio nō fuit iusta: & sic de iure nulla, vt suprà di-
ctum est per l. 1. §. hæc verba. ff. eod. OPPOSITIO. Nec
obstat si opponis, quòd illa sit legitima tenuta, cùm iu-
dex præcepit, vt ff. de acq. pos. l. iustè. Respondeo, verū
est quòd est iusta seu legitima, si iudex iustè præcepit
causa scilicet præcedente, vel quoad officiū eius per-
tineat, vt ff. de reg. iur. l. factum. nam & si præcipiat iu-
dex quid impossibile: non valet eius præceptum, vt ff.
quæ sententiæ sine ap. rescind. l. vltim. Item dico, quòd
Titius tantùm te prohibuit. Item dico, quòd tu es in
ciuitate ista potentior quàm ego. si istud confiteatur a-
ctor, absoluetur reus: quia non est verisimile, quòd ali-
quis minùs potēs inferat iniuriam vel violentiam ali-
cui potenti, vt ff. quòd metus causa. l. non est verisi-
mile. Item dico, quòd ego dixi malum tibi: vel ocu-
los tantùm extorsi, propter quod tu effregisti. si con-
fi. ac. ab. reus: quia vani timoris nulla fit æstimatio, vt
ff. de re iudica. l. si quis ab alio. Item dico, quòd illo
tempore quando dicis me violentiam intulisse, eram
furiosus. Item ego eram minor 14. ann. & sine capaci-
tate doli. si enim esset pupillus et doli capax tenetur, vt
ff. de reg. iur. l. pupillus. Item dico, quòd dominus meus
vel pater mihi præcepit, quòd ego illam violentiam ti-
bi inferrem. & si cō. ac. ab. reus, vt superiùs dictum est.
per l. 1. §. si domini. ff. eod. OPPOSITIO. Nec obstat si op-
ponis, quòd serui in atrocioribus dominis non debent
parere, vt ff. de act. & oblig. l. serui. Respondeo: verum
est in atrocioribus, sed istud non est atrox prohibere
hominem volētem adipisci pos. vel expellere aliquem
qui sit in poss. Item dico, quòd ego credebam hoc mihi
licere. Item credebam, quòd illa res esset mea vel mihi
obligata. In hoc autem interdicto conci. ita libellus.
† LIBELLVS. Vobis D. & C. con. e. R. de M. qui prohibuit 4
me ire in possessionem talium rerum, scilicet Seij: in
quarum rerum possess. iudex me mittendum decreuit.
vnde ne me prohibeat, ago cōtra ipsum, & ad hoc pro-
pono interdictum, ne vis fiat ei qui in posses. missus est.
vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius in-
terdicti. Vel si vis petere tuum interesse, scilicet quanti
tua interesset non esse prohibitum, serua omnia quæ in
prædicto lib. dixi, & adijcias istud. Vnde quia interest
mea in centum non esse prohibitum, ideò istud inter-
esse peto: & ad hoc propono actionem in factū descen-
dentem ex eo edicto, ne vis fiat ei qui in possess. missus
est. Quòd ita rectè conci. lib. dicit ff. eo. l. 1. in princip.
§. 2. & 3. & §. hæc verba. Si autem non vis prædictas
actiones proponere: potes tertio modo conci. lib. vt
dicas.

5 dicas. LIBELLVS. † Vobis D. & C. co[illegible] qui me in poss. rei tal[illegible] Seij scilicet, probi[illegible] in quarum rerũ poss. iudex me mittendum decreuit, vnde quòd in poss. rerum illarum mittar manu militari, officium [illegible]is propono, & vestrum officium domine iudex im[illegible]ro. Quòd ita rectè cõcipiatur lib. dic[illegible] ff. e. l. si quis missus. §. 1. & ibi dat consilium Vlpianus quod me[illegible]us sit agere officio iudicis quam proponere interdictum. & quare melius? ideo vt puto quia tunc iudex non recipiet lib. imò ex officio suo de plano procedet & mit[illegible]t te in pos. vel ipse per s[illegible] vel per nuncium: imò sæpius manu militari, & ideo dicitur melius, quia sine expensis procedit ista petitio & sine magna dilatione, quæ multotiens interuenit in causis & sine timore, qui multotiens contingit: cum euentus litis sit dubius. vt ff. de minoribus. l. minor 25. an. cui fideic. & ff. vt lega. seu fideic. no. ca. l. etiam. & ff. de pecul. l. quod debetur. Et istod puto quòd vbicunque imploratur officium iudicis, quòd non sit dandus libellus. licèt hic ideo cõcepi libellum propter quosdam iudices, qui etiam sicut vi[illegible] sæpè de facto non audiunt aliquem, etsi proponat officium iudicis, nisi libellum concipiat: vt si eris coram eis scias libellum cõcipere. OPPOSITIO. Sed videtur quòd primus libellus sit male cõceptus, imo non videtur quòd locũ habeat istud interdictum, ne[illegible]is si. &c. Primò qui mittitur in tenutam, nullã habe[illegible] pos. sed est in pos. causa rei ser. vt ff. de acq. pos. l. possideri. §. vlt. & ff. quorum lega. l. 1. circa si. primæ columnæ. & ff. vti poss. si duo. §. creditores. Si ergo non possident, ergo interdictum nõ habent: cùm interdicta siue sint retinendæ siue recuperandæ siue ad[illegible]iscendæ semper dantur ratione possessionis: nam & colonus & inquilinus, qui nõ possident, sed tenent propter tenutam non habent interd[illegible]um, nisi post possessionem interuersam, v[illegible] ff. de vsuc. nõ solùm. §. quod vulgò. & ff. de v[illegible] & viar. l. colonus. & l. cũ fundus. Respond. esto, quòd aliquis mittatur in tenutam quacunque de causa quoad possessionem nullum ius habet, sed quoad petitorium sic: nam acquiritur sibi ius pignoris, quod vocatur prætorium, vt C. de præto. pig. l. 1. & 2. & C. qui potio. in pign. habe. l. [illegible]. & 3. & C. vt in pos. leg. l. si postquam. & l. qui lega. Respõdeo verum est quod opponis. nam istud interdictum non datur ratione possessionis. si enim aliquis mittatur in tenutam: verum est quòd nõ possidet, sed est in possessione. lõgè enim aliud est possidere & in possessionem esse, vt dicunt leges allegatæ: & ideo propter summam necessitatem fuit inuentum istud interdictum: vt quia de iure communi iuuari nõ poterant illi qui mittuntur in pos. ideo prętor istud auxilium inuenit, vt quos mittebat in poss. iuuet beneficio illius interdicti, vt ff. eo. l. 1. Si autem aliquis fuit missus in pos. & postea expellatur, con-

6 ci. ita libel. † LIBELLVS. Vobis D. & C. con. e. R. de M. qui prohibuit me esse in poss. rerum Seij, quæ res tales sunt &c. vel expulit me de poss. talium rerum Seij, in quam pos. iudex me miserat. vnde vt illa pos. mihi resti-tuatur ago contra ipsum: & ad hoc propono interdi. ne vis fiat ei qui in poss. missus est, vel act. in fact. subro. in locum ipsius interdi. Si autem vis petere meum interesse, serua omnia quæ in prædicto libello dixi, vsque ad verbũ vnde &c. & istud addas: vnde quia interest mea non esse prohibitum vel expulsum in c. ideo illud interesse peto. & ad hoc propono ac. in fact. descendentem ex eo edicto, ne vis fiat ei [illegible]ui in possess. missus est. Quòd ita rectè concipiantur libe. isti. probatur ff. e. l. 1. §. 1. & 2. & 3. & §. hæc actio. Tertio etiam modo potes li-

7 bellum ita concipere, vt superiùs dixi. † LIBELLVS. Vobis D. & C. cõqueror ego R[illegible]erius de Mare, qui me prohibuit, vel non perm[illegible] vel expulit, de poss. rerum talium Seij, in quam poss. iudex me [illegible]iserat. vnde quòd in illa poss. mittar manu mi[illegible]ta[illegible] of[illegible]cium iudicis propono. & super hoc officium vestru[illegible] [illegible]loro domine iudex. Quod ita rectè concipiatur [illegible]be[illegible]us dicit ff. eod. l. si quis missus. §. primo. Oppo[illegible]o. [illegible]ed opponitur quòd nec primus nec iste libel[illegible]us videtur bene conceptus: nam aut vis adipisci posse[illegible]ionem, quam non habuisti: aut recuperare quam habuisti, si vis adipisci, nunqu[illegible] propones istud interdictum: quia non est adipisc[illegible]ndæ, ni[illegible]sum interdictum quorum bonorum. [illegible] Inst. de i[illegible]rd. §. adipiscendæ. si vis recuperare pos. & [illegible]m[illegible] e[illegible]undo loco lib non videtur quòd competat [illegible] ni interdi[illegible]tum inuenimus recuperandæ, nisi vnde v[illegible]. vt Inst. de interdict. §. recuperandæ. Resp[illegible]deo verum [illegible]t quod oppon[illegible], si tractaremus de pos. adip[illegible]cenda v[illegible] rec[illegible]peranda. At hic non tractatur de eo qui velit recuperare poss. sed de eo qui sit in poss. sicut superiùs dictum est. Illud autem est sciẽdum, quod multi aduocati adijciunt in libellis causam quare iudex dederit eis tenutam: quia dicũt in quam possessionem iudex me misit, vel pronunciauit mittendum propter talem causam, vel legati vel debiti, & similium: si vis apponere benè potes, & procedat ita lib. sine calumnia, cum causa sit in lib. inserenda, vt dixi suprà, de causa agendi. si autem non vis apponere: nihilominùs rectè concipitur libellus sicut superiùs dictum est. † Il- 8
lud autem not. quòd quidam iudices quandò dant tenutam, vel aliquem mittunt in pos. vel secundùm iura vel secundum constituta ciuitatum, male formant sententias, nam ita [illegible]unt. FORMA SENTENTIAE. Nos tales iudices: quia Seius legitime à nobis citatus, coram nobis non comparuit, vel quia de legato relicto Titio noluit sati[illegible] [illegible]e: vel qu[illegible] no[illegible]it cauere nomine damni infecti. ideò Titium mittimus in poss. bonorum eius. & talem nuncium damus qui Titium mittat in tenutam. lata fuit sententia hæc Pistorij in domo tali, vbi curia tenebatur præsentib. talibus dominis. Dico hanc sententiam mal[illegible] formatam: quia dicunt, nos mittimus, nisi exponeres, id est, mitti iussimus, sicut superiùs expos[illegible]i. & sic restituisset exponitur, id est, restitui iussus. vt ff. de rei vend. l. is à quo. Itẽ malè pronunciant propter aliud: quia dicunt nos mittimus & damus executorem talem. si ergo mittunt, quare dicunt nos damus talem executorem vel nuncium. Item dicunt, nos mittimus: & fortè res est per 10. miliaria extra ciuitatem. quomodo ergo iudex cùm sit apud Pistorium mittet eum in tenutam de re illa, cùm nec antè constituatur illud pignus prætorium, nec acquiratur tenuta antequàm ventum sit in pos. vt ff. de act. pign. non est mirum. Vnde consulo quòd ita forment sentẽtias. † FORMA SENTENTIAE. Nos tales iudices pronunciamus Titium mittendum in possessionem rerum Seij. & ideò damus talem nuncium, qui eum mittat in tenutam. OPPOSITIO. Item vl[illegible]t[illegible]o loco opponitur, quod nunquam actio in factum locum habeat. nam actio ista in factum pœnalis est. vt ff. eo. l. 1. §. vlt. quomodo ergo competit ratione recuperandæ vel habendæ illius tenutæ. Respondeo, verum est quod pœnalis est respectu rei, sed ratione actoris est persecutoria ad interesse, sicut aliàs sæpè inuenitur quòd actio aliquando est pœnalis respecto soluentis: ex parte recipientis non. vt ff. de eo per quem factum est, l. 1. §. si plures. Item not. quod ista actio in factum est annalis, præterquàm quando competit pro legati satisdatione, vt ff. eo. l. 1. §. vlt.

Si aliqui succedant aliquibus ex testamento vel ab intestato, & volunt bona defuncti petere, quæ ab alijs possidentur, quoad possessionem, habẽt interdictum quorum bonorum.

De interdicto quorum bonorum. Rubrica.

1 *Interdictum quorum bonorum vt competat, quot requirantur.*
2 *Edtatio per filiationis possessionem probatur.*
3 *Interdictum quorum bonorum. an sit possessionis adipiscenda, retinenda vel restituenda.*
4 *Positiones actoris & Rei in tali interdicto. nu. 5.*
6 *Libelli in tali interdicto quomodo concipiantur nu. 7*
8 *Res singularis quæ fuit patris mei, si à te possideatur, quo iure illius rei possessionem auocare possim.*

QVIA multotiens aliqui vocantur ad successionem alicuius ex testamento vel ab intestato: & volunt possessionem hæreditariam rerũ à possessoribus

sotibus recuperare vel auocare, ideo qualiter eis consulatur fuit inuentum a prætore hoc interd[illegible]ctum quorum bonorum. cum per petitionem hæreditatis siue directam siue possessoriam, non auocetur pos. sed ipsarum rerum proprietas. & sic est vna differentia inter istud interdictum & petitionem hæreditatis. sunt & aliæ si-
1 cut infra notabo. † Vnde ad hoc vt istud interdictum competat, tot sunt necessaria. Primum, quod si aliquis vult proponere istud interdictum ab intestato, necesse est, quòd ipse probet se filium defuncti, vel agnatum seu cognatum proximiorem, vt C. eo. l. 1. in §. & l. 2 & 3. Secundum, quòd quando ab intestato proponit istud interdictum, quòd petierit bonorum possessionem vnde liberi, vel vnde agnati, vel vnde cognati. Tertium, quòd fuerit concessa ista bonorum poss. vt C. eo. l. 1. & ff. eo. l. 1. Sed istud quod dicimus de bonorum possess. petita. attende: non vt olim cum solennitate, sed tantũ simpliciter à prætore. vt C. qui admitti ad bo. poss. & C. de cur. furiosi. l. vlti. in fin. primæ columnæ. Quartum, quòd ad hoc vt directum competat, necesse est, vt succedat de iure prætorio: nã cùm interdictũ sicut & alia, sit prætorium directum, competit ei qui de iure prætorio succedit. quia & verba & sententia interdicti concordant. At si succedat aliquis de iure ciuili, non habet locum interdictum directum, sed vtile: quia cõcordat sententia, verba deficiunt: quia succedenti de iure ciuili non datur ex edi. prætoris bonorum possessio. nam vbi verba & sententia locum habent, directum auxilium competit: vbi sententia sola, vtile. vt ff. si quadru. pau. se. di. l. penul. & hoc etiam sentit dominus Azo, & ita notauit in summa titu[illegible] illius circa prin. licet quidã dicant hodiè, quòd directum competit maximè ab intestato: nam cum hodie sit sublata differentia sexus & emancipationis, & patriæ potestatis. vt in auth. de hær. ab intestato ven. §. nullam verò. col. 8. sequitur ergò quòd omnia fuerunt exæquata: ergo sicut de iure prætorio datur directum, ita & succedẽti de iure ciuili. sed dominus meus dicit hodie esse sublatam differentiam in hoc, quod vnus alteri non præfertur. sed non est sublata quin hodiè qui succedit de iure prætorio, nõ succedat per vias suas consuetas & iura. Vnde secundùm eũm hodie etiam vtile istud interdictum datur succedenti de iure ciuili: quòd magis approbo. Quintum, quòd auocet vniuersitatem, et non res singulas, vt ff. eo. l. 1. Sextum, quòd agat quis interdicto contra possessorem rerum corporalium, non contra debitores hæreditatis, vt ff. eo. l. 2. Si autem testamentum fecit ille propter cuius bona aliquis vult proponere interdictum, si iste qui vult proponere, fuit institutus in illo testamento, & erat talis qui vocatur de iure prætorio petita bo. pos. secundas tabulas, quam proponeret de voluntate, vò de necessitate, vt Instit. de bo. poss. §. 1. aliâs, aliquandò tamen. & notaui in summa de bo. pos. habebit istud interdictum quorum bon. directum. si autem erat talis qui de iure ciuili tantùm succedat, habet istud interdictum vtile. si autẽ in illo testamento fuit filius eius præteritus, primò debet petere bon. poss. scilicet contra tabulas, per quam subuertat testamentum, & postea proponat interdictum quorum bo. quandiù enim testamentum tenet, ab intestato hæreditas adiri non potest, ff. de acquir. hæred. l. quamdiù. & ita intelligitur C. eod. l. 1. reprobatis alijs glosulis, quæ dicunt, quòd aliam bon. pos. petierit ibi filius præteritus. si autem fuerit exhæredatus: si fuit emancipatus petet bo. pos. extraordinariam, de qua habes Insti. de bon. poss. § 7. vel petet bon. poss. quæ vocatur generalis gratia agnoscendæ litis. de qua habes ff. de inoff. testamento. l. Papinianus. §. 1. per quas bon. poss. redigetur in locum suum: & postea proponet querelam inofficiosi testa. & sic rupto testamento proponet posteà interdictum propter r[illegible]tionem quã superiùs assignaui. per l. quamdiu. ff. de acquiren. hæred. Si autem filius erat talis qui de iure ciuili potest vocari, quia in potestate, si sit exhæredatus, proponet primò querelam, & sic rupto testamento proponet
2 posteà interdictum. † QVAESTIO. Sed quæritur circa ea quæ dicta sunt duobus modis. Primò quia dixi, quòd debet proba[illegible]tium: videtur e[illegible] tio sit inut[illegible] vel impossibilis, vt ff. [illegible] monst. [illegible] Respondeo, probabit se [illegible] stãdum in poss. [illegible] arg. ff. de do[illegible] donationes. & ff. de quæst. l. 1. & C. de nuptijs. l. si vi[illegible]. Item secundo quæritur circa prædicta, qui vult proponere interdictum istud quorum bon. debet probare se bonorum possessionem amisisse, vt superiùs notaui. si enim habuit bonorum poss. ad quid proponet interdictum, cum istud interdictum po[illegible] rerum auocet, vt superiùs dixi. Respõdeo, si petijt bo. pos. & habuit illam, quid iuris est. nam bonorũ possessio est ius persequẽdi retinendique patrimonium siue rei quę cuiusque cum moritur fuit. vt ff. de bo. pos. l. 3. §. bonorũ igitur. per interdictum autem quis possessionẽ quæ facti est auocat. itẽ per interdictũ auoco poss. bon. per bo. poss. vnde liberi. vel al[illegible], auoco bo. poss. quæ valde differunt. vt ff. de bo. pos. l. 1. & l. 3. §. hæreditas. † QVAESTIO. Item quæritur, an hoc interdi. sit adipiscendę poss. vel retinendę vel restituendæ. Respondeo, lex videtur velle quòd sit adipiscendæ poss. & quòd sit restituendæ. vt ff. eo. l. 1. §. vlt. quam legem quidam intelligunt, quòd sit adipiscendæ possessionis in extraneis hæredibus, in suis autem hæredibus sit restitutorium. vt Instit. de interd. §. restitui. & quia pos. coniunctim descendit ad suos hæredes. vt ff. ex quibus causis maio. in inte. rest. l. cùm miles. in extraneos autem non descendit poss. nisi personaliter apprehendatur, vt ff. de acq. hære. l. cùm hęredes. dominus autem & præceptor meus R. dicit hoc interdictum esse adipiscendæ poss. & restitutorium adipiscẽdę pos. inspecta persona eius, qui ex nouo vult possidere restitutorium autem est inspecta eius persona qui restituit. sic legitur de interdicto quorum leg. quòd dicitur adipiscendæ poss. vt ff. quor. legat. l. 1. in prin. inspecta persona eius qui de nouo adipiscitur pos. ex parte autem eius qui restituit, dicitur restitutorium. vt ff. quor. leg. l. 1. in princ. nec obstat ff. ex quibus cau. maio. l. cùm miles. quia quod ibi dicitur poss. coniunctim descẽdere ad hæredes: ita intellige, id est, vsucapio quæ sine poss. non procedit, vt ff. de vsucap. l. sine possess. & hoc est quod dicit ibi in l. illa, cùm miles. litera sequẽs: idest adita hæreditate completur, scilicet vsucapio, & sic ponitur id per quod fit, pro eo quod fit: vt aliàs fit de errore calculi, id est, de errore computationis factæ vel faciendæ per calculum. Vnde in hoc interdicto actor fa.
4 posi. POSITIO ACTORIS. † Ego dico, quod ego sum filius Titij, si confi. reus, iam constat de filiatione: si autem neget, dicat ego dico, quod Titius me habebat pro filio suo. Item dico, quòd ipse me vocabat filium. Item dico, quòd Berta fuit legitima vxor Titij. Itẽ dico, quod ego fui natus ex illa Berta. Item dico, quòd illa Berta est mulier libera. Item dico, quòd iam sunt 20. annis, quòd Titius accessit ad eam: & eam in domo retinebat. si istud confitebitur reus, constabit de filiatione, vt ff. de ritu nup. l. in liberæ. & ff. de adoptio. l. quia. Item dico, quòd Titius est mortuus. si istud confi. reus, ecce benè, quia potest intentari interdictum quorum bonorum, alioquin si viueret, secùs: quia non debet quis esse sollicitus de hæreditate viuentis, vt ff. de vulg. & pupil. substit. l. 2. nec bo. possess. viuentis peti potest, vt C de cap. & postli. re. l. ab hostibus. Item dico, quod petij bono. possess. vnde liberi, vel aliam, vt supra dixi. Item dico, quod dominus Orlandinus de Port. [illegible] ist. pote. mihi concessit illam. Item dico, quòd fui emancipatus ab illo Titio. Item dico, quod auoco possess. omnium rerum quæ fuerunt Titij. Econtra reus fac. ta. positio. POSI-
TIO REI. † Ego dico, quòd fuisti filius Seij. si istud [illegible]
5 fiteatur actor, succumbet: quia non fuit filius Titij. Item dico, quod Titius ille de quo dicis te filium, viuit. si hoc confi. act. ab. reus, vt supra dixi. Item dico, quòd tu omisisti petere bono. possess. Item dico, quòd tu petijsti bon. possess. & fuit denegata. Item dico, quòd Sempronius possidet omnia bona illius Titij. In hoc autem interdicto concipitur ita libellus. LIBELLVS. Vobis 6
d. &c. conqu. ego R. de M. qui tenet & possidet omnia bona quæ fuerunt quondam Titij: cui Titio ego ab intestato

stato, vel ex testamento successi. vnde eorum possessionem peto mihi dari vel tradi. & ad hoc propono interdict. quorum bon. & act. in fact. subsidi- tiam in locum interdicti. Quòd ita rectè cõcipiatur libel. dicit ff. eo. l. 1. & Inst. de interdict §. adipiscendæ. Multi tamen sa-
7 pientes concipiunt libellos hoc modo. † LIBELLVS. Vobis Dom. &c. conquer. ego R. de M. qui iniustè tenet seu possidet bona quæ fueruut quõdam Titij cui Titio ab intestato vel ex testamento ego successi: & quorum bon. posses. per vnde liberi petij: & fuit mihi cõcessa: vnde illorum bon. possess. mihi restitui peto, & ad hoc propono interdict. quorum bon. vel act. in fact. subsidiatiam in loco ipsius interdicti. Quòd ita rectè cõcip. lib. iste probatur per iura proximè dicta. & per l. eod. OPPOSITIO. Sed iste liber patitur calumniã. Inprimis, quòd superuacuè ponitur in libello iniustè. Item & superuacuè ponitur, quia petij bon. poss. vnde liberi, & fuit mihi cõcessa. Item malè ponitur, peto illorũ poss. mihi restitui: cùm in persona Actoris sit adipiscẽdæ, & nõ restituendæ. vt ff. eo. l. 1. Sed respõdeant ipsi sicut & Dominus Pileus Modicensis voluit notare, quòd benè est restituẽdæ possessionis habito respectu etiam quantũ ad personam Actoris: quia eadẽ persona testatoris & hæredis est. vt in Authẽt. de iureiur. à mo. præ. circa princ. Sed D. meus Azo aliter dicit, quòd ibi verbum, restituere, ponitur impropriè, & propterea non reprobatur libellus: nam & mihi restituitur, quod nũquàm habui, sicut & alibi dicitur mihi quis reddere, quod nunquàm habui, sed de nouo datur. vt ff. de verb. signi. l. verbum reddendi. & ff. de leg. 2. l. cùm quidam. & sic impropriè ponitur ibi, propriè autem restitui dicitur mihi quod aliquando habui. Veruntamẽ attende, quòd quando proponitur interdictũ ab eo qui successit ab intestato, & de iure prætorio, proponat interdictum directũ: si autem de iure ciuili, proponat vtile, sicut superiùs dixi. Istud autem interdictũ competit ra-
8 tione vniuersitatis, vt superiùs diximus. † QVAESTIO. Sed quid si res singularis, quæ fuit patris mei, a te possideatur, quo iure possum reuocare post. illius rei? Respond. credo vtil. [illegible] quor. bon. cõpetere nam directũ pro vniuersitate cõpetit, vt superius dixi. pro re ante singulari credo locũ habere vtil[illegible]um licet verba deficiũt, sententia tamen locũ habet: & idem est in toto, quoad totũ: quod in parte, quoad partem. vt ff. de rei vendi. l. quæ de tota & ff. de adm. tut. [illegible] duo. Illud autem in fin. not. quòd illud interdictũ differt à petitione hæreditatis, & ab edicto D. Adriani, seu cõdictione ex lege Iustinia vt C. de edic. D. Adri. tol. Istud enim interdictũ est de iure prætorio. vt ff. eo. tit. l. 1. petitio hæreditatis de iure ciuili. vt ff. de per. hære. l. item veniunt. §. pridie. Item istud interdictũ directum vendicat vniuersitatem tantùm. vt ff. eo. tit. l. 1. Petitio hæreditatis directa vendicat etiã rem minimã. vt ff. de pec. l. regulariter. & l. licèt minimam. Item istud interdictũ nõ datur cõtra debitores hæreditarios, sed tantùm cõtra corporaliũ possessores ff. eo. l. vlt. petitio autẽ hæreditatis datur cõtra debitores, si se cõtendant hæredes. vt ff de per. hær. si debitor. & l. quod si. Item istud interdictũ est possessoriũ: petitio hæred. petitoriũ. Ab edic. & cõstit. D. Adria. differt, quod istud prętoriũ, illud ciuile. Item istud interdictũ de eo quòd nõ peruenit ad possessorem, annale est: illud perpetuũ. hanc differentiam multùm approbo, quia cum vterque petit mitti se in possess. corporalem, aliàs corporum, nõ posset dici, quòd infra annũ detur. Item istud interdictũ directum datur succedẽtibus de iure prætorio: illud datur succedentibus de iure ciuili. Istud interdictũ non datur, nisi aliquis probet se filiũ, & petisse bon. possess. & ad illud admissum. In illo autem edicto nõ habeo necesse probare me esse filium. vt arg. C. de edic. D. Adria. tollen. l. 2. OPPOSITIO. Sed opponitur: imo habeo necesse probare me hæredem. vt C. de edic. D. Adria tol. l. vlti. Respond. nõ ita plenè sicut in interdicto quor. bon. Concordat autem vtraque, quia vtrumq; possessoriũ datur contra corporum possessores: & aliæ sunt differentiæ, quas peritus per se poterit inuenire.

Si legatarius sua auctoritate occupauerit ante aditam hæreditatem rem sibi legatam, tenetur hæreditatem illam restituere per interdictum quorum legatorum.

De interdicto quorum legatorum.
Rubrica.

1 *Interdictum quorum legatorum vt procedat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones Actorũ & Rei in interdicto quorum legatorum. & nu. 3.*
4 *Libellus in interdicto quorum legatorum, quomodo fieri debeat.*
5 *Legatarius si post aditam hæreditatem ab hærede rei legatæ possessionem apprehendat, quid iuris.*
6 *Interdictum quorum bonorum in quo differat ab edicto D. Marci: vel à constitutione, si quis in tantam: vel à constitutione, cùm quærebatur.*

SAEPE contingit, quòd legatarij occupant possessionem legatorum sibi in testamẽto vel codicillis relictorũ sua authoritate sine hæredis voluntate: ideò vt hæres possit à legatario possessionem auocare,
suc currit prætor per interdictũ quorum legato. † Vn- 1
de ad hoc vt istud interdictum locum habeat, tot sunt necessaria. Inprimis, quòd testamentũ vel codicilli sint facti. Secundum, quòd sint facti codicilli vel testamentum a tali persona, quæ testari potuit: nõ ergò filiusfa. etiam patre volente. vt ff. de don. causa mort. l. tam his. & Inst. quib. nõ est permiss. fac. testam. in princ. & ff. de don. inter vir. & vx. l. cùm hic status §. miles. non ergò minor 14. ann. vt C. quand. prouoc. nõ est nec. l. 1. nõ furiosus: nõ is cui bonis interdictum est. vt C. qui testam. fac. pos. l. si frater patruelis. & l. furiosum. & ff. qui test. face. poss. l. qua ætate. & l. qui in potestate. & l. filiusfa. nõ ergò obses, vel ille qui de statu suo dubitat, vel qui est seruus, vel apud hostes. vt ff. qui test. fa. pos. obsides. & l. obsides. & l. de statu suo. Tertiũ, quòd illi codicilli sint facti de iure. vt ff qui testa fac. poss l. si quæramus. Quartũ, quòd legatarius occupauit poss. rei ũ legatarũ sine volũtate hæredis vt ff. eo. l. 1 §. 1. Quintũ, quod occupauit ante aditam hæreditatem ab hærede. alioquin si post, puniretur ex toto. quia amitteret legatũ illius cuius post. occupauit. vt C. de leg. l. nõ est dubium. licet multæ solutiones dentur, hanc tamẽ approbauit Dominus meus in summa illius tit. Sextum, quod hæres accommodet voluntatem ante aditam hæreditatem: alioquin si post, cessaret interdictũ. vt ff. eo. ti. l. 1. §. quòd ait prætor. Septimũ est, quòd in hæreditate illa nun sit falcidia. si enim esset falcidia in hæreditate, cessaret interdic. & hoc multi sapientes approbauerũt, & etiam approbat Dominus meus, sicut not. in summa istius tit. & probatur hic per iura. nã per illud interdictũ hæredi cõsulitur: si successio sit exhausta legatis propter quartæ retentionem. vt C. eo. tit. l. vnic. Item istud interdic. hæredi datur ad interesse vt ff. eo. tit. l. vlt. §. ex hoc interdicto. at in alio nõ posset interesse hæredis, nisi ratione falcidiæ. vt probatur arg. l. 1. §. si quis ex mortis. ff. eod. Octauum, quòd hæres satisdet, vel sit paratus satisdare legatario, scilicet quòd deducta falcidia restituat legatum legatario: alias nisi satisdet, hoc interdictum nõ intentabit. vt ff. eod. l. 1. §. quod ait prætor. nisi satisdat. & l. vlt. §. quòd ait prætor. & §. fin. adeò est hoc verum, quòd & si legatarius missus sit in possessionem ex decreto iudicis, & hæres vult satisdare, quòd habeat locum interdictum, si legatarius nõ occupauerit sua auctoritate, sed habuerit prætorem authorem. vt ff. eo. l. 1 §. quæsitum est. Nonum, quòd perseueret hæres satisdare. nam si aliquando voluit satisdare, & nunc nõ vult, nunquàm habebit interdictum istud: tempus enim quo interdictum editur, inspicitur, vt tunc hæres sit paratus satisdare. vt ff. eod. l. vltim. in fine. Item ita attende, quòd teneatur hæres satisdare, nisi legatarius fuerit contentus repromissione sola. vt ff. eod. l. vltim. §. si legatarius. Decimum. quod taliter sit satisdatum, quòd sit acquisita actio legatario ipso iure, id est, per

seruū, vel per seipsum, vel acquiri possit falrē per actionem mandati: putà, per procuratorem. vt ff. eod. l. 1. §. satisdatum. quid autem differat istud interdictū a constitutione, si quis in tantam: & alio edicto D. Marci: &
2 à constitutione, cùm quærebatur. infrà dicemus. In hoc autem interdicto Actor fac. tal. pos. † Positio Actoris. Ego dico, quòd Titius fuit paterfam. & maior 14. an. Item dico, quòd semper ipse fuit in ciuitate. Itē dico, quòd ipse fuit liber. Item dico, quòd fuit homo sanæ mentis. illas confessiones ad cautelam facio. nam & si non fiant, præsumo quemlibet posse testari: nisi econtrà probetur qualiter testari non potuit vt C. de codicil. l. nec furentem. & ff. de probat. l. ab ea parte. Item dico, quòd ipse fecit testamentum vltimum, in quo tibi domum talem reliquit. Item dico, quod antequàm adirem hæreditatem, tu propria authoritate possessionem illius rei occupasti sine volutate mea. Item dico, quòd licèt accommodauerim tibi voluntatem meam, accommodaui antequàm adirem hæreditatem. Item dico, quòd tantùm tibi & alijs legauit Titius testat[or], quòd falcidia mihi deest. Item dicu, quòd ego tibi satisdedi pro legato tibi prestando: vel sum paratus satisdare. Item dico, quòd satisdedi tuo procura[t]ori, vel
3 sum paratus sati[s]dare. Econtrà Reus fac. tal. posi. † Positio Rei: Eego dico, quòd rem [i]lam legatam mihi in testamen. Titij, oc[c]upauit Seius. si [i]llud confiteb. Act. absol. Reus. Item d[ic]o, qu[òd] rem [illa]m quam apprehendi, apprehēdi de tua vol[un]tate. It[e]m d[ic]o, quòd tu fuisti a Titio institutus. Item [dico] quod [T]itius mihi legauit domu[m] [ill]am [...] cod[...]. Item dico, quòd apprehe[ndi] possess[ionem] d[om]n[...]us mihi legatæ de voluntate tua, quam acc[om]moda[st]i post aditam hæreditatem. Item dico, qu[...] est in hæredi tate, quòd potest [...] consul[...] re in [le]ge [Fa]lcidia. Item dico, quòd tu [...] ecu[s]asti m[i]h[i] sati[sdar]e. Item di[c]o, quòd tu sati[s]dedisti [...]o, qui est tant[...] proc[ur]ator Tiberini. Item d[ic]o quòd iam vol[ui] [...]m [sa]tisdare: sed quando pet[ij], tu [r]ecusa[sti] mihi [s]ati[s]dare. In hoc inter-
4 dicto cócipitur ita [li]bell[u]s. Libellus. Vobis D. &c. co[nq]ue. ego R. de M. [...] [d]omum talem, cuius [f]ines sunt tales, legatam sibi in testamento Tit[i]j, cui Titio ego ex testamēto successi, sua authoritate iacente hæreditate occupauit. vnde prędictæ domus possessionem mihi dari vel tradi peto: vel prędictam domum mihi dari peto. ad hoc propono interdictum quorum legator. vel actio in fact. subsidiariam in locum ipsius interdicti. Quòd rectè concipiatur libellus, dicit ff. eo. l. 1. in princip. Multi tamen sapientes ponunt in libris, [c]uius domus possessionem, vel quam domum peto mihi restitui: cùm istud interdi[ct]um dicatur restitutorium. vt ff. eo. l. 1. in princip. sed hoc cum calumnia procedit. & qualiter dicatur restitutorium, eadem hæc reperas, quæ notaui in superiori interdi[ct]o circa libell. Sed illud nota, quòd hoc interdi[c]tum da[t]ur cótra iuris quasi pos[s]essores, sci[l]icet pro seruitutibus. vt ff. eo. l. 1. §. quòd ait prętor. licet superiùs interdictum non competat, nisi cótra possessorem rerum corporalium. Item illud not. quòd istud interdictum datur contra titulo possidentem: licèt superiùs detur contra illos qui possident pro hærede, vel pro possessore. vt ff. quorum bonor. l. 1. vndè antequam aliquis proponat hoc interdictū, procedit de cósilio sapiētis, vt quęrat Aduocatus, frater rem istam quam possides, possides pro legato: si respondet, possideo pro legato: & tu bene scis, quòd possessionem rei illius occupauerit hęreditate iacente: pone contra ipsum istud interdictum quorum lega. Si autem dicit & respondit, ego possideo ex a[li]a causa: putà, pro dote: pro emptore: & nō v[t] legatarius: tunc istud interdictum nō datur: sed cùm hęr[e]s adiuerit hęreditatem, & si[t] factus dominus per aditionem. vt ff. de acquir. possess. l. cùm hęredes. vendicet illam rem per petitionem hęreditatis, vel per rei vendicationē à possessore. † Quæstio. Sed quid si testator nō fuit dominus, proponat publicianam quę testatori competebat: quia illud ius transit in hęredem. si autem nec publiciana competebat defuncto, in factum proponat. vt ff. de prescript. verbis. l. quoties. si autem possessor nō vu[lt] respondere, Aduocatus proponat petitionem hęreditatis. & istud interdictum quorum legato. sicut lex dat consilium. vt ff. eo. l. 1. § 2. Sed istud interdictum locum habet in eo casu, quādo hęreditas nō fuit adita. Quæ-
5 stio. † Sed quid si legatarius post aditam hęreditatem ab hærede possessionē sibi rei legatę apprehendat? [...] diximus suprà, quòd dominium amittat per l. non est dubi[um]. C. de leg. & ita sentit Dominus meus. Oppositio. Sed videtur quòd stare non possit: nam adita hęreditate dominium rei le[g]atę transit in legatarium. vt ff. de furti [...]itio. & ff. de leg. 2. l. legatum. quomodò e[r]gò cùm sit dominus factus, debet puniri in aliquo, cùm res illa apud neminem fuerit quoad possess. & ita cesset oppositio de debitore: qui licèt sit dominus, tamen punitur, si rem subripuit creditori. vt ff. de vsucap. l. sequitur. §. si rem. & ff. si fur. l. itaque fullo §. sed & si res. & sic cessat oppositio etiam legis, si quis in tantam: & edi[ct]um Diui Marci. nam ibi possess. erat apud i[l]los, & ideò inuasor seu occupator punitur. Respon. l. illa, nó est dubium. intelligitur non de legatario occupante, sed de hęrede: quasi dicat, quòd si hęres subtraxit aliqua de hæreditate, denegatur ei, scilicet hęredita. acti. vel legis falcidiæ retentio, seu petitio pro legatis. vt ff. ad leg Falcidiam. l. vltim. si loquitur in legatario occupante, locum habet quando fuit ab hęrede apprehensa possessio, sicut ibi not. Dominus meus. vel aliter lex illa non est dubium. loquitur in casu illo, quando res fuit legata in genere: non in specie: & sic cùm non potuerit transire in legatariū dominium rei legatæ in ge-
6 nere, meritò punitur legatarius, si occupet. † Quæstio. Si quæris, quid differat ab edicto Diui Marci: Respond. illud interdictum consulit tantùm hęredi: & possessio rei legatæ auocat: illud edictum consulit debitori auocanti sibi rem à creditore, & imponit pœnam iuris, quod habebat ibi creditor. Quæstio.
7 † Item quid differt à constitutione. si quis in tantam sutoris. Respondeo, illa constitutio loquitur, quando res inuaditur, cuius possessio erat ap[ud] [i]llum constituta.
8 † Quæstio. Quid differat a co[ns]titutione, cùm quærebatur. quæ loquitur, quando aliquis inuasit rem, cuius possess. vacabat. vt C. vnde vi. cùm quærebatur. Respon. illa loquitur in possess. vacante absentium & viuentium: hoc autem interdictum loquitur de possessione vacante rerum, quę fuerunt defuncti.

Si aliquis fecit testamentum, & illud ab aliquo tenetur, & tua interest illud testamentum tibi exhiberi, potes agere contra ipsum interdictum de tabulis exhibendis.

De interdicto de tabulis exhibendis.
Rubrica.

1 *Interdictum de tabulis exhibendis vt locum habeat quot requirantur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in interdicto de tab. exhibendis. & nu. 3.*
4 *Libelli in tali interdicto quomodo concipiantur. & nume. 5.*
6 *Interdictum de tabulis exhibendis quemadmodum quomodo differat ab edict. quemadmodum testamen ape. & num. 7. 8.*
Item ab actione, ad exhibendum.
Item à lege Aquilia.
9 *Interdictum de tabulis exhiben an alicuius momenti existat.*
10 *Interdictum de tab. exhib si testes qui testamento interfuerunt, non comparent, nec Actor eos inuenire potest, quomodo Iudex ad interesse condemnabit.*
11 *Interdictum de tab. exhib. quare competat, etiamsi plures tabulæ factæ sint ab eodem.*

Qvia multoties contingit fieri testaméta, & petantur ab aliquo exhiberi: ideò fuit proditu[m] [&] inuentum interdictū de tabul. exhib. vnde quid differt ab actione, ad exhibendum, vel ab edict. quemadmo. testam. aper. infra dicemus. † Vnde ad hoc, vt 1
istud

istud interdict.cōpetat, tot sunt necessaria. Inprimis,
quòd testamētum seu codicilli sint facti. siue sint per-
fecti, siue imperfecti: siue veri, siue falsi: siue ab initio
valeant, siue posteà rupti dicantur: siue facti sint ab eo
qui habuit factionem testamen. siue nō habuit: siue sint
primæ tabulę, siue sint vltimę: itē siue sint vnæ tabulæ,
siue sint plures. hęc probātur ff.eo.l.1.§.hoc interdictū.
OPPOSITIO. Sed videtur mirabile, quomodo hoc in-
terdictum competit pro illis tab.exhib.quę falsę sunt:
cùm falsum testamentū abusiuè dicatur testamentū. vt
ff.quemad.test.ap.l.2. & quod falsum est, nihil est. vt ff.
de verb.sign.l.Paulus respōdit. Item quomodo compe-
tit pro illis tabulis, quę nullę sunt, vel quia priores, vel
quia ruptæ, vel ab eo factę, qui factionē testamenti non
habuit, vt suprà dictum est. nam non videtur interdi-
ctum competere: nam omnia interdicta dantur ratio-
ne interesse, & etiam istud. vt ff.eo.l.locū.§.cōdemna-
tio. quomodo ergò cōdemnabitur ad interesse, cùm ni-
hil intersit testam.falsum, vel ruptū, vel imperfectum
exhiberi? Respōdet D.& Præceptor meus R. quia cōte-
mnit prętoris imperiū & decretum, qui nō exhibet: nō
enim Iudex apud quem agitur ad exhibend.testamen.
videtur approbare testamentum illud: sed cùm ab A-
ctore verum illud dicatur testamentum, prætor iubet
exhiberi: si ille nō exhibet, cōdemnabitur propter suā
cōtumaciam posteà, ac si illæ tabulæ fuissent verę: quia
hoc pręsumo, ex quo non exhibuit, & contempsit præ-
toris imperium. nam si nuncio nouum opus, tu cōtem-
pta nunciatione teneris destruere, etsi de iure ædifica-
bas, & ego ius nunciandi non habebam: ideò teneris
destruere, quia fuisti contumax, & quia est præsump-
tio pro me iuris & de iure, quòd iustè nunciassem, &
quia contempsisti pręroris imperium. vt ff.de nou.ope.
nunc.l.prętor.§.interdic. Item vide optimum simile.
nam vocabam aliquem in ius per calumniam, tu eum
per vim à iudicio exemisti, certè teneberis mihi ad to-
tum quod æstimauero, non autem ad illud, quòd mea
in veritate interest. vt ff.ne quis eum qui in ius voc.su.
vi exi.l.penult.1.responso.& l.vlti. aliàs etiam punitur
qui ideò, quia contemnit pręroris imperium. vt ff.de
interrog.ac.l.de ętate.§.qui tacuit. Dominus tamē Ot-
to aliter voluit respōdere quæstioni prędictæ: verum
est, quod opponis, quòd istud interdictum competit ra
tione interesse, quantum ad diffinitiuam sententiam,
cùm ab aliquo petitur interesse: nec enim diffinitiuè
condemnatur Reus, nisi Actoris intersit: sed Actori in-
te[illegible] potuit cōdemnari, si habuerit facultatem
exhibendi: & sic manu militari compelletur. vt ff.de
rei vendic.l.qui restituere. si autem de interesse tracte-
mus in hac interlocutoria in nullo condēnabitur, cùm
nihil Actoris intersit: & hoc dicit Dominus meus Ot-
to. Sed Dominus meus R. veretur huic sententiæ con-
sentire, quia iam esset illusoria sententia iudicis, si im-
punè ei nō pareretur, & concedatur condemnato eam
negligere. vt arg.ff.ne vis fi.ei qui in poss.miss.l.1.§.est
autem.& ff.de iudi.l.si prætor.& ff.ne quid in loc.publ.l.
vlt.in fin. Verùm sententia prædicta his poterit iuuari
argumētis. nam si quis rem pretiosam pro modico ob-
liget, conuentus debitor hypothecaria in pignoris re-
stitutione damnatur: & si non vult parere sententię, in
qua fuit condemnatus, nō condēnatur in plus, nisi qua-
tenùs creditoris intersit, & si fuerit in plus condemna-
tus, dando tamen quòd interest Actoris, liberatur. vt ff.
de pign.l.si inter colonum.§.& si res.& l.si fundus.§.si
pluris. Item interdicto quorum lega.totum legatū iu-
bet Iudex hæredi legatariū restituere, sed si Iudici non
paretur, nō damnabitur hæredi legatarius, nisi quantū
hæredis intersit. vt ff.quor.lega.l.vlt.§.ex hoc. Secun-
dum est necessarium, quòd ille qui habuit tabulas, ne-
get tabulas apud se esse, vel non posse exhibere: alio-
quin si confiteatur, non vult exhibere, non habet locū
hoc interdictū, sed edictum quemadmodum testamen-
ta aperiātur. vt ff.eo.l.1.§.si quis fortè. Vnde cauti Ad-
uocati antequàm proponūt hoc interdictum, faciunt
à iudicibus interrogari reum, Domine quæratis si ipse
testamentum vel codicillos Titij habet. & si negauerit,
concipiet libellum, proponendo hoc interdictum, vel
proponet edictum, quemad.testa.ape. Et si tu dicas, nō
deberet fieri ista interrogatio ante litis contesta. dico,
quòd sic, ex illa 12. clausula, vbicumque æquitas moue-
rit iudicem: vt notat Dominus meus. ff.de interrog.ac.
l.1. Tertium, quòd ille cuius tabulæ petūtur exhiberi,
sit mortuus. vt ff.eo.l.1.§.vlt.& ff.quemad.test.aper.l.2.
§.si dubitetur. Quartum, quòd testamentū vel codicil-
li sint facti in scriptis: aliàs non habet locū. quomodo
enim tabulæ possunt exhiberi, quæ scriptæ non sunt. vt
ff.eo.l.1.§.hoc interdic.& ff.quemad.test.aper. & l.1.&
arg.ff.de bon.poss.secundùm tab.l.1. Quintū, quòd ta-
bulæ illæ signatæ sint: & hoc secundùm Domi.meū A-
zonē: sicut notauit in summa istius tit. verb. tabulæ au-
tem. & hoc probat per l.2.§.hoc interdic.ff.eodē. quod
credo locū habere. s. vt locum habeat istud interdic. in
tabulis signatis. & credo etiam locū habere in tabulis
nō signatis, dummodò in scriptis redactæ sint, salua pa
ce Domini mei. & hoc colligo ex verbis prætorijs po-
sitis ff.eo.l.1.in princ. Si enim desideretur, quòd sint seu
essent signatæ, iam non haberet locū istud interdic.ni-
si pro solenni testamento: quod est cōtrà, vt suprà dixi.
Quòd enim dicit Vlpi.ff.eo.l.3.§.hoc interdic.de signa-
torib. ideò fit, vt det intelligere, quid intelligatur. ver-
bo isto exhib. sequitur posteà, id est, faciat copiam tan-
gendi, legendi, & scribendi. & etiam quòd testes si sunt
signati, recognoscant sigilla sua. vt in l prædicta. & ff.
quemadm.testa.aper.l.1.§.inspectio. & etiam ff.ad leg.
Falcid.l.pen.& vlti. Sextum, quòd ille qui conuenitur,
tabulas possideat, vel dolo fecerit quominùs posside-
at. vt ff.eo.l.1. in princ. Septimum, quòd ei qui inten-
tat interdictum, sit aliquid relictum in tabulis. vt ff.eo.
l.locum.§.solent. Vnde in hoc interdicto Act.fac.tal.
posit. POSITIO ACTORIS: † Ego dico, quòd Titius 2
fecit testamentum vel codicilum. Item dico, quòd tu
illas tabul.tenes vel possides. Item dico, quòd in illo
testamen.vel codicil.reliquit mihi 20. Item dico, quòd
tu illas tabulas dolo malo desijsti possidere seu habe-
re. Item dico, quòd quando tu fuisti à Iudice interro-
gatus antè lit.contesta. tu negasti illas tabulas te possi-
dere vel restituere posse. Item dico, quòd illud testa-
mentū vel codicilli in scriptis redacti sunt. Item dico,
quòd tabulæ illæ signatæ sunt septem testib. Hanc posi-
tionem facias secundùm Domi.meum, qui dicit, tātùm
in signatis habere locū hoc interdict. de quo dic, vt no-
taui suprà. Econtrà Reus fac.tal.pos. POSITIO REI. † E- 3
go dico, quod Titius decessit ab intestato, id est, sine o-
mni testamento. Item dico, quòd licèt Titius fecerit te-
stamentū vel codicillos, fecit sine scriptura. i. tantùm
coram testibus. Item dico, quòd illud testamentum vel
codicillos, quos dicit Titiū in scriptis fecisse, ego non
possideo, nec dolo desij possidere. Item dico, quòd in
illo testam vel codicil. nihil fuit tibi relictū, quia tan-
tùm fuit talibus relictum, putà Titio & Seio. Item dico
quod quando iudex me interrogauit, an ego haberem
tab. illas, ego dixi me habere, & me velle ostēdere. Itē
dico, quod tabulæ illæ sunt sine signis testiū. In hoc au-
tem interdicto sic concip. libel. † LIBELLVS. Vobis
Dom.pot.&c. cōquer. ego R.de M. qui testam. vel codi- 4
cillos Titij, in quo vel quibus mihi legatū fuit relictū,
nō exhibet. vnde vt exhibeat, ago contra ipsum. & ad
hoc propono interdic.de tab.exhib. vel acti. in factū
subsidiariā in loc. ipsius interdi. Quòd ita rectè cōcip.
libel. dicit l.ff.eo.l.1.& l.locū.§.solent. Multi tamen sa-
pientes ita not. † LIBELLVS. Vobis Do.&c. cōque ego 5
R.de M. qui testam. vel codicil. in quibus sunt mihi 20.
legata, cùm posset exhibere, nō exhibet: vnde quia in-
terest mea in 20. ideò prædictum meū interesse peto:
& ad hoc propono interdic.de tab.exhi. vel act. in fac.
subsidiariam in loc. ipsius interdic. Quòd ita rectè cō-
cipiatur libell. dicit ff.eo.l.1.& l.locū.§.condemnatio.
OPPOSITIO. Sed quomodò apponitur in libel. de quan-
titate legata: ideò quia fortè certi sunt per testes, qui
interfuerūt in testamento vel codicil. aliàs quomodò
potest quis certā quātitatē petere, cùm certus quis es-
se nō possit, nisi inspectis & cognitis verbis testamēti.

vt ff. de transf. l. de his. & ff. quemad. test. ape. l. r. OPPOSI-
TIO. Sed quod dicitur de interesse, videtur pati calum-
niã. nam per interdictũ agitur de sui natura, quòd quis
exhibeat: & ita dicunt verba prætoris. ff. eod. l. 1. licèt
fortè illo nolente exhibere, cõdemnetur ad interesse.
ff. eo. l. locum. §. cõdemnatio. OPPOSITIO. Sed hoc
quomodò posset esse? vt si peto codicillos exhiberi, &
Iudex te cõdemnauit ad interesse, quod nõ fuit petitũ,
cùm Iudex ita cõdemnare deberet, secundùm quod est
facta petitio. Instit. de act. §. curare. C. de sent. quæ sine
certa quãt. profer. Respõdeo, sustineri potest, quòd in-
teresse in libello petatur: cùm istud interdic. sicut & a-
lia, contineat interesse, vt suprà dixi. QVAESTIO. Sed
quid si petitum nõ sit interesse, an potest Iudex cõde-
mnare? Respõdeo, nõ in prima sententia, sed præcipe-
re, quòd exhiberet: vt ita dicat, Ego Iudex talis habito
sapiẽtum cõsilio, Seium vt exhibeat testamẽtum Titij,
seu codicil. condemno. si nõ vult exhibere vel parere
primæ sentẽtiæ, tunc in secunda sentẽtia condemnet
eum ad interesse. & ita intelligo §. condemnatio. ff. eo.
l. locum. per l. de rei vendi. qui restituere. nam illa sen-
tẽtia & lex generalis est ad omnia interdicta. vt l. fin l.
illius notatur. & notaui suprà in act. de dol. QVAESTIO.
6 † Item quæritur, quid differat istud interdic. ab alio e-
dicto quemadm. testam. aper. Respõd. istud locũ habet
cõtra negantem se habere tabulas. vel confitẽtem, sed
dicẽtem se nõ posse restituere. vt ff. eo. l. t. §. si quis for-
tè. Illud edictum locum habet, quando quis confitetur
se habere tabulas, & non patitur eas legi, inspici, vel
describi. vt ff. quemadm. test. aper. l. 1. & 2. Et sic per ea
quæ dicta sunt in hoc interdicto, facilè omnia liquere
possunt, quæ sint dicẽda in illo edic. quemadm. testam.
7 ap. & ideò nõ de eo prosequar. † QVAESTIO. Quid au-
tem differt ab actione, ad exhibẽdum? Respond. in hoc
differt, quòd illa nunquam legatarijs competit, sed tã-
tùm hæredi. vt ff. ad exhib. l. 1. §. si quis extra hæredem.
Item si quis fecit testamẽtum vel codicillos, & apud a-
liquem deposuerit, ipse non repetit per hoc interdic.
sed per actionẽ ad exhibẽdum. vt ff. eo. l. locum. §. si ip
se testator. Et not. quòd ideò appellatur hoc interdict.
de tabulis, quia antiqui omnia in tab. scribebant: sicut
& alibi dicitur bon. poss. secund. tab. vt ff. de bon. poss.
secund. tab. l. 1. Posset tamẽ dici interdic. de chartis ex-
hibendis, vel de testa. exhib. seu codicil. Item not. quòd
in hoc interdicto qui nõ exhibet, condẽnabitur ei cui
debeat exhibere in interesse: siue legatum sit purũ, siue
sit cõditionale. vt ff. eod. l. locũ. § condẽnatio. & fiet in-
continẽti condẽnatio & exactio. At in lege Aquil. fit
quidẽ condẽnatio incontinẽti propter debitum cõdi-
tionale: sed exactio differtur in euẽtum cõditionis. vt
ff. ad leg. Aquil. l. in lege Aquil. si deletum. QVAESTIO.
8 † Quare aliud in lege Aquil. l. in lege Aquil. Respõd. in
lege Aquil. aliquis prosequitur damnũ. vnde si damnũ
nõ detur, Aquil. locum nõ haber. vt ff. ad leg. Aquil. l. si
seruus seruũ. §. rupisse. vnde meritò competit exactio.
At in isto interdicto delictũ committitur incõtinenti
eo ipso, quod nõ exhibet: vnde competit, & si non in-
tersit Actoris. vt ff. eo l. 1. §. hoc in factũ. QVAESTIO. Sed
illud quæritur, quare actio ad exhibẽdum cõpetit hæ-
redi pro tabulis exhib & nõ competit legatarijs? vt ff.
ad exhib. l. 3. § si quis extra hæredẽ. Respondeo, quia in
actione ad exhib. hoc est casuale in instrumẽtis & char
tis: quia ille intẽtat actionẽ ad exhib. qui est dominus
instrumẽti vel chartæ. vt ff. ad exhi. l. l. §. interdũ. vndè
cùm hæres sit dominus, & nõ legatarius, ideò hæres so
9 lus intẽtat act. ad exhib. † QVAESTIO. Sed illud quæri-
tur: nõ videtur quòd istud interdictũ sit alicuius mo-
mẽti. nam is qui conuenitur hoc interdicto, aut exhi-
bet, & tunc liberatur: quia tunc omnia iudicia sunt ab-
solutoria. vt Inst. de perpe. & temp. act. in fin. aut nõ ex-
hibet, & tunc in nullo fiet cõdemnatio: nam Iudex de-
bet ad interesse condemnare: vt superiùs dictum est. si
ergò non exhibet Reus, quomodò ergò iudex condem-
nat, cùm ignoret iudex quid sit legatũ. Respõ. hæc quæ-
stio expeditur ff. de eden. l. argẽtarius. §. cùm autẽ. ff. de
fur. l. quidam tabularũ. quia poterũt induci testes, qui
testamẽto intersuerit, ab eo qui proponit interdictũ.
& ita cõdemnabitur, qui prætori nõ paret. † Sed quid 10
si testes qui testamẽto interfuerunt, nõ comparẽt, nec
Actor potest eos inuenire, quomodò Iudex condemna-
bit ad interesse, cùm sit incertus, ex quo verba tabularũ
nõ apparẽt. vt ff. de transac. l. de his. & ff. quemad. testa.
ap. l. t. Respõdeo, & si testes nõ comparẽt, & Reus dolo
desijt possidere, dabit Iudex sacramẽtum Actori, quòd
iuret in litẽ. vt ff. de rei vẽd. l. qui restituere. & sic pro-
babit suũ interesse. Cæterùm, si culpa desijt possidere,
nõ tenebitur hoc interdicto: quia demùm ille tenetur,
qui tabulas possidet, seu dolo fecit quominùs posside-
ret. vt ff. en. l. 1. † QVAESTIO. Sed illud quæritur, quare 11
hoc interdictum cõpetat etiã si plures tabulæ factæ sint
ab eodẽ: & cõpetat etiã pro prioribus tabulis. vt ff. eo.
l. 1. §. hoc interdic & § proindè. At bon. poss. secun. tab.
cõpetat nisi ex his tabulis quæ vltimæ sunt & authẽti-
cæ. vt ff. de bon. poss. secund. tab. l. 1. & §. 1. & §. si quis in
duob. Respõd. bon. poss. secun. tab. respicit ius: nam nõ
competit nisi ex his tabulis, quæ de iure valẽt, & factę
sunt ab eo, qui habuerit factionẽ testamẽti. vt ff. de bo.
poss. secund. tab. l. 1. in prin. & §. ex aegit prætor. quòd in
hoc interdic. nõ attẽditur, vt supr. dixi. quia hoc inter-
dictum cõpetit ad factum, scilicet quòd exhibeat: cùm
exhibere & talia facere facti sint. vt ff. de cura. furi. cõ-
silio. At bon. poss. ius respicit. vt ff. de bon. poss. l. 3.

Si filium suum ab aliquo detinetur inuitus, potest agere contra illum interdicto de liberis exhibendis.

De interdicto de liberis exhibendis.

Rubrica.

1 *Interdictum de liberis exhibendis vt veniat, quot necessaria sint.*

2 *Positiones Actoris & Rei in interdicto de exhibendis reis. & num. 3.*

4 *Libellus in tali interdicto quomodo concipiatur.*

QVIA sæpè cõtingit filios nostros ab alio detine-
ri, vt eos videri nõ possimus, ideò proditum est
interdictum de liberis exhibẽdis. Istud interdi-
ctum ad hoc vt locũ habeat, tot † sunt necessaria: Inpri- 2
mis, quòd ille de quo ad exhibẽdum agimus, sit filius
noster. vt ff. eo. l. 1. in princ. Secundum, quòd sit in pote-
state ipsius: aliàs nõ habebit hoc interdictũ. ff. eo. l. 1. in
princ. & §. hoc interdictũ. & §. pari modo. Tertiũ, quòd
filius qui detinetur, detineatur inuitus: aliàs si volẽs,
nunquàm habebit locũ istud interdictũ, nisi qui deti-
net dicat se patrẽ esse. vt ff. eo. l. vlti. Quartum, quòd il-
le qui detinet, nõ habeat iustam causam detinẽdi: pu-
rà. quia mater quando sæuus est pater & crudelis circa
filium. vt ff. eo. l. 1. §. si verò mater. & l. deindè. §. & si ma-
ximè. Itẽ possit esse iusta causa illius qui detinet filiũ
meum: pone quòd mater est & filius: ille minor est tri-
ennio, quia tunc apud matrẽ debet ali, nisi superindu-
xit vitricũ. vt C. de pat. pot. l. nec minorẽ. & C. vbi pu
pil. debeat educari. l. 3. Item posset esse iusta causa, si fi-
lia mea sit cũ marito suo: nec enim possum habere pro
filia illa interdic. de liberis exhi. nec cõcordantis ma-
trimonij iura turbare: vndè habet gener meus contra
me exceptionẽ: nam & haberet cõtra me actionẽ. s. in-
terdictum vtile de lib. exhi. vel interdictum proprium
de vxo. exhi. vt ff. eod. l. 1. in fin. Vndè in hoc interdic.
Actor fac. posit. † POSITIO ACTORIS. Item dico, quòd 2
Titius est filius meus. si cõcesserit, ecce benè: sin autẽ
neget, dicas, ego dico, quòd Berta est vxor mea. Item
dico, quòd ex illa Berta natus est ille Titius. si cõfitea-
tur, erit benè: sin autẽ neget, procede, egò dico, quòd
semper habui ipsum vt filiũ. Item dico, quòd ille filius
meus est in potestate mea. ista cõfessio fit de superabũ-
danti: nam si nõ probetur, quòd sit emancipatus, sem-
per pręsumitur in potestate. vt ff. de his qui sui vel ali.
iu. sunt. l. vlti. Item dico, quòd illũ filium meũ detines.
Itẽ dico, quòd ita detines illũ cõtra voluntatẽ ipsius.
Item dico, quòd semper benignè tractaui illũ filiũ me-
um. Item dico, quòd licèt sis mater, quæ detines, tu ta-
mẽ es separata à me. Item dico, quòd tu superinduxisti
filio meo vitricũ. Ecõtrà Reus fac. tal. pos. † POSITIO 3
REI.

3 REI. † Ego dico, quòd Titius ille de quo dicis esse tuũ filium, est filios Sempronij. si istud confitebitur Actor, absoluetur Reus: quia duo patres eiusdem filij esse nõ possunt. Item dico, quòd illum Titium tu emancipasti. Item dico, quòd olim fuit cõtrouersia inter me & te, & fuit iudicatum, Titium nõ fuisse tuum filiũ. Item dico, quòd ego sum mater istius Titij. Item dico, quòd ego sum maritus istius filiæ tuæ. Item dico, quòd ille filius tuus vel filia est spõtè apud me. In hoc autem interdic.
4 coocip. ita libel. † LIBELLVS. Vobis Dom E.&c. cõq. e. R. de M. qui Titium filiũ meum in potestate cõstitutum inuitũ detinet: vnde peto illũ mihi exhiberi, & ad hoc propono interdic. de lib. exhi. vel ac. in fac. subro. in lo eum ipsius interdi. Quòd ita rectè cõcip. libel. dicit ff. eo. l. 1. in prin. §. 1. & §. in hoc interdicto. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd istud interdictũ non competat: nam ad exhibendũ agit is, cuius pecuniariter interest. vt ff. ad exhi. l. si liber. At pro nostro filio non potest nostra pecuniariter interesse, cùm sit libera persona: & libera persona nõ recipiat æstimationẽ. vt ff. si quadr. pau. fe. di. l. vlt. & ff. de his qui deiec. vel effud. l. vlt. Resp. quod opponis locũ habet, si ageret quis actione ad exhibẽd. at si quis vult agere interdicto de libe. exhib. non agit, quòd sua intersit. sed causa iuris sui cõseruandi, id est, ratione paternæ potestatis, quam habet in filium. vt ff. de interdictis. l. 1. §. iuris. Illud autem not. quòd pro nostris filijs iura multa nobis succurrũt: locum enim habent quatuor auxilia. Primũ, præiudicialis actio in rẽ, quæ est in prætoria: de hac re diximus suprà in tracta. prætoriarum. Secundũ, cognitio prætoria, quam appellamus officiũ iudicis. vt ff. de lib. exhib. l. deindè. § hoc autẽ interdictũ. Tertium, scilicet interdictũ de lib. exhi. de quo hic tractamus. Quartum. s. rei vẽdicatio adiecta causa de iure Quiritũ hęc omnia legũtur ff. de rei vend. l. 1. de singulis tamẽ dicemus suo loco. Nota tamẽ differentiam inter ista, si filius à nullo detinetur, sed ipse facit cõtrouersiam sui, quia negat se filiũ, locũ habent tria auxilia: Primum, cognitio prætoria, scilicet officiũ iudicis. vt ff. de libe. exhib. l. deindè. §. hoc autẽ interdictum. Secundum autem, scilicet præiudicialis actio in rẽ, quę dicitur rei vendicatio præiudicialis. vt Instit. de acti. §. præiudiciales. Tertium, scilicet interdictum de liberis deduc. & in casu scilicet si dicebam mihi per eum esse hæreditatem quæsitam, & ille negabat. vt ff de lib exhi. l. pe. Si aũt filius detinetur ab alio & volens, locũ habent quatuor auxilia. Primum, officium iudicis, & cessat interdictum. vt ff. de lib. exhi. l. deindè. §. hoc autem interdictũ. & etiam l. vlt. Secundum, præiudicialis actio in rem, quia apud seipsum videtur esse. vt ff. de rei vendi. l. 1. §. 1. Tertium, rei vendicatio, adiecta causa de iure Quiritum, quæ ciuilis est ratione possessionis, quam alius habet, vt ff. de rei vẽd. l. 1. §. 1. Quartum. s. interdictum, & in casu, si vterque se patrem cõtendat, tam ille qui tenet, quàm ille qui petit filium, habet locum interdic. de lib. exhi. vt ff. de libe. exh. l. vlt. Si aũt sit filius apud alium & inuitus, habet locũ interdic. de lib. exhi. vt ff. eo. tit. l. 1. & rei vẽd, adiecta causa de iure Quiritũ: quæ etiam datur & cõpetit ratione possess. quam alius habet, seu detẽtionis. Cessant autem alia duo auxilia, scilicet præiudicialis in rem prætoria, & officium iudicis: quia ista tantùm
5 cõtra filium competunt. † QVAESTIO. Quæritur aũt, quæ sit differentia inter illam pręiudicialem in rem, & rei vend. adiecta causa de iure Quiritum? Domi. meus Rogerius dicit illam esse in gremio naturæ. mihi autẽ videtur, quòd sit differentia: quia in illa præiudiciali debet quis probare tantùm filium suũ esse: & sufficit, si probo te filium meũ. In hac ciuili debet quis probare illũ esse filium, & in sua potestate: & hoc ex eo probo, quia in hac ciuili intẽditur adiecta causa de iure Quiritum. Si hæc ergò causa adijciatur, debeo probare illum esse filium in potestate: quia Romani habent filios in potestate. vt ff. de his qui sui vel ali. iu. sunt. l. 3. & Insti. de patr. potest. Item est & alia differentia, sicut ex prædictis colligitur, scilicet quia præiudicialis cõtra filium, alia contra alium intentatur.

Si filius alicuius ab aliquo detinetur, & exhibetur patri, poterit pater intentare cõtra illum interdictum de liberis deducendis.

De interdicto de liberis deducendis. Rubrica.

1 *Interdictum de liberis deducendis vt procedat, quot exigantur.*

2 *Libellus in interdicto de liberis deducendis quomodo formetur.*

3 *Interdictum de liberis exhibendis per procuratorem intentari potest.*

QVIA filio exhibito pater petit ipsum deduci ideò inuẽtum fuit aliud interdictũ circa idem, quod vocatur de liberis deducendis: parũ enim esset filiũ exhiberi, nisi exhibitus deduceretur. † Vnde 1
ad hoc vt istud interdictũ competat, tot sunt necessaria, quot diximus in superiori. Et easdem faciat positiones: nam cùm primũ interdictum. s. de liberis exhib. sit præparatoriũ, quæcunque dicta sunt in illo, & hic intelliguntur repetita: & ex quibus causis illud cõpetit, & istud. vt ff. eod. tit. l. deinde. §. 1. Item sicut nec illud datur cõtra filium, nec istud: sed habet locum officium iudicis. vt in prædicta l. §. hoc autem interdictũ. Vnde in hoc interdicto cõcipies ita libel. LIBELLVS.
† Vobis D.&c. cõq. ego R. de M. qui me volentẽ ducere 2
filium meũ prohibet & impedit: vnde ne me prohibeat vel impediat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdic. de liberis deducen. vel actionem in factũ subrogatam in locum ipsius interdicti. Quòd ita rectè cõcipiatur libell. dicit l. ff. eo. l. deinde. §. 1. & §. hoc aũt in interdictũ. † Et est sciẽdum, quòd superiùs interdictũ 3
intentari potest per procuratorẽ: quia non inuenitur prohibitũ, ergò potiùs admissum. vt ff. ex quib. cau. ma. l. necnõ. & ff. de proba. l. ab ea parte. istud autem interdictum non per procuratorem intentatur, nisi habeat speciale mandatum. vt ff. de procu. l. Pomponius. §. 1.

Si liber homo detinetur ab aliquo inuitus, potest intentari contra detentatorem interdictum de libero homine exhib.

De interdicto de libero homine exhibendo. Rubrica.

1 *Interdictum de libero homine exhibendo vt competat, quot necessaria sint.*

2 *Positiones Actoris & Rei in interdicto de libero homine exhibendo. & nu. 3.*

4 *Libellus in interdicto de libero homine exhibendo, quomodo concipiatur.*

QVIA aliquãdo liber homo ab aliquo detinetur inuitus, & nõ datur sibi libera facultas redeundi quò velit, & sic nõ distet multũ à seruo: ideò fuit proditum interdictum de libero homine exhibẽ, quod cuilibet de populo competit. vt ff. eo. l. 1. & 2. & l. quod & lex. §. hoc interdictũ. † Vnde ad hoc vt istud in- 1
terdictum cõpetat, tot sunt necessaria: inprimis, quòd ille qui petitur exhiberi, sit liber: alioquin si dubitatur de statu ipsius, vtrùm sit liber, an seruus, non cõpetit interdictũ. vt ff. eo. tit. l. 3. §. hæc verba. & §. planè. Secundum, quòd ille apud quẽ est, nec sit homo liber, habeat ius in eo, putà, quia redemit eum ab hostibus, vel quia habet eum in potestate, vel si aliam habeat iustã causam, quare retineat eum: tunc nõ datur istud interdictum, si iusta causa videbitur iudicanti. vt ff. eo. l. 3. §. is tamen. & §. si quis eum. & §. si quis. Tertium, quòd ille qui habet illum, sciat apud se esse: alioquin si ignoret, secùs: quia non tenetur hoc interdicto, nisi certioratus. vt ff. eo. l. 3. §. is qui nescit. Quartũ, quòd ille liber homo detineatur inuitus: alioquin si volens, nõ dabitur cõtra detinentem istud interdictum, nisi illa volũtas sit extorta dolo seu calliditate detinentis. vt ff. eo. l. 3. §. si quis volentẽ. Quintũ, quòd ita exhibeat, vt in publico pateat copia tangendi, & videndi. vt ff. eo. l. 3. §. exhibere. Sextum, quòd si mulier sit vel pupillus, quæ hoc interdictũ velit proponere, vt agant pro cognato

suò vel agnato.vt ff.eod.l.3.§.hoc interdictum. & hoc
est mirabile,quòd pupillus hic admittatur, qui no ba-
bet legitimam personam standi in iudicio.vt C.qui le-
gi.person.habet stan.in iudi.l.1.& de author.tut.l.1.So-
ptimû,quòd si plures veniant ad proponendû hoc in-
terdictum,illum eligat prætor, qui ex fide, ea dignita-
te,ex conuentione magis idoneus sit.vt ff.eo.l.1. §.si ta-
men plures. Octauû,quòd hoc interdicto nô sit adhuc
actû: nam ampliùs quã semel hoc interdicto agi nô po
test: & si semel sit actû,quòd doceatur de crimine præ-
uaricatoris.vt ff.e.l.3.§.si tamê posteaquã. Vnde in hoc
2 interdic.Act.fac.tal.posit. † POSITIO ACTORIS. Ego di-
co,quòd Titius est homo liber. Item dico,quòd tu illû
Titiû detines. Item dico,quòd tu scis illû Titium apud
te esse.Item dico, quòd illû Titium inuitû detines. Itê
dico,quòd tu exhibuisti eum in secreto.Itê dico,quòd
te certioraui,scilicet quòd illû apud te habebas.Itê di-
co,quòd dolo vel suasionibus induxisti Titiû, vt spôtè
eum detineres.Itê dico, quòd ille Titius est meus agna
tus vel cognatus.Itê dico,quòd ego sum dignior omni-
bus illis qui veniunt ad accusandû.Item dico, quòd in
hoc interdic.ego tãtùm incipio agere.Item dico,quòd
in hoc interdic.Titius qui egit hoc interdic. fuit præ-
3 uaricatus. Ecôtrà Reus fac.tal.pos.POSITIO REI. † Ego
dico,quòd Titius,quê petis exhiberi,seruus est. Item
dico,quòd de statu eius dubitatur:quia motus est status
côtrouersia.Item dico,quòd ille Titius est filius meus.
Itê dico,quòd in mea potestate est. ista côfessio est su-
peruacua:quia ex quo filius est, præsumitur in potesta-
te,nisi probetur emãcipatus.vt ff.de his qui sui vel ali.
iur.sunt.l.patre furioso. Itê dico me ignorare, verû sit
Titius apud me. Itê dico, quòd ille Titius sua spôte est
apud me.Itê dico,quòd Sempronius est dignior te: qui
similiter accusas. Item dico,quòd Sempronius egit cô-
tra me hoc interdicto,& sum absolutus: si ista côfitea-
tur Actor,succumbet: quia Reus absoluetur cum sen-
tentia lata in popularibus actionibus,alijs præiudicet:
nisi doceatur de crimine præuaricantis.vt.ff.de præua.
l.præuaricationis. Idem in iureiu.vt ff.de iureiu.l.eum
qui.§.in popularib. In hoc aût interdic. côcipitur ita
4 libel. † LIBELLVS. Vob.D.&c. côq.ego R.de M. qui Ti-
tium liberû hominem inuitû detinet, & sibi libertatê
recedêdi quò velit,nô præstat: vnde quòd illû Titium
exhibeat,peto: & ad hoc propono interdictû de libe-
ro homine exhib. vel act. in factum subrogatam in lo-
cum ipsius interdicti. Quòd ita rectè concipiatur li-
bellus, dicit l. ff.eod.l.1.& 2. & hæc omnia plana sont.
OPPOSITIO. Veruntamen vnum videtur in hoc in-
terdicto mirabile: quia si Reus nô vult exhibere,quia
Actor iurat côtra eum in litem:& nihilominùs conue-
nitur posteà, vel ab eodem, vel ab alio. vt ff.eodem. l.
3.§.si tamen Reus. Hoc videtur mirabile propter duo.
Inprimis, quomodò in hoc interdicto iuretur in litê,
cùm istud interdictum datur pro re illa,scilicet pro li-
bero homine,qui est in bonis nullius.ff.de interdictis.
l.1.in princip. maximè cùm dicat lex alibi, quòd si vo-
lumus habere rationem interesse, semper pecuniari-
um commodum inspicimus.vt ff.ad exhiben. l.si liber
homo. Præterea, libertas res inæstimabilis est. vt ff.
de his qui deiecer.vel effuder. l.penultim. & ff.si qua-
drupes paupe.fec.dic.l.1. quomodò ergò fiet hæc litis
æstimatio? Item esto, quòd prædicta admitterentur,
quomodò tamen ex quo consecutus est hic Actor litis
æstimationem,poterit iterum agere? & non obstat si-
bi exceptio: cùm iura communia dicant,quòd litis æ-
stimatio loco rei succedit. vt ff.pro empt. l.litis & ff.de
rei vendica. l.quòd si possessor. his obiectionibus re-
spondeat qui potest: respondere posset, quòd hæc quæ
dicta sunt, sint dicta propter odium non exhibentis, &
propter priuilegium libertatis.

Si tu possidebis domum, vel fundum, vel aliquam rem immobilem, & aliquis te expellat à possessione illius rei, potes recuperare possessionem illius rei per interdictum vnde vi.

De interdicto vnde vi. Rubrica.

1 *Interdictum vnde vi, vt procedat, quot exigantur.*

2 *Possidens animo solo, quomodo à possessione repelli possit.*

3 *Possessione se posse repelli si quis suspicetur, & vadat ad fundum, & non admittatur, an interdictum vnde vi, locum habeat.*

4 *Interdictum vnde vi, an naturaliter possidenti concedatur.*

5 *Interdictum vnde vi, an vsufructuarius & similes personæ habeant.*

6 *Colonus si de possessione expellatur per interdictum vnde vi, an naturalem possessionem, vel ciuilem, vel vtranque dominus amiserit.*

7 *Colonus qui habet corporalem possessionem, si corpore suo de fundo exijt, an eam retineat. Item ipso de fundo exeunte, an dominus possideat ciuiliter & naturaliter, vel naturaliter tantum.*

8 *Positiones Actoris & Rei in interdicto vnde vi. & numero 9.*

10 *Libelli in interdicto vnde vi, quomodo formentur: cum plur. seq.*

19 *Appellare an possit condemnatus in cõdemnatione l. si quis in tantam.*

20 *Sententia forma in interdicto vnde vi.*

23 *Actio competens domino qui iuribus vel reditibus suis spoliatus fuit, quæ & qualis sit.*

24 *Iuribus incorporalibus, quæ nec possideri possint, quomodo quis expelli dicatur.*

QVIA sæpiùs & multotiês violentiæ committun-
tur,& inter omnes alias vis expulsiua frequen-
tiùs committitur: ideò de ea videamus. Si ergò
aliquis expellatur de poss. rei immobilis quã ipse pos-
sidebat,succurritur sibi per interdic.vnde vi.per quod
fit restitutio poss. cum omni causa dãni dati.vt ff.eo.l.1.
in prin.& §.1. Vnde ad hoc vt istud interdictû côpe-
tat,tot sunt necessaria: Inprimis quòd aliquis posside-
at.vt ff.eo.l.1.§.hoc interdictû.& propterea dicitur In- 1
stit.eo.tit.quòd si recuperandæ poss.intelligas quantû
ad hoc interdictû,aliquem possidere siue corpore,siue
animo,etsi non corpore.vt ff.eod.tit.l.1.§.siue corpore.
† QVAESTIO. Sed quæritur,quomodò aliquis animo so
lo aliquid possidens,possit ab illa posses.repelli? certû
est, quòd illa posses.est solius animi: quomodò potest 2
aliquis illa posses.sine animo meo mihi auferre? nam si
corpore possidê, certû est,quòd illã poss. quis potest
mihi auferre. Item alia ratione instatur, expellere fa-
cti est, possessio aût animi iuris est, quomodò ergò illa
cùm sit iuris,& videri non potest,nec palpari: quomo-
dò potest quis me ab illa expellere? certe nullo modo.
Respôd.imò de iure habet interdictû: nam illa poss.re-
tenta per animû, quæ propter retentionê ciuilis dici-
tur,est illa eadê,quam habebã existens in fundo, & de
iure gentiû dicitur naturalis.vt notat Do.meus de hoc
plenè in summa C.de acq.poss.vers.hæc talis possessio.
&c.si ergò est illa, ergò per expulsionê possum illã a-
mittere. Præterea solùm factû aduersarij nô est in cau
sa,quare illam posses.amittam: sed animus meus cum
facto aduersarij: nam statim ex quo vadens vel alius
pro me,nô admittor, vel nô admittitur incôtinenti, a-
mitto: quia sui ita vilis, quòd nolui ipsum expellere.
Item statim illo ingresso,ego scio & suspicor me posse
repelli incôtinêti poss.priorem, quam in animo retine-
bam.vt ff.de acq.possess.l.clam possidere,in fi. & l.seq.
l.sed & si nolit.& l.si id quod.§.vlt.& ff.eod.l.colonus.
& l.cùm fundû.sic vides in noui operis nûciatione, v-
bi si nûcio nudo sermone,possessionem amitto.vt ff.de
operis no.nunc.l.de pupillo.§.meminisse.cùm eadem
sit causa acquirendi, quæ & amittendi ducta in contra-
rium,

rium. vt ff. de verbo. oblig. l. inter stipulantem. & argu.
3 ff. de solu. l. penul. & de reg. iur. l. nihil. QVAESTIO. †Sed in hoc vltimo quęritur an si aliquis suspicetur se posse repelli, & non vadat ad fundum, & non admittatur, an habeat interdictum. Responder Pla. quod non: nam qui proponit interdictum tria deber probare, & se possedisse, & per violentiam deiectum esse, & poss. amisisse: licèt enim per suspicionem posses. amittat, vt dictum est, tamen non habet inrerdictum: quia non videtur deiectus qui non iuit: sicut is qui aufugit, & deijci non expectauit. vt ff. quod metus causa. l. metum. §. 2. Vnde dicebat Pla. tunc cōpetere interdictū, quando ego expellor vel vadens non admittor. Alij dicunt, quòd interdictum non cōpetit: ea quo enim suspicor me posse repelli, incontinenti possessionem amitto, ea quo alius interuenit, sicut dictū est: vnde habeo interdictum: nam dicit lex, si aliquis intrat poss. fun. mei, & ego suspicor me posse repelli, habeo interdictum vnde vi. vt ff. eo. idemq; §. qui armati. & l. 1. §. idem Labeo. Nec obstat l. quòd met⁹ causa l. metū. nā ideò hoc euenit, quia est necessaria ibi voluntas saltem coacta tradentis. vt
4 ff. quod metus causa. l. si mulier. † QVAESTIO. Itē quæritur: an hoc interdictū detur naturaliter tantùm possidenti. & quidā minus intelligentes admiserunt, quòd sic, & habent. ff. eo. tit. l. 1. § deijcitur. si ergo datur naturaliter possidenti: ergo & colono, quòd est cōtra legē, vt in fi. §. illius dicitur: quia colonus nō habet istud interdict. vt ff. eod. l. 1. §. hoc interdictū. Item ratione alia nō habet colonus: quia nullam possessionem nec viuo nec mortuo domino habet. vt ff. de vsuc. non solum. §. quòd vulgò. si non possidet, ergo non habet interdictū. vt ff. eo. l. 1. §. inrerdictū autē hoc. Si tu obijcias de duabus leg. eod. tit. l. cum fundū. & l. colonus. non obstant: quia leges illæ loquuntur post quam colonus interuerterat possessionem. vnde quia tūc incipiunt possidere, ex quo interuerterant: ideò habent coloni interdictū, si postea expellantur, non antè. Quùd autem legitur in prædicto §. ff. eod. l. 1. §. deijcitur. siue quis ciuiliter siue naturaliter possideat, & expellarur habet interdictū. Expone ita: siue ciuiliter, id est, iuste: siue naturaliter, id est, iniustè: quasi is sit intellectus, datur istud interd. posses. siuę possessor ille sit iustus: siue iniustus. nam violento datur. vt §. eo. l. 1. §. qui autem. Et hoc est quòd dicit litera illa in prædicto. §. deijcitur: naturaliter, id est, iniusta. & pro suo, id est, iusta possessio ad hoc interdictum pertinet & hoc etiam exemplum de viro & vxore positum in eod. §. ostendit: quia maritus donando vxori, vxor non habet iustam causam possidendi, quia contra iura: & tamen habet interdictum. non antè intelligitur de naturali sola: quia in eodem §. dicitur in fin. quòd colonus non habet hoc interdictum. Vel aliter: naturaliter, id est, corporaliter tenenti: ita quòd per me teneam datur interdictum: & hoc est quòd dicit litera in eodem §. naturaliter. & pro suo, id est, ita naturaliter, quòd eam habeat per se, vnde colonus excluditur: quia licet habeat naturalem, non tamen habet eam nomine suo, sed nomine alterius. vt ff. de acquirē. possess. l. quòd meo. & C. de præscrip. 30. ann. l. malè. Quòd autem dicit ciuiliter, id est, animo solo. vt ff. eod. l. 1. §. siue autem corpore. Vel tertio modo ex pone. §. prædictū: eijcitur siue naturaliter, ita quòd naturalis detur ratione iuris, vt vsufructuario & vsuario & superficiario: isti enim naturaliter possident. vt ff. de acqui. poss. l. naturaliter: ideoque habent interdictum. vt ff. eod. l. idemq;. §. vnde vi. siue ciuiliter, expone vt dictum est.
5 † QVAESTIO. Circa prædicta quæritur, vsufructuarius & similes personæ habent hoc interdictum: vt dicit ff. eo. l. idemque. §. vnde vi. qua de causa datur eis? vtrū ratione possessionis vel ratione iuris? quodcunque dixeris cōcludo. si enim dixeris ratione possessionis, certum est quòd vsufructuarius tantum naturaliter possidet. vt ff. de acq. poss. l. naturaliter. si tātum naturaliter possidet, & stat in fundo, & expellatur, habet hoc interdict. & de hoc nulla dubitatio est. sed quando reuertitur dicit l. prædicta. idemque. quòd habet interdictū? si dicis ratione naturalis possessionis stare non potest. illam enim naturalem statim ea quo exit de fundo amittit: nam ius naturale, id est, gentium, non amittit. aliud nisi vt possessio acquireretur animo & corpore interueniente. vt ff. de acqu. poss. l. 1. & l. quemadmod. postquam autem de fundo ex eo illam possessionem de iure gentium amitto: nec ius gentium mihi subuenit in retinenda poss. sed tantùm ius ciuile. & hoc est quòd dicunt iura, quòd possessiones animo retinentur. vt C. de acquir. poss. l. licèt. vnde taliter retenta dicitur ciuilis. Si ergo tantum ius ciuile mihi subuenit in retinendo: hoc in fructuario stare non potest: quòd fructuarius illam suam naturalem quam habebat existēs in fundo, retineat de iure ciuili ex quo exijt de fundo: & quare, vide rationem. nam proprietarius possessionem illam de iure ciuili animo retinet: & sic ciuiliter possidet: vnde fructuarius, ammodo possidere non potest: quia insolidum duo possidere non possunt. vt ff. de acquiren. posses. l. possideri. §. ex plurimis. Vnde respondent quidam & dicunt, imò ciuiliter fructuarius possidet: quia quod dicit lex duo insolidùm poss. non possunt. Respondeo, verum est eodem iure: at diuerso iure possident: quia iste vt fructuarius: ille vt proprietarius. horum responsio nulla, quia secundum eos non possident iure diuerso: imò eodem scilicèt ciuili: sed secundum eos possident ex diuersis causis. nam vterq; illorum possidet ciuiliter, & sic eodem iure: sed ille vt fructuarius, & ille vt proprietarius, istæ sunt causæ. OPPOSITIO. Sed adhuc opponitur huic solutioni: ex diuersis causis plures possidere eandem rem non possunt. vt ff. de acqui. pos. l. possideri. §. ex contrario. Respondent ipsi, verum est quòd ille §. loquitur de naturali poss. quæ apud duos esse non potest insolidum. & hoc exempla posita eodem §. ostendunt. at ciuilis potest apud duos esse potest: cum animi pluriū possint ad plura extendi. Alij dicunt & respondent quæstioni: q᷑ fructuarius illam suam naturalem de iure gentium retineat: licèt in alijs sit contra. & quare assignant rationem: quia cum fructuarius habeat modicū iuris, & minus quàm proprietarius: ideò magis sibi succurrunt iura. quomodo magis? ita quia proprietario ius gentium non subuenit, vt possit possessionem de iure gentium retinere, sed tātum ius ciuile. At fructuario subuenit, quòd possit fructuarius illam naturalem de iure gentium retinere, sicut & alibi vides: quia iura magis subueniunt ei qui habet minimum ius, quàm ei qui maius. Pater circa dotem filiæ quam sibi dedit habet maius ius, quàm habeat auia, si dedit dotem pronepti: quia pater etsi non stipuletur sibi in solidum reddi, habet tamen actionem pro dote pro dimidia. auia autem nullam actionem habet nisi specialiter stipuletur. Et proptereà dicunt iura, actio de dote est communis patri & filiæ. vt ff. soluto matrim. l. 1. & de procura. l. filiusf. & ff. sol. mat. l. quotiens. & C. de rei vxo. action. §. accedit. & sic habet minus iuris auia, quàm pater, vt dictum est? vnde iura potiùs succurrunt auiæ circa dotem: nam ecce, si pater det dotem, & paciscatur sibi reddi, nullā habet actionem ex illo pacto: auia autem si paciscatur valet pactum: & aget ex eo. vt C. de iure dotium. l. auia. Sed huic argum. contradicit auctoritas, omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui modicum habet, & quòd modicum habet auferetur ab eo. & alij dicunt, in qua opiniōe est dominus & præceptor meus Roger. vt detur sibi interdictum, id est, fructuario, ratione iuris quòd habet: vt pro quasi posses. iuris cōpetat sibi interdictum vtile: quia cum iura incorporalia non possint verè possideri: sed quasi. vt ff. de acq. rer. do. l. seruus. §. incorporales. Ideò habet locum vtile. nam Vlpian. dicit dari interdictum ei qui fuit in pos. vt ff. eod. tit. l. si plures. §. deiectum. Et si tu opponas: quia nemo de via mero iure detruditur. vt ff. de vsu. sequitur. §. si viam. Respondeo, verum est: quia non potest verè detrudi, sed quasi. & ideò dicit vtile interdictū fructuario dari. Sic ergo vt dictum est illud necessariū est, ꝙ aliquis possideat corpore suo vel animo suo: si autē possideat animo

suo & corpore alieno, putà, per colonum: tunc ad hoc
vt istud interdictũ detur illi est necessa quòd colonus
expellatur: si autem ego expellor, & non colonus, non
6 habeo interdictum. ff. eod. l. 1. si quis me. & §. quòd ser-
uus. QVAESTIO. † Sed illud quæritur: si expellitur colo-
nus, sicut dictum est: quàm possessionem amisi, verum
naturalem tantum vel ciuilem: vel vtramque. Respon-
dent quidam, quòd amitto naturalem tantum, quam ha
bebam per colonum. ciuilem autem amittere non pos-
sum: nisi contrarius animus meus interueniat: putà,
quia suspicor me posse repelli, vel vadens non admit-
tor, sicut superius dictum est. Domino tamen Io. visum
fuit, quòd vtranq; possessionẽ amitto: multum etiam re
fert verum possideam animo meo solo, & tunc nõ amit
to, nisi in duobus casibus, quando vadens nõ admittor,
& quando suspicor me posse repelli: nunquam enim i-
gnorãs amitterẽ, nisi in duob. vel etiam tribus casibus,
quando mittitur aduersarius in pos. ex causa damni in-
fe. ex secũdo decreto, & quando per alluuionem, & qñ
per cẽsatores, ex quo cessaui soluere tributum. vt ff. de
dam. in fe. l. si finita. & ff. de acqui. re. do. l. quid ergo. Et
in hoc casu intelligũtur leg. ff. de acqu. pos. l. clam pos-
sidere. in fi. & in sequenti l. & l. si id quòd. quando ani-
mo tantum nostro possidemus. si autem possideo corpo
re meo, nunquam amitto, nisi in casu quãdo expellor.
vt ff. eod. tit. l. 1. si autem animo meo, & corpore alieno,
illam quam habebam animo amitto statim ex quo colo
nus deijcitur. vt ff. eod. tit. l. 1. §. si quis me vi deiecerit,
& est ratio: illa enim mea ciuilis ita est connexa illa na
turali quam habeo per colonum, quòd illa amissa, & i-
sta amittitur: & illa retenta, & ista retinetur, & vide ra
tionem: mea pos. retenta per animum, dicitur ciuilis:
ideò quia retinetur animo: sed quæ retinetur in perso-
na coloni, illa est naturalis. vnde ex quo illam amitto
quam habeam corpore coloni, & illa ciuilis similiter
amittitur. Nec placet illorũ opinio qui dicunt, quòd a-
mittam tantum naturalem. si enim remanet possessio ci
uilis apud me, quæritur quæ esset illa possessio quam
retinerem. certè nulla: quia illa sola retinetur quæ fuit
in persona coloni. Item si possiderem, istud interdictũ
mihi non daretur: quia nõ datur possidenti, sed spolia-
to. & ideò dicitur recuperandæ possessionis. sicut su-
periùs dictum est. Et sic no. quòd nũquam possum pos-
sidere animo & corpore meo, nisi animo meo & corpo
re alieno: vt in colono dictum est: & sic nunquam pos-
sum ex persona mea habere nisi naturalẽ tantum, quã-
do sum in fundo: vel ciuilem tantum, quando ex eo de
fundo: & animo retineo. quandiu enim sum in fundo,
habeo solam naturalẽ: quia licet vtrumq; interueniat,
& animus & corpus: tamẽ non interuenit ibi animus,
secundùm quòd iudicatur pos. ciuilis: putà propter re-
tentionem: quia tunc dicitur ciuilis quando acquisita
7 per animum retinetur. QVAESTIO. † Sed istud quæritur
an colonus qui habet corporalem corpore suo, si exijt
de fundo, an eam retineat. Item & eo exeunte de fun-
do, an tunc ego possideam ciuiliter & naturaliter, vel
naturaliter tantum. Quidam respõdent quod colonus
exiens de fundo retinet illam naturalem de iure gen-
tium, sicut de vsufructuario diximus, & sic ego habeo
vtramque possessionem & ciuilem & naturalem. Alij
dicunt, quòd colonus exiens non retinet naturalẽ nec
de iure ciuili nec de iure gentium. sed incontinenti a-
mittit quantum ad se: dominus tamẽ subuenit colono,
qòd illam naturalem dominus retinet animo suo. &
sic soluitur quæstio alia: quia colono existente in fun-
do, dominus habet ciuilem animo suo, naturalem ex
persona coloni: & sic possidet ciuiliter & naturaliter:
colono exeunte non possidet nisi ciuiliter. Tertium est
necessarium, quòd possideat quis rem imobilem: alio-
quin, si deijciatur de possessione rei mobilis, non habet
locum interdi. sed vel vi. bo. rap. vel constitutio si quis
in tantam. vt ff. eod. l. 1. §. illud vtrique. & §. si quis de na-
ue. & Instit. vi bo. rap. & C. vnde vi. l. si quis in tantam.
Quartum. quòd tempore violentiæ possideas Quintũ,
quòd ab illa pos. expellaris. vt ff. eod. l. 1. §. hoc interdi-
ctum. Vnde per hoc reprobatur quorundã aduocatorũ
opinio, in qua fuit etiã P. quia si aliquando probo me
possedisse rẽ quæ ad te peruenit, præsumitur & me pos-
sidere, vel à te violentiam mihi illatam nisi probes qua
liter possideas sine vitio arg. l. siue. C. de prob. Sed nos
legem illam admittimus in dominio: non autẽ in poss.
& est ratio: nam si fui dominus præsumor dominus, nisi
probes contrarium in possessione contra. quia posses-
sio citiùs amittitur quàm dominium. vt ff. de acqu. pos.
l. si quis vi. §. differentia. Sextum, quòd ille qui intulit
violentiam: non intulerit animo suæ poss. recuperan-
dæ. nam tunc si incõtinenti fecerit, non tenebitur hoc
interdicto: quia vim vi repellere omnes leges omnia-
que iura permittunt. vt ff. eod. l. 1. §. vim vi. & ff. ad leg.
Aquil. l. scientiam. §. 2. & ff. de iusti. & l. iur. vt vim. Cæ-
terum si ex interuallo expellam ipsum violentum, ni-
hilominus habet interdictum. vt ff. eod. l. 1. §. qui autem
à me vi possidebat. Sed quòd dixi incontinenti attende
ita, vt fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ: quòd mo
deramen attenditur circa tria: quòd incontinenti, &
quòd fiat ad repulsandum vim, & non ad vindictam. &
quòd si ille cum armis, & tu cum armis: sicut de his plo
nè notat dominus meus Azo in summa ti: istius. versic.
habeat autem locum hoc interdi. & vers. item modera
men adhibetur &c. Septimum, quòd si aliquis nomine
meo deiecit, quòd ego habeam ratum. vt ff. eod. l. 1. §.
quotiens. Octauum, quòd si aliquis de familia mea de-
iecit, quòd ad me peruenerit illud. vt ff. eod. l. 1. ait præ-
tor. Vnde in hoc interdicto ac. fa. ta. posi. POSITIO A-
CTORIS. † Ego dico, quòd talem terram vel talẽ domũ 8
ego possidebam. Item dico quòd tu ab illa pos. me ex-
pulisti. si confite. Reus ecce bene. si autem negabit: tunc
procede. Ego dico, quòd die tali possidebam. Item di-
co, quòd die illa intulit mihi violentiã. Itẽ dico, quòd
illa die me à possessione priuasti. Itẽ dico, quòd dũ in
illa domo esset colonus meus vel inquilinus tu illũ ex-
pulisti. Item dico, quòd Titius me expulit à poss. fundi
talis nomine tuo. Item dico, quòd habuisti ratã expulsi-
onem illam. Item dico, quòd quis de familia tua: putà
Titius, expulit me de fundo. Itẽ dico, quòd ille fundus
peruenit ad te. Econtrà Reus facit tales posit. POSITIO
REI. † Ego dico, quòd fundum illum de quo dicis possi- 9
debat insolidùm Titius. si hoc cõfitebitur actor, absol-
uetur Reus, quia duo insolidùm possidere nõ possunt.
vt ff. de acqui. posses. l. possideri. §. ex contrario. Item di-
co, quòd iam est annus quòd Seio fundum illum tradi-
disti. si ista confitebitur actor, absoluetur Reus: quia a-
modò seu ad præsens non possidet. Item dico, quòd in
illo fundo à quo dicis te deiectum, adhuc sunt coloni
tui & pro te. Item dico, quòd Seius tantùm illam violẽ
tiam tibi intulit. si hoc confitebitur actor, absoluetur
Reus propter illud verbũ tantũ. Itẽ dico, quòd tu me à
possessiõe fundi illius primò expuleras Itẽ dico, quòd
incõtinenti ab illa possessione te deieci. si hoc confite-
bitur actor absoluetur Reus: quia nõ videtur violentiã
inferre: sed suã possessionẽ recuperare. Itẽ dico, quòd
tali die quo dicis tibi illatã violentiã, Seius erat in pos-
sessiõe illius fundi. si istud confitebitur actor, absolue-
tur Reus. quia qui proponit interdictũ, probare debet
possedisse tẽpore deiectionis: sicut suprà dictum est. In
hoc autem interdicto concipietur ita libellus. LIBEL- 10
LVS. Vobis dnm. &c. conqueror ego R. de M. qui me ex-
pulit de possessione fundi talis: cuius fines sunt tales:
quem fundum possidebam: vnde quòd restituat mihi
possessionem fundi prædicti, & omnem causam damni
dati, ago contra ipsum: & ad hoc propono interdictum
vnde vi, vel actionem in factum subrogatam in locum
ipsius interdicti, & ita concipies libell. quando fuisti
expulsus, cum esses in fundo. Si autem vadens non fui-
sti admissus: dicas ita. † LIBELLVS. Ago contra G. qui 11
possessionem fundi talis intrauit: quem fundum ego
possidebam, & vadens ad fundum prædictum me non
admisit: vnde quòd restituat, & c. serua omnia quæ in su
periori libello dixi. Si autẽ suspicatus fuisti te posse re
pelli: dicas ita in libello. LIBELLVS. † Ago contra talem 12
qui possessionem fundi talis, quẽ fundum ego posside-
bam, intrauit: & ego suspicatus sum vel fui me posse ab

co

eo repelli: vnde vt restituat, &c. dicas vt in superiori
libello dixi. Si autem non fuisti expulsus: sed fortè co-
lonus aut emptor alius cui vendideras vel locaueras.
vt dicit. ff. eod. l. colonus. & l. cùm fundum. concipias
13 ita libellum. LIBELLVS. † Vobis domino, &c. conque-
ror ego R. de M. colono meo, qui Titium, cui fundum
talem vendideram vel locaueră, & iusseram ipsum em
ptorem seu locatorem apprehĕdere possessionem fun-
di illius: ipse M. ipsum volentem intrare non permisit.
vnde quia me possessione priuauit: ago contra ipsum
vt restituat. Si autem non fuisti eapulsus: sed colonus
14 tuus dicas in libello. LIBELLVS. † Ago contra talem,
qui colonoa meos: putà tales, qui erant in possessione
fundi talia eapulit violĕter de ipso fundo. vnde quòd
restituat, &c. dicas alia quæ in libello diai. Quòd ita
rectè concipiatur libellus dicit ff. eod. l. 1. §. 1. & §. quo-
tiens. & §. siue autem. & §. rectissimè. & §. penul & l. cũ
fundum. & l. colonus. Si autem tu me non eapulisti: sed
familia tua, vel aliquis nomine tuo: & tu ratum habui-
15 sti, dicam ita. † LIBELLVS. Ago contra talem, cuius
familia vel Titius nomine suo me eapulit de possessio-
ne talis fundi, quem ego posidebă: & illam eapulsio-
nem tatam habuit: vel fundus ille peruenit ad ipsum.
vnde vt restituat mihi, &c. Si autem sit fructuarius vel
superficiarius vel alij similes: putà, feudatarius vel em
16 phyteuta: concipiatur ita libellus. LIBELLVS. † Ago cõ-
tra ipsum qui me de possessione fundi talis, quem fun-
dum vt vsufructuarius seu superficiarius, seu emphy-
teuta vel vasallus posidebă. vnde quòd restituat, &c.
Quòd isti libelli rectè concipiantur dicit. ff. eod. l. idĕ-
que. §. vnde vi & prædictis modis concipitur libellus,
quando interdictum vnde vi proponitur. Si autem vel-
les proponere constitutio. si quia in tantam: dices ita. †
LIBELLVS IN CONSTITVTIONE SI QVIA IN TAN-
TAM. Vobis dnminn, & cæt. conqueror ego R. de M. qui
me de possessinne fundi talis eapulit, cuius fines sunt
tales: vnde quòd restituat mihi possessionĕ fundi præ-
dicti cum omni causa damni dati, ago contra ipsum. &
ad hoc propono constitutionem, si quis in tantam, vel
17 condictionem ea illa l. si quis in tantam. OPPOSITIO.
Sed opponitnr: de natura cnnstitutionis est, quòd fiat
restitutio possessionis & pœna imponitur: quia aliud
tantum quando non fuit dominus: vel si fuit dominns,
cadit à iure. quomodò ergo possum petere per consti-
tutionem vt restituatur mihi omnis causa damni dati?
certè non: cùm illud peram per ipsum interdictum. I-
tem & alio modo quæritur, cùm constitutio, si quis in
tantam, fuerit facta in supplementum interdicti: putà,
propter mobilia in quibus non babet locum interdi-
ctum, haber locum constitutio. vt Institut. vi bonorum
raptorum. ergò malè proponitur cõstitutio, si quis in
tantam, ad recuperandam possesaionem rei immobi-
lis. Respondeo: quidam vt P. omnia admiserunt prędi-
cta quæ in quæstionibus sunt posita, scilicèt vt fructus
non possent peti per constitutionem, si quis in tantam:
nec quod competat pro possessione rei immobilis re-
cuperanda. Nos tamen contrarium dicimus, scilicet
quòd competat pro possessione recuperanda rei mo-
bilis & immobilis: Imperator enim non fuit auarus
succurrere tam egentibus, quàm non egentibus: sicut
& prætor facit in possessione secundùm tabulas. vt in-
stit. de bon. poss. Item dicimus quòd etiam per constitu
tionem, si quis in tantam: possem petere restitutionem
totius damni: & hoc probo: nonne constitutio, si quis
in tantam, continet restitutionem? sic, ergo & fructus
restituentur, & omnis causa: cum verbo restitutiòis om
nia ista prædicta contineantur. vt ff. de vsuris. l. videa-
mus. §. 2. & ff. de verbor. signific. l. restituere. & l. vlti. Et
sic concipietur libellus, quando volo agere per consti-
tutionem, vt tantùm fiat restitutio possessionis. Si au
18 tĕ via agere vt ille puniatur, dicas ita. LIBELLVS. † Ago
contra M. qui me expulit de possessione fundi talis: cu-
ius talea sunt fines. vnde vt restituat mihi possessionĕ
fundi prædicti cum pœna constitutionis ago contra i-
psum. Alij magis eaprimunt. vnde quòd restituat pos-
sessionem mihi fundi prædicti, & æstimationem ipsius
fundi soluat mihi, si non est dominus, vel si non habet
ius in re: vel si est dominus, vel habet ius in re, quòd ca
dat a dominio, vel à iure quod habet, ago contra ip-
sum. & ad hoc propono constitutionem, si quis in tan-
tam: vel condictionem ex l. illa. si quis in tantam. Quòd
ita rectè concipiatur libellus, dicit C. eod. si quis in tă- 19
tam. † QVAESTIO. Quæritur autem, an condemnatus in
constitutione, si quis in tantam, possit appellare? Respõ
deo: si intentatur tantùm ad restitutionem possessio-
nis, non potest appellari. vt C. si de moment. possess. fu.
appell. si autem ad pœnam, quia in parte illa credo pe-
titorium esse, posse appellari puto. vnde interim pos-
sessorium differtur: sicut hæc & plures aliæ quęstiones
notantur in l. prædicta: quas hic non repeto. Qualiter
autem dicti libelli impugnentur per quæstiones præ-
dictas patere potest. Vnum tamen noo omitto, quòd
multi iudicantes errant apertè in sententijs: quia quă-
do condemnant dicunt. FORMA SENTENTIAE. † Ego ta- 20
lis iudex cognitor litis & controuersiæ, quæ est inter
talem & talem Titium ad restitutionem fundi condem
no. malè cõdemnant & stulti sunt. sicut etiam iudex il-
le fuit stultus de quo legimus. C. de fideicom. libert. l.
vlti. Veruntamen eorum sententia posset sustineri si in
libello fuit dictum: ago ad restitutionem possessionis
fundi, & iudex diait restituas fundum, videtur condĕ-
nasse secundum petitionem. vt C. de sententia. quæ sine
cert quant. profer. l. pen. & vlti. Vnde ita condemnăt, si 21
tantùm ad restitutionem possessionis agatur. † FORMA
SENTENTIAE. Condemno M. ad restitutionem possessi-
onis fundi talis: cuius fines sunt tales, &c. Est enim a-
liud pretium rei, aliud possessionis. vt ff. vti pos. si duo.
§ vltim. Si autem volunt condemnare vel pronuntiare
in pœna, dicant ita. † FORMA SENTENTIAE. Ego condĕ- 22
no M. ad restitutionem fundi talis. & quòd soluat æsti-
mationem ipsius fundi: pone triginta, vel dominium
quòd ibi habet, vel possessionem, vel ius amittat. Item
illud in fin nota, quòd multi ponunt in libellis, ita pe-
to restitutionem possessionis fundi talis: & propono
constitutionem, si quis in tantam: nunquid Reus sit in
pœna constituta condemnandus. Respondeo, non cre-
do: cùm potiùs pœnæ sint molliendæ quàm exasperan-
dæ. vt ff. de pœn. l. penu. & cùm sint odiosæ, restringen-
dæ. vt ff. de lib. & posthum. l. cùm quædam. Item circa
interdictum, & constitutionem dant aliquando consi-
lium sapientes. non possum probare quomodò fui ex-
pulsus, sed possum probare quomodò possedi: vnde vt
probem quomodò sim expulsus, quòd vadam ad fundũ
& ducam testes & tabellionem, & intrem fundum: &
tunc aut ille qui possidet permittit, & sic possessionem
habeo: aut me volentem intrare non admittit, & sic in-
continenti me possessione spoliat, & incontinenti pos-
sessionem amitto. vt ff. de acquiren. possessio. l. clam. §.
vltim. & l. quòd si nolit. & l. si id quòd habeo interdi-
ctum. & de hoc faciam fieri instrumentum à tabellio-
nem. nam si probo quòd olim hoc anno possederim, il-
lam possessionem animo retinui, quòd semper de quo-
libet præsumo, scilicèt quòd animo retineat: nisi fortè
videres alium posidere, vt ea tua patientia compare-
tur tibi præiudicium. vt C. de acquiren. possessio. l. mi-
nua. & nisi longum tempus transierit quo fuit ille in
possessione. nam ex longo tempore obliuio sequitur.
vt ff. de vsucapio. l. furtum. † QVAESITO. Quæritur cir- 23
ca interdictum: & est quæstio ista vtilis, & multùm de
ea tota die dubitatur. habet aliquando quis certos red-
ditus & seruitia, quæ præstant sibi rustici: habet etiam
iura, purà, colligendi pedagium, vel iura patronatus,
vt alia iura similia à quibus iuribus dominus spolia-
tur, quia rustici reddere contradicunt: quæritur quòd
ius vel actio competat illi domino, qui fuit ab illis iuri-
bus seu redditibus spoliatus? Respondeo, aduocati meị
temporis & iudices ita seruant hodie vt proponant v-
tile interdictũ vnde vi: vel vtilĕ actionem subrogatam
in locum ipsius interdicti: vel vtilem constitutionem,
si quis in tantam. & quare proponant illa vtiliter &
non directò, rationem assignant: quia interdictum &
constitutio locum habent quando quia à possessione
rei

rei eapellitur. at cùm ista sint iura quæ verè non possũt possideri, sed quasi. vt ff. de acquirend. rerum dominio. l. seruus. §. incorporales. ideò dicunt interdictum, & constitutionem vtiliter habere locum: quia sententia interdicti habet locum, licèt verba deficiant. vt argu. ff. si quadrup. paup. fecis. dicat. l. penult. Vnde ita con-
24 cipiunt libellum. LIBELLVS. † Vobis domino conqueror ego R. de M. à quo peto restitutionem possessionis, vel quasi restitutionem talium iurium, scilicèt vt præstet singulis annis caponem, & quòd reddat mihi vnam spallam & alia seruitia. Item restituat possessionem vel quasi restitutionem iurispatronatus, vel etiam colligendi pedagium: à quibus iuribus & redditibus patrem meum spoliauerunt vel quasi: vel me spoliauerunt vel quasi. Vnde restitutionem vel quasi omnium prædictorum & singulorum peto: ad hoc propono interdictum vtile vnde vi, vel directum, vel actin. in factum vtilem, vel directam subrogatam in locum interdicti vnde vi, vel constitutionem, si quis in tantam, vtilem vel directam. Quòd ita rectè conceipiatur libellus probant & dicunt. certum est, quòd pro iuribus turbatis competat interdictum quasi vti possidetis. vt ff. de seruitu. l. quotiens. ff. si seruitus vendicetur. l. sicuti. § Aristo. Sicut ergo competit quasi vti possidetis, pro iuribus turbatis: ita etiam competit quasi vnde vi, pro iuribus spoliatis: sicut dictum est. Item dicunt benè cõceptum in eo quòd proponitur, quasi restitutio, quasi possessio. quia cùm iura verè non possint possideri, nec potest quis verè ab illa possessione detrudi. vt ff. de vsucapio. l. sequitur. §. si viam. & ideò ponunt in libello quasi restitut. quasi possess. OPPOSITIO. Sed videtur quòd libellus ille nullo modo stare possit. aut enim petitur restitutio iuris illius, quòd est præstitum & præteritum: aut verò petitur restitutio futuri: quodcunq; dixeris, concludo: nam illius quod est præstitum, non petitur restitutio, cum illud habuerim: futuri iuris nõ posset peti restitutio, cùm restitutio non respiciat futurum tempus, sed præteritum. quia est prioris status redintegratio. vt ff. de minor. l. quòd si minor. §. restitutio. Prætereà quomodò petis restitutionem illius iuris, quòd nunquàm habuisti? Respondeo, quæstio fuit tractata de facto Bononiæ. Canonici ecclesiæ sancti Petronij Bononen. petebant quasi restitutionem cuiusdam annuæ procurationis ab Abbate sancti Stephani, & intentabant quasi restitutorium: Abbas se debere negabat & dicebat malè esse intentatum possessorium restitutorium, quasi restituendæ quasi possess. rationibus prædictis: sicut in ea causa allegabat dominus meus pro Abbate sancti Stephani. Prætereà autem petitur quasi restitutio illius iuris, quòd est detentum ab Abbate, & illius iuris nullo modo potest peti restitutio. nam illius quòd detentum est, nunquàm habuisti possessionem vel quasi. quomodò ergo petis restitutionem vel quasi: cùm certè restitutio est prioris status redintegratio: quomodò ergo hic redintegraretur prior status illius possessionis quem nunquàm habuisti. Vnde his rationibus dicit dominus meus, quòd nunquam possessorium redintegrandæ, nec restituendæ, nec retinendæ possessionis competat pro his iuribus spoliatis seu turbatis: & semel consultus in alia quæstione de eo qui spoliatus erat iure colligendi pedagium, dixit interdictum vnde vi, nec vtile, nec directum locum habere: nec etiam si turbetur, locum habere interdictum quasi vti possidet. dicit tamen locum habere vel actionem in factum vel officium iudicis, ex quo alia iura deficiunt: quia tunc illa locum habent. vt ff. de minor. l. in causæ. ff. de præscrip. verb. l. quotiens. Et vide subtilissimam rationem quam dominus meus assignat, vt ita distinguas: aut competit mihi ius in vero: vt fortè quia constitutum est mihi inter viuos, vel in testamento alicuius, vel acquisitum est mihi tempore: quia seruitus illa habet continuam causam. vt ff. si seruit. vendic. l. si quis diuturno. & tunc pro istis iuribus competit mihi si turbentur, interdictum quasi vti possidetis: & si ab illis iuribus quasi spolier, competit mihi interdictum quasi vnde vi: quia est ius quod turbatur, & à cuius quasi possessione eapellor. & in eo casu loquuntur iura prædicta, quæ dicunt pro iure, id est, seruitute turbata cõpetit quasi interdictum vti possidetis. quia seruitus illa de iure mihi competit: & in hoc casu de iure formatur prædictus libellus. Item est & alia ratio in iure eapressa. certum est si aliqua seruitus mihi competit de iure, quia constituta: & turbetur mihi possessio vel eapellar: quòd habeo illa interdicta vtiliter: & quare? vide rationẽ. certũ est, quòd seruitutes per se possideri vel haberi non possunt: quia non sunt in bonis, nec eatra bona. vt ff. de vsufrnct. lega. l. 1. Quod verbum ita attende: non sunt in bonis nec eatra bona, subaudi corporalia, sed sunt in bonis vel extra bona scilicet incorporalia. vel alter, non sunt in bonis vt per se possideri possint. sunt tamen in bonis, quia ille dicitur seruitutes possidere, qui ædes possidet. vt ff. de seruitu. vrbano. præd. l. si ædes. in fine. Et propptereà dicitur alibi, nemo potest constituere seruitutem nisi habens prædium. vt ff. communia de seruitu. l. 1. & Institut. de seruitu. circa princip. vnde cùm ille videatur seruitutem habere, qui ædes possidet, sicut dictum est, habet aliquid quod turbetur, & aliquid à quo eapellatur. Vnde admittit dominus meus, quòd si ius aliquod mihi competat circa seruitia, vel quia sunt promissa vel constituta, vel circa annuos redditus: vt si turber in iure illo vel quasi eapellar, habeam interdictum quasi vnde vi, & quasi vti possidetis. † QVAESTIO. Sed illud quæ- 25
ritur, quomodò in iuribus illis dicatur quasi possessio alicuius quasi turbari, vel ab illa quasi possessione expelli: cùm sint incorporalia, nec possint possideri, sicut dictum est. Respondeo, tunc dicuntur mihi iura ista turbari, verbi gratia: debet mihi aliquis dare caponem singulis annis, vel libram piperis, vel ceræ, vel spallã, vel denarios nomine pensionis, vel habeo ius recolligendi pedagium mihi ab Imperatore concessum, & aliter non possum habere. vt C. de vectigal. & commis. l. 1. & C. nona vectiga. institut. non posse. l. 1 & 2. imò excommunicari debeo iure canonico. vt extra de treuga & pace. c. penult. tu quid facis: venis, non permittis colonum meum apprehendere caponem, vel emere piper, vel ceram, vel spallam, vt mihi det: vel postquam venit meus colonus cum istis, & mihi vult dare, non permittis eum intrare, vel venire ad me, vel ad meam domum: vel volebat mihi numerare denarios pro pensione vel pedagio, tu non permittebas eum numerare: vel muliones volentes venire per locum vbi recolligebam pedagium, tu auertisti. Item in iure patronatus: ego patronus volebam eligere, tu stabas & non permittebas me consiliari, vel me electionem facere: & ita puto vim turbatiuam in iuribus committi, sicut in rebus corporalibus committitur. Vis turbatiua est, quando aliquem non permitto arare nec seminare. vt ff. de vi & vi arma. l. vim facit. & ita turbatur possessio iurium ab illo extraneo: putà, ab illo Titio, qui non dicit se ius habere in rebus illis. Si autem dicat se ius habere, & ita opponat se mihi aduersarium, & dicat se possidere iura illa: tunc dicuntur iura illa quasi turbari, quando contradicit colono vel illi inquilino, vel illi meo homini, vt non soluat nec præstet mihi annua illa seruitia. Et sic vidisti exemplum qualiter quis turbetur in possessione iurium. Vide eaemplum qualiter quis expellatur: pone in persona ipsius rustici, qui debet mihi prædicta seruitia. Ego peto, ipse mihi reddere & soluere contradicit: videor quasi spoliatus incontinenti: sicut vides ratione aperta in hoc simili. si habeo ciuilem possessionem quam animo retineo, vadens non admittor, incontinenti possessionem illam amitto: vt in eodem hoc titulo notaui suprà. Sicut ergo per contradictionem coloni amitto quasi possessionem rei corporalis, quam animo possidebam. & ita amitto quasi possessionem iurium statim ex quo rusticus mihi soluere contradicit. In extraneo, id est, in tertio qualiter me expellat: pone exemplum. Recolligebam illa seruitia. venit quidam & abstulit mihi illa seruitia, quæ præstabantur à colonis, & facit sibi solui: nec liberatur rusticus per talem solutionem. vt ff. de condicti.

inde-

indebit. l. si vrbana. & hæc vera sunt, quando suot seruitia in vero constituta, & mihi debentur. si autem seruitia mihi constituta non sunt, nec promissa, sed certis annis fortè soluta: putà, decem, vel viginti. nullum tunc ius mihi acquiritur. vt C. de pactis. l. si certis annis. & quia tempus non est modus inducendæ obligationis. vt ff. de actionib. & obligationib. l. obligationum. §. placet. nisi velles dicere, quòd soluta per longum tēpus præsumantur promissa. vt ff. de vsur. l. cùm de in rē verso. hoc verum est in personis aliorum: sed in personis rusticorum, non præsumuntur debita, nisi soluātur tempore triginta annorum. C. de agric. & censi. libr. 11. l. litibus. In hoc autem casu dicit dominus meus, si turbetur quasi possessio, vel quasi expellaris ab illa quasi possessione, quòd nullo iuuaris interdicto nisi vel actione in factum, vel officio iudicis, vt dictum est. & allegabat hic in causa sancti Stephani contra canonicos. Veruntamen Dominus Hugo, qui iudex & assessor erat in causa iudicauit & pronūtiauit pro illis annuis procurationibus, licèt non probentur debitæ vel constitutæ, canonicos spoliatos esse restituendos: & sententiam suam defendit tali modo. Nonnè differt petitorium à possessorio? certè sic. in petitorio debet probare quæ dicit dominus meus: sed in possessorio sufficit si probo me possedisse, & vim mihi illatam esse, vt superiùs dictum est. vnde ex quo probata est quasi possessio illius iuris, & si non probem mihi constitutum, nihilominùs est facienda quasi restitutio. & ita dicit Hugo. & cum hodie multi sapientes sequuntur. Sed respondit Dominus meus illud verum circa possessionem quę facti est. vt ff. ex quib. caus. maior. in integ. restitu. l. denique. quòd ita sufficiat, si probo me possedisse. At in huiusmodi reditibus & iuribus si ius mihi non competit, quòd sit, mihi constitutum, cuius rei peto quasi restitutionem? certè nullius. nam illius iuris non possum petere, cùm non sit mihi quæsitum. quomodo ergo dicam? peto restitutionem iuris talis: certè nullo modo dicere possum: quia illud ius nūquàm mihi competijt. Item restitutionem ipsius possessionis non peto: nisi illa possessio sit gratia rei alterius. At hæc non possum dicere, peto restitutionem quasi possessionis talis iuris: cùm illud ius nunquam mihi competijt, nec competat. Præterea pro ipsa possessione non possem petere restitutionem vel quasi: quia nec pro præterita & præstita, nec pro præterita & non pręstita, nec pro futura, vt dictum est. Veruntamen in huiusmodi annuis seruitijs si sunt præstita saltem per decem annos ab alijs: à rusticis per triginta, posset ita formari libellus:
26 quòd daretur & quasi vnde vi, & quasi vti possidetis. vt ita dicas. LIBELLVS. † Vobis domino, &c. conqueror ego R. de M. qui me à talibus seruitijs: putà, capone vel libra piperis debitis mihi & antecessoribus meis, & ab ipso & ab antecessoribus suis, & soluta per triginta annos, quàm solutionem allego ad probanda prędicta seruitia debita, me quasi spoliauit contradicendo mihi soluere seu reddere. vnde vt quasi restituat mihi quasi possessionem illorum seruitiorum: ago contra ipsum, & propono ad hoc vtile interdictum vnde vi, vel actionem in factum vel vtilem subrogatam in locum interdicti: vel vtilem condictionem, l. si quis in tantam. Si ita concipitur libellus etiam secundum dominum meum possum optime petere: quia est ius debitum saltem pręsumptione temporis, cuius iuris peti non potest quasi restitutio, nec est locus oppositioni: quia solum tempus non inducit obligationem. Respondeo, verum est solum tempus: sed obligatio inducta præsumitur ratione temporis, vt dictum est. Vnde de consilio sapientis procedit, quòd semper pro huiusmodi reditibus agatur possessorio & non pētitorio: quia petitorium durum esses fortè probare: nisi ita tēpori præsumptiōe, vt dictum est. in huiusmodi seruitijs vel officijs vel reditibus credo si fortè iam sunt centum anni, quod fuerūt cōstituta: quòd in petitorio reciperentur testes de publica fama, ex quo illius contractus testes non supersunt, sicut dicit ff. de probat. l. si arbiter. Nec dico in actione aquæ plu. arcē. casuale: imò rationē legis illius considero: quia dicit ex quo factum memoria non tenetur, &c. maximè cū publica fama probet. vt ff. de testib. l. testiū. nam ibi facit fidem, aliàs numerus testiū, aliàs cōsentiens & frequens fama. & ita quò ad probationē, parificatur ibi publica fama numero testium: quòd enim sola fama probet dicit ff. de fluminib. l. 1. §. 1. & argu. ff. de fundo instr. vel instruct. leg. l. cùm de lanionis. §. asinā molendinariam. OPPOSITIO. Sed opponitur prædictis libellis interdictū vnde vi, non habet locum nisi pro re immobili. vt ff. eod. l. 1. §. si quis de naue. At huiusmodi seruitia & reditus huiusmodi iura non sunt immobilia: sicut dicit ff de re iudic. l. a diuo Pio. nam ibi fit primo missio in mobilibus: & posteà in immobilibus: vltimo loco in nominib. vnde cùm nomina nō sint mobilia vel immobilia: quomodò ergo interdictū vnde vi, habet locum pro huiusmodi seruitijs quæ quasi nominibus comparantur. Respondeo: imò ista seruitia, & isti reditus benè computantur inter immobilia. vt C de sacrosanctis ecclesijs. l. iubemus. nam ibi inter immobilia ecclesiæ computantur annui redditus & annonæ ciuiles. Vel propone l. si quis in tantam. quæ habet locum in mobilibus. & ita cessat obiectio. & hæc tanquàm magis vtilia circa interdictum vnde vi, notaui.

Si aliquis post tuam denuntiationem, vel te celante ædificanit, potes agere contra ipsum interdicto quod vi aut clam.

De interdicto quod vi aut clam. Rubr.

1 *Interdictum quod vi aut clam, an sint duo vel vnum interdictum.*
2 *Disiuncta quomodò commodiùs pro coniuncta accipiatur.*
3 *Interdictum quod vi aut clam, vt competat, quot necessaria sint.*
4 *Positiones actoris & rei in interdicto quod vi aut clam. nu. 5*
Libelli in tali interdicto quomodo concipiantur. num 6. & seq.
10 *Interdictū quod vi aut clam. an superfluum esse dicatur.*
11 *Interdictum quod vi aut clam ad quid detur.*
12 *Exceptio aliqua aduersus interdictum quod vi aut clam, an obstare possit.*

SED quia frequentius vis inquietatiua interuenit, ex qua oritur interdictum quòd vi aut clam: ideò de ea videamus. Si ergo aliquis contra tuam denūtiationem aliquid facit in tuo: siue denūtiatio fiat per iactum lapilli, siue alio modo videtur vim facere. Item si quis te celante, quem suspicatur sibi controuersiam moturum, vel suspicari debuit, aliquid in tuo solo faciat, videtur clam facere. vnde competit interdictum quòd vi aut clam. vt ff. eod. l. 1. §. si vi. & l. vim facit. & ff. eod. titu. prohibere. §. clam. & l. seruitus. QVAESTIO.
1 Illud tamen in primis quæritur: an ista sint duo interdicta vel vnū. Et voluit notare P. quòd sint duo interdicta, & habet legem pro se ff. de offi. præfect. vrb. l. 1. §. ex interdictis Prętereà alia ratione mouebatur Placentinus. aliud est factum quod fit vi: aliud quod fit vi aut clam: & diuersa sunt facta. vnde dicebat duo esse interdicta. Dominus tamen meus Azo, Ioā. & Roge. dicūt vnum esse interdictum. vt ff. de mort. infer. l. si proprias. & ff. eodem tit. l. 1. nam verba prætoris sunt simul in hoc interdicto posita. ergo est vnum. si enim essent plura: separatim verba ponerentur in edicto prætoris. Item Imperator coniunxit verba ad denotandum quòd sit vnum. nam illud aut, pro &, ponitur. vt C. de verborum significatio. l. cùm quidam. QVAESTIO. † Sed
2 illud quæritur: quare Imperator istam disiunctiuam, aut, pro coniunctiua posuerit. meliùs enim acciperetur pro disiunctiua. nam quod vi fit, nō fit clam: & ecōuerso. vnde cùm facta sint inter se diuersa, melius poneretur illa disiunctiua, aut, in vim disiunctiuæ, quàm in vim coniunctiuæ. Respondeo: illa disiuncta accipitur pro coniuncta. quia gratia eiusdem rei vtrunque dictum

ctum est, scilicet si in re ipsa fiat aliquid vi, restituetur: & si clam, restituetur: non autem clam intelligas, quòd vtrunque scilicet vi aut clam simul & semel eodem momento contingere possint: cùm sint illa duo facta contraria, vt dictum est. † Vnde ad hoc vt istud interdictum cõpetat, tot sunt necessaria. Io primis, quia
3 istud opus quòd vi aut clam, fit: fiat in solo vel in his quæ solo continentur: sicut in ædificijs & ramis arborum: non autem in fructibus. vt ff. eo. l. 1. §. hoc interdictum. & l. si alius. §. vlti. & l. nam orig. & l. nam & si ramos. Secundùm, quod núciatio fiat per lapilli iactum. Tertium, quod ille posteà faciat opus. vt ff. eodem. l. 1. §. quod fit vi. Item etiam attende quòd videatur vi factũ, si fecit quis quò minùs fibi denuntiarem: & denunciationem attende, siue verbo prohibear, siue lapillum iaciat, siue etiam manum apponat. vt ff. eodé. l. vim facit. in princip. §. prohibitus. Item attende siue ego te prohibui, siue etiam mercenarius meus, vel quæuis libera persona. vt ff. eod. l. prohibere. O P P O S I T I O. Nec obstat si opponas quomodò per liberam personam quæratur mihi actio: cùm excepta causa possessiones nihil nobis acquiri potest per liberam personam, quæ iuri nostro est subdita. vt C. per quas personas nob. acqui. l. 1. Respondeo, hæc actio mihi quæritur magis ex facto delinquentis, quàm ex facto denunciantis: sicut hæc ratio redditur in l. prædicta. ff. eod. l. prohibere. Et alia similis est ratio. ff. de vsoris. l. si quis solutioni. §. vltim. & propterea dicit l. alibi. per procurationem non semper acquirimus: sed aliquando retinemus. Item nec excusatur ille qui ædificauit postquam fuit prohibitus, si dicitur quòd fecit verbo potestatis. nam præsidi locorum procuratio committitur: non autem concessio est ei concessa, nisi fortè lex municipalis hoc concederet, vel Imperator ipsi præsidi. Quantum est necessarium, quòd dicitur prohibitio: cæterùm si postquàm prohibui sibi ædificaret, concessi vel procurator qui habebat generalem & liberam administrationem vel tantum specialem, vel tutor vel curator. habet ille qui ædificauit exceptionem. vt ff. eodem. prohibere. §. sed & si promiserit. & l. vim facit. § taedium. Quintum, quòd ille qui fuit æ. ificare prohibitus, non sit paratus defendere: tunc enim si posteà ædificauit, non videtur vim committere. vt ff. eod. l. prohibere. §. siquis paratus. Sextum est necessarium, quòd ille qui intentat hoc interdictum pro opere aliquo quod fiebat: quòd illud opus non fecisset, vi aut clam: alioquin non intentabit hoc interdictum. vt ff. codem. l. si alius. §. bellissimé. Septimum, quòd ille qui fecit aliquid in tuo ædificio, nó fecit causa arcendi incen[illegible]: tunc enim non haberet locum interdictum, vt distinguit Celsus ff. eodem. l. si alius. §. est autem & alia. Octauum, quòd illud opus quod fecit quis prohibitus in agro, non faciat conditionem loci meliorem: alioquin non daretur interdictum vt ff. eodem. l. si alius. §. si aliquis aceruũ. Nonum est necessarium, quòd qui interdictum proponit, sit domínus, vel cuius interfit. vt ff. eodem. l. qui in puteum. §. vltim. & l. denique. §. si ex focijs. fructuario tamen & colono datur istud interdictum, si aliquid fiat in solo, propter quod lædatur fructus: putà, quia arbores sunt succisæ. vt ff. eod. l. quanquàm. & l. denique. §. 1. Decimum, quòd annus non sit transactus: qui annus currit postquàm opus perfectum est, aut fieri desijt. vt ff. eod. l. semper. §. hoc interdictum. qui annus vtilis est ratione principij, quia non currit nisi scienti: continuus est tamen ratione cursus, quia ex quo incipit currere, currit sine intermissione. ff. codé. l. semper. §. hoc interdictom. in fine. & §. si quis reipublicæ. Vndecimum, quòd in eo quod clam desideratur, quòd celante aduersario quem suspicabatur sibi controuersiam moturum iste ædificauerit. siue hoc suspicatus fuerit, siue suspicari debuerit ne melioris conditionis sit stultus, quam peritus. vt ff. eodem. l. prohibere. in fin. & l. seruitus. Vnde
4 in hoc interdicto actor faciat tales positiones. † P O S I T I O A C T O R I S. Ego dico, quòd tu fecisti tale opus vel ędificium in tal solo, vel in tali ædificio. Ité dico, quòd ego nuntiaui tibi ne faceres. Item dico, quòd nuntiauit tibi mercenarius meus: pone Titius vel filius m[illegible] etiam Titius amicus meus ne tale opus faceres. Item dico quòd illa talis prohibitio semper durauit sine remissione vel concessione. Item dico, quòd dum tibi dicerem, quòd tu te defenderes, tu te defenderes contempsisti. Item dico, quòd istud solum meũ est. Item dico, quòd mea interest ne istud opus in prædicto solo fuisset factum. Item dico, quòd illud ædificium in quo tu ædificasti post meam prohibitionem, ego ædificaui, & ne omni violentia seu clandestinitate. Item dico, quod propter illud opus, quòd tu fecisti in agro meo, ager il le factus est deterior. Item dico, quòd iam sunt fex mensses tantum, quòd tu prædictum opus fecisti. Item dico me ignorasse opus illud fuisse factum. Item dico, quod tu celante & suspicante tibi controuersiam mouturum ædificasti. Item dico, quòd tu suspicari debuisti cót ouersiam me moturum. E contra Reus facit tales positiones. † P O S I T I O R E I. Ego dico, quòd illud opus feci 1 in naue vel circa fructus arborum, vel circa aliam rem mobilem. si hoc confitebitur actor, absoluetur Reus: quia non habet interdictum pro eo quod fit in re mobili. vt ff. eodem titul. l. vim facit. § quòd in naui. Item dico, quòd ego denuntiaui tibi quòd volebam facere opus in tali loco, & die tali, & nullus comparuit mihi qui tioderet. Item dico, quòd prædictam ounciationem feci tibi, aut amicis tuis, aut domui tuæ. si istud confitebitur actor, absoluetur Reus. vt ff. endem. l. aut qui aliter. §. si quis denuo tianerit. Et ita nota, quòd in hoc casu sufficit si fiat denuntiatio domini, sicut & alias. ff. de damno infecto. l. dies. §. abesse. & C. de annali exception. l. vt perfectius. Item dico, quòd postquàm denũtiasti mihi ne opus facerem: permisisti mihi quod facerem, vel procurator tuus vel tutor. si hoc confitebitur actor, absoluetur Reus ex posteriori confessione, sicut superius dictum est. Item dico, quòd solum istud vel ædificium in quo illud opus feci, est Titij in solidũ tantum in pleno iure. si confitebitur actor, absoluetur Reus: quia iam illud solum non est a[illegible] nec eius interest: & ideò interdictum non proponet. Item dico, quòd propter istud opus quod feci: fundus tuus factus est melior. Item dico, quòd annus iam transijt. quòd ego illud opus feci. Item dico, quòd tu sciebas illud opus factum esse. si hoc confitebitur actor: absoluetur Reus quia restat probatum quòd iam fine clandestinatione factũ fit. Item dico, quòd illud opus, quod feci: feci causa arcendi incendij. In hoc autem interdicto concipietur ita libellus. L I B E L L V S. † Vobis domino, &c. conqueror ego R. de M. qui vi vel clam me inuito & ignorante & celante, seu suspicante me sibi controuersiam moturum in tali loco meo, cuius fines sunt tales: quem locum dico ad me pertinere iure dominij vel quasi: vel ratione vsusfructus vel alterius interesse opus post meam denuntiationem & prohibitionem fecit vel fieri fecit: vnde vt illud opus io pristinom statum suis expensis patiatur restitui, ago contra ipsum. & ad hoc propono interdictum quod vi aut clam, vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quod ita concipiatur libellus dicit ff. eodem. l. 1. in princip. §. hoc interdictum. & l. semper. §. hoc interdicto. & l. competit. §. vltim. Ita concipias libellum, si ipse fecit opus vi & clam: quod esse potest partim vi & partim clam. vt ff eodem titu. l. si qui in puteum. §. hoc interdictum. & l. semper. Si autem opus fecit aliquis vi tantùm, scilicèt post tuam denuntiationem & prohibitionem concipies ita libellum. L I B E L L V S. Vobis 7 domino, &c. conqueror ego R. de M. qui vi me inuito & contra meam prohibitionem & denunciationem in tali loco, cuius fines sunt tales, quem locũ dico ad me pertinere iure dominij vel quasi, vel ratione vsusfructus, vel alterius interesse, op⁹ fecit, vel fieri fecit post meam denũciationem & prohibitionem. vnde vt i[illegible]d opus remoueat, & in pristinum statũ patiatur restitui suis expensis, ago contra ipsum: & ad hoc propono interdictum quod vi aut clam: vel actionem in factu subrogatam in locum ipsius interdicti. Quod ita c[illegible]cipiatur libellus dicunt iura prædicta. ita ponas in libello

bello fuit expen[illegible] [illegible]ndo ille opus [illegible] id quod fieri fecit, possidet. [illegible] autem opus fecit, & non possidet, in libello omnia prædicta ponas, [illegible] [illegible]um mutes: vnde vt impensas quibus prædictum opus destruatur & in pristinum statum reuertatur præstet, ago contra ipsum: & ad hoc propono, &c. Si autem possidet, & a-

8 lius fecit opus: concipies ita libellum. LIBELLVS. † Vobis domino, &c. conqueror ego R. de M. qui opus infectum à Titio in loco tali, cuius fines sunt tales, quem locum dico ad me pertinere iure dominij, vel quasi, vel ratione vsusfructus, vel alterius iuris, post meam prohibitionem & denuntiationem possidet: vnde vt prædictum opus patiatur destrui, & in pristinum statum restitui, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum quod vi aut clam, vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quod ita côcipiatur libellus dicunt iura prædicta: & ita distinguit ff. eod. l. competit. §. vlt. Si autem fecit opus te ignorante & ce-

9 lante concipies ita libellum. LIBELLVS. † Vobis domino, &c. conqueror ego R. de M. qui opus fecit in loco tali, cuius fines sunt tales, me ignorante & celante & suspicante seu suspicari debente me sibi controuersiã moturum: quem locum dico ad me pertinere iure dominij, vel quasi, vel ratione vsusfructus, vel alterius iuris. vnde quod prædictum opus patiatur destrui [illegible]uis impensis & in pristinum statũ restitui, ago contra ipsum: vel si non possidet, dicas sicut in [illegible]eriori libello notatur: & ad hoc propono interdictum quod vi aut clã, vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicit ff. eod. l. 1. in prin. & l. prohibere. §. clam. l. Seruius. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd omnes isti libelli sint malè côcepti propter vnum, nam si tantùm vi factum est, malè proponitur in libelli interdictum quod vi aut clam. Item si clam, tantùm factum est similiter, malè proponitur quod vi aut clam: cùm deberet proponi interdictũ de vi, aut interdictum quod clam. Respondeo: hoc contingit propter naturam & idẽtitatem interdicti, quòd vn[illegible] me[illegible] vn[illegible] merito proponitur, licèt aliquando habet locum ex [illegible] quòd vi: aliquando ex ea parte, quò clam [illegible] ostendo apertè. Nam ff. de mort. infer. [illegible] si propius [illegible]us erat factum [illegible]lam, & tamen dicit inte[illegible] [illegible]od vi aut clam compe[illegible]re. OPPOSITIO. [illegible] quòd prædicti libelli de iure non [illegible] [illegible] ille qui fecit opus, habuit ius faciendi. Respondeo: nihilominùs habet locum interdictum etiam [illegible] ius habet ille ædificandi. tueri enim debuit ius suum non iniuriam committere. vt ff. eod. l. 1. § hoc interdictum. OPPOSITIO. Item non videtur quòd aliquo modo côpetat hoc interdictum. nam aut ego possideo locum in quo prędictum opus factum est, & sic est meum illud opus: quia quicquid ædificatur in solo alterius, totum cedit domini soli. vt ff. de acquir. rer. domin. l. adeò. aut ille possidet, qui ædificauit, & sic debeo lo[illegible] vendicare: aut possideat extraneus, & sic debeo locum similiter vendicare, in quo prædictum opus fact[illegible]m fuit: sed vendicando ille opponit doli exceptionem nisi expensæ facti operis restituantur. vt ff. de rei vendi[illegible]atione. [illegible]o fundo. & ff de cond. [illegible] indeb. l. si in aliena Area. Respondeo: si ego possideo nihilominùs habet [illegible]eum [illegible]er[illegible]um: quia cùm illud opus noceat fundo, vnloquo[illegible] tol[illegible]at suis impensis, vt di[illegible]um est. Si autem ips[illegible] vel al[illegible] possidet: nihilominùs datur interdictum, vt di[illegible]um est. nec opponet dol[illegible] exce[illegible]tionem, quia [illegible]llud locum h[illegible] [illegible] bonæ fidei possessore. At iste qui contr[illegible] denun[illegible] [illegible]ificauit, nô videtur bonæ fidei possessor, sed malæ fidei: cùm denuntiatio faciat malæ fidei possessorem. vt C de rei vendicatio. l. si fundum. & ff. de petitione hereditat. [illegible] item veniút.

10 §. petitam. & §. à quo. OPPOSITIO. Item non videtur, quòd habeat locum istud interdictum ex ea parte, quòd vi. nam videtur superfluum, cum competat interdictum de noui operis nuntiatione [illegible] si a[illegible]iqu[illegible] [illegible] denuntiationem ædificat: adeò quod côpellatur destruere etiam si iustè ædificauit. vt ff. de oper. noui nuntiat. l. prætur ait. QVAESTIO. Vel si non est superfluum, quæritur in quo differat vnum ab alio. [illegible] Respondeo, bene videtur prima facie istud interdictum superfluum, vel illud de operis noui nunt[illegible]atione. sed tamen neutrum est superfluum: imo multùm differunt inter se, licèt in quibusdam concordent. Differunt enim in primis. nam interdictum de operis noui nuntiatione, est perpetuum. vt ff. de ope[illegible] noui nuntiation. l. prætor ait. §. hoc interdictum p[illegible]petuo. interdictum autẽ quod vi aut clam, est annale. vt ff. eodem. l. semper. §. hoc interdictum. Item interdictum de operis noui nũtiatione. datur si opus fiat. vt ff. de operis noui nuntiatione. l. ait prætor. in princ. §. hoc interdictum. Istud autem interdictum locum habet siue fiat opus, siue factũ destruatur. vt ff. eod l. 1. Item interdictum de operis noui nuntiatione non habet locum in re communi. vt ff. de operis noui nuntiatio. l. in prouinciali. §. 1. Interdictum autem quod vi aut [illegible]lam datur etiam socio in re communi. vt ff. eod. tit. l. de[illegible] què. §. si ex socijs. Item fructuarius non habet suo nomine interdictum de operis noui nuntiatione. vt ff. eod. l. 1. §. vsufructuarius. Interdictum autem quod vi aut [illegible]lam fructuario datur. vt ff. eod. l. is qui in puteum §. vltim. & [illegible]. quanquam. & l. denique [illegible] Item interdictum de operis noui nuntiatione, non datur habenti rusticam [illegible]ruitutem. vt ff. de operis noui nuntia. l. [illegible] viam. Interdictum autem quod vi aut clam datur habenti rusticam seruitutem. vt ff. eod. l. denique. §. si ex socijs. & l. semper. §. hoc interdictum. & aliæ etiam differentiæ à quolibet diligenter notari possunt. Illud nota, quòd hoc interdictum datur alicui etiam postquam desijt esse dominus fundi. vt ff. eod. l. is qui in puteum. §. si posteaquàm. QVAESTIO. Sed ad quid datur sibi? Respondeo, ad suum interesse. sed quod e[illegible]at suum ius siue interesse cùm iam vendiderat prædium? Respondeo: in hoc videtur sua interesse quod prædium vendidit pretio viliori: vt in prædicto § dicitur. Sed ratio ista videtur nulla: nam & si non vẽdidit pretio viliori, nihilominus habet venditor interdictum, vt ibi. Sed in hoc casu videtur interdictum cessare, cùm tantum sit fundus venditus quanti fuisset venditus, si vi aut clam factum non esset: ideoque nihil interesse videtur. Respondeo. non sequitur: quia dominus nihil pro damni ælinatione consecutus est: pretium autem illud videtur ex negotiatione percepisse: vt ali[illegible]s. ff. de hæred. vel act. vend. l. venditor. & aliàs ff. ad leg. Fa[illegible]cid. l. si hæres. hic autem non debet cedere lucro eius, qui deliquit: quia iam delictum illius remaneret impunitum, quòd iura nolunt. vt ff. de fideiussor. l. si quis à Reo. & ff. de solut. l. Stichum aut Pamphilum. §. 1. & ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. Item illud nota, quòd hoc interesse, quòd venit in hoc interdicto non probatur per testes, sed per iusiurandum actoris. vt ff. eod. l. semper §. hoc interdicto. & hoc est generale vbicunq; interesse petitur ex maleficio, vt hic. & C. vnde vi. l. si quando. si autem petitur ex contractu: tunc debet probari per testes. vt Instit. de verb. oblig. §. vlt. & ff. de prætor stipulat. l. vltim. Multi tamen aduocati côc[illegible]iunt libellos in hoc interdicto alio modo, quàm côceperim ego, vt ita dicant. LIBELLVS. Vnde peto illud opus in pristinum stato restitui, & quanti interest mea id opus factum non esse restaurari & præstari peto: & ad hoc propono interdictum quod vi aut clam. & hoc probatur. ff. eod. l. semper. §. ho[illegible] interdicto. OPPOSITIO. Sed iste libellus non potest vllo modo stare. Certum est enim, quòd illud petitur, quòd est in obligatione: vt patet ex diffinitione actionis. vt Institu. de act. in prin. interesse autem non est in obligatione, sed in côdemnatione, sicut [illegible]des. prætor enim dicit, quòd vi aut clam factum est restituere. vt ff. eod. l. 1. in prin. si est restitutorium: ergo id restituetur quòd factum fuit: malè ergo petitur interesse. Præterea ff. eod. l. competit. §. vlt. distinguit, ad quid teneatur quis in hoc interdicto: aliquando ad patientiam tantùm: aliquando ad expensas tantùm: aliquando ad patientiam & impensas. vnde sequitur q; malè petitur interesse. quid ergo petam? petã scilicèt opus destrui, & in pristinum statum restitui. & istud est in obligatione tantùm ex delicto ædificantis

 commisso.

commisso. interesse autem est in condemnatióe. quia iudex si videbit, quòd non vult restituere, cōdemnabit postea ad interesse. vt ff. de interd. l. vlt. sicut & aliàs in rei vendicatione cōtingit. vt ff. de rei vend. l. qui restituere. & in actione de dolo. ff. de dōlo. l. arbit. & l. prædicta. qui restituere. in fine. dicit, quòd illa sententia est generalis ad omnia interdicta. OPPOSITIO. Illud autem in fi. quæritur. legitur ff. eod. l. 1. §. 1. quòd hoc interdictum restitutorium sit: vnde ex illa litera apertè colligitur, quòd omnes libelli sint malè cōcepti. quòd ita probo: est restitutorium, ergo datur tantùm possidenti: alioquin non diceretur restitutorium. vnde qui hoc interdictum proponit, oportet quòd duo probet, & quòd possideat, & quòd vis inquietationis sibi sit illata. sicut in interdicto vnde vi, duo quis probat, quòd possederit, & quòd sit expulsus. vt ff. de vi & vi armata. l. 1. in princi. & §. siue autem corpore. & argum. ff. de itine. actuq; priuato. l. 1. hoc autem à superiore. Sed est contra. nam hoc interdictum datur conductori & colono. vt ff. eod. l. is qui in puteum. §. penult. & l. quanquàm. certum est enim quòd isti nec viuo, nec mortuo domino vllam habeant possessionem. vt ff. de vsucap. l. non solùm §. quòd vulgò. Quid ergo? Respondeo: hoc interdictum dicitur restitutorium respectu condemnati. nam restituit in statu pristino, quod vi aut clam fecit: non autem respectu actoris. nam datur ei qui non possidet, si sua interest. vt ff. eod l. competit. sicut & interdictum quorum bonorum, & quorum legatorum restitutoria sunt respectu condemnati: respectu tamen actoris sunt adipiscendæ possessionis. vt ff. quor. bon. l. 2. & quor. leg. l. 1. §. 1. Ratione enim interesse datur hoc interdictum, quod nulli alij datur nisi ratione dominij seu proprietatis vel seruitutum, vel vsus, vel vsufr. vt ff. eod. l. semper. §. in hoc interdicto. Sed diuerso modo datur istis personis. nam ratione dominij datur seu proprietatis. si ratione dominij interest ratione seruitutis, si seruitus est amissa, vel impedita fructuario, vel vsuario & colono ratione fructuum. vt ff. eod. l. is qui in puteum. §. vltim. & l. quanquam. & l. deniq;. §. 1. Datur etiam ratione alterius iuris, si fiat vi vel clam in loco publico. vt ff. eod. l. vim facit. §. vltim. vel si aliquid vi vel clam fiat in monumento, vel in sepulchro proprio, vel auferendo statuam positam in sepulcro: vel si aliquid vi vel clam fecerit suprà cœlum, quòd est suprà sepulchrū, quòd debeat ex toto liberum esse. vt ff. eod. is qui in puteum. §. 2. & l. semper. § si in sepulchro. & l. vlti. §. penult. non ergo quis dicat hoc interdictum competere ratione possessionis: licèt dicatur restitutorium: quia non respicit causam possessionis, sed proprietatis. vt ff de interdictis. l. 1. §. quædam. quòd verbū sic intelligitur: respiciunt quædam interdicta causam proprietatis, scilicèt quòad probationem. nam sicut in rei vēdicatione debet quis probare, ita & in his. Sed hæc ratio est nulla: nam hac ratione omnia interdicta continent causam proprietatis: sed ideò continent causam proprietatis, quia in his ius quoddam vendicatur, quòd ius etiam venit in directa rei vendicatione. Sunt enim interdicta quæ continent rei persecutionem ista, interdictum de itinere actuq; priuato, subaudi ex secūdo capite. & interdicta quæ de locis sacris & religiosis proponuntur. Ista enim quia propriè religiosa & sacra sunt, non sunt in bonis, nec continent veram causam proprietatis, sed quasi. Item interdictum de liberis exhibenda. Ista enim interdicta causam proprietatis cōtinent: nec est mirum si quædam interdicta ad rem familiarem pertinentia proprietatis, nō possessionis causam habent: & licèt illa ponantur, sunt & alia: sicut quod vi aut clam, vt dictum est. Quædam autē alia sunt interdicta quæ ad familiarē causam respiciunt, & sunt possessoria. sicut hæc omnia leguntur ff. de interdictis. l. 1. §. quidam. quæ verba ita intelliguntur, continent rei persecutionem & causam proprietatis, non possessionis: verbi gratia, sicut rei vendicatio & publiciana. ff. de publi. l. eum qui publiciana. nam non sufficit, quòd quis probet se possedisse in interdicta de itinere actuque priuato ex secundo capite, nisi probet sibi deberi seruitutem. vt ff. de itin. actuq. priuat. l. 4. §. hoc autem à superiore. In interdictone quid in loco publico, non sufficit si probet se possidere: sed debet probare sibi permissum ædificare vel à lege vel a senatusconsulto vel à principe. vt ff. ne quid in loc. publ. l. 2. § 1. In interdicto ne quid fiat in loco sacro, non sufficit si aliquis probet. quòd quasi possideat locum illum, sed debet probare, quòd principis authoritate. Idem in muris & portis ciuitatis. vt ff. ne quid in loco sacro. l. vlt. Itē in interdicto de mortuo inferēdo, nō sufficit si probet quis se aliquando intulisse, sed debet probare se habere ius inferendi. vt ff. de mort. infer. l. 1. Item in interdicto de liberis exhiben. non sufficit si probet quis, quòd habuit aliquando illum secum: sed debet probare illum filium suum esse, & in sua potestate. vt ff. de liberis exhibend. l. deindè. §. hoc interdictum. Item in interdicto quòd vi aut clam, de quo hic tractamus, nō sufficit si quis probet, quòd possederit: sed debet probare, quòd sua interest: sicut suprà dixi. simile in rei vendicatione & publiciana: in quibus non sufficit si quis probet, quod possederit: sed debet probare se à domino emisse, vel quasi domino: & rem sibi traditam, & quòd habuerit bona fide. vt C. de probat. l. cùm res. & ff. de public. l. eum qui. §. publiciana. Item fortiori etiam ratióe probo: quòd interdictum, quòd vi aut clam, respiciat causam proprietatis: omne interdictum exceptis publicis & sacris, & pro libero homine exhibendo, & liberis exhibendis, respicit causam familiarem: si respicit causam familiarem, ergo aut causam proprietatis aut possessionis. vt ff. de interdictis. l. 1. §. quædam. & §. hæc autem. sed non respicit interdictum quòd vi aut clam causam possessionis, ergo respicit causam proprietatis. Octo enim sunt interdicta, quæ causam possessionis respiciunt: in quibus non habeo aliquid necesse probare de iure meo, sed possessionem solam, & quòd violentia sit illata vel prohibitio. Primum est recuperatorium possessionis, & vocatur vnde vi. sunt duo retinendæ, & vocantur vti possidetis, & vtrobi. tria sunt adipiscendæ, scilicèt quorum bonorum, quorum legatorum, & saluianum. duo prohibitoria, de itinere actuque priuato ex primo capit. & de aqua quotidiana & æstiua. & de æstiua maximè, quia si duxisti æstate præterita non die vel nocte habes interdictum directum, si hac æstate habes vtile. sicut hoc probatur ff. de interd. l. 1. §. quædam. & §. hæc autem. & Institu de interd. §. quædam. & ff. de itin. actuq. priuat l. 1. §. 1. & ff. de aqu. quot. & æstima. l. 1. §. quòd autem. & §. qui hac æstate. Quędam autem istorum interdictorum quæ respiciunt causam possessionis, respiciunt tempus præteritum: sicut interdictum vnde vi. de itinere actuque priuato. & de aqua quotidia. & æstiua. quædam pręsens tempus, vt vti possidetis & vtrobi. quædam futurum, vt illa quæ sunt adipiscendæ. vt ff. de interd. l. [illegible] §. interdictorum quædam. Caue tamen tibi in interdicto de itinere actuque priuato, ex primo capite, si aliquis iuit hoc anno triginta diebus. & interdicto de aqua æstiua, quòd ista interdicta dantur, vt nō prohibeantur interim donec de iure suo doceant: non quòd propterea sibi seruitutem acquirant. Item si interdictum quod vi aut clam, continet causam possessionis, ergo ille solus tenetur, qui vi vel clam aliquid fecit: sicut in interdicto vnde vi, quòd datur cōtra illum tantùm qui vim commisit, & non contra alium. vt ff. de vi & vi arm. l. cùm à te. At istud datur contra possessionem operis: licèt alius ædificauerit. vt ff. quòd vi aut clam. l. semper
§. 1. Item † interdictum vnde vi, non datur neque colono neque inquilino nisi possessione interuersa. vt ff. de vi & vi armata. l. colonus. & l. cùm fundum. quia non possident: at istud datur colono, vt superiùs dixi. Item alia ratióe probo: prætor vocat hoc interdictum quod vi aut clam restitutoriū purè & simpliciter: ergo eo ipso respicit causam proprietatis. Illa n. interdicta quæ sunt possessoria, nō appellauit ea prætor restitutoria: licèt per interdictum vnde vi fiat restitutio possessionis, & per quorum bonorum, & quorum legatorū: sed appellauit ea adipiscendæ vel recuperandæ possessionis. 11

nis. similiter rei vẽdicatio, per totum iudicium & etiam restitutorium dicitur. vt ff. de rei vend. l. qui petitorio. l. qui restituere. & sic dico omnia interdicta quæ simpliciter appellantur restitutoria, causam proprie-
11 tatis respicere, vt suprà dixi. QVAESTIO. Item quæritur in eo quod habetur ff. quod vi aut clam l. 1. §. denique. super illis verbis, nã aduersus vim vel quòd clam factũ est, nulla iusta exceptione se quis tueri potest. nã videtur quòd multæ iustæ exceptiones possint obstare: si permissu tuo fecero, nõ videor fecisse vi vel clam. vt ff. eo. l. 1. §. sed Aristo. idem est si permissu procuratoris tutor. cura. præsidis, procuratoris reipublicæ, etiam in publico, si hoc habet à lege municipali, vel permissu principis, vel illius cui Imperator hoc cõcesserit. vt ff. l. prohibere. §. sed si permiserit. idem est etiã si aliquis non prohibuerit impeditus ab alio non à te. quia propter imbecillitatem noluit te defendere vel illum qui te magnificabat: vel etiam si prohibuerit armis, alius & non tu. vt ff. eod. l. 1. §. si quis imbecillitate. Item si sum paratus me defendere in iudicio, scilicèt quòd iustè ædifico. vt ff. eod. tit. l. prohibere. §. si quis paratus. Item si quis per functoriè aut obscure denuntiauit, non cõprehẽdens diem & horam & locum, & opus quod fiebat: vel si in vltima hora diei se arctauit vt denuntiaret vt ff. eod. l. aut qui aliter. §. si quis se denuntiauerit. In nouo enim opere tàm soli quàm cæli mensura consideranda est. vt ff. eod. l. si opus. §. in opere. Item si tu ædificasti mandato alterius, to excusaberis, & ille tenetur vt ff. eod. l. aut qui aliter. §. si quis seruus. & l. is qui in puteum. §. si tutoris Item si remissio denuntiationis sit facta. vt ff. eod. l. si alius. §. ait Iulian. Item si paratus est satisdare: vt si appareat se iniustè ædificasse, quòd destruet: cum quodammodò possessor constituatur quantum ad hoc, vt non videatur violentiam committere. vt ff. eod. tit. l. si alius. §. ait Iulianus. Item si tu ædificasti contra me vi aut clam. vt ff. eod. si alius. §. bellissime. Item si causa arcendi incendij. vt ff. eod. si alius. §. est autem & alia. Item si causa colendi agri aliquid factum sit vt ff. eod. si alius. §. si quis aceruum. Item si annus vtilis transactus sit. vt ff eod. semper. §. hoc interdictum. Item est & [illegible] exceptio iusta. ff. eod. l. vlti. § si ad ianuã. Alias exceptiones iustiores per se inueniat. & de his [illegible] imus supra in [illegible] eod. interdicto [illegible] tamen ideo quædam [illegible], vt verba ista diligentiùs exponerem, quæ [illegible] sic exponuntur. ista sunt duo dicta. Primum si [illegible] vi vel clam factum est. Secundum, vt nulla iusta exceptione se tueri posit si primum est verum, secundum non habet locum, & econuersò: nam si certum est vt aliquid sit factum vi vel clam, & hoc est verum [illegible] quens dictum nõ habet locum. nam quæ exceptio [illegible] cõpetere? certè nulla. Item si exceptio iusta locum habet vt supr. diximus. ergo non videtur esse aliquid factum vi aut clam.

Si aliquis turbat te in possessione tua, & non permittit te pacificè possidere, habes contra eum interdictum vti possidetis.

De interdicto vti possidetis. Rubric.

1 *Interdictum vti possidetis vt procedat, quot requirantur.*
2 *Interdictum quasi vti possidetis quomodo pro iuribus turbatis concedatur.*
3 *Positiones actoris & rei in tali interdicto. nu. 4.*
5 *Libelli in tali interdicto quomodo concipi debeant. & plurib. seq.*
6 *Interdictum vti possidetis, an vni vel pluribus competat.*
7 *Interdictum vti possidetis, intra quantum tempus competat.*
8 *Interdictum vti possidetis in passo violentiam vltra annũ an competere possit.*
9 *In interdicto vti possidetis quomodo anni computari debeant.*
10 *In interdicto vti possidetis, an vterque possidens vincere possit. cum seq.*
12 *Negatiua in interdicto vti possidetis, an & quomodò probari possit.*
13 *Interdictum vti possidetis, an pro ascriptitijs & rusticis, qui quasi colonaria conditione detinentur, competat.*
14 *In Interdicto vti poss. vt ascriptitijs &c. competat, qualiter possessio turbari dicatur.*
21 *Possessio iurium vel quasi qualiter turbetur.*
22 *Interdicto vti possidetis, si æqualitas probetur, iudex quid facere debeat.*
23 *Violentia turbatiua sit alicui inferatur, & agatur contra ipsum interdicto vti possidetis, vt à turbatione cesset, ipse verò sit contumax, & turbet: qualiter à iudice procedendum sit.*

QVIA interuenit & committitur vis turbatiua: quia non permittit te vicinus pacificè possidere, non arare, non seminare. vt ff. de vi & vi arm. l. vim facit. ideò proditum est interdictum vti possid. per quòd possessionem habitam retines, & propterea dicitur retinendæ possess. Instit. de interd. §. retinendæ. 2
† Ad hoc vt illud interdictum competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis possideat. Secundum, quod possideat rem immobilem. Tertium, quòd res illa sit talis, quæ possideri possit: non ergo sacra, nec religiosa: non illa quæ non est in commercio, vt respublica. vt ff. eod. l. 1. in prin. & §. hoc interdictum in omnibus. Et propterea dicitur alibi res prædictas non recipere vsucapionem. vt ff. de vsuca. l. vsucapionẽ. quare? quia possideri nõ possunt, & ideò nec vsucapi: quia vsucapio sine possessione non procedit. vt ff. de vsuca. l. sine possessione. Quartum, quod vis turbatiua inferatur. vt ff. de vi & vi arg. l. vim facit. & ff. eod. l. 1. §. huius autem interdicti. Quintum, quòd ille qui possidet, non possideat vi vel clam, vel precario. vt ff. eodem. l. 1. in princi. Sextum, quòd non possideat vi clam vel precario ab aduersario: licet ab alio possidear, vi vel clam vel precario. vt ff. eodem. l. 1. § vltim. Septimum, ista talis possessio sit habita tempore litis contestatæ. vt Instit. de interd. §. sed hodie. & C. eodem. l. vnic. & ff. eod. [illegible] §. vltim. Octauum, quòd si sint iura, quòd quasi possideantur: nam verè non possunt possideri, sed quasi. vt ff. de acquirend. rerum domin. l. seruus. §. incorporalis. vnde tunc competit interdictum quasi vti possidetis. vt ff. de serui. l. quoties. & ff. si seruit. vendi. l. sicuti. §. Aristo. Fructuarius enim habet interdictum hoc. vt ff. eod. l. vltim. QVAESTIO. † Sed quæritur qualiter pro iuribus turbatis detur interdictum quasi vti possidetis. Item qua de causa detur interdictum vti possidetis fructuario? Respondeo: dicas sicut in superiori interdicto notaui. Qualiter autem detur interdictum istud pro iuribus, infra in quæstione libelli dicã. Vnde in hoc interdicto actor fac. tal. posit. † POSITIO
ACTORIS. Ego dico, quòd domum talem, cuius fines 3
sunt tales, ego possideo. Item dico, quòd res illa quam possideo, est immobilis. Item quòd res illa est talis, quę potest esse in commercio. Item dico, quòd illius rei possum habere commercium. vt ff. de verbor. obligat. l. multum interest. Item dico, quòd in illa domo, vel in illo fundo non permittis me pacificè possidere. Item dico, quòd illa domo vel fundo, quem ego possideo, tu turbas me non permittendo me arare vel seminare. Item dico, quod illã domum possideo sine vi, clam vel precario. Item dico, quòd ego possideo sine vi clã vel precario a te. Item dico, quòd ego possideo modo prędicto tempore litis contestatæ. Item dico, quòd turbas me volentem vti frui. Item dico, quòd talis seruitus competit mihi. Item dico, quod me volentem vti illa seruitute tu turbas, vel sic, tu turbas me volentem vti seruitute illa. Ecõtrà Reus facit tal. posi. POSITIO REI.
Ego dico, quòd domum illam de qua tu dicis, Titius 4
possidet insolidùm: si hoc confitebitur actor, absoluetur Reus: quia duo insolidùm possidere non possunt. vt ff. commod. l. si vt certo. §. si duobus. & de acquiren.

possess.l.possideri.§.econtratio. Item, quòd domus illa est religiosa: putà, hospitale: vel ibi sepulta sunt corpora: si hoc confiteatur actor, absoluetur Reus: quia nō possunt talia esse in commercio priuatorum, vt superius dictum est. & ff.com.de seruitu.l.caueri. Secùs autē si hospitalarius intentaret istud interdictum, seu prælatus ecclesiæ: illi enim possent intentare, saltem vtiliter: sicut alia loca sacra & religiosa vendicari non possunt à laicis. vt ff. de rei vendic.l.in rem actio §. loca. à prælatis tamen ecclesiarum sic, vt C.de sacros.ecclesi. l.sancimus. Item dico, quod tu es hæreticus: si hoc confitebitur actor, absoluetur Reus: quia nullius rei potest haberi commercium. vt C. de hæretic. l. 2. Item dico, quòd illam violentiam quàm dicis me tibi inferre, Titius tantùm intulit tibi: si hoc confitebitur actor, absoluetur Reus propter istud verbum tantùm. Item dico, quod domum illam possides à me vi: quia me expulisti, vel clam vel precariò: si confitebitur actor, absoluetur Reus, vt dictum est. Item dico, quòd domus illa omni iure pleno pertinet ad Titium, & quò ad dominium & quò ad possessionem: si hoc cōfitebitur actor, absoluetur Reus: quia nec ratione possessionis, nec ratiōe seruitutis aliquod ius habere pōt. Vnde in hoc interdi-
5 cto concipietur ita libellus. LIBELLVS. Vobis do. &c. conqueror ego Rofredus de M. qui me vel colonos, vel inquilinos meos in possessione domus talis vel fundi talis, cuius fines sunt tales, inquietat & turbat, nō permittendo me domum illam vel fundum pacificè possidere, quam domum vel fundum ego possideo: vnde ne me turbet vel inquietet, ago contra ipsum: & ad hoc propono interdictum vti possidetis, vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quod ita rectè concipiatur libellus, dicit ff. eod.l.1. in princi.& Instit.de interdict.§.retinendæ. Vel sic concipias libellum. LIBELLVS. Vobis domi. &c. conqueror ego R. de M. qui me in tali fundo, cuius fines sunt tales, quem possideo inquietat & turbat non permittendo me pacificè possidere. Vnde ne vim turbatiuam vel inquietatiuam mihi inferat, nec aliquo modo inquietet possessionem meam, prohiberi peto: & ad hoc propono interdictum vti possidetis, vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicunt iura prędicta: nam ibi expressim dicit prætor, vim fieri veto. Multi tamen aduocati adijciunt in prædicto libello hoc, seruatis omnibus quæ ibi posita sunt, peto ipsum prohiberi, & quantum interest mea non inquietari peto præstari, & ad hoc propono, vt supra &c. & habent legem pro se ff. eod. l. 1. in fin. primi responsi, & verborum prætoris. OPPOSITIO. Sed hic opponitur. Illud potest peti quòd est in obligatione, vt Instit. de action. in princip. & ff. de act. & obligat. l. obligationum. in princip. Interesse autem non est hic in obligatione, sed tantùm vt prohibeatur, & hoc es natura ipsius interdicti. quomodo ergo peto interesse mihi præstari? Respondeo: benè potest illud interesse peti per illud interdictum: nam prætor etiam quò ad interesse dat agēdi facultatem actori infra annum vtilem. vt ff. eo. tit. l. 1. vel aliter dicas, quòd interesse non posset peti per interdictum: sed veniet in causa condemnationis: nam si ille non vult ab inquietatiōe cessare, dat prætor experiundi facultatem, quòd possit in tuo interesse tibi condemnari. vt ff. de rei vendi. l. qui restituere. Sed hæc vltima expositio nō placet: nam verba prætoris posita. ff. eod. tit. l. 1. dant potestatem experiundi intra annum, & actori agere permittunt: vnde prima expositio videtur verior. Nec obstat si dicis interesse non esse in obligatione. Respondeo: imò est, statim enim ex quo me inquietas in possessione mea, statim es obligatus mihi: sicut aliàs statim ex quo contrahis obligatus es ex contractu. vt ff. de iudic. l. omnem. & es obligatus mihi ad meum interesse, sicut
6 dicunt verba prætoris. † OPPOSITIO. Item non videtur quòd istud interdictum vni tantùm competat, sed pluribus, quia dicit vti possidetis: cùm sit hæc locutio pluralis, & ad minus duos requirat: vt ff. de testib. l. vbi. Respondeo: imò & vni & pluribus cōpetit. quòd enim dicitur vti possidetis: in persona vnius dicitur causa honoris, sicut & Lombardi dicunt semper in sermonibus suis. nam si vni loquantur, semper dicunt vos: & sicut aliàs, si vnum hominem inuenimus, dicimus sibi, domine bene veniatis. † QVÆSTIO. Sed circa illud 7
quòd dicitur ff. eod. l. 1. quòd hoc interdictum intra annum vtilem competit, quæritur. Ecce hodie turbaui te in possessione tua, transiuit annus vtilis, tu non egisti contra me interdicto, possum te amodò turbare, nec tibi competit interdictum: cùm intra annum vtilem detur, vt dictum est. Item quò ad retinendam meam possessionem perpetuam, debet mihi competere interdictum vti possidetis: cùm istud interdictum sit retinendæ possessionis. Quomodò ergo vltra annum non datur, cùm ego video aliter in conuerso casu, quod alia interdicta, quæ sunt annalia de sui natura, fiunt perpetua, de eo quòd ad violentum peruenerit: vt ff. de interdictis l. ex quibus causis. Respondit dominus meus Rogerius, & dicit: quòd dicitur interdictum hoc intra annum competere, intellige respectu primæ inquietationis, de qua post annum per hoc interdictū agere non potes: sed tantùm infra annum agere pōtes in hoc, quòd ita interest non esse inquietatum; sed cùm agitur in hoc vt retineatur, perpetuum est interdictū.
† QVÆSTIO. Item quæritur: an aliquo modo possit 8
consuli isti qui passus est violentiam, & annus vtilis transijt, ad hoc vt post annum possit agere ratione præteritæ inquietationis. Respondit mihi dominus meus Roger. quòd potest sibi consuli, non per interdictum: quia nihil peruenit ad violentum: sed pro qualitate commissorum, id est, verum damnum à corpore in corpus & cæt. vel lege Aquil. vel in factum etiam post annum poterit agere. † QVÆSTIO. Item quæritur: an 9
computetur ille annus vtilis à tempore vltimæ inquietationis vel primæ: vel an pro singulis inquietationibus nascatur istud interdictum? Respondit dominus meus Roger. interdictum à prima inquietatione oriri, & eo proposito habetur ratio in eo interdicto singularum inquietationum, quanti interesset mea non esse inquietatum: nam vnum est furtum, licèt in pluribus rebus committatur: nam si infans subripiatur, & fiat adolescens apud furem, vnum est furtum, licèt & infantis & adolescentis committatur. vt ff. de furtis. l. infitiando. §. si infans. & argument. ff. de verbor. oblgat. l. si sic. & argumen. pro eo. ff. de furtis. l. eum qui. in princip. & ff. ad leg. Iuli. de adulte. l. mariti lenocinium. §. sex mensium. & §. quinquennium. Sed hoc ita attende, vt ex prima violentia oriatur, & ex illo interdicto propter illam violentiam agi possit. verum si annus transeat, & post annum violentia fiat, cùm ex secunda violentia oriatur interdictum vti possidetis, etiam potest agi, sicut dominus meus Azo tractat, in negatoria quæ pro prima intentione non competit, & sic tollitur per triginta annos: pro secūda autem competit, & pro illa non tollitur, vt notat in summa. C. de vsufruct. versicul. quæritur autem quanto tempore tollatur negatoria &c. QVÆSTIO. Item quæritur in eo, quod lex di- 10
cit. si tu possides non vi, non clam, nec precario à me: & ego similiter possideo non vi, non clam, non precario à te, quòd neuter nostrum vincet in hoc interdicto: nam & tu possidès & ego. vt ff. eod. si duo. §. 1. quomodo posset istud de facto contingere. Respon. quidam est vsufructuarius in fundo, alter proprietarius: ego vi clam vel precario possideo à fructuario: & non a proprietario: si proprietarius velit agere contra me hoc interdicto non vincet contra me: quia à non proprietario non possideo vitiosè: & ille possidebit & ego. proprietarij enim nihil interest propter hanc meam possessionem, cùm ipsum non prohibeam vti iure suo. QVÆSTIO. 11
Item l. prædicta ff. eod. titu. l. si duo. in 1. § dicit, quòd si ego possideo non vi, non clam, non precario à te: & tu similiter non possideas à me, quòd neuter nostrum vincet. & in C. eod. titu. l. vnic. dicitur: quòd qui probat se non vi, non clam, non precariò possidere, quòd vincet. & sic secūdùm leg. Codicis vterque nostrum vinceret. ex quo æqualiter probauimus: quòd neuter ab altero vi, clam,

vi,clam,vel precariò possideat,secundum digesta neu
ter vinceret:ista iura videntur ne contraria? Respon-
deo,ista interdicta sunt duplicia:quia in his quilibet a-
ctor & quilibet Reus.vt Inst.de act §. quædam.& Insti.
de interdict. §.pen.vnde neuter vincit in eo quod qui-
libet est actor:vterq; vincit in eo quòd vterq; est Reus.
actorem enim vincere nihil aliud est,quàm Reum sibi
in eo quòd competit condemnari. & sic in hoc neuter
vincit.quia neuter alteri condemnatur. Reum .n. vin-
22 cere est à petitione actoris absolui,quòd hic procedit.
QVAESTIO.Item,in hoc interdicto debet quis probare
se non vi,non clam,non precariò possedisse, vt dictum
est,quæritur quomodò ista possint probari,cùm sit ne-
gatiua?vt C.de proba.l.actor.Respondeo, similis quæ-
stio notatur in seruitute quærenda,quæ habet cōtinuā
causam. vt quia ibi habet quis necessè probare simili-
ter.vt ff.si seruit.vendic.l. si quis diuturno. vnde ita di-
cas,non probo illam negatiuam, sed probo eius affir-
matiuam.verbi gratia:probo me non possidere vi ,vel
clam:quia probo quòd ego possideo fundum illum do
mino sciente & vidente ,& non contradicente, & ita
non possideo vi : quia si vi possiderem, per iniuriam
possiderem : at non est iniuria quæ fit in volentem:vt
ff.de aqua.plu. arcen.l.in diem imò videtur mihi tra-
didisse possessionem, vt argument. C.de acquiren.pos-
sess.l.minus.Item & illo probato restat probatum quòd
non clam,quia clam ille possidet,qui eo celante possi-
det,quem suspicatur controuersiam moturum.vt ff.de
acquirend.possess.l.clam. Item probo , quòd non pre-
cario possideo:quia induco testes per quos probo quo
modò talis induxit me in possessionem rei illius à quo
causam habeo:vel aliter , semper restat probatum pro
me,quòd iustè possideam,nisi probetur per aduersari-
um quòd iniustè.vt argumen.C.libr. vndecim.qui mi-
lita.non possunt.l.super seruis.& ff.de fideicomm. lib.
23 l.si cùm seruum.§. placere. QVAESTIO. † Quæritur an
hoc interdictum competat pro asscriptitijs seu censi-
tis nostris,seu huiusmodi rusticis, qui nobis quasi co-
lonaria condictione detinentur. Respondeo : credo
quòd sic. nam isti tales inter immobilia computantur.
vt ff.de diuers.& tempo.præscript.l.longe.& hoc quā-
diu inhærent aliàs cohæreot solo : postquàm autem à
solo sunt separari,inter mobilia computantur. vt ff.de
furt.l.si certè.& argument.ff.communi.diuid. l.arbor.
& ff.pro socio.l.penultim. Pro huiusmodi tamen ru-
sticis nostris,qui non sunt verè assaripritij, neque cen-
siti,sed fortè possent esse coloni seu originarij , credo
24 locum habere hoc vtiliter. QVAESTIO.†Sed quæritur
qualiter istorum possessio dicatur turbari , ad hoc vt
competat hoc interdictum,vt dictum est. Respondeo,
turbatur à tertio hoc modo . Asscriptitius meus vel
censitus,originarius meus,seu colonus stans in fundo:
tu vadis & turbas eos : non permittis eos arare nec se-
minare,nec facere seruitia consueta . Vnde ita conci-
25 pies libellum. LIBELLVS. † Vobis domin. &c.con-
queror ego Rog. de M. qui tales meos asscriptitios seu
colonos vel originarios seu censitos, quos possideo in
tali solo,cuius fines sunt tales,inquietat & turbat, non
permittendo eos explicare,quæ eorum incumbunt of-
ficio pacificè & quietè,nec permittendo mihi pacificè
& quietè præstare consueta seruitia. Vnde ne me in-
quietet in possessione asscriptitiorum dictorum , ago
contra ipsum,& ad hoc propono,inter dictum vti pos-
sidetis:vel actionem in factum subrogatam in locum i-
psius interdicti.Quòd ita rectè concipiatur libellus di
cunt iura prædicta. Sic autem pro huiusmodi rusticis,
quos hodie habemus in Tuscia & in Lombardia,posset
26 concipi libellus,vt ita dicas.† LIBELLVS. Vobis domi-
no &c.conqueror ego Roger.de Mar.qui tales rusticos
meos, seu manentes seu colonos seu originarios , quos
possideo,non permittit esse pacificè & quietè,nec per-
mittit pacificè & quietè præstare mihi seruitia ab eis
debita:vnde ne me in possessione prædictorum turbet
seu inquietet,ago contra ipsum,& ad hoc propono in-
terdictum vti possidetis vtile,vel actio. in factum vti-
lem subrogatam in locum ipsius interdicti , vel inter-
dictum vtrobi . Quare autem apponunt hoc , interdi-
ctum vtile?Respondeo,quia directum vti possidetis ha
bet locum in asscriptitijs & censitis,qui censentur res
immobiles,vt dictum est.At isti nostri rustici non sunt
res immobiles verè:ideò quia sententia locum habet,
sed verba deficiunt , locum habet vtile vti possidetis,
vel interdictum vtrobi . si vis dicere quòd isti rustici
sint res mobiles.Si autem isti rustici nos turbent in pos-
sess.suijpsorum,tunc concipies ita libellum.LIBELLVS.
† Vobis domin.&c. conqueror ego R.de M.qui cùm sit 27
meus colonus seu manens,& ipsum possideam, turbat
me in possessione suijpsius: quia non permittit me vti
pacificè & quietè possidere ipsum , & seruitijs ab eo
debitis : vnde ne me turbet, ago contra ipsum, & pro-
pono interdictum vtile vti possid. vel interdictum v-
trobi , vel actionem in factum subrogatam in loco ip-
sorum interdictorum . Quòd ita rectè concipiatur li-
bellus,dicunt iura superiùs allegata. OPPOSITIO.
Sed opponitur, certum est quòd isti rustici liberi sint:
cùm possint testari. vt C.de episcop.& cleric.l.si quis
presbyter.& l.quisquis.& argumen.in Authen.de san-
ctissim. episcop.§. asscriptitios. nam clerici fieri pos-
sunt , vt in legibus prædictis: quod si essent serui,non
possent facere.vt ff.qui testamen.fac.poss.l.ad testium.
§.seruus.& ff.de verbor. signific. l paterfamilias.& C.
communi. de succes. l.seruus. & in Authentic.de san-
ctis. episcop.§.seruus.si ergo asscriptitij sunt:ergo &
rustici liberi sunt.Nec obstat si dicas,imò serui viden-
tur : quia cuius ipsi sunt & sua omnia esse cognosun-
tur seu recognoscuntur.vt C.libr.11.in quib.caus.colo.
censi.l.coloni.Respondeo,sunt sua,quò ad iurisdictio-
nem:quia dominus est iudex ordinarius illorum. vt in
Authentic.de quæstore.colla.6.§.si verò forsan.sicut &
alia omnia bona priuatorum dicuntur principis.vt C.
de quadrien.præscript.bene à Zenone. scilicèt quò ad
iurisdictionem,sicut & aliàs:littora sunt populi Roma
ni, scilicèt quò ad iurisdictionem , in quo populus ha-
bet iurisdictionem. vt ff.ne quid in public. l.littora.si
ergo sunt liberi:ergo possideri non possunt.vt ff.de ac-
quiren.possess.l.cùm hæredes.§.fin.& ff.de vsucap l.v-
sucap.Respondeo, verum est quòd liber homo posside-
ri non potest,qui sit ex toto liber.at si sit liber,& habeo
aliquod ius in eo , ratione illius iuris illum liberum
possideo:sicut in redempto ab hostibus, qui licèt sit li-
ber,nihilominus tamen eum possideo , propter vincu-
lum pignoris. vt ff.de cap. & postlimi.reuers.l.etiam.
& C.de cap.& postlimi. reuers. l. vltim.sicut & filium
quem dicor possidere ratione iuris quod habeo in eo
ratione patriæ potestatis. OPPOSITIO.Item oppo-
nitur , in omni petitiōe necesse est quod aliud sit quòd
petam, & aliud à quo petam: hic autem quomodò pe-
tam possessionem suijpsius à teipso ? Respondeo, hoc
cōtingit propter rem ipsam quæ petitur :nam & in hac
causa si ageretur petitorio, similiter rem illam à teipso
petam:& propterea dicitur ferè habere legitimā cau-
sam.vt Instit.de act.§.præiudiciales.& de hoc dic sicut
in summa tituli de actio.notaui in prædict.§. præiudi-
ciales. QVAESTIO. Item quæritur , an habeat locum i-
stud interdictū pro seruitijs & iuribus debitis seu præ-
stitis aliquo tempore, si turbentur: qualiter autem iura
& seruitia, seu reditus debiti possint turbari, notaui su
pra in interdicto vnde vi.& respondeo & dico , quod
sic:& competit tunc quasi vti possidetis. vt ff.de serui-
tu.l.quoties.& ff.si seruitu. vendic. l. sicuti. §. Aristo.
Vnde cōcipiatur ita libellus contra extraneum, si tur-
bat mihi illa iura vel redditus, seu seruitia quæ deben-
tur mihi à rusticis.LIBELLVS.† Vobis domin. &cæt. 28
conqueror ego R. de M. qui non permittit me pacificè
& quietè possidere vel quasi seruitia talia & tales red-
ditus qui præstantur mihi à talibus rusticis . vnde
quod me nō turbet in illa possessione vel quasi,ago cō-
tra illum:& ad hoc propono interdictum vtile vti pos-
sidetis, vel actionem in factum vtilem subrogatam in
locum ipsius interdicti.Quod ita rectè concipiatur li-
bellus , dicunt iura allegata ff. de seruitu. & si seruit.
vendic. Si tamen isti rustici te inquietant vel turbant

in illa possessione, vel quasi illorum seruitiorum seu
reddituum, concipias ita libellum. LIBELLVS. Vobis
19 † domin. & cæt. conqueror ego Roger. de M. colono vel
manente meo, qui me in possessione vel quasi talium
reddituum & seruitiorum, quę mihi ab eo præstantur,
& debentur inquietat seu turbat, non soluēdo, nec prę-
stando illa mihi pacificè: vnde ne me turbet amodò seu
inquietet, & vt soluat in futurum, ago contra ipsum, &
ad hoc propono interdictum vti possideris vtile: vel a-
ctio. in factum subrogatam in locum ipsius interdicti.
Quòd ita rectè concipiatur libellus dicunt iura præ-
dicta. & ff. si seruit. vendic. l. egi. Sed fortè illa clausula,
& quòd in futurum præstet, non apponitur in posses-
sorio, sed in petitorio: quòd puto verius, & sic rectè
concipitur libellus, si illa seruitia & redditus deben-
tur, quia sunt constituti. Alioquin si aliquibus annis
sint prę̄stita. quia tamen propterea non debentur, sicut
de his copiosè tractaui supra in interdicto vnde vi, cō-
cipias ita libellum, si sunt præstita decem annis à quo-
libet præterquàm à rusticis, in quibus triginta annos
desideramus, vt supra in interdicto vnde vi notaui. ita
20 dicas. † LIBELLVS. Vobis domi. & c. conqueror ego
Roger. de M. qui me in possessione vel quasi talium
seruitiorum, & ab ipso M. debitorum & solutorum per
decem annos, vel triginta, (quam solutionem & tem-
pus allego ad probanda prędicta seruitia) turbat & in-
quietat non permittendo me pacificè & quietè possi-
dere: vnde ne me turbet, ago contra ipsum: & ad hoc
propono interdictum vtile vti possidetis vel quasi: vel
actio. in factum vtilem subrogatam in locum ipsius in-
terdicti. Quòd ità rectè concipiatur libellus dicunt
iura prædicta. vt ff. de vsur. l. cùm de in rem vers. QVAE
21 STIO. † Qualiter possessio iurium vel quasi turbetur: &
talia quæ sunt dicenda quære copiosiùs supra in inter-
24 dicto vnde vi. QVAESTIO. † Sed quæritur si in hoc
interdicto vterque æqualiter probet, quid sit iudici fa-
ciendum? in hoc sequenti interdicto tractatur, alias
quæstiones circa hoc interdictum quære in summa do-
23 mini mei in hoc titul. † QVAESTIO. Sed illud quæritur
& quæstio illa de facto sæpe contingit. Aliquis infere-
bat mihi violentiam turbatiuam: contra ipsum ago in-
terdicto vti possidetis, vt cessat à turbatione: ille est
contumax, venire non vult, & nihilominus turbat: qua-
liter actori consuletur: & qualiter erit iudici proce-
dendum? Respondeo: iure canonico excommunicaret
ipsum: ex quo causa est talis, quòd in possessionem cau-
sa rei seruandæ mitti non potest. vt extra. vt lite non
contesta. cap. quoniam frequenter. Iure tamen ciuili
posset iudex mulctam indicere per illud interdictum,
si quis ius dicen. non obtemperauerit, vel posset actor
taxare suum interesse secundum quod continet natura
huius interdicti. & pro illo interesse sit missio in pos-
sessionem bonorum ad instar cuiuslibet alterius per-
sonalis actionis. vt in Authentic. de ea hibend. & intro.
reis. Vel melius, ex quo contumax turbator non venit,
iudex ex officio suo prohibebit illi ne turbet, donec
de iure suo probet, & interim faciet te possessorem pa-
cificè gaudere & possidere. vt argumen. ff. de oper. no-
ui nunt. l. si priusquam. & argum. ff. de vsufr. l. cuiuscū-
que. & argum. ff. de optio. leg. l. mancipiorum. & argu-
ment. C. de inge. & ma. l. diffamari. & C. de remissi. pi-
gnor. l. si programmate. & argument. C. qui accusa. non
poss. l. si ea.

*Si possessio alicuius rei mobilis turbetur, habes contra turban-
tem interdictum vtrobi.*

De interdicto vtrobi. Rubric.

1 *In interdicto vtrobi, dictio vtrobi, quid significet. & nu-
me. 2.*
3 *In interdicto vtrobi, actor & Reus, si æqualiter probent,
quid iudici faciendum sit. nu. 4.*
5 *Libellus in interdicto vtrobi, quomodo concipiatur*
6 *Rei mobilis possessionem quomodò aliquis turbare pos-
sit.*
7 *In interdicto vtrobi, qualiter inter duos possit esse quæ-
stio, quis eorum possideat.*

SED QVIA aliquando possessio rei mobilis turba-
tur seu inquietatur: ideò inuentum fuit interdictū
vtrobi. vt ff. de interd. vtrob. l. vnic. & Institu. de in-
terdict. § retinendæ. In quo interdicto omnia veniunt
quæ diximus in superiori, & hic possunt repeti. illa ta-
men sola est differentia, quòd illud in rebus immobili-
bus: istud in rebus mobilibus locum habet. † Vnde quæ- 1
cunque circa naturam interdicti & circa possessiones
& quæstiones superius diximus, in hoc interdicto re-
petas. † QVAESTIO. quæritur tamen, in hoc interdicto 2
quid sonent hoc verbum, vtrobi. dominus meus ita
exponit: sicut in interdicto vti possidetis, verba sunt
concepta pro possidente, scilicèt vti possidetis ita pos-
sideatis: ita verba sunt hæc concepta contra turbātem
vel inquietantem, scilicèt vtrobi, id est, habuistis ita
habeatis, id est, vti venistis ita recedatis. Dominus ta-
men meus Roger. Beneuentanus dicit, istud sonat, v-
trobi, scilicet vter ex binis possideat: quia in interdi-
cto vti possidetis, & in hoc illud quæritur quis ex duo-
bus possideat: quia naturalis facit ratio, vt vnus possi-
deat, & alius a possidente petat. vt Institut. de interdi.
§. retinendæ. † QVAESTIO. Sed illud quæritur in hoc 3
interdicto & in superiori: si ambo æqualiter probant
in omnibus, & circa possessionem, & per ita bonos te-
stes vnus sicut alius, quid iudici sit faciendum: quali-
ter debeat sententiare? Dicunt quidam quòd ita pro-
nuntiet vti possidetis ita possideatis. certè si hoc dicet,
iam non feret certam sententiam: imò inuitabit eos ad
arma & rixas, & ponet gladium in manu vtriusque:
quòd est contra iura, quia curare debet iudex vt cer-
tam ferat sententiam. vt Institut. de action. §. curare.
nec debet pati prętor eos ad arma & rixas venire, quos
sua potest iurisdictione compescere. vt ff. de vsufruct.
l. æquissimum: imò laborare debet vt respirent à con-
trouersijs litigantes. vt ff. de oper. noui nuntia. l. 1. in fi.
primæ columnæ. Dominus meus dicit & consulit iudi-
ci, abstinendum à iudicando: quia ex sua sententia, si
proferret, sequeretur quoddam impossibile, vt dictum
est: vnde sententia non valeret. vt ff. quæ sententiæ sine
appellat. rescind. l. impossibile. OPPOSITIO. Si to
opponis de qua re cognouerit iudex, de ea pronuntia-
re debet. vt ff. de iudic. l. de qua re. Respondeo: verum
est, si potest. at hic non potest: & ideò non tenetur. Sed
ostendo quòd iudex debet pronūtiare saltem pro reo.
nonne in hoc interdicto, licèt ab initio vterque actor,
vterque Reus: tamen ille dicitur actor, qui primò ad
iudicium prouocauit. vt ff. de iudic. l. in tribus. si ergo
ille qui ad iudicium prouocauit, non probauit melius
quàm ille de quo prouocauit, imputet sibi: vnde est pro
Reo ferenda sententia. Respondit Dominus meus A-
zo in hoc interdicto non mutatur natura quin vterque
sit actor, vterque Reus: licèt enim sit actor, qui primò
ad iudicium prouocat, hoc est quò ad quædam. Quid
ergo si vterque æqualiter probet? lex dicit, quòd iu-
dex pronuntiet, vti possideris. vt ff. eodem. l. si duo. &
sic videtur lex pro prima sententia facere. Respondeo:
lex illa loquitur quādo duo probant æqualiter se pos-
sidere iure diuerso, vnus vt fructuarius, alius vt pro-
prietarius: tunc quia neuter ab altero vi, clam, vel pre-
cario possidet, pronuntiet ita iudex, & assignet cau-
sas possessionis cuiuslibet, vt dicat: quia constitit mi-
hi Titium vt proprietarium: & Seium vt fructuarium
possidere: & neuter possidet ab altero vi, clam, vel pre
cario, ideò pronuntio vti possidetis ita possideatis.
QVAESTIO. † Sed quid in alijs possessoribus quorū neu- 4
ter ab altero possidet vi, clam, vel precario? Dominus
meus Azo dicit iudici abstinendum à sententia, vt su-
pra dictum est. Dominus tamen meus Rogerius dum
Placentiæ regeret, & duo ad inuicem contenderent
se possidere, & intentabant interdictum vti possi-
detis, æqualiter in omnibus & per omnia probabāt, &
per tot testes vnus sicut alius, dedit consiliū suo clien-
tulo, quia in causa illa erat aduocatus, & illi dixit: quis
vestrum

vestrum est potentior? dixit clientulus Domini mei
Roger. ego in duplo: vnde dixit, vocate amicos, & eatis
cras in locum illum, vnde est contentio de possessione:
sis ibi aduersario tuo vidente: quod fecit. aduersarius
autem timuit ire, quia fortè suspicabatur se posse
repelli, iuit ad iudicem, & opposuit incontinenti interdictum
vnde vi, quia dicebat se illa possessione spoliatum
Dominus meus Rogerius respondebat, ego te
possessione non spoliaui, sed mea possessione sum vsus.
& sic fuit clientulus Domini mei Roger. absolutus, &c.
ab interdicto vti possidetis, & ab interdicto vnde vi.
In hoc autem interdic. cócipietur ita libell. LIBELLVS
5 † Vobis Dnmi &c. conqueror ego R. de M. qui me rem
talem mobilem, cuius signa sunt talia, nó permittit pacificè
possidere, turbádo mihi possessionem rei illius:
vnde ne me turbet, & permittat pacificè possidere, ago
cótra ipsum: & ad hoc propono interdictum vtrobi,
vel actionem in factum subrogatam in locú ipsius interdicti.
Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit ff.
eod. l. vnic. & Inst. de interdic. §. retinendæ. QVAESTIO.
6 † Sed quæritur inprimis, & circa ipsum interdictum,
& circa libellum, quomodò aliquis potest turbare possessionem
rei mobilis? Respondeo, habeo equum tu
non permittis me illú equum equitare vel ducere quo
volo. habeo & possideo librú, volo ibi legere, tu me nó
permittis: vel volo ibi glossare, vel ibi scribere, tu me
7 nó permittis. † QVAESTIO. Item quæritur, quomodò
in hoc interdicto possit esse quæstio inter duos, quis
possideat: nam si ego solus dico me possidere, & tu
me turbas in illa possessione: hoc planum est. Sed qualiter
posset esse, quòd & tu possides, & ego rem aliquá
mobilem, vt inter nos sit cótentio de possessione? certè
nullo modo: nam ex quo est res mobilis, aut rem illam
possideo: & tunc quomodò potes possessionem rei
illius habere. aut tu possides, & tunc quomodo possem
possessionem rei illius habere: cùm duo insolidú rem
eandem possidere non possint. vt ff. commu. l. si vt certo.
§. si duobus. & ff. de acq. possess. l. possideri. §. ecótrariò.
Respondeo, benè possunt poni exempla: verbi gratia,
tu possidebas, & benè hoc probabas: ego tamen dicebam,
quòd illam rem possidebas nomine meo: quia
tibi commodaui, cuius rei possessionem & proprietatem
retineo. vt ff. commod. l. rei. vel quia apud te deposui:
cuius rei similiter & possessionem & proprietaté
retineo vt ff. depositi. l. licèt. § rei. vel quia ibi locaui,
& sic nullam habes possessionem. vt ff. de vsucap. l. nó
solùm. §. quod vulgo. tu aliter econtrà dicebas, te tuo
iure possidere: & sic vides quomodò, vel te, vel me
possidente rem mobilem, est quæstio de possess. Item
posset etiam poni exemplum, quòd esset quæstio de
possessione rei mobilis in extraneo, id est, tertio possidente:
verbi gratia, possidebat aliquis equum, vel librum,
vel aliam rem mobilem: tu inquietabas eum in
possessione rei illius, ego agebam contra te, ne tu inquietares
eum in possessione rei illius: qui dicebam
illum nomine meo possidere. Econtrà dicebas tu illum
nomine tuo possidere. & sic posset esse quæstio de
possessione rei mobilis circa interdictum vtrobi. vt argumen.
ff. de acquir. possess. l. interesse. & argumen. ff.
de precar. l. certæ rei.

Si imposuisti superficiem in solo alieno, & alius turbet in superficie illa, habes interdictum de superficiebus.

De interdicto de superficiebus.
Rubrica.

1 *Interdictum de superficiebus vt competat, quot necessaria sint.*

2 *Interdictum de superficiebus quare introductú sit, cùm superficiario interdictum vti possidetis sufficiat.*

3 *Positiones Actoris & Rei in interdicto de superficiebus. & num. 4.*

5 *Libellus in interdicto de superficiebus, quomodo formari debeat.*

QVIA multoties aliquis habens superficiem positam
in alieno solo, & illam superficiem habet
& possidet, & alius venit & turbat possessionem illius
superficiei: succurritur isti superficiario per interdic. 1
de superficiebus. vt ff. eo. l. 1. in princ. Quod interdictú
ad hoc vt cópetat, tot sunt necessaria: In primis, quòd
aliquis habeat superficiem in solo impositá. Secúdum,
quòd illud solum sit alienum. Tertiú, quòd iste superficiarius
superficiem illam possideat. Quartum, quòd
possideat nó vi, nó clam, nó precariò ab illo qui infert
violétiam. Quintú, quod cótractus locationis vel alius
præcesserit. Sextum, quòd códuxerit ad non modicum
tempus. sicut hæc omnia probantur ff. eo. l. 1. in prin. &
§. 2. & §. proponitur. & § quòd ait prætor. & l. vlti. Sed
hoc vltimum, quòd cóductio sit facta ad nó modicum,
nó puto desiderari quantum ad hoc possessorium, scilicet
ad interdictum de superficiebus: sed desiderari
ad vtilem rei vendicationem, quæ competit superficiario
tunc, quando códuxit à domino ad nó modicum
tempus. In hoc casu loquitur ff. eodem. l. 1. §. quod ait
prætor. & ff. si ager vectiga. vel emphyt. pet. l. 1. 2. & 3.
QVAESTIO. † Sed illud quæritur, quare fuit inductum 2
istud interdictum de superficiebus, cùm superficiario
interdictum vti possidetis sufficiat? quòd superficiario
datur ff. vti posside. l. si duo. §. Labeo. Item videtur
istud interdictú superuacuum: cùm omnia quæ
desiderantur in interdicto vti possidetis, desiderentur
in hoc. vt ff. eodem. l. 1. §. proponitur. Respód. superficiarius
habet tria auxilia: duo sunt possessoria, scilicet
retinendæ possessionis, vt vti possidetis, & interdictum
de superficiebus, habet tertium auxilium, quod
est petitorium, scilicet vtilis rei vendic. de qua in tractatu
prætoriarum copiosè notaui. vt ff. eodem. l. 1. §.
proponitur. & §. quòd ait prætor. & ff. vti possid. l. si
duo. §. Labeo. Interest enim nostra plures actiones habere,
& plura auxilia. vt argumen. ff. de liber. lega. l. 2.
in fine. Funiculus enim triplex difficiliùs rumpitur.
Item licet nobis etiam quædam habere, licèt sint inutilia.
vt ff. de seruit. l. et si fundo. Item & benè inuenimus
quandoque, quòd etiam sunt auxilia inuenta superuacuè:
vt est in bon. possess. secundùm tabulas, quæ datur
instituto de superabundanti, cùm sibi detur pertio hereditatis.
vt Institut. de bon. possess. circa princip. Item
ideò fuit inuentum istud interdictum, quia magis debet
timeri quod speciali, quàm quod generali sponsione
conceditur. dicit c. de hæreticis, extrà, si aduersus.
& aliàs ea quæ notabiliter fiunt, si non specialiter notentur,
videntur quasi neglecta. ff de iniur. l. item apud
Labeonem §. ait prætor. nam in d. §. quærit Iurisconsultus,
quare prætor fecerit mentionem de aliquo infamando,
& sic videbatur illud superfluum: cùm sufficeret
generale edictum de iniurijs: & dicit, quòd
non est superuacuum: nam ideò specialiter dicit prætor,
quia quæ notabiliter fiunt & cæt. Vnde in hoc interdicto
Actor facit tales positiones. † POSITIO A- 3
CTORIS. Ego dico, quòd illud solum itaterminatum,
est Titij. Item dico, quòd illud solum ego conduxi
ab illo Titio ad superficiem imponendam. Item dico,
quòd ego superficiem imposui. Item dico, quòd illam
superficiem possideo sine vi, clam, vel precariò.
Item dico, quòd tu illam superficiem me turbando nó
permittis pacificè possidere. Item dico, quòd illud solum
códuxi vsque ad decem annos, vel quinque ad minus.
Nam istud est nó modicum tempus, sicut notaui suprà
de vtili rei vendica. quæ datur superficiario in tractatu
prætoriarum. Ecótrà Reus facit tales positiones.
† POSITIO REI. Ego dico, quòd illud solum est Mæ- 4
uij: si hóc confitebitur Actor, absoluetur Reus: quia
iam nó habet ius in illa superficie, cùm ipse códuxerit
à Titio. Item dico, quòd illud solum à me conduxisti,
& à me illam superficiem habes iur precariò, vi, vel
clam: si hoc cófitebitur Actor, absoluetur Reus: vt patet
per ipsa verba prætoris posita ff. eodem. l. 1. in princip.
& quia si rem habes à me precariò, quandocunque
volo possum auocare. vt ff. de precar. l. 1. §. hoc interdictum
& l. cum precario. Item dico, quòd illam superficiem,
de qua tu dicis, possidet Titius: si illud confitebitur
Actor, absoluetur Reus. Item dico, quòd illam su-

perficiem imposuit Mæuius in illo solo pro se tantùm: si hoc confitebitur Actor, absoluetur Reus: quia iam ipse non imposuit. Item dico, quòd in illa tua superficie Gaius tantùm te inquietat: ergò non iste. Item dico, quòd illud solum tu conduxisti vsque ad annum tantùm: si hoc cõfitebitur Actor, absoluetur Reus: quia necesse est secundùm quosdam, quòd conduxerit vsq; ad non modicũ tempus, quod non puto, sicut superiùs dixi in hoc eod. tit. In hoc autẽ interdicto Actor ita con-
5 cipiet libellum. † LIBELLVS. Vobis D. &c. cõqu. ego R. de M. qui me superficiem positam in tali solo, cuius fines sunt tales, quod solum ad superficiem imponendam à Semptonio domino ipsius soli conduxi, pacificè possidere non permittit, imò me in possessione ipsius superficiei turbat & inquietat: vnde ne me turbet, ago contra ipsum, & ad prædicta propono interdictum de superficiebus, vel act. in factum subrogatã in locũ ipsius interdic. posset etiam proponi interdictũ vti possidetis. Quòd ita rectè concipiatur libel. dicit ff. eo. l. 1. in princ. & §. proponitur. & ff. vti possid. l. si duo. §. Labeo. Quidam tamẽ dicunt adijciendo de libello: quod solùm ad non modicũ tempus conduxi, quod non probo: quia illud est necesse in vtili rei vend. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd hoc interdictum non competat nec ratione possessionis, nec etiam ratione proprietatis: ratione possessionis non, nam iste superficiarius superficiem imponendo fecit superficiem illius, cuius est solum. vt C. de rei vendi. l. si inferiorem. & Inst. de rer. diuis. §. cùm quis. & de acquir. rer. dom. l. adeò. Si ergò superficies est facta illius, & quoad dominium, vt dictũ est. & pone quòd habuit possess. soli dominus: ergò facta est illius, quoad possessionem. Si ergò dominus ille possidet, quomodò poterit superficiarius possidere? cùm duo possidere non possunt eandem rem insolidũ. Item si dominus soli factus est dominus, quomodò superficiarius posset fieri dominus? Respondeo: quod obijcis de possessione, verum est quòd vterq; possidet, si tu dicis duo insolidum nõ possunt possidere, verum est, vno eodemq; iure: at diuerso iure secùs. dominus enim possidet de iure ciuili: superficiarius de iure prætorio, sicut & aliud simile. ff. de precario. l. & haber. Alteri quæstioni respõde sicut suprà de vtili rei vẽd. quæ datur superficiario, tractaui: & quæ ibi dixi: & suprà de vti possidetis, hic possũt reperi. Nec admitto, quòd quidam malè voluerũt dicere, quòd hoc interdictum non sit interdictum, sed vocetur quasi vti possidetis, propter l. 1. ff. eo. §. proponitur. quia ibi dicitur omnia, quæ desiderantur in interdic. vti possid. desiderantur & in hoc: nam si vnum esset istud cum vti possid. frustià diuersa vocabula his interdictis attribuerentur. vt & aliàs C. de codicillis. l. si idem.

Si tu iuisti hoc anno per fundum alicuius per 30. dies, & impediaris illo itinere vti, vel turberis, habes interdictum de itinere actuq; priuato.

De interdicto de itinere actuque priuato.
Rubrica.

1 *Interdictum de itinere actuq; priuato vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones Actoris & Rei in interdicto de itinere actuque priuato. & num. 3.*
4 *Libellus in tali interdicto quomodo fiat.*
5 *Interdictum de itinere &c. an competat pro via vel actu debito alicui domui seu prædio vrbano.*
6 *Interdictum de itinere &c. quare non detur pro seruitute vrbana, sicut pro rustica.*

QVIA sæpè contingit, quòd aliquis vadit per fundum alicuius priuati hoc anno, non tamen iure seruitutis: & venit alius, & prohibet ipsum volentem ire agere: ideò proditum est sibi interdictum possessoriũ, quod est retinendæ possessionis. s. de itine-
1 re actuque priuato. vt ff. eod. l. 1. in princ. † Quod interdictum ad hoc vt competat, tot sunt necessaria: Inprimis, quòd aliquis sit vsus hoc anno vel itinere vel actu per fundũ suũ, vel ad minus 30. dieb. hoc anno sit vsus. ff. eo. l. 1. in princ. & §. hoc interdicto. Secundum, quòd sit vsus non vi, nõ clam, nõ precario. vt ff. eo. l. 1. in princip. & §. 2. Tertium, quòd vtatur quasi iure seruitutis: si enim alio modo iuisti, putà, quia propter riuũ qui creuit, aut quia via publica erat interrupta, & ita ad tuum fundum ire non poteras, per fundum vicini iuisti, nullum ius tibi quæritur. vt ff. eod. l. 1. §. vlt. & l. vlt. Quartum, quòd via rustica, vel itinere, vel actu ad prædium rusticum sit vsus, non autem ad prædium vrbanũ: quia hoc interdictum tuetur tantummodò rusticas seruitutes, vt ff. eod. l. 1. §. hoc interdictum. Quintum, quòd aliquis sit vsus, sicut dictum est: nec consideratur, si fuerit constituta seruitus, vel debeatur, vel non. vt ff. eod. l. 1. §. hoc interdictum. Sextum, quòd hic qui fuit vsus hoc anno, vt dictum est, vt sit prohibitus. ff. eod. l. 1. in prin. §. 1. & 2. Vnde in hoc interdicto Actor fac. tal. pos.
POSITIO ACTORIS: † Ego dico, quòd prædiũ tale 2
quod est situm in tali loco, est meum. Item dico, quòd tale prędiũ quod est iuxta illud, est Titij. Quare facio has cõfessiones: quia nemo potest habere hoc interdictum, nisi & alius habeat prædiũ, & ipse etiam habeat: sicut nec aliam seruitutem prædialem quis habere potest, nisi habeat prædium: nec deberi nisi habenti prædium. vt Inst. de seruit. & ff communi. de seruit. l. 1. maximè cùm interdictum tueatur rusticas seruitutes. vt ff. eod. l. 1. Item dico, quòd per illud tuum prædium iui ad prædium meũ hoc anno ad minus per triginta dies. Item dico, quòd ego iui siue vi, clam, vel precariò. Itẽ dico, quòd iui in eo anno, vt seruitutem mihi quærerẽ. Item dico, quòd illud prædium meum ad quod iui, & tuum prædium per quod iui, est rusticum. Ecõtrà Reus
fac. tal. posit. POSITIO REI. † Ego dico, quòd inter præ- 3
dium meum & tuum est aliud prędium medium, quod est Titij: si hoc confitebitur Actor, nõ poteris agere: & quare est, quia ratio hoc interdictum est proditum ad tuendas rusticas seruitutes, vt dictum est suprà eo. tit. At mediũ, prædiũ quod nõ seruit, impedit seruitutem. vt ff. de seruit. rustic. prædi. l. qui sella. §. fin. Item dico, quòd tu illa via itinere, vel actu es vsus à me, vi, clam, vel precariò. Item dico, quòd per meum prædium iuisti hoc anno semel tantùm, vel decies: si hoc confitebitur Actor, succumbet: quia ad minus debet vti 30. diebus, vt dictum est. Item dico, quòd per prædiũ ideò iuisti propter impedimẽtum riui, vel ideò quia via publica per quam primò ibat, fuit interrupta: si hoc confitebitur Actor, absoluetur Reus, vt suprà dixi. Item dico, quòd illud prædium, quod dicis rusticum, ego dico, quòd ibi est domus, & prædium quod est ibi, gratia domus illius fuit ibi: si hoc cõfitebitur Actor, succumbet, quia amodò est prędiũ vrbanum: & sic non habet locũ interdictum quod est inductũ ad tuendas rusticas seruitutes tantũmodò, vt dictũ est: nam prædiũ vrbanum à rustico non loco, sed qualitate secernitur. C. de præd. minor. l. si prædiũ rusticũ. In hoc autem interdi-
cto ita concipietur libell. † LIBELLVS. Vobis Dom. & 4
cæt. conquer. ego R. de M. qui me volentem vti & vtentem via, itinere vel actu per talem fundum, cuius fines sunt tales, prohibet, qua via, itinere vel actu triginta diebus & vltrà vsus sum hoc anno, non vi, non clam, nõ precariò: vnde ne me prohibeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de itinere actuq; priuato, vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quòd ita rectè concipiatur libell. dicit ff. eod. l. 1. Multi tamen apponũt in libello, inquantũ mea interest non prohiberi, vel impediri, condemnari eum mihi peto, & hoc probant per l. vnde. §. in hoc interdicto. ff. eodem. quod non credo posse de iure poni in libello, scilicet quòd vtrunq; petas: scilicet ipsum prohiberi ne inferat violentiam, & cõdemnari ad interesse. Quomodò enim illud stare posset, quòd vtrunque deberetur? vt arg. ff. de pœnit. l. sanctio. & arg. ff. nautæ, caupo. stabul. l. licèt. Item in pœna apposita in contractu hoc videmus, quòd vtrunque non potest peti, nisi actum esset, quòd vtrunque deberetur. vt ff. de doli except. l. apud Celsum. §. Labeo. Præterea, si peto interesse, videtur quòd non possum petere ipsum prohibe-

hiberi: nam interesse seu pretium loco ipsius rei vel facti succedit. vt argu. ff. quod met. caus. l. videamus. & argum. ff. de pet. hær. l. sed & si lege commissoria. & argum. ff. pro empto. l. litis æstimatio. Item ex natura interdicti colligitur, quòd tantùm prohibitio fit in obligatione, vt patet in verbis prætoris. ff. eod. l. 1. in princ. Quid ergò dicitur ff. eod. l. vnde. §. in hoc. quòd fit condemnatio ad interesse. Respondeo, sicut & suprà de interdicto quod vi aut clam. notaui. Nam iudex potest condemnare in illo interesse, si sibi non pareatur in illo quod mandat, scilicet vim non fieri. In prima sententia quam dat in interdicto. vt ff. de rei vendi. l. qui restituere. Prætereà esto quod Actor obtineat in hoc interdicto, quæritur quid prosit sibi victoria. Nam ego Reus qui fui in hoc interdicto cōdemnatus, incontinenti intentabo negatoriam, per quam te prohibebo ne vadas vel vtaris. Quid ergo proderit tibi in hoc possessorio obtinuisse? Respon. multum prodest in hoc possessorio obtinere. Primò, quia dicit authoritas, beatus qui tenebit. vt argum. ff. de verb. oblig. l. si seruum. §. sequitur. Item vtilius est possidere, quam petere. vt ff. de rei vendica. l. is qui. nam quoties sunt dubia vtriusque iura, remanet suo loco possessor. vt Instit. de interdic. l. commodū. Item poterit esse, quòd ille nō probabit se dominium fundi illius habere, per quem iter, quod necesse est in negatoria. vt ff. si serui. vendic. l. 2. Quia dominium rei alicuius probare difficilimum est. vt C. de proba. l. cùm res. Item multū prodest ista possessio: quia interim iste vtetur illa via itinere vel actu, donec ille probet de iure suo: & tenetur cauere illi vtenti, quod eum nō impediat, quādiù de iure suo probauerit Actor in negatoria. vt ff. de vsufruc. l. cuiuscunque. Vnum tamē verè fateor, quod in omnibus possessorijs parū est obtinere, ex quo Actor in petitorio obtinet, & propterea quæstio possessionis dicitur momē-
5 tanea. vt C. de mom. possess. † Quæstio. Item quæritur, an istud interdictum competat pro via vel itinere vel actu debito alicui domui seu prædio vrbano? Respondeo, nō credo: quia tantùm rusticas seruitutes tu-
6 etur. ff. eod. l. 1. §. 2. † Quæstio. Sed quæritur, quare nō datur pro seruitute vrbana sicut pro rustica? Respō. magis iura cōsulunt illi, qui habēt rusticam seruitutē, quam vrbanam: sicut & alia notatur differētia in prædijs rusticis & vrbanis. vt C. loca. & cōduc. l. certi. Oppositio. Item non videtur quod libellus sit benè conceptus propter prædicta: nam in hoc interdicto duo quis debet probare, scilicet se vsum hoc anno, & sibi ius esse ita habere. vt ff. eod. l. vnde. § hoc autē. Respondeo, illud verum est in secundo interdicto de itinere actuq; priua. reficiendo. de quo incontinenti infra dicemus.

Si tu habes seruitutem viæ vel itineris vel actus, & vis reficere locum illum, vnde iter tibi debetur & ab aliquo prohibearis, habes contra illum interdictum de itinere actuq; priuato reficiendo.

De intinere actuque priuato reficiendo. Rubrica.

1 *Interdictum de itinere actuq; priuato reficiendo vt procedat, quot exigantur.*

2 *Positiones Actoris & Rei in tali interdicto. & nume. 3.*

4 *Libellus in tali interdicto quomodo fiat.*

5 *Interdictum de itinere reficiendo, an sit aliud ab interdicto de itinere actuq; &c.*

6 *Interdictum de itinere reficiendo intentare quid prosit.*

7 *Interdicto tali quare probare sit necesse se per annum vsum fuisse.*

8 *Interdicto huiusmodi si possessio probetur, cur necessariū sit seruitutem constitutam probare.*

CVM habes ius viæ itineris vel actus. & vis illam viam iter vel actum reficere, vt possis ire agere: ideò proditum est interdictum de itinere actuq; priuato reficiēdo, per quod prohibetur, ne quis impediat vel prohibeat te volētem reficere viam iter vel a-
ctum. vt ff. eod. l. vnde. §. ait prætor. † Vnde ad hoc vt 2
illud interdictum competat, tot sunt necessaria: Inprimis, quòd aliquis sit vsus hoc anno. Secundum, quòd sit vsus nō vi, non clam, nō precariò. Tertiū, quod probet seruitutem sibi deberi seu competere. Quartū, quòd debeat cauere nomine damni infecti: propter opus quod vult facere in refectione. vt probantur illa ff. eod. titu. l. vnde. §. ait prætor. & §. hoc autem. Quintum, quòd ille qui vtitur, vtatur iure seruitutis. vt ff. eod. l. vlt. Sextum, quòd reficiat quis vsque ad modum cōsuetum impositæ seruitutis. vt ff. eo. l. vnde § hoc autem. Septimum, quòd impediatur ille qui vult reficere: vel quòd reficiat, vel quòd apponat ea, quę sunt necessaria ad reficiendum. vt ff. eod. l. veteres. Octauum, quòd aliquis qui vult reficere, non portet ea quæ sunt necessaria ad refectionē longiori itinere, vel deteriorē causam eundi faciat: tunc enim impunè poterit prohiberi. vt ff. eod. tit. l. veteres. §. fi. Nonum, quòd ille qui vult reficere, portet ea quæ sunt necessaria, per eā partem agri, per quam cum minori incommodo domini fundi portari possunt. alioquin impunè poterit prohiberi vt ff. eo. tit. l. apparet. Decimum, quòd habeat seruitutē cōstitutam, vt dictum est: vel habeat vsum illius viæ vel itineris, cuius nō extet memoria. vt ff. eod. l. apparet. §. vlt. Et quòd dicit ibi longæ possessionis, expone, id est, longissimæ, & talis cuius nō extet memoria: nam cùm seruitus viæ non habeat causam continuam. vt ff. de seruit. l. seruitutes. ideò tempus longissimū est necessarium, ad hoc vt illa seruitus acquiratur. vt ff. de aqua plu. arcen. l. 1. in fin. & l. 2. §. 1. & 3. Si autem sit seruitus, quæ habet continuam causam, tunc quæritur tēpore longo. vt ff. si seruitus vendi. l. si quis diuturno. & C. de seruit. l. si per fundum. Vnde in hoc interdic. Act. fac. tal. pos. † Positio Actoris. Ego dico, quòd per talē tuum fundū iui ad fundum meum. Item dico, quòd ego iui sine vi, clam, vel precario. Itē dico. quòd est mihi ius eundi agēdi per tuum fundū ad fundū meum. Item dico, quod volui tibi cauere nomine damni infecti propter opus quod volebam facere in dicta via causa refectionis. Itē dico, quòd quando ego fui vsus, fui vsus iure seruitutis. Itē dico, quòd ego volebā reficere secundùm modū debitæ seruitutis dictæ viæ seu itineris. Itē dico, quòd tu impedis me volentem reficere. Itē dico, quòd tu impedis me & prohibes vel meos apportantes necessaria ad refectionē. Item dico, quòd via vel itinere ista remoto sicut & primùm ego vtor ad refectionem illius viæ seu itineris. Item dico, quòd ego portabam ea quæ erant necessaria ad refectionē illius viæ vel itineris per fundum tuum cum minori damno illius fundi. Item dico, quòd illa via vel itinere ego & maiores mei sumus vsi per fundum tuum longissimo tempore, cuius temporis nō extat memoria. E-
contrà Reus fac. tal. pos. † Positio Rei. Ego dico, 3
quòd tu iuisti per fundū meum ad fundum tuū tantùm vno anno. si Actor cōfitebitur hoc, succumbet: quia nō poterit allegare quod sit vsus tanto tempore, cuius nō extat memoria. Item dico, quòd fundus meus est liber ab omni seruitute. si hoc cōfitebitur Actor, succūbet: quia non poterit amodò probare se seruitutem habere. Item dico, quòd ego perijā te vt caueres mihi nomine damni infecti, & tu mihi cauere recusasti. Item dico, quòd tu fuisti vsus via illa itinere vel actu vi, clā vel precariò a me. Item dico, quòd tu fuisti vsus remoto animo acquirēdæ tibi seruitutis. Item dico, quòd tu vis reficere vltrà modum debitæ seruitutis. Item dico, quòd Titius tantùm te impedit. Item dico, quòd tu portabas ea quæ erant necessaria ad refectionem illius viæ itineris vel actus per illam partem agri, per quam ager meus fiebat deterior. Item dico, quòd tu afferendo necessaria ad illam refectionem longiori via vel itinere per fundum meum veharis. In hoc autem interdi-
cto concipiet Actor ita libel. † Libellus. Vobis Domi- 4
no potest. Pist. conque. ego R. de M. qui me volentē reficere viam seu actum, quam vel quem habeo per fundum talem, cuius locs sunt tales, de iure mihi constitutam,

tutam & debitam, impedit & prohibet reficere: vnde ne me impediat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de itinere actuque reficiendo: vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quòd ita rectè cōcipiatur libellus, dicit ff. eod. l. vnde. §. ait prætor. nec admitto, quòd ponatur in libello, & quanti mea interest, non prohiberi ipsum condemnari peto: quia licèt iudex possit in interesse condemnare, nō tamen est in obligatione, sicut in superiori interdicto notaui.
5 †QVAESTIO. Sed quæritur, an istud interdictum sit aliud à primo, ita quòd sint duo, vel sint vnū interdictū habens duo capita? Respōdeo, duo sunt interdicta. Nam verba prætoris separatim ponuntur in primo & secundo interdicto. Item dicit ff. eod. l. vnde. hoc autem interdictum distat à superiore. ergò est aliud. Item sunt duo: quia in primo habeo necesse probare tantùm me vsum hoc anno ad minus triginta diebus, vt superiùs notaui. In hoc autem debeo probare me vsum hoc anno, & seruitutem mihi debitam. Item primum competit pro possessione tantùm retinenda. Istud autem interdictum cōtinet causam proprietatis quodāmodò. vt ff. de interdic. l. 2. §. quædam qu[i]a sic-ut aliàs in rei vendicatione nō sufficit probare me possedisse, nisi & probem me dominum: ita & in hoc interdicto nō sufficit probare me possedisse, nisi & probem seruitutem mihi cō[st]itutam. vt ff. eod. tit. l. vnde. §. hoc autem. Alij dicunt, vnum est interdictum, habens duo capita: sicut & aliàs le[x] Aquil. di[c]itur vna, habens duo capita: primum & terti[u]m. vt Instit. ad l[e]g. Aquil. & ff. ad leg. Aquil. l. 2. Item & lex Iulia dicitur vnica, habens quinque capita. vt ff. ad [l]eg. Iul. de adult. l. capite. & lex Velleia dicitur vna: & tamen habet tria capita. vt ff. de liber. & posthu. l. Gallus Aquilius. Item & conditio dicitur vnica, habens duas partes. vt ff. de condi.
6 & demonstrat. l. hæc scriptura. †QVAESTIO. Item quæritur in hoc secūdo interdicto, si habet necesse probare seruitutem si[bi] constitutam, sicut dictum est, quid differat [à] cō[nf]essoria, vel quid prodest illud interdictū intentare? nam in cō[nf]essoria oportet quòd quis probet seruitutem sibi cō[st]itutam, vel testamento, vel pactionibus & stipulationibus, vel longo tempore, vel longissimo, cuius non exte[t] memoria. vt suprà eod. in hoc i[n]terdicto notaui. vt probatur hoc Instit. de actio. §. æque & Instit. de seruitut. § vlt. & ff. de seruit. vendi. l. 2. & l. si quis diuturnn. ita etiam in hoc interdicto, sicut dictum est. Respondeo hæc est differentia: interdictū de itinere actuque priuato reficiendo competit tunc tantùm, quando qui[s] vult reficere, qui dicit sibi seruitutem debitam, & vult reficere: aliàs autem si prohibeas alio modo volentē vti seruitute, non credo interdictum locum habere, sed cōfessoriam. nam si volebas vti seruitute, & ego prohibebam te volentem vti: tu non habebis interdictum, sed confessoriam tantùm. & ita cōfessoria est genus quantum ad interdictum de itinere actuque priuato: quia vbicum[que] competit interdictum & confessoria. at vbi cōfessoria datur interdictum non competit: interdictum autem est species: & ita interdictum habet locum in domicilio suo tantum: scilicet quando al[i]quis vult reficere, vt d[i]ctum est. vt ff. si seruitus vendi. l. loci. §. [s]i quis. Item est & alia differentia: quia qui proponit confessoriā, suf[fi]cit si probet seruitutem sibi constitutam esse, sicut dictum est: at qui proponit interdictum, duo debe[t p]robare, scilicet se vsum hoc anno, & seruitutem sibi constitutam. vt ff. eod. l. vnde §. hoc autem. Vnde nō credo esse vtile proponere interdictum, cùm illa duo debeat probare: nisi quia specialiter volens reficere[,] proponat interdictum. Item confessoria competit siue [a]liquis possideat fundum, siue non. vt ff. de vsufruc. pet. [l. vsufr]uctuario. §. vlt. Interdictum autem non nisi ei qui hoc anno fuit vsus, vt dictum est. Et alias differentias qui[li]bet studiosus narrare potest.
7 † QVAESTIO. Sed quær[i]tur: quare in interdicto isto debet probare aliquis se hoc anno vsum fuisse, nónne satis est[,] si probaret seruitutem suam esse? vt ff. si seruitus vendi[c]. l. loci corpus. §. si quis mihi. & ff. eod. l. vnde. §. hoc autem. Quædam verba posita ibi inueniuntur, scilicet quę dicunt ius sibi esse reficiendi &c. Item & aliud verbum, quod ibi ponitur. s. & seruitutem competere &c. & aliud verbū, quod ibi ponitur. s. fieri autem potest, vt quis ius eundi habet, &c. Respon. posset dici, quòd duo sint necessaria, quòd quis probet si a primo incipiatur. s. à possessione vel vsu: secùs autem si incipias ab altero. s. a seruitute: nam tunc illam tantùm probare sufficit, sicut & aliàs nulla possessio amittitur, nisi corpus & animus interueniat. ff. de acq. possess. l. quemadmodum. Verum est, si à corpore incipias: alioquin si ab animo, sufficit solus animus ff. de acquir. possess. l. possideri. § in amittenda. Itē & alias dicitur, docere debet Actor sua interesse in actione ad exhiben. & tem[p]ore litis contestatæ, & tempore sententiæ. Verum est, si antè litem cōtestatam incipias: alioquin si à tempore sententiæ, sufficit. vt ff. ad exhibeo. l. tign. §. vlt. Sed huic respōsioni obstat quod dicitur in prædicta l. vnde. §. hoc autem. ff. eo. tit. ibi alterutrum si desit: sed fortè ponitur pro altero, vt & aliàs ponitur similiter secundùm quosdam. ff. de leg. 1. si ex toto. §. 1. sed aliàs in confessoria si velim reficere, satis est si probem seruitutē meam esse. vt ff. si seruit. vendic. l. loci corpus. §. si quis mihi. sed in interdicto hæc duo probari debent, vt dictum est: & sic nihil prodest iudicio meo agere interdicto, sed magis cōfessoria, in qua minori oneror probatione. ¶ QVAESTIO. Itē quæ- 8
ritur in hoc interdicto, si probo me esse in quasi possessione viæ, vel itineris, vel actus, quare habeo necesse probare, quod seruitus sit mihi constituta? nónne sufficit sola possessio? cùm & hoc aliàs in rebus corporalibus videas: nam si probo me possidere, non habeo aliud necesse probare: nisi enim Actor probet quod intendit, remanet apud me possessio. vt C. de rei vendi. l. vlt. Item & hoc vide in causa liberali, quæ res fauorabilis est. vt ff. de regul. iur. l. libertas. & prætores etiam fauent libertatibus vt ff. de ali. iudic. mutan. cau. fac. l. 3. & tamen si possideo aliquem seruum, & ille dica[t] se liberum, habet necesse se liberum probare: nec [ego ha]beo necesse probare illum esse seruum, cùm suf[fic]iat mihi sola possessio. vt C. de probar. l. si de possessio. & l. vis eius. cùm fauorabilior sit causa personarū, quam rerum. vt C. de sacrosan eccle. l. sancimus. Respondeo, ratio est in promptu: qui seruitutem dicit sibi deber[i] semper in alieno molitur, & in re aliena intendi[t] sibi, illam deberi: alioquin si esset res propria, in ea seruitutem non peteret, nec possess. vt ff. de seruitut. vrban. prædi. l. si domus. & ff. si vsusfruct. pet. l. vti frui. V[nd]e ex quo certum est, quòd seruitutem mihi assero in al[ie]no, quòd causam debeam [p]robare, qualiter debeam[,] vel pactionibus, v[el s]tipulationibus vel testamēto, vel longo tempore, vel long[issi]mo, sicut suprà dictum est maximè cum quodlibet prædium præs[u]matur l[i]berū, nisi seruitus probetur imposita. At in rebus corporal[i]bus sufficit mihi sola possessio: maxime secūdum Placentinum. qui præsumpsit me dominum ex quo pos[si]deo: licèt hoc nō admittamus: nam si pos[s]ideo, quare haberem aliquid necesse probare, cùm de Actori[s] intentione nō constet: certè nullo modo, alioquin si cōstaret de intētione Actoris, tunc possessor haberet necesse probare, qualiter res ipsa esset sua. vt ff. de rei vendi. l. officiū. maximè ex quo possideo præsumor vtique esse dominus: quia à possessione dominium incepit ex iure gentium. vt ff. de acquiren. possess. l. 1. in pri[nci]p. At quando ego dico me [se]ruitutem deberi: licèt i[l]lam quasi possideam, tamen quia constat de intentione aduersarij, sci[l]icet quia prædium est suum habeo necesse probare seruit[ut]em mihi constitutam, vel alio modo debitam, & hic [es]t c[as]us, vbi qui pos[sid]et, Acto[r]is partes sustinet. vt In[st]itui. de act. in 1. col. Ire enim per fundum meum cui[li]bet liberū est, dummodò iure seruitutis non vadat: possum tamen ipsum volentem ingredi prohibere: & si interuenerit, tenetur iniuriarum: postquàm tamen ingressus fuerit, i[ll]um prohibere nō possum, si sine prohibitione introiuit. vt ff. de iniur. l. iniuriarum. §. vlt. & Instit. de rerum diui[s]. in 2. colu[mn]o. Item de seruo prouocante in libertatem, non est [lo]-

cus

cus oppositioni.& vide rationem: ex quo enim seruus
est in possessione seruitutis,& proclamat in libertaté,
diciteque se liberum,& affirmatiuam proponit,meritò
debet probare se liberum. At in seruitutibus contrà.si
enim possideo,& dominus præd.ij intétat negatoriam
contra me: & ego econtrà dicam, ius est mihi eundi,
agendi: cùm affirmatiuam propono, debeo illam pro-
bare. idem est & in seruo.seruus enim proclamat in li-
bertatem,ego nego ipsum esse liberum: quia simplici-
ter factum nego: non teneor probare, sed sufficit sola
possessio.ille autem quia dicit se esse liberum,cùm af-
firmatiuam proponat, tenetur ipse probare: sicut de
his copiosiùs dicemus infrà in tractatu de confessoria
& negatoria.

*Si habes ius aquæ quotidianæ ducendæ ad prædia tua,& ab a-
liquo prohibearis aquam illam ducere,habes contra illum
interdictum de aqua quotidiana.*

De interdicto de aqua quotidiana.
Rubrica.

1 *Interdictum de aqua quotidiana ad hoc vt veniat, quot requirantur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in tali interdicto. & nume. 3.*
4 *Libellus in tali interdicto quomodo formetur.*
5 *Interdictum de aqua &c. quomodo duret seruitute amissa.*
6 *Interdicto tali quomodo ius alicui quæri possit.*
7 *Interdicto huiusmodi, an l.vlt.ff eodem titul. contradicat.*

QVIA sæpè habent multi ius aquæ quotidianæ
ducendę ad prædia sua, & ab alijs prohibentur
ducere: ideò interdictum de aqua quotidiana
est proditum: quod est prohibitoriũ,& retinendæ pos-
sessionis semper: sed aliquando est restitutorium: pu-
tà,si aliquid fiat ad impediandam quasi possessionem a-
quęductus,quòd illud debet destrui. vt ff.eo.l.1.in prin
1 cip.& §.Labeo. †Vnde ad hoc vt istud interdictũ com-
petat,tot sunt necessaria: Inprimis,quòd aqua illa sit
quotidiana: quotidianam intellige non quę quotidiè
fluit, sed quam quia quotidiè posset ducere, si vellet. vt
ff.eod.l.1.§.hoc interdictum. Secundum,quòd aqua il-
la sit vsus hoc anno,non vi,non clam,non precariò, ad
minus vna die,vel vna nocte. Cęterùm,si antè annum
duxisti,non habes interdictum,nisi infra illum annum
aqua per se fluat.vt ff.eo.in princip.§.quod autem scri-
ptum est.& §.quęsitum. Tertium,quòd aqua illa sit pe-
rennis, id est,perpetua,vel quod nullo tempore desic-
cetur. nulla enim aqua duci potest, nisi quæ perennis
est. vt ff.eod.tit.l.1.§.loquitur. Quartum,quòd aquam
illam ducat a capite,non aliundè. caput autem aquæ
est vnde aqua nascitur: si ea fonte,ipse fons: si ex flumi-
ne, principia fossarum quibus aqua ex flumine duci-
ne ducitur. vt ff.eodem.l.1.§.hęc interdicta. Quintum,
quòd ille qui ducit aquam, putat se de iure ducere: si
autem sciat vel putet se non de iure ducere, non ha-
bet hoc interdictum.vt ff.eod.l.1.§.si iure. & §.Aristo.
Sextò,quòd in illa aqua ducenda non excedat amplio-
rem modum: vel quòd non ducat per aliam regionem,
quàm vndè solitus sit ducere. vt ff.eo.l.1.§.illud. Septi-
mum,quòd illam aquam ducendo aliam non admisce-
at: alioquin non habet interdictum. vt ff.eo.l.1.§ illud
Labeo dicit. Vnde in hoc interdicto Actor fac. tal.posi.
2 POSITIO ACTORIS. †Ego dico, quòd aqua quę exit
de tali fonte vel flumine,est quotidiana: quia quotidiè
posset fluere. Itẽ dico, quòd illa aqua sum vsus hoc an-
no sine vi, nõ clam,vel precario. Item dico, quòd ego sum
illa aqua hoc anno saltem vna die, vel vna nocte vsus.
Item dico, quòd aqua illa semper est perennis.i.nullo
tempore desiccatur. Item quòd aqua illa oritura tali
fonte, vel à tali flumine. Item dico, quòd ab illo fonte
& flumine aquam duco. Item dico, quòd ego duco a-
quam istam iure seruitutis, & iure meo. Item dico,
quod ego duco ita, sicut & primò ducebam. Item di-
co, quòd illam aquam per eundem locum duco, sicut
& ducere solebam. Item dico, quòd illam tantùm aquã
ducere solitus sum sine alia. Econtra Reus facit tales
positiones. †POSITIO REI. Ego dico, quòd aqua illa 3
currit tantùm in hyeme, & in æstate siccatur: si hoc cõ-
fitebitur Actor, absoluetur Reus: quia aqua nõ est quo-
tidiana, nec perennis. Item dico, quod aqua illa est v-
sus Titius tãtùm: si hoc cõfitebitur Actor, succumbet:
quia si Titius tantùm fuit vsus, ergo non ipse. Item di-
co, quòd illa aqua fuisti vsus vi, clam, vel precariò à
me. Item dico, quòd aquam illam quam ducis, à tali lo
co ducis. Item dico, quòd locus ille est tãtùm remotus
à fonte vel à flumine, vnde aqua illa habet initium: si
hoc cõfitebitur Actor, succumbet: quia nõ ducit aquã
à capite. Item dico, quòd tu scis seu credis te contra ius
& iniustè aquam istam ducere. Item dico, quòd aquam
istam ducis per aliam regionem, quam hoc anno duxe-
ris. Item tu hanc aquam ducendo aliam aquam admi-
sces. Item in hoc interdicto concipiet Actor ita libel-
lum. LIBELLVS. † Vobis Domi.&c. conque. ego R. de 4
M. qui me prohibet ducere aquam per fundum talem,
cuius fines sunt tales: quam aquam duxi hoc anno non
vi, non clam, non precariò: vnde ne me impediat seu
prohibeat, ago contra ipsum: & ad hoc propono inter-
dictum de aqua quotidiana, vel actionem in factũ sub-
rogatam in locum ipsius interdicti. Quòd ita rectè cõ-
cipiatur libellus, dicitur ff.eo.l.1.in princip. Quidam ta-
men apponunt in libello, & petunt interesse, vt ita di-
cant: & quia in an. interest mea non esse prohibitum,
ideò ipsum ad interesse meum condemnari peto, & ad
hoc propono prædicta iura, & probant hoc. vt ff.eo.l.
1.§.præterea. sed non credo, quòd possit peti per inter-
dictum: licet in illud condemnari possit Iudex, sicut
in superioribus interdictis notaui. Nec obstat §.ille
præterea. quia ibi propter factum tuum amiseram ius
aquæ ducendę. vnde quia in hoc casu est restitutoriũ,
ideò mihi restituitur illud interesse. QVAESTIO. † Sed 5
quęritur in illo §. quomodo interdictum duret serui-
tute mihi debita aquæ ducendę amissa? maxime cùm
interdicta sint annalia de eo quod nõ peruenit ad violẽ
tum. vt ff. de interd.l.pen. & seruitus nõ amittatur, nisi
decem annis ad minus. vt ff.de vsucap. sequitur §.si vi-
am. nam si aquam duxi in hoc anno, seruitutem non a-
misi: si non duxi, interdictum non competit. Respond.
tempore illarum legum seruitus biẽnio amittebatur,
sicut & dominia rerum immobilium, vt Inst.de vsuca.
in princi. licèt hodie tempora sint prorogata: vnde ita
dicas, quod lis sit contestata super interdicto, & ita
interdictum est perpetuatum: actio tamẽ pro seruitu-
te competens est amissa, & sic fiet condemnatio in in-
terdicto habita ratione seruitutis amissæ. & sicut & a-
liàs de eo restituit hominem vsucaptum post rei ven-
dicationem intentatam. vt ff.de rei vendic.l.si post ac-
ceptum iudicium. Nec obstat si opponis, quòd conte-
stata lite super interdicto, videatur actio pro seruitu-
te competens perpetuata. hoc non est verum: nam in-
terdictum quoddam est præparatorium ad confessori-
am, quę pro seruitute competit, vnde propterea non
perpetuatur confessoria propter litis cõtesta. super in-
terdicto, sicut nec perpetuatur rei vendic. lite contest.
super actione ad exhibendũ. vt ff.ad exhib.l.Iulianus.
§.quęsitũ. & ita respõdit Dominus meus Rogerius Be-
neuentanus. † OPPOSITIO. Sed videtur mirabile, quod 6
interdictum competat propter vsum aquę quotidianæ
ductæ per noctem vnam vel diem. quomodo vnquam
mihi ius posset quęri? Respond. quantũ ad causam pos-
sessio. non refert quo tempore quis vel quanto tempo-
re, sed an vtatur: licet quoad petitorium illud consi-
deretur: sicut & alias habes in interdicto de itinere a-
ctuque priuato, quod competit si tu iuisti saltem tri-
ginta diebus, vt superiùs notaui. OPPOSITIO. Op-
ponitur, non videtur quòd sit hoc interdictum alicu-
ius vtilitatis. ecce dominus intentat negatoriam con-
tra istũ, iste habet necesse probare de iure suo, qualiter
sit sibi seruitus constituta: aliàs hoc interdictũ vel in
modico, vel in nullo sibi proficiet: quia licèt in seruitu
tib. aliquis possideat, necesse tamẽ habet probare de iu
re suo. vt In-

vt Inst. de act. in 1. colum. Respond. dic vt notaui supra de interdict. de itinere actuque priua. In hoc enim prodest: quia aut est in possessione seruitutis ille qui vult ducere aquã, aut nõ: si est in possessione, licèt agat cõtra eum negatoria, cauebitur sibi, quòd nõ impediatur ducere aquam quandiù de iure suo probauerit. Si autem nõ sit in possessione, cauebit ipse qui petit seruitutem, quòd illa seruitute nõ vtatur, quandiù de iure suo prober sine præiudicio seruitutis amittendæ. vt

7 ff. eod. ti. l. si de via. † QVAESTIO. Item quæritur: dictum est supra in hoc interdicto, quòd eodem modo & loco debet quis aquam ducere, alioquin possit impunè prohiberi. videtur lex velle cõtrarium. ff. eod. l. vltim. nam ibi dicitur, per quancunque partem fundi potest riuum facere ille qui habet ius aquæductus, dummodò aquæductus non interuertatur. & ff. eod. l. 1. §. illud tamen. quia non debet ducere aquam per aliam regionem. Respondeo: lex illa loquitur, quando alicui de iure competebat seruitus: & ideo potest riuum ducere qua parte fundi velit, subaudi ab initio: postquàm autem elegit, non ducet per alias partes. vt ff. de seruitut. l. si cui. At l. 1. §. illud. loquitur quando ius aquæductus mihi nõ competebat, sed tantùm erat vsus. vnde per aliam regionem non dubo. Et sic si rectè consideres, idem est in vtroque, cõsiderato initio, sicut dictum est.

Si habes ius ducendi aquam æstiuam ad locum tuum, & ab aliquo impeditus, habes contra eum interdictum de aqua æstiua.

De interdicto de aqua æstiua.
Rubrica.

1 *Interdictum de aqua æstiua vt procedat, quot exigantur.*

2 *Positiones Actoris & Rei in interdicto de aqua æstiua. & num. 3.*

4 *Libellus in tali interdicto quomodo concipiatur. & nume. 5.*

6 *Interdictum vtile & non directum, quo casu competat.*

7 *Interdictum de aqua quotidiana, nunquid sit aliud ab interdicto de aqua æstiua.*

8 *Interdictum de aqua quotidiana, an eo casu competat, quando competit interdictum de aqua æstiua.*

VERVM quia propter aquam quæ æstate tantùm ducitur, est proditum aliud interdictũ de aqua æstiua, ideò de eo videamus. Si ergò aliquis duxit aquam in priori æstate, & modò vult ducere, sed impeditur ab aliquo, habet istud interdictum de aqua æ-

1 stiua. vt ff. eod. l. 1. ff. deindè ait prætor. † Vnde ad hoc vt illud interdictum competat, tria sunt necessaria: Inprimis, quòd aqua illa sit quotidiana: nã æstiua à quotidiana differt vsu, nõ iure. vt ff. eod. l. 1. §. quotidiana. Secundum, quòd aquam illam duxeris in priori æstate, hoc est, nõ in ista æstate, sed in præcedenti: alioqui si in hac æstate, locum habet vtile interdictum, de aqua æstiua. vt ff. eo. l. 1. §. quòd autem dicimus. & §. qui hac æstate. quæ æstas durat sex mensibus, scilicet, quia incipit ab æquinoctio veris, & finitur in æquinoctio autũnali. vt in prædict. § dicitur. alia tempora sunt hyemis, vt patet in versibus istis:

Festum Clementis, hyemis caput est orientis.
Cedit hyems retrò, cathedrato Simone Petro.
Ver fugat Vrbanus, æstatem Simphorianus.
Id tibi quod restat, autumni tempora præstat.

Benè dixi, quòd aqua æstiua debet esse quotidiana: nam omnis aqua quæ de æstate currere potest, est quotidiana. omnis enim aqua quæ currit, in æstate currit & hyeme: sed nõ conuertitur. Multæ enim aquæ currunt in hyeme, quæ in æstate desiccantur. Tertium, quòd duxeris saltem vna nocte vel die: sicut & in superiori interdicto dixi: cùm hæc aqua differt à quotidiana nõ iure, sed vsu, vt dictum est, & omnia quæ ibi dixi, hic repetas. Quartum, quòd duxeris nõ vi, non clam, nõ precario. vt ff. eod. l. 1. §. deindè ait prætor. Vnde in hoc interdicto Act. fac. tal. pos. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd illa aqua quæ est in fõte tali seu flumine, est quotidiana: quia quotidiè fluit, vel posset fluere. Item dico, quòd illa aqua ego fui vsus priori æstate. Item dico, quòd ego duxi illam aquam saltem vna nocte vel die. Item dico, quòd duxi illam nõ vi, clam, vel precariò. Item ego duxi ab illo loco, vndè oritur aqua. Item ego duxi credens me ius habere: omnes enim conditiones, & omnia quæ desiderantur in superiori interdicto, desiderantur & hic. Econuersò Reus fac. tal. posit.

3 POSITIO REI. † Ego dico, quòd hæc aqua in æstate siccatur. Item dico, quòd iam sunt duo anni, quòd aquam illam duxisti. Item dico, quòd tu duxisti illam aquam vi, clam, vel precario à me. Item dico, quod tu duxisti illam aquam credens te ius nõ habere. In hoc autem interdicto cõcipiet Actor ita libellum. † LIBELLVS. Vobis Dom. &c. cõquer. ego N. de M. qui me prohibet vel impedit ducere aquam æstiuam ad fundum meũ ad irrigandas terras, cucumellas, vel citreolas, vel faseolos, vel alia, vti aquam illam duxi priori æstate. vndè ne me impediat vel prohibeat, ago cõtra ipsum, & ad hoc propono interdictum de aqua æstiua, vel actionem in factum subrogatam in locũ prius interdicti. Quòd ita rectè cõcipiatur libellus, dicit ff. eo. l. 1. §. deindè ait prætor. Si autem in priori æstate nõ duxisti, sed in hac æstate, & impediris, concipiatur libellus modo prædicto, vt istud mutes. † LIBELLVS. Qui me impedit seu prohibet ducere aquam, sicuti in hac æstate duxi. vnde ne me impediat, ago cõtra ipsum. & propono interdictum vtile de aqua æstiua, vel actionem vtilem in factum subrogatam in locum interdicti. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit ff. eod. l. 1. §. qui hac æstate.

6 † QVAESTIO. Sed quæritur, quare in hoc casu competat vtile & nõ directum? Respond. sententia locum habet, & verba deficiunt: prætor enim dixit, vti aquam duxisti priori æstate. vt ff. eo. l. 1. §. deindè ait prætor. ille duxit hac æstate, & no priore, & ideò sententia concordat, sed verba deficiũt. vt in ead. l. §. quòd autem. & §. qui hac. Sicut & aliàs, vbi sententia locũ habet. locũ habet vtilis, ex quo verba deficiũt. vt ff. si quadr. paup. fecis. dicatur. l. pen. † QVAESTIO. Item quæritur, quare istud interdictum sit factum, cùm sufficeret primum? & nunquid sit aliud? cùm aqua æstiua à quotidiana nõ iure differ, sed vsu. vt ff. eo. l. 1. §. quotidiana. Respond. ideò fuit factum, quia in speciali casu loquitur, scilicet, quando aliquis vult ducere aquam, quam in æstate duxit. & etiam differũt inter se quantum ad factum. vt ff. eo. l. 1. §. quòd autem. licet autem omnia quæ requiruntur in vno, requirantur in alio, vt dictum est. Fuit autem istud ideò inuentum: quia vtile erat aquam ducere in æstate propter hortos ad irriganda ea quæ ibi sunt: nec facias vim in verbo. quod dixi ad irrigandas quasi nõ habeãt locũ interdicta alia: imò habent. nam & si alia de causa ducta sit aqua, nihilominus competunt interdicta. vt ff. eo. l. 1. §. idem Labeo scribit. eum si prætor. † QVAESTIO. Item quæritur, an interdictum de aqua quotidiana competat in eo casu, quando competit interdictum de aqua æstiua? videretur quòd sic, quasi quòd illud sit genus, istud species, sed non puto: quia doli clausula nõ pertinet ad ea, de quibus specialiter cautum est. vt ff. de verb. obligat. l. doli. & arg. l. ad idem. ff. de pœn. l. sanctio.

Si ducis aquam per castellum, id est, per receptaculum quoddam ad locum tuum, & impediris illam aquam ducere, habes interdictum de aqua ex castello ducenda.

De interdicto de aqua ex castello ducenda.
Rubrica.

1 *Interdictum de aqua ex castello &c. vt competat, quot requiruntur.*

2 *Positiones Actoris & Rei in tali interdicto. & nume. 3.*

4 *Libellus in tali interdicto quomodo concipiatur.*

SED quia aliquando aqua ducitur ad prædium alicuius vel domum ex receptaculo illo quòd aquam publicam suscipit, quod vocatur castellum: ideo proditum est interdictum de aqua ex castello ducenda. Vnde si aliquis habet ius aquę ducendæ ex castello, & prohibeatur ab aliquo illam aquam ita ducere: habet hoc interdictum de aqua ex castello ducenda, vt ff. eod. l. 1. §. ait prætor, quo ex castello. Vnde † ad hoc vt
1 istud interdictum competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd ius aquæ ducendæ sit tibi concessum ab eo qui concedere potuit: putà, ab Imperatore vel senatu. nulli enim aquam ducere ex castello, id est, ex receptaculo, quòd aquam publicam suscipit, conceditur: nisi sibi à principe vel senatu concedatur, vt ff. eo. l. 1. §. hoc interdictum necessarium. & ff. de flumin. l. quominùs. Secundum, quòd violentia tibi inferatur, aliàs nó competit, vt ff. eod. l. 1. §. ait prætor quo ex castello. Tertium, quòd si de nouo vis ducere ex illo receptaculo seu castello quòd tu caueas nomine damni infecti vicinis, vt ff. eod. l. 1. §. ait prætor quo ex castello. in fin. Quartum, quòd receptaculum ex quo aqua ducitur sit tale, quòd aquam suscipiat publicam, vt ff. eod. l. 1. §. hoc interdictum necessarium. Et istud nota, quòd licet prædicta interdicta, scilicet de aqua quotidiana, & de aqua æstiua sint possessoria: istud tamen interdictum respicit causam proprietatis, quia si est tibi concessum seu assignatum ius à principe vel senatu, habes tu hoc interdictum, non autem habes, licèt vsus fueris tempore tanto, cuius non extet memoria, vt ff. eo. l. 1. §. vltim. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. & sic ille §. intelligitur de ductu aquæ à flumine publico. Cæterùm si aliunde deducatur aqua & habet continuam causam, quęritur seu acquiritur seruitus illa tempore longo. vt C. de seruit. l. s. Quintum est necessarium, quòd ille qui vult ducere, ducat ita quòd vicinis non noceat, vt ff. eod. titul. l. hoc iure. §. ex flumine. Princeps enim qui concedit alicui vt ducat aquam, videtur concedere sine damno aliorum, vt & alias ff. ne quid in loco publi. l. 1. §. meritò. Rescripta enim principis & priuilegia sine cuiusquam iniuria concedi solent, vt C. de emancipa. liber. l. nec xuus. Vnde in hoc interdicto actor facit tales po-
2 sitiones. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd io tali loco est quoddam receptaculum, in quo colligitur aqua publica. Item dico, quòd locus vocatur castellú. Item dico, quòd dominus Imperator vel senatus concessit mihi ducere aquam ex illo loco. Item dico, quod tu me prohibes illam aquam ducere. Item dico, quòd quando volui ducere aquam volui satisdare nomine damni infecti. Item dico, quòd illam aquam duco & volo ducere sine damno alicuius vicini. Econtrà reus facit ta-
3 les positiones. POSITIO REI. † Ego dico, quòd locus ille vbi aqua recipitur, est priuatus. Item dico, quòd tu ducis aquam, seu vis ducere sine omni priuilegio principis vel senatus. Item dico, quòd quando volebas ducere aquam, ego petij vt caueres mihi nomine damni infecti, & tu recusasti cauere. Item dico, quòd tu vis ducere aquam cum incommodo meo & vicinorú meorum. Item dico, quòd Titius rantùm infert tibi violentiam. In hoc autem interdicto actor facit ita libellum.
4 † LIBELLVS. Vobis domin. &c conqueror ego R. de M. qui iniustè prohibet me, seu impedit aquam ducere ex castello, & ex illo tali receptaculo, quòd continet aquam publicam, ius est mihi seu competit aquam ducere: vnde ne me prohibeat, ago contra ipsum: & ad hoc propono interdictum de aqua ex castello deducenda, vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit ff. eod. l. 1. §. ait prætor, quo ex castello. OPPOSITIO. Sed quæritur, nam non videtur, quod istud interdictum habeat locum. Nam ista est ratio istius Interdicti, quòd aliquis non ducat aquam publicam sine licentia Principis, vt supra dictum est. Sed probo, quòd etiam sine licentia Principis possum ducere aquam publicam: nam ecce flumina publica sunt, vt ff. de flumin. l. 1. §. 2. & 3. & tamen possum mea authoritate ducere aquam: dummodò Imperator vel Senatus non prohibeat, vt ff. eod. titul. l. quominùs. Respondeo: bene verum est, quòd tu potes ducere aquam ex flumine publico, etiam sine principe: sed aquam publicam, id est, publico vsui destinatam, id est, vsui reipublicæ, non potes ducere sine priuilegio principis. vt ff. de flumin. b. l. quò minùs. Et in hoc casu attende quod dicit hoc interdictum de aqua ex castello ducenda, id est, ex eo receptaculo, quod aquam publicam suscipit. vt ff. eodem. l. 1. §. ait prætor, quomodò ex castello. Vel aliter vt puto, loquitur fortè hoc interdictum: habeo prædium meum vel domum iuxta flumen vel riuum inter prædium seu domum meam est via publica, volo ducere aquam supra viam publicam ad prædium vel ad domum meam, & sic facere castellum, id est, receptaculum quòd suscipiat illam aquam publicam. certè hoc non possum facere sine mandato, principis. Quòd ita sit intelligendum illud interdictum dicit ff. de aqua plu. arcend. l. si in loco publico. §. sine iussu. Vel ita pone exemplum: habeo domum ex vna parte viæ publicæ: & aliam domum ex alia. volo facere pontem inter vtraque domum, vt capiam aquam pluuialem pro cisterna: & ita facere castellum, id est, receptaculum quo recipiam aquam pluuialem: certè non possum facere sine licentia principis: nam pontem supra viam publicam facere nulli conceditur. vt ff. ne quid in loco publ. fiat. l. 1. §. tractatum. ad hoc facit. ff. eodem l. 1. §. permittitur.

Si tu habes riuum, per quem aquam ducis, & per illum impediaris ab aliquo aquam ducere, habes contra illum interdictum de riuis.

De interdicto de riuis. Rubr.

1 *Interdictum de riuis vt procedat, quot exigantur.*
2 *Positiones actoris & rei in interdicto de riuis. nu. 3.*
4 *Libellus in interdicto de riuis quomodo concipiatur.*
5 *Interdictum de riuis an rectè in libello proponatur, quando concipitur libellus, vt aqua per septa, vel specum, vel cuniculum, vel de puteo ducatur.*

SI ALIQVIS habet aliquem riuum, per quem riuum ducit aquam: & prohibetur ab aliquo ne ducat: vel vult reficere riuum, vel purgare, & ab aliquo prohibetur: ideò proditum est interdictum de riuis. vt ff. eod. l. 1. in princip. Idem etiam si aliquis habeat specus, vel septa in flumine: vel habeat incilia vel puteum, & vult ducere aquam vel reficere, vel purgare: si ab aliquo prohibeatur, habeat hoc interdictum de riuis. vt ff. eodem. l. 1. in princip. Quid autem differant inter se attende. Riuus enim est locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrit. Specus est de quo aquæ despuitur, aliàs despicitur, scilicet quãdo aqua ducitur per locum coopertum. vt ff. eod. l. Seruius. in princip. vnde & spectacula dicta sunt. Septa sunt quæ ponuntur ad incile fluminis aquæ deriuandæ vel compellendæ causa: siue lignea siue lapidea, vel de alia materia ad continendam aquam & transmittendam. Incile autem dicitur locus iuxta flumen, vt dictum est: quia inciditur lapis, vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi duciué possit: sicut hæc probantur ff. eod. l. 1. in princip. & §. riuus. & §. specus. & §. septa. & §. incile. Vnde † vt istud interdictum competat, tot sunt necessaria. In 1
primis, quòd riuus ille sit facta causa ducendæ aquæ. vt ff. eodem. l. 1. §. aquæ. Secundum, quòd illo riuo sit vsus hoc anno vel in priori æstate. vt ff. eodem. l. 1. in princi. §. hoc interdictum. Tertium, quòd sit vsus non vi, non clam, non precariò. vt ff. eod l. 1. §. 1. & §. hoc interdictum etiam. Quartum, quòd aliquis te prohibeat volentem ducere aquam vel reficere vel purgare illum riuum. vt ff. eod. l. 1. in prin. Quintum, quòd eo modo ducat & per eundem locú, sicut duxit hoc anno seu priori æstate: alioquin impunè prohibetur. vt ff. eodem. l. 1. §. sed si quis terrenum. & §. sed si eundem. Veruntamen nouum canale vel fistulas ponere poterit in riuo, licèt non habuerit: dummodò non incommodetur ager illius per

quem aqua ducitur, vt ff.eodem.l Seruius.§.si q[illegible]s nouum. Et est sciendum quòd licet nuncietur nouum opus illi qui volebat reficere riuum, non valet nunciatio quominùs po[illegible]r reficere, licèt per negatoriam possit prohiberi, vt ff.eod.l Seruius.§.si quis riuum. nec facio differentiam si sit riuus in publico an in priuato: siue sit riuus aquæ frigidæ siue calidæ. nam etiam pro riuo, per quem aqua ducitur in vaporibus balnearijs locum habet hoc interdictum vtile, vt ff.eod.l.Seruius §.hoc interdictum. vtile autem ideo datur, quia sententia concordat, verba deficiunt, sicut sæpe d[illegible]um est. QVÆSTIO. Sed illud quæritur, volo reficere riuum: aduersarius intentat contra me negatoriam, sum ergo a refectione prohibēdus? videretur quòd sic vt ff.eod.l.Seruius.§.hoc interdictum. Sed econtrà videtur, quòd non sum repellendus: quia & nunciatio noui operis impunè contemnitur, vt d[illegible]um est: quia interest Reipublicæ riuos refici, ne homines siti moriantur. vt ff.eod.l. vltim. Respondeo, aut ille qui vult reficere est in possessione il[illegible]ius riui, & tunc non credo eum p[illegible]hiberi per negatoriam quominùs reficiat: a[illegible] non est in possessione, & tunc credo eum prohiberi, vt di[illegible]guit lex. argumen.ff.de aqua quotid. & æsti.l si de st[illegible]nere. nisi in eo casu, quando riuus i[illegible]e es[illegible]et necessari[illegible] [illegible]opter sitim, tunc enim non facta distinctione possessionis crederem ipsum reficere posse, eti[illegible]m si negatoria ab aduersario intentatur. Vnde quod Ioan. dicit ff.eod.titu l.Seruius.§.si quis riuum. quod possum eum prohibere per negatoriam: attende hoc [illegible]erum esse, quando non publica causa volebat reficere, scilicet propter sitim. Vnde in hoc interd[illegible] [illegible]t facit tal.

2 positiones. †POSITIO ACTORIS. Ego d[illegible]co, quod riuus talis, cuius fines sunt tales, est factus causa aquæ ducendæ. Item dico, quòd per riuum i[illegible]lu[illegible]n duxi aquam hoc anno, vel [illegible]ac priori æstate. Item dico, quòd il[illegible]am aquam duxi nō vi, clàm, vel precariò. Item dico, quòd t[illegible] prohibes me volentem vti aqua illa, seu volentem reficere. Item dico, quòd eo modo & loco volo ducere prædictam aquam sicut duxi hoc anno. Eædem etia[illegible] confessiones possunt fieri quando aliquis vult ducere aquam per specum, vel septa, vel de puteo, vel etiam ad balneum per cuniculos, sicut superiùs dixi. & & ff.eod.l.seruitus Econtrà reus facit tales positiones.

3 †POSITIO REI. Ego dico, quòd riuus ille est minus idoneus ad suscipiendam aquam: si hoc confitebitur actor, absoluetur reus, quia non est propter aquam recipiendam, sicut superiùs diximus. Item dico, quòd per riuum illum iam sunt duo anni quòd tu desijsti ducere aquam: si hoc confitetur actor, succumbet: quia iam non di[illegible]xit hoc anno vel priori æstate. Item dico, quòd tu aquam illam duxisti vi, clàm, vel precariò à me, si hoc confitebitur actor, succumbet: quia amodò male est vsus. Item dico, quòd Titius tantùm te prohibuit volentem ducere aquam vel reficere. In hoc autem interdicto concipiet actor ita libellum. †LIBELLVS. Vobis

4 dom.H.po.Pist. conqueror ego R.de M. qui me prohibet & impedit ducere aquam per riuum, vel septa, vel per specum, vel ducere aquam de puteo, sicut priori æstate, vel hoc anno duxi, vel reficere, vnde ne impediat vel prohibeat ago contra ipsum: & ad hoc propono interdictum de riuis, vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit ff.co.l[illegible].in princip. †QVÆSTIO.

5 Sed i[illegible]lud quæritur quando cōcipio li[illegible]ellum vt ducam aquam per septa vel specum vel cuniculum vel de puteo, an rectè proponatur in libello interdictum de riuis. Respondeo, fo[illegible] [illegible]uòd sic, cùm nome[illegible] riui sit quoddam nomen generale, & omnia prædicta sub se comprehendat, vel si velles dicere, quòd ponens in libello interdict[illegible]m de specu, quādo vel[illegible]es agere de specu: vel interd[illegible]ctum de puteo, quando vel[illegible]es agere de puteo, vel interdictum de s[illegible]ptis, qu[illegible]do velles agere de septis, vel quando vis ag[illegible]re pro talibus dicas: propono vtile inte[illegible]d[illegible]tum de [illegible]iuis. vt argumen.ff.eod.tit. l.Seruius.§.hoc interdi[illegible]um.

Si aliquis habet vsum hauriendæ aquæ de puteo vel d[illegible] vel piscina, vel lacu, & ab alio impediatur, ha[illegible] illum interdictum de fonte. Et si vult refice[illegible] fontem, & ab alio impediatur, habet interdictum de fonte reficiendo.

De interdicto de fonte reficiendo. Rubrica.

1 *Interdictum de fonte reficiendo vt competat, quot necessaria sint.*

2 *Positiones actoris & Rei in interdicto de ponto reficiendo. & nu.3.*

4 *Interdi[illegible]um tale an locum habeat in locis vbi tantum cisternæ inueniuntur: & aliquis cisternam purgare ve[illegible]t et illa aqua vti.*

5 *Libe[illegible]i in huiusmodi interdicto quomodo fiant. & cum nu. aliquot seq.*

7 *Interdictum tale an locum habeat si quispiam nō [illegible]llo anno, sed alio vsus fuerit.*

8 *In l[illegible]bello si dicatur, vsus sum hoc anno, an de isto anno, vel de media anni parte intelligatur.*

SAEPE contingit, quod quis habet vsum hauri[illegible]dæ aquæ de [illegible]onte, vel de puteo, vel de pi[illegible], v[illegible] de lacu, & ab alio impe[illegible]itur vti: ideo prod[illegible] [illegible]interdictum de fonte, & quia aliquando quis [illegible] reficere fontem, puteum, piscinam, vel lacum, quo[illegible] aqua vtitur, & ab aliquo prohibetur reficere ve[illegible] p[illegible]are, ideo fuit proditum interdictum de fonte [illegible], vt ff.eo.tit.l.1.in princip. & §.deinde ait prætor. Et licèt dominus Ioan. fecerit duos circulos [illegible]n arbore actionum de istis duobus interdictis: ego tame[illegible] con[illegible]n[illegible]ctim de vtroque tracto propter cōnexitatem, [illegible]ta quæ desiderantur in vno & in alio, præterquàm quò[illegible] pri[illegible]mum interdictum requirit vsum, secundum se[illegible] refectionem. †Vnde ad hoc vt ista interdicta co[illegible]tant, tot sunt necessaria. In prim[illegible], quòd fons si[illegible] [illegible]reus, lacus, vel piscina. Secundum, quod in i[illegible] viua: alioquin non habet locum i[illegible]ud interd[illegible] ff.eod.l.1.in princip. & §. hoc interdictum de ci[illegible]. Tertium exigitur, quòd aliquis te prohibeat. vt [illegible] s.§.hoc autem interdictum locum habet. & habe[illegible] siue quis prohibeatur haurire aquam, siue pecus [illegible] lare, vt prædicto §. Quartum, quòd quis velit p[illegible] fontem, lacum, puteum, seu [illegible]nam, vt ff.co.l.[illegible] inde. Quintum, quòd i[illegible]le qui [illegible]uit vsus, fuerit v[illegible] anno non vi, non clam, nō precariò, vt ff.co.l.1. & §. deinde. Sextum, quòd ita quis vtatur vel p[illegible] cut consuetus est vti seu purgare. vt ff.co.l.1.§.hoc in[illegible]dictum eandem. Siue ergo velit quis purgare fo[illegible], seu cohercere aquam fontis ne fluat vel dilabatu[illegible] [illegible]om petit sibi hoc interdictum. vt ff.co.l.1.§.vl. Vnde [illegible]oc interdicto act.fa.tal.posi. †POSITIO ACTORIS. [illegible] 2

co, quòd [illegible] tali loco, cuius fines sunt tales: est [illegible] puteus, seu lacus, vel pi[illegible]ina. Item dico, quòd in i[illegible]it aqua viua, quare facimus hanc confessionem? quia si non sit aqua viua, sicut in cisterna, non competit hoc interdictum, vt ff.co.l.1.§.co.l.1.§. hoc interdictum de cisterna. †QVÆSTI[illegible]. Qui[illegible] ergo si sumus in partibus illis, vbi aqua viua non [illegible]uenitur, sed tantùm cister[illegible], & vbi aquæ [illegible] i & ve[illegible] solent, sicut est in Apu[illegible] p[illegible]a[illegible]nai[illegible] quibusdam locis, vt ff.de alimen. & ciba. l[illegible] vl[illegible] & volo [illegible]ur[illegible]re [illegible]nam, vel volo haur[illegible]re [illegible], & vt aqua [illegible]lo sicut [illegible] vsus hoc anno, non [illegible], n[illegible], non precari[illegible]. R[illegible]pondeo, credo vtile i[illegible]t[illegible]rd[illegible]u[illegible] [illegible]e fonte locum ha[illegible]e: quia sententia cōcordat, [illegible] [illegible]erba d[illegible]ficiant. & [illegible]d denegatur interdictum pro c[illegible] [illegible]e n[illegible].co[illegible] inte[illegible]igas [illegible]negari directum. I[illegible]n[illegible]o, quod tu prohibes me vti i[illegible]la aqua, vel re[illegible]cere [illegible]n illu[illegible], vel appellere o[illegible] ad [illegible]au[illegible]um [illegible]æ. I[illegible]o, quòd ego vol[illegible]bam vt[illegible] cut s[illegible] v[illegible] [illegible]d ego s[illegible] vsus hoc anno [illegible]la[illegible]a [illegible] v[illegible] [illegible]el prec[illegible]. [illegible]contrà r[illegible] [illegible]al[illegible] [illegible]e [illegible] 6

TIO REI. Ego dico, qu[illegible] [illegible] tali loco lu[illegible] fo[illegible], licèt

de[illegible]

desijt esse: si hoc confitebitur actor, succumbet: quia non inuenitur fons, pro quo interdictum competat. Item dico, quòd in illo loco est aqua collecta imbribus, si confitebitur actor, succumbet: quia non competit interdictum, nisi pro aqua viua, vt dictum est. Item dico, quòd Titius tantùm te prohibet vti aqua illa, vel purgare fontem. Item dico, quòd tu vsus fuisti aqua illa hoc anno vi, clàm, vel precariò a me. Item dico, quòd tu vis vti aqua illa seu purgare fontem in alio statu & alia forma vel modo quàm fueris vsus. Item dico, quòd via venas quærere seu aperire. In hoc au-
5 tem interdicto côcipiet actor ita libellum. † LIBELLVS. Vobis domi. H. po. Pist. conqueror ego R. de M. qui me prohibet vel impedit vti aqua de fonte, lacu, puteo, vel piscina tali, cuius fines sunt tales, qua aqua vsus sum hoc anno non vi, non clàm, non precariò, vnde ne me impediat vel prohibeat vti aqua illa, sicut hoc anno vsum sum, ago contra illum, & ad hoc propono interdictum de fonte, vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quod ita rectè concipiatur libellus dicit ff. eod. l. 1. §. deinde. Si autem vis
6 concipere libellum pro reficiendo fonte dicas ita. † LIBELLVS. Vobis domi &c. conqueror ego Rog. de M qui me prohibet vel impedit purgare fontem vel reficere piscinam, vel lacum, vel puteum, cuius fines sunt talea. Vnde ne me impediat purgare prædicta, sicut ius est mihi purgandi, & vsum sum hoc anno nô vi, non clàm, non precariò, ago contra ipsum: & ad hoc propono interdictum de fonte reficiendo, vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit ff. eodem. l. 1. §. deinde.
7 † QVAESTIO. Sed quæritur quare in libello ponitur vti sum vsus hoc anno. quid e[...]o si non hoc anno sed alio fui vsus: nunquid locum habet hoc interdictum? Respondeo, non puto: maximè cùm omnia interdicta sint annalia, de eo quòd non peruenerit ad violentum vel ad prohibentem: licèt de his quæ peruenerunt perpetuò competant, vt ff. de interdictis. l. penult. QVAES-
8 TIO. † Item quæritur de eo quod dicit vsum hoc anno: quare non dicit quot diebus debeo hoc anno esse vsus: verùm per totum annum an pro media parte anni? Respondeo: idem puto quod in interdicto de itinere actuque priuato suprà notaui.

Si vis cloacam tuam purgare, & ab alio impediris. Item si vis cloacam de nouo facere, & ab aliquo prohiberis. Item si aliquis immisit cloacam in tuo, habes contra eum interdictum de cloacis.

De interdicto de cloacis. Rubrica.

1 *Interdictum de cloacis vt veniat, quot requirantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in interdicto de cloacis & nume. 3.*
4 *Libelli in interdicto de cloacis quomodo formentur. & nume. 5.*
6 *Cloacam de nouo facere in alicuius ædes, an liceat in tantùm, vt si nuntiatio fiat, an talis nuntiatio contemni possit.*

QVIA multotiens aliquis vult reficere cloacam suam, vel purgare, & ab alio prohibetur: ideo proditum est interdictum de cloacis. idem etiam est si aliquis vellet cloacâ de nouo facere, & alio prohibetur. Item & quia sæpè aliquis immittit in cloacam meam, quod immittere non debet, vel quod immissum cloacam impedit: ideo proditum est interdictum restitutorium, quo iubetur auferri, quod immissum est, & sic primum prohibitorium est, secundum restitutorium, vt ff. eod. l. 1. §. 1. & §. deinde. & l. vltim. Et licèt videar Trebatio & eius sententiæ consentire, ex quo de cloacis tracto, qui fuit verè amicus stercorosus, & cuius sententia præualuit in sterquilinio, vt ff. de action. empti. l. fundi. §. 2. tamen nihilominùs de cloacis tracto: quia tractatus de cloacis ad salubritatem & tutelam ciuitatum pertinent, nam cœlum pestilens & immundum faciunt immunditiæ cloacarum: idem si non reficiantur. Et hac ratione sic & ego possum dici Trebatius: ita Vlpianus, qui edidit legem primam, & etiam Nerarius, qui condidit legem vltimam de cloacis. Quòd ista sit vtilitas maxima dicit ff. eod. titu. l. 1. §. curauit. Vnde licèt dominus Io. fecerit duos circulos in arbore actionum de his duobus interdictis, tamen vnicum feci interdictum causa breuitatis. † Vnde ad 1
hoc vt illa competant, tot sunt necessaria. In primis, quid sit cloaca. Est autem cloaca locus cauus per quem colluuies quædam fluit, vt ff. eod. l. 1. §. cloaca. Secundum, quòd aliquis prohibeat te purgare cloacam factam, vel reficere, vel si aliquid est immissum, per quod vsus cloacæ impediatur, quòd remoueatur, vt ff. eod. l. 1. in princip. Tertium, quòd ille qui vult reficere vel purgare, caueat vicino de damno infect. vt ff. eod. l. 1. §. si quis purgante. Et illud nota, quòd habet locum illud interdictum, si quis velit purgare ipsam cloacam siue fistulas, seu meatus, seu tubum, id est, foramen cloacæ, vnde purgatur colluuies aquæ, vt ff. eod. l. 1. § cloacæ. Item & nota, quòd etiam si aliquis habeat vsum cloacæ vi, clam, vel precariò, quòd non nocet sibi. Item & si nuntietur nouum opus, contemni potest nuntiatio, vt ff. eod. l. 1. §. hoc interdictum quod primum. & §. si quis purganti. Vnde in hoc interdicto act. fac. ta. posi. † PO- 2
SITIO ACTORIS. Ego dico, quòd inter me & te in loco tali est cloaca. Item dico, quòd illam cloacam ego volebam reficere vel purgare. Item dico, quòd tu me prohibuisti. Item dico, quòd ego volui tibi cauere nomine damni infecti, & volo. Item dico, quòd tu immittis tale quid, per quod vsus cloacæ meæ impeditur.
Econtrà reus facit tales positiones. † POSITIO REI. Ego 3
dico, quòd inter me & te in loco in quo dicis, constituisti mihi seruitutem, scilicet vt nihil posses ibi projcere, si hoc confitebitur actor, absoluetur reus. Item dico, quòd quando volebas reficere vel purgare cloacam, quòd ego petij à te, vt caueres mihi nomine damni infecti. Item dico, quòd tu cauere mihi recusasti. Item dico, quòd Titius tantùm prohibuit. In hoc autem interdicto concipiet actor ita libellum. † LIBEL- 4
LVS. Vobis domi. &c. conqueror ego Roger. de M. qui prohibet me purgare vel reficere cloacam meam, quæ est in loco tali inter me & ipsum: vnde ne me prohibeat vel impediat ago contra ipsum: & ad hoc propono interdictum de cloacis, vel actio. in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Et ita concipies libellum, quando vis purgare vel reficere. Si autem aliquis immisit, per quod impediatur vsus cloacæ, dicas ita.
† LIBELLVS. Vobis domi. &c. conqueror ego R. de M. 5
qui in cloacam, quæ est inter me & ipsum in loco tali immittit alia, per quæ vsus meus in cloaca illa impeditur: vnde quòd remoueat ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de cloacis, vel act. in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicit l. 1. in princip. OPPOSITIO Sed quæritur aliàs opponitur, non videtur quod locum habeant ista interdicta, & non possit libellus côcipi: nam aut competit mihi ius habendi cloacam, aut non: in primo casu si ius mihi competit: possum prohibere illum qui me impedit reficere vel purgare, vel aliquid immittit per negatoriam, vel possum habere confessoriam ad vendicandam illam seruitutem liberè, vt argumen. ff. de vi & vi arma. l. idemque. §. vnde vi. Ad quid ergo habeo istud interdictum. Item si non competit mihi ius, nónne ille potest, me negatoriam prohibere quasi non sit ius mihi in suas ædes, vel in communi solo, aliquid eo inuito immittere: cùm in re communi melior sit conditio prohibentis, vt ff. commu. diuid. l. Sabinus. Item econuerso videtur, quòd & si ius non habeat quòd nihilominùs possit facere cloacam, nam in hoc interdicto etiam si quis vtatur vi, clàm, vel precariò, quòd nihilominùs habet interdictum, quod in alijs interdictis secùs est, vt superiùs notauimus. vt ff. eo. l. 1. §. hoc interdictum. Respond. in vtroque casu posset intelligi, id est, siue ius habeat siue non: si enim habet ius, & competit sibi propter id confessoria, nihilo-

minùs habet hoc interdictum: quia confessoria, petitorium continet, hoc autem interdictum, possessorium: & hoc vide in fructuario: nam licèt habeat confessoriam, nihilominùs habet tamen interdictum vnde vi. vt ff. de vi & vi arma. l. idemque. §. vnde vi. Si autem non habet ius, est sibi vtile & necessarium hoc interdictũ: sofficit enim sibi qoalisqualis possessio. Nec moueatur aliquis, quòd prætor fecit mentionem in interdicto de hoc verbo, pertinet: vnde videtur quod pertinet saltem iure dominij, vel quasi ratione iuris, vt ff. de verb. signific. l. verbum pertinere. Respondeo: prætor exponit istud verbum, pertinet, vt noo extendatur ad ius dominij vel quasi, vel iuris. Sed extenditur ad factum, scilicet pertinet, id est, dirigitur, peruenit, extenditur.
6 vt ff. eo. l. 1. §. quod ait prætor. QVAESTIO. † Sed illud quæritur, an liceat mihi cloacam de nono facere inter ædes meas & tuas te inuito & contradicente seu nunciante nouum opus an possim illam nuntiationem contemnere? Respondeo, vtique vt ff. eod. l. 1. §. si quis purganti. & l. vlt. dum tamen si in via publica vis cloacam facere, quòd facias permittente illo cui viarũ publicarum cura committitur, vt cauetur ff. eo. tit. l. vlti.

Si rem tuam concessisti alicui precariò, & ille non vult tibi rem tuam restituere, habes interdictum de precario contra illum.

De interdicto de precario. Rubr.

1 *Interdictum de precario à titulo commodati in quo differat.*
2 *Res aliqua si alicui concessa fuerit, & dubitetur, vtrùm precariò vel in causam commodati concessa sit, quid præsumatur.*
3 *Interdictum de precario vt competat, quot requirantur.*
4 *Positiones actoris & Rei in interdicto de precario. & nume. 5.*
6 *Libellus in interdicto de precario quomodo concipiatur.*
7 *Interdictum de precario vtrùm respectu possessionis vel proprietatis detur: & quid per illud interdictu actor consequatur.*
8 *Interdictum de precario quare restitutorium dicatur.*

QVIA sæpè & multotiens res conceduntur precariò, & tota die de facto istud freqentatur, ideo de eo videamus: vnde si aliquis rem suam precariò alicui concedit, potest eam recuperare per interdi-
2 ctum de precario, vt ff. eo. tit. l. 1. † QVAESTIO. Sed quæritur quid differat iste titulus à titulo commodati. In primis in hoc quod precarium ad certum tempus non constituitur: imò si ad certum tempus cõcedatur etiam post tempus durat precarium. vt ff. eo. titu. l. in rebus. §. meminisse. Commodatum autem semper ad certũ tempus conceditur, vt C. eo. tit. l. eum qui temporalis. Item precarium conceditur sine aliqua præfinitione certi vsus: putà, quia dico, concedo rem istam tibi precariò. Commodatum autem semper ad certum vsum vel locum: putà, quia dico, commoda mihi equum tuum vsque ad villam: vel ancillam vt faciam cum ea vindemiam, vel tabulas vt in eis faciam mihi cauere debitorem. vt C. eod. titul. l. eum qui temporalis. & ff. commodati. l. in commodato §. 1. & 2. & l. si vt certò. Item commodatum ante tempus reuocare noo possum. ff. commod. l. in commodato. Si autem precarium ante tempus reuoco, etiam si pactum sit appositum, vt vsque ad pascha habeas: tamen ante pascha reuoco. vt ff. eod. titu. l. cum precario. Item in commodato venit dolus, lata leuis, leuissima culpa. vt ff. commod. l. si vt certò. §. 1. & 2. In precario non tenetur quis, nisi de solo dolo & lata culpa. vt ff. eod titu. l. quæsitum. §. eum quoque. Et quæ est ratio? Respondeo, lex prædicta assignat rationem: quia hoc totum, quòd teneatur interdictũ de precario procedit ex liberalitate eius qui precariò concessit. OPPOSITIO. Sed hæc eadem ratio attenditur in commodato: ea sola enim liberalitate illius, qui commodat, peruenit: nullus enim compellitur commodare. vt ff. commo. l. in commodato. §. sicut autem. quare in precario quod intercedit gratia tui tantùm, non venit leuis, & leuissima culpa sicut in commodato. Respondeo: pro hoc commodo habet aliud incommodum, scilicet quia reuocatur precarium ab eo ante tempus, vt dictum est, quod in commodato contrarium est. vnde si pro vno commodo sentit aliud incommodum, æquo animo debet tolerare, vt argum. ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. quatenùs. & ff. de iureiuran. eum qui. in princip. Quidam tamen voluerunt dicere, quòd sit differentia in solo nomine: si dico precor te vt rem istam mihi concedas precariò, erit precarium. ff. eo. l. 2. §. vlti. Si autem dico commoda, erit commodatum. Nõ approbat hoc dominus meus sicut notat in summa tituli commodati. & in titu. de precario: quia iam essent imposita iura verbis, & non rebus. vt C. commu. de legat. l. omne verbum. sed quia differentia est in nomine, ideo differentiam nominis pertinacibus relinquamus. vt C. de constituta pecunia. l. 2. † QVAESTIO. Sed 2
ponamus, rem aliquam tibi concessi, sumus in dubio, vtrùm precariò vel in causam commodati concessero, quid præsumemus? præsumemus commodatum vel precarium? certè posset responderi quòd neutrum præsumatur: & sic in casu isto non ius deficit, sed probatio. vt & aliàs ff. de testamen. tutel. l. duo sunt Titij. Quidam tamen dicunt alias distinguunt vtrùm sit res mobilis, & tunc præsumitur commodatum, an immobilis, & tunc præsumitur precarium: licèt enim mobilia & immobilia, & etiam iura possint commodari, & precariò concedi. vt ff. eodem titu. l. ait prætor. §. vltim. & l. habet. § precariò. & l. in rebus. tamẽ ad ea quæ frequentiùs accidunt, iura adaptantur. vt ff. de legib. l. nam ad ea. nam istud frequentiùs contingit, quòd mobilia commodentur, immobilia precariò concedantur. † Vnde 3
ad hoc vt istud interdictum competat, tot sunt necessaria. In primis quòd tu me rogasses, quòd rem aliquam tibi precariò concederem: vel me rogasset filius tuus, vel seruus, vel alius nomine tuo, & tu ratum habueris. vt ff. eodem. l. 1. & 2. in princip. & l. in rebus. §. meminisse. & l. Titio. § si procurator. & l. si seruus. Secundum, quòd rem illam concesserim tibi precariò. vt ff. eod. l. 2. in princip. Tertium, quòd res illa quam rogas habere precariò, non sit tua: tunc enim precarium nullum. rei enim suæ precarium non tenet. vt ff. eod. l. in rebus. §. meminisse. Quod ita attende, quòd sit tua, & ratione proprietatis & possessionis. alioquin licèt res sit tua ratione proprietatis, non tamen ratione possessionis, tenet precarium rei suæ. Sicut exemplum ponitur in creditore & debitore, vbi tenet precarium in persona debitoris propter possessionem, quæ est apud creditorem, licèt proprietas sit debitoris, vt ff. eodem. l. certè. §. vltim. & C. de action. pignor. l. pignus. & ff. de acquiren. possess. l. quæ pignoris. & l. rem pignoris. Et hoc potes notare in scholaribus qui suos libros obligant creditoribus, & posteà retinent precariò, licèt enim tu sis dominus rei, si tamen rem illam possideam & concedam tibi precario, valet precarium, vt ff. eod. titul. l. sed si eam rem. sicut in emptione dicitur: emptio enim rei propriæ nulla est, nisi teneat respectu possessionis, quæ apud alium erat. vt ff. de contrahenda emptio. l. suæ rei. & l. si in emptione. §. rei suæ. Quartum, quòd ille qui concessit rem illam precario velit rem illam auocare, scilicet quòd mutauerit voluntatem suam. vt ff. eodem. l. 1. in princip. & l. 2. §. hoc interdictum. & l. cum precario. Quintum, quòd ille qui concessit, precariò non fecerit sibi specialiter caueri de re restituenda: tunc enim non habet locum hoc interdictum. vt ff. eodem. l. & habet. § cùm quis. Vnde in
hoc interdicto actor faciat tales positiones. † POSITIO 4
ACTORIS. Ego dico, quòd tu rogasti me, quòd rem talem tibi cõcederem precariò. vel rogauit seruus tuus, vel filius tuus, vel procurator tuus, vel talis amicus tuus ex parte tua, & tu ratum habuisti. Item dico, quòd rem illam tibi vel illis concessi precariò. Item dico, quòd res illa quam tibi vel illis precariò concessi, est mea.

mea. Item dico, quòd ego volo reuocare rem illam quã
tibi cõcessi precariò. Item dico, quòd rem illam quam
concessi, precariò concessi sine omni cautione de illa
restituenda. Econtrà reus faciat tales positiones. †Po-
sitio Rei. Ego dico, quòd ego rogaui te vt rem illam
mihi concederes precariò, & tu mihi concedere recu-
sasti. Item dico, quòd rem illam Titio insolidùm con-
cessisti precariò. si hoc confitebitur actor, absoluetur
reus, quia duo insolidùm rem eandem non possunt pre
cariò possidere. vt ff. eod. l. duo insolidùm. Item dico,
quòd res illa quam concessisti mihi precariò, est mea:
nam rem illam nomine meo possidebas: puta, quia tibi
commodaui, vel quia apud te deposui. Item dico, quòd
quando rem illam concessisti mihi precariò, ego pro-
misi de ea restituenda. In hoc autem interdicto conci-
6 piet actor ita libellum. †Libellvs. Vobis dom. &c. con
queror ego R. de M. cui rem talem concessi precariò, &
eam mihi reddere contradicit. vnde quòd mihi resti-
tuat, ago contra ipsum: & ad hoc propono interdictum
de precario, vel actionem in factum subrogatam in lo-
cum ipsius interdicti. Quòd ita rectè concipiatur li-
bellus dicit ff. eodem. l. 1. & 2. Multi tamen adijciunt in
libello, & ipsum mihi ad interesse condemnari peto. &
sumunt argument. ex l. quæsitum. § hoc interdictum. ff.
eod. quod non credo. nunquàm enim puto, quòd inter-
esse sit in obligatione: ergo nec in petitione. quod ergo
legitur in l. prædicta, quæsitum. verum est, quòd sit in-
teresse in condemnatione, cùm in omnibus interdictis
duæ dentur sententiæ, si non pareatur primæ, potest
iudex posteà ad interesse condemnare. vt ff. de rei ven-
7 dicat. l. qui restituere. & sicut notaui suprà. †Qvaes-
tio. Sed illud quæritur, ad quid intentetur interdi-
ctum de precario: verùm respectu possessionis, an re-
spectu proprietatis. & quid per illud interdictum a-
ctor consequatur? Respondeo, intentatur ratione pos-
sessionis. & ideo lex dicit esse restitutorium. vt ff. eo-
8 dem. l. 2. § hoc interdictum. †Qvaestio. Sed quare
dicitur restitutorium? nam sic videtur quòd possessio
sit apud eum qui precariò rogauit. Respondeo: benè
est aliquando possessio apud eum qui precariò roga-
uit, si hoc specialiter petijt, vt ff. eod. l. & habet. §. cum
qui precariò. & sic quia naturalis est apud illum, qui
precariò rogauit: ideo dicit restitutorium, quia resti-
tuetur mihi illa naturalis possessio. Si autem non roga-
uit, vt possideret: tunc dicitur restitutorium ratione
detentationis, quæ erat apud illum qui rogauit pre-
cariò.

Si arbor vicini tui pendet supra domum tuam vel agrum. Item si arbor illa superexcrescit & damnum inferat fundamentis tuæ domus, habes contra illum interdictum de arboribus cædendis.

De interdicto de arboribus cædendis. Rubrica.

1 *Interdictum de arboribus cædendis vt competat, quot requirantur.*
2 *Interdicto tali an quis sibi authoritate sua ius dicere possit.*
3 *Positiones actoris & Rei in tali interdicto. nu. 4.*
5 *Libelli in tali interdicto, quomodo formentur. & cum pluribus seq.*
6 *Interdictum de arboribus cædendis quare inductum fuerit.*

Qvia multotiens arbor vicini pendet supra do-
mum vicini vel agrum, & damnũ sibi infert, vel
etiam superexcrescens infert damnũ fundamen-
tis domus vicini: ideo fuit proditum interdictum de ar
boribus cædendis. per quod consulitur ei qui habet ar-
borem, quòd eam succidat: alioquin ille in cuius domũ
vel agrum pendet, potest sua authoritate totam succi-
dere, & ligna tollere, si pendeat in domo. Si autem in a-
gro, poterit illam arborem deglabare per quindecim
pedes connumerandos à terra vbi pendet. & quod di-
cit deglabare, id est, succidere vel remouere. et sic istud
Interdictum habet duo capita: vnum pro ædibus, & a-
liud pro agro, quando arbor pendet, vt dictum est. vt ff.
eo. l. 1. & §. 2. & 3. & § differentia. Est & interdictum vti-
le de arboribus cædendis, scilicet quia sententia locum
habet, licet verba deficiant, scilicet quando arbor su-
perexcrescens nocet fundamentis domus tuæ, & nõ su-
perimpendet, sicut in ciuitatibus & villis videmus hu-
iusmodi ficulneas vel vlmos afferre talia impedimẽta.
vel locũ habet condictio ex l. C. de interdictis. l. 1. †Vn- 1
de ad hoc vt istud interdictum competat, tot sunt ne-
cessaria. In primis, quòd arbor illa pendeat in domo,
vel agro tuo, vel etiam quòd radices afferant damnum
fundamentis domus tuæ. vt ff. eod. l. 1. in princip. & C.
de interdictis. l. 1. Secundum, quòd arbor illa officiat.
ff. eod. l. 1. §. si arbor. Tertium, quòd tu sis dominus do-
mus vel fundi, vel habeas ius in ea: putà vsufruct. cui
domui vel fundo nocet arbor illa. vt ff. eod. l. 1. §. non so
lùm. Quartum, quòd per te stet quominùs arborem il-
lam tollas: alioquin ego quoniam domui vel fundo no
cet, possum eam succidere vsq; ad radices quæ nocent
domui: vel deglabare vsque ad quindecim pedes, mea
authoritate. & si tu prohibeas habeo hoc interdictum,
scilicet de arboribus cædendis, ne me prohibeas succi-
dentẽ vel deglabatem. vt ff. eo. l. 1. § ait prætor. †Qvaes- 2
tio. Sed quæritur quomodo possum hic mea authori-
tate ius dicere: nónne incido in edictum diui Marci vel
fortè alio modo sum puniendus? Respondeo, non. quia
qui peccat iuris vel legis authoritate non peccat. &
quòd legitimè factum est, pœnam non meretur. vt C.
de adulter. Gracchus. & ff. de concub. l. 1. nam & aliàs
possum mea authoritate dicere mihi ius: puta, si duce-
bas aquam per domum meam citra seruitutem, pos-
sum mea authoritate traiectum aquæ interdicere. vt ff.
ad l. Aquil. l. quemadmodum. §. aliud. Quintum, quòd
illud nuntiem illi cuius arbor pẽdet, quod debeat eam
tollere, ad hoc vt per talem denuntiationem eum de-
prehendam in mora, vt ff. de vsuris. l. mora. Quomodo
enim diceretur per istum non stare, si sibi denuntia-
tum non esset, cùm prætor exigat vt per illum stet, cu-
ius arbor pendet, sicut dictum est. Vnde procedit de
consilio sapientis, quod habeas tabellionem & testes,
& coram illis denunties illi, cuius arbor pendet, quòd
debeat eam succidere vel deglabare, & facias inde fie-
ri chartam: si succidat erit bene, si non, habebis posteà
interdictum. Vnde in hoc interdicto actor facit tales
positiones. †Positio Actoris. Ego dico, quòd do- 3
mus mea vel fundus est iuxta domum tuam. Item dico,
quòd in domo tua vel fundo est arbor. Item dico, quòd
illa arbor pẽdet supra domum meam vel agrum. Item
dico, quòd propterea mihi damnum infertur. Item di-
co, quòd ego denuntiaui tibi, quòd arborem illam tu
remoueres. Item dico, quòd remouere tu omisisti. Item
dico, quòd ego volui arborem illam succidere vel de-
glabare. Item dico, quòd tu prohibuisti mihi ne succi-
derem, vel deglabarem. Econtrà reus faciat tales posi-
tiones. †Positio Rei. Ego dico, quòd domus mea 4
vel fundus est remotus à domo tua vel fundo. si hoc
confitebitur actor, absoluetur reus: quia arbor amodò
pendere non potest, vt damnum afferat. Item dico,
quòd arbor illa rectè stat sine aliqua appenditione.
Item dico, quòd licèt illa arbor pendeat: pendet tamen
sine damno tuo. Item dico, quòd tu mihi modo pri-
mo denuntias tantùm, quòd illa arbor inferat tibi dam
num, ideo quia pendet. Item dico, quòd tu quando
voluisti succidere vel deglabare arborem illam: quòd
ego permisi tibi, & tu recusasti. Item dico, quòd ar-
bor illa pendet super agrum tuum vltra quadraginta
pedes: si computentur à terra rectè sursum. In hoc au-
tem interdicto concipiet actor ita libellum. Libel-
lvs. Vobis † domino, &c. conqueror ego R. de M. qui 5
arborem positam in domo sua vel area, & pendentem
supra domum meam non vult succidere, nec patitur
quod ego succidam: vnde quòd me succidentem vel
incidentem patiatur, ago contra ipsum: & ad hoc pro-
pono interdictum de arboribus cædendis, vel actio-
nem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti.

interdicti. Quòd ita rectè concipiatur libellus, quan-
do arbor pendet in domo tua dicit ff. eod. l. 1. in princ.
6 Si autem pendeat in agro, concipies ita libellum. † LI-
BELLVS. Vobis domino, &c. conqueror ego R. de M. cu-
ius arbor posita in prædio suo, pendet supra prædium
meum: quam arborem ipse à terra vsque ad quindecim
pedes deglabare non vult. vnde ne me prohibeat de-
glabare volentem vsque ad prædictum legitimum mo-
dum, ago cōtra ipsum: & ad hoc propono interdictum
de arboribus cædendis ex secundo capite, vel actionem
in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quòd
ita rectè concipiatur libellus dicit ff. eodem titul. l. 1. §.
deinde ait prætor. Si autem arboris radices funda-
mentis domus meæ damnum afferant, concipiam ita li-
7 bellum. † LIBELLVS. Vobis domino, &c. conqueror
ego R. de M. cuius arbores sitæ in area sua vel domo, fun
damentis domus meæ damnum afferunt: quam arbo-
rem & radices non remouet: vnde quòd patiatur me
radices illius arboris succidere, ago contra ipsum: &
ad hoc propono vtile interdictum de arboribus cæden
dis: vel actionem in factum subrogatam in locum ip-
sius interdicti, vel condict. ex l. C. de interdictis. l. 1.
Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit l. 1. C. de in-
terdict. Si autem arbor sit inclinata vento supra prædi-
8 um meum vel domum concipiam ita libellum. † LI-
BELLVS. Vobis domino &c. conqueror ego R. de M.
cuius arbor posita in suo solo & vento inclinata pen-
det in prædium meum: vnde nego ius illi esse ita arbo-
rem ibi habere. ad hoc propono negatoriam, vel con-
dict. ex l. vltim. ff. eod. nam quoties per legem induci-
tur quòd agere possimus, & non est cautum quo gene-
re actionis experiamur, condictione ex lege agendum
est. vt ff. de condict. ex lege. l. 1. Quòd ita concipiatur
9 libellus, dicit ff. eodem titul. l. vltim. † QVAESTIO. Sed
illud quæritur, quare istud interdictum fuerit indu-
ctum: quod enim damnum afferre potest arbor, si in do-
mum pendet? Respondeo, maximum: quia obscurat
fortè lumina mea. vt ff. de seruitu. vrbanor. prædior. l.
si arborem: vel fortè si haberet arborem illam per tan-
tum tempus: putà 10. vel 20. annis acquireretur sibi ser-
uitus, cùm habeat continuam causam: & ita non pos-
sem altiùs ædificare. vt ff. si seruit. vendic. l. si quis diu-
turno. & ff. de seruitu. vrbanorum prædiorum. l. fora-
men. In agro autem posset damnum inferre, quòd fru-
ctus non crescerent propter vmbram arboris: radices
inferrent damnum fundamentis domus, & ita domus
caderet, sicut sæpè de facto vidi, vnde multum vtilia
sunt interdicta.

Si fructus arborum suarum cadant in fundum vicini sui, & vis illas fructus colligere. sed vicinus tuus te prohibet, habes contra illum interdictum de glande legenda.

De interdicto de glande legenda. Rubrica.

1 *Interdictum de glande legenda vt veniat, quot necessaria sint.*
2 *Interdictum tale quare post tertium diem non detur.*
3 *Interdicta huiusmodi quando dies currere incipiunt. n. 4.*
5 *Positiones actoris & Rei in tali interdicto.*
6 *Libellus in tali interdicto quomodo concipiatur.*
7 *Interdictum tale quomodo alicui competat.*

VERVM quia propter arbores ita vicinas aliquan
do fructus cadunt in prædium vicini, & ille cu-
ius fuerunt fructus vult intrare prædium vici-
ni, vt colligat fructus, & à domino prædij prohibetur:
ideo vt possit fructus illos colligere, fuit inductum pro
eo interdictum de glande legenda, per quod prohibe-
tur dominus prædij inferre vim illi quominus fructus
1 possit colligere. vt ff. eod. tit. l. vnica. Vnde ad hoc † vt
istud interdictum competat, tot sunt necessaria. In pri-
mis, quòd prædium illius vicini sit proximum tuo. Se-
cundum, quòd arbor sit in prædio illius vicini. Terti-
um, quòd arbor illa sit talis quæ producit fructus. Quar
tum, quòd illi ceciderunt in prædium tuum. Quintum,
quòd ille voluerit legere, id est, colligere, & tu eũ pro-
hibeas. Sextum, quòd tres dies non sint transacti: alio-
quin post tertium diem non competit, sicut hæc omnia
probantur. ff. eo. l. vnica. † QVAESTIO. Sed quæritur: 2
quare post tertium diem non detur istud interdictum,
cùm saltem omnia interdicta ad minus annalia sint. vt
ff. de interdict. l. penul. Respondit dominus meus: ideo
quia glandes vsque ad tertium diem colliguntur, ex
quo incipiunt colligi. nam citiùs colliguntur quàm cæ-
teri fructus. sed hæc expositio est nulla: nam istud in-
terdictum non loquitur de glande tantùm, sed de om-
nibus fructibus. nam glandis appellatione omnes fru-
ctus continentur. vt ff. eo. l. vnica. in fin. Vel dicas, quòd
ideo triduò durat, quia pro maiori parte, ex quo fruct⁹
cadunt ex arbore, & iacent in terra per tres dies cor-
rumpũtur, & fiunt terra: & ideo inutile esset posteà in-
terdictum. vnde dicit dominus meus, benè dico istud
interdictum durare de sui natura perpetuò vel vsque
ad annum saltem, sed quia nõ interest actoris vltra ter-
tium diem ratione prædicta, ideo triduò competit. si e-
nim fructus essent tales, qui per triduum non corrum-
perentur, credo istud interdictum pro illis competere
fructibus vltra tertium diem. † QVAESTIO. Item quæ- 3
ritur, quando incipiunt currere isti dies? Respondeo,
ab eo tempore ex quo fructus ceciderunt. Vnde in hoc
interdicto actor faciat tales positiones. † POSITIO AC- 4
TORIS. Ego dico, quòd prædium meum est vicinũ præ-
dio tuo. Item dico, quòd in illo prædio meo est arbor
talis. Item dico, quòd arbor illa fert fructus tales. Item
dico, quòd iuxta prædium meum est vicinum prædium
tuum. Item dico, quòd ex illa arbore mea ceciderunt
fructus in prædium tuum. Item dico, quòd duo dies
sunt tantùm, quòd fructus illi ceciderunt. Item dico,
quòd volui colligere illos fructus, & tu me prohibui-
sti. Econtrà reus faciat tales positiones. POSITIO REI.
† Ego dico, quòd prædium meum est remotum à præ- 5
dio tuo. Item dico, quòd illud prædium tuum est sine
arboribus. Item dico, quòd arbores quæ sunt ibi, sunt si-
ne fructu. Item dico, quòd iam sunt octo dies, quòd fru
ctus illi ceciderunt. Item dico, quòd quando voluisti
colligere fructus illos, Titius tantùm te prohibuit. In
hoc autem interdicto actor cōcipiet ita libellum. † LI- 6
BELLVS. Vobis domino, &c. conqueror ego R. de M. qui
fructus, qui ceciderunt ex arbore mea in agrum suum,
non patitur me colligere: vnde ne me prohibeat volen
tem colligere, ago contra ipsum: & ad hoc propono in-
terdictum de glande legenda, vel actionem in factum
subrogatam in locum ipsius interdicti. Quòd ita rectè
concipiatur libellus, dicit ff. eo. titu. l. vnica. † QVAES- 7
TIO. Sed illud quæritur, quomodo hoc interdictum
possit mihi competere: quomodo enim possum intenta-
re interdictum vel ius aliquod, quòd te inuito possum
intrare in domum tuam vel prædium tuum? imò si in-
trauero contra tuam voluntatem teneor iniuriarum.
vt ff. de iniur. l. iniuriarum. §. vltim. Respondeo: benè
possum intrare in domum tuam te inuito, causa rei meæ
quærendæ, quam dico esse in domo tua. vt ff. ad exhib.
l. thesaurus. & argu. ff. de ser. fugit. l. diuus. sic & in hoc
interdicto competit mihi facultas ingrediendi, ad hoc
vt possim fructus meos colligere.

Si ab aliquo domum conduxisti, & modò res vis inde extrahere, & dominus te prohibet, habes contra eum interdictum de migrando.

De interdicto de migrando. Rubr.

1 *Interdictum de migrando vt competat, quot exigantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali interdicto. nu. 3.*
4 *Libellus in tali interdicto quomodo concipiatur.*
5 *Interdictum de migrando quomodo competat.*

QVIA multotiens inquilini volunt à domo con-
ducta recedere, & res suas remouere, & nõ patiẽ
locator ipsum recedere, vel res suas extrahere:

ideò Inqoilino proditum est interdictum de migran-
5 do. vt ff. eodem. l. 1. † Vnde ad hoc vt istud interdictum competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd locatio interuenerit. Secundum, quòd dumus sit quæ locata sit, ad hoc vt istud interdictum directò cnmpetat. si enim sit prædium locatum, non competit istud interdictum directum. sed vtile. vt ff. eodem. l. 1. §. 1. & 2. Tertium, quòd res illa sit inducta in domum illam de conuentione locatoris siue expressa, siue tacita. vt ff. eod. l. 1. in princ. & C. in quibos causis pign. tacit. contrah. l. si ooo inducta. Quartum, quòd pecunia debita nomine pensionis sit soluta lncatori, vel per inquilinum non stet quò minùs soloat: putà, qoia paratus est dare, & ille non vult recipere, vt ff. eodem. l. 1. §. 1. Sed hoc ita est necessarium, vt competat hoc interdictum & directò: alioquin pro habitatione data gratuitò competet interdictum, sed vtiliter. vt ff. eodem. l. 1. §. si tamen gratuitam. Item nec exigo si sit res propria conductoris, vel habeat ios in re illa. nam etiam pro aliena inducta vel deposita, vel cõmodata datur hoc interdictũ. vt ff. eod. l. 1. in fine. & l. vltimi. Quintum, quòd locator iuferat tibi violentiam: scilicet quod non permittat res illas tibi extrahere. vt ff. eodem. l. 1. in princip. & §. hoc interdictum. Vnde in hoc interdicto actor faciat tales
6 positiones. POSITIO ACTORIS. Ego dico, † quòd egò conduxi à te talem dumum. Item dico, quòd ego cõduxi illam domum pro decem, ideò istam confessionẽ facio: quia locatio sine pretio nulla est, vt ff. locati & cnnducti. l. 2. Item dico, quod in domum illam ego induxi res tales. Item dico, quòd pecuniam debitam nomine peosionis ego solui, vel sum paratus soluere. Item dico, quòd vnlebam migrare vel exire de illa domo, & res meas alibi portare vel afferre. Item dico, quòd tu intulisti mihi, & infers mihi violẽtiam, quod non permittis res illas mihi extrahere. Econtrà reus
7 faciat tales positiones. POSITIO REI. † Ego dico, quòd Titius conduxit à me domum tantùm. si hoc confitebitur actor, succumbet. Item dico, quòd ego locaui tibi sine aliqua inductione rerum facta in domo illa. Item dico, quòd pro conductione domus illius tu debes mihi dare frumentum. si confitebitur actor: non habet locum interdictum istud directum, sed vtile: quia non est locatio, sed alius contractus innominatus. vt ff. depositi. l. 1. §. si quis seruum. Item dico, quòd tu vis recedere antè tempus, sine solutione totius mercedis. Item dico, quòd tu fecisti mihi pactum, quòd non recederes antè tempus: si ista confitebitur actor, succumbet. vt ff. eodem tit. l. 1. Item dico, quòd Titius tantùm infert tibi violentiam, ne res illas possis extrahere. In hnc autem interdicto concipiet actor ita libellum. LIBELLVS.
8 Vobis domino, &c. conqueror ego R. de M. qui talem domum mihi locauit, cuius fines sunt tales. pro 10. solidis, vel etiam gratuitò concessit, in quam dnmum res tales intulit, quas me extrahere non permittit: nec me liberè exire cum rebus meis permittit. vnde ne me impediat ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de migrando, vel actionem in factum subrogatã in locum ipsius interdicti. Quod ita rectè concipiatur libellus. dicit l. 1. §. 1. & §. hoc interdictum. & §. si pen-
9 sio. QVAESTIO. Sed quæritur, † quomodo hoc interdictum competat: nonne habet locum officium iudicis. item nonne habet locum actio ex conducto? vt ff. locati & conducti. l. sed addes. §. si inquilinus. ergo non videtur necessarium. Respondeo: re vera non est necessarium. & propterea lex dicit hoc interdictum esse insequens, id est, quia non frequentatur: cùm soleant potestates facere hoc ex officio suo: vt ff. eodem. l. 1. §. hoc interdictum. Interest enim nostra habere plura auxilia. vt argument. ff. de legat. . in fine. & argument. ff. de seruitutibus. l. et fundo. sed licet tantùm inquilino detur hnc interdictum, non colono: colonus tamen habet hoc interdictum vtile. vt ff. eodem. l. 1. §. hnc interdictum. & concipiet libellum modo prædicto, præterquàm quòd ponat in libello, qui locauit mihi fundum: & proponat vtile interdictum de migrando.

Si colonus tuus intulit res in fundo, vel inquilinus in domo, & res illæ à colono vel inquilino, vel ab alio possideantur potes possessionem illarum rerum auocare per interdictum Saluianum.

De interdicto Saluiano. Rubric.

1 *Interdictum Saluianum ab actione Seruiana siue hypothecaria in quo differat.*
2 *Interdictum Saluianum vt competat, quot requirantur.*
3 *Libelli in interdicto Saluiano quomodò concipiantur. 4.*

QVIA colonus aliquando conducit fundum sub pensione debita annua, seu annuatim soluenda: & infert aliqua in prædium, quæ domino pro peosione obligantur, quæ dominus vult petere vt sibi obligata, & saltem ratione possessionis vult auocare: ideò fuit proditum interdictum Saluianum. vt ff. eod. titu. l. 1. & C. eodem titul. l. 1. QVAESTIO. † Sed illud 1
quæritur quid differt istud interdictum Saluianum ab actiooe Seruiana seu hypothecaria? cum hoc interdictum possessionem auocet, vt dictum est: & hypothecariam solam possessionem auocet, vt ff. de euictioni. l. si cum venditor. §. 1. Respondeo, hæc est differentia: quia illa petitorium & istud possessorium. Item illa in rem, hoc autem in personam: sicut & alia omnia interdicta personalissima sunt: & vt breuiter dicam pro maiori parte omnia quæ desiderantur in Seruiana, desiderantur & in hoc interdicto Saluiano, sicut & suprà tracta- 2
ui in tractatu de Seruiana, id est, de hypothecaria. † Verùm ad hoc vt istud interdictũ cõpetat, omnia sunt necessaria quæ diximus esse necessaria in Seruiana. Item est & aliud necessarium, quòd ipse colonus vel eius hæres possideat, ad hoc vt istud interdictum directò competat, vt C. eodem tit. l. 1. si autem alius possideat, tunc competat vtile. vt ff. eod. l. 1. OPPOSITIO. Si ergo eadem sunt hic necessaria quæ & in hypothecaria: & illa possessiooem auocet vt dictum est: & hoc interdictum auocat etiam possessionem. qoare ergo fuit inductum? videtur superfluum. Respondeo: noo est superfluum nã in hoc interdicto minùs habeo necesse probare quàm in hypothecaria. nam in hoc interdicto sufficit si probem rem fuisse possessam à colnno meo vel eius hærede, eo tempore quando locaui sibi fundum. & hoc si agn cnntra extraneum. si autem contra ipsum colnnum, vel eius hæredem, sufficit si probem illum possidere vel possedisse. vt ff. eod. l. 1. In hypothecaria autem oportet, quòd cnlonus meus possederit vel induxerit, & quod res illa fuerit in bonis illius coloni. vt ff. de pign. l. & qui nondum sunt. § quod dicitur. Vnde & ea quæ sunt necessaria in Seruiana, id est, hypothecaria: & etiam confessiones hic repetas. In hoc autem interdicto concipitur ita libellus. LIBELLVS. † Vobis domino, 3
&c. conqueror ego R. de M. qui res tales mihi obligatas à colono meo tali pro pensione fundi talis quem locaui pro decem, tenet seu possidet. vnde quòd mihi possessionem rerum prædictarum tradat, ago contra ipsum: & ad hoc propono interdictum vtile Saluianũ, vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quod ita rectè concipiatur libellus dicit ff. eodem titu. l. 1. & C. eodem. l. 1. Si autem vis agere contrà ipsum colonum vel eius hæredem, dicas. LIBELLVS.
† Vobis domino, &c. conqueror ego R. de M. qui locaui prædium tale pro decem nomine pensionis mihi sol- 4
uendis: pro qua pensione res suæ tales fuerunt mihi obligatæ: vnde quod illas res tradat mihi ago contra ipsum: & ad hoc propono interdictum Saluianum directum, vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quod ita rectè concipiatur libellus dicit ff. eodem. l. 1. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd libellus sit malè conceptus: ideò quod dicit tradat mihi res tales: cùm deberet dicere, vt tradat mihi possessionem rerum talium: cùm hæc sit natura illius interdicti, scilicet quòd possessionem auocet. Respondeo, quodcunque dicatur nõ est vitium: siue enim dicas, vt tradat mihi rem istam per tale interdictum, nõ intelligo, nisi quod tradat mihi possessionẽ illius rei, talia enim sunt

dicata, qualia subiecta permittunt, vt ff. locati & conducti, l. si vno tempore. siue dicas possessionem rerum talium: de iure concipitur libellus & magis propriè: cùm aliud sit pretiú rei, aliud possessioois. vt ff. vti possidetis, si duo. §. vltim.

Si alicui volenti in tuo solo ædificare, tu denunciasti ne ædificaret, & ille post denunciationem ædificauerit, habes contra eum interdictum de noui operis nunciatione.

De interdicto de noui operis nunciatione. Rubrica.

1 *Nouum opus quare nunciatur, tres causæ esse dicuntur.*
2 *Nunciatio noui operis tribus modis fieri debet.*
3 *Per iactum lapilli si nuncio, quare possessionem retineam: si autem nudo sermone, possessionem amittam: & si per prætorem, nequaquam*
4 *Interdictum de noui oper. nunc. vt procedat, quot necessaria sint.*
5 *Seruitutem rusticam habenti, an tale interdictum competat.*
6 *Nunciet si vnus nouum opus, quare alij non nuncient, & si vni nunciatur. omnibus nunciatur.*
7 *Actor si vnus solus egit. quid fieri debeat.*
8 *Nunciatio an teneat. si nunciatio operi fiat, & in re præsenti nullus in opere fuerit.*
9 *Nuncietur si nouum opus opificibus, illi autem non abstineant, quò minùs ædificent, postea dominus reuertatur, & sciat nunciationem factam esse, an opus quod factum est eo ignorante, post nunciationem tamen, destruere debeat.*
10 *Nunciatio facta opificibus quid prosit, si dominus absens fuerit.*
11 *Positiones Actoris in tali interdicto*
12 *Causam naturalem vel publicam, vel impositiuam habere in tali interdicto quid prosit.*
13 *Positiones Rei in tali interdicto.*
14 *Libellus in tali interdicto quomodò concipiatur.*
15 *Aedificet si quis iustè post nunciationem, an opus destruere teneatur.*
16 *Per iactum lapilli quare in libello opponatur.*
17 *Interdictum de noui operis nunciatione, an perpetuò durabit.*

CVm sæpè contingat, quòd aliquis vult ædificare, vel ædificat in solo alieno: & ille qui ius habet in solo, denunciat sibi ne ædificet: ille nihilominùs ædificat spreta denunciatione, ideò iura succurruot nuncianti, per quæ compellitur ille, qui ædificauit, ædificium destruere suis expensis: etiam si iustè ædificauit. & propterea sibi datur interdictum de ooui operis nunciatione, vt ff. eod. l. 1. in princip. & l. prætor ait. in prin. verùm quia de hac materia multotiens probabiliter dubitatur, ideò diligeoter attendas ea, quę in
1 hoc interdicto notabo. Notabis ergo † in primis, quòd tres sunt causæ quare nuncietur nouum opus. Prima naturalis. Secunda publica. Tertia impositiua. Naturalis est, quotiens aliquid in tuas ædes immittitur, vel in tuo ædificatur. vt ff. eodem. l. de pupillo. §. Sextus Pædius. & §. naturalem. Publica est, quotiens leges vel senatusconsulta constitutionesque principum operis noui nunciatione tuentur. vt ff. eod. tit. l. de pupillo. §. publica. qualiter autem opus fiat contra legem, & proptereà fiat nunciatio, habes ff. fin. regund. l. vltim. & est lex illa græca. Senatusconsulta prohibent Aula & Pansa consulibus: putà quando aliquis vult destruere ædificia iam facta, & sic ruinis vrbs deformaretur. vt ff. de cootrah. emptio. l. senatus. & ff. de legat. 1. l. cętera. Constitutiones principum prohibent, quando vult aliquis ædificare domum iuxtà domum alterius, non seruatis finibus & terminis, qui continentur in C. de ædifi. priua. l. mæniana. Impositiua est, quotieos aliquis imponit sibi seruitutem, & post illam seruitutem impositam contra eam aliquid facit, potest ille cui debetur seruitus opus oouum ounciare, si aliquid fiat contra seruitutem impositam. vt ff. eod. l. de pupillo. §. impositiua. Ad prædicta concordat quod alibi dicitur, quòd nunciatio noui operis debet fieri, vel gratia iuris nostri cōseruaodi, vel damni depellendi, vel causa tueodi publici iuris, scilicet ne aliquid fiat in loco sacro, religioso vel publico, vt ff. eodem. l. 1. §. nunc videamus. † Et si- 2
cut tribus de causis fit nunciatio, ita tribus modis debet nunciatio fieri. Primò fit nunciatio nudo sermone. Secundò fit per prætorem. Tertiò fit per iactum lapilli. Nudo sermone fit, quando ego inueoio aliquem nouú opus facientem, & dico sibi verbo taotum, quòd non ædificet: & proptereà dicitur fieri nudo sermone, quia verba tantùm intercedunt, & nihil aliud. ista núciatio facit aduersarium incoontinenti possessorem: licet anteà non possideret, si modo habeat animum & affectionem possidendi. vt ff. eo. l. 1. §. nunciatio, & §. in operis noui. Fit per prætorem quando aliquis ædificabat oouum opus, vado ego ad prætorem, & dico sibi, domine ad vestrum officium pertinet mala extinguere, & homines ad concordiam reuocare: quia noo debet pati prætor eos ad arma & rixas venire, quos potest sua iurisdictione compescere, vt ff. de vsufruct. l. æquissimú. talis ædificat nouum opus in solo meo, mittatis ergò de ounciando, quòd non ædificet: quia nisi feceritis, videbitis quid faciam: ideò enim ad vos recurri, quia nó debet quis propria authoritate sumere vltiooem: cùm ideò sit iudicialis vigor in medio cōstitutus. vt C. de iudæ. & cęlicol. l. nullus. ista nuociatio conseruat nuncianti possessionem & omnia iura: quia vadit nuocius cum muois, & dicit ædificanti: ex parte potestatis dico tibi, quòd tu non ædifices, & sic nuncio tibi nouum opus. Fit nunciatio per iactum lapilli, quádo ego vado cum testibus, seu cum tabellione, & dico ita: nuncio nouum opus, & ita proijcio lapillum quendam minimum, & hoc solùm sufficit. Veruntamen hodie nunciantes proijciunt tres lapillos minimos: primò vnum, postea secundum, & tertiò alium. & dicit ille qui proijcit: nuncio nouum opus, nuncio oouum opus, nuncio nouum opus. ista nunciatio retinet ouncianti possessionem, sicut hæc omnia probantur ff. eod. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. & §. meminisse. & sit lapillus alte minimus vel paruulus & proijciatur in ipso opere, nooautem sit maximus: nec proijciatur io capite alicuius operarij, sicut contigit in causa Abbatis sancti Proculi qui præcepit cuidam Monacho, quòd denunciaret nouum opus per iactum lapilli, qui iuit & proiecit maximum lapidem, & percussit vnum de magistris quem ferè interfecit. QVAESTIO. † Sed quæritur, quare per 3
iactum lapilli retineo possessionem si nuncio, si autem nuncio nudo sermone, possessionem amitto, & si per prætorem ouocio, non amitto possessionem. Respondeo: quando per prætorem vel lapillum nuncio, videor audax & probus, & non timidus: vnde possessionem retineo, & per prætorem, & per lapillum: quia per lapillum videor retinere possessionem. At quando nudo sermone nuncio, videor timidus & miser: vnde meritò possessiooem amitto. de hoc ootat dominus meus io summa tituli istius. Illud autem procedit de coosilio sapientis, quòd quaodo nunciatur nouum opus, quòd ille qui núciat, habeat secum tabellionem & testes, & coram testibus & tabellione faciat mensurari ædificium in longitudine & latitudine, & altitudine. sicut ego feci fieri in causa caoonicorum de Aretio, quam habebant de quodam molendino cum Abbate Sancti Floris. & erit hoc tutum. ideò quia cum opus, quod post nunciationem factum est, debeat destrui, etiam si iure sit ædificatum. vt ff. eodem. ait prætor. in princip. scietur posteà quantum post nunciationem sit ædificatum. vt ff. eodè. l. non solum. §. qui opus nouum. † Vnde ad hoc vt istud interdictum compe- 4
tat, tot sunt necessaria. In primis, quod aliquæ prædictarum causarum interueniant. Secundum, quod opus non sit factum, sed futurum: aduersus enim facta opera com-

ra competit interdictum quod vi aut clam. vt ff. eod. l.
1. §. hoc autem edictum. Tertium, quòd opus aliquod fi-
at in solo: ratione enim soli istud interdictum compe-
tit. vnde si aliquis faciat messem vel vindemiam, non
habet locum nunciatio. vt ff. eod. l. 1. §. hoc autem inter-
dicto: non omnia. Quartum, quòd quis faciat opus de
nouo: alioquin si antiquum fulciat, non habet locum
nunciatio. vt ff. eo. l. 1. §. si quis ædificium. sicut & Iudæi
qui nouam synagogam non possunt facere, veterem au
tem possunt fulcire. vt C. de Iudę. & cælic. l. hac valitu-
ra. & idem in fructuario. vt ff. de vsufruct. l. vsufructua
rius nouus. qui enim reficit, non videtur de nouo face-
re: sed veteri sustentamentum adhibere. vt l. prædicta.
ff. eod. & argum. ff. de donat. inter virum & vxorem. l. si
donare. §. vlti. Sed ita intelligas de refectione: ita quòd
illa refectio non mutet faciem operis primitiuam: ali-
oquin habet locum nunciatio. vt ff. eod. l. 1. §. opus no-
uum. Quintum est necessarium, quòd aliud auxiliũ ti-
bi nuncianti non competat. si enim competat, non ha-
bet locum nunciatio. vt ecce fructuarius habet cõfesso
riam per quam petet vsumfructum: si aliquid fiat in ip-
sius præiudicium. Item si in re communi aliquid fiat,
socius non nunciat: quia habet aliud auxilium, scilicet
communi diuidundo. vt ff. eod. tit. l. in prouinciali. §. si
in loco. l. 1. §. vltim. & l. 2. OPPOSITIO. Sed econtrà vide
tur: vt qui habet aliud auxilium, nunciare possit nouũ
opus. nam ecce cui debetur seruitus viæ, vel itineris
per fundum tuum, si tu ædificas de nouo, poterit te pro
hibere & nunciare nouum opus. vt ff. si seruitus vendi-
cet. l. & si fortè. §. sciendum. & l. si eo loco. §. 1. & 2. Item
si seruitus luminis debeatur mihi, & tu aliquid facies
contra illam seruitutem, possum tibi opus nouum nun-
ciare, vt ff. de seruitu. vrban. prædio. l. inter seruitutes.
§. 1. & 2. Item & ille qui habet rem communem cum a-
lio, si aliquid faciat aliquis in re illa communi, pro ea
rectè socius nunciat sibi nouum opus. vt ff. famil. ercis.
l. in familiæ erciscundæ. Econtrà videtur, quòd non
possit nunciare nouum opus, qui seruitutem habet, vt
ff. eod. titu. l. qui viam. Item probo apertè, quòd nun-
quam habet locum istud interdictum. si est verum illud
quod dictũ est, id est, si aliud auxilium habet locum. nã
ecce, tu ædificas in meo, nonne possum agere contra te
negatoria, quod non ædifices? certè sic. vt in legibus
prædictis. ff. si seruit. vendice. quomodò ergo intellige-
mus ista iura contraria? Respondeo: verùm id non ap-
probo, quòd si aliud auxilium competat, quod non ha-
beat locum nunciatio noui operis. vt ff. eo. l. in prouin-
ciali. imò dico, quòd & si aliud auxilium competat,
quòd habeat locum nunciatio noui operis: vt patet per
leges allegatas. Nec obstat si opponis de fructuario. vt
ff. eod. l. 1. in fine. & l. 2. quod nunciare non potest. Re-
spondeo, verum est: domino autem extraneo benè nun
ciat, vt in legibus prædictis, & ff. de remissionibus. l. 1.
§. ius autem. quare domino non nunciet, ratio assigna-
tur. quia quando nunciat extraneo, nunciat vt procura
tor. vt ff. eod. l. 1. §. vltim. at procurator domino nuncia
re non potest: & ideò fructuarius domino non nunci-
at. Item nec obstat ff. eodem. l. in prouinciali. quia cum
socius possit tantùm per prohibitionem illum socium
remouere: cum in re communi melior sit conditio pro-
hibentis. vt ff. communi diuidun. l. Sabinus. Vnde cum
per solam prohibitionem meam possim ego socius fa-
cere ne me inuito in re communi aliquid facias, vt di-
ctum est. ideò noluit prætor mihi per hoc interdictum
subuenire: licèt alibi fuit largus prætor, qui tam egen-
tibus, quàm non egentibus subuenit. vt circa bonorũ
possessionem secundùm tabul. & circa alia bonorum
possess. vt Instit. de bonor. possess. at alij qui habent alia
auxilia, non habent talia sicut socius, quod possit tan-
tùm prohibere, ideò meritò datur eis hoc interdictum.
5 QVAESTIO. † Sed illud quæritur, an ei qui habet serui-
tutem rusticam, competat hoc interdictum? lex vide-
tur velle, quod non detur. vt ff. eodem. l. qui viam. &
hoc admiserunt Doctores antiqui: licèt admiserint,
quòd ei qui habet vrbanam, detur. vt ff. de seruitutib.
vrbanorum prædiorum. l. inter seruitutes. Sed reproba
tur eorum solutio per legem in hoc iudicio, ff. famil.
erciscun. vbi dicitur, quod in vtraque potest nunciari,
scilicet in rustica seruitute, & in vrbana. vnde dicimus
quòd & qui habet rusticam seruitutem, potest nouum
opus nunciare, vt dicta l. in hoc iudicio. nec obstat l. ff.
de operis noui nunciatione. l. qui viam. quia legem ita
intelligo rejectis omnibus alijs notulis ibi notatis. di-
cas enim, quòd ille qui habet seruitutem viæ, & nunci-
at opus nouum ædificanti: aut ille qui ædificat confite-
tur istum habere seruitutem, & tunc nunciare potest.
vt in l. in hoc iudicio. aut negat me seruitutem habere:
tunc debeo me probare habere, sicut in iudicio fami-
liæ erciscundæ, & communi diuidundo. vt ff. famil. er-
ciscund. l. 1. & ff. de exceptionibus. l. fundi. & in hoc ca-
su intelligitur ff. de operis noui nunciatione. l. qui vi-
am. Sextum, quòd quando fit nunciatio, fiat in re præ-
senti, id est, in eo loco vbi opus fit: siue quis ædificet, si-
ue inchoet ædificare. Dicitur autem inchoare ædifi-
cium, quando locum purgat. vt ff. de pollicitat. l. 1. §. cœ
pisse. & ff. eodem. l. de pupillo. §. nunciatione. & §. si
quis fortè, l. operis noui nunciatione. & l. cuilibet.
Septimum, quòd si res sit plurium, sufficit nunciatio
facta vni, & omnibus videtur facta. Si autem vnus nun
ciet, non videtur nunciatio facta ab omnibus. vt ff. eo-
dem. l. de pupillo. §. si plurium. QVAESTIO. † Sed quæ 6
est ratio, quare si vnus nunciet, non nuncient alij: si v-
ni nuncietur, nuncietur omnibus, vt in prædicto §. Re-
spondeo: ratio est in promptu, ideò videtur omnibus
nunciatum, quando vni nunciatur, quia cum nuncia-
tio fiat in re præsenti, vt dictum est, rem afficit, adeò
quòd etiam teneatur emptor propter nunciationem
factam venditori. vt ff. eodem. l. penultim. At quando
vnus nunciat, illa nunciatio quantùm ad nunciantem
personalis est: vnde socijs non potest acquiri. vt C. per
quas personas nobis acquiratur. l. excepta. QVAES- 7
TIO. † Quid ergo erit quando vnus solus egit? Respon-
deo, agat & prosequatur causam, & sic victoria sua
proderit alijs posteà. vt argument. ff. si seruitus vendi-
cetur. l. loci corpus. §. si fundus. QVAESTIO. Sed quid 8
si quando nunciatio fit operi & in re præsenti, nullus
erat in opere: nunquid nunciatio tenet, vel si tenet,
quid valebit? Respondet dominus Ioan. dicit nunci-
ationem valere, argument. ff. de damn. infecto. l. dies.
§. totiens. & C. de annali exceptione. l. vt perfectiùs. &
ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. secundo. in fine.
Valet autem illa denunciatio, vt postquam dominus
venerit & sciuerit nunciationem factam, debeat ab-
stinere ab ædificando, vel si ædificauerit, tenebitur
destruere, indignum enim videtur, si dominus te-
neatur destruere, quod ædificauit, ignorans factam
esse denunciationem. Nec obstat, quod opponis ff.
eodem. l. operis. quia quod ibi dicit & in l. sequenti,
quod teneat nunciatio facta alicui etiam ignoranti:
nam ibi ponit de furioso, qui magis quàm alius dici-
tur ignorans. vt ff. de ritu nuptiarum. l. in eo. §. inui-
tum. Respondeo: tenet de mero iure, scilicet vt videa-
tur nunciatio facta de iure: & ab eo tempore habeat vi
res, ex quo domini scientia interuenit, vt dictum est:
vel dic tenet in præiudicium tutoris & curatoris si sint
soluendo. vt argument. C. de iudici. l. properandum. §.
vltim. QVAESTIO. † Sed illud quæritur, nuncio no- 9
uum opus fabris & opificibus: illi non abstinent, quò
minùs ædificent: posteà dominus reuertitur, scit nun-
ciationem factam esse: quæritur an opus quod factum
est eo ignorante, post nunciationem tamen debeat de-
struere? Respondeo, & dico quod non. vt ff. eodem. l.
de pupillo. §. si quis fortè. illud autem opus quod fecit
dominus postquam sciuit nunciationem factam, illud
tenetur destruere. QVAESTIO. † Ad quid ergo pro- 10
dest hodie facere nunciationem fabris seu opificibus,
si dominus sit absens? Respondeo circa duo. Primò pro
pter illud quod dixi, quia si dominus postquam sciuit
ædificat, tenetur destruere. Secundò, quòd hodie o-
pifices quando eis nunciatur, incontinenti abstinent:
quia credunt commodum esse domini. Octauum,
quòd ille qui nunciat iuret animo calumniandi, non
nunciare:

nunciare:sed ita si hoc sacramentum exigatur. vt ff. eo.
l.de pupillo,§.quis opus nouum,sicut & aliàs, vt ff. de
iureiurand.l.iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiu-
rand. Nonum, quòd si fiat nunciatio in parte ædificij,
quod fiat demonstratio partis illius:secùs si fiat nuncia
tio in totum. vt ff.eod.l.de pupillo.§.totiens.& aliàs si-
mile.vt ff.quod vi aut clam. l.at qui aliter. §. si quis se.
Decimum,quòd ille qui nunciat,non remiserit nuncia
tionem: alioquin non habet locum interdictum. vt ff.
eodem.l.1.in princ.& ff.de remiss.l.1.sed in l.1. in prin.
ff.eod.dicitur,quòd si remittat catenùs tenet remissio,
quatenùs is qui prohibuit ius nunciandi nõ habuerit:
& alia litera dicit habuit, & contrarium videtur. ff. de
remiss.l.1.Qualiter autem verba ista intelligantur, di-
cemus in sequenti interdicto. Vnde in hoc interdicto
31 actor facit tales positiones. † POSITIO ACTORIS.
Ego dico,quòd tu de nouo vis immittere tigna in ædes
meas:& sic ista positio pertinet ad causam naturalem.
Item dico,quòd tu de nouo ædificas contra leges, vel
senatusconsulta,quia vis destruere domum. ista posi-
tio pertinet ad causam publicam. Item dico, quòd tu
de nouo ædificas contra seruitutem viæ quæ mihi de-
betur per locum talem. hæc positio fit per causam im-
32 positiuam. QVAESTIO. † Sed quæritur, non videtur
quòd istæ causæ multùm faciant:nam & si nulla prædi-
ctarum causæ probetur: tamen ex quo nunciatur nouũ
opus,& si iniustè aliàs nunciaui. & tu iustè ædificabas,
si post nunciationem ædifices,destruere cogeris, vt ff.
eod.l.prætor.in princip. Quid ergo prodest mihi, v-
trùm habeam causam naturalem vel publicam, vel im-
positiuam? Respondeo,proderit mihi habere causam
non in casu prædicto,sed in alijs:pone, quòd facta sibi
à me nunciatione ille abstinuit ab ædificando, vel sa-
tisdedit: vt si apparet iniustè ædificatum,quod destrue-
ret:nunc in casibus istis in processu causæ prodest mi-
hi nuncianti habere causam aliquam quare nunciaui,
alioquin aduersarius obtinebit. Item dico,quòd vis fa
cere tale opus. Item dico, quòd tu vis facere tale opus
in tali solo.Item dico,quòd illud opus vis de nouo ædi
ficare seu facere.Item dico,quòd tu es socius Titij in re
illa.si hoc confitebitur reus, iam non poterit sibi obij-
cere aliquid de l. in prouinciali. ff. eodem. Item dico,
quòd quando nunciaui nouum opus: ego nunciaui in
re ipsa vbi illud opus fiebat. Item dico, quòd licèt sit
res illa communis tibi & alijs: ego tibi nũciaui nouum
opus in re præsenti.Item dico, quòd ego iuraui animo
calumniæ nouum opus non nunciare,vel etiam fui pa-
ratus iurare. Item dico, quòd ego nunciaui opus nouũ
in tali parte ædificij, vel in toto ædificio. Item dico,
quòd quando nouum opus opificibus nunciaui seu ma
gistris,tu seruisti nunciationem factam. Econtrà Reus
33 faciat tales positiones.POSITIO REI.† Ego dico,quòd
tale solum, in quo ego ædifico, pleno iure Titij est: si
hoc confitebitur Actor, absoluetur Reus: quia nulla
causa pertinet ad actorem, nec naturalis, nec publica,
nec impositiua.Item dico,quòd iam est annus, quod il-
lud opus feci. Item dico, quòd tu nunciasti iam sunt
duo menses tantùm.si hoc confitebitur Actor,absolue-
tur Reus: cùm opus non sit futurum, sed factum. Item
dico,quòd solum istud in quo ædifico, est mihi & tibi
commune.si hoc confitebitur Actor, absoluetur Reus
propter d.l.in prouinciali. Item dico, quòd tali ædifi-
cio sustentamentum adhibeo.quia illud ædificium iam
erat factum. si hoc confitebitur Actor, absoluetur Re-
us.Item,quòd opus quod facio, est riuus vel cloaca. si
hoc est verum,iam non habet locum nuntiatio, vt ff.de
riuis.l.1.& ff.eodem. l. de pupillo. §. si quis. Item dico,
quòd quando petij à te vt iurares, quòd animo calum-
niandi non nunciasses,tu iurare recusasti. Item dico,
quòd quando nunciasti nouum opus,ego eram absens.
Item dico,quòd priusquam redirem, opus illud com-
pletum fuit. si hoc confitebitur Actor, absoluetur Re-
us: quia nesciuit quando illa nunciatio facta fuit. I-
tem dico,quòd licèt tu nunciaueris, tamen illam nun-
ciationem remisisti. Item dico, quòd tu nunciasti mi-
hi tantùm,& in loco tali tantùm. Item dico,quòd in lo
co alio tale fiebat opus.si hoc confitebitur Actor, absol
uetur Reus: quia non fuit facta in re præsenti. In hoc
autem interdicto concipies ita libellum. LIBELLVS.
Vobis † domino, &c. conqueror ego Rufred. de M. qui 14
postquam nunciaui nouum opus in ædificio tali per la
pilli iactum,ipse ędificauit:vnde peto illud,quòd post
nunciationem ædificauit, quòd destruat suis expensis.
ad hoc propono interdictum de operis noui nunciat.
vel actio. in factum subrogatam in locum ipsius inter-
dicti.quod ita sit concipiendus libellus,dicit ff.eod.l.1.
& l.prætor ait, in princip. & hoc quando possidet ille
qui post denuntiationem ædificauit.Si autem alius ædi
ficauit, & alius possidet: tenetur ille qui possidet præ-
stare patientiam.vt ff.eod.l.penulti. & vltim. sicut est,
dixi suprà in interdicto quod vi aut clam.† QVAESTIO. 15
Sed illud quæritur, si aliquis iustè ædificat, tenetur o-
pus destruere, si ipse ædificauit post nunciationem: vt
dicit d.l.ait prætor.cùm videam aliàs, quòd si aliquis
vocatus sit, qui venire non tenebatur, & non venit,
quod non incidat in edictum. vt ff. ne quis eum qui in
ius vocatus fuer. vi exi.l.1.& argumen.ff.de iudi. l.non
videtur frustrandæ.Respondeo, ideò compellitur de-
struere: quia videtur contempta authoritas prætoris,
qui præcepit post nuntiationem abstinendum ab ope-
re.Et si tu opponas,in legibus allegatis videtur contem
pta prætoris authoritas,& tamen non punitur? Respon
deo,quòd hic quod dicimus locum habet in dubio. At
si certum esset, quòd aliquis per calumniam nunciaf-
set: tunc non credo, quòd ille qui post nunciationem
ædificauit, debeat destruere.vt argumẽ. ff. ne quis eum
qui in ius vocatus fuer. vi exi.l.1. QVAESTIO.Item quæ-
ritur, † quare apponitur in libello per lapilli iactum? 16
Respondeo:ad hoc vt denotet talem nunciationem es-
se factam,per quam possessionem non amiserim, sicut
suprà in hoc eodem interdicto distinxi. † QVAESTIO. 17
Item quæritur, iura videntur inter se contraria? nam l.
vnica,C.de nun.noui operis, dicit,quòd nunciatio no-
ui operis debet finiri infrà tres menses.d.l.autem,præ-
tor,§.hoc interdictum.ff.eod. quod detur perpetuò hæ
redi,& cæteris successoribus, & contra hæredes in id
quod ad eos peruenit.si ergo debet finiri istud interdi-
ctum tribus mensibus, quomodò durabit perpetuò?
Respondeo,secundùm Bulgar.& Aluarot. qui dicunt,
quod est in arbitrio nunciantis. si offertur satisdatio
ab eo cui nunciatio facta est,& qui nunciauit, recipit
illam satisdationem,ille cui nunciatum est, poterit æ-
dificare, & tunc quandocunque poterit nunciator
probare,quòd iniustè ædificauit: poterit agere, & in
hoc casu interdictum perpetuò competet. & contra il-
lum cui nunciauit,& contra hæredem eius. Si autem
non vult recipere satisdationem: sed vult incontinen-
ti procedere & probare de iure, tunc causa illa debet
finiri intra tres menses. vt dicit l.vnica. C. de noui ope
ris nunciatione. Vel aliter secundùm R. & secundùm
Otthon. ille cui nunciatio facta est, si satisdat vel sa-
tisdare paratus est, incontinenti finita est nunciatio.
Verùm si statum est in finibus nunciationis. sed si vult
nunciator in causa procedere: tunc debet causa illa fi-
niri infrà tres menses. vtraque solutio ad idem tendit.
OPPOSITIO.Sed adhuc opponitur, l.prætor. §. hoc
interdictum. ff. eodem.dicit, quòd datur hoc interdi-
ctum hæredi & contra hæredem in id quod ad eum per
uenit.& alibi, vt ff.eod.l.non solùm. § morte, dicitur,
quod hoc interdictum finitur morte eius qui nuncia-
uit,quomodò ergo datur hæredi. Respondeo, intelli-
go §.illum,morte.quando ille qui nunciauit, decessit
nondum aliquo opere facto ab eo,cui nunciauerat: vn
de morte nunciantis finitur nunciatio. & sic hæres ha-
bet necesse iterum nunciare. Si autem post nunciatio-
nem ille cui nunciatio facta est aliquid ædificauit: tũc
istud interdictum datur nuncianti, datur etiam & hæ-
redi eius. Quare autem finiatur nunciatio morte nun-
ciantis,ratio suadet:quia finitur, sicut & finitur man-
datum morte mandantis.vt Institutio. mandat. & ff. de
iurisdictione omnium iudic.l.& quia. OPPOSITIO.
Item adhuc opponitur l.de pupillo.§.si cui. ff. eodem.
vbi di-

vbi d r od debet quinu it. onode coco qu e- u ec rar uadeu d przio ic ali- b q dandum vrbicariæ præfecturæ, vel pro uinc vt C. de noui oper. nuncia. l. a. quæ viden- t er se contraria. Respondeo si ill ounciat, est præsens, ei debet satisdari: si autem abseus, debet sa idari prouinciali seu vrbica. præ c. ut & alias in sa idatione interponenda circa iudi vt C. de litis co restat. authen. libell. & sicut alias ff. rem pupil. sal. forc. l. 3.

Si tibi nuntiatum est nouum opus, & tu satisdes de opere destruendo, si apparuerit te iniustè ædificasse, & postea prohiberis ædificare, habes contra impedientem interdictum vt liceat ædificare ei cui nuntiatum est, si satisdederit.

De interdicto vt liceat ædificare ei cui nuntiatum est, si satisdederit. Rubric.

1 *Interdictum vt liceat ædificare, &c. vt competat, quot requirantur.*

2 *Cautio vel satisdatio interposita in tali interdicto, quare non duret.*

3 *Prohibitio in huiusmodi interdicto quomodò remittetur: si is qui nuntiauit, ius prohibendi non habuit.*

4 *Positiones Actoris & Rei in tali interdicto, nu. 5.*

5 *Libellus in tali interdicto quomodò concipiatur.*

VERVM quia occasione nuotiationis factæ impeditur opus ne fiat. & si factum fuerit quòd destruatur, vt superiùs dictum est. & sic per superius interdictum succurratur nuntianti: inuentum est aliud interdictum, per quod consulitur ei cui nuntiatio facta est, vt nō obstante denuntiatione possit ædificare, scilicet ex quo satisdederit, vel paratos est satisdare, vel nuotianti si præsens est, vel vrbicariæ præfecturæ, vel prouinciali si nuntiaos sit absens, scilicet vt si apparuerit eum iniustè ædificasse, quod debeat destruere. Et est istud interdictum prohibitorium, scilicet ne vis fiat ei qui satisdedit de opere destruendo, si vult ædificare. vt ff. eod. l. prætor ait. §. deinde ait prætor. & §. hoc ioterdictum.
1 † Vnde ad hoc vt istud interdictum competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd denuntiatio noui operis facta sit. Secuodum, quòd ille cui nuntiatum est, satisdederit, vel voluerit satisdare, vel sit paratus satisdare illi oontiaoti, scilicet quod si appatuerit eum iniustè ædificasse, quòd destruet, vt ff. eo. l. prætor. §. deinde. & §. hoc interdictum. Sed illud nota, quòd quando aliquis ędificat in publico: & tūc tenetur si nuncietur sibi cauere tantùm, id est, repromittere sine fideiussore. vt ff. eo. l. non solùm. §. si cum possem. aut ædificat in loco priuato: & tunc tenetur satisdare: & si repromittat, non valet aliquid repromissio quò nimiùs habeat locum interdictum de operis nouī nun. vt ff. eod. l. prætor. §. deinde. & § hoc interdictum. & §. proinde. Quæ autem sit ratio, quare si in publico aliquis ædificet, teneatur cauere: si in priuato, teneatur satisdare: lex assignat rationem talem. quando ego nuncio nouum opus alicui ædificanti in publico, nuncio iure alieno, & in re aliena, & non meo iure, nec in re mea: vnde repromissione contentus esse debeo. At quādo tu ædificas in loco meo priuato, & ego nuncio nouum opus: iure meo nuncio, & in re mea: vnde si mihi debeas satisdare, non est mirum hæc ratio assignatur. ff. eod. tit. l. non solum. §. si cu ium, quod illa atio vel cautio duret: al in non videtur cautio nec satisdatio illa præstita, vt eo prætor ait. § proinde. sicut & alias in actione d rem verso, quæ ita demum competit, si duret ver ff. de in rem verso. l. si pro parte §. versum. & quod usq. vni-
2 uersi. l. item eorum, in fin. Quæstio. Quare autem cautio vel non d et quæ. Resp. quia or- tui habebat vel non erat o

siens. & ff. de V le. l non putat. §. si conuenit. Quartū; quod ille cui est sati datum, quòd prohibuerit illū, & impedit ædificare. vt ff. eo. l. prætor. §. deinde. Quintū; quòd annus non effluxerit. vt ff. eo. l. prætor. §. hoc interdictum. OPPOSITIO. Sed opponitur. oonne interdictū de operis no. nuoc. perpetuum est, certè sic vt in superiori interdicto notaui, quomodò ergo istud interdictom est annale? Respondeo. ratio est io promptu. istud interdictum est anoale, ideò quia violentia committitur: vnde hoc interdictum sicut & alia est annale, de eo quòd non peruenit ad violentum. superiùs autem est perpetuum: ideò quia peruenit ad violentum, scilicet quia ædificauit post denūciationem. vnde ideò est perpetuum: sicut & alia sunt perpetua, de eo quòd ad violentos peruenerit. Illud autem est io hoc interdicto & in superiori, quòd facta nunciatione noui operis, opus incontinenti inhibetur, id est, quòd non ędificetur: vel si ædificatur, iohibetur opus, id est, destructur, siue iure, siue iniuria illud opus fiat. deinde prohibitio remittitur eatenus, qoatenus haberet ius nunciandi is quī prohibuit. alia litera dicit non habere ius nuociandi, qui prohibuit, &c. hæc leguntur ff. eo. l. 1. in prioc. quæ verba sic iotelligimus, si est litera, siue non, scilicet si remittatur prohibitio, remittatur vel per pactum, vel per conuentionem. quia ille qui nuociat dicit: Ego remitto tibi nunciationem, vel remittitur prohibitio satisdatione præstita ab eo cui nunciatio facta erat, quia ex quo satisdatur, poterit ille cui nunciatio facta est, ædificare. Vnde si ista prohibitio remittatur eatenus tenet remissio quatenus ille qui ounciauit habuerit ius nonciandi: nam ibi tenet remissio vbi tenuit nunciatio. & ibi tenuit nonciatio, vbi ille qui nunciat, ius habuit nunciaodi, vt ff. de remiss. l. vnica. §. 1. Si habes literam cum non, eatenus tenet remissio, quatenus prohibendi ius qui nunciasses, oon haberet. QVÆSTIO.
† Quæritur quomodò litera illa stare possit. Nam quomodò remittitur prohibitio, si is qui nūciasset, ius prohibeodi non haberet. sic videtur quòd litera illa stare non possit: cùm dicatur ff. de remissionibus. l. vnica. remissionem ibi demum tenere, vbi tenet nunciatio: & ounciationem ita demùm valere, vbi est ius ouociandi. & hic dicitur ius prohibeodi, qui nunciauit, ooo habuit, ergo nō tenuit ounciatio: vnde nec remissio valet. qualiter ergo hic remittitur? Respoodeo, deceptio est in æquiuocatione vocabuli. nam hæc verborum cōceptio ista, non habet ius prohibendi, dupliciter iotelligitur. vno modo, quia quò ad ipsam veritatem prohibere non debet: nam aduersarius habet ius ædificandi. Idem tamen dicitur habere ius nunciaodi: quia ius eī nunciare permittit, ad hoc vt nunciatio teneat. quo casu si aduersarius satisdedit, remittitur nuociatio in eo quod ius prohibendi non habuit, id est, in eo quod nūciare non debuit. & sic intelligitur quod hic dicitur. Si verò non satisdedit, destruitur ædificium: quia contempsit edictum. & quia nunciatio tenuit, licet nunciare non debuit: quinimò & si per calumniam denunciauit, contempta denunciatione destruitur ædificium, vt argum. ff. ne quis eum qui in ius voca. fuer. vi. exi. l. si quis aliuin. Dicitur & alio modo non habere quis ius nunciandi: quia si debet nunciare, vel noo: tamen sic nunciat, vt nunciatio teneat: purà, quia non fit in re prę senti, vt ff. de noui oper. nuncia. l. de pupillo. §. nunciatione. & ita loquitur ff. de remiss. l. 1. & tunc non fit remissio: quia non tenet ounciatio. ita intelligitur litera hæc, cùm non: siue non planè legatur. quia re ur nunciatio, quatenus habeat ius prohibendi, qui nunciauit. & hoc verum est præstita cautione vel satisdatione: quare deberet remissio fieri. Item nota in dominium meum, quòd cui n ur nouum opus: potest interrogare nunciantem de causa nunciet, & si nunciator causam n p at impune ædificare ndum Azo. nam pr sumptionem in bonis, cre debet causam quare p noo audiatur, vt de cd ui Ad tol. l. vlt. & stipulatio sine causa concepta non dolo, vt ff. de dolī e c dona. & a u. ff. de acquir. rer. dom.

dom. l. nunquam nuda traditio. & sine causa volentem transigere neminem audiet prætor. ff. de transactio. l. cùm hi. in fin. primæ colum. In hoc autem interdicto
4 actor fac. tal. posit. POSITIO ACTORIS. † Ego dico, quod tu nunciasti mihi nouum opus. Item dico, quòd ego satisdedi tibi, vel caui, quòd si appareret iniustè me ædificasse, quod ego destruerem. Item dico, quòd fui paratus tibi satisdare. ista enim sunt paria siue satisdedi, siue voluerim satisdare. Item dico, quòd tu me prohibes volentem ędificare post satisdationem à me pręstitam. Item dico, quòd est minus anno, quòd hanc prohibitio
5 oem fecisti. Econtrà reus facit tales posi. POSITIO REI. Ego † dico, quòd ego nunciaui nouum opus tibi. Item dico, quòd ego petij, quòd mihi satisdares. Item dico, quòd tu mihi satisdare recusasti. Item dico, quòd iam annus transijt ab eo die ex quo dicis, quòd ego te prohibui volentem ædificare. In hoc autem interdicto cō
6 cipietur ita libellus. LIBELLVS. † Vobis domino, &c. conqueror ego Rofred. de M. qui cùm denunciasset mihi nouum opus, & sibi satisdederim de opere demoliendo, si appareret me iniustè ædificasse: vel paratus essem satisdare, & nunc velim ædificare, me prohibere & impedire quòminùs ædificem, non cessat, vel me impedit ædificare. vnde ne me impediat, ago contra ipsum, ad hoc propono interdictum de operis noui nunciat. quo cauetur, vt satisdatione pręstita ab eo cui nūciatur nouum opus, non impediatur quominùs ædificet, vel in factum actionem subrogatam in locum ipsius interdicti. Quod ita rectè concipiatur libellus, dicit ff. eod. l. prætor. §. deinde. OPPOSITIO. Sed opponitur. non videtur quòd libellus iste sit benè conceptus. certum est, quod iste qui vult ædificare: aut possidet, & tunc habet vti possidetis interdictum, ex quo non permittatur sibi ædificare. vt argum. ff. de vi & vi armat. l. vim facit. vel habet interdictum quòd vi aut clam. vt ff. quòd vi aut clam. l. is qui in puteum. in fine. Aut non possidet, & tunc quomodo habet istud interdictum, cum istud interdictum tueatur possidentem, scilicet ne impediatur ædificare. sicut patet ff. eo. l. prætor. §. deinde. Respondeo: iste libellus est benè conceptus. verum est enim quod istud interdictum datur possidenti vel tenenti: & licet haberet fortè locum interdictum vti possidetis, vel quod vi aut clam, nihilominus datur & istud: ictiū enim est nobis plura habere auxilia. vt arg. ff. de lib. leg. l. a. & arg. ff. de ser. l. ei fundo.

Si debitor alienet in fraudem creditoris, habet creditor ad reuocanda alienata interdictum fraudatorium.

De interdictu fraudatorio. Rubr.

1 *Interdictum fraudatorium an sit proprium nomen interdicti: & quæ interdicta fraudatis creditoribus competant, num. 2.*

CONtingit quòd aliquādo debitor alienat in fraudem creditoris, propter quòd competit creditori interdictum fraudatorium, vt ff. de solut. l. pupilli debitor. in princ. † Item competit creditori Caluisiana & Pauliana seu Fauiana, secundū diuersitates sententiarum, de quibus plenè diximus suprà in proprijs rubricis. vnde quæ dicta sunt in illis, intelligantur & in hoc interdicto tacitè repetita. hæc enim notator diuersitas. Nam quidam dicunt, † quòd sit proprium nomen interdicti, & habent pro se d. l. pupilli. de solu. in nulla 2 enim alia lege inuenitur nomen ipsius interdicti. Alij dicunt, quòd non sit proprium nomen interdicti: imò, quòd dicitur ff. de solu. l. pupilli debitor. de interdicto fraudatorio, intelligunt fortè, quòd est ff. de his quę in fraud. cred. l. 1. sicut probatur per legem eiusdem tit. de his quæ in fraud. cred. l. 3. vbi est litera, siue numerauit, &c. in hoc videtur consentire dominus meus, quòd nō sit proprium nomen interdicti. sed siue sit proprium nomen interdicti, siue non, concipias libellum sicut cōcepi suprà in tractatu de Caluisiana & Pauliana & Fauiana. & quot requiruntur in illis pro maiori parte & etiam circa confessiones, tot requiruntur in isto interdicto. vndè hic repetas ea quæ superiùs notaui.

Finis Tractat. de Interdictis.

TRACTATVS TERTIVS DE EDICTIS, QVAE ET IPSA PRAETORIA SVNT, CVM PROOEMIO ET SVMMA OMNIVM EDICTORVM.

1 *Ius prætorium per actiones, interdicta & edicta diuisum est.*
2 *Inter actiones prætorias, interdicta & edicta quæ differentia sit.*
3 *Edictum quid propriè esse dicatur.*
4 *Actio in factum loco cuiuslibet interdicti conceditur.*
5 *Actio omnis ex edicto descendens prætoria est.*



VM de interdictis omnibus plenè & copiosè sit tractatum: restat vt de actionibus ciuilibus differamus. Verùm quia edicta sunt prætoria, sicut interdicta: ideo primò de edictis tractantes, posteà de ciuilibus differemus: quia cum diuina gratia prætorij iuris tam in actionibus, quàm interdictis cursum peregimus, esset absonum si imperfectam circa edicta partem iuris prætorij sineremus. Ideò de edictis videamus. Sciendum † est in primis, quòd ius prætorium
1 sit tripartitè collectum seu diuisum: per actiones, per interdicta, & per edicta. Cùm ergo sit plenissimè tractatum de actionibus pretorijs & de interdictis, restat vt de edictis copiosissimè differamus. QVAESTIO. Quæritur † in primis quæ sit differentia inter actiones prætorias, interdicta, & edicta. cum omnia actionis verbo 2 contineantur. vt ff. de act. & oblig. l. actionis verbo continentur. Respon. quæ sit differentia inter actiones prætorias & interdicta, diximus suprà de interdictis in prin. Inter edicta autem & interdicta talis est differentia: in omnibus enim interdictis aliquid præcisè præcipitur vel fieri prohibetur. putà, vnde vi illum expulisti, illuc eum restituere. vti possid. eas ædes nec vi, nec clam, nec precariò ab aduersario vim fieri veto. & sic in omnibus alijs præcisè aliquid pręcipitur vel prohibetur: sic quilibet studiosus diligenter poterit considerare. In edictis autem non præcipitur aliquid ita præcise: sed sub quadam comminatione. Præcipitur enim in primis ne aliquid fiat, & si factum fuerit, actionem in factum pollicetur. Præcipitur enim ne aliquis corrumpat album prætoris: sed si corruperit, dat actionem in factum contra corrumpentem. vt ff. de iurisd. omnium iud. l. si quis id quod. Item præcipit & prohibet pretor ne aliquis habeat positum in suggrunda. sed si habuerit actionem in factum prætor ex suo edicto pollicetur. vt ff. de his qui deie. vel effu. l. si verò plures. §. prætor ait. sicut etiam in alijs edictis quilibet studiosus potest attendere: de quib. infrà dicemus. † Item nota, quòd edi- 3 ctum est constitutio vel constitutum pretoris, vel alterius,

rius qui iurisdictioni præest. vnde etiam dicit authori
tas. Exijt edictũ à Cæsare Augusto. Item in edictis præ-
tor aliquantulũ moderatè loquitur. dicit enim in ti. de
minori. si cũ minore 25. an. natu contractum est: quę res
erit animaduertenda, vt ff. de minor. l. ait prætor. Item
in titu. generali de restitut. dicit se daturum restitutio-
4 nem. Item nota, † quòd loco cuiuslibet edicti datur a-
ctio in factum: nisi speciali nomine aliquod edictum
5 nuncupetur. Item nota, † quòd omnis actio ex edicto
descendens est prętoria, sicut hæc per singula edicta o-
stendemus. Verùm quia de edictis sumus tractaturi: pri
mò videamus de eo quòd vindicat contemptam maie-
statem prætoris: & quia fit per edictum de albo corru-
pto, ideò de eo videamus.

Si quis corruperit vel deleuerit album prætoris, vt hodie sunt quaterni communis, vel abraserit, punitur in quinquaginta aureis per edictum de albo corrupto.

De edicto de albo corrupto. Rubr.

1 *Statuta sua & citationes prætores vbi scribebant.*
2 *Delegati alij qualiter citare habeant.*
3 *Actori quare non liceat id quod Reo licet.*
4 *Edictum de albo corrupto, an hodie locum habeat.*
5 *Edictum tale vt competat, quot necessaria sint.*
6 *Culpa lata an dolo comparetur.*
7 *Positiones Actoris & Rei in tali edicto, nu 8.*
9 *Libellus in tali edicto quomodò concipiatur.*
10 *Edictum huiusmodi quare in libello ponatur vtile.*
11 *Edictum tale an hodie vt olim locum habeat.*
12 *Pœna huiusmodi edicti, an in totum communis sit, vel rei publica, vel an debeat dimidiari inter actorem seu accusatorem, & fiscum.*
13 *Aduocatus si corrumpat, an probare potero illum dolo corrupisse.*

SCiendum est in primis, quare vocetur album præ-
1 toris: & qualiter aliquis dicatur corrumpere, &
quare pœna imponatur. † Vnde attende, quòd se-
cundùm iura prætores in curijs suis habebant locum
quendam dealbatum: pone parietem, vel tabulam, vel
quid aliud. & in loco illo scribebant prætores citatio-
nes, quas faciebant, & statuta sua: & ita dicebatur in li-
tera illa vel scriptura. prætor citat talem, vt die tali ve-
niat coram eo. Item prætor præcipit, quòd tale quid nõ
fiat: si aliquis fecerit contra, ita puniatur. Vnde hæc ta-
lis citatio quæ fiebat per edicta, non potest fieri à peda-
neis iudicibus. vt C. de iud. l. sancimus. in fin. nec etiam
à delegatis ab alijs iudicibus. vt in authen. col. 5. de ex-
hiben. & intro. reis. §. si verò non administret. nisi esset
delegatus à principe: qui quidem poterat per edicta ci
tare. vt in auth. de litigiosis. col. 8. §. omnem verò. in ver
2 si. edicta verò. QVAESTIO. † Quid ergo facient alij dele
gati, qualiter citabunt? Respondeo: possunt requirere,
id est, mittere nuntium, quòd litigantes veniant coram
eis. vt in prædicta l. sancimus. OPPOSITIO. Sed opponi-
tur. videtur authentica dicere, quòd delegatus denun-
ciet deleganti, vt delegans citet absentem. vt in authẽ.
de exhib. & introd. reis. §. si verò non administret. Re-
spondeo: intelligas quòd dicit authen. ante lit. contest.
post litem autem contest. potest ipse delegatus require
re, in quo casu loquitur lex prædicta, sancimus. sicut
prædicta authentic. videtur distinguere in prædicto §.
OPPOSITIO. Item opponitur in d. auth. de litigiosis. §.
igitur. vbi videtur notare quod quilibet delegatus pos-
sit dare inducias, & mittere actorem in possessionem,
id est, præcipere quòd mittatur. nullus enim re ipsa
posset immittere, nisi haberet mixtum vel merum im-
perium. vt ff. de iurisd. om. iud. l. iubere. & ff. ad munic.
l. magistratus municipales, & l. ea quæ. iubere autem
possunt, vt mittatur aliquis in posses. vt ff. de offic. eius
cui mand. est iurisdict. l. 1. §. vlti. sicut de his notaui co-
piosè suprà, quæ causæ possint delegari vel non. si ergò
potest mittere in poss. id est, præcipere quòd mittatur,
& dare inducias, multò fortiùs citare. vnde videtur
quòd quilibet delegatus possit citare. & sic videtur
corrigi quod dicitur in prædicta auth. §. si verò non ad-
ministret. & quod dicit C. de iudi. l. sancimus. Sed si ità
dicimus, occurrit authen. de litigiosis, §. edicta. vbi di-
citur, quòd nullus delegatus citare potest, nisi sit à prin
cipe delegatus. Vnde ita respondeas. Citationes tres
sunt, & tribus modis fiunt. prima per pręconem, qui ad
ad citandum reum sufficit. vt in authen. colum. 5. vt om.
obed. iudic. §. si verò neque ipse apparuerit. & est posi-
ta in C. vbi de crimi. agi oportet. authen. quia in prouin
cia. licèt talis citatio non sufficiat ad citandum actorẽ,
imo specialiter debet ad eum mitti nuncius, vt veniat.
vt dicit authen. de litig. §. omnem verò. QVAESTIO.
† Sed quare aliud in actore quàm Reo? nonne dicit re- 3
gula iuris: non debet licere actori, quod reo non licet.
vt ff. de regulis iuris. l. non debet. Respondeo: ratio est
in promptu. Reus enim multotiens citatur per nunci-
um, quòd veniat responsurus. vnde ad conuincendam
malitiam eius sufficit citatio per præconem. actor au-
tem nunquam citatur, imò alium facit citari. vnde per
specialem nuncium, & non per præconem est citan-
dus. Est & alia citatio quæ fit per nuncium: sicut totâ
die de facto videmus, quòd venit nuncius potestatis
seu communis, & dicit: venias coram potestate, istas
duas citationes quilibet iudicum potest facere. Est &
tertio citatio, quæ fit per edicta: quæ edicta non fiebant
nisi à maximis iudicibus, & scribebantur in albo, sicut
scribebantur in albo nomina decurionum & dignita-
tum, vt ff. de albo scribendo. l. 1. & 2. Quis autem locus
dicatur album prætoris, dictum est suprà in princip.
QVAESTIO. † Sed quæritur: non videtur, quòd istud in- 4
terdictum locum habeat. hodie enim non est album
prætoris tale. vnde nec locus est pœnæ, quæ per hoc e-
dictum imponitur: Respondeo: imò credo hodie locũ
habere, & si non directò, vtiliter tamen habet locum.
nam licèt hodie in desuetudinem abierit tale album
prætoris, tamen loco ipsius albi successerunt hodie cõ
stituta ciuitatũ, & quaterni, qui tota die cõficiuntur in
cõmuni. vnde credo, quòd si aliquis corrũpat hodie cõ
stitutũ ciuitatis vel quaternos communis, quòd habeat
locum hoc edictũ vtiliter. Vnde † ad hoc vt illud inter 5
dictum competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd
aliquis sit prætor, vel talis qui possit edicta facere. vt
C. de offic. prætor. orient. & illiricir. l. formam. Secun-
dum, quòd habuerit locum illum, scilicet parietem de
albatum ad scribenda edicta. Tertium, quod edicta sint
proposita. & causa perpetuæ iurisdictionis. Quartum,
quòd aliquis corruperit album illud, sicut hæc omnia
probantur ff. de iurisd. om. iudi. l. si quis id quod. & lo-
cum habet hoc interdictum siue sit scriptum in loco,
qui vocatur album prætoris, siue in charta vel in alia
materia, vt in l. prædicta. & hæc est pœna ciuilis. Si au-
tem vellet quis criminaliter agere, posset illum accu-
sare de falso. vt ff. de fals. l. hodie. Et nota quòd huius-
modi edictũ est populare, vt l. prędicta, si quis id quod.
Quintum, quod dolus interueniat, non autem lata cul-
pa, leuis vel leuissima. vt in l. prædicta. si quis id quod.
QVAEST. † Sed nonne lata culpa comparatur dolo. vt ff. 6
depositi. l. quòd Nerua. Respondeo. verum est quòd cõ
paratur in contractibus & quasi contractibus: at in de-
lictia nunquam lata culpa comparatur dolo. vt ff. ad l.
Corn. de sicarijs. l. si lege Corn. Item si lata culpa inter-
feceris hominem, non teneris vt homicida: quia dolus
cessauit. vt C. ad leg. Corn. de sicar. l. 1. & in furto si quis
latam culpam committat, de ea non tenetur, sed de do
lo tantum. vt C. de furt. l. 1. & l. inter omnes. in fin. 1. col.
Vnde in hoc edicto, scilicet quilibet de populo fac. ta.
po sit. POSITIO ACTOR. † Ego dico, quòd Titius est præ- 7
tor, vel senator, seu potestas ciuitatis Pistoriæ. Item di
co, quòd ipse fecit scribi in tali loco, vel in talibus qua
ternis communis ista, scilicet aliquod capitulum. Item
dico, quòd tu iuisti & corrupisti hoc albũ, vel illos qua
ternos cõmunis. corrumpere autẽ dicitur quis, siue ita
corruperit vt legi non possit, siue interlineauerit. vt ff
ad l. Aqu. l. qui tabulas, siue raserit, siue incidat vel mu-
ret. vt ff. de falsis. l. quid si. Econtra reus fac. tales posit.
POSITIO REI. † Ego dico, quòd potestas, siue prætor, si 8

ne senator qui scripsit in loco illo vel quaternis, scripsit sine consilio ciuitatis: vel solus senator sine alijs senatoribus. vnde si hoc consi. ac. reus puniri non potest. solus potestas hoc faceret sine consilio. vt ff. ad munic. l. quod maior. & ff. quod cuiusq; vniuersit. l. item eorú, & ff. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. & C. de aduoc. diuer. iud. l. restituendum. Item dico, quòd adhuc illi quaterni communis sunt in prima figura. si hoc consi. act. absoluetur reus. quia sequitur, quòd non sit neq; cancellatum nec abolitum, quod est in prima figura. vt C. de edicto diui Adr. tol. l. vlt. Item dico, quòd Titius corrupit tantùm quaternos, si hoc consi. act. absoluetur reus propter verbum illud tantùm. In hoc edicto concipiet
9 actor ita lib. talem, vel accusator. LIBELLVS. † Vobis domino, &c. conqueror ego R. de M. qui quaternos cómunis, siue libellos, siue confessiones, vel dicta testium posita in quaternis communis ipse corrupit, vel abradendo, vel mutando, vel intercidē do: vnde ipsum peto puniri quinquaginta aureis. ad hoc propono actionem in factum subrogatam in locum edicti de albo corrupto vtilem: vel ipsum edictū de albo corrupto vtile. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit ff. de iurisd. om. iu-
10 di. l. si quis id quod. & Inst. de act. §. pœnales. † QVAESTIO. Illud autem quæritur, quare ponitur in libello edictum vtile, &c. Respondeo: directum edictum nō credo hodie locum habere, cùm hodie non sint prætores, vel tales qui possint condere iura: nec fiant huiusmodi scripta in albis, nisi fortè dominus Imperator faceret, qui solus iura condit. vt C. de legi. & consti. l. humanú. & l. vltim. vel posset hodie locum habere directum, si aliquis corrupit aliquod edictum prætoris positum in aliquo titulo digestorum. Vtile dici ideò habere locū: quia licèt verba edicti deficiant, tamen habet locum sententia edicti. vt argum. ff. si quadru. pau. fecis. dica.
11 l. pen. QVAESTIO. † Item quæritur: non videtur quòd hodiè vel olim potuerit habere locum. Nam ita dicitur. Si quis id quod causa perpetuæ iurisdictionis: cum nunquam posset esse vel iurisdictio prætoris, vel alicuius potestatis perpetua: nonne annuum erat prætoris imperium? & hodie etiam potestates per annum eligū tur. vt Instit. de perpe. & temp. act. quomodò ergo eorū statuta possunt esse perpetua? cum lex dicat alibi: quòd potestates seu præsides non possunt aliquem damnare perpetuò, & vltrà tempus suæ iurisdictionis. vt ff. de pœn. l. mortis. Respondeo. Verum est, quòd per annum durabat eorum officium. veruntamen eorum statuta perpetuò seruabantur, & seruantur hodie: non tamen vltra annum durant. Nam omnis actio prætoria & pœnalis annalis est: præter actionem furti manifesti. vt Io
12 sti. de perpe. & temp. act. QVAESTIO. † Sed illud quæritur an ista pœna sit in totum communis vel reipublicæ, vel an debeat dimidiari inter actorem seu accusatorem, & fiscum. & hæc quæstio posset non [illegible] è in omnibus inferioribus edictis, nisi vbi edicta [illegible] sunt publica, & pœna debetur ea illis. Iura enim videntur inter se variare. nam quædam leges dicunt. quòd [illegible] ta pœna sit danda communi vel fisco vt C. de sepul. vio. l. qui sepulchrum. nam ibi dicit, quòd pœna illa inferatur fisco. Item ff. de termino amoto. l. agraria. pœna quinquaginta aureorum datur in publico. Econtrà lex videtur velle, quod sit illius qui accusationem intentat tota pœna: nam lex dicit, quòd in actionibus popularibus censetur creditor qui litem est contestatus. vt ff. de verbo. sign. l. vt si cui. Item lex alibi videtur velle, quòd pœna debeat dimidiari inter fiscum & accusatorem. vt C. de assesso. l. nemo. & ff. ad Syllan. l. lege. §. 1. & ar. de thesauro inuento cuius medietatem habet fiscus, medietatem inuentor. vt ff. de iure fisci. l. non intelligitur §. vlt. Respondit dominus Irnerius quod dimidiam fiscus, & dimidiam accusator accipiat, per leges prædictas & hoc etiam sentit dominus Vber. & etiam dominus meus Azo. Dominus autē Otto dixit, quòd tota pœna sit accusatoris, per l. prędictam. vt si cui. Nec obstat quod dicit lex de sepulchro violato. Ibi enim dicit speciale propter atrocitatem delicti eius, qui mortuos quadam sceleris immanitate in pace dormire non sinit. vt C. de episcopali audi. l. nemo. Nec obstat ff. de term. mot. quia quod ibi dicit, datur in publico, id est, cuilibet agenti de populo. Vnde dicebat ipse, quod vbicunque pœna debetur ex aliquo delicto: quòd semper detur accusatori, & non fisco: nisi lex dicat, quòd debeat dimidiam, vt legibus prędictis. Et nota, quòd licèt prima facie non videatur aliqua vtilitas istius edicti: tamen maxima est hodie, propter maliciam aduocatorum: qui quaternos communis corrumpunt, & libellos immutant, & confessiones, & acta, & dicta testium: sicut sæpè vidi de facto cōtingere. Sed nos dicimus, quòd dolo malo debet
album corrumpi. QVAESTIO. † Sed quid si aduocatus 13
corrumpat: nunquid probabo ipsum dolo corrupisse? videtur, quod sic. nam qui dolum dicit, dolum probare debet. vt ff. de proba. l. quoties. §. qui dolum, & lex dicit, dolus ab actore perspicuis insidijs probari debet. vt C. de dolo. l. dolum. Sed contrarium credo in parte ista. si certum esset, quòd aduocatus abrasisset vel corrupisset, præsumeretur quod dolo fecerit. & ita dicerē hic dolum præsumi, sicut & aliàs ff. de admin. tut. l. tutor qui repertorium. Quod autem suprà notaui, quòd lata culpa hic non comparetur dolo, & quod lex dicit, quod parcatur rusticitati, vt in lege prædicta. si quis id quod. Respondeo: verum est in principali, aliud in aduocato, qui sciuit iura, vel scire debuit, quomodò posset dicere, quòd fecit hoc per ignorantiā vel simplicitatem? certè nullo modo. Veruntamen si aduocatus abraderet, ad hoc vt emendaret: sicut aliquando multi faciunt, & hoc esset certum: nō credo eum puniendum. sed de consilio meo procedit, vt si vult hoc facere maximè in libello, & antè lit. contest. dicat iudici, & iudex faciat: vel mādet tabellioni fieri. alioquin si aduocatus mādaret tabellioni, quòd abraderet, & ille abrasit, vterq; tenetur. vt in l. prædicta. si quis id quod.

Si quis iudici non obtemperauerit, vel in principio, vel in medio, vel in fine, iudex potest eum mulctare ex illo edicto.

SI quis ius dicenti non obtemperauerit. Rubric.

1 *Edictum si quis ius dicenti, &c. an locum habeat in potestatibus & iudicibus nostri temporis.*
2 *Mulcta modica qua intelligatur.*
3 *Pœna seu mulcta per banna an imponi possit.*
4 *Banni ignorantia an aliquis excusari possit.*
5 *Edictum: si quis ius dicenti vt competat, quot requirantur.*
6 *Positiones Actoris & Rei in tali edicto, nu. 7.*
8 *Libelli in tali edicto quomodò concipiantur, nu. 9.*
10 *Libellus in tali edicto, quare duobus modis concipiatur.*
11 *Pœna huiusmodi edicti an locum habeat.*
12 *Edictum tale ab alijs inferioribus edictis an differat.*

COntingit sæpiùs, quòd litigantes iudicibus non obtemperant: & ideò introductum est edictum, per quod imponitur mulcta illi, qui iudicanti non obtemperat, quę mulcta continet quanti ea res est.
vt ff. si quis ius dicen. non obt. l. vnica. † QVAESTIO. Sed 1
illud quæritur: an hodiè istud edictum habeat locum in potestatibus & iudicibus nostri temporis. videtur in primis quòd non, nam omnibus magistratibus est permissum defendere iurisdictionem suam pœnali, id est, mulctali iudicio: non tamen duumuiris. vt lege prędicta: quòd verbum duumuiris, exponit dominus meus sic, id est, ciuitatum defensoribus, seu municipiorum. vt C. de iudic. l. vltim. Item lex dicit, defensores ciuitatum non indicunt mulctas, vt C. de defensoribus ciuitatum. l. defensores nihil. Sed dominus meus dicit, & olim & hodie posse defensores ciuitatum mulctas indicere, & defendere suā iurisdictionem mulctali iudicio. nam cùm & olim & hodie habebant & habeant iurisdictionem. ergo habebant coercitionem & nūc habent: cùm iurisdictio sine coercitione nulla sit. vt ff. de off. eius cui mand. est iurisd. l. 1. & l. vlt. Item tùm hodie possint audire leuia crimina. vt in auth. de defens. ciuit. col. 3.

col.3.§.audiét.ergo multò fortiùs possunt mulctas imponere. Præterea vide rationem expressam. esto quòd potestas vel iudex aliquos præcipiat aliquid tanquam iudex, & litigator non vult parere, quid erit? certè iam esset inane & elusorium prætoris imperium, quod iura nolunt, vt ff. de iud. l. si prætor. & ff. ne quid in loco publ. fiat. l. vlti. hodie tamen videmus de facto quòd & potestates & iudices communis indicunt mulctas litigatoribus nolentibus eorum parere præceptis: & sic de iure & de facto videtur bona sententia domini mei. Nec obstat l. vnic. ff. si quis ius di. non obt. vbi dicitur, quòd non potest duumuir defendere suam iurisdictionem pœnali iudicio. Respondeo: verum est pœnali, si corporaliter puniat. vel aliter & melius, id est mulctare, subaudi imponendo maximã mulctam: de qua mulcta loquitur C. de modo mul. l. vlt. potest tamen indicere mulctam modicam. & ita respondeo ad l. prædic. de
2 defensor. ciuit. QVAESTIO. † Sed illud quæritur: quam intelligemus modicam mulctam? respõdeo: secundùm qualitatem contemptæ iurisdictionis, & secundùm cõditionem personæ, & secundum ciuitatem in qua præest. & dicitur maxima mulcta vel modica in Lombardia: vbi potestates habent liberum arbitrium in potestarijs indicunt mulctam nõ modicam, sed maximam. nam sæpè vidi pro modico delicto, scilicet quòd potestati non obtemperasset, imponi pœnam & mulctam scilicet 100. librarum imperialium. & sic imponitur mulcta vltrà quam dicat C. de modo mulc. l. vlt. In Tuscia autem vbi nolunt ciuitates quòd potestates sint liberi domini quò ad mulctas, & quò ad pœnas imponẽdas, indicunt modicas mulctas. Nam apud Pistorium ciuitatem fertilem, nobilem, & probissimam, potestas sine consilio non potest punire vltra 10. solid. cùm volũtare consilij potest punire quantum voluerit potestas
3 cum consilio. QVAESTIO. † Cum de [illegible] bannis quæ mittuntur hodie per præcones. ita potestas præcipiat, quòd quicunque iuerit cum armis, sit in pœna 100. lib. quæritur an talis pœna seu mulcta possit imponi? sicut etiam Comites & Barones in Apuleia faciunt, qui indicunt mulctas 100. vnciarum, & sic indicunt mulctam vltra d. l. vltim. Respondeo, de iure si quærimus, talis mulcta imponi non potest. nam per legem illam maior mulcta quæ imponitur, non excedit sex vncias auri (& hoc quando maximus est iudex) quæ sex vnciæ auri faciunt 36. aureos. qui 36. aurei faciunt benè 34. libras Pisano. & hinc colligo 72. aureos facere libram auri, vt C. lib. 10. de suscep. & arcarijs. l. quotiens. libra auri valet 12. vncias. vncia autem auri valet quatuor libris & dimidia. vel 100. solidos ad plus: & sic poteris compotationem trahere, si sciuisti de abbaco: & sic semper in legibus nostris ponitur solidus pro aureo, & econuersò. Vnde quidam stultus iudex apud nobile castrum de Tuscia, scilicet montem pollice. dona. 300. librarum factam sine insinuatione reuocauit, & dixit nullam vsq; ad 21. libras: & faciebat talem computationem, donatio non valet vltra quingentos solidos. vt C. de donat. l. sancimus. & l. si quis argentum. quingenti solidi faciunt 25. libr. & ideo donationem 25. librarum valere iudico, vltra pronuncio non valere: & sic iudex ille fuit deceptus specie rei: & sic scutella de iure, id est de brodio. ideò istud recitaui, vt sciant sibi cauere iudices nostri temporis, ne malè iudicent, sicut ille. veruntamen de facto hodie potestates in Lombardia & Tuscia, & Comites & Barones in Apulia indicunt mulctas & imponunt. QVAESTIO. † Item istud quæritur: ecce bannum
4 missum est per totam ciuitatem, aliquis venit & fecit contra bannum: dicit modò, ego non incidi in pœnam: quia ignoraui bannum esse missum: & ita dicit se iudici vel potestati tamen obtemperasse: quia contra non fecit, cùm sua sit ignorantia excusatus. nunquid econuersò debet probari illum bannum sciuisse esse missum? videtur quòd sic. quia qui aliquem vult de scientia arguere, ille probare debet, qui dicit sciuisse, non qui dicit se ignorasse. vt ff. de proba. l. verius. & ff. de admi. tut. l. hoc autem. Item & est aliud argum nam vox præconia paucis innotescit, vt auth. qui semel. C. quom. & quan. iudex. & est in auth. de litig. col. 8. §. omnem verò. Præterea lex dicit, quòd decretum factum ab ordine, nõ tenet nisi scientem: non autem ignorantem, vt ff. de decr. ab ordi. fac. l. vltim. nam & si quis ignorans testatorem occisum, testamentum aperuit, nõ punitur. vt ff. ad Syllan. l. si quis nisi graui. §. si quis ignorans. & non contemnit disciplinam qui ignorauit militem. vt ff. loc. & cond. l. si quis ignorans. Ecõtrà videtur, quòd aliquis nõ possit excusari propter ignorantiam: nam lex dicit; quod sufficit si sit aliquis præconia voce citatus. vt in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi opõrtet. & est in corpore auth. vt nu. obed. iud. coll 6. Præterea lex dicit: quòd licet aliquis se ignorasse dicat: nihilominùs incidit in pœnã vectigalis. vt ff. de publi. l. vlti. §. licèt. Quid ergo dicemus? Respondeo, & dico aliquem in bannum incidere etsi dicat se ignorare. si enim bannum fuit generale per ciuitatem, & ipse fuit in ea, non potest allegare se ignorasse illud quod omnes de ciuitate vel maior pars sciuit: & esset crassa ignorantia. vt ff. de iur. & fact. ignoran. l. regula. & de instit. l. sed si pupillus. §. proscribere. verum si vellet dicere, quòd eo die fuit absens, quo bannum fuit missum audirem illum, & excusaretur à pœna, vt C. de contrah. & commit. stip. l. optimam. & in eo casu attende quod dicit l. vlt. C. de decret. ab ord. fac. & quod dicit authent. non sufficere si sit præconia voce citatus, verũ est, quando præco mittitur ita per totam ciuitatem. tunc nullũ
credo a banno excusari. Vnde ad hoc † vt istud interdi- 5
ctum competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit magistratus. Secundum, quòd aliquis sit subiectus iurisdictioni illius: alioquin non tenetur parere. vt ff. de iurisd. om. iud. l. vlt. & ff. de bon. auth. iud. poss. l. cum vnus. §. is qui. Tertium, quòd aliquid fuerit mandatum subiectu iurisdictioni suæ à iudice. Quintum; quòd ille non obtemperauerit: sicut hæc probantur ff. si quis ius di. non obt. l. vnica. Et dicitur aliquis nõ obtemperare, siue non obtemperat in principio: putà, iudex dicit, exhibeas rem, vel venias die tali ad curiam: siue in medio causæ, siue in fine. in quacumque ergo parte causæ actor vel reus non paret iudici, non videtur obtemperare, & ideò iudex eum punire potest per hoc edictum. & licèt dicat lex prædicta, quod is videtur non obtemperare: qui quod est extremum in iurisdictione non implet, & ita videatur caueri quòd vltimam partem iudicij respiciat: sicut & multi errantes in hac opinione fuerunt. Dominus tamen meus dicit, extremum vocari quamlibet partem iudicij: sicut ipse notat in prædicto titulo in notula sua, hoc modo. hic ponunt quidam extremum pro vltimo, & vltimum vocant executionem sententiæ, & missionem rei quæ petitur, id est, quæ vltimo fit post vocationem. & quod sequitur in l. prædicta. veluti si quis rem mobilem à se vẽdicare non est passus, &c. non ad positum, sed ad subauditum refertur, quasi dicat: is demum incidit, qui non paruit vltimo: non is qui non paret primo. Is autem primo non paret, qui in iudicio rem à se peti non patitur, qui absentat se, & patitur rem sibi auferri, hic paret vltimo. nec incidit in edictum. cæterùm si, &c. quasi di. vltimo non paret, & sic recusauit sequentia, hic punitur: OPPOSITIO. His potest obijci quod est in e. l. §. non solum. nam ibi dicit, quòd hoc locum habet in actore & reo. sed secundùm eos non habet locum titulus nisi in reo: quod falsum est. præterea ratio viua confundit eos. si enim non patitur rem à se vendicari, & sic non potest lis in rei vendicatione contestari: quomodò patietur rem à se vendicari? hoc esset impossibile. vnde dicimus extremum, dicitur primum & vltimum iurisdictionis. nam in syllogismis extremum dicitur primus & vltimus termino medio coniuncto: putà, in hoc exemplo. omnis homo est animal. sed omne risibile est homo. ergo omne risibile est animal. nam quod prædicatur in conclusione & propositione, scilicet hoc nomen. animal, dicitur vna extremitas, & maior. quod autem subijcitur & assumitur in assumptione & conclusione, est alia extremitas: minor. id est. hoc nomen, risibile, medius. quòd subijcitur in prima, subijcitur in se-

cunda, scilicet homo. & quod dicit in litera veluti si
quis à se rem vendicare passus non est, &c. ponitur ex-
emplum de eo qui non paret ei quod primum est in iu-
risdictione, & quod dicit litera, sed duei &c. si & sequē
tia. ponit exemplum de eo qui nō obtemperat ei quod
est vltimum in iurisdictiōe. In hoc autem edicto Actor
6 faciat tales positiones. POSITIO ACTORIS. † Ego
dico, quòd dominus Vgolinus de portaria est potestas
Pistorij. Item dico, quòd dominus Insurus est iudex
communis Pistorij. Item dico, quòd ipse tibi præcepit,
quòd die tali esses coram eo, vel quòd rem exhiberes,
vel quòd rem restitueres, vel aliquid tale. Item dico,
quòd tu contempsisti tale præceptum. Item dico, quòd
tu es de ciuitate Pistorij, vel de eius districtu. Item di-
co, quòd tanti mea interest: pone 10. quòd tu illud præ-
ceptum seruasses: hanc vltimam confessionem facio,
quando actor vult petere suum interesse per illud edi-
ctum, quod potest, sicut infrà notabimus. si autem vult
agere ad pœnam: tunc dico illam confessionem non es-
se necessariam. Econtra reus faciat tales positiones. PO
7 SITIO REI. † Ego dico, quòd dominus Vgolinus fuit
potestas per annum, à Kalendis Ianuarijs vsque ad an-
num. Item dico, quòd ipse dominus potestas præcepit
mihi eo tempore quando successor aduenit vel fecit mi
hi istud mandatum post Kalend. Ianuar. finito anno: si
hoc confitebitur actor, absoluetur reus, quia præcipe-
re eo tempore quo priuatus est. non potest: vel eo tem-
pore quo successor aduenit. vt ff. de iurisd. om. iud. l. eũ
qui. & ff. de off. procons. & leg. l. meminisse. Item dico,
quòd ego sum Pisanus. si hoc confite. act. absolue. reus
per l. vlt. ff. de iurisd. om. iud. Item dico, quòd illud prę-
ceptum ego adimpleui. Item dico, quod illud manda-
tum fecit Titio tantùm. si hoc confitebitur actor, absol-
uetur reus. Item dico, quòd licet præceperit mihi. quòd
vsque ad talem diem tale quid facerem, & ego post di-
em illum feci, quod tu præcepisti. si hoc confitebitur
actor, absoluetur reus per l. 2. §. 2. & ff. de eo quod certo
loco. l. vlt. In hoc autem edicto concipitur ita libellus.
8 LIBELLVS. † Vobis domino H. po. Pistorij conqueror e-
go R. de M. qui vocatus à tali iudice communis Pistor,
quòd veniret coram eo ad meam petitionem, vt mihi
responderet, venire contempsit. vnde quia non venit,
venire cōtempsit. vnde q̃a non venit, interest mea intā-
cùm: pone 10. ideò illud interesse peto: & ad hoc pro-
pono edictum, si quis ius di. non obt. Quod ita rectè cō
cipiatur libellus, dicit ff. si quis ius di. non obtemp. l. v-
nic. ita concipitur libellus, si aliquis vult petere suum
interesse, quando aliquis vocatus non venit ad iudicē:
vel mandatum sibi factum à iudice ad petitionem meā
non seruauit: vel ita dicas: quòd mandatum de re exhi-
benda vel restituenda, vel pecunia soluenda nō serua-
uit. vnde quia tanti interest mea, & c. Si autem vis con-
cipere libellum, quòd iudex eum puniat, id est, mul-
ctet pœna pecuniaria, concipies ita libellum. LIBEL-
9 LVS. Vobis domino, &c. conqueror ego R. de M. qui
mandatum sibi à vobis factum nō adimpleuit, & sic vo-
bis non obtemperauit. vnde vt ipsum puniatis ago. &
ad hoc propono actionem in factum ex edicto, si quis
ius di. non obtemp. Quod ita rectè concipiatur libel-
10 lus, dicit l. prædicta. QVAESTIO. † Sed illud quæritur:
quare duobus modis cocipitur in hoc edicto libellus?
Respondeo. quia per hoc edictum duplex via agendi
conceditur. per vnam consulitur actori, & poterit pe-
tere quanti ea res erit, id est quanti sua interest. quod e-
nim dicitur, hoc iudicium non ad id quod interest, sci-
licet singulariter, sed quanti ea res erit, id est, quāti in-
terest nam hæc verba, licèt ad veram rei æstimationē
referantur. vt ff. de verb. sign. l. inter hæc verba. tamen
hic aliter accipiuntur. scilicèt pro vero interesse acto-
ris. sicut alibi hæc verba accipiuntur. vt ff. ne vis ei qui
in poss. missus est. l. 1. § hæc verba. continent ergo illa
verba interesse actoris, scilicet quantum re vera expen
dit, dando aduocatis: vel alias poterit probare, quòd
sua interfit. sicut & ff. qui satisd. cog. l. 1. §. vlt. & C. de iu
di. l. sancimus. fatuum enim esset dicere, vt vera rei ęsti
matio præstetur vni ab altero, ideò quia vel actor, vel
reus non venit: & est alia via per quam imponitur pœ-
na ei qui non obtemperauit, & illa pœna datur fisco,
vel communi. C. de modo mulct. l. mulctatum. & hoc
dicit ff. si quis ius di. non obtemp. l. vnica. §. hoc iudici-
um. nam quod dicit: hoc iudicium non ad id quod in-
terest, sed quanti ea res erit, inducitur, loquitur quan-
do ex hoc edicto agere potest actor ad suum interesse,
vt dictum est: in eo quod sequitur in eo. §. & cùm merā
pœnam cōtineat, loquitur quando petitur mulcta, quę
fisco præstatur, vt dictum est. & illa mulcta exacta vel
exigenda dicitur mera pœna ex parte soluētis: quia sol
uit illud quod nunquam ad se peruenit, fiscus recipit
quod nunquam sibi absuit. At si velles intelligere vlti-
mam partem §. de eo quod loquitur principium, § sta-
re non posset quia interesse non est mera pœna: nam li-
cèt sit pœna quantum ad soluentem: quia soluit, quod
nunquam sibi adfuit: tamen quantum ad recipientem,
non est pœna, sed interesse, quia recipit illud quod sibi
abfuit, & hæc est vera expositio illius §. sicut ibi nota-
ui. licèt dominus meus leget illum §. primò, quòd to-
tus loquatur de interesse actoris. & quod dicat meram
pœnam, impropriè ponatur, sicut in titulis suis anti-
quis notauit. Secũdo modo legitur §. quod totus loqua-
tur de mulcta, quæ à iudice potest imponi: ideò quia si-
bi non fuit obtemperatum. & hoc dicit litera, non ad
interesse, scilicet actoris, sed quanti ea res erit: scilicet,
ad mulctam. & hoc dicit propter sequētia, & cùm merā
pœnā &c. & sic notauit ipse in nouis notulis. Sed sic le
gimus § prędictum, quòd loquatur & de interesse acto
ris, & de mulcta à iudice imponenda: & hoc patet ra-
tione euidenti. Nam quòd loquatur de interesse toti-
us, stare non posset: quia dicit quòd non datur post an-
num: imò debet dari perpetuò: cùm sit rei persecuto-
ria, id est, interesse, vt ff. de act. & oblig. l. in honorarijs.
nisi fortè diceres, quòd ideò non datur post annũ: quia
cùm sit ex edicto actio, & non peruenerit aliquid ad il
lum, qui non obtemperauerit, non debeat vltrà annum
dari. vt ff. de interd. l. pen QVAESTIO. Quæritur: quomo
dò ex hoc edicto aliquis bis puniatur: cum iura dicant
non deberi de delicto eiusdem hominis sæpiùs quæri,
vt ff. nau. caup. stab. l. licèt & Deus non iudicat aliquem
bis. quare ergo hic bis punitur ex hoc edicto, vt dictũ
est? Respondeo, ideò contingit, quia contra vtrumque
deliquit contempsit iudicem: quia vocatus non venit,
& non veniendo læsit alteram partem, cùm oportuerit
ipsam facere expensas. vnde vt bis puniatur. nō est mi-
rum: nam plura delicta plures exigunt pœnas. vt ff. de
act. & obl. l. nunquam. & l. qui seruum §. vltim. & ff. de
priuatis delictis. l. nunquam. Quod enim dicit, non de-
bet de delicto sæpius quæri, subaudi ab eodem: sed à di-
uersis secus: nam & hæreticus punitur à Deo. & nihilo-
minus ab Imperatore. vt C. de summa Trinit. l. 1. & hoc
etiam potestates nostri temporis attendunt. Nam si ali
quis non obseruat sua mandata, puniunt contemptorē
in 10. soli. sicut Pistorij. & faciunt prætereà sua manda-
ta seruare. QVAESTIO. † Item quæritur. non videtur, 11
quòd habeat locum pœna istius edicti. nam si aliquis
non paret iudici, actor potest petere, quòd mittatur in
possessionem, & hoc satis est. vt ff. de in ius voc. l. satis.
Respondeo: vtrumque potest actor petere, scilicet &
possessionem in bonis, & quod petit suum interesse, per
hoc edictum. & hoc multi admiserunt. Dominus meus
aliter sentit. dicit enim, si aliquis non venit. ideò quia
est præsumptiuè contumax, tunc locum habet l. illa, sa-
tis. si enim sit verè contumax: putà, quia contemnit a-
ctorem vel iudicem, secus est: & habet locum pœna i-
stius edicti. & ita notauit ibi dominus meus. OPPOSI-
TIO. Item multa videntur huic edicto contradicere:
nam prætor motrum ordinariam pœnam inducit in e-
um, qui iudici non obtemperat, scilicet quanti ea res
est quæ pœna mulcta est, expressa tamen non est. Item
ff. si quis in ius vocat. non ie. ar. l. 1. dicit eum qui non ob
temperat, esse mulctandum pro iurisdictione iudicis:
& illa pœna ordinaria non est. Item qui iussus est rem
restituere, & iudici non paret contra eum iuratur in li
tem. vt ff. de rei vend. l. restituere. Item in actione quod
metus

metus causa: qui non paret iudici, punitur in quadruplum. vt Instit. de actionib. §. item actio quod metus causa. & ff. quod metus causa. l. si cùm ex. §. 1. Prætereà si iudex aliquem in possessionem mitti iusserit, & iudici non obtemperauerit, datur contra illum qui non patuit, actio ad interesse illius qui iussus est mitti. vt ff. ne vis fiat ei qui in possess. miss. est. l. 1. §. hæc verba. Item contumacia eius qui iudici non paret, damno litis coercetur. vt ff. de re iudicata, l. contumacia. si ergo aliæ & diuersæ pœnæ imponantur per leges, vt dictum est, ei qui non paret iudici. quare ergo per illud edictum pœna inducitur: vel quare istud edictum fuit inuentū? Respondit dominus meus R. quòd per alia auxilia litiganti succurritur. quia illæ pœnæ litigatori præstantur: per istud edictum inducitur mulcta, quæ fisco datur: secundùm quòd & dominus meus legit §. istum, vt istud edictum totum loquatur in mulcta, vt supra notaui. Vel aliter & melius. titulus ille vt generalis ponitur de eo qui iudici non obtemperat aliæ leges loquuntur specialiter, ita quòd quilibet in domicilio suo: vnde non superabundat, sicut nec superabundat constitutio, si quis in tantam: quæ punit violentiam: licèt aliæ etiam leges violentiam puniant. & sanctio legum quæ generalem pœnam imponit, non superabundat propter leges quæ specialem pœnam imponunt: imò nec ad
12 alias pertinet. vt ff. de pœnis. l. sanctio. & argumento. ff. de verbor. obligat. l. doli clausula. QVAESTIO. † Item quæritur quæ sit differentia inter istud edictum, & inferiora edicta, scilicèt, si quis in ius vocat. non ierit. & ff. de in ius vocando. & ff. in ius voca. vt eant. & ff. ne quis eum qui eum in ius voca. & ff. qui satisda. cogant. & ff. de eo per quem fact. est quominùs quis in iud. sist. nam ista edicta videntur inter se variare, & quo ad materias, & quò ad pœnas. Nam edictum, si quis ius di. nō obtemp. & edictum in ius vocati vt eant, videntur ad eandem materiam pertinere: sed differunt inter se, quia edictum in ius vocati vt eant, clariùs & apertiùs loquitur: quàm edictum si quis ius di. cen. Item in eo edicto, in ius vocati vt eant, plus ponitur quàm in alio edicto, si quis ius dic. nam in eo ponitur de eo qui vocatur ad extraordinarium iudicem. quod in illo edicto non est. Item edictum si quis ius di. non obtemp. est generaliùs: nam & pro mulcta. & pro expensa datur, illud autem tantùm pro mulcta. Vel quod est veriùs, secundùm dominum meum in illo edicto, in ius vocati vt eant, nullum decretum interponitur pro mulcta præstanda: sed tantùm agitur e [illegible] stip [illegible] latione per illud edictum, si quis ius dicen. non obtemp. imponitur mulcta. Sed salua pace domini mei, contrarium est. nam & per illud edictum, in ius vocati vt eant, inducitur mulcta, vt ff. in ius voca. vt eant. l. 2. §. vlti. Item edictum in ius voca. vt eant. & edictum qui satisdare cogan. differunt inter se. quia in edicto, in ius voca. ponitur de cautione iudicio sisti tantùm interponenda. In edicto, qui satisdare cogantur, loquitur & de illa cautione, & de cautione iudicatum solui, & copiosiùs. Item edictum illud, ne quis eum qui in ius voc. fu. & edictum de eo per quem factum est, differunt: quia edictum ne quis eum, &c. locum habet, quando quis exemit aliquem vi non committendo dolum contra exemptum: sed tantùm cōtra in ius vocantem. Edictum autem de eo per quē factum est, locum habet quando quis exemit aliquem à iudicio, non per vim, sed alia de causa & dolo. Item per illud edictum, ne quis eum &c. punitur eximens in toto singulari interesse actoris: quia iuratur contra illum in litem. vt ff. ne quis eum qui in ius voc. fuer. vi exim. l. per alium. & consulitur tantùm actori. Per edictum de eo per quem factum est, imponitur pœna, scilicèt quò ad interesse verum, non singulare: quia non iuratur in litem. & est ratio: quia ibi minùs deliquit, cùm vim committit: & consulitur & vocato & vocanti: sed vocanti in casu quando actio suo tempore est perempta. vt ff. de eo per quem factum est. l. ex hoc edicto. Inter edictum autem si quis ius dic. & edictum si quis in ius voc. non ierit, est differentia quò ad pœnam: quia per hoc edictum si quis ius di. imponitur mulcta tantū per illud edictum, in ius vocati vt eant, nō imponitur mulcta. Et quando dicitur in eodem titul. l. 2. quia à iudice mulcta imponitur: subaudi, non per illud edictum: sed per illud scilicet, si quis ius di. licèt aliæ differentię notentur inter ista duo vltima edicta: sicut supra eodem titulo notauimus.

Si aliquis temerè vocauerit aliquem in iudicio, quem vocare non licet, punitur quinquaginta aureis, ex edicto, si quis aliquem vocauerit, quem vocare non licet.

De edicto, si quis temerè vocauerit aliquem in ius, quem vocare non licet.

Rubrica.

1 *Edictum si quis temere, an de filio emancipato, vel in potestate constituto disponat.*

2 *Heres extraneus liberti quare vocet patronum in ius sine venia, libertus autem non possit vocare patroni heredem etiam extraneum.*

3 *Edictum, si quis temerè vocauerit, &c. vt competat, quot necessaria sint.*

4 *Interdictum huiusmodi an locum habeat, si discipulus vocet magistrum in ius sine venia, vel aliquis iuuenis senem.*

5 *Positiones Actoris & Rei in edicto: Si quis temerè vocauerit aliquem in ius, quem vocare &c.*

7 *Libellus in tali edicto quomodò concipiatur.*

8 *Libello huiusmodi quare apponatur clausula, & litem cōtestatus fuit.*

9 *Pœna huiusmodi in edicto apposita, an hodie locum habeat.*

10 *Veniam à potestate si quis petierit, & posteà patrem vel patronum in ius vocauerit, an excusandus sit: vbi etiam quid in filio.*

QVIA multotiens vocantur aliqui in ius, qui per edictum vocari non possunt, sicut sunt parentes & patroni: ideò per edictum de in ius vocando, imponitur pœna filio & liberto quinquaginta aureorum, si vocauerint sine venia patrem vel patronum. vt C. de in ius vocan. l. 1. & ff. eod. tit. l. penulti. Qui autem intelligantur appellatione parentis & patroni, legitur ff. eod. l. quoque. cum ll. seqq. & l. adoptiuum. & l. is quoque. & l. sed si hac. Et de hac materia copiosè dic vt notat dominus meus in summa huius tit. QVAE-
STIO. † Sed illud quæritur circa filium, an illud edictū 1
loquatur de filio emancipato, vel in potestate constituto, quòd non possit vocare patrem in ius sine venia? Respondeo & dico, quòd loquitur de filio emancipato. ille enim non potest vocare patrem in ius sine venia. si enim erit in potestate, tunc nullo modo etiam cum venia posset vocare. quia qui in potestate patris agunt, aduersus eos experiri non possunt. vt C. eod. tit. l. qui in potestate. & ff. de iudic. l. lis nulla. Nam quando est in potestate, magis prohibetur vocare patrem in ius iure patriæ potestatis, quàm præcepto prætoris. vt ff. eod. titu. l. adoptiuum. prętérquam in casibus, in quibus filius durante patria potestate, vocabit patrem in ius: sed tunc credo cum venia. Ecce enim si filiusfa. agit contra patrem, si petat emancipari: quia pater imposuit sibi necessitatem peccandi. vt C. de episcopali audient. l. si lenones, vel si aliàs sit pater durus & sæuus, & crudelis circa filium: sicut & de multis inuenitur. vt ff. si quis à patre fuer. man. l. vlt. Item si legatum sit relictū patri, vt emancipet filium, & agnoscat legatum pater. vt ff. de condit. & demonst. l. si cui. Item si hæreditas sit relicta patri, vt filio restituat. agit filius contra patrē: ad hoc vt pater sibi caueat de hæreditate illa non dissipanda: vel quòd restituat sibi. vt ff. ad Trebellianum. l. Imperator. Item & agit vt præstet sibi alimenta. vt ff. de liberis agnoscendis. l. si quis a liberis. & C. de patria potestate. l. nec. Et econuersò, pater agit contra filium pro alimentis. vt C. de alendis liberis: & intentat in-

terdictum contra eum de liberis exhibendis & deducendis. vt ff. de liber. exhibend. l. deinde. & l. si eum. & rei vendicationem præiudicialem, adiecta causa de iure Quiritium. vt ff. de rei vendicatione. l. 1. & Institu. de act. §. præiudiciales. Item & alio casu C. de patria potestat. l. 1. & criminari potest filium. vt ff. ad leg. Corn. de sicar. l. inauditum. Item in castrensi peculio. vt ff. de iudic. l. lis nulla. & ff. de in ius vocan. l. adoptiuum. Et ad hoc attende: quia hoc quod dico in filio, locum habet etiam in nepote, & trinepote, & in omnibus descendentibus. vt ff. eodem. l. sed si hac lege. §. liberos. Hoc etiam attende in liberto & eius filijs: sed in extraneo liberti secùs: quia poterit patronum liberti sui testatoris in ius & sine venia vocare: quia hæres extraneus liberti omnia iura ingenui habet quò ad patronum vt ff. de obseq. à liber. patro. præstandis, l. hæres. † QVAESTIO. Quæritur ergo quæ sit ratio quare extraneus hæres liberti vocet patronum in ius sine venia: libertus autem non possit vocare patroni hæredem etiam extraneum sine venia. vt C. eod. l. 2. Nec obstat C. de oper. liber. l. liberti libertæque. quia lex illa loquitur de operis artificialibus seu fabrilibus, & de his quæ consistunt in faciendo has operas non debet libertus extraneo hæredi patroni: at operas quæ consistunt in non faciendo, vt non vocare, illas debet libertus etiam extraneo hæredi patroni. Respondeo, ratio est in promptu: ex parte patroni est fauor, ex parte liberti odium. vnde cum sit fauor ex parte patroni, meritò prorogatur ad eius extraneum hæredem: & ex parte liberti cum sit odium, meritò restringitur vt ff. de liber. & posthum. l. cùm quidã. in fin. & ff. de ventre in possess. mittendo. l. 1 §. 1. meritò extraneus hæres liberti vocat patronum in ius sine venia. Sed licèt libertus non possit patronum in ius vocare sine venia. Respondeo, verum est nomine suo etiam si patronus sit tutor vel curator alterius: at libertus tutorio nomine benè vocat patronum in ius & sine venia. vt ff. eod. tit. l. sed si hac lege. §. vlt. & l. quæsitum. Ad hoc vt istud edictum habeat locum, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit parẽs vel patronus. Qualiter autem aliquis dicatur parens vel patronus, dicitur ff. eodem. l. quique. & l. adoptiuum. Secundũ, quòd filius sit emancipatus, sicut superiùs dictum est. Tertium, quòd filius vel libertus litem fuerint contestati. alioquin per solam dationem libelli, non puniuntur, si posteà pœniteant. vt ff. eodem titu. l. libertus. Sicut nec quis per solam dationem libelli, si desistat incidit in Turpilianum, vt ff. ad S.C. Turpilianum. l. quæsitum. Et maritus propter solum libellum datum contra vxorem non prohibetur de iure vxorem in matrimonio retinere, vt C. ad leg. Iul. de adult. l. sine metu. ad idem facit ff. rem rat. hab. l. amplius non peti. QVAESTIO. † Sed
4 illud quæritur, an istud edictum habeat locum, si discipulus vocet magistrum in ius sine venia: vel aliquis iuuenis senem? & videtur quòd sic. vt ff. eodem. l. generaliter. eas personas quibus reuerentia est præstanda, nõ possumus vocare in ius sine venia. at seni debetur reuerentia. vt ff. de iure immunitatis. l. semper. & etiam doctori. vt ff. de donatio. l. Aquilius regulus. Respondeo, non est verum in sene, vel in Doctore. Quod enim dicit d. l. generaliter, personæ quibus reuerentia debetur, subaudi iure paternitatis, seu patronatus, non possunt in ius vocari sine venia. Quartum, quòd vocatio in ios fuerit facta sine venia, alioquin si cum venia, non punitur. vt ff. eodem. l. vltim. & penultim. Vnde in hoc edicto actor faciat tales positiones. POSITIO A-
5 CTORIS. Ego dico, † quòd ego sum pater tuus, vel patronus: sed licèt lex dicat de patre adoptiuo, vt dicit ff. eodem. l. adoptiuum. verum est de iure veteri: sed hodiè secùs. quia non transit in potestatem, & ideò posset eum vocare in ius sine venia. Item dico, quòd tu es filius meus vel libertus. Item dico, quòd te emancipaui. Item dico, quòd tu iuisti ad potestatem, & fecisti quærimoniam de me. Item dico, quòd potestas misit pro me nuncium communis. Item dico, quòd tu fecisti libellum reclamationis de me coram potestate. Item dico, quòd sine omni venia petita à potestate tu fecisti prædictam reclamationem. Item dico, quod in prædicta causa tu fuisti litẽ contestatus. E contra reus faciat tales positiones. POSI-
TIO REI. † Ego dico, quòd iui ad potestatem vt facerem 6
de te coram eo quærimoniam, & petij ab eo licentiam, vt possem de te reclamare. Item dico, quòd potestas dedit mihi licentiam, vt possem de te reclamare. si hoc cõfitebitur actor, iam non poterit petere pœnam, quia non vocauit eum in ius sine venia. Item dico, quòd pro prædicta reclamatione tantùm libellum dedi. Item dico, quòd ab illa reclamatione ego destiti ante lit. contesta. In hoc autem edicto concipietur ita libellus. LI-
BELLVS. † Vobis domino, &c. conqueror ego R. de G. 7
qui me patrem suum seu patronum vocauit in ius, sine venia concessa sibi à prætore seu à potestate: & in dicta vocatione litem fuit contestatus: vnde ipsum in quinquaginta aureos condemnari seu puniri peto: & ad hoc propono actionem in factum ex edicto de in ius vocan. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit ff. eodem. l. penultim. & vltim. & C. eodem titul. l. 2. & Instit. de actio. §. pœnales. QVAESTIO. † Sed quæritur,
quare apponitur in libello, & litem contestatus fuit? Respondeo, ad hoc vt pœna cum effectu committatur,
sicut & suprà notaui. QVAESTIO. † Sed illud quæri- 9
tur, an habeat locum hodie ista pœna, si vocentur illæ personæ in ius sine venia, quæ personæ enumerantur ff. eodem l. 2. Respondeo, non puto: quia tunc pœna ex hoc edicto inducitur, quando vocantur illæ personæ quæ sunt à iure prætorio vocari prohibitæ: non autem quæ prohibentur vocari de iure ciuili, vt illæ quæ in l. 2. continentur. QVAESTIO. † Item quæritur, an hodie si
petatur venia à potestate, incidat in pœnam si posteà 10
vocauerit patrem vel patronum cum illa venia. videretur quòd non excusaretur, quia à prætore est petenda venia. Ita enim dicit ne quis sine permissu meo, &c. Respondeo, excuso eum à pœna, si vocauerit eum licentia potestatis: licèt. n. dicat sine permissu meo: id enim intelligo sine permissu cuiuslibet iudicis. Nam nomen prætoris est nomen generale: sicut & nomen præsidis. vt ff. de officio præsidis. l. 4. Illud autem nota, quòd si non habeat libertus vnde soluat quinquaginta aureos, quòd debeat in corpus torqueri. vt ff. eodem. l. si sine.
QVAESTIO. † Sed nunquid idem in filio. Respondeo, i- 11
dem: quia hoc est generale iure Romano, quòd vbicunque aliqui pecuniariam pœnam propter egestatem eludunt, in corpus torquendi sunt. vt ff. de pœn. l. 1.

Si aliquis vocatus fuerit à iudice, & ipse non vadat ad eum, potest iudex eum punire secundum iurisdictionem suam, edicto si quis in ius vocatus nõ ierit.

Si quis in ius vocatus non ierit.
Rubric.

1 *Edictum si quis in ius vocatus, vt procedat, quot exigantur*
2 *Iudex Pistoriensis si mittat pro aliquo Florentino, quòd veniat coram eo, & non veniat, an vi huiusmodi edicti eum punire possit.*
3 *De iurisdictione dubia quis cognoscat.*
4 *Iurisdictioni aliena existens, & non veniens, an & quomodò puniri debeat.*
5 *Positiones Actoru & Rei in edicto, Si quis in ius vocatus non ierit, num 6.*
7 *Libelli in tali edicto quomodò concipiantur.*
9 *Dictio temerè, quare in libello apponatur.*

SAEPIVS vocati in ius non vadunt, & ideò edictum est propositum, si quis in ius vocatus non ierit, vt possit a iudice puniri secundum iurisdictionem suam. vt ff. eod. l. 1. & 2. de iure enim fuit propositũ istud edictum. quia iudicium redditur in inuitũ, vt ff. de verbor. obliga. l. inter stipulantem. in fine. §. 1. † Vnde ad hoc vt istud edictũ competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit vocatus. Secundum, quòd sit facta vocatio de mãdato iudicis. hoc dico propter malos nun-

nuncios, qui aliquando vadunt ad vocandum aliquem propter preces vocantis, dicentes se vocare de mandato iudicis. Tertium, quòd ille vocatus sit suppositus iurisdictioni iudicis. Quartum, quòd vocatus non veniat. Quintum, quòd non sit rusticus. Sextú, quòd intersit vocantis, aliás non committit pœnam, nisi hæc omnia interueniant, sicut hæc omnia probátur ff. si quis in ius
a vocatus nó ierit. l. 1. & 2. † QVAESTIO. Sed quæritur, mittit iudex Pistoriensis pro aliquo Florentino, quòd veniat coram eo, nó venit: poterit eum ponire, vel habet locum istud edictum? Respondeo: aut certum est, quòd sit Florentinus, nec aliqua de causa fuit sortitus forum iudicis Pistoriensis, & tunc vocatus non tenetur ire nisi ex vrbanitate, & si vocatus non vadit, non punitur ab isto iudice, nec posset, nec habet locum hoc edictú. vt ff. de iurisd. omn. iud. l. vlt. Si autem sit dubium vtrú sit Florentinus vel non: vel vtrùm contraxit, vel aliqua causa interuenerit quare sortitus sit forum, tunc vocatus ire debet, & allegare priuilegia sua. vt ff. de iudi. l. si quis ea aliena. & si non iuerit vocatus, puniri potest à
b iudicante. vt ff. eod. l. 2. † QVAESTIO. Sed illud quæritur: esto quòd sit dubium, verùm sit de aliena iurisdictione, quis cognoscet de hoc dubio? Respondeo: voluit notare P. & dominus Otto quòd ipse iudex cognoscet examinando, non tamen pronunciando: quia iam • ferret sententiam in causa sua, quod iura nolunt. vt C. ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat. sicut etiam dicunt in incidenti vbi iudex cognoscit, id est, examinat, non tamen diffinit secundùm eos. Sed secundùm eos quis cognosceret, si ipse idem iudex non deberet sententiare? certé nullus. vnde dicemus, quòd ipse idem iudex cognoscet examinando et sententiando, an sit sua iurisdictio. & si videbit quòd vocatus sit suæ iurisdictioni suppositus, dicet: compello te vt respondeas, & pronuncio me esse tuum iudicem in causa ista. Si autem videbit, quòd vocatus sit alienæ iurisdictioni suppositus, pronunciabit: ab obseruatione mei iudicis te absoluo, & pronuncio te non esse meæ iurisdictioni subiectum. OPPOSITIO. Sed tu opponés: erit ergo iudex in causa sua. Respondeo: non est verum, nam causa propria dicitur alicuius ad quem illius causæ spectat commodum & incommodum. vt ff. quando appel. sit l. 2. §. in propria. At nec commodum nec incómodum iudicis est in causa illa, ideo cessat obiectio. si tu dicis, imò est sua causa, & est suum commodum propter salarium: quia secundùm iura duos aureos debent habere in principio causæ, & duos in fine. vt in authen. de iud. col. 6. §. audientes. Respondeo: propterea causa non dicetur sua principaliter, sed secundario: & ideo non repelletur propterea à iudicando, sicut nec legatarius à ferendo testimonio pro testamento in quo fuit sibi relictum legatum. vt Instit. de testam. ordi. §. legatarijs. Et venditor etiam admittitur pro emptore. vt ff. finium regundorum. l. eos. & tutor etiam præstat authoritatem pupillo in sua causa. vt ff. de autho. tu. l. quod dicimus.
c & ff. de contrahen. emp. l. fistulas. † QVAESTIO. Sed pone, quòd dubio, quis sit de iurisdictione alterius iudicis, & nó veniat: nunquid habet locum istud edictum? dixerunt quidam, quod non. quia non ex necessitate, sed ex vrbanitate venire debet. Dominus tamen Otto dicit eum mulctandum: contemnit enim prætorem, & ideo punietur, sicut in nunciatione operis in qua punitur cótempta authoritas prętoris. ff. de oper. noui nunti. l. prætor. in princip. Sed de quo punietur? Respon. si inueniet aliquid de suo in sua iurisdictione: sin minùs, nihilominùs dabit sententiam, & eum mulctabit secundùm quod sibi videbitur. & si tu dicis, non valet sententia, quia à non suo iudice dicta. vt C. si non à compe. iudi. fuerit iudi. Respondeo: imò à iudice suo fuit lata senté̄tia. est enim factus suus iudex ratione cótemptus: sicut in excommunicatione dicimus. vbi excommunicatio ab initio facta sine causa non obligat, posteà si contemnat, incontinenti est ligatus. vt extrà. de sentent. excommunica. c. cùm medicinalis. Quidam tamen dicunt, quod iudex qui mulctabit eum, mittat ad iudicem istius, quod suam sententiam mandet executioni. arg. ff. de bon. authoritat. iudi. possi. l. cùm vnus. §. is qui. & quomodo tenebitur ille parere huic mandato iudicis, cùm par in parem non habet imperium? vt ff. de arbi. l. nam & magistratus. ff. ad Trebell. l. ille à quo. §. tempestiuum. Respon. tenetur forté sibi parere, sicut & alias ordinarius tenetur delegato parere. vt extr. de offic. potest. iud. dele. c. si quando. Vel forté non facit hoc ex mandato, sed occasione istius mandati exequetur senté̄tiam iure suo ordinario, sicut & alias vbi præses iure suo exequitur sententias iudicum delegatorú. vt ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. 1. In hoc autem edicto actor sa. ta. posi. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd ego iui ad iudicem communis, scilicet Titium, & reclamaui coram eo de te, de pecunia quam tibi mutuaui. Item dico, quòd ad instantiam meam iudex ille fecit te vocari. Item dico, quòd nuncius te vocauit de mandato iudicis. Item dico, quòd tu es de ciuitate Pistoria, seu districtu. Item dico, quòd tu vocatus non venisti. Item dico, quòd tu es nobilis. Item dico, quòd tu es astutus & callidus. Item dico, quòd intererat mea, quòd tu coram iudice venires. Econtrà reus sa. ta. posi. † POSITIO REI. Ego dico, quòd tu coram iudice communis reclamasti de Sempronio tantùm. si hoc confi. ac. absoluetur reus propter illud verbum tantùm. Item dico, quòd tu iuisti ad iudicem, vt de me reclamares, et à reclamatione destitisti. Item dico, quòd iudex recusauit mittere nuncium pro me. Item dico, quòd nuncius communis qui me citauit, citauit me sine mandato iudicis. Item quòd pecuniá illam pro qua reclamabas, ego solui tibi. si hoc cófiteatur actor, absoluetur reus: cùm actoris non intersit. Item dico, quòd ego vocatus veni. In hoc autem edicto conci. ita lib. † LIBELLVS. Vobis D. &c. conq. e. R. de M. qui vocatus à iudice tali scilicet Titio, non venit coram eo, cùm esset iurisdictioni ipsius suppositus. vnde peto ipsum condemnari secundùm vestrá voluntatem: & ad hoc propono actionem in factum ex edicto, si quis in ius vocatus non ierit. Quòd ita rectè concipiatur lib. dicit ff. si quis vocat. in ius non ierit. l. 2. Et omnia quæ dicta sunt in illo edicto, si quis ius dicen. non obtemp. & etiam diuersitates hîc intelligantur tacité repetitæ. OPPOSITIO. Sed non videtur petitio ista bené concepta. Nam ista mulcta datur in publicum. vt C. de modo mulct. l. mulctarum. ad quid ergo ago, cùm meú nullum sit commodum, vt non sim audiendus, ea quo alij volo obesse, & mihi non prodesse. vt ff. de rei vendi. l. in fundo. & ff. sol. ma. l. 2. in prin. & ff. de aqua quotid. & æsti. l. 2. §. illud. & §. Labeo & ff. de serui. l. si cui. & ff. de his quæ in frau. credit. l. vlt. Respondeo, etsi non sit meum commodum, tamen possum agere ad hoc vt puniatur: cùm intersit reip. quòd maleficia non remaneant impunita. vt ff. de fideiusso. l. si quis à reo. & ff. de solut. l. Stichum aut Pamphilum. & ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus. Et satis est mihi si video inimicum meú puniri in rebus vel in persona. Nec obstant leges allegatæ, quia loquuntur in ciuilibus, & quando maleficium non erat ex altera parte commissum. Illud autem non omitto, quòd ex hoc edicto non inducatur actio ad pœnam, sed ex superiori, si quis ius dicen. non obtemp. & quod dicit l. 2. ff eo. condemnabitur, subaudi, non per hoc edictum, sed per superius. vnde dicunt in arbore domini Io. non debere esse notulam nec circulum. Ad quid ergo est appositum, secundùm eos qui dicunt quòd inducatur per hoc edictú, quòd si pœna sit promissa, possit peti per actionem, ex stipulatu. vt ff. e. l. vlt. & secundùm hoc non esset alicuius vtilitatis vel modicæ: cùm & aliás prçter istud edictum posset agi ex stipulatu ad pœnam. vt Insti. de ver. obl. circa prin. Vnde melius est vt dicamus quod sit edictú, & per hoc indicatur mulcta, & per illud, si quis ius dic. quæ autem sit inter ea differentia suprà notauimus. Illud autem nota quòd in rubrica istius edicti tractatur, & si quis vocauerit eum qui ex edicto vocari non debuit: putà quando voco illú qui nó est subiectus iurisdictioni iudicis. Et quid iuris sit, suprà diximus in vocato. Nunc autem videamus in vocáte: núquid punitur qui vocat me ad iudicem non meum? Responden, quòd puniatur in om-

nibus expensis quas ego feci. vt ff. de iudic. l. eum quem
temere & C. de fruct. & liti. expen. l. nō ignorat. & ca-
tra, de rescript. c. cæterùm. Vnde in hoc casu concipies
8 ita lib. † LIBELLVS. Vobis D. &c. conq. ego R. de G. qui
me temerè vocauit ad iudicem non meū, propter quod
feci expensas: putà, 20. vnde illas expensas peto mihi
restitui seu solui: ad hoc propono condictionem ea l.
eum quem temere. ff. de iudi. vel ex l. non ignorat. C. de
fruct. & l. t. expen. Quòd enim rectè proponatur ea le-
ge condictio probatur: nam quoties cautum est per le-
gem, quòd agere possumus, nec est cautum quo genere
actionis eaperiamur, condictione ea lege agitur. vt ff.
de condict. ea lege. l. vnica. & argum. ff. de adul. l. si po-
9 stulauerit. §. vlti. & l. quod autem. † QVAESTIO. Sed il-
lud quæritur. quare apponitur in libello temerè? nón-
ne idem esset, & si non temerè, dum tamen esset con-
demnatus, scilicet quòd non debuisti me vocare ad iu-
dicem non meum. Responden, non est idem, quia con-
demnatus in litis tantùm sumptibus, id est, in his quæ
in ipsa lite eapenduntur, sportulis & salario aduoca-
torum debes puniri, non autem in viaticis, id est, in his
quæ in via expenduntur. at vbi vocat temerè, & in præ-
dictis eapensis punitur, etiam in viaticis. vt dicit l. eum
quem temerè. vel dic, vbi temerè vocat etiam non lata
sententia punitur in viaticis: vtputà fecit alium voca-
ri pro alio, errans tamen, cùm autem vocatus venisset,
dixit actor non sensi de isto, sed de vicino eius qui eo-
dem nomine vocabatur. hic certè damnabitur vocato
in viaticis: non tamen damnabitur in his expensis, quæ
circa cibaria faciet vel fecit. vt ff. ad eahib. l. sed si hæ-
reditas. §. quo autem loco.

Si aliquis noluerit recipere fideiussorem pro illo qui debebat satisdare iudicio sisti, punitur in quinquaginta aureos ex edicto, de eo qui non accepit aliquem fideiussorem pro reo principali.

De edicto de eo qui non accepit aliquem fideiussorem pro reo principali. Rubr.

1 *Edictum de eo qui non accepit aliquem &c. vt competat, quot necessaria sint*
2 *Actor quare fideiussorem recuset, & quæ sit legitima causa recusandi, vt a pœna excusetur.*
3 *Positiones actoris & Rei in tali edicto nu. 4.*
5 *Libellus in tali edicto quomodo concipiatur.*

QVIA vocati in ius, si non sunt possessores rerum
immobilium satisdare compelluntur, scilicet iu-
dicio sisti. vt ff qui satisd. cog. l. sciendum. idemq;
vocati velint satisdare, id est, dare fideiussorem, quòd
stabunt iudicio, actor autem fideiuss. illum recusat, &
1 alium petit, proditum est edictum per quod pœna im-
ponitur ei quinquaginta aureorum, vt ff. in ius voc. vt
eant. l. 2. §. † Vnde ad hoc vt istud edictum competat,
tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis de aliquo
reclamauerit. Secundū, quòd reus vocatus veniat. Ter-
tiū, quòd ille vocatus voluerit dare fideiussorē. Quar-
tum, quòd actor recuset recipere illum. Quintū, quòd
sine causa legitima recuset illū recipere, sicut hæc om-
2 nia probantur ff. eo. l. 1. & 2. † QVAESTIO. Sed illud quæ-
ritur quæ potest esse causa legitima, quare actor recu-
set fideiussorem, & ita eacusetur à pœna. Respondeo
propter triplicem causam. In primis, si fideiussor da-
tus non sit locuplea secundùm qualitatem rei petitæ:
putà, petebam a te 100. sol. argenti. das mihi fideiusso-
rem, qui non habet in bonis 50. vt ff. eo. l. 1. & ff. de verb.
sign. l. quos nos hostes. §. locuples. Secundum, quòd fi-
deiussor sit habilis ex conueniendi facultate. vt ff. qui
satisd. cogan. l. 1. §. 1. Tertium, quòd sit fideiussor fide
dignus, & non sit malitiosus, quia ponit omnia in ne-
gatiua. vt ff. de verb. obli. l. si stipulatus. §. vlt. Quartum
etiam posset addi, quòd habeat rei notitiam seu causæ.
vt arg. C. vt omnes iud. tam mili. quam ciui. iudi. l. vnic.
circa fi. quod non credo: lex enim illa loquitur in pro-
curatore ordinato ad causam: & hic fideiussor datus
habet rei notitiam, quia benè scit contractum præces-
sisse, & se in illo contracto fideiussisse. Hæc ita sunt ve-
ra, quòd excusetur propter prædicta: nisi interueniat
pro necessaria persona, quæ cōuenitur. tunc enim qua-
liscumque fideiussor recipi debet, vt ff. eod. l. 2. & 3. Vn-
de in hoc edicto actor fa. ta. posi. † POSITIO ACTORIS. 3
Ego dico, quod tu de me fecisti reclamationem coram
talibus iudicibus de 100. sol. quos dicebas me tibi debe-
re. Item dico, quòd ego vocatus ab illis iudicibus ve-
ni. Item dico, quòd iudices prædicti petierunt à me,
quòd cauerem iudicio sisti. Item dico, quòd ego præsen
taui talem fideiussorem. Item dico, quòd ille fideiussor
habet 100. sol. in bonis. Item dico, quòd tu illum fide-
iussorem sine legitima causa recipere recusasti. Item
dico, quòd fideiussor est habilis ad conueniēdum. Item
dico, quòd fideiussor ille est homo fidelis. E contrà reus
fa. ta. posi. † POSITIO REI. Ego dico, quòd ego de te re- 4
clamaui. Item dico, quòd tu voluisti mihi dare Titium
in fideiussorem, vt stares in iudicio. Item dico, quòd il-
le Titius habet in bonis 50. tantùm. Item dico, quòd il-
le Titius est homo infidelis, & omnia negat, si quæreto-
tur ab eo per sacramentum. Item dico, quòd ille Titius
vix posset conueniri. In hoc autem edicto concipiet a-
ctor ita libellum. † LIBELLVS. Vobis D. &c. conq. ego 5
R. de M. qui à me parato dare fideiussorē iudicio sisten-
di causa locupletē, fide dignū, & habilem ad conueniē-
dum, sine causa recipere recusauit, quē de iure recusa-
re debuit. Vnde ipsum condemnari peto in 50. aureos.
& ad hoc propono actio. in factum ex eo edicto in ius
vocati vt eant. Quòd ita rectè concipiatur lib. dicit ff.
in ius vocari vt eant. l. 2. Sed illud quæritur, an ista pœ-
na sit actoris insolidum, vel pro parte. Dic de hoc vt
notaui suprà de albo corrupto.

Si aliquis vi eximit aliquem vocatum ad iudicium, in quantum actor in litem iurauerit, tenetur ex edicto, si quis in ius vocatum vi exemerit.

Si quis in ius voca. vi eximat. Rubrica.

1 *Edictum si quis in ius vocatum &c. vt procedat, quot requirantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali edicto. nu. 3.*
4 *Libellus in tali edicto quemodo concipiatur.*

SAEPE contingit, quòd in ius vocati vi ab alijs eai-
mantur, ne ad iudicium veniant, ideo edictum in-
ducitur contra eos, ne quis eum qui in ius vo. fue.
vi exi. per quod imponitur pœna eximenti, quòd con-
demnetur, quanti actor in litem iurauerit. vt ff. ne quis
eum qui in ius vo. fu. vi eai. l. 1. & l. si per alium. respon-
so 1. † Vnde ad hoc vt istud edictum competat, tot sunt 1
necessaria. In primis, quòd aliquis sit vocatus ad iudi-
cium. ff. eo. l. 3. §. vlt. Secundū, quòd vocatus vadat. Ter-
tium, quòd eaimat eum per vim & aliquo modo eum
impediat, ne ille vocatus iret ad iudicium. vt ff. e. l. 3. §.
vlt. Quartum, quòd talis sit persona quæ fuit exempta,
quæ potuisset in ius vocari, alioquin eximens non te-
netur. vt ff. eo. l. 1. §. 1. & §. vlt. & l. 2. in prin. §. vlti. & l. 3.
Quintum, quòd à tali iudice quis vocetur, qui potuerit
aliquem in ius vocare. vt ff. eod. l. quòd si quis. §. si quis.
Vnde in hoc edicto ac. fa. ta. po. † POSITIO ACTORIS. E- 2
go dico, quòd ego reclamaui coram tali iudice cōmmu
nis de Titio. Itē dico, quòd Titius vocatus veniebat ad
iudicium. Item dico, quòd Titius est talis persona, quæ
potest in ius vocari. Item dico, quòd tu illum vocatum
vi exemisti ne ad iudicium veniret, vel alio modo eum
prohibuisti. Item dico, quòd propterea actio mea tem-
pore est amissa. Item dico, quòd iudex, qui fecit voca-
re Titiū, est iudex ordinarius, & potest citare ex officio
suo. E contrà reus fa. ta. posi. † POSITIO REI. Ego dico, 3
quòd Seius tantùm reclamauit de Titio: si hoc confi. ac.
ab. reus: quia si ille scilicet Seius tātùm reclamauit, er-
go non habet locum hoc edictum quantum ad istum a-
ctorem. Item dico, quòd Titius vocatus nō venit. Item
dico, quòd Titius fuit detentus, ne veniret ad iudicium
tantùm

tantùm à Sempronio. Item dico, quòd ille Titius, quem faciebas vocari, erat tuus parens vel patronus. Item dico, quòd iudex ille qui fecit te vocari, est pedaneus. In
4 hoc autem edicto conci.ac.ita lib. † LIBELLVS. Vobis domi.conq.e.R.de M. qui Titium à me vocatum ad iudicium, vt seu dolo malo exemit: vnde quanti in litem iurauero, in tantum ipsum peto condemnari: vel aliter, vnde meum singulare interesse peto, quòd æstimo 100.sol.& ad hoc propono actionem in factum ex edicto, ne quis eum qui in ius vo.fu.vi exi. Quòd ita rectè concipiatur lib. dicit ff. eod. l.1.& 2. & 3. & l.pen. OPPOSITIO. Sed videtur quòd libellus non sit conceptus de iure: nam si dicat, peto ipsum condemnari quanti in litem iurauero, vel peto meum singulare interesse, nō videtur quòd possit peti, cùm illud non sit in obligatione. Respondeo, imò de iure concipitur: ille enim deliquendo tenetur mihi ex maleficio, & sic ad singulare interesse obligatur, ex quo in hoc edicto iuratur in litem. vt ff. eo. l. pe.& ff. de in lit.iur.l.1.

Si aliquis dolo malo vocatum ad iudicium eximat, ne ad iudicium veniat, tenetur actione in factum ex illo edicto, de eo per quem factum est quominus quis in iudicio sistat.

De actione in factum ex edicto, de eo per quem factum est quominùs quis in iudicio sistat.

Rubrica.

1 *Edictum de actione in factum &c. vt veniat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali edicto. nu. 3.*
4 *Libellus in tali edicto quomodo concipiatur.*

CONTINGIT etiam sæpè, quòd aliqui impediunt vocatos ad iudicium venire, non vi sed dolo: ideo qualiter teneatur ille qui dolo malo vocatum ad iudicium eximit, edictum de eo per quem factum est quominùs quis in iudicio sistat, euidenter ostendit: per quod edictum tam vocato exempto, quam
1 etiam vocanti consulitur contra eximentem, sicut notaui suprà de edicto, si quis in ius vocatus non ib. † Vnde ad hoc vt istud edictum competat, tria sunt necessaria. In primis, quòd reclamatio facta de aliquo in curia. Secundum, quòd ille qui vocatus erat, iret ad curiam. Tertium, quòd aliquis dolo aliquid dixerit illi vocato, per quod vocauit non iuit ad iudicium. sicut hæc omnia probatur ff. de eo per quem fact. est l.1. Qualiter autem dicatur dolus committi ponuntur exempla, scilicet siue per se siue per alium qui sciret vel ignoraret, siue per seruos suos. Item si denunciauit aliquid triste sibi: putà, mortuus est pater tuus, vel amasia tua, quā super omnia diligebas, sicut hæc exempla ponuntur ff. e. l.1.§.1.& 2. Quartum est necessarium, quod multum interfit vtrùm qui vocabat exemerit, vel alius pro eo, an alius quàm qui vocat. In primo casu habet vocatus exemptionem, in secundo fit distinctio, quod ille qui fuit exemptus, aut exemptus sit à priuato, contra quem agere potest, aut ab aliqua publica persona, contra quam non posset agere. in primo casu non habet exceptionem vocatus, in secūdo sic. vt ff. si quis cau. l.2.§.vlti.& argu. ff. ad l. Rhodiam. de iact. l. vlt. & argu. ff. loca & cond. l. si fundus. & l. hæc distinctio. Vnde in
2 hoc edicto ac.fa.ta.pn. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd ego conquestus fui potestati de Truccl. Item dico, quòd ille vocatus veniebat ad curiam. Item dico, quòd dolo tuo ille fuit impeditus quominùs veniret. Item dico, quod denunciasti illi aliquid triste, propter quod non venit. has positiones faciat actor contra impedientem. Econtrà reus scilicet impediens fa.ta.posi.
3 † POSITIO REI. Ego dico, quòd tu vocasti Titium. si hoc confite. actor, succumbet: quia ille conquerebatur de Trucellino vocato & exemptio. Item dico, quòd ille quem tu fecisti vocari, venire omnino recusauit, si confite. actor, succumbet: quia non potuit dolo eximi. In hoc autem edicto fa.ac. ita libellum. † LIBELLVS. Vobis do.&c. con. ego R. de G. qui impediuit dolo malo Trucel. quominùs in iudicium veniret, vt mihi in iure meo responderet: vnde quia mea interest in 20. id factum nō esse, ideo ipsum G. in prædictis 20. condemnari peto: & ad hoc propono actionem in factum ex edicto de eo per quem factum est &c. Quòd ita debeat formari libellus contra eximentem probatur ff. de eo per quem factum est. l.1. in prin. Quòd interesse declaratur siue in libello, siue posteà in processu causæ. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd actio ista sit modicæ vtilitatis cōtra eximentem, & libellus contra eum non possit cōcipi: nam aut actori saluum est ius cōtra reum quem vocabat, aut non est: si est saluum esto quòd non veniat vno die vocatus ad iudicium reus quid interest actoris, vel nihil vel modicum: si non est saluum ius, ergo frustrà vocabat: quia fortè actio sua perempta erat, & ita non poterat sine actione experiri. vt ff. de admini. tut. l. quoties. Si ergo vocatus non tenebatur venire, nec ille qui exemit, videtur posse teneri. vt ff. ne quis eum qui in ius vo.fue.vi.exi.l.2.§.vlt. Respondeo, omnibus modis potest agere actor contra eximentem: nam licèt actio sua sit salua contra reum, habet tamen actionem contra ipsum ad interesse suum. putà, erat actor fortè alicuius artis opifex, sicut sunt Florentiæ infiniti. oportuit enim ire & stare tota die ad curiam, & ita amisi forte 10. sol. quia non sine magno incommodo à nostris negotijs auocamur. vt ff. quemad. testa. aperi. l. si quis ex signatoribus. Item conduxit fortè aduocatum qui locauit operas suas diurnas, sicut multi faciunt: cui oportuit actorem soluere decem sol. OPPOSITIO. Nec obstat si opponis quamdiù quis tutus est ordinario iure nō debet recurrere ad extraordinarium. vt ff. de minori. in causæ. Respondeo, illud locum habet contra eandem personam, contra diuersas secùs. vt C. si tu. vel cu. inter. l. etiam. Vel aliter ibi loquitur de illo extraordinario auxilio, quòd non habet quis iure actionis, sed tantùm officio iudicis. vt ff. de minor. l. quòd si minor. §. vltim. Hic autem habeo vtrumque auxilium & ordinarium, et extraordinarium: vnum contra reum, aliud contra eximentem. OPPOSITIO. Item opponitur propter modicū interesse iudex non deberet audire causam contra eximentem, sicut non audit causam minoris volentis restitui propter modicam summam. vt ff. de in integr. resti. l. scio. Respon. imò & minimæ causæ audiuntur. vt in authent. de manda. prin. §. sit tibi quoque studium. col. 3. Quòd enim nō datur restitutio ratione modicæ summæ. illa est ratio: quia fieret præiudicium maiori, cum rescinderetur illud quod actum est. vt alias ff. de iudi. l. per minorem. Item etsi actio non est: salua contra reum, nihilominùs agit contra eximentem: quia quando actor vocabat ad iudicium, actio sua salua erat: sed propter exemptionem actori fuit præscriptum, & sic maximum est interesse actoris contra eximentem. OPPOSITIO. Si tu opponis, hoc non habet locum, quia fuit per executorem, qui citauit reum, facta interruptio. vt C. de præscript. triginta ann. l. sicut in rem. & sic actio perpetuata est. vt C. de præscript. triginta annor. l. vltim. Respondeo tempore harum legum non fiebat per executorem interruptio. hodiè etiam locum haberet in actionibus prætorijs pœnalibus, eisque annuis. id est, annalibus. vt C. quando libellus. l. vlti. Vel esto quòd fiat interruptio, nihilominùs agit cōtra eximentem, vt dictum est: ne ipsius maleficium remaneat impunitum, quòd iura nolunt. vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. Item cùm necesse habeat probare dolum, hoc difficile erit actori, cùm dolus perspicuis insidijs probari consueuerit, vt C. de dolo. dolum. Et sic vidimus qualiter succurratur vocanti. Qualiter autem succurratur vocato, quæritur? Pone quòd vocatus propterea, quia nō iuit, & fuit detentus, iudex eum in aliquo mulctauit, in quo non mulctasset, si iuisset: vel forte promisit pœnam, si non iret certo die ad iudicium: detentus commisit pœnam, aget contra illum. vt ff. eod. l. ex hoc edicto. §. sed & si stipulator. † Illud autem nota de summa æquitate in hoc edicto, quòd si actor amisit actionem suam contra reum propter eximentem, & eximens sit non soluendo, quòd restituetur actio, quæ fuit perempta cōtra reum liberatum. vt ff. de leg. t. l. plane. 4

Si aliquis habeat instrumenta sua propria, vel communia, vel rationes, & eas tibi non exhibuit, potes contra eum agere ad suum interesse actione in factum ex edicto de edendo.

De actione in factum ex edicto de edendo. Rubrica

1 *Edictum de actione in factum vt procedat, quot requirantur.*
2 *Nummularijs & campsoribus nostri temporis an secundùm iura idem sit quòd olim in argentarijs erat.*
3 *Positiones actoru & Rei in tali edicto nu. 4.*
5 *Libellus in tali edicto quomodo concipiatur.*
6 *Ratio à capite edi debet, & illa solùm considerari.*

LICET editio fiat actionis instrumentorum & rationum per diuersa iura, vt notat dominus meus
in summa de edendo: tamen in hac actione in factum nõ tractatur nisi de eo quando instrumenta vel ra
tiones non fuerunt exhibita, & agis ad suum interesse
contra non exhibentẽ. Vnde si aliquis habet instrumen
ta tua propria vel communia, vel habet rationes cõmunes, & tu petas illas exhiberi vel edi, potes ea petere ti-
bi edi per officium iudicis, vt ff. de edend. l. vbi primo
responso. vel sicut notat dominus meus in summa, pos-
sunt peti edi per actionem in factum. vt ff. de præscrip.
verb. l. quotiens. illo nõ edente succedit actio ista in fa-
1 ctum ex hoc edicto, quæ competit ad interesse. † Vnde
ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In pri
mis, quòd aliqua sint data & accepta adinuicẽ inter te
& argentarium, vel nummularium, aliter enim rationes esse non possunt: nam si contineatur pignus tantùm
in scriptura vel mãdatum, illa non compelluntur edere. & si non ediderint, non incidunt in hanc actionem:
quia illa talis scriptura est extra officium argentariæ,
vt ff. eod. l. si quis ex argentarijs. §. rationem. Quòd ita
intelligo, saluo dicto præceptorum meorum, nisi pignus illud vel mandatum interueniret occasione argen
tariæ. sicut video in prædicta lege, & prædicto §. in fin.
Item intelligo, quod si tantùm data & accepta contineantur in rationibus, quòd rationes dicantur & debeant
edi, & si non edantur, quòd actio ista in factum locum
habeat. & quòd legitur in prædicto §. frequentiam potius denotat, quàm contrarium sensum inducit: vix enim potest esse, quòd pecuniam habeam apud argentarium, quòd inde non recipiam, & nõ det mihi aliquando de suo. Nec obstat quod in prædict. §. dicitur, nec si
pignus &c. nam ibi non loquitur de pignore vel mandato suscepto gratia argentariæ, sed extra. alioquin durum esset si argẽtarius haberet a me accepta 100. vel mihi dedisset vel scripsisset in rationibus suis, quòd non
deberet edere: cùm maxima fides habeatur rationibus
eorum, vt ff. de edendo. l. quædam. §. nummularios. in
fin. Secundum est necessarium, quòd ille qui habet huiusmodi rationes, fuerit argentarius vel numularius,
vel successor illorum, iuris, id est, vniuersitatis, nõ rei,
vt ff. eo. l. argentarius. in prin. & l. quædam. §. nihil. Nihil enim refert siue ipse argentarius exercuerit argentariam per se, siue per procuratorem, siue per filiũ, siue
per seruum, vel voluntate ipsius patris, vel domini, vt
ff. eo. prætor. §. si & filius. & l. si quis ex argẽta. §. ex hoc.
& §. procurator. Tertium, quòd sit masculus argentarius & non mulier. vt ff. eo. l. fœminæ. Quartum, quòd
alia actio non competat, per quam quis cogatur edere.
nam si per alias actiones compellitur quis edere, & nõ
officio iudicis, non tenebitur ista actione in factum si
non edidit, sed illis quibus petebatur editio: & si non
non edatur per illas condẽnatur ad interesse, vt ff. eo. l.
quædam. in §. 1. Quintum est necessarium, quòd ille qui
petebat editionem, non habeat instrumentum vel rationes nã si haberet non tenetur aduersarius exhibere.
& si non exhibuit non tenetur posteà ista actione in factum. vt ff. eo. l. si quis ex argen. §. vlt. Sextum, quòd qui
petit exhibitionem iuret, quòd animo calumniæ non
petat. nam si calumniosè petebat edi, non tenebitur
hac actione qui non edidit. nam docere debet actor,
qui agit hac actione. quòd sua interfuerit illo tempore
quando exhibitionem petebat, licèt modò sua non interfit. vt ff. eo. l. si quis ex argentarijs. §. exigitur. & l. vbi
§. vlt. & l. argen. §. vlt. Septimum, quòd rationes nõ fuerint editæ, vel malitiosè editæ, vel minùs quã oportuit
editæ: putà, quia à capite nõ fuerunt ostensæ. vt ff. eo. l.
1. §. edere. & l. argen. §. edi. QVAESTIO. Sed illud quæritur, quę sit ratio quare in rationibus ostendendis debe-
ret ostendi dies vel edi, in editiõe instrumentorũ non?
Respõdeo, lex assignat rationẽ: in rationibus ideo dies
editur, quia data & accepta alias sciri non possunt, nisi
dies ostendatur. In instrumentis autem dies nõ editur,
ne quid fraudis excogitetur edito die, & prælato die
fiat. vt ff. eo. l. 1. §. editiones. & §. rationes. † QVAESTIO. 2
Item quæritur, an idem sit hodie in nũmularijs nostri
tẽporis & campsoribus sicut erat in argẽtarijs & nummularijs secundùm iura, vt ad fidẽ rationum ipsorũ decurratur? videtur quòd sic. vt ff. eo. l. quædam. & ar. quia
vbi eadem ratio ibi idem ius. vt C. de consti. pecun. l. 2.
in fi. Sed cõtra putat dominus meus. nõ enim instrumenta priuata ad probationem sufficiunt. vt C. de proba. l.
rationes. & l. instrumenta. & l. exemplo. Iura enim loquuntur de argentarijs & nũmularijs habentibus publicum officium, qui eligebantur & iurabant omnia fideliter facere. vt ff. eod. l. argentarius. primo responso.
Contradicunt tamen D. Io. & B. dicunt enim quòd non
est officium publicum, nec eligebãtur à communi, sed
approbantur. At hodiè campsores nostri temporis seu
nummularij modicã habent fidẽ, nec ab aliquo eliguntur, nec iurãt: imò quicunq; habet pecuniam, vt possit
fœnus committere, in cõtinenti efficitur campsor. Vnde in hac ac. fa. ta. posi. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, 3
quòd tu eras vel es argentarius vel nũmularius, vel exercebas argentariam per te, vel per procuratorem, vel
per filium, vel per seruũ, vel es successor vniuersitatis
illius argentarij vel nummularij. Item dico, quòd propter data & accepta inter nos adinuicẽ rationes confecisti. Item dico, quòd tantùm data & accepta inter nos
facta sunt sine omni alio contractu. Item dico, quòd tu
habes huiusmodi rationes. Item dico, quòd ego a tę petij vt exhiberes mihi rationes: & tu noluisti mihi exhibere vel edere. Item dico, quòd exhibuisti ratiões sed
malitiosè. Item dico, quòd si habuissem rationes vel instrumenta obtinuissem in tali causa, vnde in 20. interest
mea. Econtrà reus fa. ta. posi. † POSITIO REI. † Ego dico, 4
quòd ego sum tantùm iuris professor. si hoc cõfitebitur
act. succumbet: quia non fuit argentarius. Item dico, ꝙ
tu deposuisti apud me pecuniam. si confit. ac. suc. quia
non poterit petere quòd sibi ederetur. Item quòd quando petebas à me rationes tibi edi, tu habebas similes.
Item dico, quòd sum mulier vel mulieri successi. Item
dico, quòd quãdo petijsti edi, fui paratus edere. In hac
autem actione conci. ac. ita lib. † LIBELLVS. Vobis dom. 5
&c. conq. e. R. de M. qui rationes mihi vel instrumenta
mea propria vel communia, quæ ab eo petij, non exhibuit, vel edidit sed malitiosè, & minus plenè. Vnde
quia propter illas rationes vel instrumenta non edita,
vel malitiosè edita sum damnificatus in 10. ideo illa 10.
peto. Vel si nõ vult facere certum, dicat peto meum interesse. & ad hoc propono actionẽ in factum ex edicto
de edendo. Quòd ita rectè cõcipiatur. h. probatur ff. eo.
l. vbi. §. si. & l. argẽtarius. §. vlt. OPPOSITIO. Nõ videtur
quòd actio ista in factũ propter rationes nõ editas pos
sit ad interesse intẽdi. Certũ est, ꝙ rationes aut petebantur contra aliũ ostendi, vel edi, aut contra ipsum argentariũ. si contra aliũ, esto ꝙ argentarius non ederet, quomodo potest interesse actori, cùm ex illis rationibus
contra illum agi non possit? Nam quomodo ex instrumento etiam publico inter me & te cõtracto potest alij
præiudicari? cùm res inter alios acta non præiudicet. vt
C. res inter alios acta. & lectio rationum vel instrumentorũ non adiuuet recitantẽ. vt C. de proba. l. ad probationẽ dominij. In instrumentis enim nõ editis posset locum habere actio ista. nã alio agente contra me, vel me
contra alium de aliquo ædificio potuissem obtinere si
instru-

instrumenta fuissent exhibita, quia probassem loci proprietatem fuisse meam. sicut dicit ff. de actio. pig. l. vlti. Respondeo, rationib. non exhibitis vel editis rectè datur actio ista in factum. nam creditur rationib. argentarij, sicut instru. pub. vt ff. eo. l. argentarius. t. respon. poterat esse quòd in rationib. cõtinebatur quomodo ego solui 10. Titio. quæ accepi à te argentario, quia tu argentarius illi de mandato meo solueras, & ita probo ea rationibus. OPPOSITIO. Dicit ff. eo. l. vbi. & l. argẽtarius. quòd licèt modo mea non intersit, cùm ago actione in factum, sed interfuit mea tunc cùm petebam edi, quòd benè possum agere ista actione. at ff. ad exhi. l. tigni. §. vlt. dicit, quòd vtroq; tempore deberet interesse actoris, tempore iudicij, & tempore illo quo fit condemnatio. Respondeo, reiectis omnibus alijs solutionibus, quòd ibi agebatur ad exhibeo. quæ licèt personalis sit, est tamen præparatoria rei ven. vnde sicut in illa, ita in ista vtrunq; tempus spectator si à lite contest. incipias. cæterùm si à tempore sententiæ, sufficit illud tempus. vt ff. de rei vendic. l. si autem. & agebatur in l. tigni. vna actione, scilicet ad exhiben. vnde si tempore sententiæ non interest, fiet absolutio. At in hac actione in factum adhibetur alia consideratio, quia primò fuit actum officio iudicis, vt rationes ederentur, & non fuerunt editæ, imputatur illi qui voluit edere, vnde ago modo alia actione ratione illa, quia eo tempore quando petij. no

6 luit edere, & ideo consideratur illud interesse. † Illud autem nota, quòd à capite ratio edi debet, & illa sola pars rationum debet considerari, quæ ad instruendum pertinet. vt ff. eo. l. argentarius. §. edi. Item istud sciendum, quòd hæc actio vltra annum continuum non detur. vt ff. eo. l. vlti. quem annum credo currere postquã argentarius requisitus noluit edere. neque datur contra hæredem, nisi quatenùs ad eũ peruenit. vt in l. prædicta. OPPOSITIO. Vnde videtur quòd sit ex maleficio, sicut est in omnibus ex maleficio venientibus. vt ff. de calumniato. l. in hæredem. Item econtrà videtur, quòd sit ex contractu, quia datur de peculio. vt ff. de edendo. l. prætor. §. si seruus. ergo non ex maleficio. vt ff. de his qui deiece. vel effu. l. 1. §. cùm seruus. Itẽ si esset ex contractu, contra hæredem daretur perpetuò. vt ff. de act. & oblig. l. ex contractibus. Respondeo, dico istam anomalam, vel est ex contractu. nam & in alijs quibusdam hoc idem est. vt ff. si quis cautio. si eum. §. qui iniur. & ff. de tributo. l. quòd in hæredem. vt ff. de ædilit. edict. l. sciendum. §. vltim.

De actione in factum ex edicto de calumniatoribus, quæ datur in quadruplum. Rubrica.

1 *Actio in factum ex edicto de calum. &c. vt competat, quot requirantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali edicto. nu. 3.*
4 *Libelli in tali edicto quomodo concipiantur. nu. 5.*
6 *Actione huiusmodi si pecunia non sit data, sed promissa nunquid quadruplum petetur.*
7 *Actione huiusmodi nunquid imponetur pœna Comiti terum priuatarum, præter istud quadruplum, quod partis datur.*
8 *Detur an actionem in factum habere possit.*
9 *Quadruplum huiusmodi totum an sit pœna infra annum.*
10 *Actionis huius annus quomodo continuus esse dicetur.*

CONTINGIT autem sæpè, quòd aliquis dat pecuniam alicui vt moueat contra te negotium vel causam per calumniam, id est, vt calumniosè vocet te coram iudice: vel dum vellet aliquis te vocare calumniosè coram iudice dedi sibi pecuniam, ne te vocaret: in vtroque casu datur actio in factum ex edicto de calumniatoribus in quadruplum infra annum, post

2 annum in simplum. † Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis daret pecuniam, ad hæc vt alij causa calumniosa moueretur, vt ff. eo. tit. l. 1. & intelligas nomine pecuniæ omnem rem vel etiam aliquod compendium. vt ff. eod. titu. l. 1. in si. & l. 2. & l. & generaliter. & habet locum siue iudicium iam erat cœptum, siue non, ab eo qui calumniosè causam mouebat. vt ff. eod. l. 1. & habet locum tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis, licèt in criminalibus locum habeat lex Iulia repetundarum, vt in legẽ prædicta. & punitur, & tenetur ille qui accipit, etiamsi non instituat calumniosam causam. vt ff. eod. l. & generaliter. l. responso. In secundo casu quando dedi pecuniam ne tibi fieret negotium per calumniam, est necessarium, quòd ille per calumniam causam moueret. Secundum, quòd ego dederim pecuniam, & siue moueat siue non, tenetur. sed in primo casu quando dedi pecuniam vt alij fieret negotium per calumniam ille habebit repetitionem, scilicet qui causam calumniosam debebat sustinere: ergo autem non repetam, quia turpiter dedi. in secundo casu, scilicet quando dedi ne fieret, ego & tu habebimus repetitionem. vt ff. eod. l. & generaliter. §. illud erit. & l. si quis ab aliquo. hæc vera sunt in eo, qui per calumniã litem mouebat. & idem in eo qui turpiter paciscitur, scilicet pecunia data cũ accusaretur de crimine. verùm si bona fide transigat, & aliquid recipiat, non punitur. sordidis enim concussionibus, non transactionibus est interdictum, vt ff. eo. l. 1. §. vlt. & l. & generaliter. §. hoc. & ff. de his qui not. insa. l. quoniam. vnde glosauit dominus Rogerius, qui per calumniam insistit vel resistit, non prodest & si transigat. in resistente non admittimus glosam domini R. vt notatur ff. de condi. indeb. l. in summa. & pecunia videtur data siue detur calumniosè, siue alij de mãdato suo, siue ipso ratum habente. vt ff. eo. tit. l. 2. Vnde in hac a-

ctione act. sa. ta. posi. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, 2
quòd tu recepisti pecuniam à Titio, vt mihi negotium per calumniam faceres. Item dico, quòd tu recepisti aliquid vel sensisti propterea aliquod compendium. Itẽ dico, quòd Titio te mandante fuit data vel te ratum habente. Item dico, quòd tu volebas Titio calũniosè mouere quæstionem: & ego dedi pecuniam tibi ne moue-

res. Econtrà reus sa. ta. posi. † POSITIO REI. Ego dico, 3
quòd causam iustam fouebam contra te, scilicet fortè de actione in factum quæ oritur ex re iudicata. Item quia agebam tecum ex vendito. si confitebitur actor, succumbet. quia non per calumniam insistebat. oportet enim quòd duo interueniant, & quòd per calumniam moueat causam, & quòd pecunia detur, vt dictũ est. Item dico, quòd pecuniam quã mihi dedisti, ex causa transactionis dedisti. In hac autem act. concipiet a-

ctor ita libellum. LIBELLVS. † Vobis D. &c. con. e. R. de 4
M. qui 20. sol. Pisanorum recepit à G. vt mihi quæstionẽ talem calumniosè moueret. vnde illos 20. solidos mihi solui in quadruplum peto. & ad hoc propono actionẽ in factum, quæ oritur ex edicto de calumniatoribus. Quòd ita rectè cõcipiatur lib. dicit ff. eo. l. 1. & 3. Ita formatur libellus quando pecuniam accepisti, vt mihi negotium per calumniam faceres. Si verò accepisti ne mi

hi calumniam faceres, cõcipiam ita libellum. † LIBEL- 5
LVS. Vobis D. & c. conq. ego R. de M. qui recepit à G. 20. solid. ne mihi calumniosam quæstionem moueret: vnde illos 20 solidos in quadruplum mihi solui peto: & ad hoc propono actionem in factum, quæ descendit ex edicto de calumniatoribus. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit ff. de calumnia. l. si quis ab aliquo. Sed primò nota, quòd in toto titulo de calumniatoribus, vbi ponitur, negotium, accipias, id est, iudicium. vt C. de iuris & facti ignoran. error facti nondum finito negotio, id est, iudicio. & C. de error. aduocat. l. sententijs. finita negotia, id est, iudicia. OPPOSITIO. In primo libello quomodo possum agere contra M. & petere ab eo vt mihi in quadruplum soluat quod accepit. Nam mihi non est obligatus ex contractu, vel quasi, nec ex maleficio vel quasi, ergo non possum agere contra eum, vt ff. de actio. & obligatio. l. 1. nam esto, quòd M. calumniosè agat contra me, in hoc malè facit, & iudex fortè puniet eum de calumnia, maximè in criminalibus, vt ff. ad Turpillia. l. 1. & quòd accepit pecu-

pecuniam à Gaio: quare ego posse petere ab eo quadruplum, cùm ex re inter alios acta. &c. vt C. res inter alios ac. Respon. voluit prætor hoc propter lites compescendas, quæ sunt odiosæ, vt C. de iudic. l. properandum. & in auth. de liti. & propter calumniatores, quia multi etiam sine causa eis data pecunia hodiè inueniuntur, cùm propter hoc etiam nec hodiè ab huiusmodi illicitis abstineant, sicut lex alibi dicit in nautis & stabulariis, vt ff. nau. caupo. stabu. l. 1. §. 1. vt ille cui debebat calumnia fieri, habeat repetitionē: & est hic actio ista datiua, et nō natiua, datur enim ex summa æquitate prętore. sicut & aliàs ff. de pac. l. iuris gentiū. §. 1. & C. de transf. l. cū mota. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur, ille qui dat pecuniam est in turpi causa, & ille qui recepit similiter. vt ff. eo. l. & generaliter. vnde pecunia quæ repetitur ab accipiente, vt ab indigno repetitur. ergo debet applicari fisco secundùm regulam. C. de incestis nupt. l. qui contra. & ff. de inoffi. testam. l. Papinianus. §. meminisse. & ff. de donat. inter vir. & vxor. l. cùm hic status. in vlti. col. Respondeo: frater, hic est vnus de casibus, vbi quod ab indigno aufertur, fisco non applicatur. sicut alias C. de episcn. & cleri. authen. si captiui. & ibi multi casus notantur: nec enim quod ob corruptionem morum inducimus fisci videtur habere rationem, dicit Imperator C. de secundis nupt. l. 1. OPPOSITIO. Item quod dictum est supra, quòd locum habeat actio ista in factum etiam si negotium per calumniam nō fecisti, non videtur verum. nam quid obfuit conatus cum iniuria nullum habet effectum. vt ff. quòd quisque iur. l. 1. Respondeo: .niò hic initia habuit effectum, quia non est statum tantùm in finibus conatus: imo pecunia data fuit, & promissum vt calumnia fieret, & sic pecunia malo more residebat apud accipientem, vnde meritò repetitur in quadruplum. QVAESTIO. Quid in dante pecuniam nunquid ille punitur sicut accipiens? videtur quòd sic: quia sunt in pari causa. vt C. de episc. & cle. l. si quemquam. in fi. & C. de pœna iud. qui malè iudi. authen. nouo iure quare ergo non posuit de eo prætor? Respondeo, quia ille qui accipit indistinctè tenetur, ille qui dat non tenetur nisi quando dat vt calumnia fiat. vt ff. eo. l. & generaliter. & l. si quis ab aliquo. &
6 hoc dominus meus Azo dicit. † QVAESTIO. Quid si pecunia non sit data, sed promissa: nunquid petetur quadruplum per hanc actionem? Respūdeo: videtur quòd sic. quia idem est cauere, quòd soluere. vt C. ad l. Falc. l. vlti. & ff. de dona. l. si patronus. Sed contra ff. ad Macedonianum. l. vlti. Sed ibi obstabat odium ex parte agentis, scilicet Macedoniani. & ideo non est idem cauere quòd soluere. Alij dicunt, quòd cùm non sit positum in edicto prætoris, nisi tantùm de accipiēte promissorem non puniunt. nam cùm pœnæ sint odiosæ, ergo meritò restringendæ, vt ff. de pœn. l. pe. & arg. ff. de lib. & posthum. l. cùm quidam. Tertij dicunt, quòd promissor puniatur hodiè secundùm quòd dicit authen. nouo iure.
7 C. de pœna. iud. qui malè iudi. authen. † QVAESTIO. Sed nunquid imponetur etiam pœna per hoc edictum Comiti rerum priuatarum, præter istud quadruplum, quod datur parti. videtur quòd sic. quia cùm noua lege pœna imponitur priscæ accedit seueritati: nisi nominatim prima tollatur, vt dictum est de pœna sepulchri violati. vt C. de sepulchro violato. l. 3. ff. de act. & obliga. l. quoties. nec est nouum aliquem duas pœnas præstare, scilicet ei quem lædere voluit in publico. vt & aliàs ff. de incen. ruin. l. 3. §. vlti. & C. de his qui à non domino. ma. l. vlti. vel possumus dicere, quòd authent. non loquitur, quando dabatur, vt calumnia fieret, sed quando dabatur iudici, vt secundùm iustitiam iudicaret, vel pro eo in bona causa sententiam daret, vel cùm datur testi, vt verum testimonium diceret. sic ergo ibi cùm neminem voluit lædere, nulli priuato dàbitur repetitio. & hoc secundùm ir. OPPOSITIO. Secundo libello opponitur. Si tibi 10. dedi, ne causam per calumniam moueres Titio. quare Titius habet actionem in factum ex hoc edicto in quadruplū. vt ff. eo. l. si quis ab aliquo. etiam si Titius non habeat ratum quod dedi. Respondeo: secūdùm quòd dixi suprà, actio ista datiua est, nō natiua. vnde statim ex quo accepisti 10. ne moueres negotium per calumniam commissum est delictum cōtra Titium accipiendo, scilicet vt desisteres ab eo, quòd sine omni acceptione facere non debebas. & ideo sibi in-
continenti competit actio. QVAESTIO. † Sed nunquid 8
ille qui dedit posset habere actionem istam in factum? non, sed habet condictionem ob turpem causam, vel sine causa, Titio non habente ratum: quia contra dantem nullum maleficium neque committebatur, nec fuit commissum. Nam si ratū habet Titius, ego qui dedi nullam habeo repetitionē. quia ipse videtur dedisse, vt in præ-
dicta l. si quis ab aliquo. † QVAESTIO. Illud quæritur, 9
an totum istud quadruplum sit pœna infra annum. Respondeo: dominus meus R. & dominus meus Azo dicunt, quòd non: sed triplum est pœna, quia si totū quadruplum esset pœna, post annum actio ista in simplum competeret: istud simplum est de quadruplo, & posteà non est. quia hæc actio tantùm infra annum est pœnalis. vnde sequeretur, quòd post annum esset pœnalis, si totum quadruplum esset pœna. Sed contra arg. ff. eo. ti. l. si quis ab aliquo. nam ibi videtur quòd totum quadruplum sit pœna. nam dicitur ibi, ego qui dedi repeto, & tu agis in quadruplum. Respondeo, verum est, quòd vtrique detur actio. verùm vno agente ad simplū,
alter in eo simplo non aget. † Illud autem nota in anno 10
huius actionis, quia est continuus ratione principij, scilicet in eo casu quando dedisti pecuniam ne mihi faceret Titius negotium per calumniam, vt ff. eod. l. annus.

De actione in factum subrogata in locum actionis de dolo post biennium. Rubrica.

e *Actione in factum subrogata in locum actionis de dolo post biennium, &c. si defunctus, qui commisit dolum vltra biennium viueret, hæres de dolo non teneretur.*

QVia actio de dolo infra biennium competit & nō vltrà. vt C. e. l. vlt. post biennium cōtra ipsum dolosum in eo in quo locupletior est, in factū actio inducta est in locū actionis de dolo, quæ perpetuò cōpe-
tit. vt ff. de dol. l. itaque. in qua actiōe sunt omnia illa dicē- e
da, quæ diximus suprà in actione de dolo. † Et nota mirabile. quia defunctus qui commisit dolum, si viueret vltra bienniū, de dolo non teneretur. hęres tamen eiusdem de eo quod ad eum peruenit, tenetur perpetuò actione de dolo: Sed Sabinus respondit, quòd si defunctus teneretur vltra biēnium actione de dolo, infamaretur: quod in hærede non est, quia contra hæredem agitur ratione calculi, non ratione maleficij. vt ff. eod l. itaque. & l. Sabinus. & sic in casu isto actio de dolo non infamat propter prædictam rationem. & quia nomine alterius damnari videntur. vt ff. de his qui notantur infamia. l. furti. Vel dic, quòd eadem est actio illa de dolo cùm illa in factum, licèt mutet nomen. vt ff. de hære. instit. l. 3. §. qui fideicom.

De actione in factum subrogata in locum actionis de dolo contra parentes & personas coniunctas. Rubrica.

1 *Actio in factum subrogata in locum actionis de dolo contra parentes &c. ad hoc vt competat, quae necessaria sint.*
2 *In actione huiusmodi proponenda, an mentio bonæ fidei haberi debeat.*
3 *Positiones actoris & Rei in tali actione. nu. 4.*
5 *Libellus in tali actione quomodo concipiatur.*
6 *In exceptione doli quare contra hæredem ab hærede non opponatur doli exceptio, sed in factum.*
7 *Actio de dolo, quæ datur hæredibus & contra hæredes an sit illa in factum, quæ verbis temperanda est contra personas prædictas.*
8 *Actio de dolo ex post facto quare nascatur, cùm supersit actio in factum iure hæreditario.*

9 *Actio in factum cùm in defunctum detur, in hæredem autem de dolo, vnde actio de dolo nascatur.*

EST & alia actio in factum ſubrogata in locum a-
ctionis de dolo, quæ datur liberis & libertis de-
ceptis à patre & patrono cõtra ipſos: humili ad-
uerſus eum qui in dignitate excellit: plebeio cõtra cõ-
ſularem præcipuæ authoritatis: luxurioſo & prodigo,
& aliàs vili cõtra hominem vitæ eminentioris. vt ff. eo.
1 l. nõ debet. † Quæ actio ad hoc vt cõpetat, neceſſe eſt in-
primis, quòd ſint illæ perſonæ, de quibus dictum eſt.
Secundum, quòd dolus ſit ab eis cõtra prædictas perſo
nas cõmiſſus, vel dans cauſam cõtractui, vel incidens:
cõtra patrem enim vel patronũ nec actio famoſa, nec
exceptio debet proponi. vt ff. de doli except. l. apud. §.
aduerſus. quia eorum perſonæ ſanctæ & reuerẽdæ de-
bent videri filijs & libertis. vt ff. de obſequijs à libertis
patronis præſtan. l. honori. & l. penul. Tertium eſt ne-
ceſſarium in hac actione, vt quãdo proponitur, propo-
natur cum temperamento verborũ, vt bonæ fidei men-
2 tio habeatur. vt ff. eo. l. nõ debet. in fin. † QVAESTIO. Sed
quæritur, ſi in proponenda actione haberi debet men-
tio bonæ fidei, ergò Actor ſeipſum excludit, quia dicet
ſe nõ deceptum: quid ergò proderit ſibi actionẽ iſtam
intentare? Reſpond. quando lex dicit, vt debeat habe-
ri mentio bonæ fidei, intelligas, vt notat Dominus me-
us, per abnegationem, ſcilicet vt non fiat mentio malæ
fidei, id eſt, quòd nõ fiat mentio doli: licèt dicas te ab
eo deceptum, quaſi quòd talibus verbis vtaris: Domi-
ne Poteſtas, ego cum patre meo, cùm ſim emancipatus,
cõtraxi, quem cõtractum nunquàm feciſſem, niſi quia
ipſe mihi ſuadebat tota die, quòd ſecum cõtraherem:
vnde peto, vt reſcindatur, ſicut ſtatim videbis in libel-
lo. Simile nota per abnegationem, ſi te meruerit. i. ſi te
nõ offenderit. ff. de legat. 3. l. fideicom. §. ſi quis ita. & ff.
de lega. 2. l. cùm pater. §. rog. ff. de minor. l. pen. Contra
arg. ff. de offic. teſtam. l. etiam. & l. qui repudiantis. & l.
Papin. §. meminiſſe. Vnde in hac actione Actor fac. tal.
3 poſ. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd ſum filius tu-
us. Item dico, quòd ſum emancipatus. Item dico, quòd
tecum cõtraxi. Item dico, quòd illum contractum feci
tuis ſuaſionibus, aliàs non contracturus. Itẽ dico, quòd
in cõtractu illo, quem aliàs eram facturus, tu decepiſti
me in 10. ſolidos, & hic dolus fuit incidens. Econtrà
4 Reus fac. tal. poſ. † POSITIO REI. Ego dico, quòd tu rem
iſtam volebas vendere. Itẽ dico, quòd volebas dare pro
10. Itẽ dico, quòd 10. tibi ſolui. ſi iſta cõfitebitur Actor,
ſuccumbet: quia nec dolus interfuit dans cauſam con-
tractui, nec incidens ex quo tantũ ſolui, quod habere
potuit: cum res tantum valeat, quantum vendi poteſt.
vt ff. ad leg. Falci. l. præterea. ff. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus.
5 In hac autem actione cõcipiet Actor ita libel. † LIBEL-
LVS. Vobis Do. cõqueror ego R. de M. patre meo, cùm
ſim emancipatus: vel de M. patrono, qui ſuis ſuaſioni-
bus tota die mihi ſuadendo induxit me vt venderem ſi-
bi digeſtum meum aliàs non venditurus: vel dum pro-
poſuiſſem vendere, ſuo dicto vendidi illi 10. minùs
quàm valeret. vnde vt mihi digeſtum meum reſtituat,
vel illa 10. mihi ſoluat, ago contra ipſum: & ad hoc pro
pono actionem in factũ, qui contra tales perſonas ver-
bis temperatur. Quòd ita rectè concipiatur libellus,
dicit ff. de dol. l. non debet. OPPOSITIO. Sed quæri-
tur, nam non videtur quòd actio iſta poſſit cõtra præ-
dictas perſonas intendi. nam actio iſta ſubrogatur in
locum actionis de dolo, vt in prædicta l. non debet. er-
gò ſubrogata eſſet in omnibus. vt ff. qui teſtamen. liber
iuſſus fuerit. l. 1. §. Scæuola. & ff. de donat. l. qui id quod.
& ff. ſi quis cau. l. ſi quis eum. §. qui iniuriarum. ergò ſi-
cut illa infamat, ita & iſta. vnde ſicut illa nõ datur, ita
nec iſta dari debet. Reſpondeo: licèt ſubrogetur in lo-
cum actionis de dolo, non tamen ſubrogatur in omni-
bus, quoad infamiam. Actio enim de dolo ideò infa-
mat, quia ibi habetur mentio fraudis. At in hac actio-
ne cùm non fiat mentio fraudis, imò verbis tempere-
tur. vt dicit ff. eo. tit. l. non debet. non infamat: quia a-
gitur tantùm de calculo. ergo ceſſat mentio fraudis.

vt. ff. eod. l. itaque. & argum. ff. de furt. l. ſi quis vxori. 1.
reſponſ. vbi ceſſat actio furti, & datur actio in factum
contra patrem, & hæc actio in factum datur dictis per-
ſonis contra prædictas perſonas, donec viuunt. hære-
dibus tamen prædictarum perſonarum cõtra hæredes
prædictorum datur actio de dolo. vt ff. eod. l. hæredib.
quæ actio nõ infamat, vt diximus ſuprà in alia actione
in factum cõtra prædictas perſonas. ſed omnia ſeruan
tur hic, quæ diximus in actione in factũ, quæ datur cõ-
tra prædictas perſonas. † QVAESTIO. Sed quæritur, 6
quare aliud ſit in exceptione doli, vbi cõtra hæredem
ab hærede nõ opponitur doli exceptio, ſed in factum.
vt ff. de doli excep. l. apud. §. aduerſus. Dominus Ir. reſ-
pondit, ideò quia in exceptione doli habetur mentio
perfidiæ defuncti, & excipitur cõtra hæredem, quod a-
liquid apud eum ſit, ſed quia defunctus dolum cõmit-
tit, meritò in factum excipitur. At in actione de dolo
nõ habetur ratio perfidiæ cõtra hæredem, ſed calculi.
ff. eod. l. itaque. præterea dicitur cõtra hæredem, quan-
do de dolo agitur: quòd aliquid ad eum peruenit. ſic
ergò nõ tam propter dolum defuncti, quam propter id
quod ad eum peruenit, cõuenitur. Ir. † QVAESTIO. Sed 7
quæritur, an hæc actio de dolo, quæ datur hæredibus, &
cõtra hæredes prædictorum, ſit illa in factum, quæ ver-
bis temperanda eſt cõtra prædictas perſonas. Papin.
reſpõdit aliam eſſe quæ datur in factum, ſicut alia eſt
in factum actio quæ pro modica ſumma datur, id eſt,
vſque ad duos aureos. vt ff. eodem. l. id eſt. & alia eſt in
factum, quæ datur poſt biennium, quo finitur de dolo
actio, etiam in ipſum doloſum poſt biennium, de ipſo
quod ad eum peruenit. vt ff. eodem. l. itaque. At ſi quæ-
ris, quando naſcatur? Reſpõdeo, fatuum eſt credere,
eam naſci antequàm aliquis hæres exiſtat: cùm de eo
duntaxat detur, quod ad hæredem peruenit, nec defun-
cto, nec contra defunctum cõpetat. cùm nullus igitur
ſit qui ea teneatur: ergò naſcitur cùm quid ad hære-
dem peruenit. vt actiones autem nõ ab initio, ſed ex
poſt facto naſcantur, in multis contingit, quorum duo
ponere cõtentus ero, ſcilicet cum aliena pecunia da-
tur mutuò. vt ff. de fideiuſſ. l. ſi quis pro eo. & ff. ſi certũ
peta. l. nõ omnis. §. ſi pupillus. hoc etiam in delictis. ff.
de ſolut. l. Stichum aut Pamphilum, circa princ. item
ſi dominus ſerui cõtractum lõge poſt cõtractum cele-
bratum approbauit, vel ratum habuit. ff. quod iuſſu. l.
1. & pignoratitia ſecundùm quoſdam. QVAESTIO. Item
† quæritur, quò bonum eſt naſci actionem de dolo ex 8
poſt facto: cùm ſuperſit eis, & contra eos in factum a-
ctio iure hæreditario? Reſpondeo, de dolo actio iura-
mentum in litem admittit, cùm ſit arbitraria. vt ff. eod.
l. arbitrio. & etiam cõtra hæredem: ſi hæres arbitrio nõ
pareat: quod nõ puto de actione in factum. QVAESTIO.
† Item quæritur, cùm in defunctum datur actio in fa- 9
ctum, in hæredem de dolo, vnde naſcitur hæc actio de
dolo? non enim nata eſt ex dolo defuncti: quia alia a-
ctio naſcitur in factum contra defunctum. & nata fuit
cõtra eum. Et verum eſt, quòd actiones quædam ex cõ-
tractibus cõtra hæredem incipiant. C. vt acti. ab hære.
& cõtr. hæred. incip. l. 1. Reſpondit Dominus meus A-
zo, & dicit fortè eadem eſt actio de dolo cum actione
in factum in ſubſtantia: licèt alio nomine nuncupe-
tur. vt argumen. ff. de hæred. inſtit. l. 3. § qui fideicom.
& ita ex dolo defuncti nata eſt: & contra hæredem a-
gitur & competit. Vel meliùs, duæ naſcuntur, & de
dolo, & in factum. vt argumen. ff. de damn. infect. l. ſi
proprietarius.

De actione in factum deſcendente ex illo edicto, de alienat. iudi. mu. cauſa facta.
Rubrica.

1 *Actio in factum ex edicto de alien. iud. mut. cau. fact. vt competat, quot neceſſaria ſiat.*

2 *Interdictum ſi intentetur, quòd non reſpiciat nec dominium, nec quaſi dominium, ſed perſonaliter agatur, quid iuris.*

3 *Poſitiones Actoris & Rei in tali interdicto. & nu. 2.*

6 *Libelli in tali actione quomodo concipiantur. & nume. 6.*

7 *Actio talis an ad istud edictum competat, antequàm aliquid expendatur.*

8 *Actio talis an intendi possit, si Rem iudicium suscipere paratus sit, perinde ac si possideret.*

SI contra aliquem volebas intentare actionem rei vendic. vel aliam actionem realem, vel aliquã personalem, quę sit in rem scripta: vt quod metus causa. l. metum. §. cùm autem. & interdicta omnia. vt ff. de interdict. l. 1. § interdicta. & ille qui rẽ illã possidebat causa futuri istius iudicij mutãdi alienauit in aliũ: mutãdi dico quantũ ad se, & quòd ab alio suscipiatur, cui alienauit. nam rem vult habere, sed litem ad aliũ trãsferre, vt molestum aduersarium pro se subijciat. habes cõtra istum alienantẽ actionem in factũ à prætore, per quam tuũ interesse cõsequeris, reseruata tibi rei vẽdicatione, vel alia reali cõtra possessorem: cùm possessio subijciat aduersariũ actioni in rem. vt ff. eo. l. 1. §. 1. & l.
2 item, in fin. & C. eo. tit. l. vnica. † Vnde ad hoc vt actio ista cõpetat, tot sunt necessaria: Inprimis, quòd iudicium debeat moueri. Secundũ, quòd rei vendicatio deberet intẽtari, vel alia realis, vel personalis in rẽ scripta. Tertiũ, quòd ille qui rem possidebat, rem illam vel possessionẽ, vel seruitutem realem vel personalem alienauerit: licèt P. diceret, quòd pro sola possessione translata nõ competeret: sicut Dom. meus not. in summa istius tit. sicut hæc probatur ff. eo. l. 1. & l. nõ solùm. §. 1. & §. ad iura. Quartũ, quòd ille qui alienat, alienet quòd rem habere velit, litem tamẽ ad alium trãsferat, vt molestum aduersariũ pro se subijciat. vt ff. eo. l. itẽ, in fi. Quintum, quòd iudiciũ sit futurum, & nõ cœptũ. vt ff. eo. tit. l. ex hoc. §. ait prætor. si enim cœptũ est, & ageretur de dominio, vel quasi, res facta esset litigiosa, & ideò prohiberetur alienari. vt in Auth. de litigios. t.
3 respõs. & C. de litig. l. vlt. † QVAESTIO. Quid aũt si iudicium intẽtetur, quòd nõ respiciat nec dominiũ, nec quasi dominiũ, sed agatur personali aliqua. Dominus meus Azo notat in summa istius tituli, quòd cùm res nõ sit litigiosa, locũ habeat hoc edictum: cùm plus videatur delinquere iam cõuentus, quàm nõ conuentus. Dominus meus alius scilicet R. dicit etiam per actionem personalem fieri rem litigiosam. vt C. commu. diuid. l. 1. & ff famil. ercis. l. alienat. nam si sola hypothecaria à litigiosi vocabulo excipitur. vt in Authẽ. de litig. §. ad hoc. ergò alijs actionibus fit res litigiosa. Nec obstat quod dicit Auth. de cuius dominio. &c. Respõd. verum est, quando agitur reali, sed si personali agatur, dicit actionem fieri litigiosam. Otto Papien. contra, & cõcordat cum Domino meo Azo. Nec obstat l. C. cõmu. diuidun. & ff. famil. ercis. quia hoc ibi cõtingit propter authoritatem iudicij diuisorij: & quia illa iudicia sunt mixta. vt Inst. de act. §. quædam. Vnde quia in rem est actio, fit litigiosa: ideò autem desideratur in hac actione ad hoc vt alienans teneatur, vt litem ad alium transferat, quia etiam si dolo malo alienaret, ex toto nõ teneretur: putà, quia lites execratur, vel ob valitudinẽ, aut ætatem, aut occupationes necessarias, vel redhibendo venditori suo, vel soluendo cui tenebatur soluere hominem petitum, vel hæredem instituendo, vel legangando. ff. eo. l. item. §. potest. & l. nõ solùm. §. si quis autem. & l. ex hoc. § ait prætor. & §. vlt. & l. quia redhibito. & l. nam & si obligatus. Sextum, quòd alienatio nõ sit reuocata. nam si quis alienauerit, & posteà receperit, hoc edicto nõ tenetur. vt ff. eod. l. ex hoc. §. si quis alienauerit. Septimum, quòd intersit agentis, aliàs non datur. vt ff. eod. l. nõ solùm. §. hæc actio. quod interesse attenditur circa personam, cui res alienata est: putà, quòd potentior est, aut malitiosus. vel circa locum: vt si alienaueris homini alterius prouinciæ. circa causam: quia hominem quem volebam petere, manumisisti, circa rem: putà, si locum alienaueris in quo opus feceras, propter quod volebam agere interdicto quod vi aut clam. aquæ plu. arcend. aut interdicto de oper. nou. nunc. quia si tu possideres tuis expensis, tolleres: nunc alio possidente meis expensis tollam. vt ff. eo. l. 1. in fi. & l. 2. & l. 3. §. 1. 2. & 3. Octauũ, quòd res alienata superfit: cæterùm, si sine culpa alienantis decessit, nõ tenebitur ille, qui alienauit. vt ff. eo. l. nõ solum. §. hæc actio. Vnde
in hac actione Act. fac. tal. pos. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd ego volebam intendere cõtra te rei vendicationem, vel aliam realem actionẽ. Item dico, quòd tu causa euitandi futuri iudicij rem illam quam possidebas, alienasti Titio. Item dico, quòd tu alienasti propter hoc, vt Titiũ supponeres mihi aduersariũ, cùm res esset à te reuersura. Item esto, quòd tu alienasti nec reuocasti adhuc. Itẽ dico, quòd in 20. mea interest te non 3
alienasse. Ecõtrà Reus fac. tal. pos. † POSITIO REI. Ego dico, quòd tu nomine Rei talis cõtra Sempronium tantum volebas instituere iudicium. si hoc cõfitebitur Actor, absoluetur Reus: quia nõ debebat mouere cõtra ipsum. Item dico, quòd rem illã, cuius nomine volebas mouere iudiciũ, ergò nullo tempore possedi, nec dolo feci quò minùs possiderem. Item dico, quòd verè alienaui rem illã, vel quia cõcessi ex toto, vel quia vẽdidi. Item dico, quòd alienaui de necessitate redhibẽdo vel soluendo cui tenebar. Item dico, si alienaui, ego recuperaui rem. Itẽ dico, quòd paratus sum suscipere iudicium, ac si possiderem. certè si hoc vult Reus, excludet Actorem. vt ff. eo. l. quia. §. vl. In hac autem actione cõ- 4
cipiet Actor ita libellum. † LIBELLVS. Vobis D. &c. cõque. ego R. de G. qui causa mutandi à se iudicij rem talem cuius nomine volebam agere cõtra ipsum, alienauit & dedit Titio, cùm res illa ad eum sit reuersura, qui Titius est potentior, quàm aduersarius meus G. vel est alterius prouincię, vel est homo malitiosus: vnde quia propter talem alienationem interest mea in 20. ideò illud meum interesse peto: & ad hoc propono actionem in factum, quæ descendit ex edicto prætoris ex alienatione iud. mutandi causa facta. Quòd ita rectè cõcipiatur libellus, dicit ff. eod. l. 1. & 2. & l. item. §. vlti. Et ita cõcipiet libellum, quando interest mea ratione personæ, in qua alienatio facta est, vel ratione loci. Verùm si 5
ratione causæ, tunc cõcipiet ita libellum. † LIBELLVS. Vobis Do. &c. cõque. ego R. de M. qui seruũ quem possidebat, cuius nomine contra ipsum volebam agere rei vendicatione, vel alia reali actione, manumisit: vel locum in quo ædificauerat vi vel clam, vel pro quo nunciaueram nouum opus, vel cõpetebat mihi actio aquæ plu. arcen. Lucio alienauit: quæ res sunt reuersuræ. vnde quia propter talẽ alienationẽ interest mea 20. ideò illud interesse peto: & ad hac propono actionẽ in factum ex edicto de alienatione iud. mut. cau. fact. Quòd ita rectè cõcipiat libellum, dicit ff. eod. l. quia. §. 1. 2. & 3. & l. item. §. vlt. OPPOSITIO. Primo libello opponitur: nõ videtur quòd actio ista sit necessaria, vel proficit Actori. nam facta alienatiõe dominus habet cõtra possidentem rei vendicationem: cùm possessio pariat aduersario actionem in rem. vt C. eod. l. vnica. Item habet etiam aliam actionem cõtra alienantem, scilicet vtilẽ rei vendicationem: quod ita probo: actio ista locũ habet, quãdo dolo facta est alienatio. vt ff. eodem. l. 1. & l. item. 1. respõs. & l. nõ solùm. §. si quis autem. sed dolus semper pro possessione habetur. vt ff. de petit. hæred. l. sed si. l. commisso. §. perindè. Item & is qui dolo desijt possidere, tenetur vtili rei vendicatione. vt ff. de rei vendic. l. sin autem. & ff. de noxal. l. electio. Respõd. licèt illa duo auxilia habeat de iure communi, & cõtra illum qui alienauit, & contra illum in quem alienatio facta est: tamen nihilominùs habet istud: nam illa nõ datur ad id, ad quod datur ista. quia illa duo rem auocant cum accessionibus: hæc autem actio interesse prosequitur, quod interest Actoris propter talem alienationem. OPPOSITIO. Per istud edictum inducitur restitutio iure actionis. nam omnis restitutio semper fit per officium iudicis. vt ff. de minor. l. quòd si minor. §. vlt. præterquàm in quatuor casibus, vbi fit iure actionis, vt in actione quod metus causa, de dolo, de capite minutis, & per hoc edictum. vnde cùm habeant locum illa duo auxilia de iure communi: ergò istud extraordinarium dari non debet. vt ff. de minor. l. in causæ. Respond. 6

ſpond.tunc habet locum quod opponis,quando ad di-
em dantur auxilia communia, ad quod datur extraor-
dinarium. At hic dantur ad diuerſa,ſicut ſuperiùs di-
7 xi. † QVAESTIO. Item quæritur,an actio iſta compe-
tat ad iſtud intereſſe antequàm aliquid expendam. Re-
ſpondet Dominus meus Azo ita: quòd videtur aliquid
mihi abeſſe,cùm ego quodammodò ad id expendendū
compellar.vt ff.eod.l.3.§.item.& ff.de neg.geſt.l.ſi quis
mandato. Sed contrà arg.P.ff.de peculio.l.licèt ſi dam-
num.§.item deducetur.verſic.Marcellus.nam non agi-
tur pro eo quod intererit, ſed pro eo quod intereſt. li-
cèt enim videtur abeſſe,non tamen abeſt. & ita iudicia
de his quæ debentur,& peti poſſunt intentantur,nō de
his quæ poſſunt deberi. Nec obſtat d.l.ſi quis manda-
to.de negoc.geſt. quia ibi obligatus erat ea quaſi con-
tractu: ſed hæc reſponſio nulla, nam & hic alienās ob-
ligatur ea maleficio. Vnde quantum contra ipſum ex
delicto oritur. & ideò non datur contra hęredem, li-
cèt rei perſecutionem contineat, autem datur hæredi.
vt ff.eo.l.non ſolùm, in fin.& l.vlt. & l.quia. OPPOSI-
TIO.Item nō videtur,quòd actio iſta poſſit intēdi,ma-
ximè quando alienatio facta eſt in potētiorem: quia nō
valet nec quoad alienantē,nec quoad eū,in quem alie-
natio facta eſt.vt C.ne liceat poten.l.1.& 2. enim cadere
debet à iure quod habet. Reſpondeo,nulla eſt oppoſi-
tio,& hoc duplici ratione. Inprimis,qui hic loquitur
de potēte,id eſt,de eo qui in ciuitate habeat maiorē po
tentiam,ibi loquitur de illis potentioribus, qui habēt
merum imperium in ſubiectos. Vel aliter titulus iſte
loquitur in Reo & poſſeſſore cedente rem quam poſſi-
debat: titulus ille loquitur in actione cedente actionē
ſeu iura ſibi competentia,vnde ſe non tangunt. QVAE-
8 STIO. † Item quęritur in eo quod dictū eſt ſuprà: quòd
ſi Reus ſit paratus ſuſcipere iudiciū,perindè ac ſi poſ-
ſiderem, quòd actio iſta nō poteſt intendi. Sed nónne
ſemper cogitur? & ſic deficiat hæc actio: cùm dolus ſit
pro poſſeſſione, vt ſuprà dixi. Reſpond. ſi paratus ſit,
deficit: ſecùs ſi nō eſſet paratus. vt ff.de dolo.l elegan-
ter. §.ſi dolo malo.vnde cùm paratus eſt, releuat me à
probatione, cùm ego tenear probare ipſum dolo deſi-
iſſe poſſidere:& hoc dicit Dominus meus Azo.Vel ali-
ter ſecundùm eum etiam hoc ſic intelligo: quando eam-
dem cauſam & cōditionem promittit ſe præſtaturum
qui alienauit, ac ſi poſſideret. verbi gratia, dicit: ego
promitto me reſtituere rem ſi vincis: & hoc ſub pœna
M ſolid. alioquin ſi diceret, rem nō reſtituam,quia nō
habeo, ſed quāti tua intereſt, vel quanti in litem iura-
ueris,præſtabo,ſecùs eſſet.nam & ſi hoc nō offerret,te-
neretur tamen ad idem. & hoc ſecundùm Dominū me-
um Azo. Dominus autem meus R. dicit nō ideò cōtin-
gere,quia paratus eſt, ſed quia nihil intereſt eius,cùm
valeat ſine incommodo agere contra eum, qui aliena-
uit,& ſic non habet duriorem aduerſarium. Item di-
cit ipſe hanc actionem ceſſare,ſi cōtra alienatorem in-
uitum ac[...]onem proponat vtilem aduerſarius: quia
nō eſt alius oppoſitus aduerſarius. At dicet aliquis: er-
gò ſemper ceſſat hæc actio, cùm ſemper inuitus cogi
valeat is qui alienauit vtilem actionem ſuſcipere. Re-
ſpond.nō eſt ita. quia dominus mauult plerunque rem
ſuam habere,quàm æſtimationem recipere,& re ſua ca-
rere. v[...] ff.rerum amot.l.nō enim.vel finge eum qui ali-
enauit, [...]o eſſe ſoluendo,quātum ad intereſſe huius A-
ctoris. Reſpond. Hæc actio vltrà annum non datur. vt
ff eod.tit.l.vel poſt annum.

De actione in factum ex edicto naut. caupones, ſtabularij. & de illa in factum, quæ eſt in ſimplum, & ex quaſi contra-ctu. Rubrica.

1 *Actio in factum ex edicto naut. caupo ſtabul vt in ſimplū competat. quot neceſſaria ſint.*
2 *Poſitiones Actoru & Rei in tali actione. & nu.3.*
4 *Libelli in tali actione quomodo concipiantur.*
5 *Peregrinus qui redit vel vadit vltra mare, ſi intret na-uem, tabernam, vel ſtabulum, & non oſtendat hoſpi-tum timore, res quas habet, demùm de amiſſione conque-ratur, qualiter procedatur.*
6 *Peregrinus ſi res aſſignauerit, nō numerando ſingulas, ſed in ſacculo, vel in pera, vel in ſolle immiſerit, an eius ſacra-mento ſtandum ſit.*
7 *Res ſi non reſtituantur & fuerint aſſignatæ in mala, vel immiſſa, quid petetur, vtrùm mala vel res quæ in ea con-tinentur.*
8 *Balneum ſi domina ingreſſa fuerint, & pelles ſuas in-tromittant, an ſi amittantur, ipſe balneator tenea-tur.*
9 *Amicus ſi amicum recipiat, & amicus receptus res ſuas a-mittat, quid iuris.*
10 *Actio in factum huiuſmodi quid differat ab actione ad-uerſus nautas, &c.*

SI aliquis intrat nauem cum rebus ſuis, vel caupo-
nam, vel ſtabulum,& de rebus ſuis amittat,præter
duabus actionibus illi ſuccurrit.Primò per actio-
nem in factum, quę in ſimplū competit ad res recupe-
randas cōtra naut.caup.vel ſtabul. quæ eſt ex cōtractu
vel quaſi:& de hac primò videbimus. Secundò,per a-
ctionem in factum aliam, quæ cōpetit in duplū, & eſt
ea quaſi maleficio:vtraq; competit cōtra prędictas per-
ſonas.vt ff.eo.l.1.in prin.& l.vlt.§ hæc actio.† Vnde ad 1
hoc vt actio iſta in factum in ſimplū competat,tot ſunt
neceſſaria. Inprimis, quòd aliquis ſit naut.caup. vel
ſtabu. Secūdum,quòd res intromiſerit.Tertium,quòd
illi receperint ſaluum fore:nam ſi renunciauerint cu-
ſtodiæ,nō tenentur. Quartum,quòd res amiſerit: ſicut
hæc probantur ff.eod.l.1.§.1.& §.ait prætor.& l.debet.
t.reſponſ.intelligas nautam largè, ſcilicet dominū na-
uis vel exercitorem. vt ff.eo.l.1.§ qui ſunt.& ff.de exer-
citori.l.1.§.exercitorem.& magiſtrum nauis,vel illum
cui cōmiſſa eſt nauis cuſtodia: imò videtur etiam om-
nium nautarū & vectorū. vt ff.eo.l.t. §.ſed de exercito-
re.& vlt. OPPOSITIO.Sed opponitur:nam dominus na-
uis nō obligatur.ſi per remigem, id eſt, qui meliùs ſcit
nauigare,aliquid receptū ſit.vt ff.eo.l.1. §.ſed de exer-
citore,in princ.Reſpōdit Dominus meus Azo,quod di-
citur in §.ſed de exercitore. de remige,corrigitur in fi.
l. Vel meliùs,in §.ſed de exercitore loquitur cùm ex-
tra nauem damnū datum ſit.in fi.l.cùm in naui.Vel ali-
ter,in §.prædicto loquitur vbi nauta cōtraxit & rece-
pit,nō exercitor vel eius magiſter: vnde nullo modo
tenetur exercitor.vbi verò exercitor cōtrahit,quia ſi-
bi res aſſignantur,de nautarū facto tenetur, & etiā ve-
ctorū.vt in fi.l.Sed licèt prætor de maximis nauibus fe-
cerit mentionē,idem tamē & in paruulis. vt ff.eod.l.1.
§.de exercitorib. Et quod dixi de rebus quas amiſeris,
intelligas generaliter res.vt ff.eod.l.t. §.ait prætor. Et
quod dixi,quòd recipiant ſaluū fore,intellige eos rece-
piſſe ſaluum,ſiue eis ſunt aſſignatæ res,ſiue nō: dum-
modò in nauē immiſſæ ſunt:adeò quòd poſtquā vel aſſi-
gnaſti,vel in nauē ſunt immiſſæ,& oportuit aliqua de
cauſa res illas extrahi,& ſi in littore pereant,tenētur,
vt ff.eo.l.1.& l.ita.in princ. Item quod dicitur de cau-
ponibus & ſtabul. intellige caupones vel ſtabu.ſ.exer-
cercentes cauponam vel ſtabul. putà qui ad eos quoti-
dianus tabernæ vel ſtabuli quæſtus pertinet,vt aliâs in
exercitore lex exponit.ff.de exercit.l.1.§.exercitorem.
Item ſi aliqui ſunt inſtituti ab iſtis, & factū etiam via-
torū,quos in hoſpitijs recipiūt,præſtant.vt ff.eod.l.1.§.
caupones.& l.ſicut & caupo.Nec obſtat quòd in prędi-
cto §.caupones.dicitur,quòd nō continetur qui opera
mediatoris aliâs mediaſtini fungitur,& atriarij, & fo-
carij.Reſpōd.verum eſt,quod nō continentur nomine
cauponū vel ſtabulariorū, vel nomine illorum, qui ab
eis inſtituūtur. Cęterùm nomine illorū tenentur caup.
vel ſtab.maximè cùm illi in domibus eorū vtātur: nam
cùm præſtant factū viatorū multò fortiùs & illorū. In
hac actione Act.fac.tal.poſ. † POSITIO ACTORIS. Ego 2
dico,quòd tu es nauta,caup.vel ſtabu.vel inſtitutus ab
eis. Itē dico,quòd ego in naui tua,vel taberna,vel ſta-
bulo res tales intromiſi. Item dico,quòd res illas tibi

 aſſig-

assignaui. Item dico, quòd res illa in nauē, cauponam,
vel stabulū immisi. Item dico, quòd res illas amisi. Ecō-
4 trà Reus fac. tal. pos. † POSITIO REI. Ego dico, quòd Ti-
tius tantū exercebat nauem illā, cauponā, vel stabulū,
in qua dicis te res tuas immisisse. si confitebitur Actor,
succūbet. quia ille Reus nō fuit caupo, nau. vel stab. Itē
dico, quòd ego predixi vobis, quòd quilibet custodiret
res suas. Item dico, quòd claues scrinij ego dedi tibi. si
cōfitebitur Actor, succūbet: quia tacitè videtur renun-
ciasse custodiæ: sicut & Dom. Io. notat in locatore, per
l. e laudibus. ff. de cōtr. emp. & not. hoc in tit. ff. locati. ff.
dominus horreorū. In hac aūt actione cōcipitur ita li-
bel. † LIBELLVS. Vobis Do. &c. cōque. ego R. de M. nau-
ta, caup. seu stabul. in cuius naue, domo, seu stab. res ta-
les amisi. vnde quia res illas nō vult restituere, interes-
se meū, quod ęstimo 20. peto: & ad hoc propono actio-
nem in factū ex edicto nau. caup. stab. vt recepta restit.
Quòd ita rectè cōcipiatur libel. dicit ff. eo. l. 1. in princ.
& l. & ita. §. hęc actio. OPPOSITIO. Sed nō videtur, quòd
actio ista possit intēdi: cùm sufficiat ciuilis ex locato
& cōducto, si interuenit pretiū: si nō interuenit pretiū,
sed aliqua species, fuit contractus innominatus, & sic
cōpeteret præscriptis verbis. vt ff. deposi. l. 1. §. si quis
seruum in pristinū. Item si gratis suscepit res pręferen
das, cōpetit depositi. Miratur ergo Vlpia. quare ista sit
inducta. Respōdet ipse Vlpia. propter duo fuit inducta.
primò ad hoc, vt pretor ageret curā reprimendę mali-
tiæ istorū: nam ea quę notabiliter fiūt, nisi specialiter
notentur, videntur quasi neglecta. vt ff. de iniur. l. item
apud Labeonem. §. ait prætor. Et plus solet timeri quod
speciali quàm quod generali sermone cōcluditur. ex-
trà, de hęret. c. si aduersus. Secundò, quia in cōtractu lo
cati & in innominato venit dolus, lata culpa & leuis:
cùm cōtrahatur gratia vtriusque. vt ff. cōmodati. l. si vt
certo, in princ. In deposito venit dolus & lata culpa. vt
ff. depositi. l. quod Nerua. at in ista actione venit dolus,
lata, leuis, & leuissima culpa: nō tamen venit casus for
tuitus. sic respōdit & examinat Vlpia. ff. eo. tit. l. & ita.
§. respōs. & quod ibi dicit: etiam si sine culpa, intellige
lata vel leui: leuissima tamē interueuit. OPPOSITIO.
Itē nō videtur quòd adhuc cōpetat, imò est superflua:
nam aut vult agere propter maleficiū, & tūc succedet
Rubrica illa furti aduersus nautas. & alia actio in edi-
cto. ff. eod. l. debet. §. hæc actio. aut vult agere ex cōtra-
ctu, & tunc cōpetet vel exercitoria, vel institoria. vt
ff. de exercit. l. 1. & ff. de instit. l. 1. Respōdeo, actio ista
nō superabundat. nam hæc loquitur quandò ex cōtra-
ctu vel quasi agitur cum naut. caup. stab. scilicet de re-
bus tantùm illatis. In Rubrica furti aduersus naut. &
ff. eod. l. debet. loquūtur quandò agitur ex maleficio: &
de exercitoria & institoria loquūtur quandò agitur ex
cōtractu vero habito cum eo: putà, quia emit, permu-
tauit, vel similia fecit. hic autem de alio cōtractu. s. res
inferendo vel assignando: videtur cum eo cōtrahere,
5 vel quasi. † QVAESTIO. Item quæritur, si peregrinus,
qui redit vel vadit vltra mare, intrat nauem, tabernā,
vel stabulū, & nō ostendit res quas habet, demùm con-
queritur de amissione, timet enim ostendere propter
illos qui hospitantur, qualiter procedetur? hanc quæ-
stionem de facto vidi. Respōd. in multis locis est opti-
ma cōsuetudo in peregrinis, nō autē in alijs. vt si vult
iurare peregrinus, quòd tantū amiserit, credatur sacra
mento suo: & posset probari per iura: nam cùm ipse ve
nit vel vadat vltra mare pro animæ suę salute, non est
præsumptio quòd deierct, & velit res pręferre animæ,
imò animam rebus. vt arg. C. de sacrosan. eccle. l. sanci-
mus. & C. ad leg. Iul. repet. l. vlti. de iure tamen stricto
& scripto si quęrimus, nō staretur sacramento peregri-
ni, cùm Actore non probante Reus absoluatur. vt C. de
edend. l. qui accusare. nisi quòd compellerem nautam,
caup. vel stab. ad iurandū, quòd tales res nō subtraxe-
rit, nec fecit subtrahi. sicut purgatur quis per sacramē
tum, quando quęritur ab eo de sua mala cōscientia. vt
C. de his qui ad ecc. cōfug. l. fi. & C. de iure dot. impe. l.
vlt. C. de bo. auth. iu. poss. l. vlt. QVAESTIO. Quid si nau-
ta, caup. vel stab. sint homines malę opinionis? Resp. si
sciuit peregrinus, imputet sibi quare ad eum declina-
uit, quia mala electio fuit in culpa, cùm potuisset apud
aliū hospitari. vt ff. si agrimen. l. 1. & de acti. & oblig. l.
a. & pro socio. l. si socius. Si aūt ignorauit, tūc in modi-
ca summa, quam appello modicam cōsiderata persona
peregrini, verùm esset Baro, Comes, vel aliquis Nobi-
lis, vel veniret eques an pedes, vel an sit pauper, starē
sacramento peregrini. per arg. l. ff. de reb. credit. & iu-
reiur. l. in bonæ fidei. & Dominus meus not. in summa.
vbi propter pręsumptionem Iudex in modica summa
6 dat sacramentū Actori. & hic est pręsumptio. s. peregri-
natio & mala opinio hospitis vel nautæ. † QVAESTIO.
Quid ergò si res assignauit nō expressè, quòd numera-
ret omnes & singulas: sed ita in sacculo, vel in pera,
vel in folle, vel etiam si ita immisit, licèt nō assignaue-
rit, videtur quòd debeat credi sacramēto peregrini vel
viatoris. vt arg. ff. de furt. l. in actione. ff. de in li. iuran.
l. in actionibus. §. vlt. & ff. depositi. l. 1. §. si quis argentū.
Respōdeo, hæc ita distinguo: aut sunt assignatæ res, aut
tantùm immissæ. si assignatæ sunt, & signatę sunt cum
sigillo, tūc signatę cum sigillo reddantur: vel si immis-
sas & signatas inueniat, tūc nō habet de quo possit cō-
queri peregrinus. si aūt nō signatę reddantur, & fatean
tur nauta, caupo, stab. quòd signatas receperint: vel si-
gnatæ sint immissæ, tunc Iudice taxante starem sacra-
mento peregrini: nam ex quo pera vel mantica sine si-
gillo inuenitur, delictū commissum est ab illo nauta,
caup. vel stab. quando eis assignatæ sunt res, vel quan-
do immissæ ab aliquo ex familiaribus. vnde cōpetet a-
ctio in duplū, etiam ex hoc edicto, de qua proximè di-
cemus. hanc respōsionem probo per l. dicin sponsalio-
rum. §. qui pecuniam. ff. depos. Nam egant gratias pere-
grino, qui cōtra eos nō agit ex maleficio. vnde satis re-
putet sibi fieri si reddat simplū per sacramentū peregri-
ni. vt C. depos. l. si depositi. Quòd autem debeat credi
sacramento Actoris, ex quo delictu committitur, dicit
ff. quod vi aut clā. l. semper. §. in hoc interdicto. QVAE-
7 STIO. † Item quęritur, si res nō restituantur, & fuerunt
assignatę in mala, vel immissę, quid petetur? verùm ma-
la, vel res quę cōtinentur in ea? Respōdeo: hanc quæ-
stionem disputat Vlpia. ff. depositi. l. 1. §. si e ista signata.
& secūdùm Trebatiū mala est petenda, non res, ex quo
res nō fuerūt ostensæ. si autem res fuerūt ostensę, tunc
& res sunt petendę. Labeo cōtradicens Trebatio, dixit
de rebus agendū. Vlpia. dixit cōcordans vtrunque, quòd
8 & mala, & res peti possunt. † QVAESTIO. Item quæri-
tur, an idem sit in balneatore, sicut diximus in nauta,
caup. vel stab. vt si vadūt dominę, & intrant balneū, &
intromittunt pelles suas, an teneantur, si amittantur?
Respōd. iura dicūt, quòd si sint data balneatori, & mer-
cedem accepit pro seruandis vestibus, agetur locati: si
autem nō recepit mercedem, agetur depositi. vt ff. de-
positi. l. 1. §. si vestimenta. Si autem nō sint data balnea-
tori, sed tantùm immissa, idem dicit Dominus Ioan. in
eo quod in nau. caup. stab. nā ita accipit pretiū ob laua-
crum pro balneo, sicut nauta pro naui, & caupo pro ta-
berna, & stabularius pro stabulo. vt arg. ff. naut. caup.
stab. l. nauta. Domino tamen meo Azo. videtur contrà:
nam omnia quæ dicuntur in tit. naut. caup. stab. specia-
lia sunt, & aliud in balneatore. quia dominæ quæ va-
dunt, semper habent seruientes suas, quę custodiunt
res earum. Actio ista perpetuò competit. Sed illud
attende, quòd si tu egeris aliqua alia prætoria: vt furti
manifesti: vt Insti. de perpe. & tempo. action. vel ciui-
li: vt furti non manifesti, vel condictione furtiua ad-
uersus naut. quòd ista tollitur. vt ff. eodem. l. & ita. §. vl-
tim. & quare, Dominus meus ibi rationem assignauit,
quia cùm ista sit pretoria, alia sit ciuilis, eligendo una
pretorium renunciat iuri ciuili, & econuerso. Sed in
actione furti manifesti, quę similiter est pretoria, quę-
ritur quare vtraque non competat, maximè cùm vna
sit persecutoria rei, & alia pœnæ. ergò neutra debet et
tolli per aliam. vt ff. de furt. l. si pignore. §. cùm furti. &
C. de condictione furti. l. 1. Respondeo, actio furti
est commune auxilium contra delinquentem & ordi-
narium, actio in factum licèt sit prætoria, tamen quia
extra-

extraordinaria contra naut. caup. vel stabul. ideò vnũ per aliud tollitur. vt argum. ff. de separ. l. 1. §. illud sciendum. & ff. eodem. l. licet. §. vltim. Et non miretur aliquis, si de hac actione alibi in hoc opere tractaui: nam propter quæstiones emergentes iterum tracto.
9 † QVAESTIO. Sed quid si amicus amicum recipiat, & amicus receptus res suas amittat. Respond. non credo, hanc actionem locum habere: quia cessant omnia, quæ in titulo dicuntur: licèt sit contrà. argumen ff. eod tit. licèt l. in princip. Rubricæ de actione in factum ex edicto naut. caup. stab. vt recep. resti. & est in duplum. Sed & propter huiusmodi res amissas competit alia actio, quæ est in factum & in duplum: siue res sint subtractæ à naut. caup. stabul. siue ab alijs: ita quòd vnum simplũ sit pœna, aliud rei persecutio. vt ff. naut. caup. stabul. l. licèt. §. in factum. & l. debet. §. hæc actio. Vnde quicquid dicendum sit in hac actione totum inuenies notatum suprà in hoc eodem opere de prætorijs in Rubri-
10 ca, furti aduersus nautas. † QVAESTIO. Sed illud quæritur: quid differat actio ista in factum ab illa Rubric. aduersus nautas? nam videtur idem dicere: vnde videtur alterum superabundare. Respondeo, dicunt quidã, si agatur ex illo tit. furti aduersus naut. quòd illud duplum totum sit pœna: si autem ex hac actione in factũ, vnum simplum sit pœna, aliud rei persecutio, argum. ff. de act. & oblig. l. ex maleficio. §. vlti. Ego autem nullam credo inter istas actiones differentiam, quia vtraque est ex quasi maleficio: licèt differant à superiori, quia superior aliquando est ex contractu vel quasi. Quare ergò tractatur de hac actione ibi, furti aduersus naut. & hic. Respondeo, ratio sua sit ibi: cùm tractatus generalis de furt. præcesserit, meritò tractauit & de speciali furto, sicut & de alio speciali tractat, posteà si familia furt. fe. di. & hic similiter instè tractauit: quia cùm tractauit de delicto commisso, qualiter sit agendum ciuiliter, iustum fuit vt tractaretur criminaliter: vel aliter ea quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta. vt ff. de iniurijs. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. sicut & in superiori actione notaui.

De actione in factum, de his qui deiecerunt vel effuderunt. Rubric.

1 *Actio in factum de his qui deiecer. &c. vt competat, quot requirantur.*

2 *Positiones Actoris & Rei in actione in factum, de his qui deiecerunt, &c. & num. 3.*

4 *Libelli in tali actione quomodo concipiantur, & nume. seq.*

7 *Actor in tali actione si vlterius viuat, vel minùs vita præsumpta, de æstimatione soluta pro operis, quid erit dicendum.*

SI aliquis deijciat vel effundat ex domo, & illud quod deijcitur, cadat super aliquẽ transeuntem, & sic vestimenta sua, vel aliæ res suæ deterioratæ sint, ille qui damnum passus est, habet actionem in factum ex illo edicto, de his qui deiec. vel effude. & est actio ista in duplum. si autem ex illa deiectione liber homo pereat, dabitur prædicta actio contra deijcientem, & erit condemnandus in 50. aureos, sicut hæc probantur ff. eod. l. 1. §. 1. & ff. de act. & oblig. l. ex malefic. §. his quoque. si autem libero homini alio modo intulit damnum in persona sua: putà, quia caput suum fractũ est, vel fortè monoculus indè factus est, vel mancus, tunc dabitur actio quantum æquum videbitur iudicanti, quod determinatur à lege, scilicet quia habebitur ratio expensarum & mercedum, quos soluat medicis, & operarum, quibus & caruit, & cariturus est, si fortè factus sit inutilis: cicatricum autem & deformitatũ non fiet æstimatio: quia liberũ corpus non recipit æstimationem. vt ff. eo. l. 1. §. 1. & §. sed cùm homo liber. & l. vlt. & ff. si quad. paup. fecisse dic. l. vlt. sicut in l. Aq. ff. ad leg. Aq. l. sed si quicunq., in fin. & l. qua act. & l. lib. homo. l.
1 1. Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. Inprimis, quòd aliquid sit deiectum vel effusum. Secundum, quòd damnum datum sit, aliquo modo prædictorum. Tertium, quòd locus in quem deiectũ est, & per quem ille qui damnum passus est transibat, quòd fuit talis, per quem vulgò iter fiat. Cæterùm si locus iste sit secretus, cessat actio, etiam si deiectũ sit, & damnum sit datũ. ff. eo. l. 1. primo respons. & §. summa. sicut in lege Aquil. ff. ad leg. Aquil. si putator. Quartũ, quòd deiectio illa vel effusio facta sit de die, nõ de nocte: sed sufficit si fiat interdiu, id est, inter diem & noctẽ, quasi summo mane in crepusculo: nã si de nocte deijciatur, cessat actio. vt ff. eod. l. hoc edictum. §. Labeo. Vnde in hac actione Actor fac. tal. positiones siue confessiones. 2
† POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd ex tali domo, cuius inhabitator tu es, fuit proiectũ vel effusum, vnde vestimẽta mea vel merces meæ deterioratæ sunt in 20. Item dico, quòd ex illa deiectione talis liber homo mortuus est. Item dico, quòd ex illa deiectione caput meum fractũ est, vel manum amisi, vel oculũ. Item dico, quòd tot expensas feci, tot mercedes solui medicis, tot operas amisi, & amittam, quia inutilis factus sum. Item talis deiectio fuit in loco tali, vnde publicè & vulgò trãsitur, & ego per illum locũ transibam. Item talis deiectio fuit facta de die vel interdiu. † Econtrà
Reus fa. ta pos. POSITIO REI. Ego dico, quòd domus illa, ex qua dicis esse effusum, est & fuit per annũ sine omni habitatore. si cõfitebitur Actor, succũbet. quia ex quo nullus fuit habitator, damnũ dari non potuit. Item ex illo loco, vnde tu transibas, nullus solet transire: nam nec vulgò iter fit indè. Item deiectio fuit facta de nocte. † In hac autem actione concipiet Actor ita libellum. LIBELLVS. Vobis Domi. &c. conqueror ego R. de M. ex cuius domo tale quid est deiectũ vel effusum, quam domũ ipse inhabitat, vnde vestimenta mea vel merces deterioratæ sunt in 20. vnde illa 20. in duplũ mihi præstari peto: & ad hoc propono actionem in factum ex edicto, de his qui deiec. vel effude. Quando aũt liber homo fuit peremptus, concipiet ita libellũ. † LIBELLVS. Conqueror ego R. de M. ex cuius domo, quam ipse inhabitat, tale quid fuit deiectũ vel effusum, vnde pater meus mortuus fuit, vnde ab eo 50. aureos mihi præstari peto: & ad hoc propono actionem in factum, ex edicto de his qui deic. vel effud. Si autem ex illa deiectione corpus liberi hominis læsum sit, concipiet ita libellum. † LIBELLVS. Conquer. ego R. de M. ex cuius domo, quam ipse inhabitat, tale quid est effusum vel deiectum, vnde corpus meũ læsum est, propter quã læsionem tot expensas feci, tantum solui medicis, tot operis carui & sum cariturus, quas operas æstimo viginti: vnde quòd omnia prædicta mihi præstet, ago cõtra ipsum: & ad hoc propono actionem in factũ, ex edicto de his qui deiec. vel effude. Quòd ita rectè cõcipiantur libelli isti, dicit ff. eod. tit. l. 1. § 1. & l. pen. & ff. de actio. & oblig. l. ex malefic. §. his quoque. Et illud attẽde, quòd quãdo actio ista competit pro damno dato in vestibus vel mercibus, actio perpetua est quæ datur hæredi, sed non in hæredem, quãdo competit pro eo quòd liber homo perijt, tunc est annalis, quæ non datur in hæredem, nec hæredi vt hæredi, quia non est in bonis, sed datur sibi vt proximiori. quando autem cõpetit pro eo quod corpori liberi hominis nocitũ est, tunc ipso libero homini erit perpetua: suo verò hæredi annalis. vt ff. eod. tit. l. si verò. §. hæc autem actio. OPPOSITIO. Primo libello opponitur: actio ista non debet intentari contra inhabitatorem, sed cõtra illum qui deiecit, vnde videtur malè concipi: & etiam alia ratione, quia debet assignari persona quæ deiecit, sicut in actione iniuriarum. vt ff. de iniur. l. prætor edixit. & sicut in actione de dolo. vt ff. de dolo. l. sed si ex dolo. § vlt. Respond. quòd detur in habitatorem etiam non designata persona, iusta est ratio: quia tenetur habitator præstare culpã suã & suorum. vt ff. eo. l. pen §. habitator. Debuit enim eos admonere, ne aliquid malè proijcerent. quòd personam non designem ratio est: quia ego per viam vado intentus circa rem meã, ille proijcit, ego sentio mihi damnum datũ ex tali deiectione, is qui proiecit, facta

proiectione se remouet, vnde ipsum videre non possum. Oppositio. Secundo libello opponitur: Certum est, quòd liberum corpus non recipit æstimationem, sicut superiùs dixi. quare ergò petūtur 50. solidi vel aurei: aut pro æstimatione, quod non concedis: aut pro pœna. si pro pœna, mirabilis est pœna, cùm pro vno fortè Comite, Barone, vel Nobili occiso dentur 50. aurei, sicut pro vno equo mortuo: cùm pœna ratione delicti deberet imponi. vt C. de pœn. l. sancimus. & ff. de pœnis. l. respiciendum. Respond. quinquaginta aurei qui petuntur, nō præstantur ratione æstimationis, sed pœnæ. & licèt sit modica pœna ratione delicti, tamen ita placuit authori. aliquandò enim vbi minor pœna deberet imponi, imponitur maior: & ecōuersò. nam abigeatus crimen modicum est, & maxima tamen imponitur pœna, quòd debent relegari: aut bestijs subijci. vt ff. de abigeis. l. 1. Item ecōuersò qui effregerit parietem, & subripit pecuniam, quinquennio relegatur. vt ff. de effracto. l. 1. Item ecōtrà, vbi maximum fuit delictum, & modica pœna imponitur: vel ideò ita breuis imponitur pœna, quia delictum illud fortè fit sine dolo. Et sic Legistæ Romani non derideant Legistas Longobardos, qui dicunt liberum hominem interfectum recipere æstimationem vsque ad 250. solidos, vel 100. quando se defendendo quis occidit alium: vt dicit Lombarda de homicidijs. recolimus: quia ibi præstatur illud præstatur loco pœnæ non loco æstimationis. Oppositio. Super libello tertio opponitur de operis futuris, quomodò illæ possunt peti, cùm sint futuræ. vt ff. de iudic. l. non quemadmodum. Item quomodò possunt æstimari operæ futuræ: vel vsque ad quod tempus æstimabuntur. Respondeo: possunt peti operæ, licèt sint futuræ. Certum est, quòd delictum est commissum, ex præsenti delicto agitur: licèt aliquid sit futurum, tamen propter delictum iudiciū fuit intentatum: sicut si habes ff. si seruitus vendic. l. harū. & l. egi. & ff. ad leg. Aquil. l. in lege Aquil. fiet autem computatio operarum futurarum secundùm æstimationem vitæ: vt & aliâs fit. ff. ad leg. Falcid l. hæreditatum computationum. Sed in lege illa fit duplex æstimatio vitæ. alio modo fit in alimentis, alio modo in vsufruct. & minore. ideò quam computationem seruabimus? Respondeo: illam quæ fit in alimentis, quæ maiorem præsumitur vitam. vt quod facit fauor in ali-
7 mentis, hoc faciat idem odium ratione quasi delicti. † Quaestio. Sed quid si Actor ille vlteriùs viuat vel minùs vita præsumpta, quid erit de æstimatione soluta pro operis? si minùs vixit, repetitur quod est solutum. si minùs accepit, petet id quod posset peti pro æstimatione futurarum operarum. Respondit Dominus meus Azo, repeti posse, quandò minùs vixit, id quod vltrà habuit per condictionem sine causa: quando vltra vixit, potest petere Actor quod debetur adhuc pro operis futuris, sicut in vsufruc Reipublicæ relicto. vt ff. ad leg. Falcid. l. hæreditatū computationem. §. sic denique. Oppositio. Sed nōnne obstabit exceptio rei iudicatæ: nam pecunia soluta ex causa iudicati nō solet repeti. vt C. de condic. indeb. l. 1. & ff. mandati. l. si fideiussor. §. in omnibus. Vnde multi metu istius quæstionis dicunt: nec ab isto posse pecuniam repeti, si minùs viuat: nec illum posse agere, si viuat vlteriùs. Ego autem defendo sententiam Domini mei, & dico optimè dixisse ipsum. Quòd opponis, quòd obstat res iudicata. Resp. non est verum: nam iustis causis interuenientibus reperitur solutum ex causa iudicati, & datur exceptio. vt ff. de condic. sine causa. l. si fullo. & C. de re iudic. l. 1.

De vtili actione pro socio, quæ competit cùm plures socij in eodem cœnaculo habitant, & vnus fortè deiecit vel effudit, quorum si vnus soluat pœnam pro alio, alius ei tenetur hac actione. Rubr.

1 Libelli in tali actione quomodo fiant. & nu. 2.

2 Actio in factum quæ datur conductori contra discipulum vel hospitem, non est illa in factum, quæ descendit ex edicto de his qui deiec. &c.

Verum quia cōtingit sæpè, quòd plures in eodē cœnaculo habitāt, & vnus fortè deiecit vel effudit, vnde damnū datū est, & oportuit cōuentos alios soluere: iura soluentibus succurrunt, quòd vtili pro socio actione possint ab illo repetere, vel actiōe in factū ex hoc edicto descendente. vt ff. eod. l. 1. in fin & l. cùm sanè. & l. & quidem & l. perceptione. hæc quando simul habitāt: aliàs si separatim, tūc ille solus tenetur, ex cuius cœnaculo effusū est. vt ff. eo. l. si verò, in prin. Vnde arg. l. prædictarū notat Domin. meus Azo, quòd scholaris scholari teneatur, & pro expēsis factis, & ne turbet eū in hospitio, volēdo alios inducere, vel alijs repetere, datur vtilis pro socio, & nō directa: quia non cōtrahunt societatem scholares in festo S. Michaelis, ad cōmodiorem vsum & vberiorem quæstū. & si locū habet sententia, nō tamen habent locū verba. vnde habet locum vtilis. vt ff. si quadr. paup. fec. dic. l. 1. & l. pe. & ita ipsum de facto cōsului, cùm essem arbiter inter quosdā socios meos. & ita ipse mihi respōdit: licèt alij dicant, quòd ego scholaris impeditus à socio meo, nullā habeo actionem cōtra impedientem, sed habeo actionem cōtra locatorem ex cōducto, vt ipse prohibeat sociū meum. vt arg. ff. ad leg Rhodiam. de iact. l. 2. respōs. 1. & ff. locati & cōduc. l. maritur. vel vt quidam libri habent. l. cùm in plures. § messem. Item & cōtingit sæpè, quòd aliquis cōducit hospitiū, vt habeat ibi merces suas: vel habitaret: vel vt ibi operaretur cum discipulis suis iste etiam cōductor recepit fortè ibi secum aliquem hospitem, qui moretur cum eo vsque ad annū vel medium: modò hospes ille receptus, vel aliquis de discipulis dat damnū, cōductor iste tenetur actione in factū ex hoc edic. de his qui deiec. vel effude. illi cui damnū datum est ex tali deiectione. vnde de iure datur actio in factū isti cōductori cōtra illū hospitem vel discipulū, qui deiecit, propter cuius deiectionem dānatus est: & hoc quādo nō cōduxit operas discipuli vel hospitis: tūc. n. ex cōducto daretur actio. vt ff. eo. l. si verò. §. cùm aūt lex Aquil. Et quod dicit ibi ex locato, expone. i. ex cōducto. ista. n. verba promiscuè ponūtur. vt ff. de act. empt. l. veteres. licèt in §. illo sit alia litera. sed qualiter agit, cùm nihil absit? Respōd. abesse videtur id, in quo quis obligatus est: vt & aliàs ff. de neg. gest. l. si quis mādato. In hac actione intelligas repetita omnia quæ diximus in actione superiori. † Vnde 1
cōcipies ita libel. Libellvs. Vobis Do. & c. cōque. ego R de M. discipulo vel hospite meo, qui de domo quam inhabito, tale quid proiecit, quod damnū dedit Titio in vestimentis eius, vel mercibus in viginti: vnde propterea sum condemnatus in duplum illi Titio, quod duplum mihi ab hospite meo vel discipulo præstari peto. & ad hoc propono actionem in factum. Quòd ita ita rectè concipiat libellum, dicit ff. eodem. l. si verò. §. cùm autem. Et ita credes concipi libellum rectè, quando iste condemnatus soluit. Alioquin si non soluit, sed damnatus est, vel damnandus: tunc seruatis omnibus de libello, dicas: † Libellvs. Vnde quia propter de- 2
iectionem suam in duplum sum damnandus illi Titio, vel damnatus. ideò vt ab illa condemnatione facta seu facienda me liberet, ago contra eum, & ad hoc propono actionem in factum. Quòd sic debeat concipi libel. quando non soluit, sed tenetur soluere, dicit ff. mandati. l. si mandato. §. quotiens. Oppositio. Sed opponitur. nam non videtur, quòd actio ista possit cōtra conductorem intendi propter effusionem factā à discipulo vel hospite. quia peccata tantùm suos debent tenere authores. vt C. de pœn. l. sancimus. si ergò iste cōductor non potest teneri illi cui damnum datū ergò conductor contra discipulū non habet actionem. malè ergò actio ista intenditur. Respondeo, actio ista quæ descendit ex hoc edicto, est prætoria, & est extraordinaria, & ex quasi maleficio, vnde sicut diximus in actione in factū, quæ descendit ex edicto naut. caup. stabu. quæ est in duplū, & ex quasi maleficio datur extra ordinem

contra

contra sohabitatorem.& illa contra dominum ex delictis commissis à famitarib. sicut ergo teneor propter factum tuum extra ordinem,& per prætorem, ita iustú est vt tu tenearis mihi. OPPOSITIO. Conductor contra hospitem nullam habet actio. vt ff.eod.l.1.§.penu.malè ergo concipitur libellus contra hospitem:& malè dicit l.si verò.§ cum autem.ff.eod. Respond.l.1.loquitur in hospite repétino, qui in sero hospitatur, in mane recedit.l.si verò.loquitur de hospite qui morabatur cum
3 conductore ad tempus. In fine illud nota, quòd actio ista in factum, quæ datur conductori contra discipulú vel hospitem, non est illa in factum quæ descendit ex illo edicto de his qui deie. vel effu.sed est illa in factú cuius tenor in multis & varijs articulis locum habet. vt C.de sacrosan.eccles.l.sancimus.& ita sentit dominus meus Azo.& ita ibi oor.al j volunt dicere, quòd descendat ex illo edicto, cum in illo sit posita.

De actione in factum quæ datur contra illum qui aliquid habet appensum in suggrunda, vel ex cœnaculo, ex quo damnum contingere possit. Rubric.

1 *Actio in factum quæ datur contra illum qui aliquid habet appensum &c. vt procedat, quot exigantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali actione nu 3.*
4 *Libelli in tali actione quomodo concipiantur.*
5 *Impositum si quispiam habuit, cuius casus facilis esse posset, si in pœnam incidit semel & habuit & remouit, an teneatur.*

Contuluit etiam prætor per aliud edictum simile prædicto, ne aliquid mali contingere possit hominibus euntibus per viam, scilicèt ne aliquis habeat aliquid ita impositum in suggrunda seu domo, vel cœnaculo, vel aliquo alio ædificio, quòd si caderet posset nocere. & si quis contra fecerit puoit eum decē
1 aureis.vt ff.eodem.l.si verò §. prætor ait.& ad hoc etiam [illegible] ducit actionem in factum.† Vnde ad hoc vt actio [illegible] competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis in [illegible] ponat, vel impositum ab alio patiatur ita stare: & [illegible] unque sit inquilinus, vel dominus, inhabitet vel non [illegible] curo vt ff.eod.l.si vero.§.prætor.& §.hoc edictum.& § accipere. Secundum, quod sit supra illum locum [illegible] situm: vnde vulgo iter fit, vel homines consueuerunt stare in aliqua parte ciuitatis vel vici Tertium, quòd si caderet posset damnum dare.vt ff.eod.l. prædicta.& l.peno.in princi. In hac autem actione non exigitur, vt damnum sit datum: sed an dari possit? quòd si damnum est datum, quia cecidit: tunc ageret contra illum, qui imposuit, qui damnum passus est.præter pœnam [illegible] a qua tenetur ipse si imposuit & impositú habet. si autem [illegible] e imposuit,& [illegible] lius possidet: qui imposuit tenetur de damno dato si ceci[illegible] it, & ille qui impositum habet, tenetur pœna 10.aureorum. vt ff.eod.l.si verò §. prætor & §.si quod. Vnde in hac actione actor fac.tal.
2 posi [illegible] OSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tu imposuisti [illegible] suprà illum locum, vnde vulgò iter fit, & sol[illegible]. Item dico, illud quòd imposuisti de facili cade[illegible] posset. Item illud impositum cecidit, & tale damnum mihi dedit. Item si caderet, damnum posset
3 dare. Econ[illegible] Reus fa.tal.posi. POSITIO REI.† Ego dico, quò [illegible] rus tantum imposuit, & Seius tantum impositum habet. si hoc confitebitur actor succombet: quia non est [illegible] ste. Item dico, quòd est impositum, est impositum [illegible] opr[illegible] locum, vnde nullus transit. Item illud quòd est impositum nunquam cadere posset. In hac autem actione concipitur ita libellus. † LIBELLVS. Vobis domin.&c. conqueror ego R.de M qui in ea parte [illegible] el [illegible] co, vnde vulgò iter fit impositum habet, quòd si caderet, damnum dare posset: vnde ipsum in 10. aureos condemnari peto:& ad hoc propono actionem in factum ex edicto, ne quis aliquid habeat positum in su[illegible] grunda. Quod ita rectè concipiatur libell. dicitur ff. [illegible] e is qui [illegible] eic vel effu.l.si verò.§.prætor. OPPOSITIO. Sed opponitur.non videtur, quòd actio ista possit intendi: quia iam omnes ferè de ciuitate tenerētur, cum omnes habeant impositum supra locum, vnde vulgò iter fit. Respondeo: edictum intelligitur,& actio locum habet contra illos qui habent ita impositum, vt de facili cadere posset. QVAESTIO.† Item quæritur: si aliquis habuit impositum cuius casus facilis esse posset, an quia semel incidit in pœnam, si habuit & remouit, an teneatur. Respódeo: hanc quæstionem inuenies inter quæstiones meas sabbatinas tractatam, & ideò dic vt ibi notaui. Illud nota quod hæc actio popularis est, & hæredi datur, non vt hæredi sed vt cuilibet de populo: in hæredem autem non datur, & credo infra annum. vt ff.eod.l.si verò.§.vlti. 4

De actione in factum quæ datur contra agrimensorem, qui mentitus est in modo renuntiandi. Rubr.

1 *Actio in factum quæ datur contra agrimensorem &c. vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali actione nu. 3.*
4 *Libellus in tali actione quomodo concipiatur.*
5 *Contractus mensurationis cùm fiat gratia illius qui mittit ad metiendum, & agrimensoris qui beneficij loco aliquid recipit, quare agrimensor de dolo & lata culpa non teneatur.*
6 *Contractus per se & innominatus. scilicet do vt facias, an locatio sit.*

CONTINGIT sæpiùs quòd aliquis vult emere 10. iariola de alicuius tenemento: vel quæstio est de finibus,& sic agrimésor vadit ad locum vt metiatur, & renuntiat falsum modum, vel plus, vel minus, ita quòd noceat emptori vel venditori: vel mihi vel tibi in iudicio finium regundorum: vel renuntiauit falsam mensuram ædificij, frumenti, vel vini, vel latitudinem itineris, vel de seruitute immittendi tignum vel etiam in cuiuslibet rei mensura nos fefellerit: ideo prætor induxit actionem in factum per quam ab illo agrimensore nostrum interesse consequi possumus.vt ff.si agrimen.fals.mod.di.l 1.& l.si mēsor.§.hoc iudicium & l.siue.& l.vel eius.& ad exemplum agrimensoris tenetur architectus & redemptor, id est, qui suis cæmentis opus ædificat, & debebat mihi murare vsque ad 10. pedes. tenetur etiam tabularios si me in computatione fefellit.ff.eod.l. vltim. Sed contra primos, scilicèt quando renútiant falsum modum in finibus, vel in agro, competit directa in factum: in alijs casibus competit vtilis. † Vnde ad hoc vt actio competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd quæstio sit de finibus inter aliquos: vel emptio sit facta de aliquo prædio,& emptor vult esse certus quantæ mensuræ sit prędium emptum. Secundum, quòd agrimensor eligatur. Tertium, quòd vadat agrimensor,& metiatur. Quartú, quòd metiatur & malè: & sic renuntiat falsum modú. Quintum, quòd dolo vel lata culpa fecerit prædictam mensuram. Sextum, quòd non competat mihi actio contra te emptorem, cum plus habeas de meo prædio: vel mihi emptori contra te venditorem à quo possum condicere prætium, ex quo minùs habui de modo vel de finibus: & quomodo posset esse? quia fortè personæ sunt non soluendo: præterquam in casu vbi actio solummodo competet contra agrimensorem. putà, petij à te qui vendideras mihi 10. iugera vnum iugerum, quod mihi minùs solueras. tu dicebas te tota soluisse, fuit missus agrimensor, renuntiauit tota 10. iugera contineri in eo quòd traditum erat: absolutus fuisti. habeo modo actionem contra agrimensorem tantum,& non contra te: quia obstat exceptio rei iudicatæ, sicut hæc probantur ff. eodem.l.1.2.& 3.& vltim.& l. si duobus.§.competit.& §.idem Pomponius. Septimum, quod agrimensor sit in illa arte peritus, alias imputa tibi, qui eum elegisti.vt ff.eodem.l.prima. Vnde in hac actione actor faciet tales positi. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, 2 quòd volebam emere à Titio 10.iugera prædij vel quæstio finium erat inter me & Titium. Item volebá scire, an illud

an illud prædium esset 10. iugerum, vel an fines mei vsque ad talem locum protenderentur. Item istum agrimen. elegi. Item tu iuisti, & fuisti metitus & malè. Item renútiasti mihi prædium esse 10. iugerũ: vel fines meos io minùs protẽdi. & inueni minora esse ingera, vel plua esse in finibus. Item veoditor cui solui pretium, est factus non soluendo. Item tu es peritus in agris mensurandis. Item dolo tuo vel lata culpa malè mensurasti, & malè renuntiasti. Econtrà Reus fa. tal. posit. † Positio Rei. Ego dico, quòd tantùm Sempronius egit cum Titio de finibus: vel voluit ab eo emere iugera decem. Item dico, quòd imperitè me gero circa mensuranda prædia. Item & in prędio illo sunt tantùm decem iugera. Item fines tui vsque ad talem locnm tantùm protenduntur. Item ego renuntiaui illa esse decem iugera, & fines eousque tantnm protendi. Item venditor, qui tibi vẽdidit, est soluendo. Item dico, me sine dolo & culpa lata mensurasse, id est, bona fide. In hac autem actio-
4 ne concipiet actor ita libellum. Libellvs. Vobis domi. &c. conqueror ego R. de M. qni male dolo vel lata culpa renunciauit mihi, cùm ipsum ipsum mitterem ad mensurandum iugera vel fines, renuntiauit enim decem iugera, & minora inueni, renuntiauit fines vsque ad talem locum tantùm protendi, qui vlterius producuntur: vnde interesse meum peto, ab eo quòd æstimo decem & ad hoc propooo actionem in factum ex edicto, si mensor falsum mod. dix. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicit ff. eodem. l. 3. §. 1. Oppositio. Sed quæritur: non videtur quòd actio ista competat: nam si emptor vel venditor seu ille qui habuit finale prædium tecum est soluendo, tunc cùm habeam auxilium contra illos, contra agrimensorem non ago. vt ff. eodem. l. 3. §. competit. Respondeo: actio ista est subsidiaria illis persoois existentibus non soluendo, vt in l. prædicta. & in casu etiam competit: licèt illæ personæ sint soluendo, vt io bac actione ootaui. vt ff. eodem. l. 1.
5 §. idem Pomponius. Qvaestio. † Item quæritur cum contractus scilicèt mensurationis hat gratia vtriusque, & illius qui mittit ad metiendum, & agrimensoris qui recepit aliquid loco beneficij, quare non teneatur agrimensor de dolo, lata & leui, sed de lata tantùm: cùm secundum regulam vbicunque contractus fit gratia vtriusque, teneatur quis & de leui culpa. vt ff. commodati. l. si vt certo. §. 1. Respondeo, regula illa est vera, vt regula: habet tamen exceptionem, vt hic. nam & aliàs secundum regulam, vbi contractus fit gratia tui tantùm, tamen non teneris nisi de dolo solo & lata culpa. ff. de precar. l. quæsitum §. eum quoque. Item aliàs secuodum regulam, si contractus fit gratia mei tantùm, teneris de solo dolo & lata culpa, vt in deposito: fallit tamen in procuratore qui tenetur de leui & leuissima: secundum diuersitatem dominorum. vt C. manda. l. à
6 procuratore. † Item nota. quòd hic est quidam contractus per se & innominatus. scilicet don vt facias. & licèt videatur locum: non tamen est, etiamsi interueniat merces: quia id quod datur, datur gratia remuneratiouis. vt ff. cod. l. 1.

De actione in factum ex edicto, quando aliquis in fundum alterius eo inuito mortuum sepeliuit, quæ contra sepelientem datur. Rubric.

1 *in Actione in factum quando quis in feudum alterius mortuum sepeliuit, cuius erit electio redimendi, inferentis, an domini loci.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali edicto. num 3.*
4 *Libellus in tali actione quomodò concipiatur*
5 *in Actiõe tali quid sit in obligatione, vtrùm loci pretium, an quòd mortuum remouere debeat.*

QVIA secundum iura mortui in ciuitate sepeliri non debent, nec io castello nec vico, sed tantùm extra: quia corrumperetur aer à cadaueribus mortuorum, & ita homines infirmarentur: ideò pœna statuta est quadraginta aureorum contra illos qui faciunt. vt ff. de sepulchro viola. l. prætor. §. D. Adrianus. & ideò cõtingebat sæpè quòd ego sepeliebam mortuum in fundum tuum, & ita videbatur tibi loci vsus auferri: ideò quia ibi humatus homo iacebat, inuenta est actio in factum à prętore, per quam, vel dabis mihi pretium loci, & stabit ibi mortuos, vel auferes inde sepultum. vt ff. de religi. & sumptib. fun. l. is qni. Qvaestio.
† Sed cuius erit electio inferentis, vel domini loci? videtur quòd inferentis. vt ff. de iure dot. l. plerunque. §. vlt. videtur tamen iniquum. vt ff. rer. amo. l. non enim. & C. de his qui à non dominis ma. l. 1. Domino tamen meo Azo. videtur quòd sit electio inferentis: qnia cogitur quis vendere fauore religionis, vt ff. de religio. & sumpt. fune. l. si quis sepulchrum. Nam regulariter nemo cogitur vendere, nisi hic, & in socio manumittẽte. vt C. de communi seruo ma. l. 1. & in hoc concordabat dominus meus cum Domino H. licèt Domino P. visum fuerit contrarium, per argumenta prædicta. Verũ quia actio ista hodie de facto vix posset locum habere: cùm hodiè de consuetudine mortui in ciuitatibus castris & villis sepeliantur: vel si extra, sepeliuntur tamen in ecclesijs. Ideò in ea parum insistamus. Verum ad hoc vt competat. tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit dominus loci, vel ius habeat ibi: putà, vel seruitutem vel vsumf. vt ff. eo. l. 2. §. 1. & §. si vsufr. & l. ossa. §. in hac actione. Secundum, quòd locus ille sit purus, id est, neque sacer, neq; religiosus. vt ff. eod. l. 2. §. purus. Tertiũ, quòd inuito loci domino sit illatus, aliàs cessat. vt ff. eo. l. 2. § si vsumf. & §. locus. Quartum, quòd inferatur mortuus causa perpetuæ sepulturæ. vt ff. eodem. l. 2. §. de ea. Quintum, quòd tantum locus io quo corpus humatũ est, æstimetur. vt ff. eod. l. 2. §. Celsus. In hac autem actio-
ne actor fa. tal. posit. Positio Actoris. Ego dico, quòd talis locus meus est, vel ius habeo in eo. Item locus ille purus fuit vsque ad talem diem. Item dico, quòd me inuito intulisti in eo mortuum tuum, & causa
perpetuæ sepulturæ Econtra Reus fa. tal. posit. † Positio Rei. Ego dico, quòd locus ille de quo dicis, est tãtùm Titij Item dico, quòd per horam intuli mortuum: nam posteà alibi sepeliui. Item dico, quod intuli te cõsentiente. In hac autẽ actione concipies ita libel. Li-
bellvs. † Vobis domi. conque. ego R. de M qui in locũ meum purũ talem, me inuito intulit mortuum scilicèt talem: vnde vt aut ipsum mortuum remoueat: aut mihi illius loci pretium, quòd æstimo decem, præter, peto: ad hoc propono actionem in factum ex edicto illo quo intulit mortuum in locum alienum. Quòd ita rectè cõcipiatur libell. dicit ff. eo. l. is qui. Et ita concipies libellum, si dicis electionem esse inferentis. Si autem esset domini loci, electio ponet alterum tantùm in libello.
Qvaestio. † Sed illud quæritur secundum omniũ sententias, quid sit in obligatione: vtrum loci pretium, an quòd mortuus debeat remoueri? Respondeo: vtrumq; esse in obligatione, alterum tantùm in solutione: sicut in alternatiua promissione. vt ff. de verb. oblig l. si duo rei. in fin. Et hoc si es in ea sententia, vt electio sit inferentis. Si autem est electio domini loci: tunc illud erit io obligatione & solutione, quòd eliget dominus, & petet in libello: sicut vides quando est electio alicuius expressa: putà promitto tibi rem istam aut illam quam voles. vt ff de verbor. obliga. l. si quis stipulatus Stichũ aut Pamphilum.

De actione in factum funeraria, quæ datur funeranti pro expensis funeris. Rubr.

1 *Actio in factum funeraria ad hoc vt procedat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones actoris & Rei in actione in factum funeraria. nu. 3.*
4 *Libellus in tali actione quomodò concipiatur.*
5 *Actio in factum funeraria contra prohibentem datur: licèt in actione negotiorum gestorum contra sit.*

QVIA multoties aliquis sepelit mortuum, & in eius funus facit impensas: ideò prætor ad recuperandos sumptus succurrit funeranti per actionẽ funerariam, quàm quidam dicunt ita speciali nomine vocari,

vocari, alij dicunt quòd non sit proprium nomen acti-
onis, sed sit adiectio, & vocetur actio in factum funera
ria, sicut dominus meus notat in rubri. mediæ summæ.
de relig & sumpt. funer. & posset adduci in argu. actio.
de peculio, quæ non est proprium nomen actionis, sed
adiectio, vt suprà, in actione de peculio notaui. Quòd
1 actio ista detur ad recuperandos sumptus dicit ff. de re
lig. & sumpt. func. l. si quis sepulchrum. §. prætor. † Quę
actio ad hoc vt competat tot sunt necessaria. In primis,
quòd aliquis sit mortuus. Secundum, quòd in funus il-
lius mortui sint facti sumptus. Tertium, quòd animo
recuperandi fecerint: sicut hæc omnia probantur per
leg. prædictam. Sumptû ita intelligas, siue fiat in mor-
tuo sep[e]liendo, vel custodiendo. sicut contingit de his
qui moriuntur in feto, posteà datur pretium mulieri-
bus quæ custodiunt eum in nocte, vel in ducendo mor
tuo, putà, quia vult sepeliri peregrè: sicut multi qui va
dunt ad monasteria remota, vt ibi sepeliantur: siue fiat
vt presbyteri de nocte vel de die cùm custodiunt can-
tent psalterium pro anima mortui: vel si quid impen-
sum est in marmore, vt ibi sepeliantur: vel in stamina:
& breuiter quicquid impensum est circa corpus in ta-
libus, dicitur impensa funeris: non autem dicitur im-
pensa, si aliquid in vestibus pretiosis impensum est, vt
cum eis sepeliretur, sicut faciunt simpliciores & gaza-
ri, qui dicunt: cum quibus vestibus sepelitur aliquis,
cum talibus resurget in die iudicij. vt hæc probantur.
ff. eodem. l. at si quis. §. funeris. & l. funeris sumptus.
Quartum, quòd fiant sumptus secundum dignitatê mor-
tui: vt neque plus imputet, quàm factum est: neque quã
tum factum est, si est immodicè factum: quia habetur
ratio facultatum defuncti: neque statur voluntati testa
toris, [s]i immodicè præcepit ff. eo. l. at si quis. §. æquum.
Quintum. quòd in sumptu habeatur ratio temporis, vt
in præ[d]icto §. vt si fecit tempore hyemali in quo plus
impendit quisquam in ęstate. Sextum, quòd fiat prote-
statio à funerante, quòd facit animo repetendi sum-
ptus [v]t in prædicta l §. sed interdum. Septimum, quòd
al[ia a]ctio non competat: nam tunc ista non datur. vt ff.
eo l. [at si] quis. §. si quis dum. Octauum, quòd sumptus
fiant [s]ecundum dignitatem & facultatem defuncti. nã
si mo[di]c[i s]umptus fiant, in contumeliam defuncti facti
esse d[ic]untur, cum defunctus esset locuples, sumptus
i[lli] non repetitur, vt ff. eo. l. at si quis. §. sed interdû. in
2 fi. Vnde in hac acti. act. fac. ta. pos. seu coosef. † POSITIO
ACTOR Ego dico, quòd Titius mortuus fuit vel est. Itê
in funus [ill]ius tantum expendi: siue quia ipsum sepeli
ri feci, vel custodiri, vel peregrè deferri. Itê sumptus
fe[c]i eo animo, vt repeterem. Item feci sumptus secun-
dû dignitatem & facultatem defuncti. Item sum prote-
3 status, quod animo repetendi faciebam. Item in hyeme
feci sumptus. Econtrà Reus sa. ta. po. † POSITIO REI. Ego
di[c]o, [q]uòd Titius viuit. si côfitearur actor, succumbet.
Item si fuit mortuus, Seius tantum fecit sumptus. Item
t[u p]ûm causa misericordiæ fecisti sumptus. Item tu fe-
c[isti s]umptus gerendo negotium hæredis. Item tu ha-
be[s ac]tionem. fami. ercis. contra hæredem Titij. Itê Ti-
tio [mor]tuus fuit diues & nobilis, & tu paruos sumpt[us]
in eius [fu]nus fecisti. In hac autem actione concipiet a-
4 ctor ita [li]bellum. LIBELLVS. † Vobis do. &c. conque. eo.
R. de M [q]uo peto mihi solui 20. quæ expendi in funus
sui pat[r]is, cuius est hęres: ad hoc propono actionem fu
nerariam, vel actionem in factum funerariam. Quòd i-
ta rect[è c]oncipiatur libellus dicit ff. eod. l. si quis sepul-
ch[r]um. [§.] prætor ait. & l. at si quis. §. hæc actio. OPPOSI-
TI[O], opponitur: hæc actio nullo modo videtur cô-
petere: nam certum est quòd si alia actio côpetat, quòd
ista non datur, vt supr. notaui: sed probo quòd semper
competat al[i]a. s. neg. gest. nam si sepelio defunctum, ge-
ro negotium, quòd ipso gestu respicit hæredem, & vti-
[l]iter gessi. ergo datur neg. gest. act. vt ff. de neg. gesto. l. si
pupil[l]i. §. si quis. & l. Pomponi. si negotium. Sed posset
fortè responderi, istud verum est adita hęreditate: ante
aditam autem secùs: & tunc locû habet funeraria. OP-
POSITIO. Sed opponitur: à tempore mortis videtur
successisse defuncto, nô ex quo adijt. vt ff. de stip. seruo-
rum. l. si ex re domini. §. illud. Respon. lex illa fictionê
côsiderat: hic autem rei veritas côsideratur. nam in rei
veritate hæres antequàm adeat, hæres dici non potest:
pro alijs autê negotijs etiam iacente hæreditate dare-
tur actio neg. gest. sed pro hoc non, & est ratio. Nam a-
lia negotia gesta iacente hæreditate potuerunt esse de-
functi dum viueret: istud autem non. nam habita rela-
tione ad præsens tempus, non potest istud negotium di
ci defuncti, cùm non supersit habita relatione ad præ-
teritum tempus: similiter nô potest dici defuncti, quia
eo viuente illud negotium explicari non potuit, multò
ergo minùs potest dici hæredis: quia iacente hæredita-
te nondum erat hæres. vt ff. de neg. gest. l. ait prætor. §.
hæc verba. & l. siue hæreditaria. Nec obstat quòd legi-
tur ff. eod. l. 1. eum qui propter funus impendit eum de-
functo contrah. videri, non cum hæred. Respon. verum
est: quia cum defuncto videtur contrahere, vt videatur
creditor hæreditarius esse, & ita habeat beneficium se-
parationis. vt ff. de separatiônibus l. 1. & ita notat domi-
nus meus in summa de religiosis. † Illud autê not. quòd 5]
hæc actio datur etiam contra prohibentem: licèt in a-
ctio. neg. ge. sit contra. vt ff. eo. l. at si quis. §. idê Labeo.
Item nota, quòd omne æs alienû præcedit. vt ff. e. l. pen.

De actione in factum per quam consulitur domi-
no cuius locus religiosus venditus est pro puro,
& prohibetur ab emptore ne ibi in-
feratur mortuus. Rubrica.

1 *Actio in factum per quam consulitur domino cuius locus religiosus venditus est pro puro. &c. vt contrahatur, quot exigantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali actione nu. 3.*
4 *Libelli in tali actione quomodò concipiantur. nu. 5.*
6 *Actio huiusmodi quomodò contra hæredem detur.*
7 *Actio talis quomodò fructuario, vel habenti seruitutem concedatur.*

Contingit sæpè, quod quis locû religiosum vendit pro
puro, & emptor imponit, vel ædificium, vel aliud
in loco illo, vel prohibet dominum loci religiosi infer
re ibi mortuos: ideò côsulitur dño loci religiosi per a-
ctionê in factû contra illum, vt tollat posita: imò vt prę-
stet sibi suû interesse, quatenus interesset sua illa non
fuisse imposita: vel illû non fuisse prohibitum: imò et-
iam & loci pretiû. vt ff. de relig. l. ossa. §. si locus. & l. li-
ber. & l. is qui emptor. aut habet actionê ex empto con
tra venditorê, licèt vêditio nô valuerit quantû ad rem
ipsam. vt ff. de contrah. empti. l. officij. §. qui. & hoc qñ
emptor fuit ignorans, vt prædicta. l. 1 Vnde ad hoc vt a- 1
ctio ista côpetat, tot sunt necessaria. In primis, quòd lo
cus ille fuit religiosus. Secundum quòd sit venditus &
pro puro. Tertium, quòd ille qui agit hac actiôe, sit do-
minus, vel fructuarius, vel habeat seruitutem: putà, in-
ferendi mortuo: quia de alio non posset intelligi. vt ff.
eôm. de seruit. l. caueri. sicut hæc probantur ff. de relig.
l. ossa. §. si locus. & §. in hac. Vnde in hac act. actor sa. ta.
posi. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd talis locus est 2
religiosus. Item dico, quòd tu vendidisti eû pro puro.
Itê locus ille ad me pertinet, vel in eo habeo vsumfr. vel
seruitutê. Econtrà Reus sa. tal. posi. POSITIO REI. † E- 3
go dico, quòd locus ille vacat omni sepultura: si confi-
tebitur actor, succûbet: quia iã nô erat religiosus. Item
dico, quòd illû locû Titius vêdidit tantùm. Itê illius lo
ci Sempronius est dominus pleno iure: si côfitebitur a-
ctor, succumbet. In hac autem actione actor talem con-
cipiat libell. LIBELLVS. † Vobis do. conquer. ego R. de
M. qui locû meum. s. talem religiosum pro puro emês,
talia imposuit, vel mortuos meos inferre prohibet: vn-
de vt imposita tollat, vel interesse meum mihi præstet,
quòd æstimo 20. ago contra eum: & ad hoc propono a-
ctionem in factum. Quòd ita rectè concipiatur libell.
dicit ff. eo. l. ossa. §. si locus. & l. liberû. & l. is qui. Potest
etiã concipi libellus contra venditorem illius loci, vt
ita dicas. LIBELLVS. Vob. do. & c. conquer. ego R. de M. 5
qui meû locû religiosum pro puro vendidit Titio, qui
in loco prædicto ædificauit: vnde mortuos meos liberè
inferre

inferre non possum: ideo ago contra ipsum vt prædicta imposita faciat remoueri: vel mihi meum interesse præstet: & ad hoc propono actionem in factum. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicunt leges prædictæ. OPPOSITIO. Sed opponitur. non videtur quòd contra emptorem possit libellus concipi. certum est quòd emptor non tenetur illi, nec ex contractu vel quasi: nec ex maleficio vel quasi, cùm ignorans emerit: ergo actio contra eum intentari non potest. vt ff. de action. & oblig. l. 1. Item si emptor imposuit ædificium posset agere, quòd ædificium esset suum: cùm quicquid imponitur, solo cedat. vt ff. de acqui. rer. domi. l. adeò. & Instit. de rer. diui. §. cùm in suo. Item si imponit alia circa sepulchrum, per actionem in factum illa petet, cùm religiosa facta sint. vt ff. de rei vendica. l. quæ religiosis. Respondeo. contra emptorem rectè intenditur actio prædicta, & pro prædictis: nam si aliquid imposuisti in sepulchro meo me inuito, volo quod tollas. Et hæc ratio suadet. Item quòd venit in loci pretium: & hæc ratio suggerit: quia hoc est quòd dicit in prędicto. §. si locus. iureconsultus: cùm quasi ex empto actionem contineat, id est, sicut illa continet interesse, ita & ista: contra venditorem autem de iure concipitur libellus iste pro prædictis. Sed oritur in hoc casu? credo illam oriri ex maleficio. delictum enim est vendere alienam rem pro sua. Item religiosam pro pura. vt argument. C. de pact.

6 l. de quæstione. §. vltim. † QVAESITO. Sed quomodò datur contra hæredem? vt in prædicta l. is qui. & l. liberum. Responsi. ex quo defunctus vendidit locum meum, & habuit precium, videtur rem habuisse: cùm pretium loco rei succedat. vt ff. de peti. hæredi. l. si & rem & pretium: & sufficiat semel ad eum peruenisse, vt &

7 aliàs. ff. quòd met. caus. l. videamus. QVAESITO. † Sed illud quæritur: qualiter ista actio detur fructuario: vel habenti seruitutem, vt superiùs dixi: nam certum est, quòd ea quæ humani iuris esse desinunt, vt sunt religiosa, seruitutem non recipiant. vt ff. commu. de seruitu. l. caeter. Respondeo: non recipiunt seruitutem, vt ad certum modum monumentum extollatur, vel certus numerus hominum humetur, vt in l. prædicta: veruntamen seruitutem recipere potest, scilicèt quòd licitum sit tibi in monumentum meum inferre mortuos. Item & monumenti mei relinquere possum tibi vsumfructum.

De actione in factum quæ descendit ex iureiurando informiter delato, quando est quæstio inter petitorem & possessorem, & vnus defert sacramentum alij.

Rubric.

1 *Actio in factum quæ descendit ex iureiurā informiter delato &c. vt competat, quot necessaria sint.*

2 *Libelli in tali actione quomodo concipiantur nu. 3.*

4 *Possessore deferente iusiurandum actori, re actori tradita, quare actor contra omnes publicianam habeat.*

CONTENTIO est sæpè inter petitorem & possessorem de re aliqua, quam petitor informiter, id est, sine causa petit, quia dicit suā esse, verbi gratia: quia dicit petiro rem istam quam dico ad me pertinere, & nō dicit ex qua causa: vel possessor dicit ad se pertinere: eadem contentio est de vsufru. fortè vel de hæreditate: vel de rebus alijs. & sic aliquando possessor defert sacramentum actori, iura quòd res ista sit tua: & ex illam tibi restituam: vel actor dicit possessori, iura quòd res ista sit tua, & ego credo tibi. vnde in hoc casu prætor inducit actionem in factum, quæ oritur ex hoc iureiurando delato: per quam cōsulitur iuranti, quòd possit rem auocare: sed aliter possessor & aliter petitor: nam possessor habet exceptionem contra petitorē: habet etiam actionē cōtra eum si fortè possessor à possessione cecidit, & peruenit ad petitorem: petitor autē tantum cōtra possessorem habet actionem, qui detulit sacramentum: nō autem habet actionem contra alios: quia res inter alios acta alijs non præiudicat: sicut hæc probantur. ff. de iureiu. l. nam & posteà. §. vlt. & l. sequē. & l. sed & si posses. per tot. l. OPPOSITIO. Sed opponitur. ff. de pub. l. eum qui. §. si petenti. nam ibi dicit delato sacramento à possessore actori, actor habet publicianam, hic autem dicit quòd habet in factum. Respondeo: distingue tempora, & concordia erit: nam hodie ego possessor detuli tibi petitori sacramentum, tu iurasti, habes contra me actionem in factum vt rem tradā: postquam autem tibi tradidero, si à possessione cecideris, & illa possessio peruenit ad me, habes contra me publicianam: quia publiciana non datur ante possessionem traditam: nisi in casibus. vt ff. de public. l. 1. & 2. & 3. Alij dicunt quòd nos admittimus, quòd publiciana non est proprium nomen actionis, sed est adiectiuum: et vnde non contradicit l. illa: quia datur in factum publiciana. Sed possessione tradita petitori, quare non habet publicianam contra omnes, sed tantum contra deferentem, vt in prædicto §. si petenti. cum ex iusta causa habeat. vt Institu. de acti. §. aliæ. & ff. de public. l. 1. Respondit dominus meus: & dicit, quòd bene competat iuranti publiciana contra omnes, cùm sibi ex iusta causa sit tradita, putà, ex delatione iurisiurandi: sicut si data esset sibi ex causa dotis vel permutatiōis vel legati, sicut istæ causæ assignantur. ff. de publici. l. 1. & sequenti. Et illud duntaxat, quòd ponitur in prædicto §. non excludit quin detur contra omnes possessores: sed excludit tantum dominum: quia contra eum non datur. vt ff. de public. l. pen. Et sic exponitur aliàs verbū soli. C. de leg. & consti. l. si imperialis. & verbum hoc, solum, inuenitur. ff. de iureiurand. l. non erit. §. dato. &

l. nam posteà. §. iureiurand. † Vnde vt actio ista competat, tot sunt necessaria, quot sunt necessaria in actione vtili, ex qua iuratur, de qua tractauimus sup. inter prętorias, & ibi inuenies. in omnibus enim concordat ista cum illa, & illa cum ista, præterquam quod illa locum habet, quando fuit adiecta causa in sacramento delato: hæc autem locum habet quando causa non adijcitur: & ideò dicitur iurari informiter: quia causa non adijcitur, & verbum istud informiter, est verbū magistrale, non legale: & quare? quia cùm causa sit iusta, & ratio quare actio inducatur, aliàs non valet obligatio, vt ff. de doli excepr. l. 2. de condicti. sine causa. l. qui sine. si causa: ergo est substantia actionis & obligationis. ergo & forma, nam forma rei, dat esse rei, vt ff. ad exhi. l. Iulianus. §. si quis hominem. & §. sed & si quis rem & hoc est quòd dicit lex alibi, cautionem indiscretè loqui: quia sine causa. vt ff. de probat. l. cum de indebito. §. vel licèt enim dicam quod ad me pertinet, causa proptereà non inseritur: propter dubium ipsius verbi, nō pertinere. vt ff. de verbor. significat. l. verbum pertinere. Vnde omnes confessiones quæ fiunt in prædicta actione possunt & in hac fieri. In hac autem actione cō-

cipitur ita libellus. † LIBELLVS. Vobis dominis &c. 2
conqueror eod. R. de M. qui cum ab eo rem talem peterem, quam dicebam meam esse: vnde eo deferente iuraui rem illam esse meam: quam rem mihi tradere recusat. vnde vt tradat mihi & assignet, ago contra illum: & ad hoc propono actionem in factum ex iureiurando informiter delato descendente. Quòd ita rectè concipia. libell. dicit ff. de iureiurand. l. nam & posteà. §. vlti. cum l. sequen. & l. sed & si possessori. per totam legem. qualiter autem libello obijciatur, quare in prædicta actione vtili ex qua iuratur de qua tractaui supr. Si autem possessor à possessione cecidit, & res deueniat ad petitorem, qui detulit: concipiat ita libellum. LIBEL-

LVS. † Vobis dominis conqueror ego R. de M. qui cùm 3
rem à me peteret, quam dicebat suam esse, ipso deferente iuraui rem illam meam esse: vnde cum à possessione rei illius ceciderim: & ad ipsum peruenerit, rem illam mihi præstari peto, ad hoc propono actionem in factum ex iureiurando informiter delato. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicit ff. de iureiurand. l. sed & si possessori. in princip. & hoc verum est quando possessor iurauit rem suam esse: secùs si iurauerit rem petitoris non esse, tunc nullam haberet actionem: sed tantùm exceptionem. vt in l. prædicta: & est ratio, quare in primo casu habeat actionem, in secundo non. Nam quotiens iuro rem meam esse, per consequentiam

tiam iuro tuam non esse. & ideò datur actio & exceptio, quòd in secundo casu non est. vt ff. de procu. l. Pomponius. §. 2. in fin QVAESTIO. † Sed istud quæritur quæ sit ratio quare possessore deferente iusiurandum actori, re actori tradita habeat auctor publicianam contra omnes, vt superiùs diai: actore autem deferente sacramentum possessori, & re apud illud illum dimissa, non habeat actionem in factum contra omnes, sed tantùm contra deferentem. vt ff. de iureiuran. l. nam & posteà. §. vltim. Respondit dominus meus, auctor ideò habet publicianam contra omnes: quia & causa iusta præcedit, & traditio sequitur, quę publicianam indueunt, vt suprà, diai. & dicit ff. de publicia. l. traditio. Reo autem iurante res nulla sibi traditur: sed tantùm ex transactione apud eum remanere videtur, addo arg. oppo. C. de reaosa. l. si pro fundo.

De actione in factum ex edicto, si mulier ventris no. calum. causa in pos. missa esse dicatur. Rubric.

1 *Actio in factum ex edicto si mulier vent nom. &c. vt procedat, quot requirantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali actione nu. 3.*
4 *Libellus in tali actione quomodo concipiatur.*
5 *Actione talis mulier quæ est missa in possessionem, licèt non possideat, fructus tamen percipit.*

CONTINGIT sæpè quòd aliquis moritur: vxor illius dicit se ex mortuo prægnantem cùm nō esset, vel erat prægnans ex alio: & ita per calumniam petit nomine ventris mitti in possesi. bonor. quondam sui mariti, & vt interim fruatur, & pinguis fiat rebus alienis. vnde prætor succurrit hæredi venienti ex testamento, vel ab intestato contra illam mulierem per actionem in factum ex illo edicto, si mulier ventris nomine, quæ datur contra illam ad interesse. vt ff. si 1 mulier ventr. no. in pos. calom. caus. missa esse dicatur. l. 1. † Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit, qui habuerit vxorem. Secundum, quod habuit bona. Tertium, quòd sit defunctus. Quartum, quòd mulier per calumniam petat missionem in bonis illis. Quintum, quòd missa sit. Sextum, quòd annus vtilis non sit elapsus: sicut hæc omnia probantur. ff. eodem. l. 1. §. 1. 2. & 3. ideò enim dixi, quod fuerit vxor: quia aliàs non posset petere: ita enim demum petitur missio, quotiens ille qui gestatur in ventre esset legitimus successor si nasceretur. vnde interim non aditur hæreditas. vt ff. de acquir. hæredit. l. cùm quidam. Item ideò dicit rubr. si mulier causa calumniæ: quia si cessat calumnia, cessat hæc actio contra mulierem: & interim sine causa alitur nomine ventris rebus alienis. vt ff. eodem. l. 1. 2. & 3. potest enim esse sine calumnia: si fortè credebat se prægnantem, vel asseuerabatur prægnans ab obstetricibus: putà, quia fortè cessauerunt menstrua, & habebat dolores, & fastidium. Tertium, si aliquo sero multum comedisset de fabat, & ita venter intumuit, non debet credere se prægnantem. l. vt ff. de acqui. hæred. l. cùm quidam. ff. de his qui not. infa. l. notatur. & l. cum non prægnans. & l. debuit. & l. ea. & l. non alia. In dubio quid præsumemus? Respondeo: præsumo missam sine calumnia: vt argum. ff. de his qui not. infa. l. non alia. In hac autem actione 2 actio. fa. tal. posit. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quod tu domina fuisti vxor Titij. Item Titius multa reliquit tempore mortis. Item post mortem eius habebas menstrua. Item to ex tali coocepisti. Item tu dicebas te prægnantem, cùm esses sine omni conceptione. Item annus vtilis adhuc durat. Item tantum percepisti ex illis bonis. Item petijsti missionem in illis bonis. Item 3 fuit tibi concessa, E contra Reus fa. tal. posit. † POSITIO REI. Ego dico, quòd credidi me prægnantem & iustè. Item dico me castam vitam semper duxisse præterquā cum marito meo. Item obstetrices dicebant me prægnātem. Item fui in vtero prægnās. Item feci abortum: vel natus est filius vel filia. In hac autem actione concipi- et actor ita libel. LIBELLVS. † Vobis do. conquer. ego R. 4 de M. vel de domina Berta: quę fingens se grauidam, cū non esset: vel esset non ex viro suo, per calumniam petijt missionem in bonis Titij quondam viri sui, & missa fuit: de quibus bonis percipit quòd valet 100. vel multa de illis bonis diminuta sunt, quæ valent 10. vnde cùm sim hæres Titij: ideò contra prædictam dominam ago: & prædicta peto: & ad prædicta propono actionem in factum ex illo edicto. si mulier ventris nomine in poss. missa esse dica. Quòd ita rectè concipiatur libell. dicit ff. eod. l. 1. §. 1. & §. competit. & §. vlt. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd actio ista contra mulierem intendi non possit: & sic ineptè concipiatur libellus. Nam mulieri quæ petebat missionem in bonis nomine ventris, aut fuit obiectum, quòd per calumniam peteret: aut non. si fuit obiectum. & prætor non obstante obiectione eam in poss. misit, frustrà modò litigat aduersarius de calūnia mulieris: nam mulier posset habere exceptionem rei iudi. Si non fuit obiectum de calumnia quando petebat missionem in bonis, nec modò potest obijci: quia cùm fuerit peremptoria, debet ante sententiam opponi. vt C. sententiam rescio. non posse. l. peremptorias. Respousi. quando mulier petebat missionem in bonis iusta videbatur pro ea causa, quòd non per calumniam peteret: vnde si actor tunc non obijcit: non fuit quod sibi imputaretur: & ideò dicimus quòd opponis locū habet in his quæ causæ cognitionem desiderant. at hic plena causæ cognitio non desideratur: vel fortè actor protestatus fuit de calumnia: & ideò auditur, vel esto, quòd non fuerit protestatus: modo ex post facto apparet de calumnia præterita: quæ decepit prætorem, & ideò actor admittitur. vt ff. de his qui no. infa. l. debuit. † Et sic not. in hac actione, quòd mulier quæ est miss in 5 poss. licèt non possideat. vt ff. de acq. poss. l. possideri. in fin. tamen fructus percipit, vt hic. & ff. vt in poss. legatorum. l. quæ legatorum. quòd alibi non est præterquā in petitione hæreditatis. vt arg. ea quib. causis in poss. eatur. l. Fulcinius. §. vltim.

De actione in factum ex edicto si mulier ventris no. in pos. missa, dolo malo ea possessio ad alium translata esse dicatur. Rubr.

1 *Actor quæ interdicta habeat contra illum, qui habeat possessionem à muliere translatum.*
2 *Actio in factum ex edicto si mulier ventris nom. in posses. mis. dol mal. &c. vt competat, quot necessaria sint.*
3 *Positiones actoris & Rei in tali actione nu 4.*
5 *Libellus in tali actione quomodò concipiatur.*
6 *Interdictum vti possidetis quomodo in actione tali hæres habeat, cùm nullam possessionem habuerit.*
7 *Possessionem quomodo hæredes apprehendere potuerint, cum muliere prægnante hæreditas adiri non potest.*
8 *Interdictum vnde vi, quomodò competeret, si mulier missa in possessionem non possidet.*

QVIA aliquando mulier peccat non solummodò prædicto, imò & alio modo, quia postquam missa est in possess. nomi. ventr. ipsa possessionē illam in alium transfert: & sic damnificabitur hæres, qui de iure succedere potest: quia fortè bona fide fructus consumit: vel si mala fide, non est soluendo: ideò hæres habet actionem in factum contra mulierem ad interesse suum: licet contra illum qui missus est, habeat actor ordinarium auxilium, scilicèt interdicta. vt 6 ff. si ventr. nom. in posses. mis. eadem pos. do. ma. di. esse translat. l. 1. §. 1. & 2. & §. non solum. & §. necessario. Et hæc est vera sententia, quòd hæres habeat interdicta contra illum qui missus est: non autem mulier habeat interdicta: quia cum ipsa transtulerit, quomodò haberet interdicta. Vnde expositio illorum non placet mihi, sicut dn̄s meus ibi not. QVAESTIO. † Sed illud quæritur, quę interdicta habeat actor contra illum qui habet 8 possessionem à muliere translatam? quidam dicunt vti possidetis, vel vnde vi, vel interdictū. ff. si ventr. no. in pos. mis. & ea pos. ad aliū do. ma. di. esse trāsl. quia in eo.

tir.

it.l.1.dicit prætor: vt qui per dolum venit in poss.co-
gatur discedere. Alij glossauerunt, quòd habeat inter-
dictum ne vis fiat ei qui in pos. sed malè: quia illud da-
tur mulieri, quæ est iussa mitti in pos. & alius vel ipse
actor eam in posses. prohiberet: putà, quia non admit-
tit vel reijcit vel expellit. vt ff. ne vis fiat ei qui in poss.
2 per totū. Vnde † ad hoc vt actio ista competat, tot sunt
necessaria. In primis, quòd mulier sit in posses. missa.
Secundum, quòd posses. illam ad alium dolo malo tran
stulerit, vel conclamauerit circumscribendi alicuius
causa, vt per quandam machinationem in possessionē
alius introducatur. vt ff. eod. l. 1. & 2. Item intelligas i-
stam actionem ita demum competere contra mulie-
rem, vt detur hæredi venienti ex testamento, vel ab in-
testato, quando mulier per calumniam missa fuit in
posses. vt in superiori actione notaui: vel quando fuit
missa ratione ventris: & sic non per calumniam, sed fe-
cit abortum: alioquin si nasceretur, & esset in rerum
natura, qui portabatur in ventre, quare ageret, qui po-
terat aliàs esse hæres contra mulierem? sed in hoc casu
posset agere contra mulierem partus postea editus. a-
lioquin titulus iste non habet locum. Vnde in hac a-
3 ctione actor. fa. tal posit. † POSITIO ACTORIS. Ego di-
co, quòd sum hæres Titij ex testamento vel ab intesta-
to. Item tu domina fuisti missa in possessionem bono-
rum nomine ventris ipsius Titij, & per calumniam, vel
fecisti abortum. Item dico, quòd tu illam posses. ad ali-
um transtulisti. Econtrà Reus fa. tal. posit. POSITIO
4 REI. † Ego dico, quòd Sempronius tantum est hæres Ti
tij: si hoc confitebitur actor, succumbet. Item ego fui
missa in poss. nomine ventris & peperi filium, & filius
& ille viuit. In hac actione concep. act. ita libell. LI-
5 BELLVS. † Vobis domin. Roger. &c. conquer. eod. R.
de Berta quæ missa in posses. bonor. quondam Titij, cui
hæres sum ex testamento vel ab intestato, illam posses-
sionem dolo malo ad alium transtulit: vnde interest
mea in c. quòd interesse peto: & ad hoc propono actio-
nem in factum descendentem ex illo edicto, si mulier
ventris no. in poss. missa & eadem posses. ad alium do-
lo malo dicatur esse translata. Quod ita rectè concip.
libel. dicit ff. eod. l. 1 primo responso. OPPOSITIO.
non videtur quod libellus iste contra mulierem rectè
concipiatur: nam iste qui se dicit hæredem, habet or-
dinarium auxilium, scilicet interdictum, vt superiùs
notaui, contra illum qui habet possessionem. vt ff. eod.
l. 1. §. necessario. si ergo habet ordinarium auxilium cō-
tra illum: ergo extraordinario vti contra mulierem
nō debuit, sicut in minore legitur. ff. de minor. l. in cau-
sæ. Respond. hoc verum esset contra eandem personā:
at contra diuersas vtroque auxilio vtor. vt C. si tut. vel
curat. interuen. l. etiam. Item quòd opponis locum ha-
bet quando ordinarium auxilium alio iure competit
quam extraordinarium: at hic vtrumque auxilium eo-
dem iure competit: vnde vtroque vti potest: sicut & a-
liàs habes argum. ex quibus caus. in poss. eatur. l. apud
Iulianum. QVAESTIO. † Item quæritur, quo modò ha-
bet hæres interdictum vti possid. vel vnde vi: cùm nul-
lam habuerit poss. nam licet hæreditatem adiuerit, om
nia iura transeunt: possessio autem non, nisi specialiter
apprehendatur. vt ff. de acq. poss. l. cum hæredes. Respō.
si sustinere vis quòd illa interdicta locum habeant: di-
cas quòd possessionem apprehenderunt, aliàs vti pos-
7 sidetis, vel vnde vi habere non possent. † QVAESTIO.
Sed adhuc quæritur quomodò potuerunt apprehende-
re posses. cum interim muliere prægnante hæreditas
adiri non potest. ff. de acquir. hæred. l. cum quidam. §. 1.
Respondeo: mulier ab initio non dicebat se prægnan-
tem: sed posteaquàm isti adiuerunt hæreditatē, & pos-
8 sessionem apprehenderunt. QVAESTIO. † Item quæri-
tur, quomodò competeret istis interdictum vnde vi, si
mulier missa in poss. non possidet. vt ff. de acqui. poss. l.
possideri. §. vltim. si non possidet, quomodò ergo illa
assignante alijs poss. fuit hæres possessione priuatus: nā
non potuit plus transferre quam ipsa haberet: at ipsa
non habuit possessionem. ergo non potuit ad aliū trās-
ferre. vt ff. de regu. iur. l. nemo plus. & ff. de acqu. re. do.

l. traditio. Respondeo: mulier inducta in poss. licèt non
possideat: tenet tamen: ita tamen quòd ista detentio o-
peratur in tantum, vt hæres ciuilem habeat animo, na-
turalem per istam. vnde muliere tradente, priuatur do
minus & verus possessor possessione sua: vt de colono
legitur, qui licèt non possideat sed teneat: tamen si tra-
dat, priuat dominum possessione. vt ff. de acq. poss. pe-
regrè. §. quibus explicitis. OPPOSITIO. Si opponis C.
de acqu. pos. l. vlti. dico, quòd l. illa loquitur in duobus
casibus: colono negligente vel prodente: tunc nullum
fit præiudicium domino. at colono expulso vel traden
te, dominus possessione priuatur, sicut etiam ibi nota-
tur.

De actione in factum ex edicto, quod falso tuto. auth. nego gest. esse dicetur: quæ competit contrahenti cum pupillo contra ipsum fals. tutorem. Rub.

1 *Actio in factum ex edicto quod falso tutore auth. & vt cō petat, quot exigantur.*
2 *Positiones actoru & Rei in tali actione. nu. 3.*
4 *Libellus in tali actione quomodò concipiatur.*
5 *Actio talis quid differat ab actione protutela, &c.*
6 *Actio talis datur hæredi, non autem contra hæredem atq; principalem post annum.*

SI aliquis sciens se non esse tutorem dolo malo dicit
se tutorem. & ita eius authoritate alius cum pupillo
contrahit, quem contractum apparet posteà non tene-
re: vel rem aliquam pupilli vendidit, quæ venditio re-
uocatur. & sic damnificatur qui contraxit, aget contra
illum ad totum suum interesse per actionem in factū,
de eo quod cum falso tutore authore esse gestum dici-
tur: in quo interesse habebitur ratio etiam sumptuum,
quos facturus est in iudicio restitutorio. vt ff. eod. l. 1. &
l. nouissime. §. Pomponius. aget etiam pupillus contra
illum si in aliquo damnificatus est. de qua actione dice
mus statim in sequenti. † Vnde ad hoc vt actio illa cō- 1
petat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit pu-
pillus. Secundum, quòd aliquis sciens se tutorem non
esse, se ipsius negotijs interponat. Tertium, quòd dolo
malo hoc faciat. Quartum, quòd si eius sit authoritate
contractum. Quintum, quòd ille qui cōtraxit, ignoret
istum esse falsum tutorem: imò credat illum esse ve-
rum. Sextum, quòd contractus ille non sit confirmatus
tuitione prætoris: nam tunc licèt ipso iure non valeat:
valet tamen tuitione prætoris, sicut hæc omnia probā-
tur ff. eod. l. 1. §. 1. & §. vlt. & l. 2. §. vlt. & l. nouissime. Se-
ptimum, quod tantum falsus interueniat: nam si inter-
ueniret falsus cum verò, valet contractus. vt ff. eod. l.
§. interdictum. alias, sed Pomponius. Vnde † in actione 2
act. fa. ta. pos. POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd Ti-
tius est pupillus. Item dico, quòd tu dicebas te tutorē
illius. Item tu sciebas te non esse tutorem, & sic dolo
malo asserebas te tutorem. Item ego contraxi cum illo
pupillo te authorisante. Item contractus ille fuit re-
scissus. Item ego damnificatus sui propter contractum
illum in c. Econtrà Reus facit tal. posi. POSITIO REI.
Ego dico, quòd tu aliàs & præter meam authoritatem 3
eras contractutus cum illo pupillo. Item licèt ego præ-
stiterim authoritatem meam, alius tutor verus inter-
fuit. Item tu sciuisti me falsum tutorem. Item fuit tibi
denuntiatum me esse falsum tutorem, & tu denuntia-
tioni fidem adhibuisti. In hac autem actione concipiet
actor ita libellum. LIBELLVS. † Vobis domi. conqueror 4
ego Roge. de M. qui dicens se tutorem pupilli Titij cu-
ius non erat: imò sciens nō esse tutorem falsò asseruit,
& dolo malo se tutorem esse: vnde cum ipso & cum di-
cto pupillo eo authorisante contraxi: vnde cum falso
tutore authore cōtractus habitus non teneat: & me cō-
traxisse cū vero tutore interesset in 20. ideò illa 20. pe-
to: & peto etiam sumptus quos facturus ero in iudicio
restitutionis quam minor petet cōtra me, quos æstimo
c. ad hoc propono actionem in factum, de eo quòd fal-
so tutore auto. gestum dicitur esse. Quòd ita rectè con-
cipiatur libellus dicit ff. eod. l. 1. §. 1. & l. nouissime. & l.
etiam,

etiam, aliàs §. Pomponius. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd actio ista contra istum falsum tutorem non competat: nam iudicium non potest esse in pendenti, sicut fideiussoris obligatio: sed pro eo intenditur quod debetur: & peti potest. vt ff. de iudicijs. l. non quemadmodù. quomodò ergo hic cùm contractus duret, & minor non sit restitutus, petet suum interesse, & illas expēsas quas est facturus in iudicio restitutionis, cum nondum fecerit. Respondeo, hoc contingit propter dolum illius, qui dicebat se tutorem, cùm falsus esset: sicut & alias in simili in eo qui sciens vendidit rem alienam, vbi emptor agit contra eum ad interesse actione ex empto, antequam res euincatur ab eo. vt ff. de act. empt. & vendi. l. seruus. §. sciens. QVAESTIO. † Item † quæritur
5 quid differat hæc actio ab actione praetoria, de qua supra tractauimus in tractatu prætoriarum. Respondeo, illa locum habet quando quis credebat se tutorem cū non esset. ista quando sciebat quòd non erat. Et hæc responsio tollitur: nam illa etiam actio tūc locum habet quando quis scit se nō esse tutorem. vt ff. de eo qui pro tuto. l. 1. Vnde dicimus quòd illa locum habet, quando quis ignorauit vel sciuit: sed sine dolo malo se asseuerabat tutorem: hic autem quando dolo malo. † Item
9 nota, quòd actio ista datur hæredi non autem contra hæredem: neque contra principalem post annum: quia factum punitur, & in dolum concipitur. vt ff. eo. l. huius. §. vltim.

De actione in factum ex edicto, quod falso tuto. autho neg. gest. esse dicetur competenti pupillo contra falsum tutorem.
Rubric.

1 *Libellus in tali actione, quomodo formetur.*

VERVM quia aliquádo propter falsum tutorem interpositum damnificatur impubes: ideo prætor impuberi succurrit, vt contra illum habeat actionem vtilem in factum ex edicto quòd fals. tut. gestum esse dicetur. ff. eo. tit. l. vlt. Vnde in hac actione
2 petas omnia quæ in superiori diximus. Concipies autem ita libellum. LIBELLVS. † Vobis dom. B. conqueror ego R. de M. qui dicens se meum tutorem, cum non esset, in iudicio quod cum Titio habebam cōfessus est talia: propter quæ damnificatus sum in c. vnde illac. peto. ad hoc propono actionem in factum vtilem, ad exēplum edicti quòd falso tuto. autho. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicit ff. eo. l. vlt. vel ù deceptus sit impubes in contractu, dicat in libello: cuius authoritate in tali contractu deceptus sum in 10. vnde illa 10. peto. OPPOSITIO. Sed videtur quòd actio ista non possit intēdi: nam si damnificatus est pupillus in contractu, habet contra illum restitutionem cum quo contraxit: sicut le[...] C. si aduersus vendi. si ergo habet restitutionem contra illum: ergo actionem contra istum non habet: quia si haberet actionem, restitutio denegaretur vt dicitur ff. de minorib. l. in causæ. Respondeo: hic locum habet contra eandem personam: et contra diuersas secus. vt C. si tutor vel curator interuenerit. l. etiam. OPPOSITIO. Item quæritur, si tutor confitebitur: non nocet pupillo. ff. ad leg. Aquil. l. proinde. §. si tutor. si ergo non nocet confessio: qualiter ergo aget contra illum. Respondeo, confessio non nocet pupillo ipso iure: licet petente restitutionem: vnde quia interest minoris ne sumptibus non vexari. vt ff. de minorib. l. minoribus. ideo agit contra illum.

De actione in factum descendente ex illo edicto, Si qui omissa causa testamenti contra illum qui hæreditatem illam omisit. Rub.

1 *Actio si quis omissa causa, &c. vt procedat, quot requirātur.*
2 *Possidere quomodo quis ex causa lucratiua possit.*
3 *Positiones actoris & Rei in tali actione. nu. 4.*
5 *Libelli in tali actione quomodo formentur nu. 6.*

QVIA multi aliquando qui totum commodū volunt sibi acquirere: vt c. legatarios & alios quib[us] sunt in testamēto legata relicta fraudare: omittunt hæreditatem, quam ex testamento po[...] ad[...] ire: & adeūt ab intestato: quia forte est filius vel agnatus vel cognatus: prætor succurrit legatarijs per actionem in factū descendentem ex illo edicto: si quis omissa causa testamenti contra illum qui hæreditatem [...] omisit, vt perinde teneatur ac si non omisisset. vt ff. eo. l. 1. §. 1. & §. penul. Quidam tamen in nomine actionis dissentiunt: dicunt enim non actionem in factum competere: sed vtilem ex testamento, & habent iura pro se: nam iste si nō omisisset, locum haberet actio directa ex testamento contra illum. vt C. comm. de lega. l. 1. sic ergo modo per dolum commissum locum habet vtilis contra eum, sicut alias inuenitur in actione noxali. vt ff. de noxal. l. electio. §. neq. Pro prima sententia facit ff. si vent. nom. mul. in possess. mit. cad. pos ad al. dol. mal. trans. l. 1. nam ibi prætor dat action. glos. at dominus meus Azo, & dicit in factum: tradens pro regula: quod sicut conditio ne ex lege agatur vbi cautum est per legem, vnde agere pol[...] sed nomine autem actionis non ponitur. ff. de co[...] ex leg. l. 1. [...] vbi cumq; inuenitur in aliquo edicto prætorio [...] actionem, & nomen actionis nō ponitur: intelligitur de actione in factum: & ita notat ibi dominus meus, & facit pro eo ff. de præscrip. verbis. l. quotiens & C. de sac. sanct. eccl. l. sancimus. sed quia differentia est de nomine: differentia in nominis petitione bus relinquamus. vt C. de consti. pecu. l. 1. Vnde ad hoc vt actio ista cōmpetat, tria sunt necessaria. † In pri- 1
mis, quòd testamentum sit tale ex quo potuit adiri hæreditas, vel bono. poss. peti: aliàs qui omittit, non tenetur: quia tunc iudicium defuncti non vsurpatur: sed ad irritum iuris ratione vocatur vt ff. si om. ssa causa testamenti. l. 1. Secundum, quòd hæreditatem quam ex testamento adire potuit: si eam possidet: quòd ipse eam possideat, siue ab intestato siue alio iure legitimo: non autem si possideat ex alia causa, ex qua testatori fortè erat sibi obligatus: putà, per fideicom. ab alio relictum, vel ex aliquo tit. totiens enim locum habet hæc actio, quotiens hæreditatem omissam possidet: vel quasi legitimus: vel quasi bonorum possessor: aut quasi prædo, fingens sibi aliquem titulum ab intestato. vt ff. si omissa causa testa. l. 1. §. non quærimus. & l. vltim. Tertium vel quod possideat, vel quòd pecuniam acceperit, vt ad alium transmittat: tunc enim tenetur: sed in hoc casu vltimo tenetur loco sequenti, vt primò excutiatur possessor hæreditatis, si lucratiuam habet causam, aliàs ipse primò vt ff. eod. l. si quis pecuniam. & l. licèt. & l. vlt. & C. eod. l. 1. In hoc casu intellige quod dicitur ff. eod. l. 1. §. vlt. quando omisit pecunia accepta, vel aliter vt statim dicemus. si autem gratis omiserit hæreditatem: non tenebitur legatarijs respondere. vt ff. eod. l. si quis pecuniam. in fin. primi responsi. & l. si quis omissa. † 2
QVAESTIO. Sed quæritur quomodò ex causa lucratiua potest quis possidere, ex quo pecuniam recepit ille qui omittit hæreditatem, vt supra dictum est. Respondeo: potest exemplum notari ita, quod fortè aliàs dedit pecuniam ab instituto: vt non adiret hæreditatem, & ita pervenit ad me: qui aliàs ab intestato eram venturus, vel aliter, cùm ego solueri pecuniam ei, & ille omittenti: nihilominus conueniar ego, sed postea: quia primò conuenietur omittens, vt dictum est. Et quòd dicit ff. eod. tit. l. licèt. in fin. maximè si lucratiuam, ibi illud maximè, superabundat, sicut & aliàs C de testa. manu. l. vltim. & sic ibi notat dominus meus. & si pecuniam recipio primò conueniar ego actione directa ex testamēto, & possessor posteà vtili. vt ff. eod. l. si quis pecuniā. [...] respons. quia causam habet non lucratiuam: alias si habet causam lucratiuam: primò conuenietur possessor: vt prædicta l. licet. Si autem pecuniam nō recipiat, sed [...] ude omittat, tunc tenetur: & sic intelligitur ff. eodem. l. 1. §. vltim. quia quòd dicitur in eodem titul. si pecuniam non acceperit: simpliciter autem nimisit &c. simpliciter id est, sine pecunia, & sine dolo, alias tenetur, vt dictum est. OPPOSITIO. non videtur quod ille qui ab intestato possidet data pecunia sit conueniendus, sed omittens tantùm. nam cùm pretium

loco rei succedat. vt ff.de peti. hæredit.l.si rem & pre-
tium. ergò cùm pretium habeat ille tantùm videtur
conueniendus,& non possessor. vt ff. eo. l.si quis pecu-
niam.§.vltim.Respondeo, re vera conuenitur ille pri-
mò : sed illo inuento non soluendo recursum habent
legatarij contra possessorem,vt & aliàs. ff. de lega.1.l.
plaoè.in 2.§.1.& argument.ff.de per quem factum est.l.
vltim. vel forte omittens habebat valdè exiguam pe-
cuniam : vnde non expediebat legatarijs agere contra
eum.sicut & alias ff.de petitio.hæredi.l.etiam.§.idem.
Sed hanc vltimam responsionem non approbo: nam i-
bi rogatus erat restituere modico recepto pretio,vnde
non tenetur:hic autem propria volūtate omisit. Quar-
tum, quòd dolo omittat vel fraude.vt ff.eod l.1.in prin
cip.& §.vltim. Intelligitur autem dolo omittere, qui
quocunque modo potuit acquirere hæreditatem, &
non acquisiuit.vt ff.eodem.l.1.§.1.& §. qui sub conditi-
one.Quintum, quòd de voluntate testatoris non omit-
tat: nam tunc non tenetur si omittit ex testamento, &
adijt ab intestato. vt ff.eod. l.1.§.si proponatur.& l.qui
autem.§.1.Vnde in hoc interdicto actio. facit tal. posit.
3 POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd talis fecit testa-
mentum. Item dico, quòd in eo interfuerunt septem
testes,& alia quæ in testamento desiderantur. Item di-
co,quòd in illo testameoto te hæredem instituit. Item
mihi legauit decem. Item illam hæreditatem omisisti
ne adires.Item hæc dolo & fraude fecisti.Item vt omit
teres pecuniam recepisti. Econtrà Reus facit tal. posit.
4 POSITIO REI.Ego dico, quòd Titius fecit testamen-
tum minùs solemne.Item ego omisi hæreditatem: quia
testamentum solemnitate carebat. Item testator vo-
luit,quòd si vellem adire ab intestato, quòd possem. I-
tem gratis & bona fide illam hæreditatē omisi. In hoc
autem edicto concipiet actor ita libellum.LIBELLVS.
Vobis domin. H.conquetor ego R.de M.qui cùm fuis-
set hæres institutus à Titio, qui mihi in testamento 10.
reliquit: in fraudem legatariorum hæreditatem illam
omisit,& ab intestato possidet. vnde ac si ea testamen-
to adijsset, peto mihi legatum præstari ab eo: ad hoc
propono actionem in factum descendentem ex illo e-
dicto. si omissa causa testamenti,vel vtilem actionem
ex testamento. Quòd ita rectè concipiatur libellus di-
cit ff.eodem.l.1.& l.de libertatibus.§.hæredes.Ita con-
cipies libellum,quando hæres, qui fuit institutus, o-
misit,& ipse possidet:quòd si nō possideat,sed per frau
dem omisit:concipies libellum modo prædicto, vt re-
moueas,& ab intestato possidet, & sic rectè cōcipietur
5 libellus.vt ff.eod.l.1.§.vltim. OPPOSITIO. Sed huic
libello opponitur : non videtur quod actio prædicta
possit intendi. Nam ea quæ in testamento relinquun-
tur, ita demùm valent & peti possunt si ex testamento
adeatur hæreditas.vt C.de fideicommis.l.eam quam.at
iste non adiuit ex testamento· ergo legatum non potest
peti.Respondeo,verum est,quòd non potest peti actio-
ne directa ex testamento:at hac actione vtili, vel in fa-
ctum peti potest, vt dictum est. nam regula illa in 11.
casibus fallit: quorum primus est, de quo tractamus.
Secundus,C.de fideicommis.l.eam quam. Tertius, in
Authent. vt cùm de appellatione cognoscitur.§.si quis
de prædictis.Quartus,ff.de lega.2. l.cùm pater.§.filius.
Quintus, ff. de bonorum possessio. contra tab.l.1.& ff.
de leg.præstan.contra tab.bonor.posses. pe. l. 1.Sextus,
ff.de his quæ in testament. delen.l. proximè.Septimus,
Institut.de eo cui liber.causa bona. Octauus,ff.ad Sil-
lan.l.fisco.Nonus,ff.de fideicommis. liberta. l.in testa-
mento.Decimus,C.de codicillis.l. vltim. Vndecimus,
ff.de hæred.institu.l.item Et est ratio quare iste tenea-
tur:quia cum dolo omittit,& dolus pro possessione ha
beatur.vt ff. de rei vendi.meritò ille qui dolo omittit,
tenetur.Si autem possideat ille qui omisit :nec dolo fe-
6 cit,quòd omitteret, imò gratis omisit, & alius modò
possidet,concipies ita libellum. LIBELLVS.† Vobis
domin. conquetor ego Rog. de M.qui possidet hæredi-
tatem omissam à Titio instituto hærede in testamento
Semproni: qui testator mihi in illo testamento 10. re-
liquit.vnde quòd illa 10.mihi præstet ac si hæres esset:
ago contra ipsum: & ad hoc propono actionem in fa-
ctum descendentem ex illo edicto si omissa causa testa-
menti, vel vtilem actionem ex testamento. Quòd ita
rectè concipiatur libellus.dicit ff.eod. titu.l.si quis pe-
cuniam.§.1. OPPOSITIO. Sed non videtur, quòd libel-
lus iste rectè concipiatur.Certum est,quòd legatarius,
si petit legatum agit ex quasi contractu. vt Institut. de
obligat.quæ ex quasi contractu.§. hæredes. & si agit ex
quasi contractu,agit contra hæredem, & hæredem ap-
pello siue quis sit institutus,siue substitutus. vt Institu.
de vulg.& pupil.substitu.At iste possessor hæreditatis,
nec hæres est,nec institutus,nec substitutus, ergo con-
tra eum agi non potest. Respondeo,de iure ciuili pro-
cedit rectè oppositio,at de iure prætorio, quod voluit
voluntates testatorum prorogari,tenetur ille. vt ff.eo.
l.1.sicut & aliàs contingit, vbi quis de iure ciuili non
tenetur, de iure prætorio sic,vt in actione quod metus
causa.vt ff.quod metus causa.l.metum.& idem contin
git in eo qui dolo desijt possidere,qui de iure ciuili nō
tenetur,de iure tamen prætorio sic. vt ff.de noxalibus.
l.electio.§.2.

De actione in factum descendente ex edicto, de publicanis. Rubric.

1 *Actio de publicanis vt competat, quot exigantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali actione nu 3.*
4 *Libelli in tali actione quomodò concipiatur.*
5 *Actione in factum, quæ est in duplum, an contra publica-
num agi possit.*
6 *Actionem si quispiam contra publicanum intentauerit di-
cendo domine ago contra publicanum & peto ab eo mihi
ablata, seu extorta secundum legem restitui, quæ actio
in iudicium deducta videatur, & si iudex ipsum con-
demnauerit, in qua actione ipsum condemnasse dica-
tur.*
7 *Actio de publicanis quando pœnalis est: vtrum ab initio,
an in iudicio crescat.*

QVIA aliquando publicani, qui & exactores tri-
butorum aqpellantur, exigunt vltra debitū, id-
cò prætor contra eos actionem in factum ex edi-
cto de publicanis induxit: per quam compellitur pub-
licanus restituere in duplum infra annum, post in sim-
plum, ei à quo exegit, siue familia sua publicani nomi
ne, computato illo simplo, quòd exactū est, in illo du-
plo vt ff.de publicanis.l.1.& accipias hic publicanum,
qui publico fruitur, id est, qui aliquid habet a fisco, si-
ue vt procurator, siue quia pro illo publico soluit pen
sionem, siue quia colligit tributa:& omnes illi qui ali-
quid a fisco conducunt rectè publicani appellantur. vt
ff eod.l.1.§.hic titulus. Idem intelligas in eo qui à repu
blica alicuius ciuitatis conduxit.vt ff.eod.l.sed & hi.§.
prætereà.publicani etiam appellantur qui sunt hodie
baiuli: qui propter occasionem illius officij multa in-
1 certa extorquent. † Vnde ad hoc vt actio ista competat.
tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit publica-
nus. Secundum quòd nomine publicani, id est, nomine
illius officij publici exegerit. Tertium, quòd vi exigat:
siue vis illa sit ablatiua, siue compulsiua. sicut hæc pro-
bantur ff eodē.l.1.§.1.& 2.& l.licitatio.§.quòd illicitè.
& C.quòd metus causa.l.si per impressionem. Vnde in
hac actione actor fa.tal posit. † POSITIO ACTORIS. E- 2
go dico, quod tu es publicanus. Item dico, quòd tu pub-
licani nomine decem à me extorsisti. Item dico, quòd
illud quòd extorsisti, per vim extorsisti. Econtrà Reus
fa.tal.posit. POSITIO REI. † Ego dico, quòd Titius 3
tantùm fuit publicanus: si istud confitebitur actor suc-
cumbet: quia contra illum non aget, cùm non sit publi-
canus. Item dico, quòd illud quod percepi, pro tributo
illius prædij percepi. Item illud debebas soluere. Item
tantum redditur de illo prædio quod à te possidetur.
In hac autem actione concipiat actor libellum. LIB- 4
ELLVS. † Vobis do. conquer. ego R. de M. publicano do-
mini Imperatoris vel Reipublicæ, qui nomine publi-
cani

cani sciens me nihil debere, exegit à me decē: vnde illa decem peto in duplum mihi restitui: & ad hoc propono actionem in factum ex edicto de publicanis. Quòd ita rectè concipiatur libell. dicit ff. de publ. l. 1. & l. sed hi. §. prætereà. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd actio ista non possit competere: nōne publicanus si per vim aliquid extorsit, tenetur vi bonorum rapt. vel etiam furti. vt C. de furtis. l. etiam. & argu. ff. de condict. furtiua. l. quoniam. Item nonne tenetur actione in factum de calumniatoribus. vt ff. de calumnia. l. si quis ab alio. §. cùm publicanus. Item nonne tenetur quòd metus causa. vt C. quòd metus causa. l. cum te. & l. si impressionē. quò ergo bonum est actori istam actionem intendere: cùm maiores pœnas per illas actiones possit cōsequi. Item prætor quare istam actionem induxit: videtur enim & superflua, cùm prædicta sufficiant? Respondeo: sicut & iurisconsultus respondet: quòd hoc edictum induxit contra publicanos: ideò quia mitiùs: & dat eis facultatem restituendi vsque ad sententiam, quòd in alijs non est: præterquam in actione. quòd metus causa ff. eodem. l. 1. §. hic titulus. & ff. quòd metus causa. l. si cùm exceptio. secundo responso. Item propter aliud induxit prætor hanc actionem: quia solet plus timeri quod specialiter inducitur, quàm quod generali clausula sit inductum. hoc dicit cap. extra. de hæreticis. c. si aduersus. & dicit Labeo. ea quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur neglecta. vt ff. de iniurijs. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. QVAESTIO. †

5 Sed nunquid potest agi actione in factum, quæ est in duplum, & alijs prędictis actionibus cōtra publicanum? Respondet Iurisconsultus quòd sic: ne sit melior conditio publicanorum. vt ff. eodem. l. 1. §. hic titul. ita tamen ex alijs potest agi vt consequatur id quòd plus est in alijs actionibus. vt ff. de action. & obligat. l. plura. & de priua. delict. l. nunquam. ff. de actionib. l. qui seruū.

6 QVAESTIO. † Sed illud quæritur si aliquis egerit contra publicanum ita simpliciter. Domine ago contra publicanum, & peto ab eo mihi ablata seu extorta mihi restitui secundum legem: quæ actio videatur in iudicium deducta? & si iudex ipsum condemnat: in qua actione videatur eum condemnasse? Respondeo, in minori, scilicèt in ista actione in factum quæ minor est: & ita videtur in iudicium deducta. nam si iudex condemnauit de vi minori: scilicèt de priuata videtur eōdemnasse: & in pœnis mitiores sumus. vt ff. de pœnis. l. si præses. & l. interpretatione. & argumen. ff. de suspectis

7 tutor. l. hæc enim. QVAESTIO. † Item quæritur in eo quòd dicit prætor de hac actione: quia infra annum cōpetit in duplum: & dat Reo facultatem restituendi vsque ad sententiam, vt liberetur à pœna: quando actio ista sit pœnalis, vtrum ab initio, an crescat in iudicio: sicut & illæ quæ crescunt in litem per inficiationem: vt lex Aquil. & aliæ actiones. vt ff. ad legem Aquil. l. inde Neratius. & Institu de actioni. §. in duplum. & ff. de iureiur. l. cum qui. primo responso. Respondeo: ab initio est actio ista in duplum, licèt prætor clementer agat cū eo: quia dat sibi restituendi facultatem vsque ad sentētiam, vt liberetur à pœna. sicut in actione quod metus causa, quæ ab initio est quadrupli: licèt prætor det inferenti metum facultatem restituendi vsque ad sententiam. vt ff. quòd metus causa. l. si cum exceptione. §. satis. nec obstat quòd in ead. lege dicitur. in fin. §. satis. scilicèt quod non statim ab initio quadrupli sit. Respōdeo. verum est sine remedio.

De actione in factum descendente ex edicto, de liberali causa quæ datur & competit contra illum qui passus est se venundari ad pretium participandum.

Rubric.

1 *Actio de liberali causa vt veniat, quot necessaria sint.*

2 *Positiones actoris & Rei in tali actione. nu 3.*

4 *Libellus in tali actione quomodò formetur*

ALIQVANDO euenit, quòd aliquis liber patitur se venundari ad pretium participādum & sic omnibus cōcurrentibus liber seruus efficitur, scilicèt quod ille qui patitur se venundari, sit maior 20 an. Secundùm, quòd patiatur se vēdi ad hoc vt habeat partem pretij. Tertium, quòd habeat partē pretij Quartum, quòd sciat se liberum. Quintum, quòd vendatur alicui qui credat illum esse seruum: & sic ignoret conditionem illius: sicut hæc probantur ff. de liberali causa. & l. liberis. & l. cùm pacto. & l. qui sciens. & C. de liberali causa. l. non ideò minùs. & Instit. de iure person. §. serui. Alioquin si ista non interueniunt, vel aliquod desit, ille qui patitur se venundari ad pretium participandum, bene potest proclamare in libertatem: vt legibus prædictis. Verū quia emptor inuenietur deceptus, si illa vēditio irritetur: ideò prætor emptori succurrit per edictum suum: & dat sibi actionem in factum contra illum, qui modò proclamat in libertatem, & passus est se pro seruo venundari, cùm esset liber: quæ actio tantùm infra annum competit, & in duplum: quia solā pœnam pecuniariam continet contra illum: in quo duplo habetur ratio, & pretij dati, & illius quòd pretio accessit, vt totum duplicetur: putà si propter emptionem istam aliquid detur alicui, vel mutuauit, vel cōpensauit, vel obligatus est. vt ff. de liberali causa. l. rectissimè. & l. in tantùm. & l. vel. & l. non solùm. §. vlti. Præter hanc autem actionem nihilominùs ago contra venditorem quasi euictione secura ad duplum: si duplum promisit. nec vna tollit aliam: cùm prima quæ datur contra illum venditorem sit pœnalis. vt ff. de liberali causa. l. vel obligatus. & l. vtique. † Vnde ad hoc vt 1

actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd venditio illius facta sit. Secundum, quòd facta sit ita, quòd de iure non teneat. Tertium, quòd ille proclamet in libertatem. Quartum, quòd ille proclamet de iure: ita quòd obtineat: sicut hæc probantur ff. de libera causa. l. rectissimè. Quintum, quòd ille qui emit, ignoret ipsum esse liberum: alioquin si sciat, indignus videtur omni auxilio, quia ille proclamabit in libertatem, nec iste habet aliquam actionem. vt ff. de liberali causa. l. liberis. & l. qui sciens. Vnde in hac actione actio. sa. tal.

posit. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd Titius te vendidit mihi pro decem. Item tu proclamasti ad libertatem. Item pronuntiatum fuit pro te. Item quādo te emi, credebam te seruum esse vendentis. Ecōtra Reus sa. tal. posit. † POSITIO REI. Ego dico, quòd quando Titius me tibi vendidit pro decem, tu sciebas me liberum hominem esse. Item tuus procurator per quem me emisti, sciuit me liberum: ideò autem pono de sciētia procuratoris: quia tunc quando per procuratorem emo, & incertum hominem, putà, vade & eme mihi hominem: tunc spectatur scientia procuratoris. Cęterùm si certum hominem mandem emi: tunc spectatur sciētia mea. & in primo casu loquuntur ff. de liberali causa. l. imò & ff. de contrah. empti. l. huiusmodi. & ff. de ædili. edict. l. cùm mancipium. in princi. In secundo casu loquuntur ff. de liberali caus. l. in seruo. & ff. de ædil. edict. l. cum mancipium. §. sed si seruus. Et eadem locum habent, quando quis emit per filium vel per seruum: quando non peculiarij nomine. sicut de hoc notat dominus meus in prædicta l. cùm mancipium. Item nota, quòd ea quæ diximus de actione pœnali, quòd non cōpetat emptori scienti; verum est quando emptor à principio sciuit, scilicèt tempore emptionis. alioquin posterior scientia sibi non nocent. vt ff. de liberali causa. l. non solùm. §. penu. In hac autem actione concipiet actor ita libellum. LIBELLVS. † Vobis domi. conque. e- 4

go R. de M. qui sciens se liberum se ad pretium participandum venundari passus est à Titio mihi ignorāti suā cōditionem, & credenti eum seruum esse: & ipse posteà ad libertatem proclamauit, & obtinuit: cùm omnia ea quæ debuerunt interuenire non interuenerint. vnde cùm pro emptione ipsius mihi centum absint: ideò illa mihi in duplum solui peto: & ad hoc propono actionem in factum inductam ex edicto prætoris de liberali causa. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicitur ff. de liberali caus. l. rectissimè. & l. in tantùm. & l. vel obligatus. OPPOSITIO. Non videtur quòd actio ista cōpetat cōtra illum qui modò proclamat in libertatem.

Certum est enim quòd quando ipsum emi, illum mihi
obligare nolui. si ergo nolui obligare, quomodò mihi
datur contra illum actio? vt arg. ff. comm. diui. l. in hoc
iudicio. Respond. quòd opponis locum habet in actio-
ne quæ ex contractu vel quasi descendit. at in actiõe ex
maleficto, secùs: quia delictum commisit ille a princi-
pio: & nunc quando proclamauit, delictum illud con-
summauit.

De actione in factum quæ descendit ex edicto, de bonis autho. iud. possid. quæ datur contra illos qui in possessionem missi sunt, & fructus percipiunt. Rubric.

1 Actio de bon auth. iudi possi. vt procedat, quot requirantur.

2 Positiones actoris & Rei in tali actione nu. 3.

4 Libelli in tali actione quomodo concipiantur.

5 Actio dicta an competat pro damno dato in rebus illis in quibus missio facta fuit.

QVIA multotiens aliqui mittuntur in possessio-
nem bonorum alicuius ex varijs causis: aliquan-
do propter legata: de quo habes rubricã specia-
lem: vt in possessione legatorum: aliquando etiam pro-
pter alia: vt rubricam damni infecti. vt ff. de damno in-
fecto. l. si finita. §. vlt. ff. de acquir. poss. l. possideri. §. vlt.
& ff. quorum leg. l. 1. aliquando propter contumaciam
conuenti actione reali vel personali. vt C. de bonis au
tho. iudic. possi. per tot. & ff. eo. tit. & ff. ex quib. caus. in
poss. eatur. & in Authen. de exhibend. & introduc. reis.
col. 5. & C. de præscr. 30. annor. si quis emptionis. §. pen.
qui omnes si mittantur in possess. non possident: sed tã-
tùm tenent vt in legib. prædict. præterquam in actione
reali, vbi est dissensio, an missus in poss. infrà annũ pos-
sideat, de quo alibi dicemus. nec possunt fructus perci-
pere: nisi contingat ratione personæ, putà, filia, neptis,
pro neptis, vxor ue. ita tamen si nupta non sit, nec quic-
quam suum habeat. vt ff. vt in possess. lega. l. pen. & nisi
contingat ratione causæ, puta, in petitione hereditatis.
vbi ille qui mittitur in poss. percipit fructus & lucra-
tur. vt ff. ex quib. caus. in poss. eatur. l. Fuleinius. §. vlti.
Verum quia isti taliter missi aliquando percipiunt fru
ctus & damnum dant: ideò prætor succurrit ei in cuius
bonis missio facta fuit per actionem in factum, per quã
fructus perceptos creditor sibi tenetur restituere, &
damnum emendare. vt ff. de bonis author. iudic. possi. l.
1 prætor ait. primo responso. Vnde † ad hoc vt actio illa
competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd causa a-
liqua præcedat, putà, debiti, vel legati, vel alterius cau
sæ propter quàm creditor petat in bonis missionẽ, vel
quòd petebat creditor, & debitore inuento contuma-
ce facta est missio. Secundum, quod illud petat à iudi-
ce. Tertium, quod iudex mittat illum in possess. Quar-
tum, quòd iudex fuerit talis, qui potuerit mittere, sicut
hæc probantur per leges superiores. & ff. ne vis fiat ei
qui in poss. miss. l. 1. §. hæc verba. & ff. de iurisd. om. iud.
l. iubere cauere. & ff. ad municipales. l. ea. & l. magistra
tus. Quintum, quòd percipiat fructus vel damnũ det:
vt in prædicta. l. prætor. † Vnde in hac actione act. facit
2 tal. posit. POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tu pe-
tebas à me decem. Item vocatus à iudice nõ veni. Item
iudex misit te in pos. talis prædij. Item ex illo prædio
tot fructus percepisti, vel damnum dedisti. E côtrà Reus
facit tal. posit. POSITIO REI. Ego dico, quòd hoc an-
no fuit sterilitas. Item in illo fundo in quo fui missus
in posses. venerunt locustę & brucus. si ista confiteatur
actor succumbet. quia ex quo fuit sterilitas, fructus nõ
potuerunt percipi. vt ff. locati. & conduct. l. ex condu-
cto. §. si vis. & C. loca. & condu. l. licèt. In hac autem a-
ctio. concipietur ita libellus. † LIBELLVS. † Vobis do.
4 H. conqu. ego R. de M. qui cùm missus esset in poss. talis
prædij mei vel domus, vel rerum mearum, fructus tot
ex illis rebus percepit, vel res deteriores fecit. vnde
vt fructus illos mihi restituat, vel damnum datum re-
sarciat: ago contra illum & ad hoc propono actionem
in factum ex edicto prætoris de bonis autho. iudi. pos-
sid. Quòd ita rectè concipia. libellus, dicit ff. de bonis
autho. iudi. possi. l. prætor ait. 1. responso. OPPOSITIO.
Sed non videtur, quod actio ista pro fructibus possit in
tentari. nam cùm actio in factum sit subsidiaria. vt C. de
sacrosan. eccl. l. sancimus. & ff. de præscr. verbis. l. quo-
tiens. cum alia competat, ista locum non habet: at hic
locum habet. s. furti. vt argum. ff. de furt. l. inficiando. §.
vlti. nam sicut ibi colonus post tempora locationis fini
ta si percepit fructus tenetur furti: ita & hic, ergo & i-
sta locum habere non potest. Respondeo: non est locus
oppositioni. nam actio furti datur ad pœnam: ad idem
non datur ista, sed ad rem ipsam OPPOSITO. Si tu oppo
nis: ad rem ipsam: & in hoc casu datur condictio furti-
ua, quæ est rei persecutoria. ergo ista non datur. Respõ
deo, condictio est de iure ciuili. at ista est de iure præ-
torio. vnde eodem iure non datur. hoc etiam vides in
actione de dolo quæ tunc demùm competit cum alia,
scilicèt pecuniaria ad rem ipsam non superfit. si autem
alia detur & criminaliter, nihilominus datur & de do-
lo. vt ff. de dolo. l. 1. & l. si quis affirmauerit. vel aliter
leges illæ de quibus opponis, quòd tunc demùm detur
illa actio in factum, quando alia non superest: de ciuili
actione in factum loquuntur: at prætoria actio in factũ
sicut ista, bene cũ alijs posset concurrere. † QVÆSTIO. 5
Item quæritur in eo quòd dicitur, quòd actio ista com-
petat pro dãno dato in rebus illis in quibus fuit facta
missio. Nam non videtur, quòd ista detur: cùm alia su-
persit, scilicèt legis Aquil. actio, vel vtilis Aquil. vel in
factum, vt distinguitur: Institut. ad leg. Aquil. §. vltim.
Respondeo: licet lex Aquil. posset competere, nihilo-
minùs & ista competit: quia cùm ista in factum sit præ-
toria: nihilominùs & cùm alia concurrit. sicut in supe
riori quæstione dixi.

De actione in factum ex eodem edicto, per quam creditor missus in possessionem recuperat expensas factas in re illa. Rubr.

1 Actio per quam creditor miss. in poss. recup. expens. &c. vt veniat, quæ exigantur.

2 Positiones actoris & Rei in tali actione nu. 3.

4 Libellus in tali actione quomodo fiat.

SICVT succurritur debitori contra creditorẽ, qui
fuit missus in possessionem, vt fructus recuperet,
& sibi damnum emendetur, vt in superiori actione
diximus: ita succurritur isti creditori, q missus in pos-
sessionem rerũ illarum fecit expẽsas per prętorẽ, qui
sibi dat actionem in factũ, per quam recuperat omnes
sumptus factos sine dolo. vt ff. de bonis autho. iudi. pos-
sid. l. prætor. primo responso. Vnde † vt actio illa com- 1
petat, tot sunt necessaria, quot diximus in actione su-
periori: præterquàm de fructibus, & de damno dato.
Item necessarium est & aliud quòd iste qui est missus
in possessio. sine dolo malo faciat illas impensas, etiam
si ille impensæ non sint necessariæ vel vtiles illi in cu-
ius bonis factæ fuerunt. vt ff. de bonis auth. iudi. possi. l.
prætor ait. §. quòd ait prætor. Quòd sic intelligo quòd
recuperet impensas, etsi non profuit erogatio expensa
rum, subaudi respectu exitus, considerato tamen prin-
cipio debent illæ expensæ esse saltem vtiles. vt argu. ff.
de nego. gest. l. sed an vltro. Nam si datur in factum cõ-
tra creditorem, & omne id venit in eo quòd in actione
nego. gestor. attenditur. vt ff. de bonis autho. iud. possi.
l. creditores. §. vltim. ergo & quando datur creditori o-
mne id debet considerari quòd venit similiter in actio
ne negotio. gestor. vt contrariorum eadem sit ratio. Pre
tereà creditor illas impensas recuperat, quas fecit sine
dolo, vt in l. prædicta, prætor. in manifesto ergo esset
dolo creditor qui voluntarias faceret. & ideò saltem
ratione principij debẽt esse vtiles, vt dictum est. Est &
aliud necessarium ad hoc vt actio ista competat, quòd
locus ille, in quo fuit impensum, pertineat ad iubentẽ,
aliàs missio nulla. vt ff. de bonis author. iudi. possi. l.
cùm vnus. §. is qui. Vnde in hac actione actor fac. tales
posit. POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd ego con- 2
questus fui de te coram tali iudice. Item tu citatus no-
luisti

iussisti comparere. Item iudex misit me in possess. rerum tuarum. Iteio dico, quòd res illæ sunt de districtu illi-
3 us ciuitatis. Item dico, quòd in rebus illius feci tales expensas. Econtra Reus facit tal. posit. POSITIO REI.† Ego dico, quòd tu fuisti côquestus de me. Item citatus veni paratus respondere. Item iudex ille sine citatione te iussit mitti in possessionem. Item res illæ in quarum possessione iussit te mitti, sunt in iurisdictione alterius iudicis. Item expensæ quas fecisti fuerunt voluntariæ.
4 In hac actione act. concipietis libellum. LIBELLVS. Vobis domi. H. conqueror ego Rog. de M. qui cùm fuissem missus in possess. bonorum eius, vel rei talis ex causa côtomaciæ eius, vel ex alia causa, expedi in rebus illis 100. quas expensas mihi restitui peto: & ad hoc propono actionem in factum ex edicto prætoris de bonis author. iudic. possi. Quòd ita rectè concipiatur libel. dicit ff. de bonis autho. iudic. possi. l. prætor. primo responso. §. quod ait. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd nunquam istæ impésæ repeti possint. Certum est, quòd creditor iste, qui missus est in possess. habet modò prætorium pignus. vt ff. de acti. pignor. l. non est mirum. & C. vt in possessionem legatorum. l. si post quam & l. qui legati. & C. qui potiores in pignor. habean. l. 2. & 3. non tenetur facere expensas: quia tenetur tantùm de dolo & lata culpa: licèt conuentionalis teneatur etiam de leui. vt ff. de bonis author. iudici. possi. l. prætor. & prætereà. & C. de acti. pigno. l. si creditor. & l. si nulla. si ergo non tenebatur, & sciens impendit, videtur donasse. vt Institut. de rerum diui. §. ex diuerso. & ff. de acquir. rerum domi. l. adeò. & argumen. ff. de regu. iur. l. cuius. Præterea mirabile est, quòd dicit, quòd recuperet expensas etiam si illa erogatio in nihilum profuit debitori. Respondeo, non est locus oppositioni: nec sequitur istud argum. non tenetur facere impensas: ergo si fecit, non repetit, nam fallit: nam negotiorum gestor, non tenetur negotium gerere: tamen si fecit expensas, repetit etiam si non habuit bonum euentum, dummodò à principio fuerint vtiles. vt ff. de nego. gest. l. sed an vltro. & C. de nego. gest. l. tutori. hoc etiam vide in hærede, qui non tenetur reficere res quarum relictus est vsusfruct. tamen si refecerit, habet actionem negotiorum gesto. contra fructuarium. vt ff. de vsufru. l. sed cùm fructuarius. §. non magis. & l. si absente fructuario. nam hoc generale est, quòd quotiescunque facio expensas in re aliqua: si facio tanquam in re mea tantùm retentionê habeo, & non actionem: quia neminem mihi obligare volui. at si in re aliena, habeo actionem negotiorum gestorum. vt ff. communi diui. l. in hoc iudic. §. impendia. OPPOSITIO. Item non videtur, quòd actio ista competat, eùm sit subsidiaria. si ergo alia competit: ista non debet dari: sicut in superiori actione diximus. At competit alia, scilicèt contraria pignoratitia, quæ datur creditori, si facit expensas in pignore. vt ff. de pign. action. l. si seruos. Respondeo: illa pignoratitia isti creditori nunquam posset competere, quia illa oritur ex quasi contractu. vt argum. Instit. quibus modis re cont. ob. §. creditor. & Instit. de obl. quæ ex quasi contr. nasc. §. itê si inter aliquos. & datur creditori conuentionali: qua cùm habeat pignus ex côuentione, & per ius ciuile habere iam actionem illam de iure ciuili inductam. At creditor eùm habeat pignus prætorium, non posset illi actio, quæ est de iure ciuili competere: nisi fortè quis vellet dicere, quòd competeret illa vtiliter: & sic daretur isti vtilis pignoratitia. vnde tanquam subsidiariam prætor huic creditori hanc actionem in factû pro impensis dat.

De actione in factum descendente ex edicto, Si quis testamento liber esse iussus fuerit: quæ datur contra seruum surripientem aliquid post mortem domini ante aditam hæreditatem. Rubri.

1 *Actio si quis testamento liber esse iussus &c. vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali actione nu 3.*
4 *Libelli in tali actione quomodò formetur.*

QVI A aliquando seruus spe libertatis in domini testamento relictæ post mortem domini & ante aditam hæreditatem aliquid de bonis defuncti subtrahit, vel defuncto rem pignoratã, vel rem aliquã, quàm interaret hæredis non esse subtractam: & quia deficiebant omnes actiones ciuiles, ideò prætor actionem in factum dat hæredi contra illum, & intra annum vtilem: per quam duplum ab illo subtractæ rei hæres consequitur: quòd duplum est tantùm pœna: quia nihilominùs hæres potest rem vendicare, sicut ista probantur. ff. si quis testa. liber esse iussus. l. 1. primo respôso. & §. hæc actio. & §. in summa. & illud. Et sicut datur pro rebus subtractis: ita etiam datur pro damnis datis in hæreditate ab illo seruo. vt ff. eod. tit. l. 1. §. non tantû. & competet similiter in duplum intra annum vtilem.
† Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis condat testamentum & legitimum. Secundùm, quòd in eo det libertatem seruo suo purè, vel sub conditione, quæ post aditam hæreditatem cito existat. Tertium, quòd ille testator moriatur. Quartum, quòd seruus ille libertati donatus res subtrahat ante aditam hæreditatem, vel damnum det. Quintum, quòd dolo malo vel lata culpa det illud dãnum vel res illas subtrahat. Sextum, quod hæres futurus sciat aliquid esse amotum vel corruptum ab illo seruo: aliàs ignorantia domini non induet hanc actionem. Septimum, quòd annus vtilis non sit elapsus. sicut hæc omnia probantur. ff. si quis testam. lib. iuf. esse. l. respon. primo. §. itaque. & l. si paulo. & l. vlti. Quòd autem dixi de hæreditate, intelligas quando à nullo hæredum sit adita: nam si vnus adijt tantùm, & post seruus ille subtrahat res, non competit actio ista, cùm iam sit liber. vt ff. eod. l. 1. §. ante. In hac autem actio. act. fac. ta. ‡ 1
† POSITIO ACTOR. Ego dico, quòd Titius fecit testamentum. Item me in illo hæredem instituit. Item in illo testamento tibi reliquit libertatem purê. Item testator ille mortuus est. Item ex illa hæreditate res tales sub traxisti. Item dolo malo vel lata culpa damnum in rebus hæreditarijs dedisti. Item post ista ego adij hæreditatem. Item quando tales res amouisti, vel damnum dedisti ego sciui. Item restat adhuc de anno vtili ex quo ista fecisti. Econtra Reus facit tales positiones. POSITIO REI. Ego dico, quòd Titius reliquit mihi libertatem sub conditione. Item viuente domino meo Titio tales res subtraxi, vel damnum, quòd dedi te ignorante feci. Item in dando leuem tantum culpam commisi. Item iam annus vtilis transit. In hac autem actione concipier ita libellum. LAELLVS.† Vobis domi. H. conqueror ego R. de M. qui cùm in testamento Titij, quondam domini sui relicta esset sibi pure libertas, cui Titio ego purê successi, quia me in illo testamento hæredem instituit, post mortem ipsius Titij, ante aditam hæreditatem tes tales subtraxit: vel damnum in rebus hæreditarijs in tantùm dedit dolo vel lata culpa, me sciente illum res illas subtrahere, vel damnum dare: vnde ipsum in duplum mihi condemnari peto: & ad hoc propono actionem in factum ex edicto prætoris, si quis testa. liber. iuf. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicit ff. eod. l. 1. responso primo. §. itaque. & § non tantùm. & l. penult. OPPOSITIO. Sed non videtur, quòd actio ista detur, cùm competat accusatio criminis expilatæ hæreditatis, quòd crimen committitur, quando aliquid ex hæreditate iacente subtrahitur ante aditam hæredi tatem. vt ff. de crimine expi. hæredita. l. 1. Respond. illa accusatio hic locum habere non potest. Nam hæc regula est: quod vbicunque furti agi non potest, nec illud crimen locum habet. vt ff. de crim. expilatæ hæred. l. 1. at in casu isto contra seruum furti agi non potest. vt ff. si quis testam. liber iuf. est. l. 1. responso primo. & ideò actio locum habet.
‡ 2
‡ 3
‡ 4

De actione in factum descendente ex edicto, Cuius dolo malo damnum in turba datum esse dicetur. Rub.

1 *Actio cuius dolo malo dam. in turb. dat esse dic. &c. vt requirantur, quot necessaria sint.*

2 *Positiones Actoris & Rei in tali actione. nu. 3.*
4 *Libelli in tali actione quomodo concipiatur.*

CONtingit sæpè, quòd turba coadunata damnum
alicui datur: ideò prætor actionem in factum dat
damnum passo, contra illum qui damnum dedit:
quæ actio infra annum vtilem competit in duplum,
post in simplum. vt ff. vi bonorum raptorum. l. prætor
1 ait. primo responso. Vnde ad hoc vt actio ista compe-
tat, tot sunt necessaria. In primis, quod aliqua sit turba:
& ad hoc vt sit turba, necesse est, quòd sint decem ho-
mines, aut plures. Nam decem homines faciunt turbã,
& est contra illud: nos duo turba sumus. & duo homi-
nes committunt rixam. vt ff. eodem. l. prætor ait. primo
responso & §. neque. tres homines faciunt collegium.
vt ff. de verbor. signific. l. Neratius Priscus. decem oues
faciunt gregem, & 5. porci vel quatuor faciunt gregẽ.
vt ff. de abigeis. l. vltim. Secundum, quod dolo alicuius
factum sit, quòd à turba damnum datetur: siue fuerit
presens, siue absens: siue fuerit auctor turbę siue in tur
ba venit: neque enim exigit prætor vt ab ipso sit turba
conuocata, sed hoc vt dolo alicuius à turba damnum
datum sit: sicut sunt multi, qui in tali coadunatione tur
bæ damna maxima inferunt inuidis suis in bonis suis
vel clamando, vel dicendo, pereat talis, destruatur e-
ius domus, vel destruantur eius bona. ff. eodẽ. l. prætor.
§. neque. & §. hoc edicto. & §. si quis aduentu suo. Ter-
tium, quod damnũ sit datum, vel aliquid amissum, vel
aliquid corruptum, scissum fortè vel fractũ: alioquin
si raptum, non habet locum hæc actio, sed vi bonorum
raptorum. vt ff. eod. titul. l. prætor. §. idcirco. Quartum,
quòd damnum sit datum in turba: alioquin si alibi quá
in turba, cessat hæc actio. vt ff. eodem. l. prætor. §. hæc a-
ctio. Quintum, quòd vtilis annus non transierit: nam
infra annum est in duplum, post in simplum. vt ff. eodẽ.
titu. l. prætor. primo responso. Vnde in hac actione a-
2 ctor facit tal. posit. POSITIO ACTORIS. Ego dico,
quòd decem homines vel vltra fuerunt congregati in
loco tali. Item dolo tuo factum est, quòd illa turba de-
dit mihi damnum. Item tu fuisti in illa, & ad clamo-
rem tuum, vel dictum, turba illa intulit mihi damnum.
Item propter insultum illius turbæ damnum datum
est mihi in 100. vel talia amisi, vel sunt scissa vel fracta.
Item illa contigerunt mihi in illa turba. Item adhuc
superest de anno vtili, quòd ista omnia facta sunt. Ecõ-
trà Reus facit tal. posit. POSITIO REI. Ego dico, quòd
illi qui fuerunt congregati in loco tali fuerunt 8. tan-
tùm: si hoc confiteatur actor, succumbet: quia decem
homines & non minùs faciunt turbam. Item ab illa
turba bona tua remanserunt illæsa. Item illud quod a-
misisti, extra turbam amisisti. Item à tempore illius
3 turbæ transijt iam annus vtilis. In hac autem actione
concipiet actor ita libellum. LIBELLVS. † Vobis do.
conqueror ego Rog. de Mart. cuius dolo malo in turba
damnum datum est mihi in tantùm, vel tantùm amisi,
vel talia scissa sunt, vel fracta vel rupta: vnde illud in
quo damnum passus sum, vel ea quæ amisi, vel scissa
sunt, vel fracta, vel corrupta, in duplum mihi emenda-
ri peto: & ad hoc propono actionem in factum ex edi-
cto prętoris, cuius dolo malo damnum in turba factum
esse dicitur. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicit
ff. vi bonorum raptorum. l. prætor. primo responso.
OPPOSITIO. Sed non videtur quòd actio ista sit neces-
saria: imò superflua. nam propter damnum datum, vel
aliquid amissum, scissum, fractum vel corruptum com
petit actio legis Aquil. vt ff. ad leg. Aquil. l. 1. & l. si ser-
uus. §. huius leg. & §. inquit lex. & §. rupisse. & §. si quis
vestimenta. Respondeo, actio ista non est superflua: i-
mò necessaria. nam competit ista tantùm quando dolo
alicuius amissum est, vt suprà dixi. lex autem Aquil.
competit etiam quando leuissima culpa interuenit. vt
ff. ad leg. Aquil. l. in lege Aquil. vel esto quòd concur-
rat cum leg. Aquil. quando damnum datum est dolo:
quid mali? nam prætor non fuit auarus tàm egentibus
quàm non egentibus succurrere vel subuenire: sicut &
aliàs in bono. possess. secundum tabul. quam de sola vo-
luntate induxit, & dedit eam instituto. vt Institut. de 4
bonor. possess. §. 1. † QVAESTIO. Item quæritur si aliquis
egisset ita: ago contra talem, cuius dolo damnum fuit
datum mihi in turba, vnde peto rationem: quæ actio vi-
deatur proposita? Respondeo legis Aqui. actionem vi-
detur proposuisse, quæ minorem condemnationem cõ
tinet, sicut & diximus supra de actione in factum con-
tra publicanum.

De actione in factum ex edicto, de incen. rui. naufrag. quæ datur contra illum qui dedit damnum vel surripuit orto incendio, ruina, naufragio, naue expugnata. Rubric.

1 *Actio de incendio ruina naufragio, &c. vt competat, quæ requirantur.*
2 *Res omnes in tali actione vtrum in quadruplum æstimentur, an tantùm æstimentur.*
3 *Pœna in tali actione quomodo vltra quadruplum imponatur, cùm lege contrarium cautum sit.*
4 *Clauum vnum tantùm subtrahens, quare omnium rerũ nomine teneatur.*
5 *Positiones actoris & Rei in tali edicto. num. 6.*
7 *Libellus in tali actione quomodo concipiatur*
8 *Quadruplum totum in tali actione an pœna esse dicatur.*
9 *de Naufragio conquerens, quòd naufragium passus sit, infra annum probare debet.*
10 *Res ex naufragio inundatione maris expulsas si aliquis post naufragium abstulerit, furti tenetur.*
11 *Subtractor rerum si non cognoscatur, attamẽ res aliqua ex naufragio amissæ fuerint, à possessionibus vicinorum prædiorum prædicta recuperari possunt.*
12 *de Naufragio si criminaliter agatur, quæ pœna esse dicatur.*

QVIA aliquando orto incendio ruina, vel naufra-
gio imminente aliqui res aliquas surripiũt, vel
recipiunt dolo malo, vel damnum dant: idem est
in rate naueque expugnata. ideò prætor contra prædi-
ctos actionem in factum inducit, per quam tenetur in-
fra annum vtilem in quadruplum, & post in simplum.
vt ff. de incend. rui. & naufrag. l. 1. §. 1. Vnde † ad hoc vt 1
actio ista cõpetat, tot sunt necessaria. In primis, quòd
incendium sit vel ruina: vel naufragium: vel nauis vel
ratis expugnetur, & sic propter illum tumultum: vel
damna dentur vel res subtrahantur: siue in ipsis præ-
dijs, vbi est incendium vel ruina: siue ex adiacentibus:
sola enim suspitio incendij vel ruinæ hanc actionem
non inducit. vt ff. eodem. tit. l. 1. §. ex incendio. & §. item
ruinæ. & §. si suspitio. & §. itẽ ait prætor. & l. 2. & l. quo
naufragium. primo responso. & §. deinde. & l. 1 edius.
primo responso. Secundum, quod res subtrahantur,
vel recipiantur: vel damna dentur & dolo malo, vt in
prædicta l. quo naufragium. §. quod ait prætor. Terti-
um, quòd annus vtilis non transeat ad hoc vt detur in
quadruplum. vt ff. eodem titu. l. 1. primo responso. Sed
illud nota. quòd in hac actione in factum quæ compe-
tit pro naufragio sunt duo specialia. Primùm, quod
propter vnum clauum de naui subtractum tenetur no-
mine omnium rerum quæ sunt in naui: quia omnes ille
æstimabuntur, & in omnibus fiet condemnatio. vt ff.
eod. l. quo naufragium. §. senatus. QVAESTIO. † Sed v- 2
trum omnes res æstimentur in quadruplum, si agatur
infra annum: an res tantùm æstimentur quæritur? Re-
spondeo non puto res quadruplari. nam cùm pro vno
clauo teneatur nomine rerum, satis maxima pœna im-
ponitur pro tam modico delicto: maximè cum pœnæ
sint molliendæ. vt ff. de pœnis. l. penul. Est & secundum
casuale, quòd ille qui deliquit in quantum priuato te-
netur, putà, infrà annum in quadruplum, post annum
in simplum: in tantum tenebitur fisco, & sic punietur
in octuplum. vt ff eod. l. quo naufragium. §. vlti. QVAE-
STIO. † Sed queritur: lex dicit, quòd pœna a lege imposi 3
ta quadruplum non excedat. vt Insti. de act. §. omnes ve
ro actiões. quomodo ergo hæc pœna vltra imponitur?
Respond. quod ibi dicitur locum habet quando pœna
vltra

vltrà quadruplum nō excedit, subaudi respectu eiusdem personæ, cui pœnæ cōdemnatio est præstanda. respectu tamen diuersarum personarum, cōtra quas delictum committitur, excedit pœna quadruplum: & vnum præstatur ei, cuius res subtractæ sunt: aliud fisco, qui læsus est: cùm Reipublicæ intersit, nihil capi ex huiusmodi casibus, sicut & alibi punitur ille qui manumittit coram Principe seruum alienum: quia duo mancipia compellitur domino dare, & tria fisco. vt C. de his qui à nō dominis manu. l. vlt. sed quicquid dicas
4 casuale est. † QVAESTIO. Sed quæ est ratio, quare pro vno clauo teneatur nomine omnium rerum: Respōd. quia propter vnum clauum subtractū tota merx posset perire: & ideo habetur ratio rerum omnium: & sic ratione delicti æstimatur aliquid secundum quod potest esse, sicut & alibi ff. de furt. l. eum qui emit. §. Papinianus. & ff. quod met. causa. l. isti quidem §. si his. Alij dicunt, quòd lex illa non loquitur de omni clauo subtracto, sed de illo qui nauem sublinebat. In hac actio-
5 ne Act. fac. tal. pos. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd in domo mea ortum fuit incēdium. Item orta fuit ruina. Item passus sui naufragium. Item nauis vel ratis mea fuit expugnata. Item ex tali incendio ruina vel naufragio vel naue expugnata res tales subtractæ illi. Itē an ... adhuc, quod ita fecisti. E cōtra Reus fa-
6 ciet tal. pos. † POSITIO REI. Ego dico, quod timor fuit de incendio, vel ruina, vel naufragio: sed domus tua insolidum salua in omnibus remansit: & similiter nauis. Item omnes res quæ erat in domo tua, vel naui, saluæ in omnibus remanserunt. In hac actione ita cōci-
7 pietur libel. † LIBELLVS. Vobis Dom. H. cōqueror ego R. de Marti. qui dolo malo recepit vel rapuit res tales vel in ... damnum dedit, quando domus mea fuit passa incendiū, vel ruinam. vel quando nauis mea fuit passa naufragium, vel fuit expugnata: vnde in quadruplum eum mihi condemnari peto. & ad hoc propono actionem in factū ex edicto prætoris de incendio, ruina, naufragio. Quod ita rectè concipiatur libellus, di-
8 citur ff. eodem. l. 1. respons. primo. QVAESTIO. Sed illud ... quæritur: an illud totum quadruplū sit pœna? ... quæstionem & solutionem quære supra de actione quod metus causa. & supra de actione in factum de calumniatoribus. OPPOSITIO. Sed objicitur ... non videtur quòd actio ista locum hodie habeat propter consuetudinem: nam consuetudo est in partibus maritimis, quòd si aliquis patiatur naufragiū, quicunque potest recipere de rebus illis, capit, & suum facit dicentes Deus illi male fecit. & nos faciamus, reddentes afflictionem afflicto: quod est contra iura. vt C. de Epis. op audien. l. iam dementis. Respōd. quicquid de consuetudine vel de facto obtineat: de iure tamen actio illa intenditur. Nec obstat si est consuetudo: quia non debet obstare vt ff. ad legem Rhodiam, de iactu. l. deprecatio. absurdum est enim in persona fisci & omnium, quòd de aliena calamitate & ietam luctuosa lu-
9 crum sentiant. vt C. lib. 11. de naufragijs. l. 1. † Sed illud nota, quòd si aliquis vult conqueri de naufragio, quod naufragium sit passus, infra annum debet probare se naufragium passum, & causam posteà finiat infra aliū annum. & sic debet lis incipi, probari causa & finiri infra biennium. vt C. de naufrag. libr. 11. l. 2. & l. penul. & sic licet actio in simplum post annum duret, tamen instantia perit biennio: licet aliàs triennio pereat. vt C.
10 de iudic. properandum. † Illud etiam nota, quòd si res ex naufragio inundatione maris expulsas abstulerit aliquis post naufragium, teneatur furti. si autem in ipso naufragio, teneatur actione prædicta, vt ff. eodem. l. 1. in fin. & l. 1. & l. 3. in princip. & l. si quis ex naufragio.
11 §. iacentem. † Item nota, quòd si subtractorem non cognosco, & res aliquas ex naufragio amisi, quòd possum a possessoribus, qui vicina prædia possident, recuperare prædicta. vt ff. eodem. titu. l. ne quid. Qualiter autem dicatur nauis expugnata, dicit ff. eodem. l. expugnatur. siue cùm spoliatur, siue cùm mergitur, siue dissoluatur, aut pertundatur, aut funes eius præscindun-

tur, vel vela conscinduntur, aut anchoræ inuoluuntur in mari: pro omnibus his potest agi infra annū in quadruplum. † QVAESTIO. Si quæras quæ sit pœna, si a- 12
gatur criminaliter? Respondeo, si aliquis accusatur, quod per eum passa est nauis naufragium tenetur lege Cornelia de sica. vt ff. ad leg. Cornel. de sica. l. eiusdem. §. alio. Si verò criminaliter agatur contra illos, qui res surripiunt, tunc imponitur pœna secundùm distinctionem l. Pædius. §. diuus. ff. eodem. vbi fit distinctio personarum & rerū, scilicet an fuerint tales, quæ seruari possint, aut non. Si verò agatur contra aliquem de incendio quod fecerit in domo: vel de aceruo frumenti iuxta domum: si dolo victus, igni concrematur, vel necari iubetur: si per negligentiam, debet emendare damnum, si potest: si non, fustibus castigabitur. vt ff. eodem. l. qui ædes. De alijs si criminaliter agatur, extraordinaria erit pœna. nec mireris, si prætor hanc actionem induxit, & fecerit in ea priuilegia quædam: nam & aliàs in similibus casibus quædam specialia induxit in actione depositi. vt ff. deposi. l. 1. & l. quòd tumultus.

De actione in factum descendente de edicto, de sepulchro violato.

Rubrica.

1 *Actio de sepulchro violato vt procedat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones Actoris & Rei in actione de sepulchro violato. & num. 3.*
4 *Libelli in tali actione quomodo formentur, & nume. 5.*
6 *Actio absenti quo casu non restituatur.*
7 *Actione sepulchro violato, si quis dicat se nolle agere, pœnitentia acta, antequàm lis ab alio contestetur, agere potest.*

CONTINGIT aliquàdò, quòd aliquis sepulchrū violat, vel spoliando mortuum, sicut & de facto quæstionem vidi, vel amouendo aliquid de sepulchro, siue illud esset illi affixum, siue non: ideò prætor cōtra illam actionem in factum inducit, & accusationem: per quam si agit ille cuius interest, puta agnatus, vel cognatus, vel hæres, consequitur totum interesse, quantumcunque sit illud ex iniuria, quæ sibi facta est propter illud. vt ff. de sepulc. vio. l. prætor. § qui de sepulchri. etiam si ascenderet vsque ad mille aureos: si autem sit modicum, consequetur ad minus 100. aureos. Si autem iste nō vult agere cùm primo admittatur, admittitur quilibet extraneus, & datur illi actio prædicta vsque ad centum aureos. vt ff. de sepulch. vio. l. prætor ait. primo respons. & hoc est quod dicitur ff. de sepulch. vio. l. prætor. §. qui de sepulchri. Si autem aliquis inhabitauerit sepulchrum, tenetur actione in factum in ducentos aureos: & erit actio illa popularis, vt cuilibet de populo detur sine delectu personarum. vt ff. eod. l. prætor. in fin. 1. respons. & §. vlt. licet prima actio in factum primo detur quibusdam personis, vt dictum est: insuper decem pondo auri fisco cogitur inferre. vt C. eodem tit. l. qui sepulchra. Sed dominus P. legem illam intelleait, quando quis de materia sepulchri ædificat, vel vendit: sed Dominus meus intelligit legem illā generaliter: sicut in summa huius tituli notatur: & imponetur pœna centum aureorū, vel ducentorum, & punietur in decem pondo auri: quia illa pœna pro illorum seueritati accedit, vt in l. prædict. & arg. ff. de actio. & obligat. l. quotiens. accusatio enim inducitur contra illum, & pœna imponitur. vt ff. eo. l. prætor. §. aduersus. & l. vlti. Vnde † ad hoc vt actio illa compe- 1
tat, tot sunt necessaria: Inprimis, quod aliquis sit mortuus. Secundum, quòd in aliquo loco sepeliatur quod dicatur sepulchrum. Tertium, quòd humetur & cum capite: aliàs non esset sepulchrum, nec locus religiosus: & hoc colligo ex significatione ipsius vocabuli, de sepulchro violato: nisi enim esset religiosus, violari nō posset: sola enim religio violatur. vt ff. eo. in ipsa Ru-

bric.& l.1.& l.prætor.& ff.de religiosis & sumpt.fune.
l.cùm in diuersis. Quartum, quòd illud sepulchrũ sit
violatũ, vt in l.prædicta, prætor. Et nomine sepulchri
intelligas omnem sepulturæ locum, vt in prædicta l.
prætor.§.sepulchri. Quintum, quòd non fuerit hostis
ille qui fuit sepultus. vt ff.eod.tit.l.sepulchra. Vnde in
hac actione Act.facit tal.posit. † POSITIO ACTORIS.E-
go, quòd talis mortuus est. Item in sepulchro tali fuit
sepultus, & cum capite. Item tu violasti illud. Item ego
sum agnatus vel cognatus illius: vel vnus de populo:
sed hoc vltimum non est necessariũ. Ecótra Reus facit
3 tales positiones. † POSITIO REI. Ego dico, quòd Titius
decessit. Item ille fuit hostis Romanos. si hoc confite-
bitur Actor, succumbet: quia nó tenetur de sepulchro
violato. vt ff.eodem.tit.l.sepulchra.ff.de relig.eum lo-
ca. Item tu qui agis, fuisti extraneus illi defuncto: si
hoc cófitebitur Actor, succumbet: quia non poterit a-
gere ad suum interesse. Vnde in hac actione concipiet
4 Actor ita libellum. † LIBELLVS. Vobis Domi.H. con-
queror ego Roger.de Marti. qui in dolo malo violauit
sepulchrum tale: putà, violando mortuum ibi sepul-
tum: vel lapides seu statuas remouendo: vnde cùm
ex illa violatione iniuria mihi sit illata & defuncto, &
damnum dedit in tantum: & tantum asportauit: quæ
omnia vt facta non essent, interest mea in ducentos au
reos. Vnde illud interesse meum peto: & ad hoc pro-
pono actionem in factũ ex edicto de sepulch.violato.
Quòd ita rectè cócipiatur libellus, dicit ff.eo.tit.l.prę-
tor.in princ.& quòd omnia illa cósiderentur, dicit lex
ff.eod.tit.l.prætor.§.qui de sepulchri. Verùm posset e-
tiam benè cócipi libellus, etiam si illa non apponeren
tur, vt retentis alijs dicat: meum interesse peto, quod
æstimo tantum. nam prædicta lex dicit illa æstimanda
esse à iudice: nó autem esse in petitione ponenda: & sic
sic cócipitur libellus, si velit agere is cuius est interes-
5 se. Si autem est extraneus, tunc dicas: † LIBELLVS. Con-
queror ego Roger.de Marti. qui dolo malo violauit ta-
le sepulchrum: vnde ipsum in centum aureis códem-
nari peto: & ad hoc propono actionẽ in factũ ex edict.
de sepulch.viol. Quòd ita rectè cócipiatur libellus, di-
cit lex prædicta. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd pri-
mus libellus nó possit concipi: quomodò enim defun-
cto posset inferri iniuria, cùm mors omnia soluat. vt in
Authent.de nupt.coll.4.§.deinceps. Item ita demũ po-
test quis agere iniuriarũ, si illam reducat ad animũ. vt
ff.de iniur.l.nó solùm.§.iniuriarum. defunctus autem
nec velle, nec nolle potest, nec ad animum reuocare. vt
C.de sacrosanc.eccle.l.1. Item ex persona sua nó potest
iniuriarũ agere: quia ille qui violat sepulchrũ, isti in-
iuriam facere noluit: iniuria enim ex affectu iniurian-
tis æstimatur, vt ff.de iniur. l.illud relatũ. & arg. ff. de
furt.l.qui iniurię causa. Respódeo ex persona vtriusq;.
nam ex persona defuncti agitur: quia defuncto fit in-
iuria. vt Instit.qui manu.poss.vel non.§.1.multæ etiam
qualitates viuorum mortuis attribuuntur. nam & ipsi
dormire dicûtur. vt C.de episcop.aud.l.nemo. ex per-
sona sua etiam habet actionem propter prædicta. nam
interest nostra, quòd nostris defunctis iniuria nó infe-
ratur: cùm intersit etiam nostra imagines auorum no-
strorum nõ videre auulsas. vt C.de admini st.tut.l.lex,
quæ tutores. OPPOSITIO. Item secũdo libello opponi-
tur. nam dicit quòd agitur ad interesse. sed cùm de in-
teresse tractemus, commodũ pecuniariũ attẽdimus. vt
ff.ad exhib.l.si liber homo.& ff.de seru.quoti.Respó.a-
gentis hac actione interest: & principaliter propter
tria: & quia iniuria est illata: & quia lucrũ sensit qui
violauit: & damnũ est illatũ: & temeritas violãtis. vt
ff.eod.tit.l.pretor.§.qui de sepulchris. Illud autem no-
ta in hac actione, quòd si plures volũt agere, ille pri-
mò admittitur, cuius iustior causa videtur. vt ff.eod.l.
prætor.§.1. Idem in interdict.de libe.homine exhib. vt
ff.de lib.homi.exhib.l.quòd & lex.§.hoc interdictum.
hoc enim in qualibet publica actione cótingit. vt ff.de
accus.l.si plures. Item illud etiam nota, quòd etiã si ex-
traneus primò egerit, & sentẽtia lata sit: alius cui præ-
senti primò daretur actio, si posteà vult agere nó audi-
tur, etiamsi Reipublicæ causa fuit absens: siue senten-
tia sit lata condemnatoria, siue absolutoria. vt ff.eod.
l.sepulchr. violati.& ff.de iureiur.l.cum qui.§.in po-
pularibus.& ff.de præuaricatoribus.l.3. † QVAESTIO. 6
Sed cùm absenti causa Reipublicę & reuerso omnia re-
stituantur: quia non debet obesse vel prodesse quod e-
uenit. vt ff.ex quib.caus.mai.l.1.cùm officiũ suum pub-
licum vel priuatum nemini debet esse damnosum. vt
ff.ex quib.caus.mai.l.videlicet. & ff.de furtis. l.seruoa
communis.in fin. 1.col. quæritur quare huic absenti a-
ctio ista non restituatur. cùm actio etiam competens
militi restituatur: nec perimitur eo tempore quo fuit
absens. vt ff.ex quib caus.mai.l.si qua. Respond. lex as-
signat rationem: quia cùm actio ista non ad rem fami-
liarem, sed ad vltionem pertineat, ideò militi nó resti-
tuitur. vt ff.de sepulch.viol.l.sepulchri. nam nulla ac-
cusatio absenti militi causa Reipublicæ restituitur. vt
ff.ex quib.causis mai.l.sciendum.& ff.de minorib.l.au-
xilium.§.1.l.si qua.ff.ex quib.caus.mai. vel aliter: actio
restituitur militi, quæ tantùm tempore expirauerat.
& hoc est quod dicit lex illa: si qua actio militi compe
tat tempore, quo Reipublicę causa abfuit, non perime-
tur. Verùm si res non sit integra, quia absentia lata est,
vt est hic, tunc non restituetur. Nec obstat d. l.scien-
dum: quia ibi loquitur de actione pœnali. vt in l.se-
quenti, denique. † Item illud nota, quòd si quis hac a- 7
ctione dicat nolle agere, potest pœnitentia acta ante-
quàm lis ab alio contestetur, agere. vt ff.de sepulc.vio.
l.prætor.§ si is cuius interest. Sed mirum videtur: cùm
alibi dicant iura, postquàm liti motæ de prędio renun-
ciasti, instaurari semel litem omissam iura prohibent.
vt C.de pact.l.postquàm. maximò cùm hæc actio vin-
dictam cótineat, vt dictum est, instaurari non debet.
Respondeo: hic casuale est, vt & aliàs in Tertulliano.
vt ff.ad Tertullia.l.filij.vel aliter. hoc ideò euenit pro-
pter verbum extensum, nollet: vbi sola prima volun-
tas eum non impedit, si posteà vult agere: sicut & alibi
in suo simplici contigit, scilicet volet: vbi prima vo-
luntas eligenti non nocet. vt ff.de verborum obligatio.
l.si quis stipulatus sit.

De prætorijs stipulationibus, scilicet de stipul damni infecti: rem pupilli saluam fore. & rem ratam haberi: iudic.solui: vt legator seu fidei commiss.nom. cauea. & de ope.noui nuncia. & iudicio sisti.

Rubrica.

1 *Stipulationes quot sunt.*
2 *Stipulationum iudicialium exemplo quare ponantur stipulationes de dolo.*
3 *Stipulationum omnium prætoriarum quatuor tãtùm instar actionis habere dicuntur: & per eas nouatio fit.*
4 *Stipulationes quare se ad instar actionis habeant.*
5 *Libellus in dictis quatuor stipulationibus, an necessarius sit.*
6 *Nouationes quare per prædictas actiones fiat.*
7 *Regula in prætorijs stipulationibus.*
8 *In stipulationibus prætorijs an de calumnia iuretur.*
9 *Stipulationes prætoriæ quo tempore tollantur.*

DE prætorijs stipulationibus videndum nobis in
fine edictorũ occurrit: in quibus Dominus Io-
an.in arbore actionum, circulum actio. non po-
suit, sed vocauit istas prætorias notas: ideò quia a-
ctiones non sunt, sed instar actionum obtinent. vt ff.de
actio.& obligatio. l.actionis verbo. ex qua lege repro-
batur Martini sententia, qui voluit dicere has esse a-
ctiones. & ff.de minoribus. l. quòd si minor. §. vltim.
Quæ prætoriæ stipulationes multę sunt, scilicet, stipu-
latio de damno infecto: hæc petitur in forma actionis:
& in ea concipietur libellus, vt infrà notabo. Est & † 1
stipulatio rem pupilli saluam fore: in hac nó formatur
libel. sed de plano expeditur, quoties tutor legitimus
interuenit, vel datus sine inquisitióe: testamẽtarius ete
nim

nim,& datiuusenm inquisitione non non satisdant. vt
ff. rem pupil. sal. for. l. 1. & Insti. de satisda. tutor. ista e-
nem interponitur statim ex quo tutor admittitur, ve-
rùm si ex hac stipulatione posteà agatur, scilicet finita
tutela: quia autè non potest. vt ff. rem pupil. sal. fore. l.
non quasi. §. generaliter. non erit actio illa ex stipula-
tu prætoria, sed ciuilis: de qua actione ex stipulatu ge-
neraliter dicemus infrà in tractatu ciuilium, & specia-
liter in sua Rubrica. Si autem tutor interuenisset, &
administratet sine satisdatione præstita: tunc posset pe
ti in locum actionis: & daretur libellus agente ipso pu
pillo vel seruo publico. vt ff. rem pupilli saluam fore.
l. 1. 3. & 4. & 5. & l. seruum pupilli. Est & stipulatio rem
ratam baberi, quæ interponitur à procuratore Acto-
ris, quoties dubitatur de mandato. C. de procurator. l.
1. Est & stipulatio iudicatum solui, quæ interponitur
à procuratore Rei. vt ff. de procuratoribus. l. qui pro-
prio. §. qui alium. & l. minor. is qui. de quibus duabus
stipulationibus plenè notat Dominus meus in Sum-
ma de procuratoribus. In his enim non datur libel-
lus, sed de plano expeditetur: ante enim non admitti-
tur procurator vel ad agendum, vel ad defendendum,
quàm dictæ satisdationes & stipulationes interponan-
tur, & ante litem contestatam: vt in prædictis legibus.
& ff. eodem. l. Pomponius. §. rati. Est & stipulatio quæ
interponitur, vt legatorum seu fideicommissorum no-
mine caueatur: quæ & ipsa prætoria est. vt ff. de acti-
onib. & obliga. l. actionis. In hac enim necessarius est
libellus, si non vult hæres de plano satisdare, de qua
statim dicemus. Est & stipulatio de operis noui nun-
ciatione prætoria, scilicet quæ interponitur ab ædifi-
care volente facta sibi nunciatione noui operis: vt si
appareat eum iniustè ædificasse, quòd debeat destrue-
re. Verùm aliquando satisdat, quoties nunciatur ne
quid in loco priuato ædificet, & cauet, quotiens nun-
ciatur nouum opus, ne quid in loco publico ædificet:
& quare in primo satisdet: in secundo caueat, ratio
assignatur: quia quotiens nuncias mihi, quando in pri-
uato ædifico, debeo tibi satisdare, quia iure tuo agis.
at quotiens nuncias in publico de opere illo destruen-
do, iure alieno contendis, & non tuo: vnde tanquàm a-
lieni iuris petitor repromissione contentus esse debes.
vt ff. de prætor. stipulat. l. 1. §. 1. & §. stipulationum. & ff.
de operis noui nunciat. l. non solùm. §. si cum iure. In
hac non datur libellus, si de plano non expeditur: quia
statim ex quo nunciatur nouum opus mihi, ego inter-
ponam huiusmodi stipulationem, scilicet de destruen-
do, si apparuerit me iniustè ædificasse: & de hoc ple-
nè notaui suprà de interdictis in speciali interdicto,
vt liceat ædificare cui nunciatū est, &c. quod est in pe-
nult. Rubric. in tracta. interdictorum. Est & stipulatio
prætoria, scilicet quæ interponitur & præstatur ab eo,
qui in ius vocatur, vt sistat iudicio, & vocatur iudicio
sisti, quæ ab eo interponitur, qui non est possessor re-
rum immobilium, vt ff. de prætor. stipul. l. 1. §. commu-
nes. & ff. qui satisda. cog. l. sciendū. In hac aūt non for-
matur ita libellus, sed de plano expeditur. vt C. de sa-
crosan. eccle. l. sed hodie. Istæ autem omnes stipulatio-
nes prætoriæ sunt. vt ff. de prætor stipulat. l. 1. Verùm li-
cèt omnes istæ dicantur prætoriæ, diuiduntur tamen:
quædam dicātur iudiciales, quædam cautionales, quæ-
dam communes, id est, & quæ a prætore inducuntur, &
a iudice interponuntur. vt Instit. de diuin. stip. §. vlt. &
ff. de prætor, stipul. l. 1. verùm Instit. de diui. stipu. fit a-
lia diuisio, quòd quædam sunt iudiciales, quædam præ-
toriæ, quædam conuentionales, quædam communes,
scilicet tam prætoriæ, quàm iudiciales. & etiam varia
2 exempla ponuntur. † QVAESTIO. Vnde quæritur, qua-
re in Instit. sub exemplo iudicialium ponantur stipu-
lationes de dolo, scilicet quando quis restituens seruū
post vsucapionem completam cauet de dolo, scilicet
ne corruperit animum serui. vt ff. de rei vendicat. l. si
post acceptum iudicium. & l. si homo. Item & stipula-
tio de persequendo seruo qui in fuga est, restituendó-
ve pretio, secundum quod habes exemplum ff. de rei
vend. l. si verò custodiendus. in §. autem. ff. de præt. stip.
l. 1. §. iudiciales. sub iudicialibus ponūtur exempla rem
ratam haberi, iudicatū solui, & de operis noui nuncia.
in Instit. de diui. stip. in vlti. §. dicūtur prædictæ stipu-
lationes communes. Respond. ratione diuersorum re-
spectuum ista nomina sortiuntur: nam in Instit. dicun-
tur istæ stipulationes iudiciales, scilicet à Iudice: quia
Iudex iubet illas interponi. vt ff. dicuntur iudiciales à
iudicio: quia propter iudicium ratum habendū inter-
ponuntur. dicuntur etiam communes: quia prætor in-
duxit & Iudex decreuit. † Illud autem nota, quòd om- 3
nium istarum prætoriarū stipulationum quatuor dicū-
tur habere instar actionis, & per eas fit nouatio. scili-
cet stipulatio de legato, stipulatio de tutela, scilicet
quando stipulatur quis à tutore legitimo rem pupilli
sal. for. & stipulatio rem ratam haberi, & damni infe-
cti. vt ff. de præt. stipul. l. 1. §. cautionales. † QVAESTIO. 4
Circa quæ quæritur qualiter habeant instar actionis?
Respond. ita quòd sicut per actiones petimus aliquid
nobis præstari vel dari: ita agimus, vt stipulationes
nobis præstentur: & concordat ff. de acti. & obligat. l.
actionis. † QVAESTIO. Nunquid ergò in omnibus illis 5
quatuor necessarius est libellus. Respon. in tribus cre-
do: sed in stipulatione rem ratam haberi non, sicut su-
periùs dictum est. Vnde circa diuisionem prætoriarū
stipulationū ita sentit Dominus meus R. stipulatio iu-
dicatum solui: & de oper. noui nunciat. interponūtur,
tur, vt iudiciū ratum sit, id est, vt mandetur executio-
ni quod iudicatum est. & in hac significatione dicun-
tur iudiciales. stipulatio autem iudicio sisti communis
est, & sic iudicialis: sed aliæ quidem interponūtur, nō
vt mandetur executioni iudicium, sed vt iudicio stan-
do reo iudicium explicetur & terminetur: sed ipse de
rato iudicialis dicitur in tertia significatione, id est, vt
iudicium non irritetur, sed in sua firmitate perduret.
Sanè dicūtur quædam cautiones, & instar actionis ha-
bent, id est, specialiter petuntur, sicut aliquid per acti-
onem petitur: vt cautio legatorum, & damni infecti, &
rem pupilli sal. for. à tutore legitimo. sed iudicio sisti,
& iudicatum solui, & de oper. noui nuncia. & de rato,
instar actionis non habent: nam principaliter non pe-
tūtur: sed tantùm contra aliquem agitur, & aliquid pe
titur, vt superiùs dictū est: & sic secundùm æquiuoca-
tionem nominū dicuntur etiā cautionales hæ. QVAE-
STIO. † Item quæritur qualiter per prædictas actiones 6
quatuor fiat nouatio? vt dicit ff. de præt. stip. l. 1. §. cau-
tionales. Respō. fit nouatio, id est, noua actio attribui-
tur: non quòd prima tollatur, sicut habes in simili: a-
ctio in factum nouat primam, id est, tanquàm noua pri
mæ adijcitur. vt C. de vsuris rei iudic. §. vltim. & vide
qualiter nouæ actiones attribuantur. Fit nouatio in le-
gati stipulatione. vtbi gratia, legatum erat mihi sub
conditione relictum: adueniente conditione ad peten
dum legatum multas habeo actiones: ex testamento,
hypothecariam, rei vendicat. vt C. commun de lega. l.
1. ff. de legat. 2. l. cùm filius. §. varijs. tamen si hæres pro-
mittit præstare legatum mihi adueniente conditione.
vt ff. vt legat. vel fideicommiss. nomine caueat. l. 1. ha-
beo ego legatarius modò nouam actionem ex stipula-
tu. De tutela fit nouatio, scilicet quando stipulor rem
pupilli sal. for. quia nouatio, scilicet ex stipulatu, adij-
citur actioni tutelæ: quæ quidem pupillo competit
pro his quæ quondam malè sunt administrata: nec ad-
mitto, quòd prima actio, scilicet tutelæ tollatur ex to-
to, si pupillus post pubertatem habuit ratam illam sti-
pulationem. vt ff. de nouatio. l. si pupillus. nam ibi tol-
litur actio l. tutelæ per exceptionem: cùm ad idem
ambæ actiones rei persecutoriæ non competant. vt ff.
de tribu. l. quòd in heredem. §. eligere. vel ibi interces-
sit stipulatio rem pupilli saluam fore, animo nouan-
di Rem ratam haberi stipulatio nouat, id est, noua ad-
ijcitur indebiti condictioni: quæ competeret & com-
petit etiam si hæc interposita non fuisset. ff. rem ratam
haberi. l. si hoc. & l. vlt. Damni infecti stipulatio nouat,
id est, noua adijcitur interdicto quod vi aut clam, cōpe
tenti. Item noua adijcitur actioni legi Aquiliæ, quæ
quidem cōpetit damno dato ex opere eius qui promit
tere

tere debuit,& nô promifit. vt ff.de ripa mun. vel noua adijcitur actioni in factum: vel côdictioni ex lege,quę
7 competit.vt ff.de damn.infect.l.prætor.§.vlt. † In prætorijs autem ftipulationibus, nota quofdam regulas generales. Primò, quòd omnes prætoriæ ftipulationes,aut rei reftitutionem continent: aut certam quantitatem.ff.eo.l.prætorię.item in omnibus prætorijs ftipulationibus fatifdatur, præterquàm in caufa damni infecti,vt fuprà diximus.vt ff.eod.l.generaliter. Item quòd perfonas pro fe defiderent interuenientes. vt ff. eod.l.prætoriæ.nec tenetur dare pecuniam, argentum vel aurum deponere.tamen citiùs reciperem prędicta, quàm fideiuffores,vt in l.prædicta. Vnde quæfiuit Dominus M. aliàs Otto. num.pigno. inuito Actori caueri valeat? Refpondeo,minimè. argumen. contra. ff.vt lega.nomi.caueat.l.filio. fed lex illa fpecialiter in patre loquitur: nec obftat quod loquitur ff.de collat.bon. l.1. §.iubemus. nam illa duntaxat inter fratres vel aliàs conferentes loquitur: vel fortè cautio illa nô eft prætoria. fed quòd non fit pignoribus cauendum inuito ftipulatore innuitur. ff.quorum legatorû. l.diuerfum. §.fi legatus.fed in l.prædicta prætoriæ manifeftè oftenditur, quòd maior cautio fit in rem, quàm in perfonâ. vt ff.de regul.iur.l.plus. Item prætoriæ ftipulationes fæpiùs interponuntur ex quo cautû effe defijt fine culpa ftipulatoris.vt ff.eod.l.prætoriæ ftipulationes.Item in prætorijs ftipulationibus: fi procurator meus ftipulationes interponat,& fit non foluendo, datur mihi vtilis.vt ff.eodem.l.in omnibus.Item in prætorijs ftipulationibus fi aliquod verbum fit dubium, prætoris eft interpretatio. vt ff.eodem.l.in prætorijs. Item omnes prætoriæ non funt actiones: fed iuftar habent actionum.vt ff.de act.& obliga.l.actionis verbo. fi enim habent inftar actionis: ergò non funt actiones. Nam vt dicit Ariftoteles, nihil eft id cui idipfum eft fimile. nam ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. vt C.ad Macedonian. l.vltim. non tamen eft mandatum: quia ex ratihabitione oritur neg.geft.act. vt ff. de neg.geft.l.Pompon.fcribit, fi negotium. ex mandato oritur mandati. vt Inftitut.eod.§.mandati. Ad iftas ergò ftipulationes interponendas interponitur officium iudicis,& per illud exigam cautiones illas feu ftipulationes interponi: ficut & reftitutio folo officio iudicis petitur,nifi in quatuor cafibus: putà, in actione de dolo: quod metus caufa: de alienatione iudicij mutandi caufa facta: & de capite minutis.in quibus fit reftitutio iure actionis: vt ex rubricis proprijs apparet. vt ff.de minorib. l.quòd fi minor. §. vltim. licèt enim ftipulationes prædictæ dicantur prætoriæ,& iudicis officio petantur interponi: actiones tamen ea illis poftea defcendentes ciuiles funt: quia ex ftipulatu oriuntur,præter omnes ftipulationes prædictas. quia ea ftipulatu cinilis. vt Inftitut.de actionib. §.de pecunia. Aliquando etiam prætor fuper ciuilibus etiam fe
8 interponet.vt ff.commod.l.1. † QVAESTIO. Sed illud quæritur: an in prætorijs iuretur de calumnia? Refpondeo, quòd fic. vt C.de iureiuran.propt. calum. dand.l.1.ff.de damn.infect.l.prætor.in princip.& l.qui bona. §.vltim. Item quæritur, an in his ftipulationibus iuretur in litem? videtur quòd fic.nam & in realibus iuratur in litem.l.videamus. §. in actionibus. de in lit.iur.& ff.de pignoribus.l.fi fundum.§.in vendicatione.ff.de dolo arbitrio.& de rei vendicat.l.qui reftituere. Refpond. non iuratur in litem, præterquàm in arbitrarijs perfonalibus. & hoc dicit ff.de in litem iuran.l.videamus.§.in actionibus.& præterquàm in actione ex ftipulatu, quando fuit homo promiffus, & fuit mortuus. vt ff.de in litem iurand.l.altas. Verùm quia in duabus prætorijs ftipulationibus neceffarius eft libellus,fcilicet in ftipulatione damni infecti, & vt legatorum nomine caueatur, vt diximus fuprà. ideò de eis videamus. & primò de ftipulatione, de damno in-
9 fecto. † QVAESTIO. Sed illud vltimò quæritur, quomodò tempore tollantur iftæ prætoriæ ftipulationes? & videtur inprimis,quòd in quadriennio, & hoc ratione doli: cùm enim prætoriæ ftipulationes officio iudicis petantur.vt ff.de præto.ftipulat.l.1.& Inftitut.de diuin.ftipular. ergò continuo quadriennio tolluntur. nam & reftitutio quę petitur officio iudicis.vt ff.de minor.l.quòd fi minor.§.vlti.continuo quadriennio officium iudicis tollitur,quo datur reftitutio. vt C.de minorib.in integr.reftit.l.vltim. fi hoc dicimus, iam fequetur abfurditas: ecce iam eft quadriennium, quòd domus tua minata eft ruinam.fic nô poffum vltrà quadriennium petere caueri.Item iam eft quadriennium, quòd relictum fuit mihi legatum,& fub conditione:& hæreditas fuit adita & conditio nondum extitit: ergò amodò non poffum petere cautionem. Refpondeo, nô credo,quòd in cafibus iftis, hoc eft, in prætorijs ftipulationibus,quę iudicis officio interponantur,quadriennio tollantur.& hæc vide in fimili: alimenta petuntur officio iudicis.vt C.de alendis liberis.l.liberis. l.2. ff.de liberis agnofcendis.l.1.& 2.pone ergò,quòd filius non petijt alimenta à patre iam funt quatuor anni, amodò non petet? certè fi hoc diceres, fumma effet iniquitas,& filius iam fame periret: puto,igitur quòd vfque ad viginti annos poffit petere: licèt enim officium iudicis non fit actio. vt ff.de minorib. l.quòd fi minor. §.vltim. tamen operatur idem quod operatur actio.vnde generaliter fumptum nomen actionis pro officio iudicis ponitur.ff.de actio.& obligat. l.actionis. & ibi etiam dicitur, quòd prætoriæ ftipulationes obtineant inftar actionis. & aliud in reftitutione,pro qua officiû iudicis côpetens quadriennio tollitur. ibi etiam vult refcindere quis,quod fecit: fiue de minore,fiue de maiore loquamur. vt ff.de minor.§.reftituta.Vnde cùm fiat ad læfionem alterius partis.vt ff.de minor.l.verum. ideò certis temporibus limitatur: ficut & aliàs limitatur certis temporibus in accefforijs vno die.vt ff.de re iud.l.Paulus. At in iftis ftipulationibus prætorijs, per quas ius meum competiturum profequor, non eft mirum fi vfque ad annos 30.audior: ficut in cæteris actionibus perfonalibus.vt C.de conftit.pecu.l.2.

Si ædificium alicuius minatur ruinam, poteft dominus alterius ædificij vicini petere, vt fibi caueat nomine damni infecti.

De damno infecto. Rubrica.

1 *Aedificium alicuius fi minetur ruinam ædificio vel prædio alterius, poteft dominus vicinij ædificij à domino ædificij minantis ruinam, petere quòd fibi nomine damni infecti promittat.*

2 *Aedificij minantis ruinam, cautio vt peti poßit, quot requirantur.*

3 *Pofitiones Actoris & Rei in tali actione. & nume.4.*

5 *Libelli in tali actione quomodo formentur.*

LICET Dominus Ioan.de arbore actionum circulum fuper ftipulatione damni infecti non pofuerit,tamen cùm fit digna circulo,& ipfa caufa celeritatem defideret.vt ff.de dam.infec. l.1. ideò benè eft, quòd ei celeriter fuccurramus,eam difcutiêtes ad plenum: quando locum habeat: & quando debeat interponi. † Sciendum eft, quòd fi ædificium alicuius mi- 1
natur ruinam ædificio vel prædio alterius, poteft dominus vicini ædificij à domino ædificij minantis ruinam, petere quòd fibi promittat nomine damni infecti: quæ ftipulatio continebit totum intereffe illius vicini, fi fortè poftea damnum ea illo ædificio ruinofo contingat.vt ff.eodem. l. in hac ftipulatione vdnit. & l. fed & fi condicere.& l.damni infecti ftipulatio. Quæ ftipulatio fi non interponatur, mittitur ille, qui debebat ftipulationem recipere in poffeffione ædificij ruinofi.vt ff.eodem.l.dies cautioni.§.2.& 3. † Vnde 2
ad hoc vt cautio & ftipulatio poffit peti, oportet quòd multa interueniant. Inprimis,quòd ædificiû fit ita ruinofum,quòd damnum ea illo vicinus timere poffit: & ita quòd damnum fit futurum: propterea dicitur ftipulatio damni infecti, ideft,nondum facti.ff.eo.l.2. Ideò dico de damno futuro: quia fi damnum effet datum, haberet locum lex Aqui.vt ff.eodem.l.prætor. §.hoc edictum.

ctum. Inst. ad leg. Aquil. §. vlt. contingit tamen vt damno dato non agatur: quia cautione non interposita, si ædificium cadat ante interpositam stipulationem, dominus liberatur à præstatione seu restitutione damni illius, si omnia rudera habet pro derelicto. verùm si vult illa rudera tollere, non potest, nisi caueat tam pro præterito, quàm pro futuro damno: imò ei qui passus est damnum, consulitur, quòd agat contra illum per edictum, cuius nomen non habemus: & ideò dicimus, quòd ibi interdictum ponitur pro actione in factum. vt ff. de præscript. verb. l. sunt. & sic compelletur dominus ruinosi ædificij, vel tollere rudera, & cauere de damno tam præterito, quàm futuro: vel totas ædes pro derelicto habere. vt ff. eod. l. euenit. & l. prætor ait. §. vlti. Intellige ita damnum, si cótineat ademptionem seu diminutionem patrimonij. vt ff. eod. l. dánú. lucri enim nó habetur ratio. vt ff. eo. l. fluminum. §. vlt. & l. seq. & l. proculus. & hæc omnia locum habent tam in prædio vrbano, quàm rustico. vt ff. eod. tit. l. si finita. §. ea hoc edicto. & l. emptor. §. si agitur. Secúdum, vt illud damnum quod potest contingere, cótingat vitio operis quòd priuati sit loci & ædium in vrbano. in rustico sufficit vitiú soli: siue damnum cótingere possit tunc cùm opus fit, siue postea. Cæterùm, si vi ventorum, vel alia vi diuina aliquod damnum detur, stipulatio non committitur, nisi ædes sint ita vetustissimæ, quæ de facili cadere possint ex qualibet vi ventorum. vt ff. eod. l. fluminum §. 1. & § vitium. & §. item seruus. & §. item apud Iulianú. & l. damni infecti quidá. Ideo dixi de opere quod fit in loco priuato: quia si fiat in loco publico, Princeps vel præses est adeundus: vt prohibeat per interdic. ne quid in loc. publi. fiat. vt ff. eod. l. flum. num. §. 1. & ff. ne quid in loc. public. l. 1. & 2. Tertium, vt denuncietur illi cuius est domus vel ager, si est præsens, vt cautionem interponat: alioquin denuncietur domui, vel procuratori, vel inquilino illius: ad hoc vt posteà si damnum contingat, possit agere contra dominum ædificij ruinosi. vt ff. eod. l. dies. §. prætor. & §. totiens. Quartum, vt postulet quis caueri sibi pro tribunali, alias non aget. vt ff. eod. l. dies. §. hoc autem iudicium. Quintum, vt is qui petit sibi caueri, iuret de calumnia primò. vt ff. eo. l. prætor. & l. qui bona §. qui dánni. & §. vlt. Sextum, vt si est dominus qui debet promittere, tantùm promittat: si non est dominus, satisdet. vt ff. eodem. l. prætor. & l. damni infecti stipulatio. nisi sit dubium sit dominus nec ne: tunc sub exceptione promittet. vt si constabit illum non esse dominum, satisdet. vt ff. eodem. l. qui vias. semper enim possessor conueniendus est, & si non sit dominus, vt stipulationem [illegible] vt ff. eodé. l. inter quos. §. si dominus. Septimum, vt [illegible]es apponatur, infra quem diem duret cautio. vt ff. eodem l. dies, in princip. & l. qui bona. §. vltim. & ff. eodem. l. diem. dies autem illa statuetur arbitrio iudicis. vt ff. eodem. l. prætor, in princip. præterquàm si fiat opus in flumine publico, vel loco publico, vel ripa [illegible]sios: tunc tempus decem annorum statuitur, infra quod duret satisdatio. & hoc ideò, quia fit in publico. [illegible]eo lem. l. si finita. §. deindè. Octauum, vt alio modo quis non possit sibi consulere: alioquin stipulationem non petet interponi. & si interposita fuerit, non tenet. ff. eodem. l. si ædibus. & l. qui bona. §. de illo. & l. damni. §. ei cui. & §. ei qui. & l. inter fructuarium: nisi in inquilino. vt ff. cod. l. inter quos paries. Nonum, vt ille qui petit cautionem, non sit qui iam cessit ædibus ruinosis. vt ff. eodem. l. qui bona. §. si quis quia sibi. Decimum, vt nomine illatum ædium tantùm committatur stipulatio, quæ fuerunt tempore interpositæ stipulationis: licet de rebus postea inductis in domo teneatur & committatur stipulatio. vt ff. eod. l. damni. §. si is qui vicinas. Vndecimum, quòd iustè habeat ædificium, pro quo petit sati dari sibi: alias si illicitè ædificauit, stipulationem petet. vt ff. eod. l. qui bona. §. si quis iusta. Et nota, quod pro opere priuato est satisdandum in alieno: cauendum in proprio. in publico de vitio operis tantùm. vt ff. eodem. l. si finita. §. deindè. & l. hoc ampliùs. § quæsitum. & l. fluminum. §. 1. 2. 3. Duodecimum, vt non satisdet vel caueat, mittatur Actor in possessionem ædium ruinosarum. vt ff. eod. l. si finita. §. ex hoc edicto. vt tædio affectus veniat cauturus vel satisdaturus, & hoc ea primo decreto: & sic dominus nó deijcietur. Si autem fiat missio ea secundo decreto, fiet dominus, si ille fuit dominus: alioquin paratur sibi vsucapiendi conditio. vt ff eod. l. si finita §. Iulianus. & postquàm vsuceperit vel factus est dominus, non erit locus cautioni vel satisdationi. vt ff. eodem. l. si finita. §. postquàm. Verùm si ille in cuius domo debebat fieri missio, si prohibeat, tenebitur actione in factum ad interesse ex illo interdicto, ne vis fiat ei. per quam actionem si sit consecutus interesse nó aget ad cautionem. vt ff. eod. l. damni. §. si pupillus. & §. Cassius. & § si mádato. & §. non solùm. Tertiumdecimum, vt in solidum caueatur vel satisdetur. vt ff. eod. l. stipulatio. Quartumdecimum, vt si stipulatio sit interposita: & posteà damnum detur: quod detur vel contingat culpa ædificij: vel ipsius qui cauit, vel satisdedit: aliàs non committitur stipulatio. vt ff. eod. l. fluminum. §. quanquàm & §. Cassius. & §. item apud Iulianum. Quintumdecimum, vt si plures sint, qui debent stipulari nomine damni infecti, vel stipulationem recipere, stipulationé recipiant sine adiectione partis: puta, promittis nobis nomine damni infecti, de sua quilibet parte stipulari videtur: alioquin si quilibet stipuletur: pone pro tertia, cum res essent domini: pars adiecta parti partem faceret, id est, quòd stipulatus videatur de tertia tertiæ. Cæterùm, si plures sint, qui debent stipulationem interponere quilibet promittat de tertia pro indiuiso. pone, quòd tres domini erant pro indiuiso illarum ædium, ne si aliter promittant, videretur quilibet in solidum obligatus. vt ff. eodem. l. plures. cùm ex omni contractu possint fieri plures rei debendi. ff. de duobus reis. l. eadem. Eodem etiam modo credo in pluribus debentibus recipere stipulationem, si dicút ita: promittas mihi pro tertia totius domus pro indiuiso: alioquin ratio diuersitatis reddi non posset. Actor autem his positionibus vtatur. † POSITIO ACTORIS. 3
Ego dico, quòd ædificium tale est ita ruinosum, quòd damnum de facili continget. Item illud damnum vitio operis continget, si non est datum: si est datum, dicat contingit. & hoc si agatur de vrbano ædificio. Cæterùm de rustico prædio dicas in positione vitio soli. Itẽ denunciaui tibi vt caueres mihi vel satisdares: vel denunciaui domui tuæ, cùm te nó inuenissem. Item petij coram iudice, vt mihi caueres, vel satisdares. Item ego iuraui vel paratus sum iurare, quòd calumniæ animo nó peto cautionem interponi. Item quòd tu promisisti mihi vel satisdedisti nomine dánni infecti. Item iudex apposuit certum diem infra quem debet cautio ista durare. Item hoc solo remedio consulitur mihi. Item istas ædes habebá ego vicinas tempore interpositæ stipulationis, & tot res habebam in domo. Item tale ædificium iustè habebam iuxta tuum ruinosum. Item quia noluisti mihi cauere, fui missus in possessionem ædiú ruinosarum, ea primo vel ex secundo decreto, & tu me prohibuisti. Item cùm sis dominus in solidum, tu mihi cauisti pro tertia. Item damnum quod contigit, cótigit culpa tui cauentis, vel vitio ædificij. Item tu cauisti pro tertia: quia pro tertia dominus eras. Econtrà Reus vtitur istis positionibus. † POSITIO REI. Ego 4
dico, quòd ædificium meum est benè munitum: si istud confiteatur Actor, succumbet: quia iam ruinam non minatur. Item illud damnum quod dicis illatum, datum fuit ex maxima vi ventorum. Item mihi denunciasti, cùm irem ad scholas, & sic extra iudicium. Item cùm à re peterem, vt de calumnia iurares. iurare renuisti. si hoc confitebitur Actor, succumbet. vt C. de iureiur. propter calum. l. 2. Item dico, quòd post diem à iudice appositum damnum contigit. Item tu potes habere contra me actionem communi diuidundo: cùm res ista mihi & tibi communis sit. Item ædes istas pro quibus agis, tu emisti post interpositam stipulationé. Item illam domum illicitè ædificasti. Item volui cauere, & tu cautioné recipere recusasti. Itẽ tu es pro tertia parte do-

te dominus. & ego caui tibi pro tertia parte tuæ par-
tis: nec miretur aliquis de istis varijs positionibus:
quia vna videtur alteri cõtraria, ideò auenit, quòd hic
tractetur de tribus: de cautione vel stipulatione inter-
ponenda: de damno dato post cautionem interpositã.
Item si nõ fuerit cautum, quid faciat index. & si prohi-
beatur postquàm missus fuerit, quid fieri debeat: vnde
positiones si vario modo fiant, nõ est mirum. In hac au
tem actione cõcipiet Actor ita libellũ. Inprimis, quado
5 do vult petere cautionem interponi. † LIBELLVS.
Ago ego R. cõtra M. quia ædificium suum minatur rui-
nam ædificio meo: vel cùm habeat ædificium ruino-
sum iuxta ædificium meum, & posset de facili mihi da
mnum cõtingere: quòd mihi caueat nomine damni in-
fecti, vel satisdet: & ad hoc propono officium iudicis.
Quòd ita rectè cõcipiatur libellus, dicit ff. eod. l. 1. & l.
dies. & l. prætor ait. §. 1. & ff. de prętor. stip. l. 1. & Instit.
de diuin. stipul. & ita cõcipietur libellus pro cautione
interponenda. OPPOSITIO. Sed opponitur, quòd vi-
deatur libellus malè conceptus. Inprimis lex dicit,
quòd sine actione nemo experiatur. vt ff. de administr.
tut. l. quoties. §. si temporali. ff. de neg. gest. l. si pupilli.
§. fin. ff. quod met. caus. l. extat. hic autem & si sit propo-
situm officium iudicis, nõ tamen est actio. vt ff. de mi-
nor. l. quòd si minor. §. vlt. Respond. Similis oppositio
posset [illegible] ri in omnibus, in quibus imploratur officium
iudicis: vt in restitutionibus, & in causa alimẽtorum:
secundùm quòd dicit vnum generale iudicis officium.
Vnde respõden, nemo sine actione experitur, vel sine
illo quod obtinet vicem actionis, sicut in officio iudi-
cis. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur: Certum est,
quòd quicunque nobis obligatur, aut ex cõtractu, vel
quasi: aut ex maleficio vel quasi obligatur. vt Instit. de
obligat. & ff. de act. & obligat. l. 1. hic autem nullo iure
mihi obligatus est: ergo cõtra eum nõ ago. Respõd. ve-
ra est regula, vbicunq; ago cõtra aliquem actione per-
sonali, cùm peto aliquid mihi præstari ex iure meo. at
quando intento iudicis officium, nil intento quod iure
meo mihi cõpetit, sed quoddam auxilium ab ipso iudi
ce imploro. In realibus ago cõtra illum, qui nullo iure
est mihi obligatus, sed ideò quia rem habet seu possi-
det. vt Instit. de act. § 1. & ita hic & si nullo iure sit mihi
obligatus, tamẽ in hoc ago quòd ædificia ruinosa pos-
sideat. sicut enim actio in rem possessorem persequi-
tur. vt C. de alienat. iudic mutan. causa fac. l. 1. ff. de rei
vendicat. l. officium. ita & hic. vt ff. eod. l. inter quos. §.
si dominus. Simile etiam habes in actione in factum
de pauperie: quæ nõ oritur nec ex cõtractu vel quasi:
nec ex maleficio vel quasi. animal enim nõ dicitur de-
linquere, cùm sensu careat: sed tamen tenetur qui ha-
bet animal. vt ff. si quadrup. paup. fecis. dic. l. 1. & lex e-
tiam in causa damni patificat ista duo, scilicet ædes &
animalia, vt non sint nobis vltra eorum æstimationem
damnosa. vt ff. eodem. l. prætor ait. §. hoc edictum. OP-
POSITIO. Item non videtur, quod aliquo modo possit
dominus ædificij ruinosi cõueniri etiam ad cautioné.
nam si ædificium meum minatur tuo ruinam, quare vo
lo cauere nomine damni infecti, de damno posteà cõ-
tingente: cùm ædificium sit res quæ spiritu careat: li-
cet quadrupes spiritum habeat. vt ff. eod. l. prætor. Re-
spõ. iusta est ratio: nónne diximus suprà, quòd ad istam
cautionem agimus, quoties propter vitium operis da-
mnum cõtingit, vel ædium: ergò culpa domini pręces-
sit in ædificando opere: quare ad cautionem tenetur.
Vnde cùm habeas electionem vel cautionem interpo-
nere, vel ædes pro derelicto habere si cautionem vis
præstare, habebis ædes tuas, sicut suprà diximus. Si au-
tem vis cõcipere libellum, quia damnum sit secutum,
9 ita dices. † LIBELLVS. Ego R. ago contra M. qui cùm
mihi promisisset nomine damni infecti, propter ædi-
ficium suum ruinosum, quod erat iuxta ædificium me-
um, illud cecidit, & totum meum ædificium destruxit:
vnde vt prædictum damnum mihi emendet vel resar-
ciat, ago cõtra ipsum: & propono actionem ex stipula-
tu. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit ff. eodem.
l. prætor ait. §. 1. & 2. Si autem fui prohibitus quando
debui mitti ex primo decreto, vel ex secundo: qualiter
cõcipiatur libellus, quære supra, ne vis fiat ei, qui in
possessionem missus est, & ibi inuenies.

*Si legatum relinquatur, legatarius potest petere ab hære-
de caueri, seu satisdari de legato illo præstando, & hoc
per officium iudicis.*

De satisdatione legatario præstanda per offi-
cium iudicis. Rubrica.

1 *Satisdatio legatario præstanda vt peti possit, quot requi-
rantur.*
2 *Satisdatio dicta semel interponitur & non sæpius, nisi no-
ua causa allegetur.*
3 *Missio in possessionem, multis de causis impediri po-
test.*
4 *Legatarij plures si in possessionem mittantur, licèt vnus
primò, alter secundo, nullus erit potior altero, sed omnes
ius æquale habebunt.*
5 *Ex legatarijs vnus si mittatur in possessionem, sic si-
bi prodest, non autem alijs: creditoribus autem econ-
trà.*
6 *Positiones Actoris & Rei in tali satisdatione. & nu-
m. 7.*
8 *Libelli in tali actione quomodo concipiantur. & nu-
me. 10.*
9 *Legatum quando purè relictum est, ab adita hæredita-
te dominium in legatarium transit: sic tamen non pe-
tat legatum sibi dari per actionem ex testamento, vel cer
ti condictionem: vel quare non anocet per rei vendica-
tionem, vel hypothecariam.*

NIHIL est magis quod debeatur hominibus, quã
vt supremæ voluntatis liber sit stylus, & lici-
tum quod iterum non redit in arbitrium. vt C.
de sacrosan. eccles. l. 1. itaque cùm legata a testatore re-
linquuntur, & hęredes ea præstare nolunt, legatarij a-
gunt cõtra hęredes, vt pro legatis pręstandis siue pu-
ris, siue sub cõditionibus relictis, siue in diem: & pro
illis maximè caueant sibi, id est, satisdent. & si satisda-
re nolunt, mittuntur postea in possessionem rerum hę-
reditatis, & etiam aliquado hæredis. vt infra dicemus.
vt ff. vt lega. seu fideicom. nomine ca. l. 1. & l. etiam. Vn
de † ad hoc vt ista satisdatio possit peti, & si nõ præste-
tur, quòd fiat missio, oportet quòd multa interueniat.
Inprimis, quòd relicta sint legata siue in testamento, si-
ue in codicillis, hoc est, ab intestato. vt ff. eodem. l. post
quam. §. si dies. & l. etiam. §. vlt. Secundum, quod hę-
ditas sit adita: alioquin si certum sit hęreditatem [illegible]
ditam, vel repudiatã, vel omissam, vel necessarios abs-
tentos, satisdationi non est locus: nisi sit dubium an sit
adita vt ff. vt in possess. legat. l. 1. §. vlt. & l. 2. Illud autẽ
not. quod pręstatur hęc satisdatio etiam si hęres locu-
pletissimus sit, pręterquam in fisco, qui non satisdat, si
sit hęres institutus. & in Respub. sed caueret. vt ff. eod.
l. 1. in princip. §. & si ad fiscum. & l. si quando. §. vlt. Ter-
tium, vt legatarius nõ sit lit. cõtestatus pro legato prę-
stando: tunc enim cessat satisdatio. vt ff. eod. l. 1. §. nõ so
lùm. Ideò enim fuit inuentum istud remedium satisda-
tionis pro legatis, siue puris, siue coditionalibus, siue
relictis ex die certa: quia pro conditionalibus bonum
est, quòd sit cautum legatario, vt adueniente cõditio-
ne vel die, habeat legatum pro puro. ideò quia peten-
do legatum nõnullas moras habet exceptio iudicij: vn
de si est tibi cautum, es magis securus: licèt præstita sa-
tisdatione omnis exceptio sit salua hæredi cõtra lega-
tarium agentem ex stipulatione: sicut si ageret pro le-
gato. vt ff. eod l. stipulatio. & l. etiam. & l. 1. §. si quis sub
cõditione. Quartum, vt iuret inprimis legatarius de ca
lumnia, quod generale est in omnibus satisdationibus
nam si hæres dicit, hodie cõstat de fideicõmisso, hodie
agamus, audiendus est. vt ff. vt in possess. leg. si is à quo.
§. 1. & ff. eod. l. postquam. §. si dies. Quintum, vt non sit
prohibitus legatarius satisdationẽ petere: potest enim
hæc

hæc satisdatio à testatore remitti, cum fauore suæ vlti-
mæ voluntatis sit inducta: licet satisdatio de viendo
fruendo arbitrio boni viri remitti non possit. vt C. eod.
tit. l. 1. & l. scire. & ff. eod. l. licet. Adeo quidem, quòd si
persona hæredis sit suspecta, & totam substantiam dis-
sipet? non possit compelli ad satisdationem, cùm sit sibi
remissa: imò & si interposuit, possit condicere. vt ff. eo.
l. vlti. & ff. vt in possess. leg. l. 1. in prin. nec est contra ff.
ad Trebel. l. imperium. vbi filius agit ad cautionem in-
terponendam contra patrem, si pater substantiam dis-
siper. nam ibi non fuerat satisdatio à testatore remissa.
Sextum, vt legatarius petat sibi caueri: non enim debet
offerre hæres: sed petenti moram non facere. vt ff. eo. l.
s. §. non exigit. satisdatio ista est præstanda legatario,
vel suo successori in puro legato: verùm in conditio-
nali successori non caueo, quia legata conditionalia ad
hæredes non transmittimus. vt ff. eo. l. 1. §. non solùm. &
§. si quis sub cōditione. & ff. de reg. iur. l. quæ legata con
2 ditionalia. † Item nota, quòd satisdatio ista semel inter-
ponitur, & non sæpiùs, nisi noua causa allegetur, putà:
quia fideiussor decessit: aut inopinatè patrimonium
suum amisit. non autem erit ita si receperit egenos fide-
iussores, quia bonum facit nomen. vt ff. vt in poss. leg. si
is a quo. §. vlt. & l. planè. & ff. de fideiuss. l. 1. & ff. man. l.
inter causas. Adeò quidem hoc est verum, quòd si lega-
tum relinquatur, vt si legatarius amiserit toties, quòd
rursus habeat vel quotiens amiserit habeat, non præ-
stabitur cautio nisi semel. vt ff. eod. l. 1. §. si quis ita. & §.
de his. ff. de legat. 1. l. fideicommissa. §. si quis decem a-
licui. Si autem hæres satisdare non vult, mittitur lega-
tarius in possessionem rerum hæreditariarum, vt tædio
hæres affectus veniat satisdaturus, & interim legata-
rius erit in illa possessione: licèt non possideat, nisi cau
sa custodiæ, & custodiet fructus, ne consumantur ab
hærede. Verùm si hæres non vult tollere, poterit lega-
tarius posteà tollere, & seruare fructus, & vendere, si
tales erant, quos expediebat primo tempore vendere,
& qui seruando seruari non possunt, & pretium serua-
re: non tamen eos diminuet causa vescendi, nisi sit filia,
neptis, proneptis, & vxor: nec habeat aliquid de suo,
& nisi mittatur filius agendo petitione hæreditatis,
tunc enim fructibus vtitur. vt ff. vt in possess. legat. l. si
is cui. §. 1. & § quod legatorum. & l. quæ legatorum. &
ff. ex quib. caus. in possess. eat. l. Fulcinius. § penult. & ff.
de acquiren. possess. l. possideri. §. penultim. & ff. quo-
3 rum legatorum. l. 1. † Missio tamen impeditur multis
de causis. Ecce si venter sit in possessione, vel si vxor
prægnans. vt ff. vt in possessio. legat. l. cum venter. I-
tem impeditur si calumniæ causa petatur. vt ff. vt in
possess. legat. l. is à quo. Item impeditur si fuerit à testa-
4 tore remissa cautio, vt superiùs diximus. † Sed illud
nota, quòd si plures legatarij mittuntur in possessio-
nem, licèt vnus primò, alter secundò: nullus erit po-
tior altero, sed omnes æquale ius habebunt: hoc verum
est si sunt eiusdem tituli, alioquin secùs. vt ff. vt in pos-
sess. legat. l. is cui. §. qui prior. & ff. de priuileg. credito-
rum. l. priuilegia. C. qui pot. in pign. hab. l. 2. & 1. & C.
de bonis author. iudic. possid. l. 1. QVAESTIO. Sed illud
5 quæritur, quare si vnus ex legatarijs mittitur in pos-
sessionem, sibi prodest, & non alijs, vnus autem de cre-
ditoribus si mittatur, quod prodest omnibus. vt ff. vt in
possess. legat. l. is cui. §. si plures. & C. de bonis autho.
iudi. possid. l. vltim. Respondeo: ideo missio creditoris
vnius prodest cæteris: quia certant de damno euitan-
do, sed legatarij de lucro captando. argumen. C. de iur.
del. hæ. l. sancimus. §. licentia. & C. de codicil. l. vltim.
Sed hæc ratio tollitur. Nam & hi qui mittuntur in pos-
sessio. ea causa damni infecti, mittuntur causa damni
euitandi: & tamen missio vnius non prodest cæteris, vt
ff. de damn. infect. l. si finita. §. si plures. vnde si aliud est
in creditoribus, non est mirum: in causa damni infect.
est quòd imputetur negligentiæ illius, qui potuit pete-
re quòd sibi caueretur, & non fecit, videndo domum
ruinosam, quod creditoribus alijs imputari non po-
test. In hac autem satisdatione petenda actor sa. ta.
6 posi. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd talis in te-
stamento vel codicil. mihi rem talem legauit. Item ip-
se instituit te hæredem, & tu adiuisti hæreditatem il-
lius. Item modo in primis à te satisdari peto. Item ego
sum paratus iurare, quòd animo calumniæ non peto.
Item dico, quòd testator sine aliqua prohibitione præ-
cepit mihi legata præstari. Econtra, reus fa. ta. positio.
† POSITIO REI. Ego dico, quòd talis fuit minor 14. an- 7
nis. si hoc confitebitur actor, succumbet. quia talis fuit
qui non potuit testari. vt Instit. de testamen. & C quan-
do prouoc. non est necess. l. 2. Item talem tantùm hære-
dem instituit. Item ab intestato decessit sine testamen-
to & codicill. Item hæreditas fuit omissa vel repudia-
ta ex testamento, & adita fuit ab intestato. si confitebi-
tur actor, succumbet. quia ea quæ in testamento relin-
quuntur, ita demùm valent, si ex testamento adeatur
hæreditas. vt C. de fideicomm. l. eam quam. Item tu in-
cœpisti à me petere legatum. Item petij vt iurares de
calumnia, & tu recusasti. si hoc confitebitur actor, suc-
cumbet. vt C. de iureiurand. propt. cal. l. 2. Item te-
stator prohibuit satisdari. Libellus concipitur ita. † LI- 8
BELLVS ACTORIS. Vobis domino H. conqueror ego
R. de M. quod cùm sit institutus hæres in testamento ta-
lis, & mihi res talis sit à testatore legata, & hæredita-
tem adiuerit, & mihi satisdare noluit, peto vt mihi sa-
tisdet de illa re legata præstanda: ad hoc propono offi-
cium iudicis: vel hoc peto fieri per officium iudicis
domine iudex. Quòd ita rectè concipiatur libellus,
dicit ff. eo. titu. l. 1. & l. etiam. & ita concipitur libellus,
quando legatum relictum est purè. † QVAESTIO. Sed
illud quæritur, quando legatum relictum est purè, cùm
ne ab adita hæreditate dominium transit in legatari-
um? vt ff. de furt. l. a Titio. & ff. quemadmo. serui. amit-
ta. l. si partem. §. 2. quare ergo non petit legatum sibi da-
ri, per actionem ex testamento: vel certi condictione?
vel quare non auocat per rei vendica. vel hypotheca-
riam? vt suprà. commu. de leg. l. 1. ff. si certum peta. l. cer-
ti condictio. in princip. & ff. de lega. 1. l. cùm filius. §. va-
rijs. Responden, lex assignat rationem, quia nonnullas
moras habet exceptio iudicij: & lites prorogantur, v-
tilius est, quòd satisdatio interponatur, nec habet lo-
cum aliqua exceptio, nisi esset paratus incontinenti
probare, quasi diceret: hodiè constat, hodiè agamus. vt
ff. vt in possess. lega. seu fideicom. l. si is a quo. Item e-
uẽtus litis dubius est, & incertus. vt ff. de pecul. l. quod
debet. Si autem legatum fuit sub conditione relictum,
retineas omnia, & dicas. † LIBELLVS. Cùm talis mihi 9
rem talem sub conditione reliquerit, & satisdationem
petijt, & noluit mihi satisdare, peto quòd satisdet mi-
hi vt adueniente conditione mihi debeat legatum præ-
stare, & hoc peto mihi fieri per vestrum officium do-
mine iudex. Quòd rectè concipiatur libellus, dicit ff.
eo. tit. l. 1. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur,
quòd libellus iste sic posset concipi: ante enim condi-
tionis euentum nullus transfigit creditor, nec vllum
ius habet, siue quæramus de conditionali legato, siue
de conditionali stipulatione: nisi quòd hoc plus est in
stipulatione: quia illam spem transmittimus ad hære-
des, in legato conditionali non. vt Instit. de verborum
obligatio. & ff. de regul. iur. l. quæ legata conditiona-
lia. Respondeo: non est creditor vt possit petere. vt ff.
si certum peta. l. certi condictio. §. 2. & ff. quando dies
vsusfruct. leg. cedit. l. 1. in fi. & ff. de verbor. significa.
l. cedere. creditor tamen est quantum ad hoc, vt petat
sibi satisdari. vt ff. de act. & obligat. l. cui. & ff. de ver-
bor. signif. l. creditores. & ff. de iudic. l. in omnibus bo-
næ fidei.

In quibus actionibus primum & secundum decretum interponatur. Rubrica.

1 *Contumax propriè quis esse dicatur.*
2 *Decretum primum cur interponatur.*
3 *Decretum primum an tam in personalibus quàm in realibus actionibus locum habeat.*
4 *Decretum primum quid in personalibus actionibus operetur.*

5 *In decreto primo detentatio quid profit, licèt alijs noceat.*
6 *Missus in possessionem ex primo decreto, an habeat ali-*
quod in petitorium, seu possessorium, si fortè per vim ex-
pellatur, vel non admittatur.
7 *Missus quis in personal. ex primo decreto, licèt fuerit do-*
minus, tamen vsque ad annos 30 auditur, posteà verò ne-
quaquàm.
8 *Missus ex primo decreto in possessionē nō possidet, nec do-*
minus de possessione eyciendus est: imò simul stabunt.
9 *Missus in personali, an interim fructus percipere possit:*
& si percipit, an eis vti possit: & si vtatur, an aliquo iure
teneatur.
10 *Decretum primum interponitur, quoties quis vocatus nō*
respondit.
11 *Decretum secundum quando & à quo interponatur.*
12 *Decretum secundum an in realibus & personalibus locū*
habeat nu. 13.
14 *Decretum secūdum quando interponatur: & infra quod*
tempus nu. 15.
16 *Decretum secundum iudicantis arbitrio interponitur.*
17 *Pauper in secundo decreto secundùm legem à cautione*
exoneratur.
18 *Ad decretum secundum interponendum, an aliud tempus*
expectetur, si vocatus dicat, non satisdo.
19 *Decretum secundum an vtraque parte præsente interpo-*
nendum sit.
20 *Post decretum secundum si dominus dixerit, quòd illi non*
fuerit cauendum, an audiri debeat.
21 *Decretum secundum quo iure interponi petatur.*
22 *Decreti secundi effectus quis sit.*
23 *Vsucapio in secundo decreto ad quid necessaria sit.*

QVIA in titulo superiori de damno infecto, & in proxima rubrica facta est mentio de primo decreto & secundo: quia si nolunt cauere missio fit in primis ex primo decreto: & posteà si adhuc in contumacia perseuerent, missio fit ex secūdo. vt ff. de dam. infect. l. prætoris officium. & l. prætor. & l. si finita §. Iulianus. & ff. vt leg. vel fideicom. no. ca. l. 1. & ff. vt in pos. leg. l. 1. & C. eo. tit. l. certa forma. Ideò videamus in quibus actionibus vel primum vel secūdum decretum interponatur: & infra quod tempus debeat interponi. & à quo. quid etiam operetur primum decretum, & quid operetur secundum, & qua actione vel iure secundum decretum vel etiam primū petatur interponi. Respondeo: multi voluerunt dicere & notare, quòd nunquàm interponatur secundum decretum, nisi in causa damni infect. quia in ea tantùm actione dicunt se inuenire, in alijs non esse cautum: si enim legislatori placuisset interponi secundum decretum iussisset. argu. C. de cadu. tollen. l. vnic. circa finem. Et inducunt talem errorem, vt missus in possess. in personalibus pro mensura debiti declarati. vt C. de bonis autho. iudi. authen. ei qui iurat. & est in corpore authen. de exhiben. & introd. reis. colla. 5. Et in alijs vt tædio affectus veniat responsurus. vt C. de iudic. l. properandum. quia non possidet. ff. de acquir. possess. l. possideri. §. vlti. & ff. quor. legato. l. 1. §. quæsitum. & ff. vt possid. l. si duo. §. creditores. Et ideò non vsucaperet seu præscriberet, cùm vsucapio seu præscriptio sine possessione non procedat. ff. de vsucap. l. sine possessione. Vnde etiam audietur dominus quandocunque veniat, etiam post annos 30. Et hæc ita probo: ille qui fuit in possessione causa rei seruandæ, nihil sibi per illam præscriptionem & possessionem quæsiuit, ergo ego dominus nihil amisi. quia non videtur amissum quod alteri acquisitum non est. vt ff. ex quibus causis maior. l. denique. Contrarium credimus. Nam secundum decretum habet locum in omnibus personalibus actionibus. & hæc ita probo. certum est: quod propter contumaciam citati interuenit primum decretum, vt tædio affectus veniat satisdaturus, vel in iudicio responsurus, vt statim copiosè dicemus.
1 Et in hoc omnes consentiunt. | Quis autem dicatur contumax, dicunt iura, qui respondere tenetur, & sine iusta causa citatus tribus edictis vel vno peremptorio pro omnibus, præsentiam sui facere contemnit, vt ff. de re iudic. l. contumacia. & l. contra. Nec est contra quòd in eadem lege dicitur in principio, quia contumacia litigatoris damno litis coercetur. quia principium legis respicit tempus post litem contestatam contingens. & ita exponimus damnū litis, quia condemnatus non appellat: & si obtinet expensas à victo non recuperat. vt C. de iudi. l. properandum. Et sic iste missus ex isto primo decreto in actione personali: pone certi cōdictione de mutuo, vel de generali certi cōdictione, vel ex empto, vel ex alia, statim non possidet, & stabit ita vt vmbra. & toto tempore vitæ suæ stare posset, & stabit. verùm medio tempore postquàm fuit missus ibit ad iudicem. domine adhuc est contumax, respondere non vult, peto per secundum decretum fieri possessor. & sic ille iudex te audiet, vt statim copiosè dicemus. Quòd enim habeat locum in personalibus lex dicit: ecce agebas noxali actione contra dominum nomine serui, et sic personali: nulla enim noxalis inuenitur realis, sed omnes sunt personales, & ex maleficio serui nascūtur. vt ff. de noxalibus actio. l. 1. dominus absens in iudicio non comparuit citatus: mitteris in possessionem ipsius serui. Primò vt tædio affectus veniat respōsurus. si posteà non veniat, ex secundo decreto assignabitur tibi seruus, vt fias possessor. ita vt si non fuit dominus ille qui est absens, incipias vsucapere. si fuit domin⁹, fias dominus incontinenti. vt ff. de noxali. actio. l. electio. & § si absente. & ff. si ex noxali causa agatur. l. 1. in fine. Stultum enim esset dicere vt ex primo decreto illa contingerent. Item quæ esset maior ratio quare in causa damni infecti posset: vnde quia non possunt omnes articuli legum laqueis comprehendi. ff. de legib. & constitu. l. non possunt. ideò benè est vt de similibus ad similia procedamus. vt ff. eod. titu. l. & ideò. Item modica esset vtilitas primi decreti nisi deberet secundum interuenire. sicut & aliâs parum esset iura esse condita, nisi essent constituti & illi qui iura defenderent. vt ff. de origi. iuris. l. 2. §. deinde. & parùm esset aquam habere in puteo, nisi haustorium haberemus. In omnibus ergo personalibus habet locum secundum decretum, præterquàm in cōditionalibus: vbi licèt primum decretum locum habeat, scilicet vt mittaris in possessionem, si ille non vult cauere, vt dictum est suprà. & dicit ff. de actio. & obligatio. l. is cui. Secundum tamen interuenire non potest, quia nihil est quòd debeatur, sed tantùm spes est debitum iri. & hoc etiam in conditionalibus stipulationibus contingit. vt Instit. de verb. obligatio. §. si sub conditione. Item nónne multoties in personalibus res per iudicem dantur in solutum. vt ff. de public. l. sunt & aliæ. in fin. & l. vel soluendi. & l. vel ex causa. & l. item quòd nō habet fieri ex primo decreto sed ex secūdo stultus enim esset iudex qui ea primo decreto daret in solutum. licèt quidam dicāt, quòd in alijs personalibus statim iudex ex primo decreto facit actorem possessorem vel dominum, quod satis stultum reputo, sicut supra dixi. Nunc videamus quando interponatur primum decretum, & quid operetur. & posteà dicemus de secundo. † Sciendum est quòd pri- 2
mum decretum interponitur propter contumaciam alicuius. Ecce aliquis citatur, inuenitur contumax, vt suprà dixi, non vult respondere, non vult satisdare vel cauere: mittitur actor in possessionem causa rei seruandæ, vt ille tædio affectus veniat responsurus, vel satisdaturus. vt ff. vt in possessio. legato. l. is cui. §. 1. & ff. ex quib. caus. in possess. eatur. l. 1. & 2. & 3. vt suprà dictum est. Et sic nota quòd illa possessio quæ datur causa rei seruandæ dicitur primum decretum, quia primò decernitur per iudicem, & hoc est primum quod inuenitur ad puniendum contumaciam citati nolentis in iudicio comparere. & sic remouetur quorundam stulta quæstio: qui quærunt quid sit primū decretum. † QVAESTIO. 3
Sed illud quæritur, an istud primum decretum habeat locum tam in personalibus, quàm in realibus actionibus. Respondeo, ita. C. de iudicijs. l. properandum. C. de

de præscript.triginta anno.l.si quis emptionis.§.vltim.
diuerso tamen modo. Nam missus ex primo decreto,
non possidet, vt suprà dixi, si mittatur pro personali a-
ctione:cæterùm si pro reali,possidet.nam reus veniens
infra annum recuperat possession. vt C.de præscriptio.
30.anno.l si quis emptionis.§.vltim. si recuperat: ergo
amiserat. Item post annum in reali missus fit verus pos-
sessor.vt in l.illa.sicut quando post litem contestatam,
vel quasi mittitur. vt C vbi in rem actio.l.2.C.de iudi-
cijs.l.properandum.nunquid ergo annus transfert pos
sessionem: certè non, cùm possessio facti sit, licèt ali-
quando trahat aliquid à iure. vt ff.ex quib.caus.maior.
l.denique. & sine facto transferri non possit. Nam in
aditione hæreditatis video vbi ius ciuile non potuit
facere, vt possessio transiret, nisi fuerit specialiter ap-
prehensa. vt ff.de acquiren. possess.l.cùm hæredes. er-
go iam illud sequeretur absurdum: si diceres, missus in
reali non possidet: vel quòd secundum decretum esset
necessarium in realibus: quod nunquàm memini me
legisse vel audiuisse, vel quod tempus induceret &
transferret possessionem. At tempus non est modus
tollendæ vel inducendæ obligationis. vt ff.de actio.&
obligat.l.obligationum. §.placet. vel quòd ille qui est
missus faceret se possessorem, & sic sibi ius diceret au-
thoritate propria: quod esse non potest.vt ff.de acqui-
ren.possess. l. si ex stipulatione. Vnde firmissimè cre-
do missum ita,in reali incontinenti possidere, & etiam
fructus percipere posse: sicut in creditore conuentio-
nali. vt C.de pigno.actio.l.1. licèt hic non teneatur de
percipiendis,vt ille,sed de perceptis tantùm. vt argu-
men. si contumax infra annum possessionem recupe-
rat.ff.de bonis author. iudic. possiden. l.prætor.§.1. &
§.est præterea. nec admitto errorem quorundam qui
dicunt:quòd tantùm operatur annus in reali, quantum
secundum decretum in personali. istud est diuinare:&
sic assumo quòd in realibus interuenit primum decre-
tum: licèt secundum non interueniat, nec sit necesse.
4 QVAESTIO. Quæritur † autem in personalibus quid o-
peratur primum decretum? Respondeo,operatur hoc,
quòd ille qui mittitur, erit onerosus debitori ratione
cuius contumaciæ mittitur.& hoc est quod dicit,vt tæ-
dio affectus veniat responsurus,vel satisdaturus. vt ff.
vt in possess.lega. l. is cui. & si dominus fuerit in came-
rà,& iste in cameram. si dominus in cellarium, & iste
in cellarium.& sic persequetur eum vt lepra,non tamē
possidet ea primo decreto, nec dominus est de posses-
sione deijciendus. vt ff.de dam. infect.l.si finita.§.Iul.ff.
de acquiren. posses. possideri.§.vltim.ff.quor.legato.l.
5 1.§.quæsitum. † Item quæritur ad quid prosit talis de-
tentatio,licet alij noceat.vnde non est audiendus,cùm
nihil sibi prosit, nisi vt officiat. vt ff.de rei vendic.l.in
fundo.Respondeo:imò multum ei prodest,qui per hoc
6 compellit illū,vt respondeat vel satisdet. †QVAESTIO.
Item quæritur, an taliter missus habeat aliquod ius pe-
titorium seu possessorium: si forte per vim expellatur,
vel non admittatur. Respondeo, si de prætorio quæri-
mus,habet hypothec-riam.vt ff.de pignor.actio.l.non
est mirum. habet enim ea tali possessione prætorium
pignus, quare & habet hypothecariam, vt C.qui poss.
in pign.l.2.& C.vt in poss.legato.l. si postquam.& l.qui
legato. possessorium habet, siue non admittatur, siue
admi us expellatur. vt ff.ne vis fiat ei qui in possess.
miss. ff. l.1. & ff.vt in possess.legat. is cui.§.missus.& ff.
7 de damn.i.dies.§ 2. †QVAESTIO.Item quare stabit iste
in posse ionem missus in personali ex primo decreto,
& non possidet, vt dictum est, vsque ad triginta an-
nos aud ur dominus, post 30. ann. non. nam cùm ha-
beat condictionem ea lege. authen. de exhiben. & in-
tro.reis.colla.5.quæ est in C.de bonis autho.iudi.possi-
den.l pen.& omnis condictio est personalis. vt Instit.
de actio.§. sic itaque. & omnis personalis ferè vsque
ad triginta annos durat. vt C.de constituta pecunia.l.1.
meritò ergo post 30. annos non auditur. OPPOSITIO.
Nec obstat si opponis quomodo hìc præscribit, cùm
non possideat, & vsucapio seu præscriptio sine posses-
sione non procedit. vt ff.de vsucap. l.sine possess. Re-
spondeo: In realibus habet locum, at in personalibus
currit præscriptio sine omni possessione. sufficit enim
si per annos 30. non petas. hic autem personalis actio
competit illi,scilicet ex lege condictio. Item tollitur
istud ius, scilicet vt oblata cautione possit recuperare
illam tenutam, sicut tollitur ius offerendi in persona
secundi creditoris. vt C. de præscript. 30. annorum, l.
cùm notissimi. Item esto quòd sint transacti 30.anni,&
dominus non possit expellere illum: etiam si velit cau-
tionem offerre commodum habet iste post annos tri-
ginta, non videtur quod habeat plus iuris, nisi quod
primò habuit circa possessorium & petitorium, vt di-
ctum est. Respondeo. Verum est, quòd non habet plus
iuris,sed sibi imputet, quare non iuit ad iudicem me-
dio tempore, & ex secundo decreto fuisset verus pos-
sessor, seu dominus constitutus. damnum enim quod
quis sua culpa sentit, de se quæri debet. vt ff. de regul.
iur. l. quòd quis. † Attende ergo, quòd missus ex pri- 8
mo decreto nō possidet, vt dictum est, nec dominus est
deijciendus de possessione: imò simul stabūt.ff.de dam
no infect. l.si finita.§. si quis autem in possessione. licèt
quidam malè intelligentes statim ex quo mittunt ali-
quem in possessione causa rei seruandæ: incontinenti
expellunt dominum, sicut si mitteretur ex secundo de-
creto. adeò,quòd vidi multos stultos, vt faciant iurare
homines castri, in cuius possessione fuit missus aduer-
sarius, fidelitatem & homagium: quod errorem conti-
net ad minus, & si malè vellent facere, iurarent redde-
re redditus & seruitia,quæ domino reddebant: sed hoc
etiam approbo, sicut dixi, quia dominus primus de pos
sessione non est deijciendus, vt dixi: adeò est hoc verū,
vt prætor permiserit magistratibus municipalibus co-
gnitionem ex primo decreto & dare possessionem: non
autem commisit eis vt darent possessionem ex secundo
decreto: quia illud est mixti imperij. vt ff.de iurisdict.
omnium iudic. l.iubere.& ff.ad municipa.l.ea quæ.& l.
magistratus. cognitio tamen & datio ex primo decre-
to, ratione contumaciæ & celeritatis est facta hodiè
iurisdictionis, & commissa est magistratibus municip.
vt ff.de damno infect.l.dies.§.duas. & §.si fortè.& ff.de
offic.eius cui manda.est iurisd.l.1. QVAESTIO. † Sed il- 9
lud quæritur, an missus in personali possit interim per-
cipere fructus: & si percipit, an possit eis vti, & si vti-
tur, an teneatur aliquo iure. Respondeo: aut ille in cu-
ius bonis mittitur vult colligere fructus, aut negligit.
In primo casu dominus percipiet fructus: in secundo
iste qui missus est in possessione, ita quòd fructus non
diminuat: & si seruando conseruari non possunt ven-
det: sed in primo casu dicimus in re legata, non in alijs,
id est, quòd legatarius custodiet, ne hæres fructus con-
sumat: & est fortè ratio, quia in legatis & fideicommis
sis veniunt vsuræ & fructus a tempore moræ. vt ff vt in
possess. legato. l. is cui.§.qui legatorum. & C. de vsuris
& fruct. leg.& fideicom. l.1.& 2. OPPOSITIO. Sed oppo-
nitur de eo quod habes ff de bonis autho. iudic. possid.
l. prætor ait. in princip.& §.est præterea. nam ibi vide-
tur, quòd missus in possession. percipiat fructus. sed
quod dixi intellige negligēte percipere domino: alio-
quin domino volente percipere missus in possessione
non percipiet. domino tamē negligente ideò percipit:
quia omnis custodia ad eum pertinet. & ideò tenetur
de dolo & lata culpa, licèt creditor cōuentionalis pos-
sideat, & fructus percipiat, & teneatur de dolo & cul-
pa lata & leui. vt C.de pigno. actio. l.1. & 2. & ff.de pi-
gno. l.cùm & fortis nomine. ff.de acquiren. posses. l.qui
pign.& l. rem pignoris. & C. de partu. pignor. l.1. & 2.
fructus autem non diminuet etiam causa vescendi: nisi
sit filia, vxor, neptis, proneptis, nec de suo habeant. vt
ff. vt in possess. l. qui legatorum.& præterquam in peti-
tione hæredita. vt ff.ex quib.caus. in possess. eatur. l. Ful
cinios.§.vltim. aliàs autem si fructus percipit tenetur
per actionem restituere. vt ff.de bonis author. iudi. pos-
sid. l. prætor ait. in princip. est & alius casus vbi missa in
possess. lucretur fructus: si mulier mittatur nomine
ventris, nisi per calumniam fuit missa. vt ff. si mulier
ventris nomine. l.1. & 2. & ff.de ventre in possess. mit.

20 l.1. † Et vt breuiter comprehendam. primum decretum
interponitur quòd quis vocatus nō respondit, nec de-
fenditur, siue in actione in rem, siue in personam, siue
etiam cautiones postulentur. vt pro damn. infect. & le-
gasis. & etiam fideicommissis, & non vult hæres satis-
date. vt ff. ex quibus cau. in poss. eatur. l.1. & 2. & 3. & C.
de præscript. 30. anno. l. si quis emptionis. §. vlt. & ff. de
dam. infect. l. dies cautioni. & ff. vt in poss. l. is cui. A ma
gistratu municipali interponitur. vt ff. de dam. infect. l.
dies. § duas. missus non possidet. vt ff. de acquiren. pos-
21 sess. l. possideri. §. vlti. † Videamus ergo de secundo de-
creto & in primis à quo interponatur: & certè interpo
nitur secundum decretum a maiore iudice, à prætore,
à præside prouinciæ, a iustitiario, magistro camerario,
& ab omni illo qui habet merum imperium vel mix-
tum. vt ff. de iurisdict. om. iudic. l. iubere cauere. & ff.
ad municip. l. ea quæ. & ff. de damn. infect. l. dies cau-
tioni. §. si fortè. est enim res ista mixti imperij: & quia
cognitionem habet pecuniariam, & quia delegari non
potest. vt ff. de officio proconsul. nequicquam. & ff. de
22 tegu. iur. l. omnia. † QVAESTIO. Verùm locum habeat in
23 realibus? Respondeo: non, vt suprà. † QVAESTIO. Vtrùm
locum habeat in personalibus. Respondeo, sic: vt suprà
24 in principio dixi. † QVAESTIO. Quandò interponitur?
Respondeo: tunc cùm apparet contumacia nolentis re-
spondere vel cauere. vt ff. de dam. infect. l. dies. §. si for-
25 tè. † QVAESTIO. Infra quod tempus? Respondeo: cau-
tum legibus non inuenimus, relinquitur ergo arbitrio
26 iudicantis. vt ff. de iure deliberandi. l.1. §. vlti. † QVAES-
TIO. Sed quod erit iudicantis arbitrium? Respondeo:
secundùm qualitatem personarum & quantitatem pe-
titam. argumen. ff. de re iudic. l.2. ff. de iudic. l. nonnun-
quàm. Lex autem dat aliquod spacium: sed non diffi-
nit. vt ff. de dam. infect. l. si finita. §. non autem. quod ma-
gis intellectu quàm elocutione exprimi potest. vt ff. de
solut. l. ratum. ff. rem ratam haberi. l.1. vel dicas, quòd
detur post annum. vt C. de præscript. 30. anno. l. si quis
emptionis. §. vltim. vel post biennium. vt argum. C. de
iu. do[illegible]. impetran. l. vlti. vel dic quòd loquitur de eo
tempore, quod habes in C. de bonis author. iud. possid.
l. cùm proponas. vel dic tempore quatuor mensium. vt
C. de vsu. rei iudic. l.2. vel duorum. vt ff. de re iudic. l.
debitoribus. & ff. de iudic. l. si debitori. vel 10. dierum,
vt ff. de constit. pecunia. l. promissor. vel post quinquen
nium. vt ff. de separat. l.1. vel post biennium. vt ff. loca-
ti & conducti. l. quæro. vel post triennium. vt C. de in-
re emphyteutico. l.2. Sed omnia ista tempora mihi in
parte ista non placent, sed sto primæ sententiæ, vt com-
27 mittatur arbitrio iudicantis. † QVAESTIO. Sed quid si
aliquis pauper est, lex eum exonerat à cautione. vt ff.
de col. bonorum. l.1. §. cum duobus. & sic non videre-
tur, quòd esset in contumacia satisdandi, cùm satisda-
re non possit: & is videtur cōtumax, qui potest aliquid
facere & non facit. cæterùm qui facere non potest, con
tumax non videtur. vt ff. de re iudic. l. contumacia. nun
quid ergo in casu isto interponetur secundum decre-
tum? Respondeo: ita. Verum paupertas excusat aliquem
à satisdatione, & quia non punitur: in his autem omni-
bus cauet ferè & non satisdat, vnde pro nulla pauper-
28 tate excusari potest, quin satisdet vel caueat. † QVAES-
TIO. Quid autem si vocatus dicat, non satisdo, & ita ve-
rè est cōtumax: certè non expectabo aliud tēpus ad in-
terponendum secundum decretum, cùm in incertis &
non certis locus sit coniecturis. vt ff. de verbor. obliga.
l. continuus. & in authen. de restitu. & ea quę parit. col-
lat. 4. Item illud secundum decretum interponitur
causa cognita. vt ff. de damn. infect. l. dies. §. si fortè. &
hoc generaliter vbicunque decretum exigitur, quòd
desideratur causæ cognitio. vt ff. de bon. possess. l.2. §.
penul. & ff. de re iudic. l. de vnoquoque. & quidem ver-
titur in causæ cognitionē, vt inspiciat iudex an ab-
sens sit causa Reipubl. nam si allegabitur iudici il-
lius absentia, & probabitur, non debet iudex propera-
re ad secundum decretum: & si properat datur restitu-
tio. vt ff. de damno infec. l. si finita. §. si fortè. & l. eorum.
& ff. ex quibus caus. ma. l. ab hostibus. §. si damni. OP-
POSITIO. Sed opponitur. C. de restitut. militum. l. igno-
rare. Nam illorum qui Reipub. causa absunt bona pos-
sidentur, si non defendantur. Respondeo verùm est,
quandò nō fuit allegata ipsius absentia: tunc bona pos-
sidentur ex quo non defenduntur, allegata tamen eius
absentia, non compellitur se defendere. vt ff. si certum
peta. l. eius qui in prouin. §.1. QVAESTIO. Sed obijcitur
non allegata ipsius absentia, fit missio in possess. certè
sic, vt dictum est. sed ex ista missione contrahitur præ-
torium pignus. vt ff. de priui. credi. l. eum qui. Respon-
deo: non contrahitur pignus tale quale in rebus alio-
rum. scilicet quòd possit procedi ad venditionem per
legem C. de iure do. impetran. l. vlti. tamen pignus con
trahitur sicut dictum est. Item ita demùm interponitur
istud secundum decretum: si perseueret dominus in
contumacia, si non vult respondere vel cauere, vt di-
ctum est, & interponitur verbo & facto, pronunciabit
enim iudex interponi, & interponet re ipsa, id est, in-
ducet in possess. realiter. vnde ideò dicit iubere cauere
& in possessio. mittere, & potiùs est imperij quàm iu-
risdictionis. vt ff. de iuris. om. iudi. l. iubere. & si nō ad-
mittetur per viatorem eum inducet. vt ff. in possess. leg.
l. is cui. §. missus. sed & actionem in factum habet ad-
uersus eum qui non admittit eum. vt ff. de dam. infect.
l. damni. §. pen. † QVAESTIO. Sed illud quæritur, an 29
vtraq; parte præsente debeat interponi secundum de-
cretum? quidam negauerunt, alij admittunt quòd sic.
Nam vbicunque desideratur causæ cognitio, debet fie-
ri vtraque parte præsente. vt ff. de re iud. l. de vnoquo-
que. & argum. ff. de mino. l. verum. § causa. & argum. ff.
de adopti. l. nam. & C. si vt se ab hæredi. abstineant. au-
then. ibi posita. omnes. & admonebit eum si vult caue-
re, & si respondebit, volo, cessabit secundum decretū.
Si autem dixerit nolo, contumacia est expressa, vt C. v-
bi de crimine agi oportet. authen. qua in prouincia. ff.
de re iudic. l. contumacia. tunc interponet secundum
decretum, & sic vtraque parte præsente interponit,
quòd iterum sit faciēda admonitio dicit C. de iudicijs.
authent. iubemus. & ff. de iudic. & post edictum. † OP- 30
POSITIO. Sed illud quæritur, si post secundum decre-
tum velit dicere dominus, quòd illi non fuit cauen-
dum. Respondeo: non auditur, quia & si sit perempto-
ria, post secundum decretum nō potuit opponi, quem-
admodum nec post sententiam. vt C. sententiam rescin
di non posse. l. peremptorias. nisi essent minores vel
absentes causa reipublicæ, vel per ambitionem sit in-
terpositum secundum decretum. argum. ff. de iudic. l. si
prætor. & ff. de his qui sub tut. vel cur. sunt. l. magis §.
pen. & ff. de dam. infect. l. si finita. §. si fortè. † QVAES- 31
TIO. Item quæritur quo iure petatur secundum decre-
tum interponi. & videtur quòd per actionem in factū.
vt ff. de dam. infect. l. inquilino. & quia non expressum
de nomine actionis. vt ff. de præscriptis verb. l. quoties.
scilicet melius est, vt per officium iudicis petatur se-
cundum decretum interponi: & quod dicis lex inqui-
lino actio, id est, ius, quo cautio petitur: & sic ff. de a-
ction. & obligat. l. obligationis verbo. & argumen. ff.
de success. edicto. l.1. §. decretali. † QVAESTIO. Quæ- 32
ritur in fine quis sit effectus secundi decreti. Respon-
deo: maximus. nam si est dominus in cuius bonis fit mis
sio: iste missus incontinenti fit dominus, si non est do-
minus, fit possessor iste qui mittitur, & paratur sibi v-
sucapiendi conditio. vt ff. si ex nox. causa agatur. l.2. &
ff. de noxali. l. electio. §. vltim. ff de damno infect. l. si fi-
nita. §. vltim. & §. si de vectigalibus. † QVAESTIO. Sed 33
illud quæritur, an vsucapio sit necessaria, propter do-
minum non videtur necessaria, quia iste post secun-
dum decretum non videtur audiendus, cùm sit modò
in contumacia duplicata: fuit enim in prima contuma-
cia ratione primi decreti. Item secunda quando secun-
dum decretum fuit interpositum: vnde modò non au-
ditur. vt argumen. l. quomod. & quand. iudex. authent.
qui semel. in fin. & argum. C. de plus petit. l. vnica. in fi.
& C. ad Velleianum. l. antiquæ. & authent. siue à me.
Item alio argumen. nònne quando dominus fuit ille, in
cuius possess. missus est, missus in continenti fit domi-
nus,

nus, vt dictum est, & sic nunquàm vendi abit, cùm iam amisit dominiom: multo ergo minus vendicabit ille qui non est dominus. Pro alijs non videtur vsucapio necessaria. nam si erat creditor qui habebat ius in re hypothecaria non tollitur vsucapione. vt C. de pigoori. l. vsucapio. Respondeo: ideo est necessaria vsucapio propter illos qui habent ius in re, sicut in seruo redempto ab hostibus, qui licèt fiat redimentis, tamen vsucapio est necessaria, vt excludátur omnes ius habentes in re, vt ff. de capt. & postlim. reu. l. in bello. §. si quis seruum. Nec obstat si opponis, hypothecaria non tollitur vsucapione. Respondeo: verum est breui, putà triennio: at lõga tollitur. vt C. si adoersus creditorem. l. 1. nomen tàmen vsucapionis promiscuè ponitur multotiens.

Et sic sit Finis huius Tractatus.

TRACTATVS QVARTVS CONTINENS ACTIONES CIVILIES CVM PROOEMIO, ET SVIS SVMMARIIS AD VNVMQVODQVE CAPVT APPOSITIS, OCCIPIT.

1 *Ius prætorium est viua vox iuris ciuilis.*



TRACTATVS nostri propositi nauiculam cohibentes, prętoriarum omnium interdictorum & edictorum omnium, quæ & ipsa prætoria sunt, vt Institu. de interdict. portum transiuimus: nunc necesse est, quòd ad portum ciuilium nauigemus: quem cùm intrauerimus, ibi remos colligemus, & omnes ibi anchoras collocantes: nec ibi amodo vagabundi, nec mirum si sint primò præmissæ prætoriæ, etsi eas dominus Ioan. sub ipsius dextro latere collocauit, non ratione dignitatis considerata, quòd digniores sint prætorię quam ciuiles, sed quia numero plures debuerunt sub dextro latere tanquàm sub fortiori meritò collo-
1 cari, ideò enim sunt primò præmissæ. † Quia cùm ius
prætorium sit viua voa iuris ciuilis, vt ff. de iusti. & iure. l. nam & ipsum, ideò tanquam pręco præcedens dominum, primò prætoriæ præcesserunt. Est & alia ratio, quia cum prætorię sint ciuilium actionum pedissequę. vt C. de veteri iure enu. l. tanta. 2. eolum. Sicut etiam earum ministrę. vt in constitutione ffforum. omnem reipublicæ. §. hæ autem. & consuetudo est, quòd in hyeme maxime præcedant scutiferi, & posteà domini subsequuntur. ideò de ciuilibus tanquam de dignioribus videamus. Verùm quia dominus Io. in arbore actionum primò tractauit de rei vendic. cùm venit ad tractatum ciuilium. ideò de rei vendicatione videamus, quia & ipsa ciuilis est. vt ff. de rei vendic. l. 1.

Si aliquis rem aliquam possideat seu teneat, & eam dicis tuam esse, potes eam vendicare.

De rei vendicatione. Rubrica.

1 *Rei vendicatio vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Dolo desinens possidere post litem contestatam an sit condemnandus, vel absoluendus.*
3 *Possessio sola an actioni in rem aduersarium subijciat, quemadmodum detentatio sola.*
4 *Positiones actoris & Rei in rei vendicatione. nu. 5.*
6 *Libellus in actione in rem quomodo formetur.*
7 *Et an ei alia causa inferenda sit, ex qua causa dominium ad actorem pertineat.*
8 *Item an proponi debeat: peto rem istam quã dico ad me pertinere iure dominij, vel quasi: & an talis libellus recipiendus sit.*
9 *Signa rei fortè mobilis, quam volo vendicare, an dicenda sint.*
10 *Fructus in rei vendicatione quo iure petantur.*
11 *Index in sententia rei principalis, si nihil de fructibus dixerit, nunquid posteà dicere possit.*
12 *Et si nentrum faciat, nunquid de suo restituere teneatur ei qui expensas vicit.*
13 *Vendens rem alienam bona fidei emptori: vter de fructibus teneatur.*
14 *Rei vendicatio in quo loco agitanda sit, an vbi res est: siue res sit mobilis, siue immobilis. vel vbi possessor domicilium habeat, & si reos alibi fuerit, & conuentus vbi domicilium habeat dicat se non teneri subire iudicium, sed ibi vbi res est.*
15 *Res si quis alieno nomine teneat, vbi & quomodo iudiciũ tractari debeat.*
16 *Rei vendicatio an possit intendi contra commodatarium, depositarium, colonum, vel inquilinum, si dominus ab eis rem vendicare velit.*
17 *Rei vendicatio si contra prædictos intentetur, an propterèa eos dominus possessores faciat.*

SI aliquis rem aliquam possideat, cuius rei dicis ad te pertinere dominium, & eam vis ab eo vendicare, rei vendicationem intentabis. vt ff. de rei vend.
l. 1. & l. in rem. & Insti. de act. §. 1. † Quæ actio ad hoc vt 1
competat tibi, tot sunt necessaria: siue loquamur de directa, quæ datur contra possidentem vel tenentem, siue de vtili, siue quæ datur cõtra illum qui dolo desijt possidere, quia & ipsa ciuilis est, sicut infra dicemus. In primis, quod ille qui intentat, sit dominus de iure gentium vel ciuili. De iure gentium per traditionem & per alios multos & diuersos modos, qui notantur per totum titulum. ff. de acquiren. rer. dom. & speci liter in l. adeò. & Institu. de rerum diuis. De iure ciuili per vsucap. triennij, secundùm dominum Ioan & Azo. secundùm M. etiam per præscriptionem 10. vel 20. annorum, vt ff. eod. titul. l. 10 tem. Pro domino Ioan. inducuntur, quia per præscriptionem decennij non acquiritur dominium, sed exceptio. vt C. de præscript. 10. vel 20. annor. l. super longi. Vnde diffinitur, præscriptio est exceptio causam sumens ex tempore: per vsucapionem acquiritur dominium, quia vsucapio est acquisitio dominij per continuationem possessionis tempori lege diffiniti. vt ff. de vsucap. & C. de pa s l traditionibus. Pro M. inducuntur leges. C. rui. si per fundum. & etiam diffinitio, quæ secundum q ad tur. communis erit, tam vsucapionis breuis qu longæ. Iustinianus enim nihil aliud immotauit, nisi quòd tempo-

prolongaoit: quia res mobilis vsucapiebatur anno, res immobilis biennio, statuit postea vt mobilis triennio, res immobilis 10. vel 20. anno. vt Inst. de vsuca. in prin. & C. de vsucap. transfor. l. vn. Nec obstat, quòd præscriptio vocetur exceptio in l. super longi. quia etiam vsucap. vocatur exceptio. vt C. de iure doti. l. in rebus. §. omnis auth. Dominus R. sequitur etiam M. & in hac sententia ego sum. Item si de iure gentium vult se dicere dominum, & ratione cōtractus, quia omnes contractus sunt de iure gētium inducti, exceptis quibusdā scilicet contractu emphyteutico, & literarum obligatione. Nunquàm enim de his duobus inuenies tractatū in ff. nisi in C. & Instit. & ff. de iusti. & iure l. ex hoc iure. & Institu. de iur. natu. genti. & ciuili. licèt actiones sint de iure ciuili. vt ff. de origio. ior. l. 2. in fin. i. eolum. Si ea contractu emptionis, oportet. quòd ista interueniant scilicet, quòd contractus præcedat. Secundum, quòd precium numeretur, vel aliàs satisfiat venditori, vel fides sit habita emptori de pretio. Tertium, vt res sit tradita. Quartum, quòd venditor fuerit dominus, sicut hæc probantur C. de proba. l. cùm res. ff. de pig. l. si superatus & l. & quæ nōdum sunt. § quod dicitur. Quare autem ista quatuor desiderantur non sine causa. si enim contractus nō præcedat, secuta traditione dominium non trāsfertur. vt ff. de acq. rer. do. l. nunquàm nuda. sicut et aliàs nuda ratio non facit debitorē. vt ff. de dona. l. nuda. Secundum, quòd pretium numeretur, vel fides habeatur, vel aliàs satisfiat, non requiritur, quia aliàs non transmittitur dominium. vt. ff. de tribu. l. procurationis. §. sed si dedi. & ff. de contrah. emp. l. quod vendidi. Tertiū, vt res tradatur, ideò quia sine traditione dominium non transfertur, nisi in casibus vbi sine traditione transit dominium. arg. C. de pact. l. traditionibus. & C. de hæred. vel act. vend. l. qui tibi hæreditatem. & ff. de rei vend. l. si ager. in casibus enim specialibus, tam in contractibus quam in alijs dominium sine poss. quæritur seu sine traditiōe. vt in l. commissoria. & in pacto additionis in diem. vt ff. de rei vendi. l. diem. §. si quis in hac l. & ff. de in diem addictiōe. l. vbi autem. & ff. de leg. commisso. l. & si fundus. Item in societate omnium bonorum, omnes corporales res incontinenti communicātur sine traditione: exceptis quæ in nominibus consistunt. vt ff. pro socio. l. 1. & 2. & 3. Item in donatione per retentionem vsusfructus. vt C. de dona. l. quisquis. Item si constituo me rem tuo nomine possidere quam donaui vel vendidi. vt ff. de rei vend. l. quędam mulier & ff. de acquir. posseff. l. quod meo. Item si ostendo tibi fundum de turri, perinde est ac si pedes finibus intulisses. vt ff. de acq. poss. l. quod meo. §. si venditorem. Item si ostendo tibi rem quam vendo, quæ propter magnitudinem suam se mouere non potest. Item si trado claues de cella, videtur facta traditio omnium mercium. vt ff. de acquir. posseff. l. 1. §. peoul. & l. quarundam. & ff. de contrahen. empt. l. clauibus. Sed in his omnibus, licèt non interueniat traditio, interuenit tamen quasi traditio. vnde ita glosauerunt Doctores nostri: traditionibus vel quasi dominia rerum transferuntur. In alijs etiam dominium acquiritur sine traditione, vt in legato, cuius dominium recta via adita hæreditate transit in legatarium. vt ff. de fur. l. à Titio. ff. de legat. 2. l. legatum. & ff. de public. l. 1. imò legatario ignoranti quæritur. vt ff. quemadmod. seruit. amitt. l. si partem. §. si per fundum. ff. de testib. l. filius. § vlt. Item in contractu habito cum ecclesia. vt C. de sacrosanct. eccles. l. vt inter diuinum. Item in omnibus bonor. possessionibus quæ ius tribuunt, quòd concessis & habitis incontinenti dominium acquiritur. vt ff. de bo. poss. l. 1. & [illegible] §. bonorum. Item in hæreditate adita. vt ff. de acqui. poss. l. cùm hæredes. Item in restitutiōe Trebellianica. vt ff. ad Trebel. l. facta. Sufficit ergo ad translationem dominij sola traditio etiam si possessio vacua non tradatur. vt ff. de fundo dotali. l. si fundus quem Titius. secundùm quod verè ponitur ibi casus. Nec obstat quod dicitur. C. de probat. l. cùm res quia dicitur quòd debet tradi vacua. verbum illud, vacua, recitatiuè ponitur. & non assertiuè, sicut aliàs C. de distrac. pig. l. qui prædium. Quòd sufficiat sola traditio dicit ff. de act. emp. l. ex emp. in prin. Vel aliter. possessio debet tradi vacua à vēditore quantū ad hoc vt liberetur ab actione ex empto. vt ff. de act. empt. l. ratio. in prin. Quartum ideo desideratur. quòd venditor sit dominus: quia si nō est dominus, dominiū quod non habet, transferre non posset, nemo plus iuris ad alium transferre potest, quam ipse habet, vt ff. de acqui. rer. do. l. non est nouum. & ff. de officio proconsul. l. obseruare. §. vlt. Nec est locus oppositioni de creditore, vt cùm non habeat dominium, quòd trāsferat, vt l. prædicta, non est nouum. & Instit. quibus alie. licèt. Respondeo, est verum: quia ipse non transfert, sed debitor per eum sicut per ministrum. vt ff. de diuersis & temp. præscript. l. accessi. §. vlt. Quod dictum est in contractu emptionis de quatuor probato, scilicet quòd venditor fuit dominus. Attende verum. si agatur cōtra tertium. Cæterùm si contra venditorem, tantùm tria probare sufficit: & hoc notauit dominus Ioan. argum. ff. de rei vend. l. si à Titio. In alijs autem contractibus ex quibus transferūtur dominia, vt dotis, permutationis, donationis, traditione interueniente, sed longum esset illos tractatus prosequi. vnde aduocatus sit cautus, et videat illum contractum, ex quo vult dicere clientulum suum dominum, & illum prosequatur. Ad minus enim in omnibus contractibus oportet, quòd illa duo interueniant: scilicet quòd cōtractus præcedat & quòd traditio sequatur. Prosequi etiam omnes casus ex quibus sine cōtractu acquiritur dominium de iure gentium prolixum esset, licèt illæ causæ ad rei ven pertineant. Vnde etiam aduocatus sit cautus, vt videat causam illam: & consideret ex qua vult dicere clientulum suum esse dominum: verùm iure specificationis, vel inuentionis, vel ex alia, & causam illam prosequatur: quas causas inueniet ff. de acqui. re. do. ferè per totum. & specialiter in l. adeò. & Instit. de rerum diuis. Sunt & alia necessaria ad hoc vt rei vendicatio competat, de quacunque re loquamur, siue ex cōtractu siue ex alijs causis de iure gentium res illa debeat vendicare. Est enim necessarium, scilicet quod res illa quæ debet vendicari, sit corporalis. Incorporalis enim nō vendicatur: quia cum nec possideatur nec possideri possit: ergo non potest vendicari: cùm possessio subijciat aduersarium actioni in rem. vt ff. de acq. re. do. l. seruus. §. incorporales. et C. de aliena. iudic. mu. causa fac. l. vnica. & ff. de rei ven. l. 1. §. per hanc. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur hæc ratio sufficiens, non potest possideri, ergo non potest vendicari. quod ita probo, dicit lex partē incertam non posse possideri. vt ff. de acq. poss. l. possideri. §. incertam. sed pars incerta vendicatur. ff. de rei ven. l. quæ de tota. §. & incertæ. ff. cōmuni di. & l. si nō omnes. § 1. & ff. de rei vendi. l. Marcellus. in fi. & ff. si pars hæredit. pe. l. 1. in fi. Respondeo, non obstat his quæ dicta sunt: nā verū est, quòd in casibus incerta pars vendicatur propter rationes quæ in legibus illis reddūtur. & subaudi quantum ad hoc, vt recipiatur libellus. In processu tamen causæ & in ipsa sententia debet fieri certum. vt Inst. de act. §. curare. C. de sentētijs quæ sine certa quantit. proferun. l. vnic. Non tamen sequitur quòd incerta portio possideatur. & est hæc sophistica secundum accidens. Nam incerta res vendicatur, id est, incerta substantia: quia non possumus esse certi quantum vendicetur: nō tamen sequitur, quòd res incerta possideatur: licèt possessio subijciat aduersarium actioni in rem. Sicut vides in hoc simili hæc statua est artificialis, id est, in hoc quod est statua. non in eo quod es. Secundum quod res illa sit singularis vel generalis vel vniuersitas facti, non iuris sit. Verbi gratia hæreditas cùm in se iura & actiones contineat, vt dicunt iura: quia est successio in vniuersum ius quod defunctus habuit. vt ff. de verbor. signific. l. hæreditas. & alibi hæreditas sine vllo corpore per se iuris intellectum habet. vt ff. de petit. hæred. l. hæreditas. Item bonorum posse[illegible] que[illegible] c[illegible] tinent. vt ff. de bonorum possess. l. 1. § bonorum & l. 1. Item peculium in quo sunt iura vt ff. de pec. l. qu[illegible] Tuberonis. §. in peculio. & [illegible] si quid fur[illegible] & tūc actiones quæ sunt in peculio intentabis, res aut[illegible] corporales v[illegible] cabis.

Cæterùm si sit vniuersitas facti. sicut grex equitum, ista talis vniuersitas vendicatur. vt ff. de rei vendic. l. 1. §. per hanc. & l. vendicatio. Nec admitto quorundam errorem, qui voluerunt, quòd quæcumque res vendicari potest, illa non posſit peti per petitionem hæreditatis: & adducunt argumen. ff. de petit. hæredi. l. & non tantùm. §. quod si pro emptore. Sed male dicunt. Certum est, quòd in peti. hæredi. veniunt etiam res propriæ testatoris: licèt etiam veniant aliæ vt pignoratę, cōmodatæ, depositæ. vt ff. de petitione hæred. l. item videndum. §. vltimo. & l. non tantùm. & l. item veniunt. Item res singularis per petit. hæredi. auocatur. vt ff. de pet. hære. l. regulariter. & l. licet minima. quòd si res illa fuit propria testatoris: nihilominùs venit in petitione hæreditatis, & nihilominùs vendicatur: cùm hæres ab adita hæreditate sit factus dominus. vt ff. de acquiren. poss. l. cùm hæredes. Nec obstat l. & non tantùm, §. quòd si pro emptore. quia ita intelligo illud verum esse si hæres ipse vsucapit: vnde cum vendicare potest rem, quod nūquam potuit defunctus: ideò non habet petitionem hęreditatis, cæterùm si defunctus potuisset vendicare: nihilominùs hæres etiam vendicabit, & aget petitione hæreditatis, vt dicitur ff. de petit. hæred. l. quod si in diem. §. sed si negotium, aliàs, denique. & nisi ita intelligeres, malæ esset ratio, quæ assignatur in prædicto §. quod si pro emptore. quia vendicari potest: ideò non potest peti petitione hæreditatis, nisi vt dictum est. Tertium, vt res illa, mobilis vel immobilis quæ debet vendicari, sit talis, quæ possit esse in commercio nostro: non ergo sacra, non religiosa, vt ff. de rei vendica. l. in rem. §. loca. & l. quæ religiosis. nisi in casu in quo vendicatio datur: putà prælato. vt C. de sacrosanct. eccles. l. sancimus. Quartum exigitur, vt aduersarius possideat seu teneat, vel dolo desierit possidere. vt C. de alie. iud. mu. causa fac. l. vnic. & ff. de rei vend. l. officium. & l. sin autem. & ff. de noxa. l. electio. si enim dolo desijt possidere, conueniri potest rei vendicatione: an directa vel vtili? respon. vtili. quia verba deficiunt: sed sententia locum habet vt arg. ff. de iurisd. om. iud. l. si quis id quod. & ff. si quadru. paup. feci. dica. l. pen. Hæc autem vtilis, erit prætoria an ciuilis? dicunt quidam prætoria. vt ff. de noxa. [illegible] lectio. §. item si ex pluribus. & §. si is quem. sed dominus meus dicit eam ciuilem: vt not. in princi. summæ de rei vend. Nec obstat l. electio. § 2. quia quod ibi vocatur prætoria, subaudi extensione, non autem inuentione: sicut & aliàs de petitione hæreditatis, quæ dicitur prætoria per approbationem. vt ff. si pars hæredit. peta. l. 1. & de act. neg. gest. vt ff. de neg. gest. l. ait prętor. & de act. commodati. vt ff. de commoda. l. 1. quæ omnes ciuiles sunt: nam & aliàs acceptilatio quæ est inducta per legem 12. tabularum dicitur de iure gētium per approbationem. vt ff. de accepti. l. an inutilis. §. vltim. QVAESTIO. † Sed illud quæritur: aliquis ab initio possidebat, & sic contra eum actione directa. scilicet rei vendi. lite contest. dolo desijt posſidere, an sit condemnandus vel absoluendus quæro? quia vt dictum est, qui dolo desijt posſidere conuenitur vtili: videtur, quòd sit condemnandus: certum enim est, quod dolus habetur pro posse[illegible]one: vt ff. eod. l. sin autem. sicut ergo si po[illegible] condemnaretur, ita & si dolo desijt posſidere. vt ff. [illegible] noxal. actio §. 1. Item si non condemnaretur, sed a[illegible]ueretur, ia[illegible]sset in potestate cuiuslibet eludere ind[illegible]ium, quod iura nolunt. vt ff. de arbitris. l. si rem quā. Item stultus esset quilibet conuentus qui post lit. contest. rem dolo non alienaret. Item melioris conditionis essent stulti, quam periti, quod iura nolunt, vt ff. [illegible]uod vi aut [illegible]am. l. Seruius. Item melioris conditionis [illegible] fid[illegible] quam bonæ fidei: quod esset absurdum. vt ff. [illegible]c no. [illegible]. non solum. Item iam tit. de litig. non haberet locum, per quē rei litigiosæ prohibetur alienatio. vt C. de litig. l. 1. & vlt. & 2. Econtra videtur, quòd absoluendus sit. Certum est, quòd primum conueniebatur directa rei vendicatione quia posſidebat, nunc aliter: quia dolo desijt polsidere, cōuenitur vtili: [illegible]tima est ciuilis secundùm quosdam: secunda prætoria, licèt secundùm nos sit vtraque ciuilis, & dicatur prætoria extensione, vt suprà dictum est. Item si fieret condemnatio, non posset: nam super prima actione non, cum non posſideat, super hac vtili rei vendicatione nō posset condemnatio fieri: quia super hac non fuit libellus datus, nec contestatio facta, super quo ergo daretur sententia diffinitiua: super eo quod non fuit in iudicium deductum? quod esse non potest: cum post lit. contestat. contingit: ideò alia interpellatione opus est. vt ff. de iudic. l. non potest. Respondeo: illum qui desijt dolo posſidere condemnandum puto: & forte posset dici in ista vtili rei vendicatione: nec mirum si quę fuit directa actio, fiat vtilis ratione delicti illius, scilicèt doli: cum & aliàs inuenio quòd propter factum alterius actio mea mutatur: nam & noxalis fit directa manumisso seruo, & directa fit noxalis libero facto seruo: vt Institut. de noxalib. & ff. de pœnis. l. 1. Sed vt verum dicamus, hæc actio non mutatur: sed qualitas in noxali & directa. vt ff. de noxali. l. in delictis §. si detracta. vnde dico, quòd non condemnatur in vtili, sed condemnabitur in directa proposita: & verba condemnationis erunt talia. scilicèt quod primò faciet actorem in litem iurare, & sic quantitate taxata, in certam quantitatem damnabit. vt ff. de rei vendic. l. qui restituere. & quod dicit ff. eodem. l. sin autem. §. sed & si is. quod qui dolo desijt posſidere, quod teneatur ac si posſideret, & quod teneatur vtili, vt dicit ff. de noxali actio. l. electio. locū habet ante lit. contest. alioquin obtinerent post litem, quæ superius dicta sunt, & hoc dicit l. sin autem §. sed & si is. QVAESTIO. † Quæri solet, an sicut sola detentio ita sola posseſsio subijciat aduersarium actioni in 3
rem, vt C. de alien. iudic. mutan. causa facta. l. vnica. & ff. de rei vendi. l. officiū. an idem si aliquis ciuiliter posſideat, quòd rei vendicatione teneatur puta, quando aliquis solo animo posſidet. Et admittit dominus meus quod sic: vt notauit in summa de rei vendicatione. Nā si sola detentio subijcit: ergo multò fortius & ciuilis. Si tu obijcias: non videtur hæc bona ratio: quia vt dicit l. officium. locum habet propterea, quia habet facultatem rei restituendæ: quod circa traditionem ipsius rei contingit. at qui habet ciuilem, quomodo potest tradere? Respondeo: tradet illis modis quibus possessio transfertur. Nam aut habet tantùm ciuilem, scilicèt animo suo solo: aut ciuilem suo animo, & naturalem ex persona coloni, & sic in omni casu potest restituere. In hac autem actione actor faciat tales positiones.
POSITIO ACTORIS. † Ego dico, quòd Titius vendidit mihi rem talem. Item rem ipsam tradidit mihi. Itē pro illa re pretium numeraui. Item ille qui vendidit, fuit dominus. Item res ista est singularis. Item est vniuersitas. Item rem illam tu tenes, vel posſides, vel dolo fecisti quominus posſideres: dicas aliquid istorum, nō omnia. Item rem istam emi a Titio: & eam tenui per triennium quando mobilis. vel 10. annis quando immobilis. Econtra reus faciat tales positiones. POSITIO REI. Ego dico, quòd Titius vendidit mihi rem istam. Item dico illum fuisse dominum. Item rem istam, quam dicis te emisse, tu adhuc pro illa pretium debes. Item res illa fuit mihi tradita. Item rem illam Titius posſidet & insolidùm. Item res ista vniuersitas est iuris. In hac autem actione cōcipiet actor ita libellum. LIBELLVS. 4
† Vobis domi. H. iusticiariæ seu camerariæ conq. c. S. de 5
M. qui tenet domum talē sitam in loco tali, cuius fines sunt tales: ex vna parte posſidet Titius, ex altera Sempronius, ex alia via publica, & ex alia Gaius, quam domum dico ad me pertinere iure dominij: vnde quòd domum illam mihi restituat. ago contra ipsum & propono rei vendicationem. Vel ita, vnde peto domum prædictam mihi ab eo rest[illegible]tui cùm fructibus inde perceptis & percipiendis. & ad hoc propono rei vend[illegible]at. Quòd ita recte concipiatur libellus, dicit ff. de rei vendi. l. in rē actio. & l. 1. & C. [illegible]e alien. iud. mu[illegible] cau. facta. l. vnica. & Institut. de actio. §. 2. & ff. de exc[illegible]ptio. rei iud. l. si mater. §. eandem in fin. ad idem [illegible] vend[illegible] officium. OPPOSITIO. Sed opponitur [illegible] non v[illegible]tur libellus benè conceptus. C[illegible]tum est [illegible] contra [illegible]um agimus, qui est obligatus no[illegible]is ex contractu vel

quasi, vel ex maleficio vel quasi, vnde si nullo iure obligatus est nobis, contra eum non agimus: vt Institut. de obligat. & ff. de actio. & obligat. l. 1. at qui rei vendicatione agit, cum illo agit, qui nullo iure ei obligatus est, sed ideo agit quia rem tenet. vt Institut. de actioni. §. 2. Respondeo quod opponis habet locum in personalibus. At in realibus secùs: vt in prædicto titu. de actionib. in princip. & propterea quando contra personam intento actionem, dico personam mihi obligatam, & sic contra ipsam actionem intento: & secundùm hoc dicitur actio ius persequendi in iudicio quod nobis debetur. vt Institu. de actio. in princip. & propter hoc dicitur alibi, obligatio in hoc consistit, non vt aliquid faciat meum, sed mihi debitum. vt ff. de actionib. & obligationib. l. obligationum substantia. at quando in rem agimus, nihil petimus à persona, sed contra rem ipsam principaliter intendo. & si de natura daretur facultas loquendi ipsi rei conuentæ, ipsa deberet mihi in iudicio respondere: verùm tenenti vel possessori datur facultas, quod rem illam defendat. vnde dicitur, cùm in rem agimus: agimus cum eo qui nullo iure nobis obligatus est: sed ideo agimus, quia rem tenet & habet resistuendi facultatem. vt Institut. de actio. in princ. & ff. de rei vendicatio. l. officium. & propterea dicitur etiam actio in personam, petitio in rem, persecutio in vtroque modo. In generali autem significatione actio in rē dicitur actio: nam etiam interdicta continentur generali nomine actionis. vt ff. de actionib. & obligationib.
7 l. actionis verbo. & l. actio. QVAESTIO. † Item quæritur, an alia causa sit inferenda in libello, vt dicatur ex qua causa dominium ad actorem pertineat? cùm causæ dominij multæ sint & esse possint: licèt ex vna parte tantùm contingat. vt ff. de acquirend. possess. l. possideri. §. ex plurimis. & ff. de exceptio. rei iudicatæ. l. & an eadem. §. actiones. videretur quòd sic, sine causa enim neminem transigentem audiet prætor. vt ff. de transactio. l. cùm hi. §. in hoc argument. C. de edicto diui Adriani tollend. l. vltim. & C. lib. 10. de apochis publicis. l. 1. E cōtrà videtur, quod causa non sit inferenda. Nam sufficit si dico rem istam meam esse, & in rem actionem propono: licèt verba illa non denotent nomen actionis: sicut nec illa si certum petat. vt ff. de triti. l. 1. & ff. de eo quod certo loco. l. 1. & Institut. de actionib. §. 1. Item dicendo rem meam esse, video omne ius meum in iudicium deduxisse, vndecunque & qualecunque habui. vt ff. de except. rei iudic. l. si mater. §. eandem. in fine. Nec obstant iura allegata: quia omnia locum habent in personalibus, at in realibus secùs. vt ff. de except. rei iudicatæ. l. & an eadem. §. actiones. si velles dicere, quòd causa alia erit inferenda. Respondere posses legibus istis, & dicere: verum est quando causa specialis fuit incerta, aliàs non, cùm generalitas pariat obscuritatem. vt ff. de iure fisci. l. ita fidei. in parte ista dicimus, quòd sufficit libellus in rei vendicatione: si dicatur peto rem istam quam dico ad me pertinere iure dominij: & de hoc dic
8 vt notaui suprà de causa agendi. & suprà de actione speciali. QVAESTIO. † Item quæritur, an debeat in libello proponi: peto rem istam, quam dico ad me pertinere iure dominij vel quasi, & si sic proponatur, an talis libellus sit recipiendus, de hoc dic vt notaui suprà in rubrica de publiciana. & an sit contraria publiciana cum
9 rei vendicatione, dic vt ibi. † QVAESTIO. Item quæritur, an omnia signa rei fortè alicuius mobilis quam volo vendicare dicenda sint? dicemus quòd sic, de quo dic vt notaui suprà eodem actio. speciali. Qualiter autem libelli sint concipiendi in qualibet re vendicanda, ibi inuenies. OPPOSITIO. Quod autem de fructibus dicitur in libello, non videtur quod rectè proponatur: quia non possunt peti. Certum est, quod si aliquis rei vendicatione conueniatur, & habeat titulum, & fuit bonæfidei possessor, quod semper præsumo. vt ff. de fideicommiss. liber. l. si eum seruum. §. vltim. semper lucratur fructus perceptos ante litem contestatam. vt Institut. de rerum diuisione §. si quis à non domino. & ff. finium regundorum. l. sed & loci. §. & post litem. Respondeo: benè opponis in bonæfidei possessore habente titulum, vt fructus non petantur ante litem contestam percepti licet post litem fructus percepti veniant, vt in prædicta l. sed & loci. & est ratio: quia post litem contestatam omnes possessores pares fiunt, vt ff. de petitione hæreditatis, l. sed si lege commissoria. §. si ante litem. verum si possessor habuit titulum: sed habuit malam fidem: tunc tenetur etiam de fructibus perceptis, titulus enim solummodò à percipiendis eum excusat. C. de rei vendicatione. l. si fundum. & l. certum. multò ergo fortiùs tenetur possessor, qui non habet titulum de perceptis & percipiendis. Bonum est ergo vt petantur fructus in libello: in processu enim iudicij apparebit an teneatur vel non de fru-
ctibus possessor. QVAESTIO. † Sed illud quæritur: 10
quo iure petantur fructus vel veniant? Respondeo: si loquimur de extantibus & pendentibus illi petuntur cum re ipsa & eadem actione: quia fructus pendentes pars fundi esse dicuntur. vt ff. de rei vendicatione. l. fructus. & est alibi simile, vt res mobilis quamdiu inhæret solo, dicatur immobilis: separata dicitur mobilis. in arbore habes. ff. communi diuidun. l. arbore. in lapide. vt ff. pro socio. l. penultima. in grano. vt ff. de actio. empti. l. granaria. in creta. ff. de furtis. l. si cretæ. idem in ascripticio. vt ff. de diuers. & temporali. præscript. l. longe. Si autem fructus sint separati, & existent. illi petuntur per rei vendicationē. & erit illa alia rei vēdicatio, quæ datur pro fructibus, ab illa quæ datur pro re principali. & quod detur rei vendicatio, probatur C. de cōdi. l. sine causa, l. maleficium. & argument. ff. ad exhibēdum. l. de eo. §. si quis ex vuis. C. de crimine expilatæ hæreditatis. l. aduersus. in fine. Si autem fructus consumpti sint à malæfidei possessore petuntur per condictionem sine causa. à bonæfidei possessore peti non possunt: quia eos lucratur, vt dictum est. percipiendi autem & omnes post litem contestatam fructus contingentes veniunt officio iudicis. vt ff. de rei vendicat. l. ex diuerso. §. petitor. & sic secundùm ista cautus aduocatus pro fructibus petendis proponat actionem, quam sibi melius viderit expedire secundum qualita-
tem negotij, sicut dictum est. QVAESTIO. Sed illud 11
quæritur. Si iudex in ipsa sententia rei principalis nihil dicit de fructibus: nunquid possit postea dicere? Respondeo: eadem die, sicut ff. de re iudicata. l. Paulus respondit. vel nisi dicant iudices in sententia [illegible] multotiens faciunt: de fructibus autem cum nobis non liqueat, distulimus iudicare: tunc pronunciare [illegible], aliàs non: vt C. de fructibus & litium expen. [illegible]
nato. † QVAESTIO. Quid si [illegible] ex neutrum [illegible] 12
quid de suo tenetur restituere ei qui [illegible] si velles sequi exemplum expensarum [illegible] vt C. de iudic. l. properandum. §. sin autem [illegible] tra condemnatum enim nullam habes actio[illegible]. vt C.
de fructibus & liti. expens. l. terminato. Q[illegible] 13
Sed quæritur. Quidam vendidit rem tuam alicui bonæfidei emptori, nos dicimus bonæfidei emptorem non teneri de fructibus, nunquid venditor tenebitur? Re-
spondeo: non credo. QVAESTIO. Vltimo quæritur in 14
quo loco rei vendicatio sit agitanda, vtrum vbi res sit: siue loquamur de re mobili, siue immobili, an vbi possessor habet domicilium: & si res [illegible] & conuenius vbi habet domicilium dicit [illegible] subire hic iudicium, sed ibi vbi res est: [illegible] videretur quod ibi vbi res est. vt C. vbi in rem [illegible] exerceri in rubr. & in legibus illius tituli. Item quia res [illegible] iacet inspectioni & visui iudicantis [illegible] rup tione. in fi. quomodo ergo [illegible] maximè in re immobili, nisi vbi res sita [illegible] Item [illegible] videtur idem: nam res depnsita ibi debet reddi, vbi est. vt ff. depos. l. si [illegible] Asia. Item ar[illegible]traria. vt ff. quod certo loco. l. quod si Ephe[illegible]. §. interdum. Item in re le[illegible]ta: vt ff. de leg. 1. l. si fetuus legatu[illegible] Hoc idem in e[illegible]tione rationum vel instrumentorum vt [illegible] de eden. l. prætor. in fine. & l. si quis ex argentarijs. §. 1. Item in actione ad exhibendum vt ff. ad exhibendum. l. sed si hære[illegible]. §. quo autem loco. Respondeo, quod si possessor vult subire iudicium, vbi res sita est, potest: siue sit mobilis: siue im-

ue immobilis, noo tamen compellitur. Compellitur autem vbi habet domicilium: vt ff. de iudic. l. hæres. in rei vendicatione non coosidero vbi res sit, sed vbi quis habeat domicilium: pro rebus enim positis vltra mare potest hæc rei vendicatio intentari: vt C. de præscript. 1o. vel viginti annorum. l. vltim. & propterea dicitur in C. vbi in rem actio debeat exerceri: & non dicitur vbi oporteat, sicut dicitur io alijs superioribus rubricis, vbi de crimine agi oportet. vbi de possessione agi oportet: quasi diceret, vbi in rem actio debeat exerceri, id est, possit. Si ergo aliquis cum re mobili transeat per terram tuam, sicut vidi de facto: & velles ab eo vendicare rem, benè potes: per l. ff. de iudicijs. l. si quis legationis. Respondeo: lex illa non obstat, quia illud contingit ratione contractus. dico ergo conueotum habere ius reuocādi forum: & hoc iure Romano verum est, siue quis conueniatur pro re mobili vel immobili, &
15 proprio oomine: quia ipse detinet nomioe proprio. QVAESTIO. † Quid aotem si alieno nomine teneat, tunc idem: verùm hoc plus quod datur sibi induciæ infrà quas dominum in iudicio præsentabit: vt C. vbi in rem actio debeat exerceri, l. 1. & 2. quam legem intelligimus, siue habeat ius in re, siue noo, qui possidebat. vt ff. de rei vendicar. l. officium. & ad idem. ff. de iudic. l. venditor. lege tameo Longobarda aliter in re mobili: quòd ille qui est conuentus, debet ire cum actore pariter ad guarentem vsque ad tertium guarentem, si vult & tertium comitatum & non vltra: vt io Longobarda de rebus intertiatis. l. vltim. in re mobili guarens laudatus debet emptorem defendere in foro emptoris, vt in Longobarda de euictio. l. vltim. de vno tamen caueas quod faciunt aliquaodo imperiti iudices: quia si in libello continetur peto rem quam tenes. si hæc verba deficiaot: quam tenes: quod absoluunt ab actione proposita, licet dicant, peto rem talem: cuius fines suot tales, quam dico ad me pertinere iure dominij: sed malè dicunt. aut enim reus possidet, aut noo: si possidet, ecce benè, oon est refutandus propterea libellus: si non possidet, & offert se liti: perinde damnatur ac si possideret: vt ff. de rei vendicat. l. is qui se liti. & ff. de petit. hæred. l. qui se liti. Item multi simplices simpliciter dicūt, quòd si io libello proponatur, peto rem istā mihi restitui, quòd videatur possessorium intentatum: cum verbum, restituere, ad possessionem pertineat, ff. de vi & vi armat. l. 1. in prioc. quod non est verum: imò verbum, restituere, largissimum est. & ad petitorium, & ad possessorium pertinet, vt ff. de rei vendicar. l. qui restituere. & ff. de vsuris. l. videamus. §. 2. verba ergo præcedentia in libello posita, hanc significationem non admittunt: vt si petatur res restitui, videatur possessorium propositum, cùm aliud sit pretium rei aliud possessionis. vt ff. vti possidetis. l. si duo. §. vltim. & talia sunt prædicata, qualia subiecta permittunt. QVAES-
16 TIO. † Sed illud quæritur in rei vendicatione, an possit intendi contra commodatarium, depositarium, colonum, vel inquilinum, si vult dominus ab eis rem vēdicare? videtur quòd oon: oam rei commodatæ proprietatem & possessionem retinemus. vt ff. commodati. l. rei. hoc io re deposita. vt ff. deposi. l. licèt. §. rei. hoc in reconducta: vt ff. locati. l. oon solet. & ff. de vsucapione, non solum. §. quod vulgò. si ergo possideo: ergo vendicare non possum. primo, quia cùm aduersarius non possideat, ergo oon potest subijci actioni in rem. vt C. de alienatio. iudicij mutand. caus. fact. l. vnica. Item si possideo, non habeo rei vendicationem: quia possidenti non datur actio in rem. vt Insti. tit. de actiooib. §. 2. Respondeo: admitto quod possit dominus à prædictis rem vendicare. Nec obstat quod dicis, quòd isti non possideant, noo curo, dummodò rem teneant, cùm sola detentatio sufficiat quantum ad hoc vt rei vendicatio possit iotentari. vt ff. de vendicat. l. officium. quod enim contra commodatarium detur rei vendicatio, dicit ff. commodati. l. 1. Nec obstat in Institut. de actionibus. quod non detur actio in rem possidenti, loquitur enim de oegatoria. vel si velles intelligere de rei vendicatiooe propter verba quæ apponuntur io eodem §. sanè vno casu, dicas quòd possidenti & tenenti non datur actio in rem, at licèt possideam, non tameo teneo, nihilominùs datur mihi rei vendicatio, vt in exemplis superioribus. QVAESTIO. † Sed quæritur: si in- 17
tentatur rei vendicatio contra prædictos, an propterea faciat eos dominus possessores: videtur quòd sic. nam si nuncio nouum opus sermone, facio aduersarium possessorem, vt ff. de noui operis nuociatio. l. de pupillo. §. meminisse. Respondeo, non est verum: nam non videtur interdicto vti possidetis renunciare, qui cepit rem vendicare. vt ff. de acquirend. possess. l. naturaliter. §. vltimo. & in talibus personis prædicta regula iotelligitur. Nec obest Institot. de actioni. quod non detur actio io rem possidenti: loquitur eoim de negatoria, vt statim dixi.

Si alicui sit seruitus constituta, & sibi debeatur, si impediatur vti seruitute illa, habet actionem in rem confessoriam pro ea vendicanda.

De actione confessoria in rem.
Rubric.

1 *Seruitus multis modis constituitur.*
2 *Vicinus an dare teneatur, si in via priuata, mari, vel flumine iter perierit.*
3 *Tempus cuius in contrarium memoria non extat, qualiter probari debeat.*
4 *Seruitutibus non habentibus continuam causam quare in probationibus 30 annorum tempus non sufficiat.*
5 *Actio confessoria vt competat, quot necessaria sint.*
6 *Positiones Actoris & Rei in tali actione, nu. 7.*
8 *Libellus in tali actione quomodò formetur, num. 9. cum seqq.*
14 *Confessoria quare ita dicatur.*
15 *Confessoria & negatoria vnde oriantur.*
16 *Actio confessoria qualiter in rem dicatur.*
17 *Actionem confessoriam habere quid prosit.*
18 *Actio confessoria ab interdicto quod vi aut clam, in quo differat.*
19 *Actio confessoria quid differat ab interdicto de itinere actuq; priuato.*
20 *L. foramen. de seru. præd. vrb. quomodò intelligi debeat.*
21 *L. seruitus ff. de seruit. quomodò accipi debeat.*
22 *Actus quare non recipiant diem, quæ ratio sit.*
23 *Seruitus vsusfructus quare diuidua sit, & alia indiuidua.*
24 *Seruitus si ad certam partem pro diuiso constituta sit, nunquid ingrediens ad alias partes ire poterit.*
25 *Legata simpliciter via alicui per fundum, an legatarij sit electio, per quam fundi partem ire libuerit.*
26 *Testator si legauit suum fundū, qui fundo hæredis seruiebat, & hæres hæreditatem adeat, an dominium rei legatæ ab adita hæreditate in legatarium transeat, vel dominium penes hæredem remaneat.*
27 *Seruitutum cum non sit vacua traditio, interdicta an veluti possessoria prodita sint.*
28 *Ædificare altius an seruitus vel libertas sit.*
29 *Aream iuxta palatium alicuius si quispiam habuit per an. 30. & posteà ædificare velit, an prohiberi possit.*
30 *Altius tollere quomodò seruitus rustica dicatur, cùm in vrbanis dicatur potius libertas.*
31 *Seruitutem si quis non deberet, an alte ædificare possit, vt alterius lumina obscurentur.*
32 *Seruitus ab eo qui prædium non habet, an constitui possit.*
33 *Seruitus protegendi quomodo vrbana vel rustica esse dicatur.*
34 *Pontem in via publica, an & quo casu mihi facere licitum sit.*
35 *Seruitus omnis quare spatio 10. annorum inter præsentes, 20. autem inter absentes tollatur.*
36 *Foramina quædam si quispiam obturauit, & quædam non,*

non. in pariete illo in quo seruitus tigni immittendi habebatur, an seruitus in totum, vel pro parte amittatur, vel in totum retineatur.

37 *Confessoria si contra aliquem agatur, qui prohibuit consequenti vel familiam suam vti seruitute sibi debita, & ille contumax sit, qualiter iudici procedendum sit, & qualiter eius contumacia puniatur.*

38 *Confessoria quæ est in rem, si ligatur, fit missio in bonis causa cognita, qua causa cognitio fiat.*

39 *Possessiones nunquid habebuntur, sicut quando in reali mittitur, & quo casu.*

40 *In seruitutibus quæ causam continuam habent, an in earũ præscriptione titulus requiratur.*

41 *Negatoria & confessoria, quomodò possessori dentur, & ad quid.*

42 *Negatoria quomodo detur vtrique possessori & petitori, cũ illa soli domino detur, & dominus non seruitutem, sed proprietatem possideat.*

Si alicui seruitus debeatur, & postea impediatur vti seruitute illa, habet actionem in rem confessoriam, per quam poterit seruitutem vendicare, siue sit seruitus rust. siue vrbana, ff. si seru. vendi. l. 1. & 2. §. 1. quòd autem confessoria sit in rem, dicitur Insti. de act. in 1. col. & ff. si serui. vend. l. 1. §. hæc autem. Item si seruitus etiam sit personalis, vt vsus & vsufr. vt ff. de seruit. l. 1. locum habet hæc actio confessoria, vt ff. si vsufr. pe. vel ad alium pertin. neget. l. fructuario. §. sicut fructuario. & l. vti frui. verum, vt plenius differamus de confessoria, de qua hic tractamus, & etiã de negatoria, de qua dicemus in sequenti rubr. oportet quod sciamus in primis quæ vel quales sint seruitutes pro quibus confessoria competat: & certè vt breuiter respondeas pro seruitutibus realib. & personalibus competit: & tã pro rusticis quam vrbanis, vt dictũ est: quæ autem sint personales & reales. rusticæ vel vrbanæ, legitur Instit. de seru. & ff. de serui. l. 1. & ff. de seru. vrba. præd. l. 1. & 2. & ff. de serui. rusti. præd. l. 1. & ff. communia de serui. l. 1. Secundò est sciendum, quando vel qualiter dicatur seruitus constituta ad hoc, vt cõfessoria competat: nisi enim esset seruitus debita, confessoria non haberet locum.

1 † Constituitur enim seruitus multis modis inter viuos & in testam. inter viuos, pactionibus & stipulationib. id est, pactionalibus stipulationibus, vt sit ibi endiadis, vt Instit. de serui. §. pen. & vlt. quę constituitur inter viuos per quasi traditionem, id est, per patientiam: quia alio modo traditio fieri non potest: cùm sit res incorporalis. vt Instit. de reb. incorp. & ff. de acqui. rer. dom. l. seruus. §. incorporales. ff. de vsuca. l. sequitur. §. si via. Seruitutis enim vacua traditio esse non potest. vt ff. de serui. l. quotiens. & ff. de seru. vrba. præd. l. 1. §. traditio. Si autem in testamento legetur seruitus, incontinenti ab adita hæredi. quæritur, adeò quòd legatarius ignorans amittat. vt ff. quemad. serui. amitta. l. si partem. §. si per fundum. Item est & aliud necessarium, quod qui cõstituit seruitutem, faciat hoc volens, alioquin constitutio ab inuito est nulla. vt ff. de serui. vrb. præd. l. inuitũ. in casu tamen forte quis inuitus compellitur, vt si via publica impetu fluminis, vel alia causa sit amissa, vicinus vel proximus teneatur dare viã forte vendendo vel donando, vt ff. quemad. seru. amit. l. si locus. §. 1. quod donec. habes argu. quod pro commodo quod habet ex ipsa via, si habet, hoc incommodum sustineat. vt ff. de iurem. l. eum qui. si vis dicere, quòd pro pretio dato, quęritur à quo? Respon. à publico. vt C. pro quib. caus. ser.

2 pro præm. liber. acci. l. penult. QVAESTIO. † Quid in via priuata, si mari vel flumine perijt? tenetur vicinis dare, sed dato fortè prætio, vt ff. de religio. l. quis sepulchrum & arg. idem in iure priuato quod in publico. C. de petit. hæred. l. 1. & ff. quod cuiusq; vniuersit. nomi. l. 1. & ff. de iur. & fact. ignoran. l. regula tamen in d. l. quis sepulchrum. illud operatur fauor religionis. Constituitur etiam seruitus per consuetudinem temporis, & in hoc distinguas: aut agitur de ea seruitute quæ habet cõtinuam causam: puta, luminis, foraminis, tigni immissi, aquæductus, si continuò ducitur, stillicidij, altiùs nõ tollendi: ita vt in hac seruitute currat decennium vel vicennium ab eo tempore quo ille voluit ædificare, & posteà fuit prohibitus: tunc enim omnes hæ seruitutes longo tempore quæruntur: vt 10. annis inter præsentes. 20. inter absentes, si is qui vtitur non vi, non clam, non precario sit vsus: & sic desideratur bona fides, titulus non. & sic in seruitutibus acquiritur nobis ius sine titulo. At in rebus corporalibus non est, vt spacio longi temporis sine titulo acquiratur dominium. vt ff. de seruitutib. vrbanorum prædiorum. l. foramen. C. de seruitut. l. 2. ff. quemadmodum seruitus amit. l. si quis diuturno. & ff. de seruitut. vrban prædior. l. luminibus. & C. de seruit. l. altius. Si autem seruitus non habeat continuam causam sicut viæ, actus, itineris, nullus enim enim tam continuè ire potest, vt nullo momento interpellari possessio eius videatur, tunc oportet quòd prę scribantur tanto tempore, cuius non extet memoria, vt ff. de aqua plu. arc. l. 1. in fine. & l. in summa. in princ. & §. Cassius. & §. item Labeo. & l. vlt. & ff. de serui. l. seruitutes prædiorum. & ff. de itinere actuq́ue priua. l. apparet. §. si quis seruitutem. & quod ibi dicit longo, expone longissimo scilicèt, cuius non extet memoria. vel longo dicas, propriè: dummodò intelligas de seruitute quæ habet causam continuam. vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus. QVAESTIO. † Si autem quæratur qualiter debeat probari illud tempus cuius non extet memoria? lex dicit quòd non sit requirendus dies vel consul facti operis, id est, qua die factum fuerit. Item non requiritur an aliquis viderit opus illud fieri vel audiuerit, quando fuerit factum: sed hoc requiritur vt dicãt testes, domine nos vidimus semper istud ita factum esse, nec vidimus illos qui fecerãt, nec audiuimus aliquos, qui dixerint quòd tales fecerunt, & sic vsque ad superiores, id est, ad antecessores nostros, & ad descendentes nostros. vt ff. de aqua plu. arc. l. in summa. §. item Labeo. & ff. de probat. l. si arbiter. Admittit tamen dominus meus, & ita notauit in summa de seru. quòd in seruitutibus, quæ non habent continuam causam, si aliquis ex titulo præcedenti dicat sibi seruitutẽ constitutam, nec id possit probari per testes vel instrumenta: vt in adminiculum suæ intentionis adducat, quòd sit vsus seruitute illa domino sciente & non contradicente per annos 10. vel 20. nam ita præsumitur seruitus debita ex ea causa, quæ allegatur, vt ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. vltim. & argum. ff. de vsur. l. cum de in rem verso. C. de bon. quæ liber. l. cum oporter. §. sin autem. ff. de iure do. l. cùm post diuortium. C. de petit. hæred. l. filius. OPPOSITIO. Grauis autem insurgit obiectio. Tu dicis quòd seruitus quæ non habet continuam causam, nõ possit quæri longissimo tempore, scilicet 30. annorum: nec longo scilicet 10. vel 20. sed illo cuius non extat memoria: ergo secundùm hoc nulla res posset vsucapi vel triennio, vel 10. annis, vel 30. nonne in omnibus istis pręscriptionibus desideratur continua possessio. sic. vt C. de vsucap. transfor. l. vnica. adeò quòd si naturalis sit interruptio, præscriptio interrumpatur, & omnibus prosit. vt ff. de vsucap. l. naturaliter. & ff. de itin. actuq́ue pri. l. 1. §. si propter. Idem & in ciuili interruptione quæ habet fieri per lit. contest. licèt prosit tantùm contestanti. vt C. de præscrip. 10. vel 20. anno. l. 1. C. de rei vendi. l. more litis. quis ergo posset ita tanto tempore continuè stare & possidere, vt alio non diuerteret? Item testes qui volunt probare continuam possessionem. ego ostendo quòd omnes mentiantur, si dicant nos vidimus istum possedisse per 30. annos semper: quomodo posset hoc esse? si semper viderunt: ergo non dormiuerunt, saltem non iuerunt ad alias partes: certe sic. videtur ergo per rationes prædictas, & per l. seruitutes prædiorum. ff. de seruitu. quòd nullus possit continue possidere, & nulla continua possessio probari posset: vel si potes reddere rationem prædictorum, redde rationem quare aliud in seruitute. Respondeo: bene possum continuè possidere non obstantibus prædictis obiectionib. Certũ est quòd si possessio mihi quęritur corpore

pore & animo interueniente, vt ff. de acquiren. poss. l. quemadmodum. illa naturalis quæsita animo retinetur, quæ retenta dicitur ciuilis. vt C. de acqui. poss. l. licet. vnde de plano procedit ratio quòd possum continue possidere. Si enim vadam vltra mare, vel ad Sanctum Iacobum, possessionem animo meo retineo: licet ergo ita sit in possidente & præscribente, quod possit cõtinuè præscribere. Respondeo de testibus: testes qui dicunt quòd viderint istum possidere continuè per triginta an. aut testificantur de naturali possessione, aut de ciuili quæ animo retinetur. Sed ostendo quòd de nulla possint testificari: de corporali, & naturali non, quia illa continua esse non potest, vt dictum est: sic ergo dicerent impossibile: si de ciuili, id est, de retenta per animum: nihil dicunt: certum enim est, quod debeant dicere se vidisse. vt C. de testibus. l. testium. & in authen. vt liceat matri & auiæ. §. qui autem. col. 8. & in authen. de hær. & fal. §. hinc nobis. col. 1. sed quomodò testes possunt deponere se vidisse illum animo possedisse: cùm talis possessio inuisibilis sit. Respondeo, refero me ad principium: testes viderunt ipsum hodie possidere corporaliter, & sic habet naturalem: viderunt etiam eum multis vicibus possidentem similiter: & sic à prima possessione sunt 30. anni: quia dicunt à tali die vsque ad annos 30. vidimus eum possidere: hoc præsumimus, quòd possessionem acquisitam corpore & animo retineat: nec est præsumendum, quòd possessione illa carere velit. vt ff. de proba. l. cum de indebito. vnde cùm a principio probetur, quòd possederit multis vicibus posteà, modo præsumitur, quod omnibus medijs temporibus possederit animo: & sic continua possessio partim probatur verè, vt dictum est, & per testes: partim præsumptiuè per legem, & alio modo non credo probari posse continuam possessionem: qui autem aliter sentit, respondeat argumento si potest. QVÆSTIO.

4 † Sed quæritur quare non idem in seruitutibus quæ nõ habent continuam causam, vt eodem modo probari possint, & sic sufficiat tempus 20. anno. & non desideretur illud tempus cuius non extat memoria. Respondeo, seruituris natura multa habet & diuersa specialia, quæ non desiderantur in natura rei corporalis mobilis, vel immobilis. In primis quia possideri non potest, sed ille dicitur seruitutem habere, qui ædes possidet. vt ff. de serui. vrban. prædio. l. si ædes meæ §. vlti. Secundò, quòd huius iuris non est vacua traditio: vt ff. de seruit. l. vlti. Tertiò in eo consistat, vt patiatur qui seruitutem debet, non vt aliquid faciat: & propterea patientia inducit traditionem, vt ff. de serui. l. quotiens nec hominum. §. fin. & ff. de serui. rusti. prædio. l. 1. §. vlti. propterea quia possideri non possunt per se statim ea quo seruitute vtor, & si desino vti incontinenti illa quasi possessio interrumpitur. vt ff. de seruitu. l. seruitutes prædiorum. & sic quantum attenditur. Item quintò, quòd in præscriptione non desideratur titulus, sicut superiùs dictum est. & propterea dicitur, quòd seruitus non est in bonis, nec extra bona. vt ff. de vsufruct. l. 1. cùm ergo possessionem non potui acquirere corporalem, & sic naturalem possessionem, vt dictum est: ergo non potuit retineri animo quod acquisitum non est, id enim retinetur quod acquiritur. vt C. de acquiren. possess. l. licet. si ergo interrumpatur illa quasi possessio seruitutis, non est mirum, vt dicit l. seruitutes. & sic contingit in seruitutibus, quæ non habent continuam causam. at in his quæ habent continuam causam, secus: nam ibi habeo possessionem corporalem non ipsius seruitutis: sed illius per quod mihi seruitus quæritur. hoc videre potes in aquæductu, quæ aqua continuè fluit: hoc in stillicidio quod tota die superimpendet: hoc in lumine, & in seruitute tigni immissi. vt ff. de seruit. vrbano. prædiorum, l. foramen. & l. hæc autem. & ff. si seruitus vendic. l. sicut. §. distant. vnde cum quæratur possessio corpore, meritò potest animo retineri: & sic continua procedet vsucapio, & hæc est vera ratio, omnibus

5 alijs refutatis. Ad hoc ergo vt confessoria competat, toi sunt necessaria. In primis quod seruitus sit constituta aliquo prædictorum modorum, vt dictum est. Secundum, quòd constituatur ab habente prædium: aliàs enim non potest constitui. vt Inst. de serui. & ff. commu. de seruil. l. 1. Tertium, vt insolidum cõstituatur: pro parte enim acquiri non potest, nec imponi. vt ff. de serui. l. pro parte. Quartum, vt prædia sint vicina: ita quod sint coniuncta: alioquin in prædijs rusticis impedit seruitutem medium prædium, quod non seruit. vt ff. de seru. rustic. præd. l. qui sella. §. vltimo. nisi medium prædium sit tale, quo vti possim liberè, etsi non debeat seruitutẽ: putà, quod erat via publica, nec locus public⁹: nec per vsum meum noceretur transeuntibus. si enim noceret, non posset constitui, vt in aquæductu: vel erat proprius meus fundus, vel simile: sicut notat dominus meus in summa de seruit. per l. seruitutes. §. publicu. & §. vltim. ff. de seruit. & ff. de seruit. rust. præd. l. si mihi. §. penult. & l. tria. ff. commun. præd. l. in tradendis. §. interpositis. Quintum, quòd ille cui constituitur seruitus (de reali intelligas) vel qui petit illam seruitutem, sit dominus fundi, cui seruitutem deberi dicit, vt ff. si seruit. vendic. l. 2. §. hæc autem actio. Intelligas hic dominum largè, vt contineat & bonæfidei emptorem, vel emphyteutam, vel superficiarium, vt ff. de pignorib. l. si ab eo. ff. de superfic. l. 1. §. vltim. vel spectetur in proximo dominus. vt in emptore, qui antè traditionem seruitutem imponit empto prædio, deberi alij prædio quod tu retines. vt ff. de seruitut. vrban. prædio. l. qui duas. ff. com. præd. l. 1. & l. si quis duas. 1. responso. & ff. de seruitut. l. ex fundo. Sextum, quòd si multi sunt qui velint eorum fundo seruitutem imponere, oportet quòd omnes consentiant: alioquin vno solo nõ concedẽte, etsi omnes cõsentiant, non tamen valet constitutio seruitutis. vt ff. de seruitu. rustic. prædior. l. per fundum. & ff. commun. præd. l. fin. Vnde in hac actione actor faciat tales positiones. † PO- 6
SITIO ACTORIS. Ego dico, quòd talis mihi constituit, vel inter viuos, vel in testamento secundùm quod contingit. Item dico, quod seruitus illa habet continuam causam. Item decennio inter præsentes, vicennio inter absentes continuè vsus sum. Item tale prædium meum est ad quod aquam duco. Item insolidũ vsus sum seruitute tali. Item insolidum fuit mihi constituta. Itẽ omnes domini illius fundi mihi constituerunt. Item prædium meum est immediatè vicinum prædio tuo. Item habeo ius in illo prædio ad quod aquam duco. Ecõ-
trà reus faciat tales positiones. POSITIO REI. † Ego 7
dico, quod Titius quem dicis tibi concessisse seruitutẽ, illam concessit Sempronio: si hoc confitebitur actor, succumbet. quia duobus insolidum eadem seruitus cõcedi non potest: sicut duo insolidum possidere vel habere dominium: quia vnus incommodum patitur per vsum alterius. alioquin si separatim & non incommodetur vnus per alium, pluribus seruitus cõcedi potest. vt ff. de serui. rusti. prædio. l. per quem. & ff. commu. de seruit. l. qui per certum. & ff. de aqua quotidi. & æsti. l. Lucio. argumen. ff. de acquiren. possess. l. possideri. §. ex plurimis. ff. commod. l. si vt certo. §. si duobus. Item dico ego infra 10. annos moui quæstionẽ contra te de hac seruitute, vel naturaliter interrupi: quia aquam aliò duxi: si confiteatur actor, succumbet. quia siue fuit ciuilis, siue naturalis interruptio, vsucapionem allegare non potest, vel præscriptionem. vt C. de præscript. longi tempor. 10. vel 20. ann. l. 1. ff. de vsucap. l. naturaliter. Item illa seruitute fuisti vsus, vi, clam, vel precario. si hoc confiteatur actor, succum. vt ff. quemad. seru. amit. l. si quis diuturno. Item prædium illud ad quod aqua ducitur, est Titij insolidum. Item omni iure cares in illo prædio. Item plures sunt domini illius prædij à quo dicis tibi seruitutem deberi. Item dico, quòd Titius nõ concessit, si hoc confiteatur actor, succumb. vt ff. de aqua plu. arcend. l. in concedendo. Item illud prædium est tuum, est medium prædium Titij quod est liberum. In hac autem actione concipiet act. ita lib. LIBELLVS.
† Vobis domi. &c. conq. ego R. de M. qui me prohibet 8
ire agere per talem fundum positum in tali loco, cuius fines sunt tales: per quem fundum dico mihi ius esse eundi agendi. vnde ne me prohibeat ago contra ipsum: ad hoc propono confessoriam. Ita concipitur libel-

libellus quando debetur seruitus viæ seu itineris. Si au
tem debeatur seruitus aquæductus, dicas in libello. Li-
9 BELLVS.† Ago contra talem, qui me prohibet ducere
aquam per fundum suum positum in tali loco, cuius fi-
nes sunt tales: per quem fundum mihi ius est aquam du
cere: vnde ne me prohibeat, ago contra i lum, & pro-
pono confessoriam. Eodem modò concipitur pro om-
nibus alijs seruitutibus: quarum omnia exempla pro-
sequor, sed sufficit me ita posuisse exempla. Si autem
vis componere libellum super seruitute personali: pu-
10 tà, vsu vel vsufructu, dicas. LIBELLVS.† Ago contra ta-
lem qui me prohibet vti frui fundo tali: in quo fundo
ius est mihi vtendi fruendi, vnde &c. & sic breuiter
quot modis concipitur negatiuè, eisdem modis conci-
pitur affirmatiuè in confessoria: & sic his modis conci
pias libellum in seruitutibus quæ sunt constitutæ in te-
stamento, vel inter viuos pactionibus vel stipulationi
bus, vel quæ habent continuam causam. si autem serui-
tus sit, quæ non habet causam continuam: putà, viæ vel
11 itineris, tunc multa adijciunt in libello. † LIBELLVS.
Ago contra talem per cuius fundum cum iuerint ante-
cessores mei, & ego per tantùm tempus, cuius non ex-
tet memoria, & seruitus mihi sit quæsita: vnde ne me
prohibeat volentem ire agere, ago contra ipsum, &
propono confessoriam. sed non credo esse locum his
anfractibus: sed credo benè conceptum libellum, vt
primò dixi: hoc enim vltimo modo non approbo libel.
quia nihil quæritur tempore. cùm tempus non sit mo-
dus inducendæ obligationis, vt notabo plenè infrà de
actione ex stipulatu præsumpta ex tempore: & ita con
cipitur libellus postquam seruitus fuit tibi quæsita. Cæ
terùm si promisi tibi seruitutem in fundo meo, vel le-
gaui in testamento, & vis agere contra me: vel ante-
quam sit tibi acquisita, malè proponeres contra me cō
fessoriam: sed debes deponere actionem personalem
ex stipulatu, vel ex testamento: adeò quod etiam ante
ista non habeat interdictum fructuarius. vt ff. de vi &
vi arma. l. idemque. §. vnde vi. postquam enim traditio,
vel quasi interuenit, extunc habes confessoriam, & non
ante. & hoc est quod dicitur traditio, & patientia indu
cit officium prætoris, quod debet seruire in actione cō
fessoria. vt ff. de seruit. rustic. prædior. l. 1. §. vlti. de quo
officio loquitur ff. si seruitus vendice. l. harum. & l. egi.
& ff. de actio. empt. l. ratio. §. fin. l. inter. vel aliter, indu-
cit officium prætoris patientia, id est, officium iudi-
cis, vt detur confessoria post traditionem. Nec oblo-
quitur ff. de vi & vi armata. l. 3. §. vnde vi. vbi dici vide-
tur ante quasi traditionem & patientiam dari vendica
tionem. Respondeo, ibi legatus fuit vsusfructus, vnde
ab adita hæreditate transiuit vsufruct. in persona lega-
tarij, sicut & quodlibet aliud legatum, vt ff. de furtis. l.
à Titio, ff. quemadmodum seruitus amitta. l. si partem.
§. si per fundum. vel aliter, dicit ibi vendicare, id est,
personali actione petere, scilicèt ex testamento: vel ex
stipulatu. & hoc secundùm Ioan. vel aliter, sicut in rei
vendicatione officium iudicis est, vt probanti suam
intentionem iubeat rem restitui. vt ff. de rei vendica. l.
officium. ita in seruituti. vbi probaui seruitutem mihi
debitam ex testamento, stipulatione, vel præscriptio-
ne, iudex iubeat aduersarium seruitutem mihi præsta-
re. vt ff. si seruit. vendice. l. harum. & l. egi. Postquam e-
nim quasi traditio interuenit, locum habet confesso-
ria, ante non. vt ff. si seruit. vendic. l. si à te. & argument.
ff. de seruit. l. quotiens. ff. de vsufruct. l. 2. §. dare. OPPO
SITIO. Sed his libellis sic opponitur: quod non videā-
tur benè concepti. Certum est, quòd confessoria sit in
rem: vt ff. si seruit. vendic. l. 1. in princip. & ff. si vsufru.
peta. l. si fructuario. si est in rem: ergo dari debet con-
tra possidentem, & non contra prohibentem: contra
prohibentem dantur interdicta, quæ prohibitionem
continent: possessio enim subijcit aduersarium actio-
ni in rem. vt C. de alien. indic. mutandi causa fact. l. vni-
ca. actio enim in rem est ex possessione. vt ff. de iudic.
l. non alias. Item si est in rem, ergo in hac fiet restitutio
alicuius rei. Quæ res ergo restituetur? certè nullius rei
restitutio potest fieri. vt ff. de petit. hæredi. l. item. & l.
non tantùm. §. vltim. Respondeo, verum est quod con-
fessoria est in rem: quod autem infers, ergo datur con-
tra possidentem, non est verum: nam hęc competit pro
iuribus, id est, seruitutibus, quæ cum sint res incorpo-
rales, non possunt possideri. vt ff. de acquiren. rer. dom.
l. seruus. §. incorporales. & ff. de vsucap. l. sequitur. §. si
viam. Illud enim quod opponis, locum habet pro re-
bus corporalibus quæ possideri possunt: quod posses-
sio subijciat aduersarium actioni in rem, sicut in rei vē
dicatione dictum est, & in hypothecaria quæ in rem
est. vt C. de pign. l. pignoris. & tamen nudam possessio-
nem auocat, id est, rem possessam nudam à dominio de-
bitoris reuocat. vt ff. de euic. l. si eùm venditor. §. 1. C. de
pignorat. act. l. pignus. Cùm ergo ab aliquo ista iura nō
possint possideri: sed ille dicatur quasi possidere, qui
me inquietat in illa seruitute volentem illa seruitute
vti, nec alio modo possit conueniri, nisi me prohibe-
ret vti, ideò ratione cuiusdam similitudinis, vt dictum
est: sicut in rebus corporalibus actio in rem intendi-
tur contra possidentem, sic ista in rem intenditur con-
tra prohibentem, in corporali, vt rem restituat: in hac
incorporali, vt non inquietet, vel impediat, vt colligi
potest per dictam l. harum. & l. egi. & sic soluitur quæ-
stio, quid per hanc actionem in rem restituatur: nihil
enim mihi restituitur corporale, sed te cessante, vt me
non turbes, non inquietes, non prohibeas volentem v-
ti seruitute, ius mihi competens remanebit integrum
& saluum, vt possim amodò vti liberè: & sic cùm inté
do confessoriam, hoc intendo vt possim liberè vti illa
seruitute sine contradictione tua: sicut & in negatoria,
quæ similiter est in rem, nihil consequar, nisi vt prædi-
um meum remaneat liberum, & tu amodò illa via vel
itinere vel seruitute non vtaris: vt notabo infra in ne-
gatoria. vnde multi metu istius quæstionis libellum sic
concipiunt in confessoria. LIBELLVS.† Ago contra ta- 12
lem, vt patiatur me ire agere vel ducere aquam per fū-
dū talem, cuius fines sunt tales: per quē fundū tuus est mi
hi eundi, agēdi vel aquam ducendi: propono confesso-
riam. hoc ideò dicunt: quia patientia inducit officium
prætoris, vt dixi. omnis enim qui debet seruitutem, ad
nihil aliud tenetur, nisi vt præstet patientiam: non e-
nim tenetur aliquid facere, nisi in vnica seruitute, sci-
licet oneris ferendi: in qua seruitute ago vt debeat ele
uare parietem talem, vel reficere vt possit onera mea
sustinere: sicut hæc probantur. ff. de seruitu. l. quotiens.
§. vltim. & ff. si seruit. vendi. l. & si fortè, §. etiam. de ser-
uitu. sed benè concipitur libellus contra illum, qui de
bet seruitutem. Sed nunquid contra alium? Respondeo
benè concipis. LIBELLVS.† Ago contra talem vt patia- 13
tur me ire agere vel ducere aquam per fundum tal ,
per quem mihi ius est ire agere vel aquam ducere vel
vti frui: propono confessoriam. Quod ita concipiatur
libellus dicit ff. de seruitu. l. quotiens. § vltim. QVAES-
TIO.† Item quæritur, quare hæc actio vocetur confe - 14
soria: licèt enim dicatur mihi ius esse eundi agendi,
vel vti frui, propter dictum meum non debet mihi da-
ri confessoria: vel propterea quia confiteor mi ius
esse: nunquam enim ex confessione mea ex parte acto-
ris, maximè vel ex parte Rei aliqua actio cōfessoria da
tur: sed oritur actio specialis: vt in factum, vel ex co cō
tractu: vt notabo infra de actione in factum: vel vtilis,
quæ oritur ex confessione: & hoc probamus per l. inde
Neratius. §. vltim. & l. proinde. §. si procurator. ff. ad le.
Aquil. vbi inuenimus confessoriam actionem. & non
sumimus illa verba propriè: sed alio modo caponimus
sicut dicetur infrà de actione in factum, quæ oritur ex
confessione. Quomodo ergo hæc actio appellatur con-
fessoria? Respondeo: legislatores studuerunt pro pos-
se inuenire actionum nomina secundùm qualitatem
factorum, licèt multò plura sint negotia quàm vocabu
la, vt ff. de præscriptis verbis, l. 1. §. 1. & l. natura. vnde in
seruitutibus ideò inuenerunt ista duo nomina, vt de-
berent proprium nomen actionis, scilicet confessoria
pro seruitute vendicanda, & negatoria pro seruitute
depellenda: non enim ex confessione mea vel negatio
ne actio illa oritur, sed quia confitendo ius mi e
cun-

eundi agendi, implico & intendo mihi seruitutem con
stitutam vel debitam. Item quando nego tibi ius esse e-
undi, vel agendi: non tamen nego, sed implico meum
prædium liberum: quæ libertas saltem probatur à tem-
pore Adæ, vt dicemus infrà in negatoria: ideò non po-
tuerunt alia nomina magis conuenientia inuenire pro
his seruitutibus quam confessoria & negatoria: & ideò
cùm pro iuribus ista confessoria sit speciale nomen a-
ctionis, in alijs casibus ex confessione aliqua actio spe-
cialis non competit, quæ vocetur confessoria: sed alia,
vt dicemus infrà de actione in factum quæ oritur ex
confessione. Item pro nulla alia re corporali inuenies
quod detur negatoria, nisi pro iuribus. Item pro nulla
alia re corporali datur actio possidenti: hæc autem da-
tur. vt Institut. de actio §. 2. & sic multa sunt casualia in
his iuribus, vt notaui suprà hac eadem actione. QVAE-
15 STIO. † Si tu quæris vnde oriatur confessoria & negato-
ria. infrà, in tractatu de negatoria dicemus. Item quo e-
tiam tempore tollatur, ibidem dicemus. QVAESTIO.
16 Item † quæritur: quomodò & qualiter hæc actio dica-
tur in rem? Respoodeo, ideò quia pro iure competit,
scilicèt pro seru. quæ ius est incorporale. vt Institut. de
reb. incorp. sicut & in rem vocatur actio, quæ competit
pro filio vendicando. vt ff. de rei vendica. l. 1. sicut infrà
in speciali actione dicemus. Item non videtur quòd a-
liquo modo competat confessoria: si fortè aliquis non
patiatur, vel prohibeat te volentem vti seruitute illa:
sed vel habebit locum interdictum quod vi aut clam:
quod locum habet etiam pro iuribus. vt ff. si serui. ven-
dice. l. & si fortè. §. sciendum. ff. quod vi aut clam. l. de-
nique. vel habebit locum interdictum de itinere actu-
que priuato, ex secundo capite, vt ff. de itinere actuque
priua. l. vnde. §. hoc autem à superiore Respondeo: & si
illa interdicta locum habeant: nihilominùs & confes-
soria locum habet: interest enim nostra plura habere
auxilia, & plures actiones. vt ff. de liber. legat. l. 5. licèt
illa auxilia sint nobis inutilia. vt ff. de seruitut. l. ei fun-
17 do. QVAESTIO. Si tu instes & quæras quid prodest no-
bis habere confessoriam, & illa interdicta, & quæ sit in-
ter illa differentia? Respondeo: Interdictum quod vi
aut clam locum habet, quotiens vi inquietatiua mihi
infertur, & quotiens eo celante aliquis facit, quod su-
spicetur controuersiam ei motorum, vt notaui suprà
de interdicto quod vi aut clam. posset etiam habere lo-
cum edictum de oper. noui nunci. putà, si aliquis vole-
bat ædificare in loco vnde via mihi debebatur, & ego
denunciaui nouum opus per lapilli iactum, ille nihilo
minùs ædificauit. vt ff. si seruitus vendi. l. & si fortè, §. 2.
verum posset esse quòd violentia non fuisset illata, ne-
que clandestinitas, neque nunciatio per iactum lapil-
li: & sic nullum prædictorum auxilium haberet locũ,
& tamen haberet locum confessoria, si fortè ædifica-
tum sit in loco vnde mihi debebatur via, & sic ire non
possim. vel aliter, interdictum quod vi aut clam locũ
habet ad ea opera quæ fiunt in solo, vel circa solum: vt
notaui suprà de interdicto quod vi aut clam. & sic si ali
quis infert tibi violentiam, quia non permittit te ire,
vel aquam ducere, vel vti frui, non faciendo aliquod
opus, non habet locum interdictum: sed tamen locum
habet confessoria. Sed nonne locum habet quasi vti
possidetis. ff. de seruituti. l. quotiens. ff. si seruit. vend. l.
sicuti. §. Aristo. Respondeo, fortè sic. si quasi possessio
seruitutis turbatur, locum habet quasi vti possìde. quò
ad possessionem, vt possessoria quò ad ius seruitutis vẽ
dicandæ. Sed si non turbaris, sed quasi expelleris ab il-
la quasi possessione seru. locum habet confessoria. OP-
POSITIO. Si tu opponis: à seruitute nemo mero iure
detruditur. vt ff. de vsucap. l. sequitur. §. si viam. quomo
dò dicit ergo quòd aliquis possit à iure expelli: posset
fortè dici, quòd quasi expellatur. nam iura non possunt
possideri sed quasi. vt ff. de acqnir. rer. domi. l. seruus. §.
incorporales. sed si ita dicis: ergo quomodò habet lo-
cum interdictum quasi vnde vi? Respondeo: pro iuri-
bus interdictum vnde vi, nec vtile, nec directum locũ
habet, sicut de hoc notaui suprà de interdicto vnde vi.
18 QVAESTIO. † Si tu quæris quid differat confessoria
ab interdicto quod vi aut clam? Respondeo, dixi vnam
differentiam, dico & aliam: interdictum personale, vt
ff. de interdict. l. 1. §. interdicta. Item annale & infra an-
num vtilem competit. vt ff. quod vi aut clam. l. semper.
§. hoc interdictum. confessoria autem in rem, vt suprà
dixi, & perpetuò competit. vt notabo infrà de negato- 19
ria. QVAESTIO. Item si quæras, † quid differat ab in-
terdicto de itinere actuque priua. ex secundo capite,
cùm in illo non sufficiat, quòd aliquis probet se posse-
disse: sed debeat probare seruitutem sibi constitutam,
vel debitam. vt ff. de itinere actuque priuato. l. vnde. §.
hoc autem à superiore. hoc etiam idem videtur in con-
fessoria: quia ad hoc vt competat, debet probare seruì-
tutem sibi debitam seu constitutam, vt supra notaui.
Respondeo, differunt in his, interdictum personale, cõ
fessoria in rem. Item interdictum singulare pro itinere
actuque priuato: confessoria generalis pro omnibus
seruitutibus personalibus & prædialibus rusticis & vr
banis. Item illud interdictum tantùm ad rusticas serui
tutes tuendas pertinet, si etiam agatur ex primo capite
pro itinere actuque priuato. vt ff. de itinere actuq. pri-
uato. l. 1. §. 1. confessoria autem pro omnibus seruituti-
bus. Item in illo interdicto hoc plus habet actor: quia
interim durante causa & lite nihilominùs possidet.
hoc autem in confessoria non est. Et quare est? quia A-
ctor in interdicto duo habet probare: se vsum illo an-
no 30. diebus, & seruitutem sibi debitam, vt probatur
per l. vnde. §. hoc autem. & sic respicit causam proprie-
tatis. OPPOSITIO. Item instatur fortiter. Nam siue
seruitus habeat continnuam causam: siue non, quod eo
tempore vtraque seruitus quæratur, scilicet decennio
inter præsentes, & vicennio inter absentes, certum e-
nim est quod seruitus quæ habet continuam causam,
quæratur longo tempore. vt ff. si seru. vend. l. si quis diu
turno. C. de seru. l. 2. quæ non habet continuam causam
quæratur tanto tempore cuius non extet memoria. vt
ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. vltim. & l. in summa. §. Cassius,
& §. idem Labeo. & l. qui principis. §. vlt. & l. vlti. & ff.
de itine. actuque priua. l. apparet. §. penulti. ff. de aqua
quoti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. quæ autem sint
illæ seruitutes quæ habent causam continuam, notaui
supra in hac eadem actione: & notatur ff. de seruit. vr-
ban. præd. l. foramen. quæ sint illæ quæ non habent con
tinuam, dicitur ff de seru. l. seruitutes. nam apertè pro-
bo, quòd omnis seruitus habet continuam causam, vel
nulla seruitus habet causam continuam. si habes respe-
ctum ad ipsam seruitutem, omnis seruitus habet conti-
nuam causam, etsi non per actum, tamen per aptitudi-
nem. nam ecce habito respectu ad ipsam viam seruitus
illa continua est, licèt aliquis continuè non possit vti,
sicut vides in aqua quotidiana: quia licèt quotidiè non
ducatur: quia tamen duci potest, quotidiana dicitur,
vt ff. de aqua quotidia. & æstiua. l. 1. §. duo autem gene-
ra. & sic habito respectu ad ipsam viam, & ad ipsam ser
uitutem, omnis seruitus dicetur continuam causam ha
bere: licèt quædam habeant actu & aptitudine: vt ser-
uitus luminis, stillicidij, aquęductus, si tota die currat,
seruitus protegendi, seruitus tigni immissi. quædam ta
men seruitutes habent continuam causam aptitudine,
sed non actu itineris: vt seruitus viæ itineris, aquædu-
ctus, quæ non continuè ducitur. si autem vis habere re-
spectum ad hominem, qui seruitute vtitur, & cui serui
tus debetur, nulla seruitus habet continuam causam.
Quis enim est qui aliqua seruitute continuè vti possit?
certè nullus. sic locum habet ratio l. seruitutes. ff. de
seruitu. Si autem velles habere respectum ad prædia
quibus seruitus debetur, (de prædialibus loquor om-
ninò) seruitus ad minus per aptitudinem dicetur habe
re causam continuam. vides ergo quòd secundùm di-
uersos respectus vel omnis seruitus habet continuam
causam vel nullam. Item probo fortissimo argument.
quòd potiùs factum hominis debeo considerare in ser-
uitute quærenda tempore quàm considerare naturam
ipsius seruitutis. Nam certum est, quòd in præscriptio-
ne necessaria est possessio & continua. vt ff. de vsucap.
l. siue possess. & C. de vsucap. transfor. l. vnic. & posses-

sio factum hominis requirit. prætereà possessio non est in hæreditate vacante,& non adita. vt ff. si quis testam. lib. esse iuss.fuer. l.1.§.Scæuola. Prætereà hæreditas in his quæ facti sunt,non sustinet vicem defuncti.vt ff.de acquiren.rer.dom.l.hæreditas. prætereà ab adita hæreditate possessio in non non transit, nisi specialiter apprehendatur.vt ff.de acquir.possess. l. cum hæredes. licèt aliàs hæreditas sustineat vicem defuncti tantùm,in his quæ iuris sunt.vt ff.quod vi aut clam. l. denique. §. quæsitum.Si ergo factum hominis cõsidero: ergo quid ad me verùm seruitus habeat causam continuam vel non,dum homo non possit continuè aliqua seruitute, sicut dictum est:& sic habito respectu ad hominem nulla seruitus dicetur causam continuam habere:sic nulla quæretur tempore longo. Item vide aliud argument. quia potiùs factum hominis consideramus,quam naturam seruitutis. Nam ad hoc vt aliquis seruitutem sibi quærat tempore, oportet quod iure seruitutis vtatur: alioquin non quæreret sibi seruitutem, nec etiam interdictum pro seruitute.vt ff.quemadm.seruit.amit. l.vlt. ff.de itinere actuque priuato. l.vlti. & ita intelligimus illud verbum,quod ibi est.Nam ad hoc vt interdictum competat, ius fundi possedisse oportet. Respondeo secundùm Ioan.ad hoc vt seruitus tempore quæratur, oportet,quòd habeat causam perpetuam & naturalem, non facto hominis interueniente:si enim factum hominis sit necessarium, non dicetur habere vlla seruitus causam perpetuam: quia homo perpetuò vti non potest:& sic potiùs considero naturam seruitutis, quàm factum hominis.vnde argumen.tua deceptabilia sunt: sicut hæc probantur ff.de seruit. vrban.prædio. l. foramen.§.1.& §.omnes seruit. sed licet hoc,vt potissimum consideremus,non tamen sufficit hoc solùm:sed oportet quòd aliquis continuè vtatur, & sic interueniat factum hominis:eo saluo quòd de stillicidio dicitur cui seruit. vti quotidiè non possumus, sed sufficit quòd ita stet. vel aliter , omnes etiam seruitutes debent habere perpetuas causas,&c. scilicèt quò ad hoc quod perpetuò non vtatur: quia seruitutes ad tempus,neque ex tempore constitui possunt. vt ff.de serui.l.seruitutes, vnde sequitur in d.l.foramen.quòd neque ex lacu , neque ex stagno concedi aquæductus possit ad hoc vt habeat cõtinuam causam,quia sæpè arescunt: vnde ipso iure extinguitur seruitus,licèt restituatur.vt ff.de seruit.rusti. præd.l. Attilicinus.vel aliter, omnes seruitutes habere debent perpetuam causam, scilicèt, quòd ex ea causa statuantur ex qua possunt perpetuò retineri.Sed distingue,vt omnis recedat oppositio:quædam seruitutes habent causam continuam,perpetuam,naturalem: vt seruitus aquæductus,quæ tota die exercitur:ista quæritur longo tempore longo. vt C.de seruit.l.si per fundum.Quædam habent perpetuam & naturalem , sed non continuam:vt seruitus stillicidij. ista tempore longo quæritur.vt ff.de serui.vrban.præd.l.foramen.ff.si seru. vendic.l.si quis diuturno.Quædam habent perpetuam , & non naturalem,nec continuam: sicut seruitus viæ & itineris: vnde acquiritur tempore tanto cuius non extat memoria, sicut probaui per iura superiora. omnes ergo seruitutes , quæ habent causam continuam & naturalem,siue continuam,siue non quæruntur tempore longo , & ita scripsit dominus Ioan. distinguendo per d.l.foramen.licet seruitus quæ habet continuã causam longo tempore quæratur:& sic infert, quòd omnis seruitus quæ habet causam continuam,habet perpetuam: sed non conuertitur,habet naturalem & perpetuam,& ideò benè dicimus,omnis seruitus quæ habet continuam causam quæritur longo tempore. Item & benè dicitur,omnis seruitus quæ habet perpetuam, & naturalé, etsi non continuam,tamen longo tempore quæritur,sicut dictum est. vnde ad intellectum confessoriæ actionis ista sufficerent.verum quia tractatus tam confessoriæ quàm negatoriæ subtilissimus est, & totus contractus seruitutum:ideo in fine actionis confessoriæ quasdam quæstiones vtilissimas & subtilissimas tractare volui. QVAESTIO. † In primis quæro super l. foramen.

20 de qua proximè habuimus mentionem. legitur ibi, quòd si in foramen cadat aqua de cœlo, licet non assidue:tamen seruitus illa naturalis sit,& perpetuam habeat causam.At si in foramen non cadat aqua ex cœlo, non est causa illa naturalis nec perpetua, ideo quia manu fit.quid volunt sibi illa verba, & quæ est ratio illorum verborum? Responsio facilis,& hoc sonant verba illa,situ foramen fecisti,id est,quoddam instrumentum per quod volebas ducere aquam causa abluendi triclinij tui,forte per cannales, si aqua ista quam debebas ducere erat pluuialis,quia veniebat à cœlo tantù, seruitus illa quæritur longo tempore: quia habet causam perpetuam & naturalem per aptitudinem etsi non continuam:& sic dicitur,si tamen etiã non est flumen, id est,non habet causam continuam, tamen quæritur tempore longo. at quando aqua aliunde debebat duci non ex cœlo,sed ex fonte quem habebam iuxta me: vel ex lacu & certis temporibus, ista aqua non potest duci sine facto hominis, & ideo non dicitur habere causam perpetuam , nec naturalem. quia factum hominis necessarium est,quod perpetuum esse non potest, & ideò non quæritur tempore longo, vt in eadem lege sequitur. QVAESTIO. II Item quæritur in eo quod dicitur 21 ff.de seruitut.l.seruitutes. ipso iure neque ex tempore: putà, à pascha in antea: neque ad tempus: putà, vsque ad pascha : neque ex conditione, putà, si nauis venerit ex Asia , neque ad certam conditionem , verbi gratia,quamdiu volam,constitui possunt: sed tamen si adijciantur,pacti vel doli exceptio opponetur ei, qui vult vendicare seruitutẽ contra placita,vt ibi:sed nonne obligatio ex die & ad diem,& ex tempore , & ad tẽpus,& sub conditione contrahi potest.certè sic. vt Instit.de verbor.obligat §.omnis stipulatio. ff. de act. & obligat.l.sub conditione. & l.quod in diem.ff.de cond. indeb.l.in diem debitor.ff.de verborum obligat. l.in illa.& l.hoc iure.& l.ante Calendas.& l.eum qui Calendis.& l.qui hoc anno.& l.centesimis. & l. si ita quis stipulatus.& l.adijcit.& l.stipulatus.Item & possessio sub conditione transfertur,quæ facti est,vt ff.de acquiren. possess.l.qui absenti.§.qui possessionem.ff.ex quib.causis maior.l.denique.Item mandatum & sub conditione & ad diem,& ex die contrahi potest.vt ff. mandati. l. si mandato Titij. §. Paulus. Legatum etiam simili modo relinquitur.vt ff.quando dies leg.ced. l.si post diem. & l.huiusmodi.Item vsusfructus etiam qui seruitus est,ex die dari potest.vt ff.de vsufruct.l.in multis.& l. quoties.ff.quando dies vsusfruct.legati cedat.l.vnica. Potest etiam constitui ex certo tempore , & vsque ad certum tempus.vt ff.famil.ercisc und. l. si alia.Respondeo: verba prædicta posita in illa l. seruitutes.sic intelligimus: Seruitus ipso iure non constituitur ex tempore , id est, vt vtar is à pascha in annum. quasi quòd non incontinenti oriatur obligatio: imò incontinenti oritur obligatio,licèt obstet exceptio:neque ad tempus,id est , vsque ad pascha vtaris,& sic finiatur obligatio,non est ita: nã in perpetuum durat obligatio,licet obstet exceptio. vt Institut.de verbor.obl.gatio.§.in diem.& ff.de verbor. obligatio.l.cum quis ita.§.qui ita.ff.de actioni.& obligationib. l. obligationum §. placet. ff. de legat. 1. l.nemo. sic ergo si constituta sit seruitus à pascha in annum , ante pascha potest agi : sed obstat exceptio. idem est si sit post pascha constituta: peti enim potest post pascha: sed obstat exceptio:& hoc est quod in illa l.seruitutes.dicitur,sed si hoc adijcitur, exceptione pacti vel doli occurritur,& hoc etiam indicat § vlt. prædictæ l. vbi dicitur, interualla dierum & horarum non ad temporis causam,id est, vt ad tempus vel ex tempore videatur constituta : sed ad modum pertinent iure constitutæ seruitutis:constituitur deo perpetuò, neque sub conditione,subaudi potestatiua:scilicet, si volam. nam hic ipso iure nulla constituitur obligatio, vt ff. de actio.& obligat. l.sub hac. ff.de verbor. obligat. l.stipulatio. non valet in alterum tei promittendi collata conditio.& l.centesimis.§.vltim.io [illegible] valeat stipulatio sic concepta cùm volueris,vt in [illegible] §.l.centesimis.scilicet vt quando voluerit dare, [illegible] eius potestate,non ipsum dare. vt ff. de rebus dubijs. l. vtrum. §

pe-

penult. ff. de pact. dut. l. vlt. §. vltim. & hoc notat ibi dominus meus neque ad certam con[illegible]ionem: puta, quādiù volam: vt in prædict[illegible] seruit. [illegible] alijs autem conditionib. rectè constitu[illegible]r: sicut patet per leges quæ in oppositione notatæ [illegible], & [illegible] vsufruct. quod in alijs seruit [illegible] quidam di[illegible], qu[illegible] aliud in vsufr. aliud in alijs seruit. quia [illegible] vsuf. habet quædam casualia: sicut [illegible], quod seruitus vsuf. sic diuidua: licèt aliæ sint indiuiduæ. vt [illegible] ad leg. Falc. l. 1. §. si vsusfru. ff. de leg. 2. l. cùm fi[illegible]us. §. [illegible]tus. & habet etiam aliud casuale in [illegible] aliæ enim seruitutes si sint constitutæ ex tempore, & ad tempus, & in [illegible], & ex die, & ante tempus & diem & post oritur, & durat obligatio: licèt obstet exceptio. in vsufru. [illegible] quia constitutus & ex die & ex tempore simul & ce[illegible] & veniedies: nec ante dicitur vsusfruct. [illegible]em post tempus vsufruc. non dicitur, si ad tempus co[illegible] vt [illegible] quando dies lega. ced. l. vnica. p[illegible]or tamen [illegible] melior est. quia ei[illegible]dem modis co[illegible]itur, sicut [illegible] vsufruct. vt ff. de seruitut. l. [illegible] simplices voluerunt notare, [illegible] ex tempore, neque ad tempus, n[illegible] ad diem vel e[illegible] die, vel sub cōditione consti[illegible] legitimi. vt ff. de regul. iuris. l. [illegible] dicentes alia dicentes in duobus errant. [illegible], quòd cr[illegible] omnem actum legitimum non [illegible] diem, nec conditionem. secundò, quòd credunt [illegible] seruitutes esse de al[illegible] actibus le[illegible]timis, qu[illegible] non [illegible] diem vel conditionem: sed in vtroque errant. nam siue voces actus g[illegible]neraliter, siue specialiter, vt dicit Labeo. ff. [illegible] verbor. signifi. l. Labeo. omnes pro maiori parte recipiunt diem & cōditionem sicut supra notatum in eadem quæ[illegible]ione. Nouatio autem quæ actus legitimus est, recipit conditionem. vt ff. de nouati. l. nouatio aut[illegible] quòd e[illegible] dicit regula iuris, ita [illegible]: quod quidam actus [illegible] qui non recipiant diem vel conditi[illegible]nem. & sic non dicit de omnibus. nam dicit a[illegible]us legiti[illegible] qui non recipiūt &c. & statim exemplificat & ponit, sicut est emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, serui optio, tutoris datio, subaudi a iudice: à testatore secùs. vt Instit. [illegible] dari tuto. possunt. est & sextus le[illegible]timus actus qui non recipit diem vel conditionem sc[illegible] auctoritas tutoris. vt ff. de auctori. tuto. l. & si conditionalis. [illegible]st & septimus, scilicet sententia quę non debet ferri sub conditione, licet lata tempore i[illegible] valeat. vt ff. quando appella. sit. l. 1. § [illegible]duum. matrimonium etiam licèt possit contrahi sub conditione: tamen non c[illegible]do quod re[illegible]piat diem, scilicet, rec[illegible] ad pascha: [illegible] habere filium temporalem [illegible] ad [illegible] cum. caue [illegible] quòd [illegible] actus non [illegible] co[illegible] [illegible] ex [illegible] lo excepti [illegible] sicut [illegible] dicit [illegible] nec c[illegible] [illegible] n[illegible] un. §. [illegible] tutores si fiat [illegible] non v[illegible]

22 [illegible]dicitur. QV[illegible]STIO. Sit quæ[illegible] fit[illegible], quar[illegible] actus non recipiant di[illegible] vel c[illegible]nem. R[illegible]spo[illegible]o, q[illegible] te-repo[illegible] de e[illegible]ncip[illegible] ne[illegible] leges fiant lu[illegible] alias C. d[illegible] m. vel ideo quia e[illegible] est in [illegible] potest rec[illegible] in potestate patris, n[illegible] casibus vno honesto, [illegible] per adoptionem al[illegible] puta, per ingratitudinem [illegible] ff. de adop. l. [illegible] C. de ingrat. libe. l. [illegible] ergo si emācipatio fieret ad di[illegible] in die trāsacto red[illegible] absurdum. de accep. [illegible]atiōe quia cum sit ima[illegible] solutio. ff. de accept. l. 1. iam si fieret ad diem, [illegible] sequeretur absurdum, quod iam debit[illegible] liberatus per solutionem illam imaginariam reobligaretur [illegible] a causa interueniente vel obligatione naturali, vel ciuili: item obligatio quæ fuit extincta per acceptilationem, resus[illegible]taretur, quod iura nolunt. vt [illegible] de solutionib. l. quæ res. § arcam. De hæreditatis aditione ratio: quia iam emergeret maxima confusio, vt omnia iura & dominia, & obligatio, quæ ex quasi contractu inducitur ex persona hæredis, ff. de acquirend. possess. l. cùm hæredes. & Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu. iam recederet ab illo, & transi[illegible] [illegible]lium: quod iura non patiuntur, nisi beneficio Trebelliani: alioquin si hoc admitteremus, quòd ad diem esset quis hæres obligatus: putà, vsque ad pascha, iam dies sine aliqua restitutione facere: actiones & iura transire, quod esset contra iura: cùm saltem restitutio oporteat fieri re & verbo. vt ff. ad Trebellian. l. restituta. Item si hæres diceret, volo adire hæreditatem vsque ad pascha: vel volo esse hæres & adire hæreditatem vsque ad pascha, si nauis venerit ex Asia, hoc esse non posset: quia cum aditio hæreditatis in sola voluntate consistat. vt C. de iur. deliber. l. quoniam sororem. ff. de hære. insti. l. iam. quomodò posset esse, cùm sim iā hæres, quòd die adueniente desinerem: vel conditione deficiente non essem. vnde propterea dicitur: hæreditas nec ex die, nec ad diem dari potest: sed remoto vitio temporis remanet institutio. vt ff. de hæred. institu. l. hæreditas. Et not. quòd lex dicit hæreditatem non posse adiri sub condit. vel ad diem, vel ex die, non autem dicit hæredem non posse institui sub conditione: sub conditione enim quis posset hæres institui. vt ff. de hæred. instit. l. suus. & l. sub conditione. & l. iam dubitari & ff. de bon. possess. secundùm tab. l. [illegible] miles autem propter priuilegium suum & ad tempus hæredem instituit. vt ff. de milit. testamē. l. in fraudem. §. vltim. De optione serui, ratio, quotiens optio seruorum relinquitur, compellitur legatarius optare, & infra certum tempus datum à iudice, vt possit hæres facere de alijs seruis residuis quod volt. vt ff. de opt. leg. l. mancipiorum. & l. sicut. ideò ergo nec recipit diem nec conditionem, quia hæres remaneret impeditus in alijs in quo esset vitium. De datione tutoris datiui, ratio: quia cùm detur cum causæ cognitione, & sic quoddam decretum seu sententia interueniat, ideò nec ad diem, nec sub cōditione fiet. De auctoritate tutoris, ratio: quia auctoritas statim ipso negotio perfecto, vel in ipso negotio debet interuenire. vt Institu. de auctori. tutor. & ff. de acquiren. hæredi. l. si quis mihi bona. §. iussum. De matrimonio & adoptione suprà reddidi rationem. De sententia ideò, quia debet esse certa, & imponere finem, & non debet esse in pendenti. vt Institut. de acti. §. curare. ff. de re iudi. l. 1. ff. de iudic. l. non quemadmodum. OPPOSITIO. Item quæritur, dicitur ff. de seruit. l. ad certam partem. fundi seruitutem tàm remitti quàm constitui posse. Item dicitur in eodem titu. l. vt pomum. §. vltim. quod seruitus ab initio per partes acquiri nō possit, [illegible]cet per partes acquisita retineatur: sed in eod. titu. dicitur in l. pro parte. pro parte dominij acquiri seruitus non potest. imò si quis habet fundum & viam stipuletur, & postmodum partem fundi alienet, corrumpit stipulationem, deducendo stipulationem ad eum casum à quo incipere non posset: pro parte quoque legari neque adimi potest: & si factum est, neque legatum, neque ademptio tenet: & sic iura ista videntur inter se co[illegible]ari. Respondeo: nulla est contrarietas. Nam ad certam partem fundi pro diuiso seruitus constituitur, & [illegible]tur. vt ff. de seruit. rustic. prædio. l. certo generi. & in hoc casu loquitur l. ad certam. ad partem autem fundi pro indiuiso, & sic ad incertam partem seruitus acquiri non potest, quia nescitur cui parti acquiratur, & sic nulli: & in hoc casu loquitur l. vt pomum. §. vltim. eodem modo intelligitur pro parte dominij, sci[illegible], pro indiuiso, seruitus non potest acquiri. & est alia ratio: quia sicut vnus socius pro parte non potest seruitutem imponere, ita nec acquirere, vt ff. de seruitut. rustic. prædiorum. l. si vnus. & ff. communia de seruitu. l. proprium. quod autem legitur in d. l. pro parte. quod aliquis alienando partem fundi, corrumpat stipul. vię. illud ideò, quia nondū erat seruitus constituta sed promissa: alioquin si constituta esset, tunc facta alienatione partis duraret seruitus ex toto, vt in prædicta l. pomum. §. vltim. & vbicunque inuenias seruitutem pro parte acquiri vel retineri, intelligas facta rela

tione ad prædictum prædium, non autem ad seruitutē:
quia omnis seruitus est indiuidua, præterquam seruitus
vsufruct. vt ff. ad legem Falcid. l. 1. §. si de vsufructu.
23 QVAESTIO. † Si tu quæras quare seruitus vsufruct. diuidua
sit, & aliæ indiuiduæ. Respondeo: si habeas respe-
ctum ad ius, etiam seruitus vsufruct. est indiuidua: si ha
beas respectum ad viam seruitutis, omnes sunt indiui-
duæ, excepta seruitute vsufruct. nam quomodò posses
pro parte vti via vel alijs? vsufructu autem pro parte v-
ti potes: & hoc colligo ex prædicta l. 1. ff. ad leg. Falc. &
ff. de lega. 2. l. cùm filius. §. dominus. ff. de serui. l. viæ. iti-
neris pars in obligatione non deducitur: quia vsus eo-
rum indiuiduus est, & ideò si quis habens viam dece-
dat pluribus relictis hæredibus, quilibet eorum habe-
bit viam insolidum ad partem hæreditariam fundi, vt
in prædicta l. viæ. ff. famil. ercisců. l. hæredes. §. an ea. &
est argumento pro patronatu ecclesiæ, quòd quilibet hæ-
redum insolidum sit patronus. vt ff. de verb. obliga. l. 2.
etiam si in æqualibus partibus sint instituti. vt ff. de o-
24 peris lib. l. vt iurisiurandi. † QVAESTIO. Sed illud quæ-
ritur si ad certam partem pro diuiso seruitus sit consti
tuta: nunquid ingrediens ad partes alias poterit ire?
Respondeo, videtur quòd sic: si nullum damnum detur
seruienti fundo. vt ff. de aqua quotid. & æsti. l. 1. §. illud.
domino tamen meo hoc visum est, quòd non liceat do-
mino commeare gratia aliarum partium: sed eius par-
tis tantùm gratia cui debetur seruitus, ne fiat grauior
seruitus. vt ff. de serui. vrban. prædior. l. seruitutes. §. si
stillicidium. ff. de seruit. rustic. præd. l. ex meo. & l. qui
duo. QVAESTIO. † Item quæritur: legitur ff. de serui. l. si
25 cui simplici. quòd si simpliciter legetur via per fundũ
tibi, quòd tui legatarij electio per quam partem fundi
ire libeat at in titulo de seruit. rustic. præd. l. si via, dici
tur quòd electio hæredis est. item ff. de serui. rusti. præ-
dio. l. certo. §. si totus. dicitur arbitrum debere determi-
nare locum per quem via debeatur: quæ iura videntur
inter se contraria. Sol. dicebat R. quòd ab initio semper
quādo aliquid simpliciter legatur, est hęredis electio:
sed si fuerit hæres in mora, transfertur electio in lega-
tarium. argumen. eius quod dicitur ff. de solut. l. 1. & 2.
& argumen. ff. de vino & oleo lega. l. 4. & argumen. ff.
de lega. 3. l. qui concubinam. §. 1. & argum. C. de dona. l.
sancimus §. ne autem. & est optimum argum. pro R. ff.
de lega. 1. l. cùm res. §. sed si Stichus. Nostri verò Docto-
res dicunt totum contrarium: dicunt enim electionem
esse legatarij ab initio: sed si fuerit in mora, est hæredis
electio: vnde si legatarius non eligat, sed hodiè vadat
per vnum locum, cras per alium, poterit hæres certum
ei locum determinare. & facit pro nobis ff. de lega. 1. l.
legato generaliter. ff. famil. ercifcun. l. hæredes. §. si in
certo homine. & Institut. de lega. §. si generaliter. Non
obstat argum. bonum pro R. ff. de leg. 1. l. cùm res. §. sed
si Stichus. quia loquitur quando erat sub alternatione
legatum: quo casu est electio hæredis. vt ff. de iure dot.
l. plerunque. in fine. Ioan. B. Verùm si hęres, quando sua
est electio, velit præstare viam legatario, qua via lega
tarius vti sine maximo incommodo non posset: vel si
legatarius vellet eligere viam cum hæredis incommo-
26 do, tunc arbiter eligetur. QVAESTIO. † Item quæritur:
legitur ff. de serui. l. Papi. quòd si testator legauit suum
fundum, qui seruiebat fundo hæredis, & hæres adeat
hæreditatem, quod per aditionem fit confusio seruitu-
tis: vnde legatario agenti rei vendica. vel actione ex te-
stamento, obstat doli exceptio, nisi patiatur seruitu-
tem imponi: & sic videtur quòd dominium rei legatæ
non transeat in legatarium ab adita hæreditate: imò
dominium remanet penes hæredem, & sic demum tran
seat in legatarium. tunc ergo acquiritur quando lega-
tarius vult sibi acquiri, & sciat. Sed contra le[illegible] ff. de
pecul. l. sed si damnum. §. sed & creditor. quod n[illegible]lo
momento legati remaneat dominium penes hæredem.
Item leges alibi dicunt. quòd legatum acquiratur lega-
tario, ignoranti. vt argu. ff. quemad. serui. amit. l. si par-
tem. §. si per fundum. & C. quando dies legat. ce[illegible] l. vlti.
ff. de actio. & obligat. l. si à furioso. & ff. de le[illegible] cùm
pater. §. fundo. & ff. de testam. l. filiusfamil. in fin. Resp.
benè dicit dominus meus, & est verum acquiri domi-
nium legatario ignoranti, nec aliquo momento facit
moram in persona hæredis. nec obstat l. Papinianus.
quia duobus modis intelligitur. Primò, quando fundus
proprius testatoris fuit legatus sub conditione: & ideò
medio tempore fuit facta confusio seruitutis cum præ-
dio hæredis, cui seruitutem debebat: quia interim res
sub conditione legata in dominio hæredis est. vt ff. de
rei vendi. l. non ideò. & ff. de condi. furt. l. si seruus. vn-
de interim non potuit dominium transire in legatari-
um: vel aliter, si fundus hæredis debeat seruitutem fun
do testatoris, & fundus hæredis fuit legatus, meritò cō
funditur seruitus: quia dominium prædij legati, cum
non fuerit testatoris, non potuit in legatarium transi-
re. QVAESTIO. † Item quæritur ff. de seruitutib. l. quo 27
tiens. quod seruitutum non sit vacua traditio: & ideò
interdicta veluti possessoria prodita sint: quare quæri-
tur, quæ sint illa. Respondeo, interdictum quasi vti pos
sidetis. vt ff. si seruit. vendice. l. sicuti. §. Aristo. Interdi-
ctum de itinere actuque priua. vt ff. de itinere actuque
priua. l. 1. Interdictum de aqua æstiua. vt ff. de aqua quo
tid. & æsti. l. 1. §. quod autem. & propterea quia iurium
non est vacua traditio: ideò si venditur actio, habet em
ptor vtilem actionem. vt C. de hæred. vel actione ven.
l. vlti. at in re corporali, in qua potest interuenire tra-
ditio, emptor ante rei traditionem nullam habet actio
nem, nec vtilem nec directam. QVAESTIO. † Item 28
quæritur, legitur ff. de seruitutibus vrban. prædio. l. 1.
quòd altius ædificare seruitus est, sed instatur altius ę-
dificare libertas est. ff. de seru. vrban. præd. l. cum eo. &
l. Marcellus. & C. de serui. altius. Respondeo, altius ædi
ficare seruitus est in casu, putà, quando debebas sustine
re onera & trabes domus meæ, & paries tuus erat de-
pressus ita quòd non erat locus ęqualis loco illi, in quo
erant trabes meæ, ago contra te vt altius tollas & susti-
neas trabes: in hac enim seruitute scilicet oneris feren
di, tenetur facere qui seruitutem debet. vt ff. si seruit.
vendic. l. & si fortè. §. etiam. aliàs quilibet potest altius
ædificare, & sic est libertas. QVAESTIO. † Sed quæri- 29
tur: pone, quòd tu habuisti aream iuxtà palatium me-
um: & fortè per annos 30. modo vis ædificare, ego pro-
hibeo te, quòd altius non ædifices: nunquid possum? vi
detur quòd sic: seruitus enim videtur mihi quæsita, sci-
licèt altius non tollendi. vt ff. de seruit. vrban. prædio.
l. 1. Item seruitus videtur quæsita tempore longo: quia
habet causam continuam, vt supra dixi. Item tertia ra-
tio, quòd ille qui vult ædificare, seruet morem, formā,
ac statum antiquorum ædificiorum. vt ff. de seruit. vrb.
prædi. l. qui luminibus. Respondeo, dominus meus ex-
ponit formam ac statum, id est formalem statum, qui
seruitus est: alioquin si per mille annos haberes aream
sic depressam, posses altius ædificare. Si tu dicis seru[illegible]
tus ista tempore quæritur cùm habeat causam continu
am. Respondeo, & dico quod verum sit, sed ab eo tem-
pore incepit currere pręscriptio ex quo volebat ille al
tius ædificare & tu prohibuisti, ex tunc videris incipe
re seruitutem altius non tollēdi acquirere: & illa qua-
si vti: quia nullus potest acquirere seruitutem nisi illa
vtatur & credat se iure serui. vti. vt ff. quemad. serui. a-
mit. l. seruit. QVAESTIO. Item quæritur: altius non tol 30
lere dicitur seruitus vrbana, al[illegible]iùs tollere dicitur ser
uitus rustica. vt ff. de serui. vrban. pręd. [illegible] 1. & ff. de serui.
rusti. prædio. l. 2. licet etiam seruitus non tollendi dica
tur seruitus vrbana, vt dixi. Quæritur ergo quomodo
seruitus dicatur rustica altius tollere. cùm in vrbanis
dicatur potius libertas, vt dixi. Respondeo, ideò in prę
dijs rusticis a[illegible] dicitur seruitus: quia prop-
ter vtilitatem frugum non potest aliquis ædificare, vt
ventum auferat. vt [illegible] de seru. [illegible] vlt. vnde altius ædifica-
re seruitus est quantum ad te, qui habebas aream iuxta.
QVAESTIO. Item quæritur, an si non deberes seruitutē 31
possis ædificare [illegible]am altè, vt possis obl[illegible]are lumina
mea? Respondeo. & di[illegible]o quod [illegible] præter[illegible] quando
habeo lumen [illegible] publico vt ff. ne qu[illegible] in loco publ. l. 2. §.
damnum. alioquin contra. vt ff. [illegible] l. fluminū.
§. vlt. & l. seq. & l. Proculus. præterqu[illegible] in domo in qua
habeo

habeo vsumfru. tunc tam altè ædificabis quam volueris, dúmodò in toto nò obscuretur lumina: sed tantum luminis mihi relinquas quòd sufficit habitat. vt ff. de seru. vrb. præd. l. binas. & l. si is qui binas. QVAESTIO. † Item quæritur, lex dicit prædiales seruitutes neminem
32 nem posse constituere vel habere, nisi ab habente prædium habenti prædium. vt ff. communia de serui. l. 1. & Instit. de seruit. ac legitur ff. famil. ercisc. l. hæredes. §. an ea. quòd viam promittere potest etiam is qui fundũ non habet, & sic videtur quòd possit constitui seruitus ab eo qui non habet prædium. Respõdeo: quòd ille qui non habet fundum potest promittere viam, scilicet ad hoc vt teneatur ex promissione, non autem quantum ad hoc, vt dicatur seruitus, si non habet prædium, vt dictum est. QVAESTIO. † Item quæritur: seruitus protegendi
33 gendi dicitur seruitus vrbana. vt ff. de serui. vrb. prædi. l. 2. & dicitur etiã seruitus rustica. vt ff. de ser. rus. præd. l. 1. quomodò ergò eadẽ dicitur seruitus vrba. vel rusti. Resp. Seruitus dicitur rustica vel vrbana habito respectu ad locum cui debetur. seruitus si rustico prædio debetur, dicitur rustica: si vrbano, vrbana. † QVAESTIO.
34 Sed quæritur: habeo domum ex parte illa, in medio est via publica, vis mihi concedere vt possim facere pontem: vel ex vtraque parte habeo domum, in medio est via publica: possum facere pontem? Respondeo: In primo casu non. vt ff. de serui. l. vlt. in secunda etiam quæstione dico, quod non possum facere sine licentia principis, quia illud solum publicum liberum debet esse vsque ad cœlum. & est ad hoc ff. ne quid in loc. publ. si l. 2. §. si quis à principe. & § tractatum est. & ff. de flum. l. vl-
35 tim. QVAESTIO. Item quæritur quæ sit ratio quare omnis seruitus tollatur spacio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, si aliquis illa seruitute non vtatur, siue seruitus illa sit quæ habet continuam causam, siue non: & non sit eadem ratio in acquisitione sicut suprà notaui. vt ff. quemad. seruit. amit. l. 2. & l. si partem. & ff. de vsucapio. l. sequitur. §. si via. & §. vlti. & C. de præscript. longi temp. l. vlti. in fin. Respondeo, Ratio est, quia citiùs amittitur aliquid quam acquiritur. & est ratio quare amittatur, quia siue habuit causam continuam seruitus, siue non, ex quo seruitus est acquisita, est ius quod possit tolli: licèt in acquirendo non possit ita dici: & sic omnis seruitus non vtendo amittitur, etiamsi sit seruitus personalis: puta, vsusfructus. vt Institut. de vsufru. ff. quib. mod. vsufruct. amit. l. placet. & l. si vsusfruct. C. de seruit. l. penult. nisi vnica sola: putà, iter sepulchro debitum. vt ff. quemad. seruit. amit. l. iter. & est ratio. quia non moritur tota die aliquis vt illum possim inferre: sed licet vtraque amittatur tam rustica, quam vrbana, vt dictum est, aliter tamen, quia vrbana seruitus non amittitur nisi & ille qui vult vendicare libertatem, aliquid faciat vt dicit ff. de seruit. vrbano. prædior. l. hæc autem iura. & credit dominus meus quòd in illa libertate vendicanda necessaria sit bona fides. argum. C. de præscript. longi tempor. l. vltim. in fin. & ff. commun. præd. l. pen. §. cæterũ. In seruitute rustica amittenda nihil debeat facere [illegible] libertatem acquirit: sed hæc sunt vera, quando seruitus est constituta simpliciter: cæterùm si sic sit constituta, vt alternis annis quis vtatur, tunc duplicato tempore amittitur. vt ff. quemad. seruit. amit. l. si sic. Sed quid si alternis septimanis vel diebus, vel mensibus? dicit idem dominus meus: quia odia sunt restringenda scilicèt, præscriptionum. vt ff. de liber. & posthum. l. cum quidam. dicit idem, etiamsi sit constituta seruitus vt vno tantùm die in quinquennio quis vtatur. vt C. de seruit. l. vlt. In vsufruct. autem legato singulis annis vel alternis annis primi anni tantùm amittitur vsusfructus: & sic tot sunt necessariæ præscriptiones quot anni. vt ff. quib. mod. vsusfruct. amitta. l. 1. sed quæ est ratio? Respondeo, quia cum seruitus vsusfructus sit diuidua quantum ad vsum, vt suprà dixi, ille solus amittit, cui eo tempore competebat: at in alijs seruitutibus contra, quæ indiuiduæ sunt. QVAESTIO. Quid
36 tamen si quædam foramina obturasti, & quædam nõ, in pariete illo, in quo habebam seruitutem tigni immittendi. amittitur seruitus in totum, vel pro parte, vel in toto retinetur? Respondit dominus meus, etiam posse dici, quod fauore libertatis in totum seruitus amittatur. vt argum. ff. de re iudic. l. inter pares. ff. quemadmodum seruitus amittator. l. stillicidij. & hoc in ignorante, in sciente posset distingui vt ff. quibus modis vsusfruct. l. is qui vsus. vel saltem pro parte in his quæ obtusa sunt, vt eadem sit ratio totius ad partem, ff. de vsucap. l. pro derelicto. l. an pars, vel melius nihil amittitur, vt ff. de seruitut. rusticorum prædiorum. l. vna est via. & C. de agricol. & censit. l. cum scimus. §. vlt. OPPOSITIO. Sed quæritur de lege quadam mirabili. ff. si seruit. vendice. l. si cum meus. dicitur, quod si tibi constitui seruitutem tigni immittendi, & immisisti: & posteà noua velis immittere, quod non sis audiendus: & sic non videtur quod possis tigna vetera extrahere, & noua immittere. Respondeo, ille est intellectus: vt si tigna immisi necessaria, & posteà volo noua foramina facere, non possim: alioquin possim vetera
extrahere, & noua immittere. QVAESTIO. † Item quæ- 37
ritur, si ago confessoria contra aliquem qui prohibuit me, vel familiam suam vti seruitute mihi debita: & ille sit contumax, qualiter sit iudici procedendũ, & qualiter contumacia eius puniatur. Respondeo, lex scripta est, & est mirabilis, quia iudex mittet te in possessionem bonor. & si ille reuertatur: non ante discedam de possessione, quam mihi constituatur ius aquæ ducendæ, & totum damnũ resarciat mihi, quòd propter prohibitionem suam contigit. vt ff. si seruit. vendic. l. is cu-
ius. QVAESTIO. † Sed circa multa instatur: ago ego con- 38
fessoria, quæ est in rem. ff. si seruit. vendice. l. 1. fiet missio in bonis causa cognita. Quæ causæ cognitio fiet? Respondeo, summaria: sicut quando quis mittitur in possess. causa cognita, fiet missio. vt C. de bonis autho. iud. possiden. authen. & qui iurat. sicut & alibi fit summaria. ff. ad exhibendum. l. 3. §. sciendum. QVAESTIO. Item
quæritur † quæ bona possidebuntur? olim omnia. Ho- 39
die autem & olim cum sit in rem, loca illa possidebuntur per quæ seruitus viæ debebatur: alia bona pro damno dato, possidebuntur pro mensura debiti declarati: vt in prædicta authen. & qui iurat. sed nunquid habeo possessiones sicut aliàs quando mittitur in reali. Respondeo sic: vt notaui suprà de secundo decreto. Sed mirum est quod dicit, quod tu reuersus deberes mihi constituere ius seruitutis. Sed nunquid infra annum vel postquam fuisti reuersus. Respondeo: lex illa indistinctè dicit: sed si volumus exemplum realium sequi, dicemus infrà annum. vt C. de præscrip. 30. vel 40. annorum l. si quis emptionis. §. vltim. & hoc puto. Item illud videtur mirabilissimum, quod non discedam de possessione antequam constituas mihi ius seruitutis: cùm alibi legatur, quod misso in possessionem non debeat aliud restitui nisi impensæ. vt C. de bonis author. iudic. possiden. authent. & qui iurat. & C. de iudic. l. sancimus. C. quomodò & quando iudex. authen. semel. Respondeo. non constituet seruitutem: sed ita constituet, subaudi per cautio. scilicet quia cauebit illi misso in possessionem quod eum non impediet illa seruitute vti. si de iure suo probauerit, id est, quod seruitus sit sibi constituta: & continebitur plus in illa cautione quod permittet aquam currere, sicut currebat. vt arguiné. ff. de vsufruct. l. cuiuscunque. §. si fundus. & ff. si seruit. vendice. l. & si fortè. §. etiam. de seruit. & hoc approbat dominus meus Azo. Et quare hoc in his seruit? ideò quia incorporales sunt, sicut & aliàs. ff. de operis noui nunci. l. si prius. & quod legitur ibi de familia, intelligas quando domino iubente familia prohibuit, alioquin non teneretur dominus de facto familiæ, nisi in quantum ad eum peruenit. vt ff. de vi & vi armat. l. 1. Has quæstiones vt vtilissimas super confessoria tractare volui: huic adde quod inuenies infrà de actione ex stipulatu, propter denunciationem noui operis de opere destru-
cndo. QVAESTIO. † Sed quæritur super l. si quis diuturno. ff. si seruitus vendicetur. nam lex illa videtur in superficie velle, quod in seruitutibus, quæ habent causam continuam, in earum præscriptione titulus non 40

requiratur, sed videtur quod stare non possit. Nam ad hoc vt seruitus sit, oportet quod constituatur vel pactionibus vel actionibus inter viuos, vel in testamento. vt Instit. de seruit. item non sufficit si aliquis probet se vti: nisi & probet seruitutem sibi constitutam. vt ff. de itinere actuque priua. l. vnde. §. hoc autem à superiore. Respõ. ratio est, quare titulus non desideretur. Nam in seruitutib. nõ possunt sequi iura cõmunia: ideò multa habent irregularia, quorum vnum est hoc, & quædã alia: sicut notaui in hoc tractatu de confessoria: propterea fuit dictum, quod seruitutes non sint in bonis nec extra bona, vt ff. de vsufruct. legà. l. 1. Item est & alia ratio: quia cùm in vno oneror, scilicèt vt probem continuam, in alio releuor, vt non probem titulum: & est argu. pro hoc ff. de iureiuran. l. cum qui. sed nonne idem in præscriptione rei corporalis immobilis: quia debeo probare, quod continuè possederim. vt C. de vsucapi. transfor. l. vnica. Respondeo: ibi de alia continua & alio modo probatur, quàm hic, ibi de cõtinua quantum ad te venientem, quæ probatur partim verè, partim præsumptiuè: sicut notaui in hoc tractatu confessoriæ. hic autem probo vere, & de continua ratione ipsius rei quæ habet causam continuam. Vel aliter, ideò titulus non exigitur: quia vera traditio interuenire non potest: vnde sola patientia inducit officium prætoris. vt ff. de seruitut. rusticorum prædio. l. 1. vnde si te patiente vtor, videris mihi tradidisse. vt C. de seruit. l. 2. & quod dicit, quòd debeo probare constitutam: verum est illis modis, vel etiam tempore, vt hic. & in l. si quis diuturno. & illa de itinere actuque priua. non obstat: quia loquitur in seruitute itineris & actus, vt dicit regula, quę seruitutes non habent continuam causam. vt ff. de seruitutib. l. seruitutes. ideò non sufficit vsus nisi probetur constitutio. Vel aliter, & dicam requiri titu. in seruitutibus: & quod hic legitur, non est necesse, &c. subaudi tantum: simile tantùm subauditum habes, ff. quor. bonor. l. 1. §. vlt. vbi dicitur, hoc interdictum non ad singulas, subaudi, tantùm. Nam pro singularibus etiam competit. vt ff. de seruit. l. hoc amplius Vel aliter, idem in seruitutibus quod in rebus corporalibus: & hoc indè. Nam seruitus vsusfruct. non videtur nisi quod quis suo iure credit vti. vt ff. quemad. seruit. amit. l. vltim. & ita intelligas de credulitate quæ est consona iuri, & cõmoda: putà, quia iusto errore ductus est. vt ff. de vsuca. l. iusto. Vel dicas non requiri titulum sicut in præscriptionibus alijs, sed quare? Respondeo, quia dominium non tollitur nec directum, nec vtile, sed quoddam ius constituitur. At in præscriptione rei mobilis dominium acquiritur directum, vel vtile, secundùm quosdã: & ideò si desideretur titulus non est mirum, vt argum. ff. de acquir. poss. l. si quis vi § differentia. Vel aliter titulus debet allegari, & posteà probare tempus continuum, per quod præsumitur titulus præcessisse. vt ar-
41 gum. ff. de vsuris. l. cum de in rem verso. QVAESTIO. Sed quæritur de vtraque tam negatoria quam confessoria quomodò datur possessori, & ad quid, nam tria tempora noto ante seruitutem quasi traditam per patientiam. vt ff. de seru. l. quoties. & ff. de seruit. rustic. præd. l. 1. non habet locum confessoria, sed vel ex stipulatu, vel ex testamento. vt Instit. de serui. & ff. de vi & vi armat. l. 1. idemq;. §. 6. in fin. & quod ibi dicit, vendicare, est personali actione agere: vel vẽdicare per confessoriã: quia habuit quasi possess. & amisit. Item secundùm tempus post traditionem vel quasi: tunc habet locum confessoria, sed aut possides aut turbaris, & tunc habet locum interdictum vti possidetis. vt ff. si seruit. vend. l. sicuti, §. Aristo. & ff. de serui. l. quoties, aut non turbaris: & tunc nullum habes auxilium, quia non est necesse. Item tempus tertium si habuisti possessionem vel quasi, & possessio illa vel quasi peruenit ad alium: tunc habes confessoriam: sicut in rei vẽdicatione dicimus, quę mihi non competit quò ad exercitium quandiu sum in possess. nisi cum possess. peruenit ad alium. vt ff. de iudi. l. nam alias & C. de alien. iud. mor. caus. fact. l. vnic. Respondeo: pono vnicum exemplum in confessoria vbi possideo, & habeo confessoriam. vt ff. si seru. vend. l. sicut. §. sciendum. & quod dicit, ædificantem, intelligas, ædificare volentem: alioquin si ædificaueris, tunc non possideo, licèt habeam confessoriam. vt in fin. §. præallegati. sciendum. in alio autem casu non inuenio quare confessoria possessori detur. QVAESTIO. † In negatoria 42
fortiùs quæritur, quomodò detur possessori iuris & petitori, cum illa detur soli domino: & dominus nõ possideat ius, id est, seruitutem, sed proprietatem. vt ff. si vsusfruct. petatur. l. vti frui. §. 2. & ff. si seruit. vend. l. 5. & ff. eod. l. 2. quid ergo est illud quod dicitur in eod. tit. l. sicuti. §. sciendum. & Instit. de acti. §. 1. & ff. si vsusfruct. pet. l. fructuario. quod possessori competat? Respõdeo, possessori fundi, non iuris: aliter autem in negatoria errares: & sic nota. quòd pro incorporalibus possidenti datur actio: vt ff. si seruitus vend. l. & si fortè. & l. sicuti. § sciendum. & Instit. de act. §. sanè vno casu. & ff. si vsusfruct. peta. l. fructuarin. §. vlti. aliàs pro re corporali possidenti non datur actio in rem. vt Instit. de act. in 1. col. & ff. vti possideris. l. 1. §. interdictum.

De actione ciuili in rẽ quæ vocatur negatoria, quæ datur domino prædij, seu domus contra illum, qui vult vti seruitute in prædio suo, seu domo. Rubrica.

1 *Actio ciuilis in rem vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Prædium an sit liberum vel seruum, quomodò in dubio præsumendum sit.*
3 *Positiones Actoris & Rei in tali actione, nu. 4.*
5 *Libelli in tali actione quomodò formentur, nume. 6. cum seqq.*
12 *Negatoria an agatur contra euntem per fundum alterius, qui dicat se ire causa venandi, cum tamen iret vt seruitutem sibi acquireret*
13 *Confessoria quæ pro seruitutibus habentibus causam perpetuam competit, vnde ortum habeat.*
14 *Negatoria vnde oriatur.*
15 *Negatoria an sit actio necessaria vel vtilis.*
16 *Negatoria quo tempore tollatur.*
17 *Negatoria vnde nomen traxerit.*
18 *Negatoria an alicui concedatur, si quispiam prædij dominus non sit, quia forte à non domino emit.*
19 *Negatoria an creditori concedatur.*
20 *In confessoria & negatoria qualiter iudex formare debeat verba sententiæ.*
21 *Sententiæ forma in confessoria.*
22 *Sententia in negatoria.*
23 *Cautiones an præstari debeant, in actione confessoria & negatoria.*

QVIA aliquis vult vti seruitute in fundo alterius: putà, viæ, itineris, actus, aquæductus, vel in domum mittere tigna, vel auertere stillicidiũ, vt cadat in domo vel area eius: vel vti alijs seruitutib. quæ multæ sunt. vt ff. de seruit. vrba. præd. l. 1. & si seruitus vendice. l. 2. & ff. de serui. rusti. prædi. l. 1. ideò vt seruitus talis depellatur, prodita est de iure ciuili actio quædam in rem, quæ vocatur negatoria, quæ datur domino prædij seu domus contra illum qui seruitute prædij seu domus vti velit, ad hoc vt seruitus illa non imponatur. & sicut datur prima pro seruitute quærenda, quæ vocatur confessoria, ita & ista datur pro seruitute depellenda, & vocatur negatoria, & de his quæ duabus seruitutib. tractatur. ff. si seru. vend. vel ad al. pert. neg. in ipsa rubrica & per tot. tit. in eo enim quod dicit rubric. si seru. vend. intelligi confessoriam, per quam vendicatur seruitus: in eo enim quod dicit, vel alium pertinere negetur, negatoriam, per quam negatur seruitus deberi: id enim sonant illa verba si seruitus, &c. quemadmodum si dixisset de negatoria & confessoria: quòd hæc sint vera dicit ff. si seru. vend. l. 2. in prin. & Insti. de actio. §. 2. Et est notandum, quod vtraque competat tam

pro

pro personali seruitute: vt vsu & vsufructu, quam pro
seruitute reali, de quibus dixi in principio. sicut habes
Instit. de act. §. 1. quòd seruitutũ quædam dicuntur rea-
les, quædam personales, habes ff. de seruit. l. 1. Vnde ad
1 hoc † vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In pri-
mis, quòd aduersarius tuus vtatur iure seruitutis, vt
Instit. de actio. §. & in illo versiculo, & contra quoque.
Secundum, quòd sit dominus soli vel ædificij, qui ne-
gatoriam intẽtat. vt ff. si seruit. vendi. l. loci corpus. §.
competit. & ff. si vsusfru peta. l. vti frui. §. 1. & l. fructua-
rio. § vltim. sicut enim cõfessoria datur domino prędij,
cui prædio seruitus acquiri debet: quia nemo ser-
uitutem vrbani vel rustici prædij acquirere potest, ni-
si habeat prędium. nec quis debere, nisi habeat prędiũ.
vt Inst. de ser. §. inter rustic. ita & negatoria datur do-
mino prædij, quando vult seruitutem à prædio depel-
lere, vt dictum est. nec admitto sententiam P. qui vo-
luit dicere, quòd tũc demùm locum habeat negatoria,
quando seruitus fuit constituta ab initio, sed fuit amis-
sa: quia iam secundùm eum tertium desideraretur in
negatoria ad hoc vt competeret, scilicet, quòd serui-
tus esset constituta & amissa, sed non est verum, quòd
tunc demùm detur: licèt in casu illo detur, & detur eti-
am quando nunquàm fuit seruitus constituta. nam si
nunquã fuit constituta seruitus, nec potuit esse, vt quia
locus erat publicus, datur negatoria. vt ff. si seruit. ven-
di. l. loci. § competit. & l. fistulas. interueniente enim
loco publico nec itineris vel viæ vel actus seruitus in-
terponi potest, vt ff. de seruit. l. vlti. Item nec admitto
errorem quorundam qui dicere voluerunt, quòd ne-
gatoria tunc demùm detur, cùm aliquis seruitutem de-
fendit, & aliquid agitur contra seruitutem: & sic di-
cunt quòd confessoria datur ad vendicandam seruitu-
tem; negatoria datur ne quid contra eam fiat. Si autem
seruitus non est imposita, tunc datur vtilis negatoria.
vt ff. de seruitu. vrban. prædio. l. quidam Hiberus. & ff.
si seruit. vendi. l. fistulas. & l. si quando. §. 1. & §. vltim.
Si autem seruitus est imposita, tunc datur directa ne-
gatoria, ne aliquid contra seruitutem fiat. vt ff. si seruit.
vendi. l. si quando. §. cùm in domo. Nos autem dicimus
negatoriam non competere ei qui seruitutem sibi de-
fendit, sed ei dontaxat, qui sibi asserit libertatem. vt ff.
si seruit. vendic. l. 2. in princip. & l. loci corpus. § com-
petit. & Instit. de actio §. 2. & hoc etiam collige ex fru-
ctibus qui in vtraque actione veniunt. vt ff. si seruit.
vendi. l. loci. § in confessoria: nec obstat l. 1. §. cùm in
domo. quia ibi proponitur confessoria verbis negati-
uis, non autem proponitur ibi negatoria, sicut infrà in
hac eadem actione plenè notabo: & sic secundùm illos
quartum est necessarium, quòd tunc daretur quando a-
liquid fieret contra seruitutem. Tertium ergo secun-
dùm nos est necessarium, quòd prædium illud sit libe-
rum pro cuius libertate contendo: alioquin si seruitus
sit imposita pactionibus, vel stipulationibus, vel debi-
ta: quia legata in testamento. Instit. de seruit. §. vltim.
& ff. quemadmo. seruit. amit. l. si pro parte. §. si per fun-
dum. vel acquisita tempore: sicut est illa, quæ habet cõ-
tinuam causam, vt seruitus luminis, still[i]cidij & fora-
minis, quæ longo tempore quæruntur. vt ff. de seruit.
vrban. prædio. l. foramen. vel acquisita tanto tempore,
cuius non extet memoria: vt in seruitutibus quæ non
habent continuam causam, vt seruitus viæ. vt ff. de ser-
uit. l. seruitutes. & ff. de aqua plu. arcen. l. 1. in fin. & l. in
summa. §. 1. & §. Cassius. & §. idem Laben. & alius. §.
idem Labeo. tunc negatoria locum habere non posset.
si enim habet locum confessoria, negatoria tollitur: &
econuersò, cùm sint immediatè contrariæ: & contra-
riorum natura est talis, quòd posita se ponat, & perem-
pta se perimant. Nam si locum habet vnum, inconti-
nenti cessat reliquum. nam si pronuntiatur rem meam
esse, per consequentiam pronuntiatur tuam non esse.
vt ff. de procur. l. Pomponius. §. 2. argum. ff. iis qui sunt
sui vel alie. iur. l. 1. & argu. Instit. de obliga. quæ ex qua-
si delic. nascuntur. § furiosorum. Instit. quib. mod. ius pa-
2 triæ po. sol. circa prin. † QVÆSTIO. Sed illud quæritur,
quid in dubio pręsumemus an prędium sit liberum vel

seruum? Respõdeo, præsumo liberum. à tempore enim
Adæ potiùs præsumo aliquem liberum, quam seruum?
potiùs bonum quam malum pręsumo. arg. ff. de fideicõ.
liber. l. si eum. § placere. OPPOSITIO. Si tu opponis ita:
ille est in possessione seruitutis qui asserit sibi seruitu-
tem deberi, ergo sufficit pro eo sola possessio, sicut aliàs
in reali. vt C. de rei vend. l. rei alienæ: sicut etiã in ser-
uitute alicuius hominis: nam si est in possessione serui-
tutis cũ proclamat in libertatẽ, ille debet probare se li-
berum, & sufficit mihi sola possessio. C. de probat. l. si
de poss. ff. & arg. ad id. ff. si vsusfruct peta. l. vti frui. §. 1.
quod enim in seruitutibus, qui est in possessione fun-
gatur munere possessoris, dicit ff. si seruit. vend. l. sicuti:
§. distant. Respondeo licèt in seruitutibus aliquis sit in
possessione, vel quasi: si ego probo me dominũ prædij,
non prodest sibi possessio, nisi doceat de iure suo, scili-
cet seruitutem sibi deberi, hoc dicit ff. si vsusfruc. pet. l.
vti frui. §. 1. & hoc est quod dicit aliàs legislator sanè v-
no casu, qui possidet, actoris partes sustinet. vt Insti. de
actionib. §. 2. nec obstat lex illa, sicuti. quia fungitur mu-
nere possessoris, quoad quædam, scilicet vt habeat ma-
iores inducias, & non priùs iuret de calumnia, & quo-
ad quædam alia: non autem intelligas quantum ad ser-
uitutem, scilicet vt si nò probet libertatem quòd restet
probata seruitus: imò contra, cùm enim fuit prædium
aliquandò liberum, & nunc præsumitur, nisi contra
probet. vt argumen. C. de probar. l. siue possideris. & C.
de pignora. actio. l. nec creditores. nec est aliud in li-
bertate hominis, imò idem: nã si sum in seruitutis pos-
sessione: multum prodest ista possessio. quia oportet
quòd probes te dominum fundi ad hoc vt possis nega-
toriam intentare, vt dictum est: ita etiam & in seruo
prodest mihi possessio: quia oportet quòd ille probet
se liberum, nisi ex alia parte probauero seruum, vter-
que enim probat. vt ff. de probatio. l. circa. ita etiam in
seruitute probasti te dominum fundi: & sic per conse-
quentiam liberum: oportet quòd probem seruitutem
ad hoc vt mihi confessoria competat, & ideo non pro-
dest mihi sola possessio in seruitutibus. In hac autem
actione actor sa. ta. po. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, 3
quòd tu vteris seruitute tali: putà, viæ vel actus in præ-
dio meo. Item ego dico, quòd istud prædiũ quo vis vti
seruitute, est meum proprium. Item dico, quòd modò
solùm vis vti seruitute tali: hoc ideo pono vt exclu da-
tur tempus longissimum. Econtrà reus facit tales posi-
tio. † POSITIO REI. Ego dico, quòd prædium istud in 4
quo volo vti seruitute est Titij, si hoc confitebitur a-
ctor, succumbet: quia est Titij, ergo negatoria non da-
bitur sibi, cùm non sit dominus prædij. Item ego dico,
quòd seruitutem mihi cõstituisti pactionibus & stipu-
lationibus. Item dico, quòd decennio habui stillicidiũ
meum, vel lumen, vel foramen. Item vsus sum ego cum
meis antecessoribus ista via tanto tempore, cuius non
extat memoria. si ista confitebitur actor, succumbet:
quia ex quo seruitus est constituta, negatoria non ha-
bet locum. In hac autem actione actor concipiat ita li-
bellum. † LIBELLVS. Vobis domino conqueror ego R de 5
M. cui cùm non sit ius eundi per fundum meum, peto
ipsum prohiberi ne amodò vtatur via, ad hoc propo-
no negatoriam. Quod ita rectè concipiatur libellus di-
cit ff. si seruit. vend. l. 2. & l. loci. §. competit. † LIBEL- 6
LVS. Vel aliter. Ago contra talem qui iniustè vult vti
seruitute viæ per fundum meum. vnde ne amodò vta-
tur, ago contra ipsum, ad hoc propono negatoriam.
† LIBELLVS. Vel sic. Ago contra talem qui vult vti ser- 7
uitute viæ per fundum meum me inuito, quam serui-
tutem non habet: vnde ipsum vti prohibeo & prohi-
bendum peto. Ad hoc propono negatoriam. † LIBEL- 8
LVS. Item & alio modo, ago contra talem dicens ipsum
non habere ius vtendi fruendi vel eundi per fundum
meum vel habitandi in domo mea: vnde ipsum prohi-
beo ne vtatur fruatur fundo, vel eat per fundum me-
um: vel inhabitet domum meam, & prohiberi peto: &
ad hoc propono negatoriam. & quòd sic concipiatur
libellus probat ff. si vsusfruct petatur, l. vti frui. 1. re-
sponso. † LIBELLVS. Vel alio modo: ago contra talem 9

negans vsumfructum fundi me Titiani ad eum pertinere, vel viam per fundum Titianum: vnde peto ne vtatur fruatur vel vadat per prædictum fundum, & ad hoc propono negatoriam. quod sic recte concipiatur libellus dicitur ff. si vsusfr. pet. vel ad al. perti. in ipsa
10 rubrica. † LIBELLVS. Item alio modo: ago contra Titium negans ipsum habere seruitutem viæ in tali fundo meo, vel negans me talem seruitutem debere: vnde a-
11 go contra eum negatoria. † LIBELLVS. Vel sic. Ago contra talem dicens non esse sibi ius immittere tigna, vel immissa in parietem meum habere, vel immittere fumum in domo mea, vel non est ius sibi stillicidia de domo sua in mea area habere: vnde peto ne prædicta faciat, & ad hoc propono negatoriam. Quod sic concipiatur probatur ff. si seruit. vend. l. sicuti. §. Aristo. & l. egi. §. fistulas. & argum. ff. ad l. Aqui. l. quemadmodum. §. si protectum. OPPOSITIO. Omnibus tamen istis libellis sic opponitur. Non videntur libelli bene concepti: in primis quia aduersarius tuus vtitur seruitute aliqua, & sic est in possessione vel quasi: tu dicis. non est tibi ius, ideò videris proponere duo contraria. Nam in possessione nò inquirimus verùm iustè vel iniustè possideat, sed an possideat. Item non inquirimus habeat ius vel non, quare possideat. si enim possessor nullum ius habet: vincet tamen eo iure, quo possessores sunt potiores. vt ff. si vsusfruct. pet. vel ad al. pertin. neget. l. vti frui. vnde mala & incompetens videtur claulula, cùm dico non est tibi ius, &c. & primò præmiserim, quòd tu vtaris, & vadas per fundum. Respondeo, imò bene concipiuntur: ex tali enim possessione, vel quasi ius incipit quæri vtendi seruitute illa siue habeat continuam causam, siue non, vt superius dictum est. vnde si mihi iura succurrunt, quòd actionem intentem, non est mirum. in personalibus enim possessionibus aliàs in iuris possessorijs non inspicitur causa quare quis possideat, vt interdicto vnde vi & alijs: sed in realibus secùs. sicut in hac actione quæ in rem est. vt Institut. de act. §. 1. & ff. si seruit. vend. l. 2. in princip. Quare autem requiratur hîc causa suprà notaui. vel aliter, si tu intrares & ires per fundum meum non iure seruitutis, nunquam contra te agerem negatoria, quia licèt ab initio possim te prohibere ne intres, & si intraueris post prohibitionem possim agere iniuriarum: tamen si non prohibitus intrasti, possum posteà contradicere? non: imò quodcunque cœperis in fundo meo tuum erit, vt ff. de acquiren. rerum domin. l. adeò. & ff. de seruitu. rustic. prædio. l. diuus Pius. & ff. de iniur. l. iniuriarum §. vltim. & Institu. de rerum diuisio. §. ferè igitur. at si in fundo meo vtaris vel intres iure seruitutis, & ita non simpliciter, sed vt iustè habere contendas vel acquirere velis, meritò mihi negatoria datur, vt dictum est.
12 QVAESTIO. † Sed quid erit? inueni aliquem per fundum meum euntem, ille dicebat se ire causa venandi, & fortè ibat vt seruitutem sibi quæreret? agam contra illum negatoria? Respondeo, ex prima ratione non: quia ibat causa venandi. si autem posteà vult mutare causam, non potest, vt plerisque videtur. vt C. de acquiren. possess. l. cùm nemo. OPPOSITIO. Item alia ratione instatur: certum est quod ista actio & superior sunt in rem. vt ff. si seruit. vend. l. 1. in princip. & Instit. de actio. §. 1. videntur tamen ea possessione oriri. Nam in confessoria propono, est mihi ius vtendi, fruendi, vel eundi in fundo tuo, id est, quia vado vel vtor, est mihi ius, &c. Item in negatoria non est tibi ius vtendi vel eundi, id est, quòd vadis vel vteris non est tibi ius. Respondeo non est verum. & similis oppositio occurrit in rei vendicatione in qua dicitur, quòd possessio subijciat aduersarium actioni in rem. vt C. de alien. iudi. mutand. causa facta. l. vnica. quòd oriatur ea possessione non est verum. dico ergo quòd confessoria oriatur ex iure mihi acquisito descendente ex obligatione, quando est constituta pactionibus & stipulationibus vel ex testamento: ex pacto enim & ex stipulatione, & ex testamento oritur obligatio, & ex illa obligatione oritur ius quòd ius cum patientia sequenti inducit confessoriam, sicut in rei vendica. ex contractu obligatio, & ea obligatione ius competens traditione secuta pariunt rei vendicationem, & intelligo l. si tibi decem. §. de pignore. ff. de pact. Sola patientia enim eum aliquo titulo præcedente inter viuos pactionali stipulatione, vel ex testamento inducit confessoriam, & officium prætoris. vt ff. de seruitu. rustico. prædio. l. 1. §. vlti. & ff.
de seruit. l. quotiens. QVAESTIO. † Si tu quæras vnde o- 13
riatur confessoria quæ pro seruitutibus habētibus causam perpetuā competit? dico, quòd oritur ex iure quod est mihi acquisitum ratione bonæ fidei meæ & cōtinuati temporis. & ideò mihi vtilis competit præcedente titulo pro suo, licèt quidam malè dicant, quòd non debeat requiri titulus in seruitute, quæ habet causam perpetuam. sed verum est specialiter: generaliter autem probari debet. ita intelligitur l. si quis diuturno. ff. si seruit. vendi. & ff. quemadmod. seruitus amit. l. vltim.
QVAESTIO. Si tu quæras † negatoria vnde oritur? Re- 14
spōdeo: quòd ex iure quod competit mihi vt vero domino. nā dixi supra, quòd negatoria datur domino prædij volenti depellere seruitutem: ex quo enim sum dominus prædij ex iure dominij hoc procedit, vt te prohibeam vti seruitute. optimum argum. ad hoc C. de rebus alien. non alienan. l. vlt. ea quo enim res aliqua mea est, mea esse debet & libera. arg. ff. de seruitu. l. vlt. ff. de aqua pluuia. arcen. l. supra iter. Si ergo tu infers, quòd oriatur ex possessione. Respondeo: non est verum, sed tua possessio vel quasi est causa, vel tuus vsus, quare cōtra te intentetur actio negatoria, sicut in rei vendicatione habeo rei vendicationem pro libro meo, etiam si librum meum habeam: & sic habeo per aptitudinem: quoad actum autem vel exercitiū, tunc habeo, quandò tu possides, vt dictū est. & propterea dictum est in realibus possidenti & tenenti, subaudi, non est actio prodita. vt Inst. de actio. §. 1. OPPOSITIO. Item opponitur: non videtur quòd negatoria possit habere locum. Certum est quòd lex dicat, quòd negatoria datur domino proprietatis, si non possidet: item & possessori datur, hoc videtur mirabile, quòd eadē actio detur possessori & non possessori. vt ff. si vsusfr. peta. l. fructuario. §. vlt. ff. de seruit. vend. l. & si fortè. §. 1. & l. si eo loco. Respondeo: verba illa intellige, datur negatoria si non possidet, subaudi, vsumfructum, possidet tamen fundum: & hoc est quod sequitur. nam & possessori competit. OPPOSITIO. Si tu obijcias quomodo datur actio ista, cùm sit in rem possidenti: cùm actioni in rem subijciat aduersarium possessio vel detentatio quam habet, vt C. de aliena. iudi. mutandi causa facta. l. vnica. & ff. de rei vendic. l. officium. Respondeo, verum est in realibus, quæ pro rebus corporalibus competunt: at pro incorporalibus secùs. vt Instit. de actio. §. 1. quare autem non sufficiat sola possessio vel quasi volenti vendicare seruitu
tem: dic vt notaui suprà. QVAESTIO. † Item quæritur 15
non videtur, quòd negatoria sit actio, nec sit necessaria, vel vtilis. Si enim aliquis vult vti seruitute per fundū meum, sufficit mihi dicere, nego me seruitutē tibi debere, quare ergo negatoria fuit inducta. si enim tu agis contra me confessoria, & ego dico non est tibi ius vti hac seruitute, hæc verba simpliciter inducunt negationem, & nullum ius agendi significant, sed solam infitiationem rei continent. Si ergo hæc verba simpliciter inducant negationem, quare significant actionem: cùm contra te principaliter intendo, scilicet non esse tibi ius, cùm nec verba immutentur, nec significatio. Respondeo, cùm à te conuentus respondeo, nō est tibi ius eundi: nil peto, sed tantū me defendo. at cùm aduersus te propono, licèt eadē verba dicam, & illa sola nec significationē mutēt. tñ libertatē vendico & cōsequor, vt prohibearis ab eundo, & satisdes ne eas, & consequor interesse quatenùs interest mea non iuisse, vt ff. si seruit. vendi. l. harum. & l. egi. & ff. si vsusfruc. petatur. l. vsufructuario. § vltim. & ff. de aqua quot. & æsti. l. penultim. præiudiciales etiam actiones in modum exceptionis proponuntur & principaliter intenduntur. vt Insti. de actio. §. præiudiciales. & ff. de agnoscen. liber. l. fine §. 1. hoc etiam in vendicatione contingit quæ etiam in modum exceptionis opponitur, vt ff. de publie. a.

licia.l.Paulus notat.exceptio.hoc etiam in querela in-
officiosi testamenti quæ in modum exceptionis oppo-
nitur, vt ff.de inoffi.testam.l.Papinianus.§.si filius ex-
hæredatus. & ita respondit huic quæstioni dominus
præceptor meus. Audiui tamen a domino meo Azone,
quòd etiam si in modũ exceptionis proponatur, & non
principa[illegible]ter, quòd nihilominùs negatoria intẽtetur,
vt ff. si seruit.vendic.l.sicuti.§.1.[illegible]n. verùm hoc plus
consequor, quandò in modum a[illegible]ionis propono que-
relam, vt mihi caueas, sicut dictum est, quod non con-
sequor quandò in modum exceptionis propono: tunc
16 enim tantùm à tua petitione absoluar. † QVAESTIO.
Item quæritur quo tempore tollatur negatoria, si tol-
latur triginta vel quadraginta annis, vt C.de præscrip.
triginta vel quadraginta annor. l. sicut. & l cùm notis-
simi. Otto Papiensis respondit minime: quia leges illæ
de iure affirmatiuo, non de iure negatiuo loquuntur:
iam enim diceres, quòd ius eundi ad sanctum Iacobum
tolleretur. domino & præceptori meo R. hæc sentẽtia
di[illegible]plicebat, imò dicebat eam tolli, sed hoc modo: si a-
gatur de ea seruitute quæ tempore quæritur, vt aquæ-
ductus, stillicidij, & omnis illa quæ habet continuam
causam: si verò agatur de via vel itinere, vel de alija
quæ non habent causam continuam, vt ff. de seruitu.
se[r]uitutes. dicebat eam non tolli nisi tanto tempore,
cuius memoria non extat: non enim amis[illegible]bertatem,
cùm tibi seruitus non sit quæsita. vt argumen[illegible] ff.ex qui-
bus caus.maior.[illegible].nec non. Cum itaque negatoria do-
mino competat neganti seruitutem deberi, meritò da-
bitur quamdiu seruitus non sit quęsita. at dices aliquis:
licet seruitus non sit quæsita, tamen negatoria non re-
ctè intenditur. vt ff.de seruitu.rusti. prædio.l. per fun-
dum. Respondeo: ibi ideo contingit, quia pendet pri-
ma cessio, donec sequatur vltima, quæ confirmat pri-
mam: vnde species est seruitutis quær[e]ndæ, at tempus
non est modus seruitutis quærendæ, sicut nec obliga-
tionis [i]nducendæ, vt ff.de actio.& obligat.l.obligatio-
num.§.placet.aliter enim dicere ridiculum esset, vt ec-
ce iuisti per fundum meum semel vel bis, cœpit mihi
negatoria competere, & si post triginta annos ire ten-
tes, quod non competeret mihi negatoria quasi sit prę-
scripta.& sic in hac sententia fuit dominus meus R. &
sic secundùm eum tribus temporibus tolli[illegible] negato-
ria: sicut tribus temporibus confessoria quæritur, si tu
bonam fidem habeas & titulum, licet quidam dicant
contrarium, vt suprà propè notaui. & si seruitus sit ta-
lis, quæ habeat continuam causam. tollitur decem an-
nis inter præsentes, viginti inter absentes: quia tanto
tempore seruitus quæritur, & inducta est confessoria.
si verò cesset bona fides, tunc quæritur seruitus trigin-
ta annis, & negatoria illo tempore tollitur, vt C. de
præ[s]cript.decem vel viginti annorum, l.vlti in fi.& C.
de seruitu.l.2 ff.si seruit.vend. l.si quis diuturno. si ve-
rò seruitus non habet causam continuam, quæritur ser-
uitus [&] inducitur confessoria tanto tempore, cuius nõ
extet memoria.vt ff.de aqua plu.arcen.l.1.§.vltim.& l.
in [l]umina.§.1.& §.idem Labeo. & sic illo tempore tol-
litu[r] negatoria. & vt breuiter notes, quando quæris
quo [te]mpore tollatur, videas an confessoria sit nata:
tunc enim ista tollitur, alias non. Domino tamen meo
Azo[illegible] detur quòd negatoria tollatur spacio 30.annor.
lic[et] [a]lteri seruitus non sit quęsita, & hoc propter neg-
ligentiam tuam. Vel aliter dicit ipse etiam, quòd post
annos 30 durat negatoria, non ea præterita itione, quæ
facta est iam ante 30.annos, sed pro præsenti itione vel
sequenti: nec enim prima itio est vna cum hac itione,
& e[c] [c]onuerso.vt ff.de verbo.obliga.[l].si sic.nec est vnius
itionis [c]ontinuatio ad aliam. vt ff. de seruit. l.seruitu-
tes. quod sic esse, non potes assignare in possessione rei
meæ quam per 10. annos non possedisti propter conti-
nuationem possessionis, quam semper habui saltem a-
nimo, huic n[i]hi[l] aduersatur, nisi qu[o]d tot sint actiones,
quot sunt itiones. Vel dic, quod licet plures sint itio-
nes: causa tamen minuendarum [l]itium vna est actio, si-
cut in fami[l]ię erciscũdę, & pro socio, vbi pro pluribus
hæreditatibus & societatibus vnica sufficit actiõ. vt ff.
famil.ercisc.l.hæredes.§.de pluribus. & ff.pro socio.l.
cum duobus.§.si plures. & secundum hoc si actione in-
tentata propter itionem vnam absoluaris: & iterum te
ex alia itione conueniam, non obstabit exceptio rei iu-
dicatæ, sicut in rei vendicatione non obstabit si absol-
uaris: quia nõ possides, & iterum repertiris in possessio-
ne.vt C.ad exhib.l.neque. sicut copiosè notat dominus
17 meus in summa C.de vsufruct. QVAESTIO. † Item quæ-
ritur quare dicatur negatoria? Placent.dicit: ideò nega-
toria dicitur, quia proponitur verbis negatiuis: cõfes-
soria quia proponitur verbis affirmatiuis. sed nõ est ve-
rum, imò dicitur negatoria, quia per eam vendico li-
bertatem, & nego seruitutem: cõfessoria ideo quia per
eam vendico seruitutem. confessoria enim aliquandò
proponitur verbis negatiuis, & negatoria verbis affir-
matiuis. vt in seruitute altiùs nõ tollendi vel tollendi.
vt ff.si seruit.vend. l.si quando.§. cùm in domo. & §.1.
18 † QVAESTIO. Itẽ quæritur si aliquis nõ sit dominus prę-
dij: quia fortè emit a non domino, an detur sibi negato-
ria, cùm suprà dictũ sit, quòd hæc actio detur domino?
Respondeo, datur vtilis. vt ff.de publi.l.si ego.§ si de v-
19 sufruc. † QVAESTIO. De creditore quæritur an detur si-
bi negatoria: credo quòd detur, cùm ad omnem contro-
uersiam tam facti, quàm iuris possideat, vt ff.de vsuca.l.
serui nomine. De superficiario & emphyteuta, et de va
sallo, & de omnibus habẽtibus ius in re, dico quòd da-
tur eis vtilis negatoria, sicut eis datur vtilis rei vendi-
catio. vt ff.de rei vendic.l.superficiario. & ff. si ager ve-
20 ctiga.l.1.& 2.& 3 & ff.de superfic.l.1. † QVAESTIO. Vlti-
mò quæritur qualiter iudex debeat formare verba sen-
tentiæ in cõfessoria, & qualiter in negatoria: nunquid
condemnabit vel absoluet sicut in alijs actionibus rea-
libus vel personalibus? Respondeo: In con[fes]soria ita
21 formabit. FORMA SENTENTIAE. † Cõdemno Titium, vt
permittat Seium vti frui, vel ire agere per fundum suũ:
vel quòd parietem reficiat, quòd possit onera ferre: &
quòd caueat, quòd in futurũ eum nõ impediat, nec per
se, nec per hæredes suos quominùs Seius possit vti frui,
vel ire. & quòd parietẽ reficiat Titius ipse in futurum:
& quòd præstet illi 10. pro suo interesse: quia tanti in-
22 terest se illa seruitute nõ fuisse prohibitum. † FORMA
SENTENTIAE. In negatoria hoc modo cõdemno Seium
vt nõ vtatur fruatur fundo Titij, vel ne vadat per fun-
dũ eius, vel ne onus in parietẽ ipsius imponat. & quòd
caueat quòd in futurũ eum nõ impediat vtẽdo fruẽdo,
vel eundo, vel onus in suum parietẽ imponendo: & quòd
præstet sibi decẽ, nomine interesse. quia tãti interfuit Ti-
tij Seiũ non fuisse vsum & fruitũ, vel nõ iuisse per fun-
dum suũ. Quòd in his tribus sit condemnandus quis tam
in confessoria, quã in negatoria dicit ff. si vsusfruc.pet.
l.fructuario.§.vlt. et ff.si [s]eruit.vendi.l.natũ. et l.egi.&
loci corpus.§.in cõfessoria. Idem est si iudex non dicat
cõdemno, sed dicat præcipio vel pronuncio. licẽt enim
lex dicat quòd sententia nulla est quæ nõ continet con-
demnationem. vt C.de sententijs & interlocu.l.præses.
subaudi vel verba similia. vt ff. de re iudic. in summa. &
& argum.ff.de arbitr.quid tamen.§ si arbiter. Idem est
& si dicat ne inquietet eum, quemadmodum si dicat ne
impediat, vt in prędicta l.fructuario. in fi. Ita formabit
verba sententiæ iudex, quando condemnare vult. Cæ-
terùm si absolutoriam vult proferre, dicet: sicut in a-
lijs talem à petitione talis absoluo. Quod dictum est de
cautione, intelligo de nuda promissione. vt C.de ver-
23 bor.sign l.sancimus. † QVAESTIO. Sed quæritur an si-
mul debet præstare omnes istas cautiones? Respondet
dominus meus Azo quòd sic. argu. ff de vsufruc. quem-
24 admo.ca.l.1. & ff.de iudic. l.in omnibus. † QVAESTIO.
Quid autem si condemnatus non vult aliquid fac[e]re,
vel vult facere primum, non autem vult facere secun-
dum. Respondeo: [s]i nihil vult facere condemnatus, &
non appellat, condemnabit eum iudex quanti actor in
litem iurauerit. vt ff. si seruit.vendi.l.natum.in fi. In [se]-
cundo compellitur captis pignoribus ad c[autio]nem of-
ficio iudicis interponendam vt Inst.de [illegible].tur.[illegible].sci-
endum. Si tu dicas[illegible]er[illegible]rr[a]ctus futur[illegible]e[illegible]oris perti-
net ad iudicẽ, vt præcipiat cautionẽ i[n]terponi futurã.
vt ff.

vt ff. de vsuris. l. 1. Respondeo, illud contingit in vsuris. & est ratio: quia pro futuris vsuris nullum ius mihi competit: sed hic competit mihi ius. vel aliter, licet non caueat pro vsuris præter cautionem post quam interest tempus currit vsura centesima. vt C. de vsur. rei iudi. l. 2. Vel aliter refert vtrùm agatur pro corporalibus: & tunc non cauetur pro futuro tempore, quia corporalia veram traditionem & plenam recipiunt: incorporalia autem quia traditionem non recipiunt, sed solum patientia inducat traditionem. vt ff. de seruitu. l. quoties. & ff. de seruit. rusti. præd. l. 1. ideò si cautio interponatur, nō est mirum. In bonæ fidei enim contractibus & stricti iuris, & aliàs interponitur cautio pro futuro tempore. vt ff. de aqua pl. arcend. l. si tertius. & ff. de iudi. l. in omnibus. & ff. vt legato. vel fideicom. nomine cau. l. etiam. & ff. de ædil. edict. quòd si nolit. § quia assidua.

De actione in rem præiudiciali, qua quæritur an aliquis habeat filium in potestate. Rubrica.

1 *Actio in rem præiudicialis vt procedat, quot exigantur.*
2 *Matrimonium contractum qualiter probari debeat.*
3 *Longobardi an filios in potestate habeant.*
4 *Hispani, Galli, & alij Vltramontani, qui non sunt de imperio, an filios habeant in potestate*
5 *Positiones actoris & Rei in tali actione. nu. 6.*
7 *Libelli in tali actione quomodo concipiantur. cum sequen.*
9 *Actio in rem præiudicialis vnde ortum habeat.*
14 *Actio præiudicialis in rem prætoria, quid differat à rei vendicatione, quæ datur adiecta causa.*

QVIA quatuor sunt actiones præiudiciales & in rem, quarum duæ sunt prætoriæ. prima per quam dicitur, an aliquis sit libertus vel ingenuus. secunda de partu agnoscendo, id est, per quam dicitur an aliquis sit filius vel non. & de his duab. diximus suprà in tractatu prætoriarum. Sunt etiā duæ aliæ ciuiles. prima præiudicialis in rem per quam dicitur an aliquis sit filius in potestate mea, vel non. vt ff. de rei vendi. l. 1. est et alia præiudicialis in rem, per quā quæritur an aliquis sit liber vel seruus. vt Inst. de act. §. præiudiciales. Ideo de ea primò videamus, scilicet de præiudiciali in rem: quandò quæritur an aliquis habeat filium in potestate
1 vel non. Vnde ad hoc vt actio ista locum habeat, tot sunt necessaria. In primis oportet quòd vxorem habuerit. Secundò quòd ex illa vxore natus fuerit iste filius. vt Inst. de patria pot. ff. de his qui sui vel alie. iuris sunt.
2 l. itē. & l. filium. † QVAESTIO. Sed qualiter probabitur matrimonium contractum? Respondeo, per testes qui interfuerunt vel per instrumēta dotalia: in dubio autem quid præsumemus? certè si illa domina libera est, et iste liber, præsumemus matrimonium. vt ff. de ritu nup. l. in liberę. Vnde qui natus est ex illa præsumitur tuus filius. vt C. de nupt. l. si vicinis & argu. ff. de quæstio. l. 1. circa prin. maximè si illam dominam maritali affectione tractabas. vt ff. de dona. l. donationes. Ideò dico de legitimo matrimonio, quòd si aliàs ex cōcubina, tunc non essent in potestate patris sed curiæ loci illius. vt C. de naturalib. liberis l. si quis & ff. ad municip. l. 1. Sufficit ergo probare matrimonium contractum per consensum: licèt fortè nuptiarum solennitas nō probetur, vel quòd fuerit per sacerdotē benedicta: illa enim sunt de solennitate nō de substantia matrimonij. vt ff. de reg. iur. l. nuptias & ff. de dona. inter virum & vxo. l. cùm hic status. §. si mulier. Tertium, quod nō liberaueris eum à tua potestate per emancipationem. & hoc aliquando voluntariè vt Inst. quib. mod. ius patr. potest. soluit. & C. de emancip. l. vlt. aliquandò ex necessitate, si necessitatem peccandi imposuisti illi. vt ff. si quis à parēte fuerit ma. l. 1. C. de episcopali aud. l. si lenones. vel si legatum recepisti vt illum emancipares. vt ff. de cond. & demonst. l. si cui. & emācipasti. Quartum, quòd sit talis quòd potueris filium habere: alioquin si eras de frigidis & maleficiatis, quòd vxori tuæ non poteras legere tractatum de concubitionibus, nec repetere tractatum de tigno iniuncto, ille non erit tuus filius. vt ff. de his qui sui vel alien. iuris sunt l. filium. Item quintum, quòd tanto tempore præcedas illum, quod possit esse tuus filius. alioquin ridiculū esset, quòd maior esset filius quā pater. vt Inst. de adop. § maiorem. Sextum, quòd steteris cum vxore tua: alioquin si multo tempore fuisti absens, & reuersus inuenisti anniculum, ille non erit tuus filius, nec in potestate. vt ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt. l. filiū. quòd eam cognoueris, hoc probare non debes, cùm testes in tali facto non interueniant. Septimum, quod sis subiectus Romano imperio: hoc est quod dicitur. Institu. de pat. pot. nulli sunt homines, qui talem potestatem habeant qualem nos habemus, id est, qui sunt subiecti Romano imperio, sed noli intelligere de Romanis solùm.
† QVAESTIO. Quid dices de Longobardis: habent filios 3
in potestate? Responden: sic. hoc etiam iure Longobardo cauetur, quia nepos moritur in sinu aui, id est, in potestate, vt in Lombardia. successio. l. si quis habuerit filios. † QVAESTIO. Quid de Vltramontanis Hispanis, 4
Gallis qui modò non sunt de imperio. Respondeo, habent filios in potestate. Gallia enim & Hispania sunt de imperio. vt C. de offic. præfect. præto. Africæ. l. 1. & l. 2. Gallia enim & Prouincia, & Sicilia inter continentes prouincias numerantur. vt ff. de verb. sig. l. notionē. §. 1. In hac autem actione actor fa. ta. po. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd ego cōtraxi matrimonium cum 5
tali, vel talis est vxor mea. Item tu fuisti natus ex illa domina. Item cum ea fui continuè per multos annos: & tu infra illa tempora natus es. Item præcedo te plena pubertate. Itē sanus sum, & cognoscere possum mulierem. Item semper te tractaui vt filium. Item ego sum Romanus, vel de Romano imperio. Item semper fuisti in potestate mea. E contra reus fa. ta. po. † POSITIO REI. 6
Ego dico, quòd talis domina est vxor Titij, si confitebitur actor, succumbet. quia ipse dicebat, quòd erat vxor sua: hinc esse nō potest. quia eadem domina eodem tempore duobus nupta esse non potest. vt ff. de his qui not. infa. l. 1. & Insti. de nupt. Item ex illa domina natus fui. Item tu es frigidus & maleficiatus. Item absens fuisti de terra per 10. annos: & ego infra illa tēpora natus fui. Item imposuisti mihi necessitatem peccandi, vel fame me afficiebas, vel verberabas, vel legatum recepisti propter quod me emancipares & emancipasti. Item tu spontè me emancipasti. Item ego habeo tot annos, quot tu habes. Item tu es Barbaræ nationis. In hac actione actor ita concipiet libellum. LIBELLVS. Ego R. ago
† contra talem, cùm sit filius meus, & in potestate mea, 7
mihi denegat exhibere reuerentiam filialem: vnde ipsum in potestatem meam vendico actione in rem præiudiciali. quòd sic rectè concipiatur libellus dicit ff. de rei vend. l. 1. §. 1. Vel sic formabis libellum. LIBEL- 8
LVS. Ago contra talem, qui cùm sit filius meus, & in potestate mea mihi obedire recusat, vnde ipsum in potestatem meam vendico adiecta causa de iure Quiritum. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicit dicit ff. de rei vend. l. 1. §. si quis ita petit. OPPOSITIO. Sed videtur primus libellus malè conceptus. Nam pater proponit præiudicialem in rem: quomodo dicitur præiudicialis cùm nulla actio sit ex altera parte proposita: respectu ergo cuius diceretur præiudicialis? Responden & dico, præiudicialis per aptitudinem, vel præiudicialis, id est, fauorabilis, vt notaui suprà in tract. prætoriarum, de præiudiciali quæ datur filio, & vocatur de partu agnoscendo. OPPOSITIO. Item non videtur, quòd actio ista competat. Certum est, quòd actio ista præiudicialis est in rem. vt Inst. de actio. §. præiudiciales. & ff. de rei vendi. l. 1. quomodo est in rem, quam vel qualem rem vendicat? certè nullam: quare ergo dicitur in rem? Item si non est in rem nec in personam est: quia filius nō est obligatus patri, nec ex contractu vel quasi, nec ex maleficio vel quasi: ergo nullo modo. vt ff. de actio. & obliga. l. 1. Respondeo, est in rem: ideò quia rem vendicat, hoc est ius patriæ potestatis in filio. quòd ius res appellatur:

omnia enim iura res appellantur, vel vocantur etiam Incorporales. vt Instit. de rebus corporalibus & incorporalibus. Nam confessoria & negatoria in rem sunt: ideò quia iura, quæ sunt res, vendicatur, scilicet serui-
9 tus & libertas. vt Inst. de actio §. eiusdem. †QVÆSTIO. Si tu quæras vnde descendat actio ista, vel vnde oriatur? dico à iure ciuili: idò quia sum pater, ius ciuile hãc actionem mihi præparat, & incontinenti. nam ex quo sum pater, habeo filium in potestate. quem in potestate vendico eodem iure ciuili: & hoc est quod ponit in secundo libello adiecta causa de iure Quiritum. Nec admitto illorum sententiam, qui voluerunt dicere, quòd sit in personam, quia ponitur inter personales. Insti. de actio. Sed ideò dicuntur in rem, id est, generales, sicut exceptio doli ex parte rei est in rem, id est, generalis. vt ff. de doli excep. l. 2. Et actio quòd metus causa personalis est, sed in rem scripta est, id est, generalis. ff. quòd met. causa. l. metum. §. cùm autem. nam si esset personalis ista præiudicialis vnde oriretur? certè non posses dicere, nisi quod esset datiua, sicuti & multæ inueniũtur. vt C. de transactio. l. cum mota. in fi. OPPOSITIO. Si tu ergo opponas quòd non benè respondeo, quòd oriatur à iure ciuili. Nam omnis actio datur à iure ciuili. vt ff. de orig iuris l. 2. §. deinde ex his. Respondeo: ita attende ex iure ciuili inducitur quod ius habeã in filio meo: quod ius appellatur patria potestas. ex isto ergo iure quod habeo in filio, oritur illa præiudicialis in rem, sicut ex iure quod descendit ex contractu oritur rei vendicatio & hypothecaria, licèt sint in rem. vt ff. de pact. l. si tibi decem. §. de pignore. OPPOSITIO. Secũdo libello sic opponitur. Tu dicis, quòd ista præiudicialis est in rem, quare ergo adiecit in libello adiecta causa de iure Quiritum: mala est adiectio, cùm in realibus non sit necesse, quòd causa adijciatur. sed sine causa admittitur quis ad agẽdum: cùm omne ius suum videatur actor in iudicium deduxisse. vt ff. de exceptio. rei iud. l. si mater. §. eandem. in fi. Respondeo: Licet in reali non nõ sit necesse, quòd causa inseratur: tamen si causa inseratur, nõ nocet actori, quia posteà poterit agere ex alia causa, vt in prædicta l. si mater. 2. & 3. respõso. & C. de petit. hæredit. l. hæreditas. vel illud habet locum in reali actione, quæ pro rebus corporalibus intentatur. At in reali quæ pro rebus incorporalibus intentatur, causa debet inseri: sicut & aliàs in confessoria & negatoria, vbi causa inseritur, cùm sit mihi ius, vel cùm nõ sit tibi ius, &c. Eodem modo concipiet libellum potestas, si vult ven-
10 dicare ciuem suum, vt ita dicat. LIBELLVS. †Ago contra talem, qui cùm sit ciuis de tali terra, cuius sum ego potestas vel cõsul, denegat mihi, vt suo potestati vel consuli obedire, vnde ipsum in potestate mea vendico vtili præiudiciali in rem adiecta causa de iure omnium incolarum. vel de iure ciuitatis. quòd sic rectè cõcipiatur libellus dicit ff. ad municip. l. de iure omnium incolarum. Eodem modo concipiet Abbas libellum contra monachum, vel Prior contra canonicum regularẽ,
11 vt dicat. LIBELLVS. Ago contra talem, †qui cùm sit monachus vel canonicus illius monasterij vel ecclesiæ, cuius sum Abbas, vel Prior, mihi vt suo prælato obedire recusat, vnd ipsum in meã potestatem peto vtili præiudiciali in rem adiecta causa de iure canonum. quòd ita rectè concipiatur libellus dicit l. prædicta. Eodẽ modo concipiet libellum dominus contra vasallũ: verbi gra-
12 tia. †LIBELLVS. Ago contra talẽ qui cùm sit homo meus seu vasallus, mihi vt domino obedire recusat, & intendere de his quæ vasallus domino suo intẽdere tenetur, vel vt subueniat mihi in exercitu pro marragin, pro emenda terra, pro corredo domini Imperatoris, pro libertate personæ meæ, pro militia: vnde vt mihi in prædictis intendat & obediat tanquam domino, ago cõtra illum, peto etiam ipsum et vendico in vasallum meum proponens actionem vtilem in rem præiudicialem adiecta causa de iure vasallorum, vel de iure feudorum: & sic rectè libellus concipitur. OPPOSITIO. Omnibus tamen istis libellis sic obijcitur: non videtur quòd aliquis prædict. ad instar patris possit actionẽ in rem præiudicialẽ proponere. Certum est, quòd licèt monachus Abbati, Priori canonicus, cuius potestati obedire teneatur, est de iure gentium. vt ff. de iustitia & iure. l. 1. in fi. & l veluti. & est etiam de iure ciuili. vt in authen. vt omnes obed iudicib collatio. 6. tamen nec Abbas monachum, nec Prior canonicum, nec potestas ciuem habet in potestate, nec dominus vasallum. Imò sicut notat dominus meus, per monachationem filius non liberatur à patria potestate, cùm certi sint modi, per quos filius liberatur à patria potestate. vt in auth. constit. quæ de dignita. & C. libr. 10. de dec. l. vlti. inter quos modos nihil de monachatione ponitur, imò notat dominus meus Azo, quòd vsusfructus non amittatur monachatione, vt notat in summa, quibus modis vsusfructus amit. non enim caput ipsius minuitur, sed augetur, quomodo isti vendicabunt in sua potestate prædictos, cùm in eorum potestate non sint? Respondeo: imò sunt in potestate, sed aliter quàm sit filius in potestate patris. Vnde tres noto potestates: dominicam, patriam, & prædictam. Optimè ergo proponitur rei vendicatio præiudicialis in rem vtilis. quia sententia locum habet: licèt verba deficiant, vt alias ff. si quadru. paupe. se dica. l. penul. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur. Tu proponis actionem in rem & vtilem & præiudicialem contra prædictos, quid vendicas ab eis? certè ius nullum, licèt pater aliquid vendicet, scilicet patriam potestatem, vt dictum est, isti tamen quid vendicant? Respondeo: imò saltem illud ius vt eis obediant & intendant, quod ius appellatur potestas. Multi tamen metu illarũ quæstionum proponunt in libellis contra prædictos officium iudicis, quod aliàs appellant notionem prætoriam, vt ff. de rei vend. l. 1. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur. Tu dicis, quòd præiudicialis illa est in rem, vt supra dictum est. In omni reali oportet quòd tria interueniant: quòd alius sit qui petat, & alius à quo petatur: & aliud sit quod petatur: hic autẽ benè est alius qui petit, & alius à quo petatur: tamẽ nõ est aliud quod petitur: quia teipsum à teipso peto. Respondeo: in rebus corporalibus locum habent ea quæ opponis, in incorporalibus quando ago de iure personarum secùs, vt vides. quid est tamen quod legitur Inst. de actio. §. præiudiciales. quòd vna præiudicialium ferè habeat legitimam causam. Respondeo. Fere dicit, propter prædicta quæ opponis, quia idem est quod petis, & à quo petis, scilicet quãdo vendicas aliquem in seruitutem, vel quando quis se vendicat in libertatem, de quo dicemus in sequenti rubrica: ideò hæc præiudicialis dicitur habere causam legitimã, quando scilicet peto aliquem in seruitutem, nõ quando prouocat ille in libertatẽ: quia tunc ita vendico dominium in seruo, sicut in qualibet alia re. & hic est intellectus illorũ verborum, vt excludatur alias intellectus, quasi illa sola sit ciuilis & non ista, de qua tractauimus. Concipies ergo tu pater libellum in hac actione contra ipsum filiũ, si ipse faciat controuersiam sui: eandem actionem intentabis, & si sit aliquis, qui filium tuum detineat volentem vel inuitum,
ita dicas. LIBELLVS. †Ago contra talem qui filium meũ 13
qui est in mea potestate detinet. vnde ipsum filiũ meũ vendico adiecta causa de iure Quiritum: & ad hoc propono præiudicialem rei vendicat. adiecta causa de iure Quiritum. quòd ita rectè cõcipiatur libellus dicit ff. de rei vend. l. 1. Vnde vt breuiter comprehẽdas omnia nona, sicut notat dominus meus: si filius à nullo detinetur, & ipse sui controuersiam facit, locum habet cognitio pretoria quam appello officium iudicis. vt ff. de liber. exhib. l. deinde. §. hoc interdictum. locum etiam habet præiudicialis in rem actio, quæ dicitur rei vendicatio præiudicialis & prætoria. vt Inst. de actio. §. præiudiciales. locũ habet etiam ista præiudicialis actio in rem adiecta causa de iure Quiritũ, quæ est ciuilis, de qua dictũ est: & hoc mihi videtur, licet nonnullo meo videretur, quòd hæc non daretur in casu isto, nisi quãdo filius ab alio detinetur, quod nõ est verũ, vt infra notabo Interdictũ de liberis deducendis, non habet locũ nisi in vnico casu, quando dico hæreditatẽ per eum quæsitam mihi. vt ff de libe. exhi. l. pe. Si autẽ ab alio detineatur filius, & volens, locum habet officium iudicis, et cessat interdictum.

dictum. vt ff.de libe.exhi.l.drinde.§.hoc & l.vlti.locũ
habet etiam præiudicialis actio in rem, quæ est prætoria, vt ff.de rei vendi.l.1. quia apud seipsum esse videtur: locum babet actio in rem quæ est rei vẽdicatio adiecta causa de iure Quiritum ratiõe possessionis, quam
habet alius. vt ff.de rei vendi.l.1. Interdictum autem
dabitur quaodo vterque se patrem contendir. vt ff. de
libe.exhi.l.vlt.Si ab alio detineatur inuitus locum habet inrerdictum de libe. exhi. vt ff.de libe. exhi.l. 1.locum habet rei vendicatio adiecta causa de iure Quiritum.vt ff.de rei vendi.l.1. Nam ista datur ratione possessionis, qnam alius habet, præiudicialis cessat, quia illa
datur contra filium, quando controuersiam sui facit.
Item cessat officium iudicis, & hoc secundùm dominũ
54 meum Azon. † QVAESTIO. Quæritur autem quid differat illius præiudicialis in re prætoria ab ista rei vendi.quæ datur adiecta causa de iure Quiritum. Itẽ quæritur quare illa sit prætoria.vt Inst.de act.§.præiudiciales.& ff.de rei vendi.l.1.§.per hanc. Secunda est ciuilis, vt ff.de rei vend.l.1.§.per hanc. & §.si quis ita. Item
si ista ciuilis in rem, quæ proponitur adiecta causa de
iure Quiritum, quare dicatur præiudicialis, sicut & illa prætoria? dominus & præceptor meus R. quare illa
ciuilis, hæc prætoria. dicit quòd hæc ratio in gremio
naturæ cõsistat, sed multum te video mi dnmine in hoc
dubitabilem, cùm non cõsueueris: sed ego sicut fidelis
discipulus te excusabo, sicut Cassius, qui sentẽtiam sui
Doctoris Sabini excusat, vt ff. de arbi.l.diem. Rrspon.
etiam alij quæstioni, qua quæritur quare illa prætoria
fuerit inducta, cùm sufficere videbatur sola ciuilis. Respon. Ciuilis in rem à prætoria in hoc differt secũdùm
dominum meum, quòd præiudicialis prætoria detur
tantùm contra filium, quando à nullo detinetur, sed ipse sui faciat controuersiam, rei vendicatio adiecta causa de iure Quiritum datur ratione possessionis, quã habet alins, seu detentationis: quia libera persona possideri non potrst, vt ff.de acq.poss.l.cùm hæredes.§.vlti.
Ego autem dico vtranque competere etiam alio possidente seu tenente filium. Item & vtraque competit etiam contra filium, qui facit cõtrouersiam sui. nam cùm
vtraque sit in rem, quare magis daretur cõtra possiden
tem ciuilis quàm prætoria. Item qnare magis daretur
contra filium prætoria, quam daretur ciuilis, cùm per
vtranque ius vendicetur, quòd est patria potestas, vel
ipse filius vendicetur iure patriæ potestatis. Item quare magis prætoria dicitur præiudicialis quã ista: vtranque ego dico præiudicialem, vt suprà dictum est. vtran
que dico competere tibi tam cõtra filium, quàm alium
tenentem filium. Si tu quæras, quæ sit differentia inter
illas: dico quòd nulla. Si tu dicas, quare ergo prætoria
fuit inuenta? Respondeo: sicut in bon.posses.secundùm
tabul.quæ datur instituto. & sic prætor induxit auxilium tam egentibus quàm non egentibus. vt Institut.de
bon.possess.posset tamen allegari differentia, quia in
prætorio non est necesse qnòd causa adijciatur, in ciuili sic, vt dictum est.

De actione in rem præiudiciali per quam dominus seruum in suam potestatem & dominium vendicabit, Rubrica.

1 *Actio in rem præiudicialis per quam dominus seruum vendicat, vt competat, quæ necessaria sint.*
2 *Possessio sola in causa liberali quare sufficiat, in seruitutibus autem nequaquam.*
3 *Positio actoris & Rei in tali actione. nu. 4.*
5 *Libellus in tali actione quomodo fiat*
6 *Actione in rem quid vendicetur, vtrùm ipse seruus, an ius dominicæ potestatis.*
7 *Actio in rem an prætoria vel ciuilis esse dicatur.*

SI seruus tuus se geraa pro libero, & tibi domino obedire recusat, habes contra eum in rem actionem
præiudicialem, per quam ipsum in tuam potestatem & dominium vendicabis, vt ff.de rei vendic.l.1.&
Insti.de acti.§.præiudiciales. Et not. in primis, quòd licèt aliæ dicantur præiudiciales, hęc tamen dicitur pręiudicialis, & ferè dicitur habere legitimam causam, vt
in prędicto §.dicitur. quòd quare dicatur notaui supra
in actione superiori. Vnde ad hnc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. † In primis quòd tu sis dominus,
& ille seruus: quòd multis modis contingit, vel iure
gẽtium, vel iure ciuili. vt Inst.de iure personar.& ff.de
statu hom.l.liberras.& l.seruorum. Secundum, quòd
sit in possessione libertatis, & tibi respondere recuset:
siue sit bona fide in possessiõe libertatis, siue mala fide,
vt ff.de liberali causa.l.quòd autem. & l.licèt. & l.igitur. si enim in possessione seruitutis sit, & proclamet in
libertatem: stultus essrt dominus qui contra eum ageret aliqua actiõe reali: cum sufficiat sibi sola possessio,
& ille seruus habeat necesse probare se liberum, vt C.
de probat.l.si de possessione.& l. vis eius. † QVAESTIO. 2
Sed quæritur quare hoc fiat, quòd sufficiat sola possessio in causa reali, & necesse habeat probare se liberum
ille qui in libertatem proclamat: in seruitutibus autem
rerum nõ sufficiat sola possessio, nisi se probet seruitutem habere: cùm idẽ deberet esse in seruitute hominis:
cùm homo sit dignissima creatnrarũ, & eius gratia sint
omnia comparata, vt Inst.de rer.diuis.§. in pecudum. et
ff.de vsur.l.in pecudum. Respondro & dico, vt notaui
suprà in negatoria. In eo autem quod dixi, quòd derur
hæc actio, & si sit in possessione dolo malo, videtur quibusdam quòd tunc non esset necessaria, quia perinde
habetur ac si esset in possessione ipsius, vt prædictis legib.ff.de liberali causa.& C.de proba.l. vis eius.ego autem puto nihilominùs illam actionem etiam in casu illo competere. In hac autem actione act.fa.ta.posi. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd ego sum domin[9] tuus. 3
Item tu es seruus meus. si hanc negauerit, descẽdet singulariter ad omnes illas causas quę faciũt aliquem seruum de iure gentium vel ciuili, & vtatur positionibus
illis. Item tu geris te pro libero. Item mihi vt tuo domino obedire recusas. Ecõtrà reus facit tales positiones.
† POSITIO REI. Ego dico, quod ego sum natus de tali mulier. Item mulier illa libera est, si hoc confiteatur actor, 4
succumbet: quia qui nascitur, sufficit si aliquo tempore matrem liberam habuerit, vt Inst.de ingeu.& prosequitur singulariter omnes modos, quibus aliquis censetur liber. Itẽ si fortè est seruus, dicat ego sum seruus
talis: si hoc confiteatur actor, succumbet: quia qui suam
causam alienã dicit, seipsum excludit. vt ff.quando appellandum sit.l.si procuratorio. In hac actione cõcipiet
actor ita libellum. LIBELLVS. † Ago contra talem seruũ 5
meum, qui cùm sit seruus meus tanquàm liber se gerat,
& mihi domino suo obedire recusat: vnde peto ipsum
in seruitutem meã subijci, & mihi vt domino suo obediat: ad hoc propono actionem in rem præiudicialem.
Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicitur Instit. de
actio.§.præiudiciales. OPPOSITIO. Sed videtur qòd
actio ista locum non habeat in tali caso. Certũ est quòd
ordinata causa liberali, ille habetur loco liberi. vt ff.
de liberal.cau.l.ordinata. & C.de libera. causa.l.item
ideo cùm sit in possessione libertatis, & dominus petat
in seruitutem, procuratorẽ rectè dabit. vt C.de assertio.
tollenda.l.1.Item & aliás de Spartano legimus, qui erat
in possessione libertatis gerens se pro libero, paratus
suscipere liberale iudicium à domino non possidebatur: imò habetur loco liberi. vt ff. de acq.poss.l.l.possideri.§.si seruus. Si ergo loco liberi haberur, quomodo
liber homo vendicabitur, cùm nec in stipulatione deduci possit? vt ff.de verbo.obl.l.inter stipulantem.§.sacram.& l.liber homo. nec possideri possit. vt.ff.de acq.
poss.l.cũ hęredes. Responden: licèt habeatur loco liberi: nõ tamen liber est. habetnr autem loco liberi quoad
quędã, vt possit dare procuratorẽ, vt dictum est: vt possit stare in iudicio, cũ aliás si esset seruus, non possrt. vt
C.de iud.l.seruus.& ff.de iud.l.vix. sicut & alias habes:
qui habet tigna immissa fungitur cõmodo possessoria
quoad quædã. vt ff.si seruit.vendi.l.sicuti. & notaui suprà in negatoria. OPPOSITIO. Item videtur libellus malè conceptus. Certũ est quòd si seruum volo vendicare:
habeo directã rei vendicationẽ. vt C.de rei vend.l.partum.

tum.§. cùm super venis. quare ergò intento actionē præiudicialem? Respondeo: si alius possideret seruum tuum, tunc haberet locum rei vendicatio directa: quia omnia concurrerent: quia alius qui peteret, & alius qui possideret, & aliud quod peteretur. at quando seruus tuus se gerit pro libero à nullo possideretur, non etiam à domino, vt legitur de Spartano. ergò directa non potest intentari: cùm deficiat possessio ab alio habita, quæ subijcit aduersarium actioni in rem. vt C. de alien. iudicij mutan. causa facta. l. vnic. nec dicitur esse in possessione suijpsius, quia sicut nullus dicitur dominus membrorum suorum. l. vt ff. ad leg. Aqui. l. liber homo suo nomine. §. 1. ita nec sui possessor: sicut etiam aliâs seruus non dicitur esse in peculio suijpsius. vt ff de pecul. leg. l. Stichus habet in peculio. propterea dicitur, quòd vna illarum præiudicialium ferè habeat legitimam causam. vt Instit. de acti. §. præiudiciales propterea dixi ferè: quia illud deficit quod dictum est, scilicet possessio habita ab alio: aliæ tamen causæ conueniūt, quæ desiderantur in rei vendicatione: quia & dominium vendicatur, & alius est qui petit, & alius à quo petitur. tamen ipse idem est quem peto, & a quo
6 peto, vt in superiori actione notaui. † QVAESTIO. Tertiò quæritur, quid vendices per hanc actionem in rem: vtrùm ipsum seruum, an ius dominicæ potestatis: Respondeo: ipsum seruum vendico ratione iuris dominicæ potestatis: vt in libello continetur. QVAESTIO.
7 † Quæritur etiam, an ista actio in rem dicatur prætoria, vel ciuilis: & certè Dominus Ioan. eam credidit ciuilem, & eam inter ciuiles posuit: sed hæc non est bona ratio: nam de sepulchro violato tractatur inter priuata delicta, cùm sit publicum. Et crucifixus est IESVS inter duos nequam: cùm ipse sit sanctus & iustus. de iure si quæris, dubitari posset. & secundùm iura respondeo, quòd ciuilis est: vt in prædicto. §. præiudiciales, quia cum tractet ibi de tribus præiudicialibus, scilicet per quam quæritur, an aliquis sit liber, subaudi, vel seruus, per quam quæritur, an aliquis sit libertus, subaudi, vel ingenuus: & hoc dicit de partu agnoscendo: & postea dicit, quòd vna illarū, per quā quæritur, an aliquis sit liber vel seruus, habeat legitimā causam, id est, de iure ciuili inducatur, aliæ substantiam capiāt à prætore: suaderi tamen posset, quòd esset prætoria, & hoc quòd dicit, ferè habet legitimam causam, & intelligo quoad dominium: quia per hanc vendicatur res ratione dominij: in alijs non: & quòd dicit, cæteræ capiant substantiam a prætore, subaudi, in totum.

De actione in rem præiudiciali contraria, quæ datur seruo proclamanti in libertatem, vel ascriptitio, vel vasallo. Rubrica.

1 *Actio in rem præiudicialis contraria vt veniat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones Actoris & Rei in tali actione, & nu. 3.*
4 *Libelli in tali actione, quomodo formentur, & nume. sequen.*
10 *Ascriptitius alicuius, vasallus vel villanus si intentet actionem in rem præiudicialem contrariam vel officium iudicis, an si dominus erat in possessione vel quasi seruitiorum & redditnum, vel homagij, debeat medio tempore prohiberi, ne iure suo vtatur, donec inter ipsum villanum & dominum iudicium durat.*

LICET Dominus Ioan. non tractasset de superiori actione in arbore actionum, nec de ista, de qua tractamus ad præsens: tamē quia vtiles sunt, ideò de eis tractaui. Cōtingit sæpe, quòd seruus proclamat de possessione seruitutis in libertatem: vel ascriptitius, vel censitus, vel vasallus tuus dicit se ex toto liberum, nec debere tibi in aliquo respondere: ideò videamus quæ actio sibi competat. & certè datur eis cōtraria præiudicialis in rem. quod ita probo: Certum est, quòd dominus cōtra illos habet actionem in rem præiudicialem, de qua diximus suprà in superiori secūda Rubric. sicut domino igitur datur directa in rem, ita istis debet dari cōtraria in rem, cùm eadem sit causa ligandi & soluendi ducta in cōtrarium. vt ff. de verb. obligat. l. inter stipulantem. §. sacram. Alij dicunt, quod debeat dari vtilis in rem præiudicialis: quia sententia locū habeat, licet verba deficiant. quia qua ratione datur dominis cōtra eos directa, vt dictum est, ad vendicanda iura in eis: ita & illis dari debet vtilis, & vendicare se in libertatem. nunquàm enim sicūt contrariam in rem inueniri: inuenitur enim contraria personalis. vt de negoc. gest. vel cōtrà. de pignora. actio. vel cōtraria. commodati, vel contraria. depositi, vel contraria mandati. Alij dant prædictis personis negatoriam, per quam intendat nō esse dominis ius eos ad seruitia præstanda cogere: & adducunt ff. si seruit. vendicat. l. sicut. primo respons. Sed Dominus meus dicit negatoriam non posse competere: & hoc hac ratione: Certum est, quòd illa datur domino & pro seruitutibus depellendis prædialibus: at nemo est dominus suijpsius, nec membrorum suorum. vt ff. ad leg. Aquil. l. liber homo. Alij dant prædictis personis officiū iudicis loco principalis actionis, non quòd alicui actioni deseruiant. vt in C. lib. 11. in quib. causis colon. censit. l. 2. Sed primā vt veriorē Dominus meus admittit. Vtilis enim in rem non posset habere locū: quia si daretur, daretur ad vendicandū: & tu diceres, & hęc datur ad vendicandum: quia vendicat se ad libertatem: non est verum, quia libertas non potest vendicari: cùm non sit in bonis, nec æstimationem non recipiat. vt ff. si quadr. paup. fecisse dic. l. pen. & ff. de his qui deiecer. vel effud. e. l. vltim. Si autem dantur duę superiores præiudiciales, nō est mirum: quia vendicantur alia quæ possunt esse in bonis. OPPOSITIO. Sed secundùm hoc opponi potest sententiæ Domini mei: tu dicis, quod detur cōtraria in rem præiudicialis. quandò datur ista in rem, licet contraria, quid vendicat? Posset respōderi similiter in negatoria, quę dicitur cōtraria actioni confessoria. vt ff. si seruit. vendi. l. sicut. 1. respo. vt quia per eam vendicatur libertas, sicut per cōfessoriam vēdicatur seruitus. Sed hæc ratio nō est sufficiens: quia libertas prædiorū æstimari potest. vt arg. ff. de act. empt. l. si tibi liberū. & ff. de ędil. edict. l. quoties & ff. de euict. l. quod autem. libertas autem æstimari non potest, vt dictum est. Respondeo pro Domino meo, quòd detur contraria in rem, quę ideò dicitur cōtraria, quia est contraria illi actioni in rem quæ proponitur pro parte domini: quia sicut per illā vult me vendicare in seruitutem, sic per istam volo me vendicare in libertatem, vel eximere me ab illis iuribus: & sic hoc respectu idem operantur istæ duæ, quod operātur negatoria & cōfessoria: ideò dicitur in rem, quia per hanc libertatē vendico, quę est res & incorporalis. vt ff de donat. l. quæ status lib. & illam vendico, licèt sit inęstimabilis: nam & datur vēdicatio pro rebus sacris, licèt res sacrę æstimationem nō recipiāt. vt C. de sacros. eccles. l. sancimus. & ff. commun. de seruit. l. caueri. & ff de verbo. oblig. l. inter stipulantem §. sacrā. nec iudicis officiū habet locū loco principalis actionis, secundùm Dominum meū: sed tanquām mercenarius, qui deseruit actioni: sicut in acti. quod metus cau. vbi iure actionis fit ei restitutio. sed dicitur officio iudicis fieri tanquàm per executorem. vt ff quod met. caus. l. metū. §. volenti. & §. ex hoc. † Vnde ad hoc quòd 8
actio ista competat, tot sunt necessaria: inprimis, quod iste qui in libertatem proclamat, sit liber. ad hoc enim vt proclamatio fiat cum effectu, oportet quòd ille sit liber. qualiter autem quis probabit se liberum? si probat se natū ex libera matre, qua probat se liberū: quia est in possessione seruitutis: aliàs aduersarius probaret ipsum seruū: vt in superiori actione dixi. In persona ascriptitij similiter, quòd sit liber. Idem in censito, & in persona hominū & vasallorum nostrorū, quod nullo modo teneantur, & sint liberi ex toto. vide in hac actione Act. facit tal. posit. Positio Actoris. Ego dico, quòd natus sum ex libera matre: si Reus contradicit, succūbet: quia pro Actore fertur sententia, quod

sit liber. Item dico me liberum. si Reus cōfiteatur, ob-
tinebit Actor: quia non erit ascripititius: licèt enim a-
scriptitius habet quædam iura liberi: vt quòd testari
possit. vt C. de Episc. & cleric. l. si quis presbyter. & fie-
ri clericus, vt C. eod. tit. l. quisquis. & Authen. ibi posi-
ta. ascriptitij tamà seruis nihil penè d[illegible]erunt. vt C. de
agric. & censit. l. cùm satis. & non habent omnimodam
ingenuitatem, sicut vere liberi. Item ego dico me ex to
to liberum, & absque omni seruitio: si hoc confitetur
dominus, obtinebit Actor, & etiam vasallus in aliquo nō
5 respondebit domino. Econtrà Reus sa. tal pos. † Posi-
tio Rei. Ego dico, quòd tu es seruus meus: si cōfitebi-
tur Actor, succūbet. Item tu te obligasti mihi per duas
scripturas, quòd esses meus ascrip[illegible]tios: si confiteatur
Actor, succumbet. vt C. libr. II. de agric. & censit. l. cùm
scimus. Item tu debes mihi tales redditus omni anno
præstare: si hoc cōfitebitur Actor, succūbet. In hoc au-
tem actione Actor concipiet ita libellum, secūdùm Do-
minum meum, & in ista contraria actione in rem præ-
4 iudiciali. † Libellus. Ago ego R. contra talē, qui cum
sim in posse[illegible]one libertatis, vel cum sim liber, ipse me
i[illegible]t. & statum meum diffamat, dicendo me suū ser-
uum esse: vnde meipsum in libertatem vendico, & ne
am[illegible] me in libertate mea impediat, nec statum meū
diffamet, ago contra eum, proponens contrariam acti-
onem in rem præiudicialem. Q[illegible] recte concipia-
tur libellus, patet per ea quæ in principio istius actio-
nis notaui. Oppositio. At [illegible]ic opponitur: non videtur,
quòd actio talis compe[illegible] [illegible]citum est, quòd omnis cō-
traria dicitur respectu directæ. cum ergò directa nul-
la ex aduerso intenditur contraria, nō habet locū: sed
si intentatur ex parte domini [illegible] recta, contraria posset
intentari. Respondeo [illegible] verum quoties eni[illegible] cō-
petit cōtraria, illa potest intentari sine omni directa.
vt ff. de neg. gest. l. sed an vliso. Oppositio. Item alia
ratione nō videtur, quòd cōpetat: nullus seipsum ven-
dicare potest. ipse sum autem qui vend[illegible]cem, & à quo
vendicem & quem vend[illegible]em. Respōdeo, non est verū:
cōfiteor plane, quòd ego sum qui vendico, ab alio tamē
vendico, scilicet à te, q[illegible] diffamas statum meū, dicen-
do tuum seruum esse, & in hoc ergò à te vendico: liber-
tatem [illegible] meo vendico, & sic aliud. Oppositio. [illegible]ed sic
opponitur: aut iste qui vendicat, habet libertatem, aut
non: si habet ergò eam nō vend[illegible]at: quia quod habeo,
vendicare non possum. vt argum. Instit. de actio. § 1. &
quod meum est [illegible]mplius meum fie[illegible]i non potest: vt In-
stit. de lega. §. sed si [illegible]em. si nō habet l[illegible]tatē, ergò nun-
quàm poterit eam vendicare: quo[illegible] modò enim quis vē-
dicat, quod no habet: certè nullo modo. vt argumen. ff.
de rei vendi[illegible] [illegible]em. §. 1. & §. loca. Respondeo: oppo-
sitio est [illegible] dico enim, quod habeat libertatē,
& eam vendicet: quar[illegible] quia aliquid deest ad plenam
libertatem: scilicet diffamatio status illius, sicut & a-
liàs, licèt rem habeam, rem tamen peto. vt ff. de solut. l.
etiam. hoc etiā vide in rei vendica. nōnne rem habeo,
id est, dominium, & tamen quia alius i[illegible]lam detinet,
propter hoc quòd mihi abest, sci[illegible]cet detentatio sola,
vendico rem ab illo ratione dominij: ita hic vendico
meipsum in libertatem ratione i[illegible]us libertatis quam
habeo: & sic vendico me in plenissimam libertatem. In
5 ascriptitio & censito formabis ita libellum. † Libel-
lus. Ago contra talem, qui me dicit ascriptitium seu
censitum suum esse, cùm sim liber & ingenuus: vnde
meipsum in ingenuitatem & libertatem vendico: ad
hoc propono contrariam actionem in rem præiudici-
6 alem. Pro vasallis contra dominos sic. [illegible] Libellus. A-
go contra talem, qui me dicit vasa[illegible]um suum esse, vel
vult mihi imponere talia seruitia, q[illegible] sibi [illegible]acere non
debeo, cùm sim liber & ingenuus: v[illegible]e me in libe[illegible]ta-
tem vendico, proponens contrariam actionem in rem
7 præiudi[illegible]ialem. Secundùm a[illegible]os ita con[illegible]pies. † Libel-
lus. Ago contra talem, cui cùm nō sit ius me dicere ser
uum suum vel asc[illegible]pti[illegible]um, vel censitum, vel exigere
à me adiutoria redditus [illegible]u seruitia, & specificet ea: cū
sim liber & ingenuus. vnde quòd cesset amodò, & mi-
hi talia seruitia, adiutoria, seu redditus non imponat,
vel ne me libertate mea impediat, vel statum meum i[illegible]
famet, ago contra eum, proponens vtilem negatoriam,
vel officium iudicis. Quòd ita rectè cōcipiatur libel-
lus, patet per ea quæ dicta sunt. Vel si vis concipere li-
bellum pro seruitijs, adiutorijs, redditibus, quæ impo-
nuntur, depellendis, qui[illegible] bellus tota die occurrit præ
manibus, sic concipies. † Libellus. Ago contra ta- 8
lem. cui cùm nō sit ius imponendi, seu petendi, exigen
di talia seruitia, talia adiutoria, tales redditus: cum
sim homo liber & ingenuus, quòd cesset ab impositio-
ne, seu exactione, seu petitione talium adiutoriorum,
seruitiorum, seu reddituum. ad hoc propono vtil[illegible] ne-
gatoriam, vel officium iudici[illegible] & hoc quando aliquid
tibi ablatum nō est prætextu il[illegible]orum seruitiorū. si au-
tem aliquid est ablatum, dicas & adijcias in libello. † 9
[illegible]bellus. Ago contra talem, cui nō sit ius exigere, pe-
t[illegible], [illegible]eu imponere talia seruitia: & ipse mihi impo-
suit, & exegit a me tantum, quod æstimo decem [illegible] vnde
quòd exacta mihi restituat, & cesset amodò in futurū
exigere, petere, seu imponere, ago cōtra ipsum, & pro-
pono vtilem negatoriam, vel officium iudic[illegible]s. [illegible]òd
sic rectè concip[illegible]antur libelli, probatur ff. si seruit. vēdic. l. si cui. §. 1. & C. lib. II. in quib. caus. colon. censit. l. 1.
† Quæstio. Sed illud quæritur: si ascriptitius meu[illegible], 10
va[illegible]llus, vel villanus intenter hanc actionem, vel offi-
cium iudicis: an si dominus erat in possessione vel q[illegible]a-
si seruitiorum & reddituum, vel homagij, debeat [illegible]e-
dio tēpore prohiberi, ne iure suo vtatur, maximè do-
nec durat iudicium inter ipsum vi[illegible]lanum & dominū:
multi simplices iudices faciunt hoc: & prohibent vt
dominus medio tempore nihil exigat à vi[illegible]lano. mouē-
tur his argumentis: nam ordinata liberal[illegible] causa. debet
haberi loco liberi. vt C. de liberali causa. l. lite. & ff.
de liberal. caus. l. ordinata. sed ma[illegible] faciunt: nam
quis sine cau[illegible]a non est suo iure priuandus. argum. ff. de
regu. iur. l. quod nostrum. quòd enim lex dicit, seruum
haberi loco liberi: intelligas, quoad quædam, s[illegible]licet
quòd possit stare in iudicio, cùm alias interesse nō pos-
set. vt C. de iudi. l. seruus. non ta[illegible]en quoad omnia: nā
ita acquirit domino, sicut antè acquirebat. vt ff. de li-
beral. caus. l. si cui. §. si tibi.

De petitione hæred[illegible]atis. Rubrica.

FRequenter contingit, quòd aliquo dec[illegible]dente a-
liquis sibi succed[illegible] ex testamento, v[illegible] ab intesta-
to, quia proximior est: & isti succedenti d[illegible]re
[illegible] competit directa hæreditat[illegible] peti[illegible]io: [illegible] etiam
ipsa c[illegible] vt ff. de petit. hæred. l. [illegible]em [illegible] eniunt. [illegible] pri-
diè. & ff. de rei vendic. l. 1. nam succedenti de iure præ-
torio, aliæ petitiones hæreditatis competunt, s[illegible]icet
possessoria & fideicommissoria, de quibus diximus su-
pra in [illegible]ractatu prætoriarum in specialibus Rubricis.
Nunc videamus de directa hæreditatis petitione. † Q[illegible]
ad hoc vt cōpetat, tot sunt necessaria. Inprimis, quòd
ille sit mortuus, de cuius hæreditate tractatur: nō enim
debemus esse soliciti de hæreditate viuentis. vt ff. de
vulg.

vulga.& pupil.substit.l.s. Secundum, quòd debeo ego
scire illum esse mortuum. vt C.de capt.& postl.reuer.
l.eenos.& C.qui admit.ad bon.possess.l.quandiu. Ter-
tium, quòd debeo scire verùm sit mortuus ex testamen
to, vel ab intestato: adeò quòd intra ipsa iuris auspitis
teneor eligere verùm ex testamento, vel ab intestato a-
gam, ita vt voa electa ad aliam redire non possim, nisi
sim ex parentibus vel liberis agnatis vel cognatis vsque
ad quartũ gradum: cui oò nocet electio, quominùs ad
aliud redire possim. vt C.de codicil.l.vlt.& ff.de peti.
hæred.l.1.2.& 3. Quartum, quòd si ex testamento volo
succedere, quòd sim institutus. Quintũ, quòd testamen
tum sit legitimum, vel quòd posteà non rumpatur que-
rela, vel agnatione posthumi. quibus modis testamen-
ta rumpuntur. vt Instit.de testam.ordi.& Instit.de bo-
no.poss.& C de testam.l.si vnus.& l.ex imperfecto.& l.
hac cõsultissima. & C.de sacrosan.eccle.l.generaliter.
Sextum, quòd si ex testamento volo succedere, quòd il-
le fuerit talis, qui potuerit facere testamentum. vt C.
qui testam.fac.poss.l.si frater patruelis.& l.furiosum.
C.quand.prouoc.non est necesse.l.1. ff.qui testam.face.
poss.l.is cui bonis. Septimum, quòd ego institutus sim
capax: alioquin non possum hæres institui. vt C.de hę-
redib.instit.l.1 & ff.qui testam.face.poss.l.si ab intesta-
to. Octauum exigitur, quòd ego sim proximior in linea
transuersali, in qua locũ habet regula, qui potior est in
gradu, potior est in successione: licèt in linea descen-
denti fallat. ibi enim æqualiter succedunt. vt Instit.de
hæred.quæ ab intesta.defer.& Instit.de legi.agna. suc-
ce. Fallit in fratris filio, qui æqualiter succedit cum pa-
truo ad bona alterius fratris præmortui: licèt non sit
in eodem gradu. vt C.de leg.hær. Auth.post fratres fra
truinque filios. Nonum, quòd si ab intestato, debeo me
scire proximiorem: alioquin non admittat. vt ff.de iur.
& facti igno.l.1. Decimum, quòd si alij fuit delata hære
ditas, quòd eam repudiauerit. vt argum. C.qui admi.ad
bonor.possess.l.vlti.& ff.de edict.suc.l.1.& ff.de suis.&
leg.l.1. Vndecimum, quòd hæreditatem illam adiue-
rim: quæ aditio in sola animi voluntate consistit. vt ff.
de acqui.hæred.l aditio. Duodecimum, quòd ille qui
hæreditatem possidet: non habeat titulum: alioquin nõ
dabitur contra eum petitio hæreditatis: nisi in casibus
puta, quando venditor non comparet: vel quando fuit
in modico distracta: vel quando quis emit à fisco: hi
tres casus notantur ff.de petiti. hæredi.l. etiam §. quòd
si quis.& §.idem erit.& §.item si quis à fisco. licèt quã-
do quis emit à fisco incontinenti sit securus: & ille ha-
beat actionem contra fiscum. vt C.de quadrienn.præ-
scripr.l.1.& 2.& l.bene à Zenone. QVAESTIO. † Hic
autem quæritur quare petitio hæreditatis non detur
contra titulo possidentem: vt dictum est, & habes C.
de petitio hæredita.l.cogi. rei autem vendicatio detur
contra titulo possidentem. vt ff.de publicia. l.Paulus
notat. argumen pro hoc C.de rei vendict.l.res alienas.
& ff.de petitio.hæredit. l. sed si l.commiss.§.senatus.ff.
famil.ereiscund.l.hæredes.§.quòd pro emptore. Re-
spondent, quidam quia cùm durer vsque ad annos 30.
de petitio.hæredita.l. hæreditatis. iam impedire-
tur vsucapio, quæ est de bono publico introducta. vt
ff.de vsucapio.l.1. Sed dominus meus dicit, ideò nõ da-
tur petitio hęreditatis contra titulo possidentem, quia
qui proponit petitionem hęreditatis, dicit se hęredem
ex testamento vel ab intestato, & dicit rem hæredita-
riam esse: non tamen dicit se dominum illius rei. vt ff.
de petit.hæred.l.& non tantum. at qui rei vendicatio-
nem proponit allegat titulum, & dicit se dominum:
meritò ergo datur contra titulo possidentem. Nam si
probo me dominum, quid operatur titulus tuus? certè
nihil. Sed nónne etiam res propriæ testatoris veniunt.
vt ff.eod.l.& non tantùm. Respondeo, sic. Sed nónne
tunc dico titulum dominij. ergo debet dari contra titu
lo possidentem. Respondeo secundum dominum meũ,
non est verum. nam licèt veniant res propriæ testato-
ris: non proptereà allego titulum vel causam dominij:
sed tantùm me dico hęredem: & ideò licèt testator fue-
rit dominus, illam causam vnde fuerit dominus non
prosequor, nec in iudicium deduco: sed illam solam
quod me dico hærede. Tertiumdecimum, quòd aduer-
sarius possideat totam hæreditatem, vel partem, vel e-
tiam rem minimam. vt ff.eo.tit.l.regulariter.& l.licèt.
& ff.si pars hæredit.peta.l.1.§.1. vel etiam ius, vt in præ
dicta l.regulariter. quòd ita intelligas, id est, actionem
hæreditariam: putà, quia vendidit rem hæreditariam
bona maláue fide. vt ff.eod.tit.l.nec vllam.§.vlt.& l.Iu
lian. vel ius, id est. quia debitor est hæreditarius, & cõ-
tendit se hæredem: aliàs non tenetur. vt ff.eod.l.si debi
tor. noli ergo intelligere ius seruitutis: talis enim non
tenetur petitione hæreditatis. vt ff.eod.tit.l.& non tan
tùm.§.vltim. quòd dictum est, possidet, subaudi quasi,
impropriè enim dicitur. vt ff.de petitio. hæredi.l.Item
videndum.§.si quis enm.& l.quod si in diem.§ penult.
non enim incorporalia possidentur: sed quasi. vt ff. de
acquiren.rer.dom.l.seruus.§.incorporales.& ff.de ac-
quir.possess.l.possideri QVAESTIO. † Quòd autem di- 3
ctum est illum qui rem minimam possidet, teneri peti-
tione hæreditatis quæritur an debeat in tota hæreditate
te condemnari: vel tantùm in re illa quam possidet? Re-
spondeo: quidam ad illum de stricto iure totam hære-
ditatem restituendam teneri, & ad totam debere con-
demnari: sed de æquitate in re illa condemnantur tan
tùm: vt ff.si pars hęredi.peta.l.1.in princ. adducunt arg.
pro se. ff.de pecul.l. quæsitum. sed dominus meus con-
tra. dicit.n. quo iure stricto posset quis teneri ad totam
hæreditatem quam nec habuit, nec dolo desijt habere?
vnde talis obligatio? vnde istud ius strictum? ita dicit
illum in re illa tantùm condemnandum, & quòd dicit
ff.si pars hær.peta. l.1. quòd totam hæreditatem vendi-
cabis ab eo: licèt vnam rem possideat, intelligo.i. rem
illam in solidùm vendicabis: quia insolidùm se dicit
hæredem. de hoc plenè notat dominus meus in prædi
cta l. si pars hære.peta. OPPOSITIO. Item opponitur: 4
non videtur quòd qui rem aliquam possidet, possit cõ-
ueniri petitione hæreditatis: certum est enim quod hæ
reditas sit, res incorporea, cùm consistat in iure. vt ff.de
petitio.hæred.l.hæreditas.& Insti.de reb. incorporal.
at res corporea non est portio rei incorporeæ. vt ff.si o-
missa causa testamen.l.quamuis. malè ergo conciperes
libellum, si diceres, cùm sim hæres à te rem istam peto.
Vnde respondeo: cùm ego sim hæres ago contra te pe-
titi.hæred. qui bona defuncti possides: & sic rem illam
non peto, licèt veniat in restitutione. nam si rem illam
tantùm peterem, posteà si inciperes aliàs possidere, il-
la non veniret, quòd falsum est. vt ff.eod.tit. l. 4. In hac
autem actione actor faciat tales positiones. † POSITIO
ACTOR. Ego dico, quòd Titius mortuus est. Item Titi-
us ille testamentum fecit. Item in illo testamento me
hæredem instituit: vel si fuit mortuus ab intestato, di-
cas. Ego dico, quòd Titius ab intestatò decessit. Item e-
go sum sibi in gradu proximior. Si hoc negauerit Re-
us: faciat actor gradatim positiones de parentela, quo-
modo ille fuit natus ex talibus consanguineis. & ego
ex talibus. Item quando ex testamento. Ego dico, quòd
illud testamentum fuit legitimum. Item ego sum insti
tutus talis qui possum institui. Item Titius ille fuit ta-
lis, qui potuit condere testamentum. Item hæreditatẽ
illam ego adiui. hæc confessio satis probatur ex sola
petitione hæreditatis, quæ intentatur. Item possides
hæreditatem illius Titij vel totam vel partem: vel ali-
quam rem vel ius, & te hæredem contendis. Econtrà
Reus facit tales positiones. † POSITIO REI. Ego dico, 5
quòd Titius ille viuit. Item si mortuus est dicat. Ego di-
co, quòd Titius ille fecit testamentum, & instituit hæ-
redem Sempronium. si hoc confiteatur actor, se ipsum
excludet. Item Titius ille minor erat 14. annis tempore
mortis. Item si maior fuit dicas in illo testamento in-
teruenerunt tantùm 5. testes: si hoc confiteatur actor,
succumbet: quia in codicillis hæreditas neq; dari neq;
adimi potest. vt C.de codi.l.hæreditatem: & Institu.de
codi.§.vlt. Item ille Titius fuit intestabilis. Item tu in-
stitutus non es capax: quia es persona illicita: si hoc cõ-
fitebitur actor, succumbet. vt ff.qui test.fa.pos.l.is cui.
& l.cum lege. Item quãdo ab intestato dicas. Ego dico,

quòd Gaius fuit proximior Titio, quam tu Item ille
Gaius adiuit hęreditatem Titij. Item ego nihil de bo-
nis illius Titij possideo. Item illud quod possideo, emi.
6 In hac autem actione actor concipiet ita libel. † LIBEL-
LVS. Ago ego contra Titium qui possidet seu tenet hæ-
reditatem Lucij Titij seu bona quæ fuerunt Lucij, cui
Titio ex testamento vel ab intestato successi tanquam
proximior: vnde quòd ipsam hæreditatem seu bona
restituat ago contra ipsum: & ad hoc propono petitio-
nem hæreditatis. Quod ita rectè concipiatur libellus,
dicit. ff. el. j. ij. & iij. nec credat aliquis quòd in eodem
libello proponat vtramque ex testamento, vel ab in-
testato: quia hoc esse non posset. vt C. de codicill. l. vlt.
sed alteram tantùm, causa tamen breuitatis in libello
vtraque comprehenditur: dominus tamen meus dicit,
quòd in nulla reali debet apponi in libello, quòd resti
tuat: sed tantum debet dicere, peto rem ipsam, vel ip
sam hæreditatem peto: si enim dixeris peto, quòd resti
tuas: iam agis contra eum ad factum, cùm nulla realis
factum contineat: imò contra eum ago, qui nullo iure
mihi obligatus est. vt Inst. de act. §. 1. tunc enim ad factū
agimus, quòd quis restituat, vel aliquis faciat, quoties
est obligatio personalis. vt ff. de re iud. l. si quis ab alio.
restitutio enim fit in realibus non iure actionis. sed of-
fic. iud. vt ff. de rei vendi. l. officium. & l. qui restituere.
quòd officium seruit actioni. vt C. depositi. l. si depositi-
cario. quotidianus tamē vsus iudiciorum exigit, quòd
sic concipiatur libellus vt in realibus apponatur, scili-
cèt, quòd restituat: quia possessio subijcit aduersarium
actioni in rem. vt C. de alie. iudi. mut. cau. fact. l. vnic. &
hæc actio ex possess. est. vt ff. de indic. l. non aliàs. i. pos-
sessio est causa quare hæc actio intentetur: hoc notat
dominus meus C. vbi in rem act. l. 1. Item in hac vniuer
sali, & famil. erciscund. quæ similiter vniuersalis est,
non est necesse quòd fiat mentio fructum & expensarū:
quia omnia veniunt iure actionis, ideò quia mixtæ. In
finium regundorum & communi diuidūdo licèt mix-
tæ sint, oportet quòd fiat mentio fructuum & expensa-
rum: quia singulares sunt, vt notabo infra communi di
uidundo. OPPOSITIO. Sed videtur quòd libellus sit ma-
lè conceptus. In primis, quia in libello res non specifi-
cantur: & sic continet incertum. vnde admittendus nō
est: cùm generalitas obscuritatem pariat: vt ff. de iure
fisci. ita fidei hæredis. maximè cùm res sint specifican-
dæ. vt ff. de rei vendica. l. si in rem. & ff. de furtis. l. acti-
one. & ff. de censibus. forma. & C. lib. 11. de apochis pu-
bli. l. 1. Respondeo: hæc locum habent in singularibus
actionibus: in vniuersalibus autem sicut est petitio hæ
reditatis, & in generalibus, sicut tutelæ non esse ne-
cesse, quòd res specificentur. vtrum autem sint specifi-
candæ in processu iudicij, vel quid operetur sententia
lata ita super incerto, notaui supra in rubrica. qualiter
libellus concipiendus in vniuersalibus. OPPOSITIO.
Secundò opponitur: non videtur quod petitio hæredi
tatis possit intendi vel proponi? Certum est, quòd pe-
titio hæreditatis est mixta in rem & in personam. vt C.
eod. tit. l. hæreditatis. & Instit. de act. §. quædam actio-
nes. Si ergo est in rem, quid vendico quando dico peto
hæreditatem, quam possidet talis? non videtur libellus
bene conceptus: cùm hæreditas sit ius & nomen iuris
contineat, quomodo ergo actione reali petes illud quod
est incorporale: vnde videtur quòd res specificarētur?
Respondeo: hoc non est absonum, quòd actione reali
quæ ius est petantur incorporalia, quæ in iuribus con-
sistunt: hoc in confessoria & negatoria patet. OPPOSI-
TIO. Tertiò videtur opponit quod malè poni in libel-
lo, qui possidet vel tenet hæreditatem. Nam aut dices
quod illud verbum, hæreditatem, præsupponat quod
hæreditas consistat in iure, & tunc non bene dicitur: i-
stæ possideri non possunt, vt supra diximus: si autē præ-
supponit in rebus corporalibus, quę sunt in hæredita-
te, necesse habebis dicere, quòd res debeant specifica-
ri, ne alioquin res corporea. sit portio rei incorporeę.
vt ff. si omissa causa test. l. quamuis. Respondeo: vtrumque
potest præsupponi. vt Inst. de rebus incorporalibus: &
sic pro incorporalibus & corporalibus: nec est mirum
cùm sit vniuersalis, sed quando pro incorporalibus adscri-
cas illud verbū, possidet, impropriè ponitur ergo pro
quasi: quia incorporalia non possidentur, sed quasi, vt
dictum est: si præsupponit pro corporalibus benè est:
quia illa possideri possunt QVAESTIO. † Quæritur quo- 7
modo potest intentari petitio hæreditatis: quando ali-
quis possidet rem minimam, si dicis in libello, ago con
tra talem qui possidet, seu tenet hæreditatem Titij: certè
malè diceres: quia Reus in contestatione optimè nega-
ret se hæreditatem Titij possidere. Idem est si ponas in
libello bona quæ fuerunt quondam Titij. vnde multi
meiu istius quæstionis dicunt libellum sic concipien-
dum. † LIBELLVS. Ago contra talem qui possidet seu 8
tenet rem quæ est de hæreditate Titij: cui ab intestato,
tanquam proximior successi, vel ex testamento. vnde
quod mihi restituat, ago contra eum, & propono peti-
tionem hæreditatis. Sed si hoc esset, quomodò respon-
deres. ff. eod. tit. l. 4. vbi dicitur, quòd si hæreditate pe-
tam ab eo qui vnam rem possidebat, de qua sola cōtro-
uersia erat, etiam id quòd cœpit posteà possidere, resti
tuat. Respondent ipsi hoc contingere propter naturam
vniuersalis iudicij, quòd restituantur ea quæ etiā peti-
ta non sunt: quia metitur ius non ex eo quod quis possi
det, sed ex eo quod petitio habet. vt ff. si pars hære pe.
l. 1. Nec obstat ff. de iud. l. non potest. quia illa loquitur
in singularibus iudicijs. OPPOSITIO. Sed istis oppo-
nitur: quomodò condemnabit iudex in rebus illis quæ
petitæ non sunt? tu petijsti vnam rem licet egeris vni-
uersali iudicio, scilicèt petitione hæreditatis, super a-
lia non fuit facta contestatio litis, nec iuratum de calu-
mnia, nec testes inducti. qualiter ergo iudex vel quomo-
dò pronunciabit? Respondeo, ita intelligat illum pos-
sessorem condemnandum, si actor probauerit rem illā
quam inceperit posteà possidere fuisse hæreditariam:
& sufficere dicunt primum libellū, & primam cōtesta-
tionem: & illud sacramentum calumniæ præstitum, &
hoc propter naturam ipsius iudicij, cum vniuersale sit.
Nam & aliud mirabilius cōtingit, quòd vniuersaliter
ago in libello & processu iudicij: & in sentētia nunquā
res exprimuntur: & tamen omnia tenent: vt notaui su-
prà qualiter libellus in vniuersali concipiatur. Mihi
tamen videtur libellum ita concipiendum. LIBELLVS.
† Ago contra talē qui possidet bona quæ fuerunt quō- 9
dam Titij cui Titio ab intestato, vel ex testamento suc
cessi: vnde quòd mihi restituat, ago contra eum: & pro
pono petitionem hæreditatis. in hoc libello non inno-
nitur aliqua dubitatio. nam generaliter peto rationē
mei & rationem tui generaliter. vnde iustè procedit quod
in rebus à te posteà possessis debeas condemnari. vt ff.
de petit. hæred. l. si hęredi. petitam. & l. si quo tempore.
& ff. si pars heredit. peta. l. 1. OPPOSITIO. Si tu opponis,
quòd ille contestando litem negabit se bona Titij pos-
sidere. & hoc etiam idem in sacramento calūniæ dicit,
quòd negare potest vniuersalem vel generalem seu in-
definitam: quia non possidet bona: sed ego descendam
posteà ad specialem, an possideat aliquid de bonis. vt ff.
de reb. dub. l. si is qui. §. vtrum. in fine. secundū hoc ces-
sat omnis calumnia. Nec admitto, quòd quidam simpli
ces admiserunt, quòd in totū teneatur de iure stricto:
sed de æquitate liberetur, præstando rem illam quam
possidet. vt ff. de petit. hæred. l. licèt. & ff. si pars hæredi
ta. peta. l. 1. ar. ff. de pecul. l. quæsitum. contrarium enim
credo, vt supra in hac eadem actione notaui. addo l. ff.
de pecul. quotiens. ff. de liber. lega. l. si quis rerum. §. Iu-
lia: QVAESTIO. † Sed quæritur: in hoc vniuersali iudi- 10
cio veniunt hæres hæreditariæ, id est, quæ fuerunt il-
lius mortui: hoc planum est. veniunt etiam non hære-
ditariæ. s. pignori datæ, defuncto commodatæ seu depo
sitæ. vt ff. eo. tit. l. quòd si possessor. §. vlt. & l. non tantū.
quomodo veniunt res istæ? probo apertè, quòd nullo
modo venire possint: certum est quòd petitio hæredi-
tatis sit mixta in rem & in personam. vt Inst. de actio. §.
quædam. & C. de petit. hæred. l. hęreditatis petitio. nul
lo ergo iure per illam actionem res prædictæ petūtur:
nam rei depositæ proprietatem & possessionē retinet,
ille qui deponit. vt ff. depositi. l. licèt. §. rei. hoc in re cō
modata.

modata. vt ff.commo. l.rei. hoc in re pignori data quoad dominiũ. vt C.de actio.pign.l.pignus. licèt oõ idem quoad possessionem: quia creditor possidet. vt ff.de acqui.posses.l.qui pignoris.& l.re pignoris. & ff.de vsucap.l.serui nomine. si ergò defunctus nõ habuit possessionem nec proprietatem, quomodò hæres ad illa bona petenda intentabit petitiooem hæreditatis, eò quòd in rem actiooem io personam nec intentare nõ possit: quia nulla vtilitas obuentionum & fructuum pertinet ad prędictas personas, sed dominos: vt C.de furtis.l.iotet.& si creditor recipit fructus, recipit ad vtilitatem debitoris: quia sortem extenuant & vsuras. C.de actione pignor.l.t.& ff.de acti.pigo. l.cùm & sortis. & C.de pact. pign.l.1. Respond. quòd omnes res prædictæ veniunt hac de causa: qui proponit petitionẽ hæreditatis, licèt sit io rem, quia miata & res auocet: nõ tamẽ idem ideò auocat, quòd ius aliquod io rebus habeat ille hæres, quod dominium respiciat, sed ideò auocat: quia vel istæ fuerũt in boois testatoris, & fuerũt in bonis saltẽ quoad exceptionem: licèt creditor solus habeat actionem, vt dicit l.& oon tantùm.ff.hoc tit. Rem autem in bonis habere dicimus, cuius rei nomine habemus actionem vel exceptionem. vt ff.de acquir.rerum domin.l.rem io boois. Item si à nobis bona fide possideantur, etiam si superficiaria sint. quicquid etiam est io actiooibus, petitionibus, persecutionibus: hæc eoim omoia in bonis esse videntur. vt ff.de verb.significa. l.boorum. §.io boois. cùm ergò prædictæ personæ habeãt saltem exceptionem in rebos illis: & qui proponit petitionẽ hæreditatis dicat rem fuisse in bonis: meritò illa veni-
11 unt io petitiooem hęreditatis. † QVÆSTIO. Item quæritur, nunquid feuda veniaot in petitionem hæreditatis? Respondeo, sic: si talia sunt, quæ non transmittantur: multa enim sunt, quæ oon transmittuotur.
12 QVÆSTIO. Itẽ quæritur, quare cõtra illos quasi possessores iuris detur petitio hæreditatis. vt ff.eod.titu.l. quòd si possessor.§.vlti.& l.si debitor. & l.regulariter. oõ autem detur cõtra quasi possessorem seruitutum. vt ff.eo.tit.l.& nõ tantùm.§.vlt. Respon. ideò pro seruitutibus oõ intentatur petitio hęreditatis, quia nõ possuot venire in restitutiouem, cùm siot incorporales. & quia nihil eorũ nomine potest restitui, sicut in alijs corporalibus, vt in prædicta l.& oõ tantùm. §.vlti. hæc ratio redditur: & quia seruitutes nõ sunt in bonis, nec extra bona, subaudi, corporalia, vel quòd per se censeantur. vt ff.de vsufruct. legat.l.1. licèt illi dicantur seruitutes possidere, qui ædes possident. vt ff.de seruit.vrb. præd. l.si ædes meæ.§ vlt. sed hoc idem posset dici etiam in alijs iuribus. Respond. etiam in alijs iuribus hoc attende: quòd illa veniaot, quæ per se censeri possuot: & ita demùm veniant, quando aliquis est quasi possessor intis, quando se cõtendat hæredem. vt ff.eod.tit.l.si debi-
13 tor. aliàs nõ. † QVÆSTIO. Vltimò quæritur, nõ videtur quòd petitio hæreditatis possit intentari. Certum est, quòd ante aditam hęreditatem petitio hæreditatis oõ competat. Item post aditam nõ videtur, quòd competat. adita enim hæreditate incõtinenti fit hæres dominus omnium illorum, quorum testator domioium habuit. vt ff.de acquiren.possess. l.cùm hæredes. Si ergò factus est dominus petitionem hæreditatis nomine illorum, quorum habet dominium, non intentabit. vt ff.de petition. hæreditatis. l. & non tantùm. §.quòd si pro emptore. Respondeo: licèt hæres fiat domious per aditionem, vt dictum est, nihilominùs rem illam petet per petitionem hæreditatis. nec obstat §. quòd si pro emptore. quia ibi loquitur quando quis de nouo quæsiuit domioium, quòd nunquàm testatori competijt, rem illam amodò vẽdicabit. ex quo ergò factus est dominos & iure suo, quare pro re illa vult intẽtare petitionem hæreditatis? de hoc dic, vt notaui suprà de rei vendicatio. Sed ad remouendum quorundam errorem, oota quòd libellos iste malè concipiatur, & tota die errant iudices de facto iudicantes. Verbi gratia:
14 † LIBELLVS. † Peto bona talia, quæ dico ad me pertinere iure pateroo. hoc modo dicunt petitionem hæreditatis iotentatam. argum. habent. C.de rei veodicatio.l.domum. sed dico, quòd libellus ille incertus & geoeralissimus est. Verbum enim, pertinere, generalissimum est. vt ff.de verbor.significat. l.verbum pertinere. Item iure paterno, generalissima sunt: oam iure paterno posset esse, quòd res pertinereot ad patrem meum iure rei veodicat. quia fuit dominus vel directò, vel vtiliter: vel quia fuit emphyteuta vel superficiarius, vel vasallus: & sic mihi hæredi illa eadem iura possent competere. Nam & succedendo hæredi competit rei veodicatio. vt ff.de acquiren.poss. l.cùm hæredes. Item publiciana etiam hæredi competit. vt ff.de
publicia.l. & oõ tantùm. multi tamen adijciunt, peto 15
booa talia, quæ dico ad me pertinere, quia successi patri meo, & ad me pertinent iure paterno: nunquã proptereà dico, quòd petitio hæreditatis intentetur, oisi specificetur: vt in hoc libello ootaui.

Quia sæpè habentes prædia confinia quæstiones inter se mouent & faciunt, ideò prodita est actio finium regundorum.

De actione finium regundorum.
Rubrica.

1 *Actio finium regundorum vt procedat, quot requirantur.*
2 *Actio finium regundorum an detur, si aliquod ædificium sit medium inter vtrumque prædium rusticum*
3 *Actio finium regundorum, an locum habeat, si vnus prædium rusticum habeat, alius autem vrbanum.*
4 *Actio finium regundorum, an detur si via vel flumen interueniat.*
5 *Positiones Actoris & Rei in actione finium regundorum. & nu.6.*
7 *Libelli in tali actione quomodo formentur. & nume. sequen.*
12 *Fines qui amouent, an lege agraria conueniri possit.*

QVIA sæpè habentes cõfinia quæstiones inter se mouent & faciunt, siue quia vnus de finibus alterius occupat, siue quia nõ patitur vicinum fines imponere, siue qoia extrauit fines vel remouit io totum, vel in partem: ideò subuenitur ei per actionem finium reguodorum. vt ff.eo.l.1.& l.sed & loci.§.sed & si
quis. † Quæ actio ad hoc vt competat, tot sunt necessa- 1
ria: Inprimis, quòd ille, qui hanc actiooem proponit, sit dominus, id est, quòd directum habeat dominiũ, vel vtile: sicut in prædio vectigali: vel ius habeat in re, sicut fructuarius & creditor. vt ff.eod.tit.l.1. & l.2.sed & loci. §.finium regundorum. si autem quis emit prædium à non domino, habet vtilem hanc actiooem, sicut & habet vtilem rei vendicationem, scilicet publicianam: vt in speciali Rubrica de publiciana. Secundum, quòd prædia sint rustica: pro vrbanis enim nõ competit. vt ff.eod.l.hæc actio.in princip.& l.sed & loci.§.vlti. prædia autem vrbana nõ dicuntur confioia, sed vicioa: & parietibus commonibus determinaotur: vt in prædict.§.qoæ prædia à rusticis oõ loco, sed quantitate secernuntur. vt C.de prædi.minor. l.si prædium rusticum.& ff.de verb.signific.l.vrbana. Tertium, quòd sine cõfinia, id est, quòd aliquid nõ sit medium: putà, via publica, vel flumen publicum. Cæterùm, si sit riuus priuatus, nõ nocet: tunc enim magis est in cõfioio via vel flumen, quàm vicini prædium. vt ff.eodem titu.l.sed & loci.§.vltim.io fin.& l.quia magis.& l.sed & si rious. †
QVÆSTIO. Quid autem si aliquod ædificium sit me- 2
dium ioter vtrunque prædium rusticum, dabitur hęc actio? Respoodeo. sic: vt ff.eo.tit.l.hæc actio, in priocip. nec obstat, quòd dicitur ff.eo.tit.l.sed & loci.§.peoult. vbi dicitur, quòd si ædificia interueniant, quòd nõ habet locum hęc actio, subaudi, directa. vt in l.illa. vtilis autem habet locum. vt ff.eod.tit.l.1. vel aliter & meliùs. aut vtrunq; est rusticum: & tunc locum habet etiamsi interueniat ædificium: aut vnum rusticum, & aliud vrbanum. & tunc si interueniat ædificium nõ habet locum: & hoc notat Dominus meus in summa. C.

3 istius tituli. † QVAESTIO. Quid si vnus habeat prædiũ
rusticum, alius vrbanum, nunquid habet locum actio
ista finium regundorum? Respon. potest dici, quòd nõ
habeat locum directa, sed vtilis. vt ff. eod. l. 2. primo re-
sponso & l. 4. §. hoc iudicium. vel dic quòd vtrumque
cessat, & directum & vtile. quod autem dicitur in l. 2.
locum habet quando vtrumque prædium erat rusticũ:
4 sed ædificium erat medium: vt notat Dominus meus in
summa istius tituli † QVAESTIO. Item quæritur, si in-
terueniat via vel flumen, vt nõ agatur finium regundo-
rum, vt dictum est: si volo distinguere fines prædij mei
cõtra quem agam? Respondeo: prætor seu præses pro-
uinciæ est adeundus, vt faciat illos fines distingui: sicut
& aliàs causa damni infecti. vbi contra nullum datur
mihi actio: sed prætorem adeo vel præsidem, vt super
hoc debeat prouidere. vt ff. de dam. infect. l. si finita. §.
si publicus locus. & l. fluminum. §. 1. Quartum, quòd il-
le qui vult agere hac actione, sua authoritate nõ occu-
pauerit fines: alioquin punietur, vt agere non possit. vt
C. eod. tit. l. si cõstiterit. Quintum, quòd fines tui sint
occupati ab alio, vel prohibitus fueris deponere, vel
appositi sint remoti. vt ff. eo. l. 1. & l. sed & loci. §. sed &
5 si quis. In hac actione Actor facit tales posi. † POSITIO
ACTORIS. Ego dico, quòd tale prædium rusticum meũ
est, vel ius habeo in illo: quia vsufructuarius sum, vel
creditor, vel habeo in emphyteusim. Item illud præ-
dium est cõfine tuo prædio. Item immediatè illud ad-
hæret prædio tuo. Item fines illius prædij protendun-
tur vsque ad talem locum. item tu occupasti fines illos.
Item cùm volebam ponere fines prædij mei, secundum
quod prætendebant, tu me prohibuisti. Item termi-
nos tales, putà, arborem, vel lapidem remouisti. Econ-
6 trà Reus facit tales positio. † POSITIO REI. Ego dico,
quòd prædium illud, cuius nomine impetis me actione
finium regundorum, est vrbanum. Item illud prædium
pleno iure est Titij. si hoc confitetur Actor, absolue-
tur Reus: quia non posset dari actio illi Actori, si ple-
no iure Titius esset dominus. Item inter prædium illud
& meum est via publica, vel flumen. Item fines prædij
mei protenduntur vsque ad talem locum, ita quòd in-
cludant locum de quo ille vult agere: & si sic confite-
bitur, illum excludet. Itẽ tu authoritate propria fines
quos tuos dicis esse, occupasti. In hac actione cõcipiet
7 Actor ita libellum. † LIBELLVS. Ago ego Roge. contra
Titium, qui me volentem ponere fines inter prædium
meum & suum, quæ sunt confinia, me prohibuit: vnde
quòd commodis quibus distinguantur, & ne prohibeat
me volentem fines distinguere, ago cõtra eum: & pro-
pono actionem finium regundorum. Quòd sic rectè cõ-
cipiatur libellus, probatur ff. eod. l. 1. & Instit. de offic.
iudic. §. finium regundorum. Sed nunquid fit mentio
fructuum vel expensarum? dic vt infrà in actione com
8 muni diuidundo. vel aliter. † LIBELLVS. Ago contra
Titium, qui occupauit fines prædij mei, quod est præ-
dio meo cõfine: vnde quod ipsos fines mihi restituat, a-
go cõtra eum: & propono actionem finium regundo-
9 rum. vt ff. eod. l. 1. Vel sic. † LIBELLVS. Ago contra ta-
lem, qui fines appositos inter prædium meum & suum
cõfinale: putà, arborem vel lapidem remouit vel succi-
dit. vnde quòd prædictos fines in loco suo debeat po-
nere, ago contra ipsum, & propono actionem finiũ re-
gundorum. vt ff. eod. tit. l. sed & loci. §. sed & si quis. Si
autem prædia non sint distincta finibus, vel fuerunt fi-
nes appositi, sed vix discernitur, & possint meliùs ap-
10 poni: concipiet sic libellum. † LIBELLVS. Ago contra
talem, qui cùm habeat prædium confine prædio meo,
& illa prædia non sint finibus distincta, vel propter fi-
nes appositos non possint benè discerni: vnde quòd fi-
nes apponantur, vel fines appositi in melius reformen-
tur, ago contra eum. & propono actionem finiũ regun-
dorum. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit In-
stit. de offic. iudic. §. finium regundorum. Si autem sit
creditor, vel fructuarius, vel emphyteuta, eodem mo-
do secundùm varietates factorum concipiant libellos:
11 adijcient tamen hoc: † LIBELLVS. Ago contra talem,
qui cùm habeat confine prædium tali prædio, cuius

habeo vsumfructum, vel quod est mihi obligatum, vel
habeo in emphyteusim, &c. sicut supra. OPPOSITIO.
Sed omnibus libellis sic opponitur: non videtur, quòd
actio ista cõpetat. ista actio mixta est in rem, & in per-
sonam, vt Instit. de actio. §. quædam. sed non videtur,
quòd sit in personam, nec in rem. in personam nõ: quia
non oritur nec ex contractu vel quasi: ergò non est in
personam. omnis enim personalis oportet quòd oria-
tur ex maleficio vel quasi, vel ex contractu vel quasi. vt
ff. de actio. & obligat. l. 1. & Instit. de obligat & Instiut.
de actio. in princip. Item in rem non est. vnde enim o-
ritur? ex dominio, non: quia rem non vendicas ratio-
ne dominij: quare ergò dicitur quòd sit mixta? Domi-
nus meus in summa istius tit. notauit metu istius quæ-
stionis, quòd actio ista esset datiua, & non natiua, si-
cut & aliàs C. de transact. l. cùm mota. ff. de pact. iuris-
gent. secundo responso. Sed opponitur Domino meo
actiones famil. ercisc. communi diuidun. petitio hę-
redita. mixtæ sunt. vt Instit. de actio. §. quędam. & tamẽ
dicuntur eò quòd in personam sint, quòd esse ex quasi
contractu. vt Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu.
§. item. & § quædam. & notat Dominus meus in sum-
ma, de petit. hæred. cùm ergò actio finium regundorum
sit mixta, sicut & illæ: quare eò quòd in personam sit,
non oritur ex quasi cõtractu? Respondere posses, quòd
licèt in vno conueniant, scilicet quia sunt mixtæ, nõ ta-
men conueniunt in alio, scilicet quia prædictæ sunt bo-
næ fidei. vt Instit. de act. §. actionum. ista autem est stri-
cti iuris: quia inter bonæ fidei iudicia nõ numeratur. &
aliàs ff. de donat. l. eum qui donationis. ita respondeo
sustinens sententiam Domini mei. Sed licèt Dominus
meus dixerit hanc datiuam nõ natiuam, tamẽ dico eam
natiuam. nam in eo quòd in personã est, dico eam oriri
ex quasi cõtractu, sicut & illæ: nec est maior ratio, qua-
re petitio hæreditatis magis oriatur ex quasi cõtractu,
eò quòd in personã sit, quàm ista. Item eò quòd in rem,
dico eam oriri ex dominio: sicut enim rei vendic. ori-
tur ex dominio. vt ff. de rei vẽdic. l. in rem act. ita & ista
oritur ex dominio. vt ff. finium regun. l. 1. cohæret enim
hæc actio quæstioni proprietatis, vt species generi. vt
C. eod. l. si quis. dominium. ergò est causa. vnde oritur
finium regundorum. si tu quæras, vnde oriatur domi-
nium? dico quòd oritur ex obligatione, quæ oritur ex
cõtractu: nõ tamen sequitur, quòd oriatur ex quasi cõ-
tractu. & ita intelligo ff. de pact. l. si tibi. §. de pignore.
nec admitto, quòd quidã simplices admiserũt, quòd a-
ctio illa ideò dicatur in personam ratione cõtrouersię
quam alius facit pro finibus. nam hac ratione rei ven-
dicatio diceretur personalis ratione cõtrouersię quam
alius facit de proprietate: quod esset absurdum: ideo
ergò dicitur in personam, quia veniunt in eam perso-
nales præstationes. OPPOSITIO. Item adhuc objici-
tur: actio ista licèt sit in personã, pro vendicatione rei
est. vt ff. eo. l. 1. §. 1. si est pro vendicatione, malè cõcepi-
sti libellum. Ago cõtra talem qui prohibet me volentẽ
distinguere fines: cùm rei vẽdicatio nõ sit talis naturę,
quòd cõtra prohibitorẽ detur: sed cõtra tenentem seu
possidentem. vt C. de alien. iudic. mut. cau. fact. l. 1. & ff.
de rei vendic. l. officiũ. in eo autẽ casu quando quis oc-
cupat fines, vel exarat de iure intenditur. Respon. licèt
sit in rem, de iure intentatur cõtra illum qui me prohi-
bet apponere fines: nam & hoc in realibus alijs cõtin-
git, sicut in cõfessoria: vt suprà in Rubric. de cõfessoria
notaui. † QVAESTIO. Item in eo libello, quando quis 12
mouet fines, nõnne posset cõueniri qui remouit lege a-
graria, quæ ciuiliter imponit pœnam 50. aureorũ, quæ
dicatur in publicum. si criminaliter, imponit pœnam
pro conditione personæ: nam splendidiores relegan-
tur ad aliquod breue tẽpus, si senes: si iuuenes, in lon-
giùs: alij castigantur verberibus, & ad opus dantur bi-
ennio: si autẽ per ignorantiã fiat aut casu fortuito ver-
beribus cæduntur. vt ff. de termin. amor. l. 2. & l. agraria.
quare ergò agitur finium regundorũ? Respon. ex omni
ferè crimine potest agi ciuiliter & criminaliter, & v-
traq; pœna imponitur per illum titulũ, de termino a-
mot. quæ vtraque pœna nõ contingit agentem: quia si
crimi-

criminalis imponitur ratio publicæ disciplinæ hoc exigit. vt ff. de public. l. licitatio.§. quòd illicitè. altera pœna ciuilis.50.aureorum datur fisco: in hoc nulla esset vtilitas actoris: ideò finium regundorum agitur petitio enim pro termino amoto vel ciuilis vel criminalis publica est. vt ff. de term. amoto. l. agraria. nec obstat quòd legitur in cod. tit. de termino amoto. l.1. quod pro termino auulso non fit prodita pœna pecuniaria, subaudi. ante aduentum Cæsaris : posteà Cæsar imposuit pœnam scilicet mulctam pecuniariam 50. aureorum. vt ff. de term. amot. l. vlt. in princi. hoc etiam alias considerauit in tit. ad legem Iuliam. de vi public. per illam rubr. imponitur pœna criminalis, per interdictum vnde vi, consulitur spoliato.

Quando heredes volunt diuidere inter se hereditatem, habēt actionem famil. erciscunda.

De actione familiæ erciscundæ. Rubric.

1 *Actio familiæ erciscundæ vt veniat, quot requirantur.*
2 *Actio familiæ erciscundæ, an bonorum possessoribus competat.*
3 *Positiones actoris & Rei in actione familiæ erciscundæ. & nu. 4.*
5 *Libelli in tali actione quomodo concipiantur. & seq.*

QVIA hæredes siue instituti: siue venientes ab intestato volūt hæreditatem diuidere, vel omnes, vel aliquando vnus. vt ff. eod. l.2.§. dubitandū. quia nemo inuitus detinetur in communione. vt C. commun. diui. l. vltim. & quia absurdum esset, vt quod posset peti non posset diuidi. vt ff. de peti. hæredi. l. sed si lege commiss. §. penultim. ideò inuenta est actio famil. erciscun. vt hęredes volentes à communione recedant vel discedant vt ff. famili. ercisc. l.1. Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit hæres ex testamento vel ab intestatò siue ea l.12. tabu. purà agnatus & suus, vel ex testamento, vel ab intestato: illi enim successiones per l.12. tabu. deferuntur. vt C. de legi. hæredi. per totum. & C. de suis & legi. per totum. & Instit. de legi agna. suc. & ff. de peti. hæredi. l.1. & 2. & ff. de verb. signif. l. lege siue etiam ex lege aliqua deferatur hæreditas. vt l. Papia. quæ deferebat hæreditatem patrono. vt Insti. de success. libert. §. posteà. vel ex senatusconsulto Orphiciano & Tertulliano. vt C. ad Tertul. & C. ad Orphicianum, vel ex constitutiōe, subaudi, per quam vocatur nepos ad successionem auiæ. vt C. de legi hæred. l. pen. & vlt. quòd his omnibus competat actio fami. ercisc. dicit ff. eod l.2. & l. etiam. & l. cùm putarem. QVAESTIO. Sed illud quæritur: an bonorum possessoribus competat actio famil. ercisc. inter se. Quidam admiserunt, quòd competat vtile non directum iudicium: cùm directum competat de iure ciuili succedentibus: & quia non numerantur inter prædictos: posset tamen suaderi quòd detur eis directum: quia cuiuscunque hæreditas peti potest, & diuidi. Item qui neque hæres est, neque bonorum possessor non habet iudicium familiæ erciscundæ directū sed vtile. vt ff. eod l.2. primo responso. & §. si quarta. Item lex dicit, quòd inter bonorum possessores competat hoc iudicium. vt ff. eod. l. sed & eius. §. familiæ erciscund. fideicommissarij enim quibus restituta est hæreditas inter se habent vtile. vt ff. eod tit. l. si ex asse. dominus meus notat circa princ. summæ istius tituli dari omnibus succedentibus de iure prætorio vtile familiæ erciscund. iudicium. & de hoc dic plenè vt ibi. sed quando ex testamento vel ab intestato, oportet quòd conueniant omnia illa quæ diximus, ad hoc vt petitio hęreditatis detur sicut diximus de petitione hęredita. Secondum est necessarium, quòd quando vous intentat, vt alij fateantur eum cohęredem: vel quod iste possideat. alioquin, si negauerint eum cohæredem, vel non possideat non intentabit hanc actionem: sed petitionē hæreditatis. vt ff. eodem. l.1. hoc etiam idem in communi diuidundo. vt ff. de exceptio. l. fundi. & l. fundus. & sic in petitione hæreditatis probabit se cohæredem. OPPOSITIO. Sed opponitur quòd lex dicit non interest quo genere iudicij res euincantur. vt ff. de euictionibus. l. si mancipiū. Respondeo ibi, ideò euenit: quia non fuit opposita exceptio, nec imputatur ei cùm hæc exceptio intentionem agentis non remoueret nisi ad tempus: nec liceat ei de iuris apicibus disputare, vt & aliàs. ff. mandati. l. si fideiussor. Tertium, quòd aliud sit in hæreditate præter nomina: illa enim non veniunt diuidenda, sed assignanda cum ipso iure sint diuisa. vt ff. eodem. l.2. §. vltim. & l. planè. & C. eod. titul. l. ea quæ. & C. si certum petat. l.1. aliquando hæreditas tota consistit in nominibus hoc est, quòd dicit lex, hæreditas sine vllo corpore etiam per se iuris intellectum habet. vt ff. de petitione hæreditatis. l. hæreditas. Quartum, quòd illa quæ sunt in hæreditate non sint male quæsita, nec ex peculatu, nec ex sacrilegio, aut latrocinio, aut aggressura : pro talibus enim non intentabitur actio familiæ erciscundæ. vt ff. eodem. l. cęterę. hac ergo ratione hæreditas vsurarij non posset diuidi. Quintum, quòd res illæ non possideantur titulo: quòd enim pro emptore vel donato à cohærede possidetur in familiæ erciscundæ iudicium non venit. vt ff. eodem l. l. hęredes. §. quòd pro emptore & est ratio: quando vnus cohæres possideret, & titulo possideret rem illam in solidum: & sic dicat se insolidùm dominum, & neget aduersarium cohæredem, & aduersarius non possideat, primò debet rem vendicare, vt superiùs dixi. Sextum, quòd non sit amplius intentatum. nunquā enim potest intentari amplius quàm semel. vt ff. eodē. l. si filia. §. familiæ erciscundæ. Septimum, quòd faciat tanquam hæres illud quod facit aliquis ad hoc. vt veniat in hoc iudicio. vt ff. eodem. l. si alij. §. vltim. Octauum, quòd res hæreditariæ non fuerint primò diuisæ per testatorem: tunc enim non diuiderentur iterum : sed diuisioni supremi iudicij stabitur. vt ff. eodem. l. si filia. §. si pater. Nonum, quòd non sit præscriptum illi actioni: si enim steterunt aliqui in communione per triginta annos, nunquàm amodo diuiderent. vt C. de annali exceptio. l.1. §. ad hoc. & hoc secundùm dominum Ioan. & dominum meum : licèt M. vitium fuerit, quod tunc incipiat currere præscriptio quando est nata actio ista: non autem nascitur antequam volue. ūt cohæredes diuidere. vt ff. eod. l.1. & hoc quando vterq; cohęredum possidet: cæterùm si alius tantùm possideat, tunc bene tollitur spacio triginta annorum, & sic intelligebat legem C. de annal. except. quomodò enim dicebat ipse curret pręscriptio quando aliquis possideret? possidenti enim non currit pręscriptio. vt C. de pręscript. trigin. annor. l. malè. sed contra non possidentem & sui iuris contemptorem & desidem. vt C. de annal. except. l. vlti. in fin. Item pactum non potest operari ne vnquam fiat diuisio. vt ff. communi diuidun. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ergo nec tempus. vt ff. quemadmod. seruit. amit. l. nam satis. Item nemo inuitus in communione detinetur. vt C. communi diuidun. l. vltim. Sed dominus Ioā. omnibus istis rationibus respondet. primæ quod tunc competat quando volunt diuidere, verum est quò ad exercitium, non autem quantum ad natiuitatem actionis. iam enim illud sequeretur absurdum, quòd actio orietur ea voluntate: quòd iura nolunt. vt ff. de nego. gest. l. Pomponius si negotium. imò statim ex quo adiuimus hæreditatem incontinenti orta est actio familiæ erciscund. & incipit competere: & ideò dicitur ex quasi contractu. vt Institut. de oblig. quæ ex quasi contractu. secundæ rationi Mart. quòd tunc tollatur quando alter tantùm possidet, non est verum: quia tunc cùm solus possideat, nec fateretur eum cohæredem familiæ erciscund. non competit: sed hæreditatis petitio, vt in hac eadem actiōe notaui. Tertiæ, quòd possidenti non currat præscriptio, sic: quòd in actionibus non habeat locum, sufficit enim, quòd actioni tuę opponam obstaculum. Quartę, si pactum non operatur: ergo nec tempus: non est verum : quia aliquando ta-

lia operatum tempus quæ pactum operari non potest:
nam si conueniat ne vnquam diuidamus, tale pactū nō
valet. vt ff. communi diuidun. l. in hoc iudicium. §. si cō
ueniat. tamen si stetimus in communione triginta ann.
nunquam postea diuidemus. vt C. de annali exceptio.
l. 1. §. ad hæc. Item pacto fieri non potest, ne liberta nu-
bat: tamen posset habere tempus tantùm quod non pos
set nubere: secundum quod l. Papia. prohibetur maior
sexagenaria: licèt hoc sit immutatum. vt ff. qui & à qui-
bus manumiss. liber. non fiant. l. penul. & ff. de iure pa-
trona. l. adigere. & C. de nupt. l. sancimus. quis enim
stultus & maximè iuuenis cum sexagenaria & octoge
naria contraheret: cùm in annis illis plurimum labo-
ris & doloris sit. Decimum, quòd res illæ sint tales,
quæ possint diuidi. si enim sint indiuiduæ veluti seruis-
tutum, & talia: ista non veniunt in hoc iudicio: cùm
cuilibet hæredum dentur insolidùm: sicut & religio-
sa. vt ff. eodē. l. fundus. & omnis seruitus sit indiuidua
præter seruitutem vsusfructus. vt ff. eod. l. hæredes. §.
an ea. & ff. ad leg. falcid. l. 1. §. si vsufructu. Vndecimum,
quòd in hoc iudicio condemnationes absolutiones fa-
ciat iudex in personis omnium : & alioquin non
posset sententia pro parte valere & pro parte non: ni-
hil enim debet iudex indiscussum relinquere. vt ff. eo-
3 dem. l. in hoc iudicio. & l. hæredes. §. iudex. In hac au-
tem actione actor faciat tales positiones. † POSITIO
ACTORIS. Ego dico, quòd talis decessit. Item ego sibi
successi ex testamento vel ab intestato, vel alijs mo-
dis, vt suprà dictum est. Item ego sum tuus cohæres. I-
tem hæreditatem Titij pro dimidia pro indiuiso possi-
deo. Item in hac hæreditate, sunt res mobiles & immo-
biles. Item res omnes hæreditarias, vt hæredes possi-
demus: vt sic excludas omnem alium titulum. Item mo
dò in principio intento hoc iudicium. Item tanquam
hæres feci talia vel fecisti vel fecimus. Item hæreditas
tota remansit indiuisa. Item anous est, quòd testator
mortuus est: vt sic per hoc excludatur præscriptio. I-
tem omnes res hæreditariæ diuiduæ sunt. Econtrà Re-
4 us facit tales positiones. POSITIO REI. † Ego dico, quòd
talis decessit & me hæredem instituit solùm: si hoc cō-
fiteatur actor, succumbet: quia hæc actio non datur ni-
si hæredi. vt ff. eodem. l. 1. & l. cùm putarem. Item ego
possideo omnes res hæreditarias illius. Item decessit
ab intestato. Item ego sum proximior. Item sunt in hac
hæreditate sola nomina. Item sunt in hac hæreditate
sola iura, quæ sunt indiuidua. Item testator diuisit in-
ter nos. Item ego præscripsi. Item omnia ista quæ pos-
sideo, possideo titulo donationis. Item istud iudiciū,
5 fuit propositum & finitum. In hac actione concipiet
actor ita libellum. LIBELLVS. † Ago ego Roger. con
tra te cohæredem meum vt hæreditatem Titij quæ in-
ter nos est communis diuidamus: cui Titio ab intestato
6 vel ex testamento successimus: ad hoc propono actio-
nem familiæ erciscundæ. vel sic. LIBELLVS. † Ago con-
tra Titium, qui cùm sit cohęres meus in hæreditate Seij
cui ex testamento successimus, vel ab intestato: ipsam
hæreditatem mecum non vult diuidere, vel in ea diui-
denda secum conuenire seu concordare non possum.
Vnde hæreditatem illam diuidi peto : propono actio-
nem familiæ erciscundæ. Quòd ita concipiatur libel-
lus dicit ff. familiæ erciscun. l. 1. & Institut. de offic. iu-
dic. §. cùm familiæ erciscundæ. OPPOSITIO. Sed oppo-
nitur: non videtur quòd actio ista familiæ erciscundæ
competat: certum est, quòd actio ista est mixta: vt Insti-
tut. de actionib. §. quædam actiones. ergo est mixta, in
rem malè intenditur, ago contra te vt diuidas: quia in
omnibus realibus non debet agi vt diuidant sed vt re-
stituant: quia sic agendo ageretur ad factum, quòd pe-
titur quoties obligatur quis, & quotiens agitur perso-
nali aliqua, & quotiens agitur pro omnibus faciendis
obligationibus. vt ff. de re iudic. l. si quis ab alio. at in
realibus nullus obligatur : sed ideò ago contra eum
quia rem tenet. vt Institut. de actioni. §. 1. & C. de aliena.
iudic. mut. causa facta. l. vnic. & ff. de iudic. l. non alias.
Item in personam non possum agere. nam ideò dicun-
tur istæ actiones mixtæ & in personam : quia in eis ve-
niunt personales præstationes. vt Institut. de offic. iud.
§. eo quoque nomine. ff. eodem. l. si aliter & l. denique.
& l. damno. Item ex diuerso familiæ erciscundæ iudi-
cium constat ex duobus, id est, ex rebus & præstationi-
bus, quæ sunt personales actiones. vt ff. famil. erciscun-
dæ. l. item Labeo. §. familiæ erciscundæ. Item in perso-
nam. non videtur, quòd competat. nam omnis actio in
personam aut ex contractu vel quasi, aut ex maleficio,
vel quasi. vt Institut. de action. §. 1. & ff. de action. & ob-
ligat. l. 1. nam quod in ipsa l. 1. dicitur ex varijs figuris
causarum appellantur quasi contractus, & quasi male-
ficia: at actio familiæ erciscundæ non oritur ex contra-
ctu vel quasi, nec ex maleficio vel quasi. vnde ergo dica
tur in personam. Respondeo: imò oritur ex quasi con-
tractu: & ideò est in personam. vt Institut. de obligat.
quæ ex quasi contractu. §. idem iuris. vnde cùm oriatur
ex quasi contractu meritò eam intento quod diuidas:
nec propterea dicitur in personam tantum, quòd ve-
niant in eam personales præstationes : sed ideò quia
quis obligatur, & tenetur diuidere. vt ff. eodem. l. 1. nec
credat aliquis quòd ipse teneatur diuidere, & ego a-
ctor tenear recipere: quia hoc non est lege cautum : i-
mò te per iudicem compello prædicta actione propo-
sita, qui dabit nobis iudicem, qui diuidet inter nos, vel
ipse inter nos diuidet. vt ff. eodem. l. in hoc iudicio. &
l. vltima. & Institut. de offic. iudic. §. familiæ erciscun- 7
dæ. QVAESTIO. † Item quæritur si in rem vnde oriatur:
quia si oritur ex quasi contractu, vt dictum est. ergo
debet esse personalis, vt dixi: quia ex quasi contractu
non oritur nisi personalis. Respondeo, non est verum:
imò inuenio quòd ex contractibus oritur realis : imò
plus dico, quòd generaliter omnes ferè reales ex con-
tractu vel quasi oriuntur, & hoc vide in hypotheca-
ria, quæ ex solo contractu oritur: imò ex solo consen-
su: vt ff. de action. pignor. l. 1. & ff. de pignor. l. contrahi-
tur. & ff. de pactis. l. si tibi decem. §. de pignore. quòd i-
ta attende ne incidas in errorem : actio in rem ex con-
tractu oritur, id est, ex obligatione quæ ex contractu
oritur. nam omnes contractus facti sunt. vt ff. de cura-
to. furio. l. consilio. ex contractu obligatio oritur: vt
Institut. de obligat. ex obligatione actio. vt Institut. de
actio. in princip. vnde legislator dicit duo: de pignore
oritur ex pacto actio hypotecaria. vt ff. de pact. l. si tibi
decem. §. de pignore. id est, ex pignoris obligationib.
In rei vendicatione quid dices, vnde oritur. Respon-
deo: oritur ex dominio. vt ff. de rei vendicat. l. in rem a-
ctio. quòd dominium oritur ex contractu præcedente,
& quia venditor fuit dominus, & quia traditio est se-
cuta. vt C. de pactis. l. traditionibus. ff. de acquiren. re-
rum. domin. l. nunquam. & sic nota respectum habendū
circa diuersa. nam si loqueris de realibus vnde orian-
tur, habito respectu ad personam actoris oriuntur vt
dixi. habito respectu ad personam possessoris seu de-
tentatoris non oriuntur ex aliquo. vt Institut. de actio.
§. 1. at in personalibus secus: ideò enim contra te inten-
to, quia dico te mihi obligatum: vnde hæc est ratio qua
re personalis non intentatur, nisi contra eum cum quo
contraxi · reales autem intentantur contra quoslibet
possessores.

Si aliquis vult diuidere rem communem habet actionem com muni diuidundo.

De actione communi diuidundo. Rubrica.

1 Actio communi diuidundo vt competat, quot requiran-tur.

2 Actio communi diuidundo, an locum habeat, si ager vecti galis sit.

3 Actio communi diuidundo, an vsum habentibus compe-tat.

4 Positiones actoris & Rei in actione communi diuidū & num. 5.

5 Libelli in tali actione quomodo fiant & seq.

7 in Libello

7 *in Libello actionis communi diuidundo, an ratio fructuũ, expensarum & damni dati habeatur.*

SI REM aliquam habes cum aliqoo communem: siue ea societate subaudi contracta: siue ex alia causa, putà, ex societate incidenti: vel quia tibi & illi res est legata, vel alio modo sit communia, & vis à communiooe discedere, & rem illã pro parte diuisam possidere, competit tibi communi diuidundo actio. vt ff. commu. diuid. l. 1. & 2. sicut eoim inuitus non compellitur quis ad communionem. vt ff. de condi. indebi. l. si non sortem. §. si cẽtum. in fio. ita nullns inuitus in communione detioetur. vt C. commun. diuid. l. vlti. nisi pacti teneor & facti sd tempus cootradicat. vt ff. e. in hoc indicium. §. si conueniat. & ff. pro socio. l. idem erit. nisi 30. ano. spacio steterit in communione. vt C. de annal. except. l. 1. §. ad hoc. item nisi sint iura quædam, quæ etiam inuitis socijs remanent communia: vt iura libertorum & sepulchrorum. vt ff. famil. ereiscun. l. quædam. C. de reli. l. si sepulchrum. competit eriam hęc actio, etsi aliquid de personslibus præstationibus socius vltra perceperit, vel damnum dederit. vt ff. commu. dini. l. in communi diuidundo. propterea enim vocatur sctio ista miata, sicut & tres proximæ superiores: vt Instit. de 5 acti. §. quædam actiones. † Vnde ad hoc, vt actio ista cõpetat, tot suot necessaria. In primis, quòd res aliqua sit communis. si cnim non est communis non competit. vt ff. eodem. l. 1. & C. communia vtriusque iudi. l. familiæ erciscundæ. subsudi non competit directum, sed vtile. vt ff. eod. l. si quis putans. in princ. & l. sed & postquam. & l. in summa. nec credat aliquis, quòd eadem sit actio ista cum actione pro socio: imò ex toto differunt. Nam actio pro socio ad personales pręstationes pertiner, nõ ad rerum diuisionem. vt ff. eod. l. 1. & quòd dicit ibi magis, ponitur electiuè, & non comparatiuè: vt & illud magis volo esse diues, quam pauper. Item pro socio actio intenditur vt res non communis communicetur, communi diuiduodo, vt res communis diuidatur. vt ff. pro socio. l. si quis societatem contraxit. & ff. communi diui. l. per hoc iudic. §. hoc iudicium. Item actio pro socio locum bahet quando tractatu hshito coita est societas, alioquin si in communionem incidimus, non erit locus actioni pro socio, sed communi diuidundo. vt ff. pro socio. l. vt si pro socio. & l. nam cum tractatu. & l. vt in conductionibus. & l. qoibns casihus. & ff. commun. diuid. l. 1. & 2. Item actio pro socio non admittit. adiudicstionem. vt ff. pro socio. l. si actum. actio communi diui. fic. vt ff. communi dini. l. communi diui. §. si debitor. & Institu. de offic. iudic. & C. communi diui. l. 1. 2. & 3. Secundum est necessarium, quod res, quæ dehẽt diuidi, sint corporales. vt ff. eodẽ. l. per hoc iudicium. in prin. ea enim quæ sunt in nominib' seu in iurihus, quæ sunt res incorporales. vt ff. de acquir. rer. do. l. seruus. §. incorporales: & Instit. de reh. incorporal. sunt ipso iure diuisa: adeò quòd non veniunt diuidenda, sed adiudicanda. vt C. famil. ercis. l. ea quæ. præterquam in iuribus libertorum & sepulchrorum, quæ ipso iure remanent indiuisa. vt ff. fami. erciscun. l. quędam. & C. de relig. l. si quis sepulchrum. Si enim sunt iura, quæ sunt incorporalia, illa non veniunt vt diuidantur: quia nulla iuris communio separatim intelligi potest. & ideò veniunt quò ad vsum aut mensuram aut temporibus diuiduntur. vt ff. eodẽ. l. arhor. §. si per eandem. §. aquarum. in fio. Tertium, quod res illæ non sint vniuersitatis. vt ff. eod. l. per hoc iudicium. Quartum, quòd rei illius habeas dominium: vt ff. eod. l. per hoc iudic. vel quod habess ius in re: putà, quia emisti etiam à non domino. in qoo casu competit eis etiam publiciana: vel si sunt creditores. vt ff. eod. l. communi diui. §. qui in rem publicianam. & §. inter eos. & §. si debitor. & §. si dno. Item si sunt duo fructuarij, qui intentabunt iudicium communi diuidundo inter se, vt vtantur certis regionibus. vt ff. eod. l. communi diuid. §. cùm de vsofructu. Alij autẽ qui non habent ius in re, non hshent iudicium communi dinid. vt sunt coloni, & qui precariò habent. Item prædooes. vt ff. cod. l. commu. diuid. §. ioter. & §. oeque.

2 QVAESTIO. † Quid si ager vectigalis sit: nuoquid habeat locum actio communi diuidundo. lex dicit quòd sic. vt locum habeat per adiudicationem, nõ quòd diuidatur: alioquin præstatio vectigalium confunderetor. vt ff. e. l. communi diuidundo. in princ. quòd sic intelligit dominus meus qoãdo vni facta fuit locatio & decessit: & plures sibi succedunt qoi habentur loco vnius. vt ff. de conditi. & demon. l. cui fundus. Cæterùm si duobus ab initio locatus fuisset: quare isti inter se non diuiderẽt, 3 not. esser ratio. QVAESTIO. † Quid si aliqui habeant vsum, nunquid agent communi diuidund. Respondeo, sic: non vt diuidant, sed fiet sic quòd vnus vtatur, & alius pro iure quod habet vtatur pretio. & hoc fit ea necessitate propterea, quia omnis seruitus est indiuidua, præter vsumfruct. vt ff. eod. l. quamuis. §. si vsus. & ff. ad leg. falcid. l. 1. §. si de vsufruct. Quintum, quòd non interuenerit pręscriptio vel pactum, vel quòd res non sit talis, quòd necesse sit vt remaneat in cõmuni, vt in hac eadem actione suprà notaui in princip. Sextum, quòd aduersarius meus fateatur rem mihi & sibi esse communem. alioquin debeo rem illam probare, primò meam pro parte, & in alio iudicio, scilicèt in rei vendicatione, & non in communi diuid. vt ff. de except. l. fundus. & l. fundi. dummodo non sim in possessione. vt argum. ff. famil. ercisc. l. 1. Alioquin si confitearis rem communem, datur siue possideam siue non. vt ff. eod. l. communi diuiduodo iudicio. Septimum, quòd intentetur pro rehus communibos: si enim volo pro re communi & non communi, scilicèt vt res communis nõ communi seruiat, oec petere possum, nec potest hoc arbiter facere: vt ff. eo. l. vt fundus. Octauum est necessarium si tractare volumus de personalihus præstationibus quæ veniunt in hac actione mixta, propter quæ dicitur hæc actio in personam. vt Institu. de actio. §. quædsm. & primò de impensis, scilicèt quod illæ impensæ factæ sint, vel fructus sint percepti iore cõmuni: si enim fiant antequàm res sit illa mea communis ex secundo decreto pone: & fiaot postqusm missi somus in possessionem ex primo, non erit locus directo iudicio, sed vtili. vt ff. eodem. l. per hoc iudicium. §. vlti. & l. sed & si rea. & ff. de damno infect. l. si finita. §. cùm autem plures. Nonum, quòd debeo scire rem esse communem alicui, pooe, Titio vel alicui: pone quod errani credeos quod esset communis mihi & Titio, & erat communis Seio: alioquin si ignorem esse communem, & tanqnam in rem propriam impendo sola retentione mihi subuenitur: quis neminem mihi obligare volui. vt ff. eodẽ. l. si quis putans. §. 1. & l. in hoc iudicium. §. impendia. & l. si quis eum eaistimsret. Decimum, quòd impensæ illæ nõ potuissent fieri pro parte, vel non ita commodè. alioquin locum haberet actio nego. gest. vt ff. eo. l. si quis putans. §. siue autem argum. ff. famil. erciscun. l. hæredes. §. non tantùm. Vndecimum, quòd ad hoc vt directa competat oportet, quòd res remaneant communes: alioquin si desieruot esse, tunc dahitur propter personales præstationes. vt ff. eodem. l. in summa. & l. si non omnes. §. venit. & l. sed & postquam. & C. communia vtriusque iudicij. famil. erciscun. Duodecimum, quòd vel personales præstationes perceptæ sint: vel etiam damnum datum. vt ff. eod. l. si quis putans. §. siue autem. & l. si cõuenerit. & l. in summa. Tertium decimum, quòd si aliquid vis facere in re communi, quòd non interueniat prohibitio socij: quia in re communi melior est conditio prohibentis: nisi quando vidit socium facientem, & non prohibuit, vt dicit Sabin. ff. eo. l. Sabinus. Item nisi habeamus rem aliquam ad communem vsum, & in eo vsu volo vti: me non prohibebis: & hoc vide in his exemplis: in purum locũ communem inuito socio nõ feram mortuum. vt ff. eodẽ. l. si quis putans. §. si quis in communem. in commune autem sepulchrum infero eo inuito. vt ff. de mortuo infe. l. 1. & si habeamus parietem gratitium, qui ferat onera altero etiam socio inuito immitto. idem in area. vt ff. pro socio. l. cum duobus. §. item Mela. & §. idemque & si area. & argumen. ff. de damno infect. l. si ædihus. & l. in reficiendo. Nec obstat ff. de serui. vrba. præd. l. parietem. ibi enim volebat

lebat deteriorare parietem communem: & ideò non auditur. Vnde in hac actione actor facit tales positi.†

4 POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd res talis est cõmunis mihi & tibi. Item res illa est mobilis seu immobilis. Item res talis, & sic singularis. Item res illa pro parte est mea quò ad dominium, vel in illa parte ius habeo, quia creditor: vel competit mihi publiciana: vel, illam rem vos & ego habuimus in emphyteosim. Item tu etiam confessus es rem istam mihi & tibi esse communem. Item pro rebus communibus hanc actionem intento. Item res istæ quas peto diuisibiles sunt, & sic singulares. Item ego tantùm expendi. Item non potui negotium gerere pro parte. verum quia hæc est negatiua, & non reciperetur, facias eam affirmatiuè sic. Item oportuit me istas expensas facere in solidum. Item res istæ communes adhuc extant: vel si perierunt, dicas quòd res illę erant communes quando perierunt. Item rem istam habemus ad talem vsum communem. Item quòd feci, ego feci te vidente & non contradicente. E-

5 contrà Reus fa. tal. posi. POSITIO REI.† Ego dico, quòd res quas petis diuidi insolidum meæ sunt. Item res istæ sunt iura. Item res istæ vniuersales sunt. Item res istæ Titij sunt & eius nomine teneo. Item dico, quòd in rebus illis nullum ius habes: imò nego eas tibi esse communes. Item negotium illud potuisti pro parte expedi-

6 re. Item me prohibente fecisti. In hac actione actor cõcipiet ita libellum. LIBELLVS. †Ago ego R. contr. M. cum quo habeo rem talem communem, quam volo secum diuidere: vnde eam diuidi peto: & propono actionem communi diuid. Quòd ita rectè concipiatur li-

7 bellus dicit Institu. de offic. iud. §. eo quoque nomine. & ff. eod. l. 1. & 2. QVAESTIO.† Sed nunquid in hoc libello habebitur ratio fructuum & expēsarum & damni dati. Respondeo, sic: & propterea dicitur mixta ista actio. vt Institu. de actio. §. quædam actiones. & notandum in hac actione & superioribus, scilicèt petitionis hæreditatis, finium regundorum, familiæ ercisc und. istæ enim mixtæ sunt, hoc est, in rem & in personam: in rẽ, quia res petuntur & diuiduntur: in personam, quia personales præstationes veniunt. sunt etiam duplices, id est, quia in istis tribus quilibet actor & quilibet Reus. scilicèt familię erciscund. communi diuidund. finium regundorum: nõ autem in petitione hæredi. & quilibet præstat sacramentum actoris & Rei: sed ille intelligitur primò actor, qui primò ad iudicium prouocauit. si autem ambo concurrant, sorte res dirimenda est. vt ff. communi diuidun. l. 2. §. in tribus. & l. si cùm ambo. & ff. famil. erciscund. l. inter cohæredes. §. qui familiæ erciscundæ. & ff. de iudici. l. in tribus. & l. si cùm ambo. OPPOSITIO. Sed quomodo præstatur vtrumque sacramentum? Aut vnus agit tantùm, & tunc ille erit actor, & alius Reus: aut ambo veniunt ad agendum, & tunc ille erit actor quem sors pętulerit, vt dictum est: & sic non inuenitur casus vbi vterque sit actor vterq; Reus. ergo vtrunque sacramentum alter eorum non præstabit, sed alterum tantùm. Respondeo, vterque istorum duplex sacramentum præstat. ideò ea natura actionis vterque actor, vterque Reus. à principio, & ex post facto: licèt enim qui primò prouocat, videatur actor quò ad quædam: scilicèt vt primò iuret de calumnia, vt primò recipiantur probationes illius: nam & si vnus tantùm agit, & ipse est actor & Reus: & conuentus est actor & Reus. nam quilibet illorum dicet vnus alteri: & tu da mihi portionem omnium rerum cõmunium, & tu habuisti tot fructus seu obuentiones: seu etiam tu dedisti damnum. si aliquis vult petere vt res tantummodo diuidantur, concipiet libellum vt diximus. Si autem vult petere aliquas res diuidi & fructus, sic

8 concipiat. LIBELLVS. † Ago ego R. contra talem, cum quo habeo tales res communes, quas res peto diuidi. Item peto fructus ab eo perceptos mihi ab eo dari pro dimidia: qui fructus fuerunt tot modij frumenti, tot hordei. Si autem fecisti expensas, dicas sic: peto etiam expensas mihi ab eo dari pro dimidia, quas expensas feci in re communi, cùm pro parte non possem commodè expensas facere, quæ expensæ fuerunt. 100. tarē.

Si autem damnum datum sit in rebus communibus adijcias sic. Item peto mihi damnum ab eo datum in rebus communibus resarciri pro dimidia, quòd damnum est in 100. taren. ad hoc propono actionem communi diuid. quòd sic rectè concipiatur libellus dicit ff. eodem. l. in communi diuidundo & l. per hoc. §. sicut. & l. si non omnes. §. venit. Si autem res desinant esse cõmunes etiam dolo vel lata culpa, quæ dolo comparatur. vt ff. depositi. l. quòd Nerua. habetur pro possessore. vt ff. de rei vendi. l. 1. sin autem. & ff. de noxa l. electio. concipias libellum, quòd proponas vtilem communi diuid. acti. vbi dices sic. LIBELLVS.† Ago contra 9
M. cum quo habui res tales communes, quas dolo vel lata culpa desijt possidere, vel cuius dolo vel lata culpa perierunt: vnde res illas peto pro dimidia, & fructus & expensas quas feci, puta tantùm, pro dimidia & damnum & interesse peto quod fuit tantùm: & ad hoc propono vtilem actionem communi diuidun. vel si sine dolo & lata culpa illius res sunt amissæ, & fructus tantùm percepit vel expensas tantùm fecisti, vel damnum datum fuit, petes tantùm expensas fructus & damna. Quòd sic rectè concipiatur libellus dicit ff. eodem. l. si quis putans. in princip. & l. in summa. OPPOSITIO. His opponitur sic. si aliquis dolo vel lata culpa desijt possidere, tu habes directum communi diuidundo iudicium contra possessorem. vt C. eodem. l. 1. 2. & 3. Ad quid ergo vis agere vtili? non videtur quòd tua intersit: & si tua non interest, non ages. vt argument. ff. de seruit. l. quoties. & ff. mandat. l. si procuratorem. §. mandati. Respondeo, imò ago: nam & hoc in rei vendicatione contingit. vt ff. de noxa. l. electio. §. 1. & 2. interesse enim mea non potest multum: vt quia tu eras homo fidei bonæ & fidelis, ille malitiosus potentior, in alia prouincia: vt hæc considerantur etiam aliàs. vt ff. de alien. iudic. mutan. cau. fact. l. vnic. Circa primum libellum quære illa quæ quæsiui circa libellum in actione familiæ erciscundæ. eodem modo concipies libellum in actione finium regũdorum pro fructibus & expensis in damno.

Si aliquid certum ex aliqua obligatione debetur, petitur certi condictione generalissima.

De certi condictione generalissima. Rubric.

1 *Certi condictio vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Certi condictione si res ostendi non posset, quid iuris.*
3 *Certi condictio vt proponatur, an sufficiat si in libello petatur decem saumata vini, frumenti, seu olei.*
4 *Libellus an nullus sit, dicendo, peto decem solidos: cũ multa & varia sint forma denariorum: vt in theutonia & Lõbardia.*
5 *Libellus an valeat, si dicatur, peto decem solidos.*
6 *Certi condictio in pecunia promissa an locum habeat.*
7 *Rei vendicatio directa quare non concurrat cum conditione & econuerso.*
9 *Positiones actoris & Rei in certi condict. nu. 9.*
10 *Libellus in certi condictione quomodò concipiatur.*
11 *Certi condictio generalis, an pereat tanto tempore, quanto perit prima specialis: vt redhibitoria, & quando minorum, quæ anno tolluntur.*
12 *Certi condictio an crescat in litem per inficiationem: sicut crescit specialis.*
13 *Certi condictio an sit ciuilis: licèt specialis prætoria sit.*
14 *Certi condictio an sit perpetua: vel transitoria ad hæredes.*
15 *in Certi condictio. an aliud sit causa aliud obligatio.*
16 *Certi condictio an competat pro re commodata, deposita, pignori data, locata &c.*
17 *Certi condictio an competat ex contractu certo & incerto.*
18 *Certi condictio legati causa quomodò competere possit.*

FRE-

FREQVENTER contingit, quòd ex obligatione aliquid certi debetur: ideò prodita est certi condictio, quę competit quotiens aliquid cert. petitur ex omni obligatione. & omni causa. ex omni contractu siue certo, siue incerto, siue ex causa legati, siue ex lege Aquilia, siue ex causa furtiua, siue ex senatusconsulto certum quid debeat restituit, & vt breuiter dicam ex omnibus contractibus competit, & ex omnibus causis ex quibus certum petitur: vt probâtur hæc ff. si certum petat. l. certi condictio. §. 1. & §. competit. & §. sed & si ex senatusconsu. & §. quoniam igitur, sed demùm competit hæc condictio, si obligatio illa sit pura, non autê in [illegible] vel conditionali [illegible] tunc en[illegible] ante diem vel c[illegible]ionem non competit. vt ff. si cert[illegible] petat. l. certi c[illegible]tio. §. [illegible] in fin. In primis autem nota, quò hic [illegible] de certi condictione generali[illegible]ma, quæ com[illegible] vt superiùs [illegible]ximus: & competit etiam quando [illegible] contractus præcess[illegible], sed [illegible] res certa mea ad [illegible] iustum & æquum est, illud mihi reddi à te [illegible]one certi general[illegible]ma. vt ff. si cert. petat. l. si [illegible]n. compe[illegible]t etiam quando numeratio non ob[illegible]a. vt ff. eodem. l. nam & si fu[illegible]. & est magis ista [illegible]a is quàm [illegible]icaria: quia per illam non petitur [illegible] numerata. v[illegible] ff. de tr[illegible]icari. l. 1. per istam sic & [illegible]t per t[illegible]iticariam p[illegible]tantur [illegible]s incertæ, q[illegible] er [illegible]ntelligatur dicemus in tractatu de tri-

3 [illegible]ant & [illegible] duæ certi condictiones: vna quæ [illegible]ipulatione, quando certum venit in obligat[illegible] vt Institut. de verbor. obligat. in princip. & ff. [illegible] petat. l. si quid certum est. & alia quæ oritur [illegible]ratione, id est, ex mutuo. de qua habes. vt ff. si certum [illegible] l. 1. & 3. & l. certi condictio. §. si nummos. & [illegible]ron[illegible] & [illegible] per totum ti[illegible]ul. in toto enim titulo si [illegible]tum petatur, tractatur de certi condictione ex mu[illegible] patûm tangitur de certi condictione generalissima: [illegible] tribus enim tractat, primò de rebus creditis, se[illegible] de c[illegible] ondictione, quæ oritur ex mutuo. ter[illegible] tractat de certi condictione generalissi[illegible] [illegible]atum condictionum: iam illa quę [illegible] p[illegible]at [illegible] quàm illa quæ oritur ex mutuo, [illegible] [illegible]ui locis di[illegible]s. Vnde ad h[illegible] [illegible]ssima competat, tot sunt [illegible], q[illegible] certum sit illud quod petitur. [illegible] cies vel qualitas quæ est in [illegible] aut ea demonstratione, [illegible]itur, ostenditur qualis, [illegible] ne appelles, siue dicto [illegible] siue certis vocabulis & si[illegible] [illegible]tor[illegible] nominis, vt ff. certum [illegible] Quid autem si res certa [illegible]inus meus, non aget certi [illegible] vel [illegible]rare tunc enim ad [illegible]tere[illegible] furt. [illegible] in actione. quod non cer[illegible] [illegible]re: propter colorem au[illegible] [illegible]erponitur sacramentum.

5 [illegible] si petam in libello decem [illegible] seu olei: nunquid sufficiet [illegible] vt [illegible] oposita videatur certi cōdictio? [illegible] si adijciatur optimi: licèt in detta[illegible] [illegible]erbor. obligat. l. vbi autem non ap[illegible] [illegible] are aliud in denarij? ideò quia de[illegible] [illegible] vis potestas. vt ff. de eo quod cer[illegible]

4 [illegible] autem non apparet. † QVAESTIO. [illegible] odie dicemus, cùm multæ & variæ sint [illegible]m: & maximè in Theutonia & Lom[illegible] & per singulas ciuitates: & ego dice[illegible] peto decem solidos: certe libellus iste [illegible] das in casu isto aliud esse in dena[illegible] al[illegible] ecieibus, hoc modo vt dicis. sed id[illegible] [illegible]bus [illegible]js si dico, peto decem sex [illegible] certa est petitio: quia bono melius inuenitur atque in lodico decem solidos imperialium, qu[illegible] quantitas adijcitur, est certa: quia nunquam im[illegible] [illegible] res inueniuntur alijs. & hoc est quod dic[illegible] [illegible] verbu[illegible], quantitas, non solùm a[illegible] pecu[illegible], sed ad corpora refertur. vt [illegible]. de lega. 1. quisquis. QVAESTIO. † Sed quid si diceretur, peto decem solidos: de iure non valet talis libellus: posset tamen suaderi, quod valeret, & videtentur isti solidi peti qui in regione frequentantur. vt ff. de lega. 1. l. si seruus plurium. §. vltim. vel si plures sint in eadem regione, exigutores videantur petiti. vt ff. de lega. 3. l. nummis. OPPOSITIO. † Sed opponitur quòd non videatur locum habere certi condictio, etiam in pecunia promissa. verbi gratia: tu promittis mihi te daturum decem solidos, in ista stipulatione interuenit factum hominis, scilicet date, quòd factum est incertum. vt ff. de verbor. obligatio. l. vbi autem non apparet. §. quid quod in faciendo. ff. de re iudici. l. si quis ab alio. Respondeo, sophistica est oppositio: nam si ita intelligeres, nunquam possent assignari aliqui casus, & si assignarentur, pauci essent, vt certi condictio haberet locum: intelligas quotiens aliquid deuenit in obligationem, si illud certum: tunc agitur certi condictione. si incertum ex stipulatu. vt ff. si cert. petat. l. si quis certum. licet [illegible]lud certum per factum hominis proueniat. Si ergo aliquis promittit mihi se facturum daturum vel traditurum al[illegible]quid certum, certi condictio competit vt [illegible] de verbor. obligat. [illegible] vbi autem non appar[illegible]t. §. vltim. Si item illud [illegible] incertum: putà, prom[illegible]tit se facturum mi[illegible] domum vel incertum tradere, vel dare: & non [illegible]m de qua domo [illegible] tunc agitur ex stipulatu. Idem [illegible] quando factum hominis est in obl[illegible]gatione: puta, promitto me [illegible] non prohibiturum: tunc p[illegible]incipaliter factum hominis est in obligatione [illegible] id est incertum [illegible] quia per factum hominis promittitur, quod dicitur incertum: ideò quia non potest assignari vtrum species vel quantitas &c. vt dicit l. certum. & sic intelligitur ff. de verborum obliga. l. vbi autem non apparet. § quid quod. & de re iudic. si quis alio. [illegible]cundum est necessarium, quòd res illa sit [illegible] [illegible]bi, non autem sit tua. nam non posse[illegible] condice[illegible] [illegible]d vend[illegible]are, præterquàm à fure. nemo enim rem [illegible] con[illegible]dicere præterquàm à fure. vt ff. vsufruct. qu[illegible] [illegible]dum ca. l. vltim. in fin. rem dico [illegible] [illegible] rem vtiliter meam condico, vt [illegible] rei [illegible] [illegible]tio concurrit cum condictione, directa rei [illegible] concurrit. vt ff. de donat. causa mor[illegible]. l. qui [illegible] causa. & C. de donat. quæ sub modo. l. [illegible] & C. de donat. [illegible] nup. l. cùm veteri [illegible]. † QVAESTIO. Sed quæritur quæ sit ratio quare vendicatio directa non co[illegible] cu[illegible] condictione, & econuerso: quòd cui datur vna [illegible] alia. Respondeo: rei vendicatio dat[illegible] [illegible] rei vendica[illegible] l. in rem actio. condi[illegible]io [illegible], p[illegible]ter quam condictio furtiua: & illa odio [illegible] domino: nam qui intendit condiction[illegible] [illegible]sarium dare oportere: sed dare est rem [illegible] facere: ergo vides, quòd qui intendit condictionem non petat rem suam, sed sibi debitam. vt ff. de con[illegible]tio furtiu. l. primo. & Institu. de actio. § sic itaque [illegible] tis. & ff. de verbor. obligat. l. vbi autem [illegible] apparet. §. vltim. & ff. de leg. 1. l. nou[illegible] nocunque. Item i[illegible] casu rem tuam propriam condicis, id est, respectu pos[illegible]sionis. vt ff de condictio. indeb. l. inde. [illegible] possessionem. Quare autem concurrit cu[illegible] condictione v[illegible] rei vendicatio, & econuerso? Respondeo: [illegible] enim est in illis tribus casibus [illegible] in donation. caus. mor. in donati. ante nupt. tacitè insunt conditiones, scilicèt si primo moriatur: vel nisi eum p[illegible]niteat hoc in donatione causa mortis. In donati[illegible] ante nuptias inest tacita, si matrimonium sequatur qu[illegible] [illegible] tur tacite inter contrahentes pro cauto ha[illegible] est: vt ff. si certum petat. l. cùm quid mutuum. In donatione quæ fit sub modo inest expressa conditio, scilicèt vt istod facias. vnde meritò in illis tribus casibus res remansit vtiliter mea: & ration[illegible] prioris dominij: & ratione condictionum tacitarum seu expressarum, & sic quodam modo posset dici res illa mihi debita: nam & in vtili rei vendicati. quæ datur metum passo idem est: quia remansit in bonis passi metum propter restitutionem, quæ fit iure actionis quod metus causa. vt ff. quod met. cau. [illegible]. metum. §. voleoti. & ff. in integ.

5

6

7

in integr. restit. l. videtur. propter ista ergo glosauit Ir.
certi condictionem competere ex omni causa &c. ex
qua certum petatur, subaudi, dari & non restitui: vt ex-
cludat quæstiones quę possent notari in realibus: qua-
rum hic vnam noto exempli causa. qui rei vendicatio-
nem proponit rem certissimam petit. vt ff. de rei vend.
l. si in rem: si rem petit certam: ergo competit certi con
dictio, vt dicit l. certi condictio. quòd falsum est. ratio-
ne prędicta: vel non esset opus ita glosare, vt dicit Ir. nã
litera l. certi condictio. quæ dicit, competit ex omni
causa &c. datur intelligi quod certi condictio compe-
rat ex contractu vel quasi, vel ex maleficio vel quasi: &
sic tolluntur quæstiones in realibus. nam quando agi-
mus actione reali contra aliquem, agimus contra eum
qui nullo iure nobis obligatus est: sed ideò quòd rem
habet tenet, seu possidet. vt Institut. de actio. §. 1. Tertiũ
est necessarium, quòd causa vel contractus vel quasi,
vel delictum vel quasi interueniat ad hoc vt actio ista
competat: & hoc quando est natiua, vt dicit l. certi con
dictio. vel quando datur sine omni causa, contractu,
vel quasi maleficio. vel quasi est illud tertium necessa-
rium, quòd res illa ad te peruenerit. vt ff. si certum pe-
tatur. l. si me & Titium, in quo casu quidam dicunt,
quòd est datiua. nam cum ista sit personalis, oportet
quod oriatur ex aliquo: at non oritur, ergo est datiua:
& datur tunc respectu possessionis. & hoc multi pru-
dentes admiserunt. Quartum est necessarium, quòd o-
portet, quòd obligatio sit præsens seu pura: alioquin si
in diem vel conditionalis: non competit ante diem vel
conditionem, vt dicit l. certi condictio. §. 1. In hac au-
tem actione actor fac. tal. posit. † POSITIO ACTO-
8 RIS. † Ego dico, quòd res illa quam à te peto talis est &
certa. Item dico, quòd talem contractum fecit tecum:
putà, promisisti rem talem certam ex tali cõtractu vel
quasi: quia fuit mihi legata: vel damnum mihi dedisti:
quòd æstimo decem, vel quasi deliquisti. Item res illa
certa quam peto ad te peruenit. Econtrà Reus fa. tal. po
9 sit. † POSITIO REI. Ego dico, quòd res illa quam pe-
tis, incerta est. Item ego promisi me facturum turrim,
vel codicem. Item res illa quam petis à me, est Titij. I-
tem illam desij possidere sine dolo & culpa. In hac acti
10 one concipiet actor sic libellum. † LIBELLVS. Ago ego
R. contr. Tit. à quo peto 100. quæ debet: quia promisit
mihi ex tali causa: vel vt det mihi domum talem, cuius
fines sunt tales: quam domum vendidit mihi: vel vt det
mihi 100. quæ legata sunt mihi in testamento Titij, cui
Titio ipse successit, vel vt det mihi 100. quæ dare de-
bet: quia damnum mihi dedit in re tali, quòd damnum
sen. æstimo, vel quod deiecit & damnum mihi dedit
quod æstimo 5. vnde prædictam quantitatem seu rem
peto: propono certi condictionem. Quòd ita rectè con
cipiatur libellus probatur ff. si cert. petat. l. certi condi
ctio. §. 1. 2. & 3. Sed opponitur: non videtur quòd actio
ista possit competere. Certum est, quòd in omni libel-
lo proponenda est actio, causa, & res. vt ff. de tribu. l.
quod in hæredem. §. eligere. ff. de rei vendica. l. si in rẽ.
ff. de lega. 2. l. cùm filius. §. varijs. cur hæc actio inducta
est: cùm sufficiant speciales actiones? Respondeo: licèt
dentur speciales nihilominùs & hæc competit: & ex-
pedit hanc dari, si fortè specialis infamet, ista autem
non infamet. ff. de action. & obligat. l. cessat. vel aliter,
licèt speciales competant, nihilominùs locum habet
generalis: quia vt ait Aristo. Species posita genus non
excludit: imò genus infert: & interest nostra plura iu-
ra habere: vt ff. de liber. lega. l. 2. in fine. & ff. de serui. l.
ei fundo. Sunt & casus vbi ista locum habet, & nulla
specialis. vt ff. si cert. petat. l. certi condictio. §. quoni-
am igitur. & §. idem erit. & l. nam & si fur. & l. si a furi-
oso. Sed exempla ista non placent: quia non loquuntur
verè de certi condictione generali sed speciali, quæ o-
ritur ex numeratione vel ex consumptione in l. nam &
si fur. & l. si à furioso. melius exemplum habes. ff. si cer.
11 petat. l. si me & Titium. QVAESTIO. † Item quæritur
nunquid pereat hæc generalis tanto tempore quanto
perit & prima specialis, vt redhibitoria, & quanto mi-
noris, quæ tolluntur anno & sex mensibus. vt ff. de ædi.

edict. l. sciendum Respondeo, sic. vt argumen. ff. si quis
testament. liber esse iussus fuerit. l. 1. §. Scæuola. & ff. si
quis cautio. l. si quis eum §. qui iniuriarum. & ff. de do-
natio. l. qui id quod. & ff. de iureiurand. l. duobus. §. ex-
ceptio. † QVAESTIO. Item quæritur an crescat in litem 12
per inficiationem sicut crescit specialis: vt lex Aquil.
ff. ad leg. Aquilia. l. inde Neratius §. hæc actio. & C. de
condictio indebi. l. ex quæ. Respondeo, non, argument.
ff. de petit hæred. l. item veniunt. §. cùm prædiximus. &
ff. de iureiurand. l. eum qui. §. 1. Item multùm profuit,
quod hæc generalis fuit inducta. & hoc vide in hac
quæstione, ago cõtra quendam, qui rem mihi surripuit
indistinctè, quòd faciat mihi rationem de re tali, quã
mihi per furtum vel rapinam surripuit: quid videtur
intentatum? Respondeo: certi condictio, quæ infamat.
vt ff. de suspecti. tutor. l. hæ enim. & ff. de pœnis. l. si pre
ses. & ff. de his qui notan. infamia. l. 2. † QVAESTIO. I- 13
tem nunquid hæc est ciuilis: licèt specialis sit præto-
ria? Respondeo, sic: vt Institut. quòd cum eo. §. vltimo.
† QVAESTIO. Item nunquid concurrit cum actione
de dolo? Respondeo sic: quia genus concurrit cum spe-
cie: imò posita infert genus: ergo actio de dolo cũ nul-
la alia concurrit: sed specialis cum generali. & ita in-
telligitur C. donatio. l. donatio. & ff. de dolo. l. s. QVAE-
STIO. Item nunquid est bonæ fidei? Respõdeo non: quia
non connumeratur inter bonæ fidei. vt Institu. de acti-
onibus. §. actionum. & ff. de donatio. l. cùm donatio. † 14
QVAESTIO. Item nunquid est perpetua vel transito-
ria ad hæredes? Respondeo: si ex causa descendat quæ
est perpetua vel transitoria sic: alioquin non. vt ff. quã-
do actio de peculio est anna. l. cùm post mortem. & ff. si
quis cautio. l. si quis. §. qui iniuriarum. & ff. vt legator. 15
seu fideicõ. nom. caueat. l. 1. §. bellissimè. † QVAESTIO.
Item quæritur in eo quod dicitur cõdictio cõpetit ex
omni causa & ex omni obligatione ex qua certum pe-
titur. vt ff. si cert. petat. l. certi condictio. in princ. nun-
quid aliud sit causa quam obligatio? Respõdeo non: sed
est inculcatio verborum: pro eodem enim ponuntur
vel causa criminalis, obligatio ciuilis. vt argument. C.
de transactionibus. l. causas. ff. de testibus. l. 1. QVAE-
STIO. Item quæritur, an ista certi condictio competat 16
pro re commodata deposita, pignori data, locata. vide-
tur quod sic. nam res illæ nobis debentur ex contracti-
bus præcedentibus, & actiones pro prædictis rebus sin
gulis competunt. vt Institut. quib. mod. re contrah. ob-
ligat. & Respondeo: non credo, quòd pro rebus illis
competat certi condictio. & est ratio: quia per certi cõ
dictionem intendimus contra aliquem, vt oporteat e-
um dare facere. vt Institut. de actio. §. sic itaque discer-
tis. at in prædictis actionibus non possumus intendere
scilicet dare, nec quo ad possessionem, nec quò ad pro-
prietatem: quia rei commodatæ proprietatem & pos-
sessionem retinemus. vt ff. commod. l. rei. hoc idem in
re deposita. vt ff. depos. l. licet. §. rei. hoc idem in re lo-
cata. vt ff. loca. & condu. l. non solet. & in re data pigno
ri quo ad proprietatem. vt C. de pignor. actio. l. pignus.
licèt non quò ad possessionem. vt ff. de acquiren possef-
sio. l. qui pign. & l. re pign. prædictæ enim [illegible]iones licèt
ex contractibus descendant, tamen hab[illegible]andoque
& Rei persecutionem. QVAESTIO. † Item quæritur de 17
eo quod dicit l. certi condictio. quòd competat hæc cõ
dictio ex contractu certo & incerto. de certo planum
est, quod competat certi cõdictio, si certum quid debeatur
ex contractu: puta, certa species vel certa quãtitas. sed
quomodo ex contractu incerto posset competere certi
condictio: cùm certi condictio pro certo competat. &
contractus incertus incertum contineat, & ita habeoc
se vt opposita immediata? Respondeo: quidam metu i-
stius quęstionis, verba illa sic exponunt: siue ex contra-
ctu certo, id est, nominato: siue incerto, id est, innomi-
nato, subaudi, dummodo certum debeatur: vel a lite,
siue ex incerto contractu. id est, cõtractu, qui continet
quid incertum: puta factum hominis. vt ff. de verbor.
obligat. l. vbi autem non apparet. §. qui id quod. & ideò
incertus: quia continet interesse, quòd tempore contra
ctus quantum erat ignorabatur, sed modò cum agitur
certum

certum æstimabitur: & ideò non ad factum, sed ad interesse quod certum factum est, agitur certi condictione. sed obstat ff. si quis in ius vocat. non ier. l. vltim. vbi dicitur, quòd cùm quis iudicio sisti promisit, & sic factum, cum eo agitur incerti: sed illud verbum sic exponimus, id est, ex incerta stipulatione agimus certi condictione ad interesse: vt prædicta l. certi condictio. OPPOSITIO. Sed instatur, quòd interesse non est in
18 obligatione: ergo peti non potest. Respondeo: imò est. ff. de re iudica. l. si quis ab alio. §. vltimo. † QVAESTIO. Item quæritur quomodo certi condictio potest competere ex legati causa? vt dicit l. certi condictio. Nam aut fuit legata res propria testatoris aut aliena: aut in specie, aut in genere. si res propria testatoris, ab adita hæreditate transiuit dominium in legatarium. vt ff. de furtis. l. à Titio. ergo pro illa re non habet condictionem: cùm nemo possit condicere rem suam præterquam à fure. vt ff. vsufructua. quemadmod. cau. l. vltim. nisi diceres respectu possessionis. vt ff. de condictio. indebi. l. indebiti. si res fuit aliena legata, aut in specie: & tunc non posset intentari certi condictio: cum res legata in specie talis debet dari qualis est. vt ff. de legat. 1. l. si à substituto. §. hæres. & sic non posset intentari códictio: cùm per condictionem teneatur quis dare quod oportet eum dare facere. Institut. de action. § sic itaque discretis. & dare sit accipientis facere: vt ff. de verborum obligatio. l. vbi autem non apparet. §. vltim. si in genere: siue fuerit propria testatoris siue aliena, certi condictio non potest competere, cùm res relicta in genere incerta sit. Respondet dominus meus & sic notat in le. certi condictio. quòd competat pro re aliena legata: quæ sententia reprobatur, vt dictum est: nec admitto quod voluit notare, quòd loquatur in re aliena legata in genere: ideò quia tunc hæres talem rem dare debet, quam faciat accipientis. vt ff. de legat. 1. l. si a substituto. §. hæres. & ff. de leg. 1. l. si domus. §. de euictione. nec hoc admitto propterea: quia res legata in genere est incerta, vnde certi condictio non habet locum: dicas ergo quod loquitur in re propria testatoris, quando fuit legata res incerta de certis. verbi gratia: legauit seruum vnum de seruis suis, competit certi condictio, vt detur vnus de illis seruis: nec potuit trásire dominium. quia seruus certuus non fuit legatus, vel melius loquitur in quantitate legata: putà, legauit decem libras imperialium, quod legatum certum est: qualiter autem quod est in quantitate sit certum, notatur supra in hac eadé actione. ideò dico in quantitate relicta in genere: quia si in specie, putà, denarios, quos in arca habeo: tunc tale legatum ab alio legato speciei non distaret, & esset eadem oppositio, quæ & superior. vt ff. de leg. 1. l. si certus. & l. si seruus. §. qui quinque.

Si quis rem certam tibi promisit, tenetur certi condictione ex stipulatione.

De certi condictione ex stipulatione. Rubric.

Certi condictio ex stipulatione vt competat, quot necessa-
2 *ia sint.*
Positiones actoris & Rei in cond. ex stipul n. 3.
4 *Libellus in cond. ex stip. quomodò concipiatur.*
5 *Res certa: putà, pecunia, si in dotem promittatur vel detur, nunquid agatur certi condictione ex stipulatione.*
6 *Fideiussor an certi condictione teneatur.*
7 *Stipulatio cur valeat, si homo in genere promittatur.*
8 *Homo si generaliter promittatur, qua actione petatur.*
9 *In Stipulatione an causa inserenda sit.*

EST alia certi condictio de qua Dominus Ioan. nó tractauit in arbore actionum: scilicèt, certi condictio, quæ oritur ex stipulatione si enim aliquis tibi certum quid promittit, locum habet certi condictio ex stipulatione. vt Institut. de verbor. obligat. in princi. & ff. si cert. peta. l. si quis certum. † Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd stipulatio interueniat. Secundum, quòd stipulatio fiat inter præsentes, vt ff. de verb. obligatio. l. 1. & C. de inuti. stipula. l. vt inter absentes. Tertiú, quòd stipulatio illa contineat quid certum, vt dicunt iura prædicta. quid autem sit certum, dicit in d. l. certum. & ff. de verbor. obligat. l. vbi autem non apparet. §. 1. Quartum, quòd persona sit talis, quæ possit obligari: non ergo pupillus sine tutore. vt ff. de nouatio. l. 1. in fina. non is cui bonis est interdictum. vt ff. de verbor. obligati. l. is cui. & si qui similes sunt: vt furiosus & mente captus. vt ff. de actionibus & obligatio. l. furiosus. Quintum, quòd res talis deducatur in stipulationem cuius possit haberi commercium. vt ff. de verbor. oblig. l. multùm interest. Sextum, quòd verba obligatoria interueniant. si enim nuda, nulla daretur actio: nisi in casibus. vt Instit. de verbor. obligat. Septimum, quòd se intelligant contrahentes, aut iustum habeant interpretem. vt ff. de verbor. obligat. l. 1. in fin. Octauum, quòd vnus interroget, alius respondeat, & congrue & incontinenti. vt ff. de verb. oblig. l. 1. §. 2. & 3. & 4. Nonum, quòd causa interueniat quare fiat promissio. vt ff. de doli excepr. l. 2. & ff. de donatio. l. nuda. In hac autem actione actor faciat
tales positiones. † POSITIO ACTOR. Ego dico, quod 2
fui stipulatus à te centum libras. Item tu me intellexisti. Item tu respondisti te illas mihi daturum. Item tu es persona, quæ potes obligari. Item rei quá mihi promisisti habes commercium. E contra Reus facit tal. po-
sitiones. POSITIO REI. † Ego dico, quòd inter nos ver- 3
ba nuda intercesserunt. Item absens eram tali die qua dicis stipulationem interposuisse. Item persona sum, quæ non possum obligari: putà, pupillus vel talis. Item res illa promissa nó est in commercio nostro. Item tuæ interrogationi ex interuallo respondi. Item sine causa tibi promisi. In hac autem actione concipiet actor sic
libell. LIBELLVS. † Ago contra Titium qui mihi inter- 4
roganti promisit se daturum decem libras imperiales pro codice, quem scripsi sibi vel pro patrocinio quod sibi in causa præstiti: vnde vt mihi det, & soluat decem libras imperiales ago contra ipsum: & propono certi condictionem ex stipulatione. quòd sic rectè concipiatur libellus dicit ff. si cert. petat. l. si quis certum. & Instit. de verb oblig. in princ. OPPOSITIO. Sed huic libello sic opponitur: & posset hæc quæstio notari super prædicta certi condictione, & etiam in sequenti. omnis qui intentat certi códictionem, siue generalissimá, siue hanc specialem, siue illam quę oritur ex mutuo, ré certam petit: alioquin non competeret certi condicti. vt ff. si cert. petat. l. certi condictio. at videtur econtrà quòd non competat. per condictionem enim intendit aliquis contra aduersarium dare facere. vt Instit. de actio. §. sic itaquè discretis. & dare est accipientis facere, vt ff. de verb. obliga. l. vbi autem non apparet. §. vlt. sed si res danda est certa talis debet dari qualis est. non enim habet necesse facere debitor rem creditoris. vt ff. de leg. 1. l. si à substituto. §. si certus homo. argument. ff. de action. empt. l. ex empto. in princi. quomodò ergo pro re certa intentatur certi condictio? Respondeo: frustratoria est quæstio: qui enim promittit se daturú certum seruum, tenetur ad certum, & tenetur dare. vnde meritò intentatur certi condictio, cum teneatur facere accipientis. vt ff. de verbor. obligat. l. vbi autem. §. vltim. at in legato secus: in quo si res specialiter legetur, hæres non tenetur eam dare sed tradere. vt in l. si à substituto. §. si certus. & sic pro homine certo legato non competit certi condictio, vt in superiori actione
notaui. QVAESTIO † Item quæritur si res certa: putà, 5
pecunia, promittatur in dotem, vel detur: nunquid agatur certi condictione ex stipulatione. videtur quod sic, rationibus prædictis, per l. stipulationum quædam. ff. de verbor. obligati. contrarium putat Dominus meus, & etiam Dominus Placentinus. imò dicunt, quòd detur ex stipulatu. hoc dicit C. de rei vxor. action. l. vnica. & quare ad certum datur actio ex stipulatu? Respondeo: ideò quia si daretur certi condictio pro dote, iam esset conditio mulieris deterior: quia esset stricti iuris,

6 licèt actio ex stipulatu sit bonæ fidei.vt Institu.de acti-
onib.§.actinnum.† QVAESTIO. Item quid dicas de fide-
iussore:nunquid tenetur certi condictione ? Placenti-
nus dicit,quòd non.dominus meus tamen contrarium
sentit:vt dicas,ad quid teneatur fideiussor: verùm ad
certum,vel ad incertum:vt in primo casu cópetat certi
condictio: in secundo casu ex stipulatu. nec est idem
quòd est in dote:quia tam actio ex stipulatu,quàm cer-
7 ti condictio est stricti iuris.QVAESTIO.† Item quęritur
quæ sit ratio quare stipulatio teneat, si promitto ho-
minem in genere, sed si promitto fundum in genere,
non valeat:vt ff.de verbor.obligat.l.vbi autem.§.1.Re-
spondeo: ideò stipulatio tenet in homine : quia homo
certas partes habet quæ immutari non possunt: & id-
eò si stipulatio tenet non est mirum.ad minus dabis mi
hi hominem talem qualem qualem, etiam vespilionē.
vt ff.de solutio. l.qui decem. §.penulti.at in fundo id-
eò,quia fundi destinatione patres familiæ constituun-
tur. vt ff.de legat.1.l.quòd in rerum.§.penultim.vnde
nulla esset stipulatio: quia posset dare vnam glebam,
quam non expediret habere.hac ergo ratione conside-
rata stipulatio etiam teneret si domus promittatur: si-
cut in homines dicimus:cùm domus habeat certas par-
tes.vt ff.de vsucapion.l.eum qui ædes.ff.commu .pręd.
l.si quis ædes.§. si quis partem. sed ita demùm tenet
promissio vel legatum in domo, si testator vel promis-
sor habeat domos.vt ff.de legatis 1.l.si domus. in prin-
cip.esset ergo idem in promissione hominis, vt ita de-
mùm valeat si promissor habet homines. Respondeo,
non. sed in domo ideò,quia quando aliquis legat do-
mum,& nullam habet,derisorium est legatum.deride-
tur enim ille & miser est,qui domum non habet. at in
hominibus hoc non est.multi enim sunt probi,qui ho-
8 mines non habent: & ideò stipulatio indistinctè tenet
in homine in genere,vt dictum est.† QVAESTIO.Item si
homo promittatur generaliter, qua actione petitur ?
Respondeo:actione ex stipulatu.cur autem aliud si de-
cem solidi promittantur,qui petuntur certi condicti-
one?vt ff.de verbor.obliga.l.stipulationem quandam.
& l.vbi autem. Respondeo: ideò quia denariorum ea-
dem est potestas: licèt in hominibus sit secus: sicut in
9 superiori actione notaui.QVAESTIO.† Item quæritur,
an in stipulatione sit causa inserenda: putà, promitto
tibi decem ex tali causa. Respondeo: multi sapientes
admittunt, quòd non:quia lex dicit indistinctè, si ali-
quid certum promittatur: agitur certi condictione: si
incertum ex stipulatu.vt Institut.de verbor.obligatio.
in princi.& ff.si certum peta.l.si quis certum.& de ver-
bor.obligat.l.stipulationum quædam.& l. vbi autem.
si enim contrarium placuisset legislatori, apposuisset
de causa:vt argument.C.de caducis tollendis.l. vnica.
circa finem.Item vbi lex non distinguit,nec nos distin
guere debemus. vt ff.de legat præstand.l.1.& ff.de pu-
blician.l.de pretio.& ff.de aleatorib.l.1. Item si requi-
reretur causa in stipulatione, iam requireretur causa
causæ,& sic res abiret in infinitum,quòd euitatur in iu
re. vt ff.de re iudici.l.à diuo Pio.§.si post adiectum.&
ff.de damna infecto.l.qui bona fide.circa finem. Item
causæ causæ non exigitur, sicut nec obligatio ex obli-
gatione. vt ff.de re iudic. l. si se non obtulit.§.1.sicut
nec lis ex lite.vt C.de fruct.& liti.expens.l. terminato.
Item dicitur Institut.de verbor. obligat. quòd si stipu-
latio sic contrahatur:promittis,promitto:facies,faci-
am: dabis, dabo:nunquàm de causa fiat mentio. mihi
tamen videtur contrarium, & hoc etiam sentit domi-
nus meus,quòd causa debeat inseri in stipulatione:pu-
tà,promitto tibi ex tali causa:alioquin stipulatio nul-
la quò ad effectum: quia agenti obstat exceptio doli.
Item obligatio sine causa condicitur. vt ff.de doli ex-
cept.l.2.§.circa.& ff.de condict.sin. caus.l.qui sine cau-
sa.& ff.de probationib.l.cùm de indebito.§.vltimo. I-
tem nuda ratio non facit aliquem debitorem. vt ff. de
donatio. l.nuda.& ff.de pecul.l.non solùm. in fine.nec
potest dici, quòd præsumatur stipulatio facta animo
donandi:nunquàm enim præsumo donationem,nisi in
casibus vbi iura dicunt:quos casus notat dominus me-
us.ff.mandat.l.idem Labeo. Item vbicunque causa non
interuenerit, nihil est quod agitur,vt in transactione.
vt ff.de transactionib.l.cum hi.§.in hac causa. Item si
petatur missio causa inquiritur.vt C.de edict. Diui A-
driani toll.l.vltim. Idem est in apocha. vt C.de apoch.
public.libr.10.l.1.non obstat si dicis legislator non ex-
pressit. verum est in libro Institutionum, qui factus
est propter rudes:sed expressit in libris ff.vt dixi alibi,
cùm actio editur, vt C.de edendo.l.edita. non tamen
sufficit,si non edatur causa, vt suprà notaui de causa a-
gendi. quòd enim ponitur de verbis: putà, promittis,
promitto. Ponitur ideò quò ad obligationem, vt liges-
ris per stipulationem : quasi dicat verba illa ligant,
non tamen cum effectu : nisi causa præcedente, vt di-
ctum est.

Qui mutuat pecuniam suam, vel id quod continetur pondere vel mensura,habet certi condictionem ex mutuo.

De certi condictione ex mutuo. Rubrica.

1 *Certi condictio ex mutuo vt veniat, quot necessaria sint.*
2 *Contractus certi condictionis ex mutuo à contractu per mutationis,& alijs innominatis quomodo differat.*
3 *Mutuum quare contrahatur in rebus illis tantùm, quæ põdere,numero vel mensura constant.*
4 *Mutuum quomodo consumptione noncilietur.*
5 *Certi condictio ex mutuo vnde oriatur.num. 6.*
7 *Pecunia quomodo vsucapi possit.*
8 *Pecunia vsucapta,si creditor petijt pecuniam à debitore, & debitor restituat,quia nec retinere potest, an dominus pecuniam ab illo creditore vendicare possit.*
9 *Stipulatio quomodo possit esse tanti valoris, vt actio illa quæ debet oriri ex numeratione, ex stipulatione oriatur,& actionem domino competentem auferre possit.*
10 *Actio vnde oriatur ex numeratione, an ex stipulatione, si numero alicui pecuniam meam, & stipulor eam mihi reddi.*
11 *Libellus in condict.ex mutuo quomodo concipiatur.*
12 *Condictione ex mutuo an vinum vetus pro musto vel econtrà, an petere possim, vel etiam debitor soluere possit.*
13 *Aurum pro imperialibus vel econtrà, vel pro marcha argenti sterlini, vel Venetiani vel Genuenses, an peti possint.*

EST & tertia certi condictio specialis,quæ specia-
liter datur pro mutuo. si enim alicui mutuasti pe-
cuniam tuam,vel illud quod continetur ponde-
re vel mensura,tenetur tibi restituere illud certi con-
dictione ex mutuo.vt ff.si cert.petat.l.1.& 2.& Institut.
quib.mod.re contra.oblig.in princip. Vnde † ad hoc, 1
quòd actio ista competat, tot sunt necessaria. Inpri-
mis, quòd interueniat contractus mutui,hoc est,res i-
psa interueniat:contractus enim iste re côtrahitur. vt
Instit.quib.mod.re contra.oblig.in princi. Secundùm,
quòd res illa quæ datur mutuo sit talis, quæ consistat
pondere,numero,vel mensura,vt in prędictis legibus.
Tertium,quòd res illa sit mutuantis,& sic quòd fiat de
meo meo tuum:alioquin mutuum non est à principio,
nisi concilietur postea stipulatione,côsumptione, vel
vsucapione.vt C.si cert.petat.l. quamuis.ff. de fideius-
sor.l.si quis pro eodem.§.si nummos consumptione.vt
ff.si cert.petat.l.nam & si for vsucapione.argument.ff.
de iure dotium.l.Proculus.& ff.de donat. caus.mort.l.
qui aliena.& l.si aliena. Quartum, quòd persona quæ
dat mutuum,sit talis,quæ possit obligari:non ergo pu-
pillus nec furiosus.vt ff.si cert. petat.l.nam & si à furi-
oso.Quintum, quòd in eadem bonitate reddatur. vt ff.
si cert.petat.l.cùm quid.& hoc est quod dicit l.s.si cer-
tum. petat. quia magis recipit functionem in genere
suo

suo per solutionem, quàm per speciem: quasi dicat res soluta in eodem genere: quia pro frumento frumentũ, pro vino vinum, videtur species data mutuo soluta (licèt illa sit consumpta) propter omnimodam similitudinem in eodem genere: frumenti: quia ita bonum redditur & reddi debet. Sextum, quod ideò interueniat numeratio, vt ille qui recepit, incontinenti obligetur: & excludatur donatio causa mortis, & datio ob causam. vt ff. si cert. petat. l. non omnis. Septimum, quod non sit erratum in contractu: nam si credam me mutuare, & tu recipias ex causa donationis vel econuersò, mutuum non contrahitur. vt ff. si certum pet. l. si ergo.†
2 QVAESTIO. Circa prædicta de multis quæritur: & primo sic. contractus iste dicitur re contrahi. Idem etiam in contractu permutationis & alijs innominatis. vt C. de rer. permut. l. ex placito. & ff. de præscript. verb. l. naturalis. quæ est ergo differentia inter istos contractus? Respondeo: contractus ille & similes, vt depositum, commodatum, re ipsa contrahuntur, nec ante oriuntur, quam res ipsa interueniat: hodie res interuenit, hodie oriuntur contractus. contractus autem permutationis & alij innominati concipiuntur sic: quòd primò interueniat pactum nudum de permutando, quod naturalem tantùm obligationem inducit, postcà interuenit res: rei interuentus operatur, vt ex obligatione naturali præcedente agatur: hoc dicit l. ex placito. non intelligas, quòd rei interuentus inducat actionem, sed pactum nudum præcedens, & rei interuentus subsequens. & propter hoc contractus innominatus dicitur vestiri rei interuentu, vt notat dominus meus in sum-
3 ma. C. de rer. permut. circa princip. † QVAESTIO. Secundò quæritur, quare mutuum contrahatur in rebus illis tantùm, quæ constant pondere, numero, vel mensura, vt dictum est. Respondeo: quia res istæ propter omnimodam similitudinem & eadem bonitatem in suo genere recipiunt functiones. vt ff. cod. l. 2. quasi, quòd eadem species videatur soluta: vt si mutuo tibi decem solidos imperiales, & tu restituas mihi decem solidos imperiales: propter omnimodam similitudinem & bonitatem videntur quasi illi primi solidi reddiri. sed si hoc est, quòd in his quæ consistunt pondere, numero, vel mensura, contrahatur mutuum: ergo in omnibus rebus de mundo contrahetur mutuum: cùm omnes res de mundo contineantur, vel pondere, numero vel mẽsura. nam non est res aliqua, quæ non possit ponderari vel numerari vel mẽsurari: ergo in omnibus, in equo, in pane, consistit mutuum. Vnde multotiens quæritur circa illa: nunquid oues numerari possunt? pone si centum tibi dem, est ne mutuum? Item quid si vnum panem? Item quid si libros? ad pódus recepturus librum in eodem genere & pondere, & oues in eodem numero, & alium panem. Respondeo: in omnibus talibus nõ contrahitur mutuum. In mutuo enim tria consideramus: naturam, consuetudinem & aptitudinem, quę naturæ adaptatur. est enim natura pecuniæ, vt semper detur ad numerum: & sic dico in frumento, & in his quæ consistunt pondere, numero vel mensura. libri enim non sunt ad hoc inuenti, vt dentur ad pondus: imò secundum bonitatem æstimationis. idem in omnibus, & similib. nam si do tibi vnum bouem, vt alium mihi des, nunquàm dabis mihi bouem eiusdem bonitatis. Item quartum considera in mutuo, scilicèt actum. vt si do pecuniam in sacculo, non erit mutuum: quia sacculum mihi reddere debes, & non pecuniam in quantitate: & sic ex his quæ dicta sunt, patet, quòd in pane non sit mutuum neque commodatum: quia vsu consumitur. vt ff. commodati. l. 3. §. fin. erit ergo contractus innominatus, do vt des, & hoc notat Dominus meus in summa, si
4 certum petat. † QVAESTIO. Item in eo quod dictum est suprà, quòd mutuum reconcilietur consumptione: quæritur quomodò hoc esse possit? non videtur, quòd reconciliari possit: ab initio enim mutuum nullum fuit: quia pecunia fuit aliena: & sic non potuit fieri de suo meum. vt ff. si certum petat. l. 2. & Institut. quib. modis re contrah. oblig circa princip. si ergo à principio nullum fuit: ergó tractu temporis ex post facto non conualescit. vt ff. de regul. iur. l. quòd ab initio. Item tàm in contractibus, quàm delictis respicimus initiũ, vtrum debeant valere vel non. vt ff. mandati. l. si procuratorem. primo responso. & ita determinat Dominus meus generale illud initium spectandum. Respondeo: re vera conciliatur mutuum consumptione. vt ff. eodẽ. l. nam & si fur. nec obstat regula, quòd ab initio. &c. quoniam tunc obtinet illa regula, quando solùm tempus allegatur ad confirmanda prima quæ fuerunt inutilia: at hic allegatur aliud, scilicèt vtilitas quæ secuta est inde, quòd ille debitor pecuniam illam expendit, & adeò sibi profecit, sicut in rei veritate fuisset creditoris: & sic propter istam vtilitatem quæ secuta est, nó inspiciemus initium sed finem. & ita soluitur opposi-
tio. ff. mandati. l. si procuratorem. QVAESTIO. † Item se- 5
cundò quæritur circa consumptionem, vnde oritur certi condictio? ex numeratione non: quia fuit pecunia aliena. ex consumptione non: quia non est modus connumeratus in iure, ex quo aliqua actio oriatur. Respondit dominus meus hic, quòd oritur ex numeratione præcedente, re tamen secuta, scilicèt consumptione. nam ex conditionali stipulatione demum post cõditionem oritur actio: non tamen ex conditione sed ex stipulatione. vt ff. qui potior. in pignor. hab. l. potior. & sic respondet alteri quæstioni, quæ similiter notatur in eo qui accepit pecuniam mutuo à furioso, quem credo hominem compotem & sanæ mentis. vt ff. eodem. l.
nam & si. à furioso. QVAESTIO. † Vnde oriatur illa cer- 6
ti condictio: vtrùm ex numeratione, an ex consumptione? ex numeratione non: quia numerationem præcedere debet consensus, quòd in furioso non est. vt ff. de opt. leg. l. si tibi. & ff. soluto matrimon. l. 2. in fina. nec enim potest dicere, quòd expressim vel tacitè possit furiosus consentire, maximè hic vbi desideratur consensus expressus, vt aliàs ff. locati. l. qui ad certum. ex consumptione non: quia non est modus connumeratus in iure, ex quo actio oriatur. vt suprà dixi. Item lex videtur velle, quòd ex numeratióe. vt ff. de fideiust. l. si quis pro eo. §. si nummos. si ergo non oritur ex contractu, certum etiam est quod ex maleficio, vel quasi nó oriatur. Dominus Ioannes respondit, & dixit dari vtilem furioso: vt argumento C. de actionib, & obligationib. l. 1. Dominus meus prædictis rationibus non consentit: imò dicit in hoc casu dari certi condictionem generalem vel sine causa. vt ff. si cert. pet. l. si me & Titium. Item in eo quod dictum est suprà, quòd mutuum concilietur vsucapione: sicut in donatione causa mortis, quando res aliena causa mortis donatur. vt ff. de donat. causa mort. l. qui alienam. & l. si alienam. & sicut in donatione, ita & in dote, quando res aliena datur in dotem. vt ff. de iure doti. l. Proculus. QVAESTIO. Quæritur in primis quando pecunia data mutuo possit vsucapi. Nam si pecunia data mutuò fit de mea tua: ergo vsucapio cessat. vt ff. de publician. l. 1. Item si potest vsucapi: ergo non fuit mutua. malè ergo dicitur mutuum conciliari vsucapione. Respondeo: re verà non est mutuum: quia loquitur de pecunia aliena data mutuo: sed est mutuum quò ad intentionem & propositum mutuantis, quo bene conciliatur, sicut habes in hoc simili. donari nó potest nisi sit eius cui donatur, subaudi, quãtum ad propositum donantis. vt ff. de donat. l. in ædib.
§. vltim. tamen res aliena donatur & vsucapitur. QVAE- 7
STIO. † Secundo quæritur, quomodò possit pecunia vsucapi? Respondeo: benè, & notabis sic. illam pecuniam quam tibi mutuaui, non expendisti, sed habuisti eam in archa vsque ad triennium: & sic vsucepisti: & sic amodo non potest vendicari: & sic mutuum conciliatur: sed secundum hoc nó est necessaria vsucapio. nam ecce habes pecuniam meam & non vsucepisti: nũquid potero vendicare? per quos testes probabo, quòd illi denarij fuerint mei? certè impossibile est. sed certè in casu isto, si non potest probari non ius deficeret, sed probatio. vt ff. de testament. tute. l. duo sunt Titij. Quidam tamen dixerunt, quòd posset sic vendicari pecunia & probari dominium. quando illa fuit in quodam sacculo sic signata quam testes viderunt poni in saccu-

Q 2 lo: &

lo:& hæc pecunia erat illius fortè, quia eam recepit a domioo pro venditione eiusdam rei. certè nec exemplum est aliquod: quia si quæreretur à teste quomodò ille, qui numerauit pecuniam, fuit dominus pecuniæ: certè nullus hodie diceret. Item alia ratiõe: qui habuit pecuniam sic signatam, quomodò posset eam dare mutuò, nisi eam numeraret, & remoueretur sigillum: & si mutuaretur sic sigillata, non esset mutuum: quia esset data in specie, non in quantitate. vt argumen. ff. de leg.
8 1. l. si seruus plurium. in fin. & l. sed & si certos. † QVAESTIO. Item pone post vsucaptam pecuniam creditor petijt pecuniam à debitore, debitor restituit: quia nec retinere potest. vt ff. de donatio. causa mortis. l. qui alienam. & l. si alienam. & ff. solut. matrim. l. si alienam. poterit posteà dominus vendicare pecuniam ab illo creditore? similis quæstio notatur C. de pign. l. vsucapio. si dicis sic. obstat, quòd debitor vsucapiẽdo factus fuit dominus: igitur desinit ipse esse dominus: cum duo insolidùm domini esse non possint. vt ff. commod. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. Item si vni est acquisitũ: ergo alius amisit. vt ff. ex quib. caus. maior. l. deniquè. si dicis, quòd non possit vendicare, iam creditor ille locupletabitur cum aliena iactura, quòd est contra ius. vt ff. de condictio. indebi. l. nam natura. & ff. de iur. dot. l. iure succursum. Respondeo: admitto dominum ad vẽdicandam illam pecuniam, si probare potest pecuni-
9 am esse suam. QVAESTIO. † Item in eo quod dictum est mutuum conciliari stipulatione. quæritur, quomodò stipulatio potest esse tanti valoris, vt actio illa quæ debet oriri ex numeratione, oriatur modo ex stipulatione, & actionem domino competentem possit illi auferre. vt C. si cert. petat. l. quamuis. Respondeo: stipulatio operatur vt mutuum valeat inter istum creditorem & debitorem, non quòd domino præiudicetur: nam dominus cuius pecunia data est mutuò, poterit pecuniam ab isto debitore condicere: & sic iste desinet teneri illi creditori: vt ff. de stipu. ser. l. 1. §. si seruus commu-
10 nis. QVAESTIO. † Item quæritur: numero tibi pecuniam meam, eam stipulor à te mihi reddi, sicut tota die faciunt creditores. vnde oritur actio ex numeratione, an ea stipulatione? Respondeo: ex stipulatione. vt ff. de nouat. l. si ita stipulatus. §. vltimo. & l. cùm enim. & ff de precar. l. & habet §. cùm quis. hoc si stipulatio vtilis est. si autem stipulatio inutilis sit? quia puta, stipulor alteri, tunc ex numeratione oritur. vt ff. de verbor. obligat. l. qui Romæ. §. Chrisogonus Candidus. & §. Flauius Hermes. In hac actione actor concipiet sic libellum. † LIBELLVS. Ago ego contra M. à quo peto decem libras
11 imperialium: vel decem marchas auri, quas sibi mutuaui. vnde quòd prædictas marchas mihi soluat, ago contra ipsum: propono certi cõdictionem de mutuo. quòd sic rectè concipiatur libellus dicit ff. de tritic. l. 1. OPPOSITIO. Sed huic libello sic opponitur. Tu petis quòd ego reddam tibi decem libras, quas mihi mutuasti, non potes aliquo modo petere, certũ enim est, quod illæ factæ sint meæ. vt ff. si cert. petat. l. 2. Item illa consumpsi vel immiscui, & ita videntur extinctæ illæ libræ. vt ff. de solut. l. si pecuniam. Si ergo illas petis, impossibile petis. Respondeo: verum est. quòd veritate inspecta non peto illas, quas tibi mutuaui in vero, sed iuris fictione propter omnimodã similitudinem, & quia eodem genere recipiunt functionem, illas easdem videor petere. vt ff. si cert. petat. l. 2. OPPOSITIO. Item opponitur adhuc non videtur, quòd certi condictio benè sit intentata: imò debuit intentari actio quæ proprio nomine vocatur. si certum petatur. vt dicit l. 1. de triticar. nam qui certam pecuniam petit numeratam, illa actione si certum petatur vtitur. debuisti ergo in libello proponere actionem, si certum petatur. Respondeo, verba illa actionem non denotant secundùm dominum meum: licèt domino M. visum fuerit contrarium: imò illa verba sic exponemus, si certum petatur. si, pro quia: quia certum petitur, agendum est certi condictione, quę pro mutuo competit, vt dictum est. simile alibi dicitur. Si Titius rem suam intendit petere, in rem est actio. subaudi, proponenda: scilicet rei vendicatio: non tamen intelligas. quòd actio in rem sit actio. vt Institut. de actionib. §. 1. in fine. OPPOSITIO. Item obijcitur, quod non competat hæc certi condictio. certum enim est, quòd si debeo decem vncias, teneor in genere non in specie. vnde hæc ratio quare incendium ære alieno non exuat debitores. vt C. si certum pet. l. incendium. & quod est in genere, non est certum. vt ff. de solut. l. quæ hominem. & l. cùm quis. §. penultim. quomodò ergo pro decem vncijs debitis in genere, quæ incertæ sunt, intentatur certi condictio? Respondeo: verum est, quòd decem vnciæ debentur in genere: tamen ideò certæ dicuntur propter omnimodam similitudinem & æstimationem & bonitatem: cùm totius pecuniæ eadem sit vis atque potestas. vt ff. de eo 12
quod certo loco. l. & ideò. QVAESTIO. † Item quæritur nunquid pro musto possum petere vinum vetus vel econtrà: vel debitor possit soluere. Respondeo: pro veteri nouum non: nisi ex voluntate communi procedat: nec econtra. hoc dicit ff. si certum peta. l. cùm quid mutuum. Paupertinus tamen quidam rusticanus dixit, quòd pro vino veteri melius volebat ipse mustum: sic dicens. Est melius mostum, quàm venum credo vetustum. Hoc dico iure, si querere sit tibi curæ. Mens paupertini veteris libamine vini, Toipet, sed multum fa- 13
cit hunc sermone venustum. QVAESTIO. † Nunquid pro imperialibus aurum vel econtrà: vel pro marc. argenti sterlinos vel Venetianos vel Genuenses vel ecõtrà. quis petere possit. videtur quòd sic. ff. de auro & argen. legat. l. 1. in fin. sed videtur contra. ff. de solutioni. l. Paulus. Respondeo creditorem. sed l. Paulus. loquitur quando damnum passurus est creditor. si ergo non patitur damnum audiri debet pro marca argenti si dentur venetiani quia non est aliquod æs admixtum. In alia forte pecunia secus. & quia damnum esset passurus creditor, & quia aliud, pro alio solui non potest creditore inuito. vt ff. si cert. pet. l. 1. exceptis quibusdam casibus. C. de solutio. Authen. nisi. & C. de sacrosanct. eccle. Authen. hoc ius. & in causa noxali. vt ff. de re iudici. l. miles. §. decem. & in re aliena lega. vbi potest hæres dare pecuniam. vt ff. de lega. 1. si l. domus. §. in pecunia. idem in seruo legato. vt eadem. l.

Si aliquis promisit alicui rem certam vel incertam, corporalẽ vel incorporalem, aliquis possideat res prædictas, tenetur condictione triticaria.

De certi condictione triticaria. Rubric.

1 *Libellus in condictione triticaria quomodo formetur.*
2 *in Actione triticaria quomodò æstimatio fiat: vtrum ad tempus litis contestatæ, vel alterius iudicatæ, vel alterius rei.*
3 *Condictione triticaria res, vel interesse. vel æstimatio quoties petatur, & cuius temporis consideratio haberi debeat.*

SICVT prima condictio est generalis, sic est alia generalis quæ vocatur triticaria, per quam petitur res omnis: siue certa: siue incerta: siue corporalis siue incorporalis, præter pecunia numerata. ff. de tritica. l. 1. § 1. vnde si quæritur quare actio ista fuerit inuenta, cum sufficisset illa generalis certi condictio. Respõdeo: habent se ista inter se vt excedẽtia & excessa: quia vincunt & vincuntur, ista est generalior illa. Nam per istam petuntur res certæ & incertæ. vt ff. eod. l. 1. per illam tantum certæ. vt ff. si cert. petat. l. certi condictio. Item per istam res corporales & incorporales: putà, seruitutes petuntur, quæ incertæ sunt. vt ff. de verb. obligatio. l. vbi autem non apparet. §. qui id quod. & eadem stipulatio. §. Cato. Per illam autem petũtur species vel quantitates, vt diximus. Item per istam petimus corporalia si nostra non sunt, præterquàm in quibusdam casibus. Incorporalia autem petuntur siue sint nostra siue nobis debita. vt ff. eodem. l. 1. §. vltim. & l. 2. & l. 1. §. generaliter. in fin. & hoc denotat sequens §. aduersariua, aut, ait enim rem aut suam, &c. & dominus meus in

summa

summa istius tituli. Certi autem condictio generalior
est ista: quia per illam etiam petitur pecunia numera-
ta, per istam non. vt ff. eodem. l. 1. in princip. concordāt
autem: quia sicut illa pro certis, ita & ista. sicut illa ex
contractu vel quasi, sic & ista. vnde quæcunque dixi-
mus, quæ sint necessaria, quòd actio illa competat, ea-
dem desiderantur & in hac actione, si pro re certa de-
bet intentari. Item sicut illa intentatur contra furem.
vt ff. vsusfruct. quemadmodum ca. l. vltim. & sic ista
contra furem & raptorem vt ff. eod. l. 1. §. vltim. & l. 2. Si
autem pro re incerta, desideratur quod res illa incerta
sit tua, vel tibi debita, vt in seruitutibus: vt dictum est.
Eædem positiones possunt hic fieri ex parte actoris &
rei: sicut factæ sunt in certi condictione generali, quas
2 ibi inuenies. In hac autem actione concipiet actor sic
libellum. LIBELLVS. † Ago contra talem à quo peto
rem talem: putà, equum talem, & sic pro re certa: vel
peto equum, & ita in genere, & pro re incerta, quem e-
quum mihi debet ex tali causa: putà, quia promisit: vel
aliam causam adijcies. vnde quod prædictum equum
mihi soluat ago contra eum, & propono condictionem
triticariam. quòd sic rectè concipiatur libellus dicit
ff. eodem. l. 1. Eodem modo concipies libellum pro re
mobili & immobili, pro iuribus & pro alijs: ideò dixi
in libello pro re tibi debita proponi triticariam: quia
rem tuam per hanc actionem non potes, nisi ex causa
furtiua, condicere, vel re mobili vi arrepta, vel pro re
quam quis per violentiam occupauit, si dominus fuit:
alioquin solam possessionem condicet. vt ff. eodem. l. 1.
§. vltim. & l. 2. omnia autem quæ dicta sunt circa libel-
2 lum in certi condictione generalissima, hic etiam no-
tari possunt. Illud autem in hac actione notandum est,
quòd iura videntur variare cuius temporis fiat æstima
tio: vtrùm ad tempus litis contestatæ, vel alterius, vel
rei iudicatæ, vel alterius: & sic hac occasione sumpta
nota breuiter quicquid obtinet tàm in bonæ fidei con-
3 tractibus, quàm stricti iuris: & hic dico breuiter quod
copiosè notat dominus meus. ff. de tritica. † In hac a-
ctione quoties petitur res vel interesse vel æstimatio,
& quæritur cuius temporis debeat haberi considera-
tio: refert ex quo contractu agatur, ex bonæ fidei aut
stricti iuris: si ex bonæ fidei, tunc habetur consideratio
à tempore moræ. vt ff. de action. empti. l. ratio. §. si per
venditorem. & vsque ad tempus sententiæ. vt ff. commo
dati. l. sed & mihi. §. in hac actione. vt quo tempore res
fuerit maioris pretij secundum id æstimetur. Idem in
stricti iuris, si agatur contra aliquem ob dolum. vt ff.
de tritícar. l. in hac actione. si verò agatur ex culpa, in
contractibus bonæ fidei serua quod dictum est. in stri-
cti iuris habetur ratio à tempore moræ vsque ad litis
contestationem, vt quo tempore res fuerit maioris pre
tij præstetur. de tempore autem post litis contestatio-
nem non habetur ratio in contractibus stricti iuris:
quia venire non potest iure actionis, nisi illud tantùm
quod petitum est. & hæc omnia vera sunt quoties pe-
titur res, interesse vel æstimatio: verum si petantur ac-
cessiones, in bonæ fidei à tempore moræ: in stricti iu-
ris: aut peto quod meum fuit, & tunc à tempore moræ:
aut mi[illegible]debitum, & tunc à tempore litis contestatæ.
vt ff. de vsuris. l. videamus. intelligas de accessionibus
naturalibus putà, de fructibus. ciuilis enim accessio
nunquàm præstatur in cōtractibus stricti iuris, nisi vin
culo stipulationis. vt C. de vsuris. l. quamuis. C. de con-
dictione indebiti. l. 1. Nec obstat, quod dicitur, quòd v-
suræ vicem fructuum obtineant. vt ff. de vsur. l. vsuræ.
Respondeo: verum est in contractibus bonæ fidei. OP-
POSITIO. Sed primæ distinctioni videtur obstare ff.
mand. l. hominem. Nam ibi in stricti iuris iudicijs non
habetur ratio moræ contingentis ante litem contesta-
tam, sed tantùm illius temporis quo agitur. Sed respō-
deo ibi illud de iure est, vt si agatur mandati contraria
cum fideiussore, & repetatur homo solutus, habeatur
ratio æstimationis eius temporis quo soluit, non quo
agit: cùm forte eo tempore erat homo mortuus, vel
multum deterioratus: non enim debeo cōsiderare qua-
lis sit homo solutus, nunc eo tempore quo ago: sed qua
lis fuerit quando solui, per cuius solutionem te libe-
raui: adeò hoc est verum, quòd si homo factus esset me-
lior, non potes à me petere, nisi illud, quòd soluisti. in
stipulatione autem si peto hominem mihi dari, quem
promiseras, talē debes dare, qualis esset: nisi fuisti for-
tè in mora: tunc enim debet considerari tempus ante-
rius. & hoc dicit litera sequens. in fin. in eadem l. homi
nem. & quod dicit ibi aliter, verum est in illo casu
quando illud solui mandato debitoris: aliàs autem in
vtroque iudicio: & bonæ fidei & stricti iuris habetur
ratio illius moræ, quæ contingit ante litis contesta. vt
dictum est.

Si des aliquid alicui propter aliquam causam, & causa illa non est secuta, habet locum condictio ob causam.

De condictione causa data causa non secuta. Rubrica.

1 *Condictio causa data vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Contractus innominatos quare pœnitentia rescindat.*
3 *Positiones actoris & Rei in condict. ca. data. nu. 4.*
5 *Libelli in condict. ca. data. quomodo concipiantur.*

SI DAS aliquid alicui propter aliquam causam, &
causa illa non sit secuta, repetere potes quod dedi-
sti per condictionem ob causam. vt ff. de condi. ob
turp. causam. l. 1. §. ob rem. Illud autem in primis nota,
quòd causa propriè dicitur de præterito: res dicitur de
futuro. vt ff. de condict. & demon. l. si ita legatum sit. in
fin. & ff. de condict. indebi. l. damus. vnde debet dici po
tiùs ob rem: sed impropriè ponitur causa pro eo quod
futurum est: nam ista respicit futurum, condictio indi-
biti respicit præteritum. † Vnde ad hoc vt actio ista cō 1
petat, tot sunt necessaria. In primis, quòd contractus
innominatus interueniat, sed non omnis, vt notat do-
minus meus in principio summæ istius tituli, sed tan-
tùm do vt des, & do vt facias. vt ff. de præscript. verb. l.
naturalis. §. at cum do. & ff. de rer. permut. l. 1. in fi. Idem
in tertio contractu innominato, do vt non facias: vt C.
de condi. ob caus. l. ea lege. in facio enim vt facias, & in
facio vt des, ideò non habet locum, quia cùm hæc con-
dictio datum repetat, meritò habet in primis casibus
locum: quia datum potest repeti, at factum nunquàm
repeti potest. vt ff. de condic. inde. l. si non fortem. §. li-
bertus. quia factæ causæ infectæ fieri nulla ratione pos-
sunt vlla iuris constitutione: vt ff. de capti. & postlim.
reuers. in bello. §. factæ. Item assignatur alia ratio in fa
cio vt des: quia cùm ibi oriatur de dolo, vt ff. de præ-
scrip. verb. l. naturalis. §. quòd si facio. quæ non admit-
tit secum aliam actionem specialem. vt C. de dolo. l. de
dolo. & ff. de dolo. l. 2. licèt actio de dolo cum genera-
lissimè concurrat, id est, cum condictione certi geralissi-
ma, & cum triticaria. In contractibus enim nominatis
non habet locum: vt probatur ff. de rerum permutatio.
l. 1. in fine. licèt M. dixerit contrarium. argumen. ff. de a-
ctio. empt. l. ex empto. & l. is qui vina. sed ibi loquitur
non in contractu venditionis, sed in contractu arra-
tum, quæ est specialis contractus per se. vt C. de fide in-
strumen. l. contractus. In vnico enim contractu nomi-
nato, scilicet donationis, qui hodie nominatus est, ha-
bet locum condictio ob causam. vt C. de donat. l. si quis
argen. ff. de rerum permu. l. 1. §. item emptio. imò & rei
vendic. datur. vt C. de donat quæ sub modo. l. 1. Secun-
dum, quod causa apponatur ob quam illud datur. Ter-
tium, quòd causa illa futurum tempus respiciat. alio-
quin si præteritum habet locum condictio indebiti. si
enim tacite gerit in mente non inducit condictionem:
vt ff. de condict. ob turp. causam. l. 1. §. ob rem. & C. de cō
dict. ob causam. l. si repetendi. Quartum, quòd causa il-
la sit honesta & non impossibilis, & non contra bonos
mores, & quòd sit finalis non impulsiua. vt ff. de condi.
causa da. l. 1. & l. 2. & C. eod. l. dictam. & ff. de condict. ob
turp. causam. l. 1. §. ob rem. & ff. de dona. l. 2. §. vlt. & ff. de
cond. insti. l. filius. & ff. de act. & oblig. non solùm. & ff.

de verbor.obligat. l.impossibilis. Quintum, ad hoc vt ista condictio locum habeat, oporret quòd causa illa deficiat, id est, non sit secuta. & sic. si quid datur ob causam, causa non secuta, reperit. vt ff. de condict. ob turp. causam. l.1. §. ob rem. & hoc intelligas quando non sequitur colpa accipientis. verum si deficiat casu fortuito, non est locus repetitioni. vt C. de condi. ob causam. l. penul. & vlti. Sextum, quòd pœnitentia interueniat. & hoc est notato dignum, quòd pœnitentia cōtractus innominatos rescindat, siue gratia mea & tua. siue mea tantùm: dummodò tu conserueris indemnis. vt ff de cō dict. sine causa. l. si pecuniam. 1. responso. & §. sed si accipit & l. dedi. §. 1. Item dummodo non inchoaueris. vt ff eo. l. quòd Seruius. contractus autem nominatos pœnitentia non rescindit. vt C. de actio. & oblig. l. sicut. & C. de vsucap. pro donato. l. irritam. præterquam in mādato, societate & deposito. vt ff deposit. l. 1. §. pen. & Insti. mand. §. rectè. & Inst. pro socio §. manet. & est ratio in mandato: quia non damnificatur dominus vel procurator. vt ff. mandati. l. si procuratorem. § mandati. & l. si mandauero tibi. §. vlti. In societate agitur ad interesse. vt ff. pro socio. l. sed & socius. §. vlt. In deposito, nō tenetur depositor depositario ne reuncet. hæc exēpla notat Dominus meus in summa illius titul. primum in mandato, & vltimum in deposito placeret mihi, in societate illud vitiatur: quia hoc idem est in omni cōtractu: quòd si me pœniteat, teneat ad interesse: in illis autem duobus nullo modo teneor. QVAESTIO. † Sed quæritur, quæ sit ratio quare pœnitentia rescindat cōtractus innominatos. Dominus meus hanc rationem assignat: quia cùm sint debiles in contrahenda obligatione, ita & in ea retinenda. Illud autem nota, quòd si causa secuta sit propter quam aliquid datum est, nunquàm datum repetatur: siue causa illa concipiatur affirmatiuè: putà, vt aliquid facias: siue negatiuè: puta, ne ad iudicem vadas. quamdiu enim non itur, pecunia data nō repetitur. nec tenetur ille cauere, qui pecuniam recepit: nisi actum sit, vt caueret. vt ff. de condict. caus. dat. l. dedi. nec est locus mutianæ cautioni: quia illa locum habet in relictis. vt ff. de condit. & demonstra. l. mutianæ cautionis casus tamen est vbi si aliquid do, & causa sequatur, locum habeat repetitio me pœnitente scilicet si dedi, vt parerem conditioni: quia sui institutus sub conditione. vt ff. en. l. parendi. sed ibi ideò euenit, dicit dominus meus, quia tacitè agebatur ab vtroque, vt si vellet, pœniteret. Placentinus autem aliter dicit, datur aut vt aliquid fiat, & tunc illo facto non datur repetitio: aut vt aliquid obtingat & tunc si obtingat nihilominùs repetitur. vt ff. de donat. caus. mort. l. senatos. in fi. 1. responso. In hac autem actione actor fac. tal.
3 positio. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd dedi x. tibi vt Capuam ires. Item causa illa fuit honesta & possibilis. Item fuit finalis: quia aliàs non eram daturus, nisi ires Capuam. Item pœnitet me, & nolo quod vadas. Item causa illa propter quam dedi, non est secuta. Econtrà Reus fac. ta. posi. POSITIO REI. † Ego dico, quòd
4 causa pro qua dedisti fuit turpis, turpitudine ex parte tua interueniente. Item causa illa fuit impossibilis. Item fuit contra bonus mores. Item licet per casum fortuitum. Item causa illa fuit impulsiua: nam aliàs eras mihi daturus. Item ego iam inchoaui. In hac autem a-
5 ctione actor concipiet sic libellum. LIBELLVS. † Ago contra Titium, cui cum dederim decem vt Capuam iret: vel seruum suum manumitteret: quòd cum non fecerit 10. quæ dedi peto mihi restitui: & propono condi
6 ctionem ob causam. LIBELLVS. † Vel sic: ago contra Titium, cui cùm decem dederim, vt Capuam iret: vel vt seruum manumitterer, & me pœnituerit re integra. & sic causa propter quam dedi secuta non sit, illa decem peto mihi restitui: propono condictionem ob causam. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. de condic. ob rem. causam. l. 1 §. ob rem. & ff. de cond. causa data. l. dedi. & l. si pecuniam. OPPOSITIO Sed opponitur. non videtur, quòd aliquo modo habeat locum hæc actio. nam aut causa fuit finalis: aut impulsiua propter quam datum est: si fuit impulsiua, hæc actio nō habet locum vt ff. de don. l. 2. & si fuit finalis, non habet locū. ex quo enim per illum non stat qui recipit periodè est ac si fecerit. & quantum ad illum deber haberi condictio pro impleta. vt ff. de contrab. empt. l. Labeo, si mihi bibliothecam. Respondeo: verum est quod opponis in cōtractibus nominatis: at in innominatis secus, vbi attenditur pœnitentia dantis: & quare hoc fiat, dic vt supra in hac eadem actione notaui.

Si aliquid datur alicui ob turpem causam turpitudine ex parte accipientis interueniente locum habet condictio ob turpem causam

De condictione ob turpem causam.

Rubrica.

1 *Condictio ob turpem causam vt procedat, quot exigantur.*

2 *Positiones actoris & Rei in de condictione ob turpem causam num. 3.*

4 *Libelli in condictione turp. caus. quomodo concipiatur.*

5 *Promittens quid facturus sit, si ob turpem causam decem non soluta, sed promissa fuerint.*

6 *Turpitudo si ex parte accipientis vertatur, quid tali casu faciendum sit.*

7 *Actione pignoratitia, an vendicari vel peti possit, si ex parte vtriusque turpitudo interuenerit.*

8 *Datum si quid fuerit propter iudicium, an quasi ob turpē causam repetatur.*

DAT aliquis aliquando ob turpem causam, turpitudine interueniēte ex parte accipientis: & tūc solutum repetitur per condictionem ob turpem caus. vt ff. de condi. ob turp. caus. l. 1. §. vlt. † Vnde ad hoc 1
vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd propter turpem causam illud dederis, si causa sit futura: puta, ne homicidium committas: ne furtum: ne sacrilegium: ne mihi iniuriam facias: ab his enim teneris abstinere, etiam sine aliquo dato propter præcepta decalogi: non occides: non furtum facies: non mœchaberis: & ideò dicitur causa turpis. s. futura quæ debebat fieri: & turpis est causa ideò quia accipis: licèt accipiendo quid bonum sit secutum: quia maleficium non sit commissum. vt ff. eod. l. 2. meritò dicitur de turpitudine ex parte accipientis tantū: quia si ex parte tārum dātis: putà, quando pecuniā do meretrici: illa turpiter facit, quia meretrix: non tamen turpiter recipit, cùm sit meretrix, non habet locum repetitio. vt ff. de cōd. ob turp. caus. l. idem. § sed quod meretrici. vnde propter vtilitatem sui libido in meretrice non punitur. vt C. ad leg. Iul. de adult. l. quæ adulterium. Nec obstat ff. de fur. l. [illegible] tum est. quia ibi non turpitudo meretricis spectatur, sed eius qui ad eā accessit. illud etiam esset vt cessaret repetitio. si turpitudo versaretur ex parte vtriusque: putà, si darem pecuniam non meretrici, vt eam cognoscerē: vel alicui vt homicidium cōmitteret. vel iudici vt pro me pronuntiaret siue in bona causa, siue in mala. omnibus. n. his modis videor corrumpere iudicem: & Imperator litē perdere constituit omissa illorū sententia, qui voluerunt dicere me non dare ex turpi causa, si do iudici, vt in bona causa pronuntiet: ab omni enim specie mali abstinendum est. vt extra. de vita & honesta. clerico. c. 1. & hæc omnia possunt fingi: vt aliàs ff de transact. l. cum hi §. si cum lis. vbi dicitur. fingi enim lites potuerunt: prohibeor enim iudici indebitè dare. vt in Authen. vt litig. iurent. collat. 8. & C. de pœna iudic. qui malè iudi. l. 1. & ff. de condi ob turp. causam. l. 2. & sic nullo modo dabo iudici: nisi iustum suum salarium duos aureos in principio & duos in fine causæ. vt in Authenti. de iudic. col. 6. ne fiat contra legem alia via, quam lex fieri voluit. vt ff. de tutor. & cura. da ab his. l. Seiæ. meritò ergo cessat repetitio vbi ex parte vtriusque turpitudo versatur: quia in pari causa turpitudinis, melior est condi. possidentis. vt C. de cond. ob turp. caus. l. 2. sed licèt in hoc casu cesset repetitio quātum ad dantē: non tamen qui recipit, poterit retinere: quia

quia locus est fisci. vt ff. de donat. inter virum & vxor. l. cùm hic status. §. vltim. In casu tamen repetit ille qui dedit ob turpem causam, licèt & alius accipiat etiam ob turpem causam: putà, adulter in adulterio deprehēsus, si aliquid soluit: repetit non per condictionem ob turpem causam, sed per actionem, scilicet quod metus causa. potuit enim saltem non iure occidi. vt ff. quod metus causa. l. nec timorem. vnde dicitur, si reuersus petat id quod dederat deprehensus adulter, prætor adulterium non videt, imò metum. Secundum est necessarium ad hoc, vt condictio ista ob turpem causam locum habeat pro repetitione, quòd causa sit futura, vt superiùs dictū est. si enim causa sit præterita, benè considératur in condictione ista, scilicet vt solutū non repetatur: imò soluti repetitio denegetur. & attende dari hanc actionem tantùm turpitudine interueniēte ex parte accipientis, si cōtractus sit stricti iuris. cæterùm si sit bonæ fidei, & hæc datur, & actio ex eo contractu. vt ff. eod. tit. l. vlt. In hac autem actione Actor faciat ta-
2 les positiones. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tu volebas facere homicidium, vel adulterium. Item ego dedi tibi decem ne committeres. Ecōtrà Reus
3 faciat tales positiones. † POSITIO REI. Ego dico, quòd Titius volebat illud committere. Item illi dedisti illa 10. si hoc confiteatur Actor, excludet seipsum: quia ex quo dedit Titio, Reus conuictus absoluetur. In hac autem actione concipiet Actor ita libellum. LIBELLVS.
4 † Ago contra Titium, cui dedi 10. ne me occideret, vel ne tale maleficium committeret: vnde illa decem repeto, & propono condictionem ob turpem causam. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. eod. l. 1. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur, quòd aliquo modo locum habeat ista condictio. Nam aut est turpitudo ex parte vtriusq;, aut dantis tantùm: & sic cessat, vt superiùs diximus. Item si ex parte accipientis, similiter non habet locum. Nam si ego dedi tibi, ne maleficium faceres, nulla turpis causa est secuta: imò est secuta summū bonum, quod ego feci, ne tu fieres malus: quomodò ergò habet locum actio ista vel condictio? Item iste fortè illud maleficium non fecisset: & sic vanè credidi, seu timui: vnde istius vani timoris nulla fit æstimatio. vt ff. de re iudic. l. si quis ab alio. Responden: licèt in duobus primis exemplis non habeat locum hæc condictio, in tertio tamen habet locum: nec obstat, quòd turpis causa nō est secuta: quia quantum ad hoc, vt repetam illud considero, nūquid tu recipias ob turpem causam, quæ turpis est quantum ad te: quia sine omni dato tenebaris abstinere, vt in principio dixi. Nec obstat, quòd vani timoris, & c. quia illud locum habet in casibus aduentitijs, qui non æstimantur. vt ff. qui & à quibus ma. liber. non fi. l. Iulia. & in actione quod me-
5 tus causa ff. quod met. causa. l. nec timorem. † QVAESTIO. Quid ergò in hoc casu, si ob turpem causam decem non soluta, sed promissa sunt, quid faciet qui promisit: videtur quòd possit obligatio illa condici per condictionem ob turpem causam: sicut enim per hanc actionem vel condictionem solutum repetitur, sic & obligatio condi[illegible]tur: cùm idem sit cauere, quod soluere. vt C. ad legem Fal[illegible]. l. vltim. ff. de donat. l. si patronus. credo tamen hanc condictionem non competere & si competeret aliqua, competeret sine causa. vt ff. de condict. sine caus. l. quod sine. hic tamen nulla cōpetit: quia ab initio stipulatio & obligatio fuit nulla, scilicet quòd ex ea possit agi. vt ff. de verbor. obligatio.
6 l. si plagij. † QVAESTIO. Quid si pignus datum est in tertio exemplo, quando ex parte accipientis vertitur turpitudo? Respondeo, repetitur per hanc condicti-
7 onem. † QVAESTIO. Quid si pignus datum sit turpitudine interueniente ex parte vtriusque, nunquid poterit vendicari, vel octi actione pignoratitia? Respōdent M. & Aldri. quod sic. arg. ff. ad Macedonianum. l. sed & si pater, in princip. Sed certè meliùs est, vt dicamus pignus posse vendicari: quia vendicatio contra eum, sicut contra quemlibet alium instituitur. vt ff. ad exhibendū. l. de eo exhibendo. §. pen. & vlt. & ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat. l. 1. §. vltim. secùs vero in re principali soluta: quia eius dominium translatum est in accipientem, quòd nulla cōdictione seu actione repetitur. idem in pignore, si agatur pignoratitia, id est, ex contractu turpiter celebrato: posset tamen induci cōtrarium, quòd nō admittatur, vt qui liber propter contractum cum eo initum. vt C. de dolo. l. 1. & hoc notat Dominus meus C. eodem titul. l. 2. † QVAESTIO. Item 8
quid si datum sit propter indicium repetitur quasi datum ob turpem causam? Respondeo, si tibi do, vt indices mihi furem, honestè recipis: nec enim teneris indicare. vt ff. eod. tit. l. idem quia. §. si tibi indicium. & ff. de præscrip. verb. l. solent qui nouerūt. licèt potestates compellant indicare ex officio suo. vt ff. de offi. prætor. l. congruit. Cæterùm, si a fure recipias, ne ipsum indices, turpiter recipis: & ego dominus si à seruo meo fugitiuo receperis, possum cōdicere. vt ff. eodem. l. 3. §. vltim. & sic a seruo. † QVAESTIO. Sed quæ est ratio, 9
quare licitè recipias, vt indices: illicitè recipias, ne indices? Respondeo in primo casu: quia nemo compellitur ad accusandum, & sic nec ad indicandum: vndè licitè recipis. In secundo casu ideò illicitè: quia interest Reipublicæ, ne maleficia remaneant impunita. vt ff. de fideiussorib. l. si quis à Reo. & ff. de solut. l. Stichum aut Pamphylum. & ff. ad legem Aquil. l. ita vulneratus.

Si aliquid soluatur sine causa, repetitur per condictionem sine causa.

De condictione sine causa.

Rubrica.

1 *Condictio sine causa vt competat, quot requirantur.*

5 *Positiones Actoris & Rei in condictione sine causa & nume. 3.*

7 *Libelli in condictione sine caus. quomodo concipiantur.*

MVltotiens euenit, quòd nulla causa præcedente quis promittit [illegible] decem, vel credens se teneri ad illa decem, soluit illa: vel fortè causa aliqua iusta præce[illegible] te tenebaris ad illa decem causa facta iniusta: vt habes exemplū in Fullone. vt ff. de cōdict. sine caus. l. 2. In omnibus istis casibus succurritur obligato seu soluenti, vt obligationem, vel soluti per cōdictionem, sine causa condicat. vt ff. de cond. [illegible]. sine causa. & l. nihil. & l. 1. & l. qui sine causa. † Vnde ad hoc 1
vt actio ista competat, tot sunt necessaria. Inprimis, quòd aliquis se obliget: putà, promittendo: vel soluat, pone aliquid. Secundum, quod causa nulla præcedat, vel si præcesserit, fuerit iniusta, vel tendat ad iniusta, vt supra dictum est. Tertium quòd quando soluit, & sine causa, non soluat sciens se [illegible] teneri, sed credens se teneri: alioquin nō repetat: quia videtur voluisse donare. vt ff. de regul. iur. l. cuius per errorem. Ista enim cōdictio generalis est, & cōcurrit cum cōdictione indebiti, si aliquid indebitum solutum est. Item concurrit cum cōdictione ob causam: quando causa fuit aliqua ab initio: si illa secuta nō est. vt ff. eo. l. 1. §. si ob causam. idem in debitore, qui spe futuræ numerationis scripsit se accepisse pecuniam, quam nō accepit: nam infra biennium cōdicet cautionem. vt C. de nō numer. pecun. l. si quasi accepturi. Item concurrit cum condictione ob turpem causam, interueniente tantùm turpitudine ex parte accipientis, vt in superiori actione notaui. fuit enim causa illa ab initio iniusta. & sic concurrit cum ea. vt ff. de condict. sine causa. l. nihil. In casu tamen habet locum, vbi nulla alia potest locum habere: putà, quando quis nō soluit, sed tantùm se obligat. nam omnes cōdictiones solutum repetunt: hæc sola cōcurrens cum illis, vt dixi, obligationem facta condicet. vt ff. de cōdic. sine cau. l. qui sine causa. nec obstat ibi, quòd hæc condictio vocetur incerti: ideò enim hoc dicitur, quia datur ad interesse, quod incertū est. vt ff. de re iudic. l. si quis ab alio. vel vt dicūt quidam, est nomen propriū actionis, si incertū est, quòd in obligationē deuenit. vt ff. de act. emp. l. si quis tibi liberū. OPPOSITIO. Sed opponitur: idem est cauere quod soluere. vt

ff. de donat. l. si patronus. C. ad leg. Falcid. l. vltim. sicut ergò cōdictio datur indebiti pro soluto repetendo: ita pro cautione repetenda. Respondeo: illa condictio tantùm ad soluta indebita repetenda competit, nō autem ad obligationem repetendam, vt dixi. licèt enim sit solutio similis cautioni, subaudi, quantum ad repetitionem: quia sicut repetitur solutū, ita & obligatio: non tamen eodem modo vel iure, sed diuersimode: nec enim idē est cauere per omnia quod soluere. vt ff. ad Mace. l. vlt. OPPOSITIO. Item opponitur: tu dicis, quòd debitorē detur cōdictio ista, & infra biennium, quando se futuræ numerationis se obligat: probo contrariū. Certum est, quòd omnis condictio est in personam. vt Instit. de acti. §. sic itaque. si personalis, ergò perpetua. vt C. de constit. pecun. l. 2. quomodò ergò tollitur biennio? Respondeo: quia subrogatur in locum exceptionis non numeratæ pecuniæ, quæ biennio tollitur, vnde naturam illius sortitur. vt argum. ff. si quis cau. l. si quis eum. §. qui iniuriarum. & ff. si quis testamento liber esse iussus. l. 1. §. Scæuola. & ff. de donat. l. qui id quod. In hac autem actione vel condictione Actor fac. tales posit. †

2 POSITIO ACTORIS. Ego dico, quod tibi sine causa promisi. Item causa propter quam ago promisi, facta est iniusta: quia promisi propter vestimenta tua, quæ ego Fulloa misi, & modò inueni. Item causa illa, propter quam ego promisi, fuit iniusta. Econtra Reus faciat tales positiones. † POSITIO REI. Ego dico, quòd tu promisisti mihi ex causa expressa. Item causa illa fuit iusta. Item propter vestimenta illa, pro quibus condemnatus fuisti mihi, quia combusta fuerūt penes Titium.

3 In hac autem actione concip. Act. sic libellū. LIBELLVS.

4 † Ago ego R. contra Titium, cui decem sine causa promisi. Vnde ipsam obligationem cōdico, & ad hoc propono condictionem sine causa. vel sic, quòd debeat me ab illa obligatione liberare, ago cōtra ipsum. Quòd sic rectè cōcipiatur libellus, probatur ff. de condict. sine cau. l. qui sine causa. OPPOSITIO. Opponitur: non videtur libellus iste benè cōceptus: nec quòd in hoc casu competat hæc condictio: ex quo enim confitetur Actor iste, quòd decem promisit: esto quòd causa nō inferatur alia sufficit tamē: quia eo ipso, quod dico promitto tibi 10. in verbo, promitto, cōtinetur causa promissionis: sicut in verbo, dono, causa donationis. Vnde si certum est quod promittitur, agitur certi cōdictione, si incertum, agitur ex stipulatu. vt ff. si cert. pet. l. si quis certum & Insti. de verb. oblig. circa princip. Iam enim si in promissione requireretur causa: iam requireretur causa causæ: & sic in infinitum: quia qua ratione requiritur vna causa vnius causæ, eadem ratione quæreretur & alia, quæ infinitum euitatur. vt ff. de dam. infect. l. qui bona. §. vlt. nec debet obligatio oriri ex obligationibus. vt ff. de re iudic. l. si se nō obtulit. nec lites ea litibus. vt ff. de fructibus & lit. expen. l. terminato. Respond. multos vidi sub hac specie recti ferrare: vt dicant in promissione causam nō requiri: cùm causam in se habeat promissio, vt dixi: sed tamen dico vobis nescio talia dicentes. Imò dico libellum benè conceptum: vbicunque inuenio stipulationem sine causa præcedente, vel obligatio ipsa cōdicitur, vel agenti obstat doli exceptio. vt ff. de doli exceptio. l. 2. §. circa. & ff. de condic. sine cau. l. 1. & l. qui sine causa. in quibus legibus omnia ista ponuntur, siue quis sine causa promittat, siue ex iniusta, siue ex iusta, & illa recidat ad iniustam. Item cautio indiscreta, id est, sine causa loquens, non valet nisi causa sit ibi expressa. vt ff. de probat. l. cùm de indebito §. vlt. Item nuda ratio nō facit aliquem debitorem. vt ff. de donat. l. nuda. & sine causa transigentem neminé audiet prætor. vt ff. de transact. l. cùm hi. & sine causa nō fit missio. vt C. de edict. D. Adria tollen. l. vlt. Inapochis enim desideratur causa. vt C. lib. 10. de apoch. l. quicunque. ff. de censib. l. forma. quòd enim ipsi dicunt, quòd promissio habeat in se causam, nō est verum. cōtrarium enim dicunt leges. nam verba id operantur, vt quis obligetur verbis: & hene dico enim obligatū, sed sine causa: & hoc est quod dicitur, qui sine causa obligatur &c. siue enim dicas, dabis mihi 10. vel promittis mihi 10. vel facies mihi domum. licèt verba obligationem inducant: quia tamen causa non inuenitur, obligatio nō potest esse efficax: sicut dixi per iura supe ius alleg. OPPOSITIO. Secundò opponitur in eo, quod dicitur in libello, obligationē cōdico: quomodo obligatio potest cōdici, cùm lex dicat obligationem nō cōdici? vt ff. de condic. sine causa. l. 1. Respond. obligationem cōdico, id est, ago in personam, vt ab obligatione illa liberer. vt ff. de condic. sine cauf. l. qui sine. Sic concipies libellum, quandò intenditur ista condictio pro obligatione cōdicenda. Verùm si intentetur pro repetendo soluto, quandò aliquid indebitè soluitur: vel ex iniusta causa: vel fuit iusta, & recidit ad iniustam, dices sic. † LIBELLVS. Ago cōtra C. cui sine causa solui 10.

libras ea iniusta causa: vel quia causa secuta non est: vel quia causa facta est iniusta. vnde illa 10. soluta repeto: propono cōdictionem sine causa. Quòd sic rectè cōcipiatur libellus, dicit ff. de cōdic. sine causa. l. 1. & l. qui sine. OPPOSITIO. Sed nō videtur, quòd libellus iste sit benè cōceptus. Certum est, quòd in casibus illis locū habeat cōdictio indebiti, vel cōdictio ob causam, vel ea iniusta cau. ergò quòd hæc cōpetat, nulla est vtilitas. Respond. imò locū habet. nec enim cōdictio quantum ad aliqua genus est, nam vbicunque cōpetent illæ & ista. & sic vt generaliter cui inisti petere bus concurrit: sicut & aliàs diximus supra de cōdictione certi generalissima. OPPOSITIO. Item opponitur: aut scuisti causam illam iniustam, vel te nō teneri, quādo soluisti: aut nō scuisti. si sciuisti, nō potes repetere: quia cuius per errorem dati repetitio est, eius cōsultò dati donatio est. vt ff. de reg. iur. l. cuius per errorem. & ff. de condic. indeb. l. 1. si ignorasti, nō habet locum talis ignorātia: cùm nō admittatur ignorantia in proprio facto. vt ff. ad Velleia. l. quanquam. Respond. ignorantia hæc licèt sit facti proprio, tamen admittitur. vt C. de cōdic. indeb. l. pro dubietate: & est ratio, quare admittatur, ne aliquis moretur in damno. sicut & aliàs pro damno euitando admittitur ignorantia iuris. vt ff. de iu. & fac. ignor. l. iuris.

Si aliquid soluitur indebitum, repetitur per condictionem indebiti.

De condictione indebiti. Rubrica.

1 *Condictio indebiti vt veniat, quot requirantur.*

2 *Positiones actoris & Rei in condictione indebiti, & nu- mero 3.*

4 *Libellus in condictione indebiti quomodò formetur.*

5 *Condictione indebiti, an nomen proprium actionis esse dicatur.*

6 *Exceptionibus duabus, scilicet Velleiani & pacti conuenti iuuatum, quare solutum repetat, tutus autē exceptione Macedoniani & rei iudicata, solutum non repetat.*

7 *Obligatus alteri ciuiliter & naturaliter si absoluatur à petitione, an indebitum omninò faciat.*

8 *Dominium an quispiam transferat soluendo indebitum.*

SI aliquis soluat quid indebitū, succurritur soluenti: quia potest solutū repetere per cōdictionem indebiti. Verùm attende primò quid sit indebitum: hoc dicitur tribus modis: siue ciuiliter & naturaliter, id est, quādo nullo modo tibi debebatur: siue ciuiliter tantùm: naturaliter tamé erat indebitū: putà, quando me obligo spe futuræ numerationis, & fuit infra biennium. Pro primo indebito habes exemplū, quando tenebar tibi sub cōditione, de qua nō est certū, quod sit extitura. vt ff. de verb. sign. l. cedere. & ff. eo. l. sub cōditione. si vsuræ vltra duplū promittātur: vt aliud cōtra legem. vt ff. eo. l. si nō sortem. §. suprà. & C. de pact. l. pacta. vel si nesciens emer im rem meam. vt ff. end. l. seruū. nisi gratia possessionis. vt ff. de cōtrahen. empt. l. si in empt. §. rei suæ. Pro secundo indebito habes exemplum positum & legem de hoc C. de nō num. pec. l. si quasi. Idem est quādo ciuiliter & naturaliter, & creditor fecit mihi pactū de non petendo, tollitur naturalis, & remanet

sola

sola ciuilis. vt ff.de solut.l.Stichum.§. naturalis. & In-
stit.de excep.§.præterea.Idem est & si creditor legat in
testamento debitori liberationem.vt ff.eod.l.si nō sor-
tem.§.adeo.Indebitum tamen ciuiliter,naturaliter de
bitum,putà per pactum nudum solutum,nō repetitur:
quia naturalia causa inhibet repetitionem. vt ff. eod.
l.Iulia.hæc exempla notat dominus meus in summa de
1 condi.inde.in prin. † Vnde ad hoc vt actio ista compe-
tat,tot [illegible] sunt necessaria.In primis,quòd aliquid sit inde
bitum aliquo prædicto modorum vel ciuiliter vel na-
turali[illegible] secundum,quod indebitum si solutū.Tertiū,
quod [illegible] lutum ab ignorante: præsumitur enim sem-
per igno[r]antia,nisi probetur scientia.vt C.qui militi.nō
pos[illegible] nt.l.[illegible] n.& ff.de admi. tu.l.hoc autem.ff.de prob.
l.[illegible] cæterùm si sciens soluit,non repetit.vt ff.eod.
l.[illegible] & l.de re.iu.l.cuius.& est hoc notatu dignum,quòd
q[illegible]acunq; ignorantia quis laboret siue facti,siue iuris,
etiam facti propri[illegible].vt ff.eo.l.sed & si me putem. & l.e-
l[illegible]anter.§.responso.& ff.de iur.& fac.ign.l.pe.locum
habeat hæc actio. iuris enim ignorantia non nocet in
damno uitando.vt ff.de cond.ex lege.l. vlt.& C.de nō
non num.pec.l.si quasi. & l.pe.& C. de pac.l.debitori.
ff.de cond.inde.qui excep.§.vlt.& l.si quis iurasset. &
l.cum is qui.§.1. & l.si fideiusso. & ff.de iur.& fac.ign.
l.antepe.& l.iur.ign.& ff.de iureiu.l.vlt. Quartum,q
natur[illegible] lis causa non interueniat indebito illo soluto:
t[illegible]nc enim non repeteretur vt dixi:ponit multa exem-
pla dominus meus de naturali causa in summa. C. eod.
tit.In primis de seruo & filio, qui patri & domino na-
turaliter obligantur.vt ff.eo. l.naturaliter. & l.frater.
§.quæsitum.[illegible] l.si id quod dominus. naturalis obliga-
tio vertitur inter hæredem & legatarium legato reli-
cto [illegible] n mi[illegible]is solenni voluntate.vt C.de testa.l.non du-
bium.Item naturalis obligatio est quoties falcidia de-
bet interuenire in legatis [r]elictis in solenni testamen-
to.vt ff.eo.[illegible].fideic.& C.ad leg.falci.errorem. Item na-
tural[illegible] obligatio est in contractibus innominatis: cùm
ne[illegible] stipulatione,neq; rei interuentu sunt vestiti.vt C.
de rer.[illegible]ermu.l.ea pl[illegible]cito.Item naturalis obligatio est
in pupillæ proximo pubertati. Infans autem nec natu-
ra[illegible] obligatur.v[illegible] ff.eo.l.qui pupill.& ff.de a[illegible].& ob
ligat[illegible] ff[illegible] e noua.l.1.in fi.In omnibus istis de-
bi[illegible]bus [illegible] at solutio,cessat repetitio.vt ff.eo
d[illegible] & ibi not.d[illegible] alia naturali. Quintum quòd i-
g[illegible] facti sit probab[illegible]s,etiam si propria. Verum
si[illegible] probabilis,non admittitur. vt C. ad l.falci.l.
[illegible]m[illegible]ir.& fac.ignor. l.cùm quis.& ff.de iur.
& [illegible] penult.§.sed & facti ignorā. & ff. eod.l.
si[illegible] Sed licet diximus de naturali, intelli-
ga[illegible]a quæ oritur ea vi pacti,est tamen quædam na
t[illegible]is quæ non orit[u]r ea vi pacti,sed naturali ratiōe:
pu[illegible] propter beneficium manumissionis: vt in operis
o[illegible]libus debitis à liberto patrono quæ debentur
si[illegible] e[illegible]liqua impositione: vt notatur ff.eo.l.si non sortē.
§[illegible]tus.Est & alia naturalis quæ non oritur ea vi pa-
[illegible]d natu[r]alis ratio eam inducit vt benefactori no-
st[illegible]efaciamus.& hoc est quod dicitur donatarium
o[illegible] ad antidora.vt ff.de peti hære.l.sed si lege cō-
m[illegible]it. ea[illegible]is duabus naturalibus solutum nō
repet[illegible]n [p]rædi.l. si non sortem. §. libertus.nam
non est don[illegible] sed debi[illegible] solutio.vt ff.de donat.l.hoc
iud.§.si qu[illegible]xtum,quòd licèt exceptionia ope sit fa-
ctum indebitum,quòd exceptio illa sit fauorabilis:vel
Velleiani vel inducta de æquitate prætoris, vt pacti
conuenti.ea his enim duabus tutus,soluens repetit.vt
ff.eo.l.qui exceptionem. & C.de pactis.l.debitori.si au
tem exceptio es[s]et inducta odio:vt Macedoniani: vel
de [r]igore iur[is] ciuilis,vt rei iudicatæ,soluens non repe
te[illegible] licèt indebitum soluerit.vt ff.eo. l.qui excepta. & l.
Iulia.Si autem exceptio esset temporalis, tutus ea non
repetit.vt ff.de solut.l.quòd in diem.ff eodem titu.l.in
diem.nisi dubium temporalis esset an perpetua. vt ff.
eodem.l.sufficit.Septimum,qoòd non interueniat ali-
quod illorum, quæ faciunt hanc condictionem cessa-
re.In primis scientia,vt supra dixi: vt ff. eod.l.1.& 2.&
ff.de regu. iur. l. cuius.Item authoritas rei iudicatæ.vt
ff.eod.l.Iuli.& ff. eodē. l. t.quando fui tibi condemna-
tus cum nunquam deberem : nisi falsò aliud allegasti,
propter quod condemnatus fui:tunc restituar. vt ff.de
iud.l.si prætor. vel nisi causa iudicati recidat ad inin-
stam causam. vt ff.de condict. sine causa.l.si fullo.Item
iusiurandum.vt Institu.de action.§. item si quis postu-
lante.& ff.de iureiuran.l.non erit.§.1.& l.nam postea.
§.1.Item transactio.vt C.de transact. l. 2. nisi fiat per ca-
lumniam insistentem.vt ff.eod. l.in summa. & nisi iam
sit iudicatum:tunc postea transactio interueniens nul-
la est.vt ff.eod.l.eleganter.& ff.de transac.& post rem.
Item causa pietatis.vt ff.eod.l.cum his.§. si mulier.nisi
in casu.vt C.de nupt. l. si vt proponis. Item causa quæ
crescit in litem per inficiationem.vt C.eo.tit.l.ea quæ.
Item debitum ab alio cuius nomine solutum est , vt si
ego possessor solui nomine veri hæredis. vt ff.eodem.
l.repetitio.In hac actione act.fa.tal. posit. POSITIO a
ACTORIS.Ego dico,quòd ego solui tibi 20.Item illa
fuerunt indebita. Item illa ignorans solui. Item sine
naturali & ciuili causa solui. Item sine naturali. Item
tutus exceptione pacti conuenti solui.Item tutus exce-
ptione Velleiani.Econtra Reus faciat tales positiones.
POSITIO RE[I].Ego dico,quòd tu scienter soluisti. I- b
tem illa 20. tibi mutuaui. si hæc confit. actor,succum-
bet:quia modo non fuerunt indebita. Item tu fuisti tu-
tus exceptione rei iudicatæ,cum ante Macedoniani. I-
tem ex causa transactionis tu soluisti. Item ex causa
pietatis:putà dotis.Item nomine veri hæredis. In hac
autem actione concipiet actor sic libellum.†LIBELLVS. c
Ago contra R.cui credens me debere 20.solui,cùm non
deberem.Vnde illa 20.soluta ab eo repeto:propono cō-
dictionem indebiti. Quòd sic rectè concipiatur libel-
lus,probatur ff.eod.l.1.& 2.ferè per totum titu. multi
tamen aduocati apponunt causam in libellis sic. cui
credens me debere ex tali causa: putà mutui, vel alia
&c.non curo siue apponatur: siue non.OPPOSITIO.Sed
non videtur,quòd libellus sit bene conceptus: nam nō
potest locum habere condictio: aut enim sciuit iste qui
soluit,& tunc non repetit,vt dictum est:aut ignorauit,
& tunc hæc ignorantia nō admittitur in proprio facto.
vt ff.ad Velleia.l.quanquam. Respondeo:in superiori
quæstione hanc quæstionem determinaui.Item sic con-
cipiet libellum,si certum est illud quod solutum est. si
autem sit incertū: putà,iter vel actus, vel aliquid quod
est in faciendo: quia omne factum hominis incertum
est.vt ff.de verb.obliga. l vbi autem non apparet.§.qui
id quòd tunc proponitur incerti condictio. vt ff. eod.
l.sed & si me.§.1.& l.qui exceptione.§.pen.QVÆSTIO. 5
† Sed illud quæritur , an sit proprium nomen actionis:
dominus meus notat in summa de condict.indeb.quòd
sit proprium nomen actionis.qua enim ratione dicitur
certi condictio,quando quid certum in obligationem
deuenit.vt ff.si cert.petat.l certi condictio. eadem ra-
tione dicitur incerti condictio : vbi incertum deuenit
in obligationem.domino meo visum fuit contrarium,
quòd nulla condictio dicatur incerti , ita quòd sit pro-
prium nomen actionis.nam & condictio sine causa di-
citur condictio incerti. vt ff.de condi. sine cau. l.qui fi-
ne.& actio ex empto dicitur incerti.vt ff.de act.emp.l.
si tibi liberum. quæ ideò dicitur incerti propter inter-
esse.vt ff si quis in ius vocat.non ier.l.vlt.quòd enim in
teresse dicatur incertum probant duæ leges ff.de re iu.
l.si quis ab alio.ff.de verb obligat.l. vbi autem non ap-
paret.§.qui id quod.licèt illud interesse incertum pos-
set fieri certum in petitione.vt ff.si cert.petr.l.certi cō-
dictio.in princ.& sic in priori actione de certi condi-
ctione generalissima notaui.Si enim esset proprium no
men actionis condictio incerti, iam posita esset rubri-
ca in corpore iuris:sicut & de alijs condictionibus po-
sitæ sunt·sed non inuenitur. Item in arbore actionum
quam fecit dominus Ioan.non inuenitur circulus in il-
la actione.ergo fatuum esset dicere qoòd esset propri-
um nomen actionis:& sicut & aliàs inueniuntur verba
similia. qui certam pecuniam petit numeratam , illa
actio-

actione vtitur, si certum petatur. vt ff. de tritica. l. 1. non tamen illa verba sunt actio. & alias qui rem suam esse dicit, in rem est actio: nõ tamen illa verba sunt proprium nomen actionis. vt Institut. de actio. §. 1. QVAESITO.
6 † Item quæritur quare quis tunc duabus exceptiõibus: scilicet, Velleiani & pacti conuenti solutum repetat: tutus exceptione Macedoniani & rei iudicatæ solutũ non repetat: vt in hac eadem actione notaui. Respondeo: primæ duæ sunt fauorabiles. vnde fauores prorogamus: & sic soluẽs repetit. aliarum duarum prima est odiosa, & ideò restringenda. vt ff. ad Macedon. l. 1. & ff. de liber. & posthum. l. cùm quidam. ff. de ventre in poss. mit. l. 1. exceptio etiam rei iudicatæ posset dici odiosa quodammodò: vt ideò soluens non repetat: quia non debent oriri lites ex litibus. vt C. de fruc. & liti. expen. l. terminato. & quòd sint odiosę lites argum. C. de iud. l. properandum. & in Authen. de litig. §. omnem verò. vel in except. rei iud. est aliud. vt in sequenti quæstione notabo.
7 QVAESITO. † Item quæritur si nullo modo tibi tenebar: & per sententiã iudicis sim tibi condẽnatus: ego sum debitor & cum effectu teneor: & agetur cõtra me actione in factũ: & sic res iudicata facit debitũ, quòd omni iure fuit indebitum: quare ergo non operatur contrarium: vt si ego tenebar tibi ciuiliter & naturaliter, & absoluar à petitione tua: quare non facit omnino indebitum? sicut hæc probantur arg. C. de reb. cred. l. actori ff. de bonis liberto. l. patronus. §. si quis mala mente. C. de re iudic. l. ff. de condi. inde. l. Iul. Respondeo: quòd res iudicata faciat debitum, ideò procedit, quia pro veritate accipitur. vt ff. de reg. iu. l. res iudicata. & ff. de statu ho. l. ingenuum. & ideò datur actio ex re iudicata. Ideò autem non potest facere omninò indebitum: quia si ego teneor ciuiliter & naturaliter & postea absoluar: res iudicata de iure ciuili non potuit tollere nisi solam ciuilem: naturalem non potuit tollere: quia ciuilis ratio ciuilia corrumpere potest: naturalia autem non. vt Institut. de iure. natu. gentium & ciuili. §. pe. & ideò soluens non repetit: quia naturaremansit debitor. vt in prædi. l. Iul. Illud autem notabile in fine istius quæstionis non omitto: qu[illegible]r hanc cõdictionem solummodò solutum indebitè repetatur: ciuilis accessio sicut vsura non veniat. vt C. eod. l. 1. licet Ir. dixerit contrarium per l. in fideicommiss. ff. de vsur. sed illud in naturali actione, est intelligẽdum. nec obstat etiam quod dicitur, vsuras vicem fructum obtinere, subaudi in bonę fidei non in contractibus stricti iuris. Item illud nota quòd aliquando soluo partem indebitè, & totum solutum repeto: vt si debeo 100. putãs me 200. debere: dedi tibi in solutum fundum 200. totũ repeto ne alioquin inuitus, & cum inuito remaneam in communione: ager tamen interim loco pignoris retinebitur donec 100. soluantur. secus in casu posito si aliquid solui in pondere, numero, vel mensura: tunc partem repeto. vt ff. eod. l. si non sortem. §. si centum. & §. idem Marcellus. Item nota. quòd si soluo, aut repeto sicut indebitum vt dictum est: aut non repeto, sed liberor. si est debitum. vt Insti. quib. mod. tol. oblig. vtrumque tamen non potest operari eadem solutio, & liberationem & repetitionem. vt ff. eod. l. si non sortem. & l. eleganter. Nisi in casu vt ff. de solu. l. in numerationibus. In casibus tamen si soluitur nec repetitur: nec cõtingit liberatio. & illum casum inuenit Neratius: vt qui promisit hominem in genere, soluit statu liberum. vt ff. eod. tit. l. Neratius. Hæc omnia pro maiori parte
8 sunt in summa domini mei C. eod. tit. † QVAESITO. Sed illud quæritur an aliquis soluendo indebitum dominium transferat. Respondeo, sic. in omnibus enim condictionibus præterquam in condictione furtiua, dominium trãsfertur: quia per illas nõ auocamus res nostras, sed nobis debitas. obligati sunt enim re quibus soluimus. vt Instit. qui. mo. re. contrahi. obli. Et sic obligatio non facit rem nostram: sed nobis debitam. vt ff. de acti. & oblig. l. obligationum substantia. nam nemo condicit rem suam præterquam à fure, à raptore, ab inuasore. vt vsufruct. quemadm. c. l. vltim. in fin. & ff. de tritic. l. 1. Sed probo contra: & maximè in condictione indebiti. nam ille qui soluit, iuuatur si errans soluit, vt supradictum est: sed nemo errãs transfert dominium. vt ff. de acquiren. rer. dom. l. si procurator. & l. cùm in corpus. & argumen. ff. si cer. pet. l. si ego. & ff. de contrahen. empt. l. in venditionibus. maximè enim qui errat non consentit. vt ff. de iurisdict. omn. iu. l. si per errorẽ. Respondeo: hic qui soluit, dominus erat rei solutæ, & voluit transferre dominium, & persona fuit quæ potuit transferre in quem voluit, licèt erraret in factu seu in qualitate. In l. si procurator. erratum fuit in persona: quia procurator rem suam putabat non vt suam, sed vt domini: in alijs legibus interueniunt errores iuris vt notat dominus meus in prædict. l. in venditionibus.

Si aliquis rem aliquam surripiat, tenetur illam rem restituere condictione furtiua.

De condictione furtiua. Rubrica.

1 *Actio furtiua vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones Actoris & Rei in condict. furt. & nu. 3.*
4 *Libelli in condictione furt. quomodo concipiantur. nu. 5.*
6 *Condictio furtiua quomodo concurrat cum condictione indebiti.*
7 *In Condict. furt. si soluens & in cuius nomine solutum est concurrant, quis præferatur.*
8 *Condictio furtiua vnde ortum habeat.*

EST & alia condictio, quæ appellatur furtiua: quæ quando competat ex sui prædicatione potest colligi. si enim aliquis aliquam rem mobilem per furtum surripuit, habes cõtra furem multas actiones: habes pœnale scilicèt furti manifesti quadrupli, non manifesti dupli. habes rei vendi. vel publicianam. habes ad exhibendum & condictionem furtiuam: & ideò vt fur pluribus actionibus teneatur. vt Instit. de acti. §. sic itaque. nec vna istarum per electionem intentata soluitur pœnalis & econuersò. vt ff. eod. l. si pro fure. §. si[illegible] actio. & C. eod. l. 1. Ideò de re mobili dico: quia rei immobilis non fit furtum. vt Instit. de vsucap. §. 1. & 2. Si enim aliquis à possessione rei immobilis expellatur, rem illam condicet per triticariam: sicut supra in actione tritica. notaui. Quod ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit dominus illius rei vel loco domini sicut tutor: soli enim domino competit. vt ff. eo. l. & suis hæredibus. tutori etiam credo competere, cùm sit loco domini. vt ff. de fur. l. interdum §. qui tutelam & ff. pro empt. l. qui fundum. §. tutor. Si autem non sit dominus, sed habeat ius in re subrepta: quia puta creditor vel similis datur ei condictio incerti. vt ff. eod. l. & ideò §. vlt. quam quidã dicunt proprium nomen actionis licet non sit: vt in superiori act. notaui: sed cum non credam proprium nomen actionis, dico quòd detur incerti in casu illo, id est, sine causa. Si autem non sit dominus nec habeat ius in re, sed rei possessionem, habebit triticariam. vt ff. de triti. l. 2. Si autem non sit dominus, nec habeat ius in re, nec possessionem, sed detentationem, vt commodatarius vel depositarius, colonus vel inquilinus vel similes omni actione videntur destituti de iure communi: & ideò illis succurritur per actionem in factum. vt C. lib. 11. de agri. & censi. l. si coloni. datur etiam condictio furtiua hæredi domini vt ff. eodem. l. sed nec. licèt Placen. de hoc dubitauerit. Secundum, quòd res sit furto subtracta: alioquin furtum non committitur: nec actio furti nec condictio furtiua locum habet. Tertium est necessarium, quòd sit fur, id est, qui rem ipsam contractet: si enim præstitit opem vel consilium, licèt teneatur actione furti non tamen tenetur condictione furtiua. vt ff. eod. l. cùm ex causa. §. proinde. Quartum, quòd condictio non sit nouata: nam si stipulor à furo quòd mihi ex condictione furtiua dare facere oportet animo nouandi, nouatur condictio. Verum si stipulor à fure animo nouandi rem meam, non est facta nouatio:

natio : & est ratio, quia in primo casu stipulor, quòd
mihi debetur, scilicet interesse, quod sum habiturus
ex condictione furtiua. In secundo casu stipulor rem
meam, quæ stipulatio nulla est. vt ff. de verb. obligat. l.
scire. §. vlt. & l. nemo. & ff. de solut. l. qui decem. §. cum
meo. Quintum, quòd res per furtum sublata, nõ sit ob-
lata ipsi cui subrepta fuit : oblata dico à fure, vel ab a-
lio, siue res sit præsens, siue absens. vt ff. eod. l. parui re-
fert. Tollitur enim cõdictio furtiua per nouationem,
obligationem, delegationem: vt in eadem l. in fi. tamé
hoc intelligas de oblatione, quòd tollatur condictio, si
res illa pereat. Et est hoc mirabile, quòd per solam ob-
lationem liberetur fur ab interitu rei, cùm sit odibilis,
& fures & raptores semper sint in mora, nec liberen-
tur propter interitum rei. vt ff. eod. l. in re furtiua. arg.
ff. de vi & vi arm. l. 1. §. rectissimè. & hoc verum est, si
obtulit: nõ autem ita si paratus sit offerre, vel suscipe-
re iudicium. vt ff. eo. l. vlt. Si autem res non pereat, sed
sit in rebus humanis, non credo per oblationem tolli
cõdictionem furtiuam, licèt per nouationẽ & delega-
tionem tollatur: sed in eo casu quando res interijt, vt
dictum est. & arg. ff. de solu. l. si soluturus. & l. qui decẽ.
§. 1. Nec obstat l. qui decem. §. cùm mihi, in fi. ff. de solu.
vbi dicit, nõ videtur seruus oblatus propter absentiã.
Solutio duplex quòd ibi dicitur intelligas, quando sti
pulatio interuenit, & nõ animo nouandi, tunc stipula-
tio nõ habetur pro oblatione, ex quo seruus mortuus
erat, & sic nõ videtur obtulisse propter absentiam. Cæ-
terùm si interueniret stipulatio nouãdi animo, siue sit
præsens seruus, siue absens videtur facta nouatio, vt in
prædicta l. parui. Sextum est necessarium, vt domi-
nium non sit mutatum : & si est mutatum, non sit
mutatum ex voluntate, sed ex necessitate : nam hæ-
res pendente cõditione si res legata suscipiatur, nihil-
ominùs habet cõdictionem furtiuam, & rei vendic. vt
ff. eod. l. & ideò. & ff. de rei vend. l. nõ ideò minùs. & ff.
eod. l. fine. & l. si seruus furtiuus. Idem est, quod ex ne-
cessitate recedit: pone, quòd tu prouocasti me ad iudi-
cium communi diuidundo, & res fuit tibi adiudicata,
nihilominùs habeo cõdictionem pro parte mea, licèt
nunc mea nõ intersit, sed interfuit: & si mihi essent ad-
iudicata, fortè tibi nõ daretur. vt ff. eo. l. & ideò. In hac
2 autem actione Act. fac. tal. pos. † POSITIO ACTORIS. Ego
dico, quòd sum dominus rei talis. Item rem istam per
furtum subtraxisti. Item fuisti fur principalis rem me-
am contrectando. Itẽ multotiens petij, & recusasti red-
dere. Item Titius me prouocauit ad iudicium cõmuni
3 diuid. Econtrà Reus fac. tal. pos. † POSITIO REI. Ego di-
co, quòd Titius fuit dominus rei talis. si cõfit. Act. exclu
dit seipsum : qui enim rem suam alienã dicit, seipsum
excludit. vt ff. quand. appellan. sit. l. procuratorio. Item
Seius rem istã solus cõtrectauit. Item cõdictionem cõ-
petentem nouasti. Item rem furto subtractã obtuli. Itẽ
res illa nõ est in rebus humanis. Item tu prouocasti ad
iudicium cõmuni diuidundo, & fuit socio tuo adiudi-
4 cata res. In hac aũt acti Act. cõcipiat sic libell. † LIBEL-
LVS. Ago ego R. cõtra Titium, qui mihi surripuit codi-
cem meum: vnde ipsum codicem ab eo condico : pro-
pono cõdictionem furtiuam. Quòd sic rectè concipia-
tur libellus, dicit ff. eo. l. 1. & l. cùm ex causa. & ideò di-
xi meum, quia hæc soli domino datur. sic concipies li-
bellum, quando tua nõ interest, nisi quod res illa resti-
5 tuatur tibi. Sed si tua interest, dices sic: † LIBELLVS.
Ago cõtra Titium, qui mihi surripuit seruum meũ, qui
fuit institutus hæres à Titio, & eius hæreditatem adire
nõ potuit, propterea quòd subtractus fuit à te: vnde ip-
sum seruum cõdico, & ad interesse meum hæreditatis
illius quod æstimo 100. propono condictionem furti-
uam. Quòd sic rectè cõcipiatur libellus, dicit ff eod. l.
si condicatur seruus. OPPOSITIO. Sed opponitur:
qui proponit cõdictionem, dicit aduersarium oporte-
re ei dare, quod est accipientis facere. vt ff. de verb. ob-
lig. l. vbi autem nõ apparet. § vlt. & tu dicis in libello,
cõdico rem meam. si est tua, ergò ampliùs tua fieri non
potuit. vt Institut. de legat. §. sed si rem legatam. & In-
stitut. de action. §. sic itaque. malè ergò dicimus, con-
dico rem meam, cùm semper rem mihi debitam condi-
cam. Respondeo, verum est quod opponis cõtra alios,
& non contra furem. vt ff. vsufruct. quemadm. cap. l. vl-
tim. in fin. odio enim furis inductum est, vt pluribus a-
ctionibus teneatur, vt licèt dare non possit, intentetur
tamen contra eum, te oportere dare, & sic intentatur
condictio furtiua : sicut & aliàs in triticaria. vt Instit.
de actio §. sic itaque discretis. & ff. de triticar. l. 1. OP-
POSITIO. Item in eo quod interesse petitur, opponitur.
Certum est, quòd in actionibus & in iudicijs illud in-
teresse consideramus, quod est circa rem, & circa da-
mna, non autem circa lucra. hic autem Actor petit in-
teresse, quod est in lucro, & nõ in dãno: cùm damnum
sit diminutio rei nostræ. vt ff. de dam. infect. l. 2. & in bo
næfidei actionibus non habetur ratio lucri, nedum in
condictionibus, quæ sunt stricti iuris. vt ff. de act. emp.
l. si sterilis. §. cùm per venditorem. Respondeo, genera-
liter verum est, quod opponis : tamen in casibus habe-
tur ratio lucri, vt hic, ratione odij delinquentis. Secũ-
dò in leg. Aqui. vbi amisisse videor quod lucrari potui.
vt ff. ad leg. Aquil. l. si seruum meum. Tertiò, in actione
rerum amotarum. vt ff. rerum amot. l. si mulier. §. rerũ.
Quartò in actione furti. vt ff. de furt. l. si is cui commo-
dani. §. vltim. Quintò, in actione arbitraria, quotiens
quid certo loco promittitur. vt ff. de eo quod cert. loc.
l. non vtique. §. vltim. in fin. Sextò, in stipulatione rem
ratam haberi. vt ff. rem ratam hab. l. si commissa. Septi-
mũ, in actione locati. vt ff. loca. l. si in lege. §. colonus. &
l. in quo venit. & l. si fundus quem, in fine. aliàs non ha-
betur ratio lucri. vt ff. ad leg. Rhod. de iact. & l. 2. §. por-
tio. † QVAESTIO. Item quæritur : leges videntur vel- 6
le, quòd cõdictio furtiua cõcurrat cum cõdictione in-
debiti. & hoc notatur in persona procuratoris soluen-
tis pro parte mea alicui, qui dicebat se creditorẽ, cùm
non esset. nam & procuratori datur condictio furtiua:
& mihi domino ratum habenti datur condictio inde-
biti. vt ff. eod. l. quoniam. hoc etiam notatur in persona
falsi procuratoris recipiẽtis nomine creditoris, quod
cõdictio indebiti detur illi, cuius nomine solutio fa-
cta est, si habeat ratum : & condictio furtiua datur sol-
uenti. vt dicit ff. de furt. l. si vendidero. §. vlti. nõ enim
videtur, quòd istæ duæ cõcurrant. in cõdictione furti-
ua nõ dico translatum dominium, vt superiùs dixi. in
cõdictione indebiti dominium dico translatum : ergò
eiusdem rei dico translatum dominium, & nõ transla-
tum. & hoc esse nõ posset, quòd eiusdem rei esset trans-
latum dominium, & nõ translatum. Respond. hoc con-
tingit propter diuersitatem personarum : nam quoad
solutionem nõ transfertur dominium, & sic datur sibi
cõdictio furtiua. quantum ad alium, cuius nomine so-
luta est, dominium translatum est, & sic datur sibi in-
debiti cõdictio : non tamen competit vtraque, sed v-
na tantùm: quia vna intentata altera locum non habet:
cùm vtraque detur ad rem persequendam. vt ff. de cõ-
dict. fur. l. quoniam. in fin. † QVAESTIO. Sed illud quæ- 7
ritur: si cõcurrant isti duo, & soluens & is cui nomine
soluta est, quis præfertur? Respond. dominus cuius no-
mine solutio est facta, si habeat ratum sibi acquiritur
incõtinenti cõdictio indebiti, & ipsum credo præfer-
ri. † QVAESTIO. Sed illud quæritur, vnde oriatur ista 8
cõdictio furtiua : nam non oritur ex cõtractu vel qua-
si: hoc certum est: neq ex maleficio vel quasi : sicut in-
frà videbis. Respond. dicunt quidam eam oriri ex va-
rijs figuris causarum. nunquàm enim causæ variæ con-
ueniunt ad pariendam actionem aliquam : sed tantùm
vna causa. vel erit cõtractus vel quasi : vel erit malefi-
cium vel quasi : & verba illa quibus ipsi decipiuntur,
aut ex varijs figuris causarum, quæ habes ff. de actio. &
oblig. l. 1. sic expono varijs figuris causarũ, id est, quasi
cõtractus vel quasi maleficia: quia dixerat quod actio-
nes orirentur aut ex cõtractu, aut ex maleficio, aut va-
varijs figuris causarũ, id est, quasi cõtractu & quasi ma
leficio. similia verba sunt in Inst. de act. §. 1. & alijs qui-
busdam modis. Dom. tamen meus sic notat in fine sum-
mæ. C. eo. tit. dicẽs eã benè oriri ex varijs figuris causa-
rũ: nam propter multa specialia, quę in hac actione de-
fide-

ſiderantur, dicit eam ex varijs figuris cauſarum oriri. nam non ſortitur naturam earum, quæ ſunt ex delicto vel quaſi: quia illæ dantur non aliter, etiā in manumiſſum, quod hic nō eſt. vt ff. eodem. l. quod ab alio. Item ille non dātur in hæredes, ſi nihil ad nos peruenit, vel niſi lis ſit conteſtata cum mortuo. vt ff. de acti. & oblig. l. conſtitutionib. & C. ex delic. defunc. in quant. hæred. conuen. l. vnica. & ff. de calumnia. l. in hæredem. hęc autem datur in hęredē, etſi nihil ad eum peruenit. vt Iuſtit. de obligat. quæ ex delic. naſc. §. vltim. nec obſtat ff. de compenſat. l. ſi ambo. §. quoties. cùm enim dixerit ſuprà, compenſationem locum habere in actione quæ oritur ex maleficio, & ſubijciat, idem eſt etſi cōdicatur ex cauſa furtiua: ergò condictio furtiua non eſt ex maleficio. Item non imitatur naturam illarum, quæ ſunt ex contractu vel quaſi: quia illæ non dantur non aliter. vt ff. de his qui deiec. vel effud. l. 1. §. cùm ſeruus. hęc fit pro ſeruo. vt ff. eodem. l. ſi ſeruus. omnibus tamen argumentis ſic inductis poteſt dari inſtantia. Nam non ſequitur argumen. quòd non ſit ex maleficio, ideò quia detur cōtra hęredes, etiā ſi nihil ad eos peruenit. nam repetundarum datur contra hęredes, etiam ſi nihil ad eos peruenit. vt ff. ad leg. Iul. repet. l. 1. ergo non ex maleficio: non eſt verū. Item alij argum. quod inducitur, do inſtantiam. datur ad intereſſe: ergo non eſt ex maleficio. vt ff. eodem. ſi ex falſa cauſa. interdictum quod vi aut clā. & actio de dolo dantur ad intereſſe, ergò non ſunt ex maleficio. vt ff. quod vi aut clam. l. denique. §. ſi ſocijs. & ff. de dolo l. & arbitrio. Idem in actione in factum, quæ deſcendit ex edicto, de eo per quem factum eſt quominùs &c. quæ datur ad intereſſe, & eſt ex maleficio. vt ff. de eo per quem factum eſt. l. vltim. illi argumento datur inſtantia: datur non aliter: ergò non eſt ex contractu. Fullo ſeruus ex ante geſto nō tenetur: ſed tamē ſi pecuniam pro libertate promittat, tenetur: ergò non ex contractu. vt C. an ſeruus ex ſuo facto poſt manu. l. promiſſæ. In hac cōdictione multa ſunt caſualia. nam tenetur infans & furioſus quotiens furi ſuccedunt: licèt cum his agi non poſſit. vt ff. eod. l. 2. Item ſemper deprehendit moram, quāta res vnquàm plurimi fuit. vt ff. eodem. l. in furtiua. Item & ſi impenſa fiat à fure in re furtiua, non deducetur: imò condemnabitur mihi fur, habito etiam reſpectu ad id quāti res melior facta ſit. vt ff. eodem. l. ex argento. Item quicquid eſt reſiduum condicitur: nam & boue mortuo condicuntur cornua. & etiam de vuis vinacia. vt ff. eodem. l. ſi ſeruus furtiuus. § penultim. & vltim. ſunt alia caſualia, vt ſuperiùs dictum eſt.

De condictione ex lege. Rubrica.

1 *Condictio ex lege, cùm ex legibus nouis ſemper competat. quare compoſitores illam in Rubrica poſuerint.*

2 *Libellus in condictione ex lege, quomodo formetur.*

3 *Condictio ex lege, an ſit rei perſecutoria, pœnalis vel mixta.*

EST & alia condictio, quæ appellatur cōdictio ex lege: quæ competit in eo caſu, quoties per legem inducitur obligatur, & non eſt cautum in lege, quo genere actionis experiamur. vt ff. de condictio. ex lege. l. 1.
1 † QVAESTIO. Sed illud quæritur: cùm ferè iſta condictio competat ſemper ex legibus nouis, vt infrà videbitur in exempliſ. quare compoſitores poſuerunt illam Rubricam in ff. veteri. Reſpondeo: idcò ne videant illum librum imperfectum feciſſe: licèt enim nullum exemplum habeas de ff. veteri: tamen cùm tractauerint in illo libro de condictionibus, appoſuerunt & de iſta. & breuiter & modicè notemus exempla: ſicut & notat Dominus Ioan. in quibus locum habeat hæc condictio ex lege. Competit hæc condictio in vaſis ſacris ſine cauſa venditis. vt C. de ſacroſanc. eccle. l. ſancimus. pro arbitrio, quod non eſt pœna vallarū, tranſactis decem diebus oritur ex lege condictio. vt C. de arbitris. l. ne in arbitris. Pro ſalario Aduocatorum, quādo nudo pacto promittitur. vt C. de iudic. l. properandū, in fi. Pro ſuffragio, quod datur ſuffragatoribus, qui propriè Aduocati non dicuntur. vt C. de ſuffragio. l. vnica. & ff. de var. & extraordina. cognit. l. 1. pro ſupplemento quartæ, quandò pater minùs legitima portione filio dereliquit. vt C. de inoffic. teſtamen. l. ſancimus. Pro reuocanda inofficioſa donatione vt C. de inoffici. donat. l. ſi totas. Pro hæreditarijs negotijs: vt quando poſſeſſor hæreditatis conuentus ab eo qui non erat hęres, & pronunciatum eſt pro petitore qui non erat hæres, repetit ea quæ ſoluit creditoribus: nam ſi verè eſſet hæres etiam iure veteri, haberet actionem negotiorum geſtorum. vt C. de petit. hęred. l. vlt. §. vlt. contra ſeruum actorem manumiſſum, vt reddat rationem villicationis ſuæ. vt C. de petit. hæred. l. vlt. §. vlt. Pro inuaſionibus contra omnes inuaſores. vt C. ſin. regun. l. ſi conſtiterit. C. vnde vi. l. meminerint. & l. ſi quis in tantam. & l. non ab re & l. conquerebatur. Pro vſuris promiſſis pacto nudo ciuitati. Pro frumento vel hordeo nudo pacto promiſſo: & pro nautica pecunia, & quando datur pecunia pugnatori athletæ vel piſcatori, in quibus caſibus ex nudo pacto debetur vſura: aliàs non debetur circa vinculum ſtipulationis, præterquàm in contractu bonæ fidei. vt C. de vſur. l frumenti. & ff. de vſur. l. etiā. & ff. de naut. fœno. l. periculi. & C. de pact. int. empt. & vend. l. initio. Pro duplandis arris, ſi pœniteat venditorem. vt C. de fide inſtrum. l. contractus. Pro duplandis etiam arris ſpōſalitijs, ſi pœniteat ſpōſum. vt C. de ſponſ. & arris ſponſ. l. vltim. Pro antipochis faciendis a debitoribus creditoribus. vt C. de fide inſtrumen. l plures. Pro reuocando filio à patre vendito. vt C. de parentib. qui filios diſtrax. l. vlti. Pro cōtractu emphyteutico. vt C. de iure emphyt. l. 1. Pro rebus locatis, ſi vult reſtituere cōductor. vt C. loca. & cōduc. l. pen. & C. vnde vi. l. non ab re. Pro donis repetendis à ſponſa, quando matrimonium non completur. vt C. de donat. ante nupt. l. cùm veterum. Pro rebus erogatis cauſa pietatis. vt C. de nupt. l. patrem. Pro lucro quartæ, quando celebratur diuortium. vt C. de repud. l. vlt. Contra ſubreptorem fugitiui ad pœnam petendam. vt C. de fugit. l. quicunque. Contra debitores creditoribus hæreditarijs. vt C. de iur. delibe. l. ſancim. §. ſi verò. Ad petendam miſſionem in bonis quondā teſtatoris. vt C. de edict. D. Adriani tollend. l. vlti. Contra illum qui perperàm manumittit, & contra perperam manumiſſum. vt C. de his qui à non dom. manum. l. vlt. Pro poſſeſſionibus alicuius viuentis vacantibus occupatis. vt vi C. vnde vi. l. conquærebatur. Contra donatorem, vt compleat donationem. vt C de dona l. ſi quis argentū. & Inſtit. de actio §. aliæ. Pro donatione reuocanda. vt C. de reuoc don. l. vlti. Contra illum, qui retinet liberū hominem pro debito. vt in Authent. vt nulli iudi §. quia verò. Pro compendijs litigioſi contractus. vt C. de litig. l. vltim. Contra illum, qui pignorat alium pro alio. vt in Authent. vt pigno. non fiant. Pro ſeruis etiam torris. vt ff. ad legem Iul. de adulte. l. quòd ex his. & ſic nullum caſum habes in digeſtis, in quo competat condictio ex lege: niſi illū pro ſeruis. & breuiter vbicūq; ſecundū iura noſtra oritur actio ex pacto nudo præterquàm in pecunia conſtituta, vbi oritur ſpecialis actio de conſtit. pecun. vt Inſti. de act. §. de conſtitu. ibi locum habet condictio ex lege. Vnde in hac condictione ex lege non potuit ſequi tractatus aliorum cōdictionum, faciendo poſitiones pro Actore & Reo: & dicēdo ad hoc vt locum habeat, quot ſunt neceſſaria, cùm in multis caſibus competat. vnde quilibet ſtudioſus per ſe videndo naturas aliarum actionum poterit poſitiones formare. libellum tamen non omitto, & vnicū noto pro omnibus, exempli gratia, vt fecit Iulianus, qui cùm multis abundaret exemplis, vnum ponere contentus fuit. vt ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus. & ff. ad legem Cornel. de falſis. l. ſi quis obrepſerit. & ff. de vi & vi arm. l. 1. §. quod vulgò. 2
† LIBELLVS. Ago ego contra Titiū, qui cùm mihi vendidiſſet equum talem pro decem, & ego dederim ſibi pro arris tria, & nunc à venditione pœniteat, arras ipſas mihi duplari peto: & propono condictionem ex lege. vt C. de fid. inſtru-

ftru.l.contractus. Item ago contra talem qui rem mihi talem donauit. vnde quòd eam mihi reddat ago contra eum, propono condictionem ex lege. vt C. de dona.l.si
3 quis argen.& Inst.de acti.§.aliæ. †QVAESTIO. Sed illud quæritur nunquid ista condictio ex lege sit rei persecutoria, vel pœnalis, vel mixta. Item vtrum sit possessorium iudicium vel petitorium. Item vtrùm detur hæredi, vel in hæredem, vel non. Respondeo, de sui natura omnis condictio est personalis & ciuilis. vt Instit. de actio.§.aliæ.& §.sic itaque. in casibus, inuenitur rei persecutoria seu rerum persecutoriarum naturam habere in cõtractibus emphyteuticarijs: in donationibus perficiendis, in donationibus rescindẽdis, in donis à sponsa repetendis & consimilibus, vt superiùs diximus. Itẽ inuenitor pœnalis hæc cõdictio ex lege in lucro quartæ, quandò interuenit diuortium. In perperàm manumissis, vbi oportet quòd soluant duo vel tria mancipia: si liber homo detinetur pro debito. mixta inuenitur persecutoria rei, vt pœnæ in inuasionibus, in arris duplandis ex contractu emptionis, in arris sponsalitijs duplandis, in rebus locatis vel precariò concessis petendis, in fugitiuorum & susceptorum pœnis, in compendijs litigiosis contractus, in pignorationibus pro alijs perpetratis, in seruitutis, in possessoria, in inuasionibus factis in rebus locatis, seu precariò concessis retentis, in possessione hæreditatis quandò petitur missio, in possessione vacãte occupata. Quædam & pro maiori parte dantur hæredibus & contra hæredes. hæredi autem non dantur illa quandò reuocatus donatio contra hæredes, non dantur pœnales.

Si aliquis possideat rem tuam, vel si tua non est, habes tamen ius in ea, & eam velis vendicare, potes agere contra eum actione ad exhibendum.

De actione ad exhibendum. Rubrica

1 *Actio ad exhibendum vt competat, quot requirantur.*
2 *Contra possidentem actione ad exhibendum, quomodo agi possit.*
3 *Positiones actoris & Rei in actione ad exhibẽdum. nu. 4.*
5 *Libelli in actione ad exhibendum quomodo concipiantur.*
6 *Vendicare rem, & agere ad exhibendum volens, vtrùm primò ad exhibendum agere debeat, & posteà rei vendicatione: an eodem libello vtrunque tractare debeat.*
7 *Sententia dua in actione ad exhibendum si simul ferantur, an vna possit esse interlocutoria, alia diffinitiua, vel contrà.*

SI aliquis rem aliquam tuam mobilem, vel si tua nõ est, ius tamen habeas in ea: vel aliàs tua intersit, & sic vis eam vendicare, agere potes primò ad exhibendum actione, per quam actionem exhibebit tibi reus rem illam, vt habeas copiam rei vendendæ, palpandæ, tangendæ & cognoscendæ, quæ exhibitio fiet corã iudice, vt ff.eod.l.1.& 2. Vnde hæc actio necessaria est propter ista, vt dicit ff.eo.l.1. OPPOSITIO. Sed non videtur necessaria. nam & rem meam mobilem vendico; & sic non ago ad exhibendum. Respondeo, est necessaria, & propter vtilitatem & necessitatem in casibus, vt vbi inclusa sunt aliqua vel immissa, pro quibus ago, vt exhibeantur primò, & exhibita eximantur: nunquàm enim possem aliter vendicare. vt ff. eod.l gemma. fal luunt ista in tigno immisso in ædificio, pro quo non agitur ad exhibendum, sed de tigno iniuncto, vt in prædict.l.gemma. & est ratio, ne dirutis ædificijs vrbs deformetur. vt ff.ne quid in loc.publ.l.fi.in fi. & ff.de tig. iniunc.l.1. & ff.de rei ven.l.in rem actio. & hoc si bona fide tignum immittat: cæterùm si mala fide, videtur lex velle quod teneatur ad exhibendum, vt in prædi.l.in rem.& de tig. iniun.l.1.in fine. quasi quòd dolo desierit possidere, sed tunc tenetus non vt eximat, sed vt pretiũ restituat pro interesse suo. vt ff.de sol.l.qui res.§.vlt.in fi. pro alijs rebus adiunctis & immissis per applumbaturam fuit hæc actio necessaria, vt separentur primò: secùs si per ferruminationem. vt ff.eo.tigni.& Instit.de rer.diuis.§.cùm in suo.& ff.de rei vend. l.in rem. Item & in alio casu est necessaria, quãdo vnus de seruis tuis dedit mihi damnum: ignoro nomen eius. totam familiam exhibebis, vt illum agnoscam. vt ff.eo.l.3.§.si quis noxali. propter vtilitatem, vt rem illam ostẽdam testibus, quos inducere debeo pro re illa, quam posteà petiturus sum, vt rem illam recognoscãt, actio ista est necessaria. † Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt 2
necessaria. In primis, quòd intersit agentis hac actione vti. vt ff.eod.l.3.§.1.1.& 3. vbi multa notantur exempla. & §.sciendum.& §.Pompo. Secundum, quòd intersit agẽtis & pecuniariter. vt ff.eo.l.si liber homo. Tertium, vt intersit agẽtis ex iusta causa. vt ff.eo.l.pe. Quartum, quòd intersit agentis, vtroque tempore lit. contest. & tempore sententiæ. vt ff.eo.l.tigni.§.idem scribit. quod intelligo si à litis cõtest. tempore incipias, quod vtrunque tempus consideratur. cæterùm sufficit si tua intersit tempore sententiæ, sicut iam dicemus in positionibus, & sicut vides in hoc simili, nulla possessio amittitur nisi interueniat corpus & animus. vt ff. de acquir. possess.l.quemadmodum. hoc verum est, si à corpore incipias: verùm si ab animo, sufficit solus animus ad amittendam possessionem. vt ff.de acquir.possess.l.possideri.§.in amittenda. in alijs autem personalibus sufficit si interfuit actoris saltem tempore lit. contesta. vel sententiæ. vt ff.de ser.corrupt.l.doli.§.vlt.& ff.de fur.l. Inter omnes. & ff.si quis cau. l.qui autem nouo.§.illud. & ff.de edendo.l.vbi.§.is autem. Quintum, quòd res sit mobilis, de qua agitur ad exhibendum. pro re enim immobili non potest agi, nec potest ab aliquo exhiberi. ipsa enim se exhibet. vt C.lib.10.quan.& quib.quar. pars de bon.decur.debe.l.1.§.sed vbi. Sextum, quòd actor habeat nota signa rei, per quæ reus possit esse instructus. vt ff.eod. l.in hac actione. in princ. quid autem si actor signa rei non nouit: admittit dominus meus, quòd sibi iuranti succurratur, vt aliàs.ff.de fur. l.in actione.& ff.depositi.l.1.§.si cista.& ff.de rei vend.l.si in rem notaui.& nihilominùs tenetur exhibere. vt ff.eo. l.3.§.si quis noxali. Septimum est necessarium ex parte rei, quòd reus ille possideat siue ciuiliter & naturaliter: siue naturaliter tantùm, siue ciuiliter tantùm, vt ff. eod.l.3.§.vltim. & l.nam cum eod. & l. si quis merces. Octauum, quòd ita possideat, quòd habeat facultatem rei restituendæ: alioquin licèt possideat, si tamen non potest restituere, non tenetur vt exhibeat, sed vt caueat se exhibiturum, si in potestatem eius peruenerit, vt de seruo in fuga constituto. vt ff.eo. l.si quis merces.§.vlt. Nonum, quòd possideat tempore lit.contest. & sententiæ. hoc verum est si à tempore lit. contest. incipias. cæterùm si à tempore sententiæ sufficit. vt ff.eo.l.tigni.§. pen.& vlt. non datur ad exhibendum contra illum qui tantùm tenet sicut contra illum, qui mittitur in possess. causa rei seruandæ. vt ff.eod. l.si quis merces.2.responso. Item commodatarius, depositarius, colonus, seu inquilinus rei mobilis, licèt impropriè dicantur, sed possent dici conductores, qui non possident. vt ff.commodati.l.rei.& ff.depositi.l.licèt.§.rei.& ff.loca.& condu. l.non solet. & ff.de vsucap. l non solùm.§.quòd vulgò. Itẽ creditor qui possidet. Itẽ fructuarius qui nõ possidet, subaudi, ciuiliter: naturaliter tamen sic. vt ff.de acqui.possess.l.naturaliter, & ff.de vi & vi ar.l.idemque. §.vnde vi. Item missus in posses. causa rei seruandæ, qui non possidet, sed tantùm tenet. vt ff.de acqui. poss.l.possideri.§.vlt. omnes isti tenentur ad exhibendum actione, siue sit singularis persona, siue vniuersitas. vt ff. eò. l.si quis merces.§.1.2.& 3.& l.3.§.vltim. aliter tamen & aliter tenentur isti actione ad exhibendum: creditor enim tenetur vt possessionem det debitori: alij sic tenentur exhibere vt ipsi remaneant in possessione causa rei seruandæ, & fructuarius vtatur & fruatur. vt ff.eo.l. si quis merces.§.idem Iulianus. †QVAESTIO. Sed quæritur quomodo contra prædictos agatur ad exhibendum præter quàm contra creditorem. Certum est, quòd 3

licèt aliquis mittatur in possess. causa rei seruandæ: ta-
men dominus non est de possessione deijciendus: imò
possidet, vt ff. de dam. infect. l. si finita. §. si quis autem. si
ergo dominus possidet, quomodo aget ad exhibēdum?
Similis quæstio circa prædictas personas posset notari
in rei vendica. cùm possidenti actio non sit prod ia, vt
Institu. de actio. in princip. Respondeo: Actio ad exhi-
bendum habet locum pro re mobili. vnde licèt domi-
nus habeat ciuilem, tamen quia illi rem illam tenent,
ideò domino datur actio. quod ergo dicitur possidenti
non datur actio, subaudi, & tenenti: vel non datur ne-
gatoria, nisi in casu, vt ibi dicitur. Decimum, quòd do-
lo desinat possidere, tunc enim tenebitur vtili[illegible] exhi-
bendum, ac si possideret, sicut & tunc tenetur [illegible] rei
vendi. vt ff. eod. l. Iulia. scribit, si hominem. in princip.
& ff. de noa. l. electio. §. 1. Vndecimum, quòd rem illam
exhibeat in eade forma in qua fuit: licèt res illa sit de-
terior, nam tunc agitur actione in factum pro deterio-
ratione. vt C. eod. titu. l. exhibitionis. si enim est in alia
forma, nō videtur exhibita, quia forma rei est esse rei.
vt ff. eod. titu. Iul. scribit. § sed & si quis. Duodecimum,
quòd exhibeat rem in eodem statu & causa, in qua fuit
cùm iudicium acciperetur in nullo casu læsam: si ergo
exhibeat vsucaptam non videtur exhibere, vt ff. eod. ti-
tul. l. Iul. scribit. §. quantum. †Tertiumdecimum, quòd
sibi exhibeatur vbi fuit res cùm lis contestaretur, peri-
culo & impendijs actoris perferenda, nisi forte dolo
possessoris res translata sit aliò: tunc suis sumptibus ad-
ducet, vt distinguitur ff. eod. l. sed & si hæreditas. §. quo
autem loco. Quartomdecimum, quòd possessor nul-
lam iustam causam obijciat quare repellat actorem, vt
ff. eod. l. 3. §. ibidem. putà, pacti, rei iudicatæ: quam in
continenti debet probare, aliàs non audiretur. Quin-
tumdecimum ex parte actoris, scilicet quòd probet se
dominum si vult agere ad exhibendum pro instrumen-
to: aliàs aget in factum: pro instrumento dico, non te-
stamento. vt ff. eod. l. 3. §. interdum. pro testamento e-
nim solus hæres agit ad exhibendum & nullus alius.
alij vt legatarij habent interdicta, scilicet contra ne-
gantem de tabu. exhibend. contra confitentem, quem-
admodum testamenta aperiantur & describantur. vt
ff. eod. l. 3. si quis extra hæredem. & ff. quemadmo. testa-
men. aper. l. 1. §. vltim. & hoc casuale in charta, quòd de-
beo probare me dominum. Sed qualiter probabo: sic,
quod emi chartam, & dedi tabellioni, & ipse in ea scri-
psit instrumētum. nam literæ chartæ cedunt, vt in præ-
dicto §. interdum. & Institut. de rer. diuisio. §. literæ.
Item in hac actione, quòd tua intersit summatim debet
Iudex cognoscere, vt ff. eod. l. 3. §. sciendum. Sed quali-
ter accipimus hìc, summatim? dicit dominus meus per
sacramentum, vt ff. eod. l. thesaurus. Vnde in hac actio-
3 ne actor faciat tales positiones. † POSITIO ACTORIS.
Ego dico, quòd res illa pro qua ego ad exhibendū ago,
mobilis est. Item interest mea, vel quia dominus, vel
quia creditor, vel quia aliàs ius habeo in re. Item in-
teresse illud pecuniarium est. Item interest mea tem-
pore sententiæ. Item res [illegible] talia signa habet. Item rem
illam tu possides seu [illegible]. Item rei illius habes facul-
tatem restituendæ. Item rem illam dolo tuo desijsti
possidere. Item rem illam in ali[illegible] forma exhibuisti.
Item rem illam exhibuisti vsucaptam mihi. Item ego
sum dominus instrumēti i[illegible]ius. Item ego dedi chartam
tabellioni, in qua scripsit illud instrumentum. E contrà
4 reus fa. tales positio. POSITIO REI. †Ego dico, quòd res
illa quam petis immobilis est. Item tua desijt interesse.
Item res illa habet alia signa, & prorsus diuersa a sig-
nis tuis. Item rem illam possidet seu tenet Titius. Item
deest mihi facultas rei i[illegible]ius [illegible]estituendæ. Item in ea-
dem forma rem i[illegible]am exhibui. Item in eadem causa.
I[illegible]m tu fecisti mihi pactum de non petendo. In hac
5 autem actione cōcipiet actor si[illegible] libellum. †LIBELLVS.
Ago contra [illegible]lem qui rem talem tenet seu possidet, quā
di[illegible]o meam esse, vel mi[illegible] pro 20. obligatam à tal[illegible], vel
quia in ea vsumf[illegible]uctum habeo. vnde [illegible]em illam ab eo
exhiberi peto: propono actione ad exhibendum. Quod
sic rectè concipiatur libellus dicit ff. eod. In hac actio-
ne. §. 3. Ideò dico rem talem vt desinet signa. Item ideò
pono multas causas, quia potest tua multiplicitet in-
teresse, vnam causam tamen prosequeris. OPPOSITIO.
Sed non videtur, quòd actio ista possit intentari: in pri-
mis enim actio ista personalis est, vt ff. eod. l. 3. §. est au-
tem. quomodo ergo datur contra possessorem: cùm na-
tura personalium non sit talis? Respondeo, sunt quæ-
dam personales, quæ habēt realium naturam, sicut ista,
condictio furtiua, Caluisiana, Pauliana in factum, Fa-
uiana. sicut interdicta quædam, quæ ipsa personalia
sunt, sicut actio quòd metus causa, quæ personalis est:
quæ tamen omnes rem persequuntur, vt ff. de condict.
furt. l. 1. l. si pro fure. §. condictio. & l. in re. & ff. de his
quæ in fraud. credit. l. ait prætor. & ff. de interdict. l. 1.
ff. quòd metus causa l. metum. §. volenti. & §. cùm au-
tem hæc actio. In merè autem personalibus benè op-
ponis. Item si personalis vnde oritur ex contractu vel
quasi, vel ex maleficio vel quasi. Respondit dominus
meus in fine summæ istius tituli, quod sit ex quasi con-
tractu: licèt quidam dicant illam anomalam seu pan-
tomimam, id est, irregularem. & quidam dicunt, quòd
sit in rem. dicitur tamen in personam propter perso-
nales præstationes, quæ veniunt in eam sicut in summa
domini mei de his notatur. † QVÆSTIO. Illud etiam 6
quæritur, si aliquis vult rem vendicare, & vult agere
ad exhibendum: vtrum primò debeat agere ad exhi-
bendum, & posteà rei vendicatione, an in eo libello
possit dicere rem talem, quam dico meam esse, peto mi-
hi exhiberi, & exhibitam vendico. vel sic, ago contra
talem vt rem mihi talem exhibeat, cuius rei nomine rei
vendicationem propono, vel vt exhibeat mihi rem ta-
lem, quam rem vendico. quia dico illam ad me pertine-
re iure dominij, & sic actionem ad exhibendum & rei
vendicationem propono. Respondeo: quidam dicunt,
quòd talis libellus nō admittatur vt insimul proponan-
tur, sed hic est ordo, vt primò proponatur ad exhiben-
dum: & illo iudicio finito intentetur rei vendicatio: eà
enim actio datur ad exhibendum, qui in rem acturus
est, non ei qui agit. vt ff. eod. l. 3. §. est autem. Alij di-
cunt talem libellum admittendum. argum. ff. commo-
dati, l. 2. & de peculio. l. deposui. §. 1. & ff eod. l. Iulia-
nus §. penult. ita quòd primò procedatur in actione ad
exhibendum, & posteà in rei vendicatione sub eadem
tamen instantia, vt ff. eod. l. 3. & sic respondent, qui in
rem acturus est, proponit hanc actionem, & ille qui in
rem agit, gratia minuendarum litium. OPPOSITIO. Sed
apertè ostendo, quòd istius actionis nulla erit vti[illegible]as
illo aduersario nolente exhibere. pone, quòd exhibe-
re non vult, quid faciet actor? posses dicere, quòd iu-
raret in litem, vt ff. eod. l. 3 § præterea. & ff de in litem
iur. l. in actionibus. Sed quomodo iurabit in litem no-
mine illius rei quæ non apparet, nec licuit iudici [illegible]
vel qualis fuerit res illa, vt possit quantitatem i[illegible]us
taxare. Item illud sacramentum in litem tunc defer-
tur, quando aliquis dolo exhibere non vult, vt ff. de in
lit. iur. l. 2. & l. si iudex. Oportet ergo me primò pro-
bare, quòd rem talem possidet, cuius talia signa sunt,
& eam mihi exhibere non vult, & dolo: vel quòd do-
lo eam desierit possidere: quia qui dolum dicit, dolum
probare [illegible]bet vt ff. de probat. l. quotiens. §. qui dolum.
Si ergo possum scire qualis sit res illa, vt dictum est, &
oportet quòd [illegible]iam: quid operabitur ista actio ad ex-
hibendum? Item quomodo iurabitur in litem, quòd
posset esse suum singulare interesse. quod in eo sacra-
mentum præstatur, vt ff de in lit. iur. l. 1. [illegible]
quis, quòd [illegible] continenti præstetur iusiurandum in li-
tem statim, ex quo reus non exhibet. N[illegible] & in [illegible]
[illegible] vendicatione, non statim defertor illud iusiurandum,
[illegible] statim cùm de intentione actoris constiter[illegible] imò
[illegible] sententiam de re [illegible] enda, secundum quod lex
distinguit, vt ff. d[illegible] rei vendicat. l. qui rest[illegible]uere. Re-
spondeo: Instituas ita iudicium, & [illegible] cessabit obiectio.
volo agere ad exhibendum, venint ad [illegible] ius quæ-
retur ab eo vtrùm rem talem, cuius [illegible] sint signa,
possideat. Respondere debe[illegible]: si dixe[illegible], no[illegible] possideo,
oportet te probare illum possidere, [illegible]

catione. vt ff. de rei vendic. l. in rem actio. omnes enim interrogationes quæ fiunt ante litem contestatam in rei vendicatione vel in rem actione omnes illæ fiunt in hac actione ad exhibendum, vtrùm possideat, & pro quota parte possideat, vt notat dominus meus in summa huius titu. Si autem responderit se possidere, agam contra eum actione ad exhibendum, vt exhibeat: si non vult exhibere, & lis non est contestata, mittar in possessionem bonorum eius pro mensura debiti, id est, interesse mei declarati per sacramentum, sicut in qualibet alia personali, cùm ista actio personalis sit, vt ff. eo. l. 3. §. est autem personalis. vt C. de bonis auct. iudi. possi. authentic. et qui iurat. Si autem lis est contestata, tunc probabo summatim meum interesse, dicit dominus meus, per sacramentum. vt ff. eod. l. thesaurus. & C. de fide instrumen. l. vltima. & hoc generaliter dicit, vbicunque lex dicit summatim fieri probationem, vt in rei iudicatæ executione. vt ff. de re iudicat. l. à diuo Pio. §. & in Carboniano, vt ff. de Carbo. l. Carbonianum. & sic facta tali probatione per sacramentum meum de meo interesse, quod interest mea, iudex condemnabit reum ad exhibendum: & si ille adhuc non exhibet, defert mihi iusiurandum in litem. & sic iudice taxante iurabo, vt ff. ad exhib. l. 3. §. 2. & ff. de in litem iura. l. in actionib. & sic in hac actione dantur duæ sententiæ sicut in omnibus realib. & in arbitrarijs & bonæ fidei, in quibus omnibus iuratur in litem, vt in præd. l. in actionib. & ff. de pig. l. si fundus. §. in vendi. ff. quòd met. cau. l. si eum excep. & ff. de dolo. l. arbitrio. & ff. de rei vendi. l. qui restituere. quæ lex in fine dicit. hæc sententia generalis est ad omnia interdicta, & ad actiões in rem, & ad actiones in personam, ex quibus debet restitui aliquid arbitrio iudicis: nisi constet iudici, quòd aliquid dolo desijt possidere: tunc vnica sententia terminabit, scilicet per delationem iurisiurandi in litem. & sic nota quòd omnes actiones reales dicantur arbitrariæ hoc respectu, scilicet quia dependet ex arbitrio iudicis hoc sacramentum deferre, vt ff. de in litem iur. l. videamus. §. iurare. & l. in actionibus. versicu. si iudex. licèt alio modo dicantur arbitrariæ: vt dicemus infrà de act. ex stipulatu, quandò aliquid certo loco promittitur.
7 † QVAESTIO. Sed istæ sententiæ quæ sic feruntur, an est vtraque diffinitiua: vel vna diffinitiua, alia interlocutoria? varij varia notauerunt: quidam dicunt, quòd prima est diffinitiua, quia finem controuersiæ imponit, vt ff. de re iudic. l. 1. & quia omnis solitus ordo iudiciorum seruatur, secundùm sentẽtiam dicunt executionem prioris. Alij dicunt primam interlocutoriam, secundam dicunt diffinitiuam. alij dicunt primam esse quandam admonitoriam, secundam dicunt diffinitiuam. argum. C. de fideicom. authent. hoc ampliùs. alij dicunt vtramque diffinitiuam. OPPOSITIO. Si tu opponis, in secunda non interuenit solitus ordo iudiciorum: dicunt quòd primus solennis ordo sufficit etiam pro secunda. Nam & pluribus hæreditatibus sufficit vnum famil. erciscundæ iudicium, vt ff. famil. erciscundæ. l. hæredes. §. de pluribus. & pro pluribus societatibus sufficit vnica actio pro socio. vt ff. pro socio. l. cum duobus. §. si plures. & hæc vltima sententia videtur fine minori calumnia: vnde ab vtraque potest appellari. & si appellatum sit à prima, ad secundam iudex non procedet. Illud autem nota, quòd multis actionibus petitur exhibitio per actionem ex stipulatu, si promisit aliquis exhibere: & ideò ex stipulatu, quia continet factum hominis, quod est incertum. vt ff. de verbor. obligar. l. vbi autem. §. qui id quod. & Institue. de verb. obligat. in princip. Item actione ex testamento contra hæredem, vt exhibeat instrumentum rei legatæ, & etiam ipsa instrumenta si legata sint. C. de fideicommiss. l. instrumenta. & ff. ad l. Falcid. l. si prædiorum. Item actione ex empto contra venditorem, vt exhibeat instrumẽta pro quæstione proprietatis vel quæstione finium regundorum. vt ff. de acti. empt. l. Titius hæres. Item in omni contractu, vt actio ex eo proponatur si instrumenta illa debent exhiberi. Item condictione ex lege, si manumissus petat instrumentum manumissionis à domino. vt C. de liber. cau. l. sicut datam. Item condictio sine causa, si debitor soluta pecunia petit instrumentum à creditore, & hoc quandò instrumentum erat creditoris: quia soluerat pecuniam tabellioni. vt C. de condict. ex lege. l. dissolutæ. si autem instrumentum esset debitoris ageret ad exhibendum, vt C. ad exhiben. l. vltim. Item actione famil. erciscun. cohæres contra hæredem. vt ff. eo. l. si quæ. & l. oratione. §. vlt. & l. Pomponius. Item actione pro socio: socius contra socium. Item actione mandati cõtra procuratorem. Item actione tutelæ contra tutorem. Item actione negotiorum gestorum contra gestorem. hæc exempla habes ff. de edendo. l. quædam. in princip. Item per actionem in factum contra argentarium & nummularium, & contra tabellionem, qui eis est similis. vt ff. de edendo. l. quædam. §. pen. Item per interdictum de libero homine exhibendo, vt ff. de libe. homi. exhi. l. 1. 2. & 3. Item per interdictum de liberis exhibendis, vt ff. de libe. exhiben. l. 1. & 2. Item per interdictum de tabulis exhibendis contra illum qui negat se tabulas habere, vt ff. de tabul. exhiben. l. 1. & 2. Item per edictum quemad. testamenta aperiantur. contra illum, qui confitetur habere tabulas, veruntamen dicit se exhibere non posse, vt ff. quemadmo. testam. aperi. l. 1. & 2. Item per actionem ad exhibendum, de qua tractauimus. hæc omnia notat dominus meus in summa istius tituli. Item officio iudicis quoties instrumenta petuntur exhiberi à reo. vt C. de edendo l. vlt.

Si aliquis rem aliquam ab aliquo emerit, competit ei contra venditorem actio ex empto.

De actione ex empto. Rubrica

1 *Actio ex empto vt competat, quot exigantur.*
2 *Venditor in actione ex empto, si pauper fuerit, & teneatur soluere, quid fiat.*
3 *Positiones actoris & Rei in actione ex empto. nu. 4.*
5 *Libelli in actione ex empto quomodo formentur, cum pluribus seq.*
8 *Interesse singulare in actione ex empto quomodo probari debeat.*
9 *Interesse singulare in re vendita quomodo venire possit.*
10 *Testes in actione ex empto quomodo deponere debeant.*

SI rem aliquam emisti ab aliquo, quod frequenter et tota die contingit, tibi emptori competit actio contra venditorem, vt vel rem tradat, vel tibi interesse præstet, secundùm quod infrà dicemus. & vocatur actio ista ex empto. vt ff. de actio. empt. & vend. l. 1. & l. ex empto. in princip. venditori autem datur ex vendito, de qua dicemus in sequenti Rubrica. Nota tamen, quòd quædam sint communia vtriusque actionis ad hoc vt vtraque locum habeat, licèt quælibet habeat per se quædam specialia. † Vnde ad hoc vt istæ actiones locum habeant, ista debent interuenire. 1 In primis, quòd contractus emptionis interueniat, scilicet, quod vnus vendat & alius emat. Secundum, quòd ex parte venditoris sit res vel merx, ex parte emptoris pretium. vt ff. de rerum permuta. l. 1. & ff. de contrahen. empt. l. 1. §. penul. sine pretio enim nulla est emptio. vt ff. de contrahen. empt. l. 2. §. fine. & C. de contrahen. empt. l. empti. Substantia enim totius emptionis est pretium. vt ff. de contrah. empt. l. pacta conuenta. Tertium quòd pretium illud consistat in quantitate seu in pecunia, non autem in specie, vt putà, do tibi istos denarios, qui sunt in hoc sacculo, vel in ista arca. tunc videtur species, & non quantitas, & tunc erit contractus innominatus. vt ff. de condictio. cau. da. l. vlti. argu. de lega. 1. l. si certos. nec obstat ff. de contrah. empt. l. hæc venditio. vbi dicitur, quòd fit venditio, si dicatur pro tãto pretio quantum in arca habeo, sed intellige quando interueniebat in quantitate, aliàs non esset venditio: & sic not. dominus meus ibi. Quartum, quòd illa res vel merx sit certa siue præsens siue futura, vt partus ancillæ & fructus futuri anni, nisi fortè sola spes ematur, vt in iactus

retis vel alea, vel iactus missilium: tunc enim tenet emptio etiam si nihil capiatur, licèt enim res non toto eueniat, est tamen emptio spei & tenet, vt ff. eodem. l. nec emptio. & l. si debitor. §. vltim. & ff. de actio. empti. l. si sterilis. in princip. & ff. de hæredita. vel actio. vendi. l. cum hæreditatem. & l. quòd si nulli. & l. in venditio. & ff. de conditio. & demonstra. l. 1. in fine. & ff. de verbor. obligatio. l. inter stipulantem. § sacram. intelligas rem interuenire, siue demonstretur ad oculum, siue ad intellectum, vt vendo tibi pro indiuiso tertiam partem istius prædij, vel equum in genere, vel certum numerum tegularum, siue res illa sit corporalis siue incorporalis. vt ff. eod. l. conuenit. & l. si debitor. Item intelligitur de re si extat: alioquin si desierit esse, nulla est emptio. vt ff. de contrah. empt. l. & si consensum. & l. domum. Quintum, quòd res illa non sit propria emptoris. tunc enim est venditio nulla, nisi in respectu possessionis, vt ff. de contrah. empt. l. suæ rei. & l. si in emptionem. §. rei suæ. Sextum, quòd res illa sit talis quæ vendi tur, quòd possit illius rei habere commercium: alioquin venditio nulla inter scientes. vt ff. de contrahen. empt. l. sed & Celsus. §. 1. & l. si in empt. § omnium. & §. hominem liberum. & l. in modicis. & argumen. ff de verbor. obligat. l. inter stipulantem. §. sacram. inter ignorantes fortè tenet. vt ff. de libe. caus. l. liberis. §. si duobus. & argum. ff. de contrahen. empt. l. domum. & l. qui officij. admittit etiam dominus meus in re mobili per furtum subtracta non posse inter scientes contrahi emptionem, licet in vi possessa sit secùs, quia in primo casu committitur furtum ratione contractus, in secundo non. vt ff. de contrah. empt. l. si in emptione. §. item si emptor. vt notat dominus meus in summa de contrahenda emptione. Item in rebus adiunctis domui non valet venditio quia non potes habere commercium: imò pœna imponitur, vt ff. de contrah. empt. l. senatus. & ff. de lega. 1. l. cætera. Septimum, quòd personæ quæ contrahunt sint tales quæ possint contrahere, alioquin venditio nulla. vt ff. de contrah. empt. l. 2. in princ. & l. non licèt. & l. qui officij. Octauum, quòd consentiant contrahentes. vt Institu. de obliga. quæ ex consen. contrah. si enim interueniat dissensus vel error, nulla est venditio. quid enim tam contrarium est cōsensui quam error, qui imperitiam detegit, vt ff. de iurisdict. omn. iud. l. si per errorem. sex enim dissensus seu errores impediunt contractum emptionis. si sit erratum in contractu. vt ff. si cert. peta. l. si ego. si in pretio. vt ff. loca. & conduct. l. si decem. si in corpore. vt ff. de contrah. emp. l. in venditionibus. si in materia vel in substantia: vt si argentum pro plumbo, vel econuersò. vel acetum pro vino, vt ff. de contrah. empt. l. in venditionibus. §. idem quæritur. si in sexu. vt ff. de contrah. empt. & vendit. l. alioquin. si in essentia, vt ff. de contrah. empt. l. domum emi. Nonum, quod venditio non sit facta in scriptis, nec sub conditione, sed purè: tunc enim antequàm instrumentum esset ex toto completum, vel ante conditionem non posset agi, vt C. de fide instrumen. l. contractus. ff. de pericu. & commo. rei vend. l. quòd si pendente. Decimum, in his quæ degustationem exigunt, quòd sit facta degustatio & approbata, vt ff. de contrahend. emptio. l. si in emptione. §. alia. Ista decem sunt communia tam actioni ex empto, quàm etiam actioni ex vendito. Actio tamen ex empto alia desiderat. Primùm, quòd res illa vendita non sit tradita. si enim esset tradita, nunquàm actio ex empto competeret, vt ff. de actio. empt. l. 1. & l. ex empto. in princip. & C. de actionib. empti. l. si traditio. Secundum, quòd ita sit tradita, vt fiat potior emptor in iudicio possessorio, id est, quòd vacua possessio tradatur, quòd nullus sit ibi vel legatorum seruandorum causa, vel vt creditor missus, vt ff. de actio. empt. l. empti. l. 2. & l. ex empto. §. . licet omnes illi non possideant, vt ff. de acquir. possess. l. possideri. §. vltim. non enim habet necesse venditor facere rem emptoris: licet emptor necesse habeat facere pretium venditoris, vt ff. de actio. empt. l. ex empto. §. 1. & ff. de rerum permuta. l. 2. Si quæratur quæ sit ratio. Respondeo: quia venditor tenetur emptori in specie, & ideò talem deberet dare qualis est: emptor autem tenetur venditori in genere. vnde rem talem debet dare, quod eam faciat accipientis, vt ff. de legat. 1. l. si quis a substituto. § hæres. Tertium, quòd emptor offerat pretium venditori & in solidum: alioquin ex empto non potest intentari actio, licet nata sit a principio, vt ff. de actio. empt. l. Iulianus §. offerri. & argum. in eod. titul. l. qui pendentem. † QVAESTIO. Quid autem si venditor 2
pauper est, & timeo soluere pretium, quid fiet? Respondeo: locus est cautioni, id est, satisdationi. vt si solueris pretium, quòd tibi debeat rem dare, vt ff. de ædilit. edicto. l. videamus. & quod ibi dicitur, locus est cautioni, id est, satisdationi. vt & alias vsufructuarius quemadmodum caueat. l quemadmodum satisdet. vel vt ait Placent. deponant penes aliquem, quandò parum fidei adinuicem sibi habent, vt ff. de solu. l. soluturus. alioquin prius debet solui pretium, vt argumen. ff. communia. de seruit. l. venditor fundi. Vnde in hac actione actor faciat tales positiones. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tu vendidisti mihi rem talem. Item tu & ego 3
in tali venditione consensimus. Item pro certo pretio, putà, pro viginti. Item illud pretium, vt pretium seu vt quantitas interuenit. Item res illa quam mihi vendidisti, fuit certa. Item res est talis cuius potest haberi commercium. Item res illa fuit tua. Item tu es talis qui potes benè cōtrahere. Item vendidisti mihi purè. Item sine scriptis. Item sine conditione. Item sæpiùs te requisiui, quòd rem venditam mihi traderes, & tradere recusasti. Item in possessionem rei illius, quam mihi vendidisti, Titius missus fuit causa legatorum. Item pretium tibi solui, vel paratus sum soluere. Econtra reus faciat tales positiones. † POSITIO REI. Ego dico, 4
quòd rem illam vendidi Sempronio, & tradidi. Item tu & ego in hac venditione dissensimus, ego sentiebam de Codice, tu de Digesto. Item speciem debebas mihi dare pro re illa, & sic non erat emptio, vt ff. depositi. l. 1. § si quis seruum in pristinum. Item rei illius denegatur tibi commercium: quia cùm sis Iudæus volebas emere mancipium christianum. Item ego sum pupillus. Item sub conditione vendidi, si nauis veniret ex Asia, & conditio nondum venit. Item contractus fuit celebratus in scriptis, & scriptura non est facta. Item requisiui pretium sæpiùs, & soluere denegasti. In hac actione concipiet actor sic libellum secundùm M. qui fuit in ea sententia, quòd teneatur venditor præcisè ad rem tradendam. † LIBELLVS. Ago ego R. contra Titium 5
à quo peto vt reddat mihi talem rem vel codicem, quē emi ab eo pro decem, faciatque me potiorem in possessione: propono actionem ex empto, quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. de act. empt. l. ex empto. in princip. & l. facio. §. 1. & l. tenetur. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur quòd rei traditio sit in obligatione, sed tantum interesse: & tu dicis quòd venditor teneatur tradere, & sic ad factum, cùm traditio facti sit, vt ff. de cura. furio. l. consilio. si tenetur ad factum, ergo ad interesse. vt ff. de re iudicat. l. si quis ab alio. si ergo interesse est in obligatione, illud debet peti, cùm illud sit petendum quod nobis debetur. vt Institu. de actio. in princip. & ff. de verbor. obligatio. l. si seruum. §. penult. Respondeo: pro M. quòd rei traditio sit in obligatione, vt dictum est. & probatur Institut. de donat. §. est & aliud. & argumen. ff. de rei vendicat. l. qui restituere. C. de fideicommiss. liberta. l. vltim. Nam ibi manu militari res aufertur: præcisè etiam compellitur donator rem tradere, sicus & venditor, vt in prædicto titulo de donatio. & C. de donatio. l. si quis argentum. § penul. Nec obstat quòd interesse sit in obligatione: verum est, vbicunque factum est in obligatione: putà, promisisti te facturum domum vel pro[...]turum, vt ff. de verbor. obligat. l. vbi autem. §. qui id quod in faciendo. & sic dicit l. si quis ab alio. quod continet in omnibus faciend. obligationibus. at tradere non est factum, licet per factum hominis procedat. OPPOSITIO. Item obijcitur, quòd non potest emptor petere rem tradi, sed tantùm interesse. nam si res vendita non tradatur, ad id quod interest agitur vt ff. de actio.

emp.

empt.l.1. & si traditio procacia venditoris non fiat, ad interesse agitur. vt C.de actio. empt.l.si traditio. & sic interesse videtur quòd peti debeat: & sit in obligatione. Respondeo: pro M.quod verum est, quòd interesse sit in obligatione, sed sequenti loco. nam primo rei traditio est in obligatione: & si vult eam præstare, liberatur ab interesse, alioquin interesse præstabit. nam si interesse esset in obligatione: quomodo liberaretur venditor rem præstando emptori inuito, cùm aliud pro alio creditori solui non possit, vt ff.si cert.peta.l.2. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur. secundùm hoc vtrumque est in obligatione, & rei traditio & interesse: ergo vtrumque potest peti, cùm non debeatur sub alternatione, tunc enim alterum tantùm peteretur, & esset electio disiun. debitoris. vt Instit.de actio.§.plus. versic.te. & ff.de iur.dot.l.plerumque.§.vlti. Respondeo: multi metu istius quæstionis dicunt, nolentes adhærere M. vt rei traditio sit in obligatione, interesse præstatio in solutione, sicut in actione noxali, vbi damni æstimatio est in obligatione, noxæ deditio in solutione. vt ff.de re iudic.l.miles.§.decem. & Instit. de offic.iudic.§.1. Sed malè dicunt, imò securè pro Martino respondeo, quòd vtrumque sit in obligatione successiuè, vt dixi, non tamen vtrumque potest peti, sed alterum, scilicet rem tradi primò, si non vult, statim peto interesse, sicut in similibus, sed non per omnia. Nam si pacto sit subiecta pœnalis stipulatio, vtrumque est in obligatione, & quod in pactum, & quod in pœnali stipulationem deuenit, non tamen vtrumque petetur, sed alterum, vt ff. de pact.l.rescriptum.§.si pacta subiecta.& ff.de transactio.l.penul.& ff.de doli exceptio.l.apud Celsum.§.Labeo. & C. de transactio.l. cùm proponas. & est hic quoddam mirabile, quòd licèt obligatio non sit alternatiua secundùm M. electio debitoris sit, licèt in prædictis exemplis sit electio actoris, vt petat quòd velit, vt in prædictis legibus. secundùm dominum meum concipietur sic libellus. † LI-
6 BELLVS. Ago cõtra Titium à quo emi codicem vel rem talem pro decem, quam cùm nolit mihi tradere, interesse meum ab eo peto, quod æstimo 20. propono actionem ex empto. quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff.de actioni.empt.l.1.& C.de act.empt.l.si traditio. OPPOSITIO. Si opponatur domino meo.ff.de rei vendi.l.qui restituere. Respondeas, quòd lex illa loquatur quando peto illud quod fuit aliquando meum: cæterùm similis debitum secùs. cùm obligatio non in hoc consistat, quòd aliquid faciat meum, sed nobis debitum, vt ff.de actio. & oblig.l.obligationum. in princip. & hoc dicit B. licèt dominus meus aliter legem illam intelligat. dicit enim quòd iudex non debeat præcipere, sed si præceperit, debet manu militari auferri. contingit enim in obligationibus personalibus & non solùm in realibus, vt lex illa loquitur, quòd iudex præcipiat restituere, & quis teneatur ad damnum. & ff.de verbor.obligat.l.vbi autem non apparet.§.vltim. & in causa donationis, vt Instit.de dona.§.est & aliud. & sic secundùm dominum meum non tenetur venditor rem tradere præcisè, sed causatiuè: præcisè enim tenetur ad interesse secundùm M. præcise tenetur ad rem tradendam, causatiuè ad interesse, & sic de consilio sapientis procedit vt emptor venditorẽ requirat si vult sibi tradere. si tradit, ecce benè, si non, agat postmodum ad in-
7 teresse, vt dictum est. Alij libellum sic concipiunt. † LIBELLVS. Ago contra talem qui vendidit mihi rem talem pro decem: vnde quòd rem illam mibi tradat, & potiorem me in possessionem faciat, vel interesse meũ, quod est 20. præstet, ago cõtra ipsum, & propono actionem ex empto. quòd sic rectè concipiatur libellus, probatur ff.de actio.empt.l.1.& C.eo.titu.l.si traditio. OPPOSITIO. His opponitur. nunquam sic agitur sub alternatione, nisi quandò est alternatiua promissio, putà, promittis mihi Stichũ aut Pamphilum. hic autem cùm res tantùm sit empta, quomodo libellus concipietur sub alternatione. Mirum videtur, cum videas alias in actione noxali vbi noxæ deditio est in solutione, quòd tantùm ad damni æstimationem agatur, vt ff.de re iudi. l.miles.§.decem. Respondent ipsi hoc contingere propter naturam actionis, quæ tacitè in se continet, scilicet quòd venditor vel rem tradat, vel interesse, vt dictum est. Sed quòd omnes dicunt de interesse, intelligas singulari & non communi: & ita quòd illud singulare interesse non excedat duplum interesse communis. verbi gratia: singulare meum interesse est in c. communiter interest cuiuslibet in 20. consequar 40. vt ff.de act.empt.l.1.vlt. nec obstat ff.eo.tit.l.Titius.§.vlti.& in seq.l. quæ leges videntur velle, vt vsque ad duplum dati pretij, sed leges illæ corrigũtur per l. idem Iulianus.
QVAESTIO. † Sed qualiter probabitur hoc singulare interesse? quidam dicunt sacramento. vt argum.ff.de dol. l.in arbitrio. & ff. quòd vi aut clàm.l.semper.§. in hoc interdicto. & argum.C.vnde vi.l.si quando. hoc etiam contingit vbicunque contra aliquem iuratur in litem, ibi venit, & probatur singulare interesse sacramento, vt ff.de in lit.iur.l.1.& l.in actionibus. & ff.de rei vendi.l.qui restituere. sed hoc admitto vbicunque interesse petitur ratione delicti. at si petatur ex cõtractu, tunc per testes. vt ff.de præto.stipul.l.vltim.& Instit.de ver. oblig.§.6. In illis etiam casibus & contractibus, in quibus iuratur in litem, contingit ratione cuiusdam maleficij. putà, quandò quis dolum commisit, vt ff.de in litem iuran.l.2.& l.in actionibus. In hac autem actione tenetur venditor, etiamsi culpa leui rem non tradidit, vt Instit.de empt.§. quòd si fugerit homo qui venijt: & tamen venit singulare interesse iure actionis, licèt in alijs veniat per iusiurandum in litem, & officio iudicis. Vnde dicit dominus meus in hac actione non iurati in litem. † QVAESTIO. Sed quomodo potest in re 9
vendita venire singulare interesse? Responderi potest: pone quòd emi domum, quæ est coniuncta domui meæ, magis est mihi cara, quàm alicui de domo. Item commodaueras codicem, habui illum in scholis, posui glosulas, & illum mihi vendis. carior est mihi quàm alicui, & sic venit singulare interesse. † QVAESTIO. Sed 10
quomodo deponent testes? quilibet dicet sic: si domus illa esset mihi coniuncta, vel si illum librum habuissem in scholis, ego darem tantùm, & sic quilibet testificando, ad minus duo probabunt interesse meum singulare. Idem in communi, quòd sic probetur, quia diceret quilibet, ego tantùm darem de re tali: aliter enim interesse per tales probari non potest. Sed si singulariter alicuius non interest, veniet interesse commune, in quo habetur ratio interesse circa rem, & aliquando etiam extra rem, ita quòd non habeatur ratio lucri. vt ff. de actio.empt.l.Iulianus. & l.si sterilis.§.cùm per venditorem.

Si quis vendidit rem aliquam pro certo pretio, [...] petere pretium ab emptore per actionem ex vendito.

De actione ex vendito. Rubrica.

1 *Actio ex vendito vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Possessio si pro tradita habeatur, etiam si precariò à venditore emptori tradita fuerit, cur lex in litera posita de precaria possessione loquatur.*
3 *Emptor fructus precariæ possessionis quomodo faciat suos, cùm per precariam possessionem seruus & eius operis non acquiratur.*
4 *Libelli in actione ex vendito quomodo concipiantur.*

SICVT emptori per actionem ex empto iura succurrunt, sic & venditori succurritur per actionem ex vendito ad pretium petendum ab emptore. vt ff.de action.empt.l.Iulianus.§. ex vendito. Quæ actio ad hoc vt competat, omnia illa sunt necessaria quæ diximus suprà de actione ex empto. † Verùm ista actio 1
ex vendito multa cõtinet. In primis de sui natura competit ad pretium petendum, nisi fortè sit informata propter pactum nudum appositum in contractu: tunc enim daretur ad illud quod in pactum deuenit, & sic capit nouam formam, quia datur ad aliud quàm de sui natura detur vel informatur: quia cùm de sui natura

bonæ fidei: tunc erit stricti iuris, vt Insti. de actionib. §. actionum. & ff. de donat. l. eum qui donationis. quod sic informetur dicit ff. de pact. l. iurisgentium. § quinimo. & C. de pact. int. emptor. & venditor. l. 2. ad hoc ergo vt competat oportet, quòd pretium non sit solutum. si enim esset solutum, non competeret: secundò admittat vsuras pretij ab eo tempore, ex quo res fuit tradita emptori. nam ex quo emptor re fruitur, æquum est illum vsuras dependere, vt ff. de act. empt. & vendi. l. Iulianus §. ex vendito. OPPOSITIO. Sed opponit sic dominus meus, quare vsuræ veniunt postquam res traditur emptori, imò deberent venire à tempore contractus: nónne fructus pertinent ad emptorem venditione contracta? vt C. de act. empt. l. curabit. & l. fructus. ergo ab eo tempore debent præstare vsuras. cùm enim hoc ipsum solum debeat spectari an habeat facultatem percipiendi. vt ff. de act. empt. l. Iul. §. possessionem. emptor verò possit facere vt posuit. ergo iam intelligitur posse. vt ff. de regul. iur. l. qui potest. Respondeo: quidam vt Otto Papiēsis dixit, interest an emptor percipiat fructus per se, vt tunc teneatur ad vsuras, etiam a tempore contractus: an per alium, vt tunc teneatur à tempore traditionis tantùm. argu. ff. de act. pig. l. si pignora. §. si prædio. in fi. vel melius est in arbitrio emptoris accipiat fructus a tempore venditionis, vt tunc à tempore contractus præstet vsuras: quia ex quo fructus sequuntur eum à tempore venditionis perinde habentur ac si tradita fuisset: an relinquat eos, & tunc præstabit eos tempore traditionis, nec potest venditor obijcere culpam emptori, quòd fructus non perceperit, cum ea culpa lucrum sentiat. vt ff. de iur. dot. l. cùm in fundo. §. quod si mulier. & hoc in l. præd. Iulianus notat dominus meus. QVAESTIO. Circa hoc quæritur, legitur in prædic. §. possessionem. quòd possessio habeatur pro tradita, etiam si precario tradita sit a venditore emptori: cùm enim venditor debeat illum facere potiorem in iudicio possessorio. vt ff. de act. empt. l. ea empto. & l. 2. quare loquitur de precaria possessione? Respondet dominus meus, & ibi notat quantum ad hoc teneatur ad vsuras: nō tamen liberatur venditor actio-
3 ne ex empto. † QVAESTIO. Sed quomodo emptor fructus precariæ possessionis facit suos, cùm per precariam possessionem seruus ex eius opera non acquiratur, vt ff. de peri. & commo. rei. ven. l. serui. & ff. de acquir. re. do. l. quæsitum. si ergo non acquiratur ex opera: ergo non debet facere fructus suos, cùm hæc duo simul tradantur, vt in prædic. l. quæsitum. Respondeo: tunc illa duo simul traduntur, quando emptor possidet ciuiliter & naturaliter: at quando naturaliter tantùm, vt quando precariò, tunc locum habet l. serui. nec contradicit l. serui. quia non acquirit seruus ibi qui precariò habetur aliquid extrinsecùs, cæterùm de naturali acquisitione secùs, cùm fructus sit accessio naturalis, vt ff. de vsur. l. fructus. Tertium admittit sumptus factos in re vendita ab emptore. vt ff. de action. empt. l. Iul. § præterea. OPPOSITIO. Sed opponitur, quòd non sit locus repetitioni sumptuum. aut enim impendit in re propria, quæ adhuc est venditoris antequam tradat, vt C. de hæredi. vel act. ven. l. qui tibi. & tunc non potest repetere. vt argumen. ff. de vsufruct. l. si absente. & quia neminem sibi voluit obligare, nec potuit. ff. commu. diuid. l. in hoc iudicium. §. impendia. & ff. de condict. inde. l. si in aliena area. Item si res vendita sit aliena, sumptus non repetit venditor: quia qui in rem alienam impendit, videtur velle donare, vt ff. de acquiren. rer. domin. l. adeò. & Institu. de rer. diuis. §. cùm quis. Respondeo: imò repetit, & hoc ideò. tenetur enim venditor emptori in re vendita adhibere custodiam vsque ad traditionem. vt Institu. de emptio. §. quod si fugerit homo, qui venijt. & hoc est de custodia, etiam in re vendita facere expensas necessarias vel vtiles in reficiendo parietem, curando seruum ægrotum, quas expensas verisimile est emptorem facturum, vt ff de act. emptio. l. Iulianus. § præterea. maxime cùm quilibet etiam malæ fidei in rem propriam factam si impendat expensas deducit. vt C. de rei vendicat. l. domum. OPPOSITIO. Sed expensas in seruo non videtur, quod possit repetere: quia interim vtitur ministerio serui. vt alias dicitur in marito & vxore. vt ff. de donat. inter virum & vxor. l. si id quod. §. si quis impunis. maxime cùm seruire nobis intelligantur hi, quos curamus ægros, vt ff. de statulibe. l. cùm hæres. §. penult. Respondeo: tunc fortè haberet locum obiectio, quando seruus fuisset sanus. infirmi enim nullæ operæ esse possunt, vt ff de ope. libert. l. nec audiendus. & l. medicus. & l. interdum. & ff de operis seruo. l. vlti. nec obstat d. l. cùm hæres. quia illud est casuale propter fauorem libertatis, quia libertas erat relicta illi seruo, si decem annis seruiret: ex quo per eum non stat seruire videtur. & quantum ad eum habetur conditio pro impleta. vt argumen. ff. de condit. instit. l. qui sub conditione. & argumen. ff. de contrahen. empt. l. Labeo, si mihi bibliothecam. si etiam ponas, quòd seruus esset sanus, repeteret sumptus: quia operas serui cùm contineantur in vsufructu teneretur emptori venditor præstare, vt suprà dictum est. eadem quæstio contingit in domo refecta propter sumptus, & pensionem, quia eam inhabitat venditor. Quartum admitto quod est mirabile: quia si vendidi tibi fundum, quem habebam cum alio communem, & agente socio fit mihi adiudicatus, totum habes necesse emere, & pro toto petam pretium actione ex vendito. vt ff. de act. empt. Iulianus. §. fundi. arg. ff. commu. diui. l. communi diuidūdo. §. si debitor. Positiones in hac actione facies sicut in actione superiori. In hac actione concipiet venditor sic libellum. † LI- 4
BELLVS. Ago ego R. contra Titium cui vendidi equum vel librum vel domum pro decem, vnde vt soluat mihi illa decem, ago contra eum: propono actionem contra eum ex vendito. Quod sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. de actio. emp. Iulianus. §. ex vendito. sic concipias, quando emptor non tenetur ad aliud, nisi tantùm ad pretium: verùm si tenetur ad vsuras, quas vis petere, vel ad sumptus, adijcies in libello sic. † LIBEL- 5
LVS. Ago contra talem cui vendidi seruum Titium pro decem libris. vnde vt soluat mihi istas decem libras & vsuras, videlicet tres libras, quæ cucurrerunt ex mora post traditionis diem. Item quatuor libras quas impendi in refectione domus vel in infirmitate serui: ago contra eum, propono actionem ex vendito. Et quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. de act. empt. Iulianus §. ex vendito & §. possessionem. & § præterea. & ff. de vsuris. l. liberalitatis. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd libellus circa vsuras stare non possit. vsuræ enim hodiè peti non possunt, etiam iure canonico: mutuum dantes nihil inde sperantes, & iure veteris & noui testamenti. iuxta illud, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. & sic iure canonico prohibentur, vt extra. de vsuris. cap. 2. & 3. & per totum titu. prohibentur etiam iure ciuili, quia non dedignantur nostræ leges sacros canones imitari. vt in auth. de eccles. titu. Respondeo: quòd opponis locum habet in vsuris, quæ vinculo stipulationis veniunt. vt C. de vsur. l. quamuis. non autem in his quæ veniunt ex mora ratione interesse, vt in bonæ fidei iudicijs. OPPOSITIO. Si tu opponas, tantùm valent illæ vsuræ quantum & illæ, vt ff. de negot. gest. quia tantundem. Respondeo: verùm quoad quid, vt exigantur, non tamen eodem modo, quia promissæ exiguntur iure actionis, secundæ officio iudicis, & primæ non pereunt, licèt actio principalis pro sorte sit perempta, vt C. de iud. l. 1. secundæ verò pereunt si principalis actio pro sorte non subsistat, vt C. depositi l. 4. Item istæ vsuræ in bonæ fidei iudicijs quæ veniunt ex mora, non veniunt vt vsuræ, sed vt interesse, vt ff. pro socio. l. socium qui. Sed quicquid dicamus vsura est, quocunque iure veniat: quia quicquid accedit sorti, vsura est. vt extra eod. per totum. & sic non videtur, quòd posset hodie vsura peti. multi tamen per hoc cautè faciunt, quod in libello non petant vsuras, sed petunt interesse. In eo autem casu quando venditori fuit fundus adiudicatus, concipies sic libellum. † LI- 6
BELLVS. Ago contra talem cui vendidi pro decem libris partem fundi quam cum Titio habebam communem

munem pro indiuiso. & Titius ille prouocauit me ad iudicium communi diuidundo, pars illius fuit mihi adiudicata pro decem libris: vnde ago contra eum vt soluat mihi viginti libras pro parte mea quam vendidi decem, alias pro parte Titij mihi adiudicata: propono actionem ex vendito. quòd sic rectè concipiatur libellus dicit ff. de actio. empti. l. Iul. §. fundus. OPPOSITIO. Sed opponitur, non videtur, quòd pro parte adiudicata possit venditor agere contra emptorem inuitum cùm inuitum emere iura non compellant, vt C. de contrahen. empt. l. inuitus. & argum. C. de iure deliber. l. nec emere. Respondeo: imò inuitus compelletur emptor emere. & est ratio, quia venditor gessit emptoris negotium. ipse enim emptor habuit necesse hoc facere si possedisset, ad communi diuid. iudicium prouocatus. In alijs casibus, & quis compellitur vendere, & quis compellitur emere, vt ff. communi diui. l. communi diui. §. si debitor. & C. de commu. seru. manumiss. l. 1. §. si debitor. & ff. de reli. & sumpt. funer. l. si quis sepulchrum. & ff. de his qui sui vel al. e iur. sunt. l. 1. & ff. quemadmo. serui. amit. l. si locus. OPPOSITIO. Item opponitur, quòd fructus non possint peti per actionem ea empto. quia dicit quicquid accedit sorti, vsura fit: non est verum quicquid accedit ciuiliter, naturalis enim accessio accedit & præstatur, vt supra dictum est.

Si colonus vel inquilinus domum vel prædium conducit, & dominus non vult rem conductam præstare, habet contra eum actionem ex conducto.

De actione ex conducto, quæ datur conductori contra locatorem. Rubrica.

1 *Actio ex conducto vt veniat. quot exigantur.*
2 *Seruitus vrbana, quare habenti vicinam domum locari non possit.*
3 *Sterilitas quando dicatur.*
4 *Positiones Actoris & Rei in actione ex conducto, nu. 5.*
6 *Libelli in actione ex conducto quomodò fiant, cum plur. sequen.*
10 *Violentia aliqua si colono, vel inquilino simpliciter inferatur, vel quia turbatur in possessione, vel quia expellitur, quo iure illi subueniatur.*

COLONVS aliquis vel inquilinus conducit domum vel fundum, & locator non vult rem locatam tradere: vel esto, quòd tradat, non vult cætera præstare ad quæ tenetur: ideò prodita est actio ex conducto, quæ datur conductori contra locatorem. vt Institut. locati & conducti. & ff. eod. tit. l. ex conducto.
1 Quæ actio ad hoc vt competat, tot sunt necessaria. In primis, quod consensus interueniat locatoris & conductoris, & hoc etiam in actione ex locato exigitur. multa enim habent communia inter se illæ actiones ex locato & conducto: licet etiam quædam habeant propria & specialia, quæ prosequemur. multa etiam communia habent cum actione empt. & vend. sicut apparebit. vt ff. locati & conducti. l. 1. & 2. Secundum quod interueniat pretium: sicut in venditione. si autem interueniat merx vel alia species, non erit locatio sed alius contractus innominatus. vt ff. locati & conduct. l. 2. & ff. depositi. l. 1. §. si quis seruum. & ff. communi diuid. l. si conuenerit. sic ergo contra colonum, qui nummis colit, dabitur actio ex locato, propter pecuniam quæ interuenit: contra partiarium dabitur præscriptis verbis, vel pro socio. vt locat. & conduct. l. si merces. §. apparet. quod dico de consensu, intelligas expresso vel tacito: de tacito habes exemplum, vt si ad certum tempus locaui, & postea patior te sequenti anno ibi esse, videtur reconductio facta saltem nudo consensu seu tacito, nisi conductor incipiat furere: tunc enim non videtur reconduxisse. ff. locati & conducti. l. qui ad certum. facta tamen distinctione rustici prædij & vrbani. nam in rustico prædio si prima locatio fuit facta per lustrum: si finito lustro conductor in conductione remaneat: non videtur reconductio facta vsque ad annum in prædio vrbano: putà, in domo videtur reconductio facta quatenus quisque inhabitauerit, nisi fuerit conductio facta in scriptis, tunc non videtur conductio facta tacito consensu: quia actus priori similis debet interuenire. vt argum. C. quando lice. ab empt. disced. l. post perfectam. & argum. ff. de regu. iur. l. nihil tam. ff. de solut. l. prout. & ff. de verbor. oblig. l. inter stipulantem. in fin. 1. colum. hæc omnia leguntur ff. locat. & conduct. l. item quæritur. § qui impleto. quod verbum, quatenus inhabitauerit, exponitur tribus modis. Primò in vrbanis non videtur reconductio facta: & sic, inhabitauerit, erit verbum futuri temporis: vel videatur reconduxisse quatenus inhabitauerit. Secundò: vt si vno die inhabitauit vel mense, videatur illo die vel mense reconductio facta. & sic, inhabitauerit, erit verbum præteriti temporis, vel videatur reconduxisse quatenus inhabitauerit, scilicet primò. & erit similiter verbum præteriti temporis. vt si in prima conductione fuit tempus quinquennij, in secunda tacita conductione idem tempus videatur tacitè repetitum: sed licèt sic vario modo in prædio vrbano dicatur, tamen in rustico videtur facta reconductio vnius anni, & non minori tempore. & quæ est ratio? Respò. quia totius anni vnus est fructus. vt ff. solut. matrimo. l. diuortio. §. penultim. Tertiò, quod qui locat, & qui conducit, sit persona quæ potuerit obligari, non ergo furiosus qui consentire nô potest, nec expressim, nec tacitè, vt ff. locati & conducti, l. qui ad certum. & argumen. ff. de opt. lega. l. si tibi. Quartum, quòd debeat tam locator, quam conductor consentire in pretio. Cæterùm si errent, locatio non est. vt ff. locat. & conduct. l. decem. Quintum, quod pretium consistat in aliqua quantitate. alioquin si vno nummo vno quis conducat, nulla est conductio. vt ff. locat. & conduct. l. si quis conduxerit. & ff. de acquir. possess. l. si quis ante conduxerit. § vltim. Sed videtur, quòd locatio seu venditio teneat in nummo vno. vt ff. de iure dotium. l. si vsusfructus. sed ibi fit ex necessitate: cùm alio modo vsusfructus restitui non possit. vel vt alij dicunt, nulla est conductio vno nummo, quandò vna res erat digna maiori pretio, alioquin secus. nam benè possum conducere securim vel serram, vel aliud ferramentum a fabro pro vno denario, vel benè possum emere vnam denariatam olei: licèt alij dicunt, quod sit contractus innominatus, do vt des. vt ff. de præscri. verbis, l. naturalis. cum omne pretium debeat constare ex numero, nummus autem non est numerus, sed initium numeri: vt diximus suprà in certi condictione de mutuo. Sextum, quòd res illa quam conduco, non sit mea: alioquin locatio & conductio nulla. vt ff. de reg. iur. l. neque pignus. & C. locati & conducti. l. ad probationé. nisi fortè diceres respectu possessionis. vt aliàs in emptione. vt ff. de contrah. empt. l. si in emptione. §. rei suæ. nam nec precarium, nec depositum, nec emptio, nec pignus, nec locatio rei propriè est, vt dicit ff. de regu. iur. l. neque pignus. Septimum, quòd res sit talis, quæ possit locari. & quòd illius rei quis possit habere commercium, aliàs contractus nullus. vt ff. de verb. oblig. l. multum. & ff. locat. & conduct. l. locare seruitutem nemo potest. Sed quæritur de qua seruitute intelligamus. quidam intelligunt de seruitute reali: cæterùm in seruitute personali, vt vsufructu, aliud est: seruitus enim illa locari potest, vt ff. de vsufruc. l. arboribus. §. vsufructuarius. & §. non solùm. Item de reali intelligas, quandò seruitus est vrbana: cæterùm si rustica, aliàs secùs: illa enim locari potest ei qui habet vicinum prædium. vt ff. de pignorati. l. si is qui bona. §. vltim. & l. sed an vitæ. Sed quæ est ratio, quare aliud in seruitute personali. Respondeo, vsusfructus seruitus personalis est, & personæ debetur. vt ff. de seruitutibus. l. 1. & ff. de vsufructu. l. si quis vnas. vnde locari potest, subaudi personæ, cui deberi potest vsusfructus. at seruitus rustica etiam constitui non potest nisi ab habente prædium habenti prædium. vt Institut. de seruitutib. & ff. communia prædiorum, l. 1. sicut ergo non potest constitui, sic nec locari: quia nulla esset vtilitas conductoris.

QVAESTIO. † Item quæritur quare ſeruitus vrbana nõ
2 poſsit locari etiam habenti vicinam domum. Reſpon-
det dominus meus, ſi locaretur ſeruitua vrbana, tigni
forte immittendi, & poſteà finita locatione deberet
conductor tignum eximere, iam ruinis vrbs deforma-
retur, quod iura nolunt. vt ff. ne quid in loco publi. fiat.
l. vlt. Item ſi lex admitteret locationem, & poſteà quis
non poſſet eximere, iam circumueniretur ille authori-
tate legis, quod eſſet contra legem. argum. C. de his qui
ven. æta. impet. l. vltim. Item ſi poſſet eximere, iam fie-
ret alia via contra legem, quòd lex fieri noluit, quod
eſſe non poteſt. vt ff. de tut. & curato. da. ab his. l. Seiæ e-
greſſæ. & ff. de vulga. & pupilla. ſubſtit. l. verbis ciuili-
bus. ſed hanc rationem admitto in his ſeruitutibus, ex
quarum diſſolutione illa cõtingerent, quæ dicta ſunt.
cæterùm ſi eſſet ſeruitus talis vrbana: putà, viæ, quæ
poſſet dici vrbana, ſi prædio vrbano debetur. omnis e-
nim ſeruitus ferè poteſt dici vrbana, quæ prædio vrba-
no debetur. & omnia ferè poteſt dici ruſtica, quæ ruſti-
co prædio debetur. & hoc vide in exemplis poſitia. ff.
de ſeruitut. ruſticorum prædio. l. 1. & de ſeruit. vrban.
l. 1. nam ferè eadem exempla in eiſdem legibus ponun-
tur. Quædam tamen ſunt propria actionis ex cõducto.
Primum ſcilicèt quòd locator conductori non præſtet
rem conductam, vel ſi præſtat non patitur eum vti re to-
ta vel aliqua parte, vel non præſtat aliquid quod præ-
ſtare conuenit, vt ff. eo. l. ex conducto. §. 1. Item & ſi fuit
prohibitus ab ipſo domino, vel ab alio quem dominus
potuit prohibere, tunc tenetur ad totum intereſſe: ſi au
tem prohibeatur ab alio quem locator prohibere non
poteſt, tunc tenetur ad exonerationem mercedis. vt ff.
eod. l. ſi fundus. & l. perinde. & l. hoc diffinito. Item ſi
non præſtat locator omnia illa quæ enumerantur. ff. e.
l. ſed addes. Secundum, ſi vult petere remiſsionem mer
cedis quòd interueniat ſterilitas: nec anno ſequenti ſit
ſecuta vbertas. & hoc intellige in conductore prædij
ruſtici, & in colono qui nummis colit, cæterùm in par-
tiario ſecùs, quia ille eſſet ſocius damni & lucri. Item
prædio vrbano non poteſt contingere ſterilitas, niſi di
ceremus de ruins. vt ff. eod. l. ex conducto. §. ſi vis. & C.
eod. tit. l. licèt. & l. excepto. & ff. eod. l. ſi vno. QVAES-
3 TIO. † Quęritur autem quando dicatur ſterilitas. Reſpõ
det quidam, quando colonus nihil ex fructibus perce-
pit, ſicut mulier dicitur ſterilia, quæ nullum filium ha
bet. cæterùm ſi vnicum filium habet, non dicitur ſteri-
lis. Vnde cum quidam conquererentur de exiguitate
fructuum, non fuerunt auditi. vt ff. eod. l. ſi vno. §. cùm
quidam, vel dicitur ſterilitas, quando naſcuntur fru-
ctus, ſed ſemen non percipitur, vt ff. eo. l. ex conducto.
§. ſi vis. & l. ſi vno. §. vbicunque. dominus autem Io. in-
telligit ſterilitatẽ ſecundùm vulgi opinionem, vt quã-
do dicunt ruſtici malum tempus eſt hoc anno. vt arg. ff.
de flumi. publ. l. 1. §. flumen. argu. ff. de fundo inſtruc. &
inſtru. legat. l. cùm lanionis. §. aſinam molendinariam.
eodem modo intellige de vbertate. licèt quidam dicàt,
quòd tunc dicatur, quando bis tantùm percipitur. & in
tellige de illa facilitate quæ non conſueuerat ſemper
accidere, alioquin non teneretur locator. vt ff. e. l. ex cõ
ducto. §. ſed & ſi labes. & §. vlti. Tertium, quòd locator
non patiatur exire colonum, nec ſuas res exportare fi-
nito tempore conductionis. vt ff. eod. l. ſed addes. §. ſi in
quilinus. vnde in hac actione, quæ veniant copioſè dic
vt in ſumma huius tituli notat dominus meus. Vnde in
hac actione vtitur actor ſic poſitionib. ſuis. POSITIO
4 ACTORIS. † Ego dico, quod tu locaſti mihi domum
talem vel fundum talem. Item tu cõſenſiſti in talem lo-
cationem. Item illam rem locaſti mihi pro 10. Item tu
es perſona, quæ potes de iure obligari. Item res illa
quam mihi locaſti fuit tua. Item res fuit talis quæ po-
tuit locari. Item rem illam non tradidiſti. Item re illa
non permittis me vti, quia prohibes. Item ſum prohi-
bitus per talem re illa frui. Item ille eſt talis quem tu
prohibere potes. Item hoc anno fuit ſterilitas. Item tu
cõtradicis mihi volenti res illas extrahere. Ecõtra re-
5 us vtatur talib. poſitio. POSITIO REI. † Ego dico, quòd
domum illum vel fundum de quo dicis, ego locaui Ti-
tio, & ille modò inhabitat. Itẽ in pretio domus vel pen
ſione diſſenſimus. Item tu volebas mihi dare pro penſi-
one ſpeciem vel libram ceræ vel aliquid tale annuum.
Item ego ſum talia, cui hoc anno fuit bonis interdictũ.
ſed licèt nemini ſit honeſtum allegare turpitudinem
ſuam. vt C. de libera. cauſa. l. ſi liberum. & C. de his quæ
in frau. cred. l. filios. & C. de tranſact. l. cum donationis.
& C. de ſer. pignorat. l. dato, ſi creditores. tamen multi
allegant vt velint euitare pecuniariam condemnatio-
nẽ, proponentes pecuniarium commodum ſuę æſtima
tioni. Item rem quam tibi locaui, permiſi inhabitare
per totum tempus conductionis tuæ. Item qui te prohi
bet inhabitare eſt maior magiſtratus, quem prohibere
non poſſum. Item in hoc ſequenti anno fuit vbertas. I-
tem tu colonus es meus partiarius. Item finito tempo-
re conductionis permiſi tibi res omnes tuas extrahere.
In hac actione concipietur ſic libellus. LIBELLVS. † A- 6
go ego contra talem, à quo conduxi domum talem vſ-
que ad annum vnum pro 20. ſolidis, quã domum mihi
ad habitandum aſsignare cõtradicit. Vnde quòd ipſam
domum mihi ad inhabitandum vſq; ad annum aſsig-
net, ago contra eum: propono actionem ex conducto.
quòd ſic rectè concipiatur libel. probatur ff. eo. l. ex cõ-
ducto. OPPOSITIO. Sed opponitur, actio ex cõducto
ſimilis eſt actioni ex empto. vt ff. eo. l. 1. at per actionem
ex empto quis non poteſt præciſè petere. vt res ſibi tra-
datur. vt dixi ſuprà de act. ex empto. nec ergo in iſta a-
ctione poſſum præciſè petere, quòd res mihi aſsigne-
tur. Reſpondeo, fortè libellus iſte benè concipitur: &
poteſt quis agere hac actione, quòd res ſibi aſsignetur
ad habitandum: nec eſt locus oppoſitioni. eſt ſimilis
emptioni hæc actio, ergo ſeruentur omnia quæ ſeruan
tur in ea. Reſpondeo: eſt ſimilis quò ad quædam, quia
vtraq; bonęfidei, vtraq; perſonalis, in vtraq, pretium,
in vtraque conſenſus, & alia, vt diximus ſupra. Non ta-
men eſt ſimilis quò ad omnia. nam per illam transfert
venditor dominium, ſi dominus fuit. vt ff. de actio. em-
pti. §. 1. per iſtam non, quia non poteſt locatio domini-
um mutare. Item in illa non habetur ratio lucri. vt ff.
de actio. empt. l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem. in i-
ſta autem habetur. vt ff. locati & conducti. l. ſi fundus.
multæ etiam aliæ notantur differentiæ, quas non curo
proſequi. vnde cùm non transferatur dominiũ per illã
actionem ſi fortè ad rem tradendam præciſè non inten
tetur, non eſt mirum. in iſta autem quod præiudicium
fit locatori, ſi conductori aſsignat, cùm & proprieta-
tem & poſſeſsionem retineat. vt ff. eo. l. non ſolet. & ar-
gu. ff. communi diui. l. communi diui. §. neque colonus.
& ff. de vſucap. l. non ſolùm. §. quod vulgò. ſicut in com
modato & depoſito, in quibus proprietatem & poſſeſ-
ſionem retinemus. vt ff. commodati. l. rei. & ff. depoſiti.
l. licèt. §. rei. Et optimum ſimile induco: diuiſio vicem
& ſimilitudinem emptionis habet. vt C. commun. vtri-
uſque iud. l. 1. quò ad quædam, non tamen quò ad om-
nia, quò ad hoc ſimiles ſunt, ſcilicèt, vt dominiũ trans
ferant, ſi fuerint domini: ſi non, vt de euictione tenean-
tur. vt C. commun. vtriuſque iudi. l. ſi fratres. & C. fami-
liæ erciſcun. l. ſi famil. erciſcun. & ff. de actio. empt. l. ex
empto. non tamen ſunt ſimiles, quia ex pacto diuiſio-
nis non datur actio. vt C. de rerum permuta. l. ex placi-
to. ff. de pactis. l. diuiſionis. l. ex contractu emptionis da
tur actio empti ſeu venditi. Alij alio modo concipiunt
libellum ſic. LIBELLVS. † Ago contra talem, à quo cõ 7
duxi domum vel fundum pro 10. vnde quia domum il-
lam vel fundum præſtare mihi ſeu aſsignare contradi-
cit ad habitandum ſeu colẽdum, ideò intereſſe meum
quod æſtimo 20. ab eo peto, & propono actionem ex cõ
ducto. Quòd ſic rectè concipiatur libellus dicit ff. eod.
l. ſi fundus. OPPOSITIO. Sed opponitur, intereſſe nõ
poteſt peti, cùm non ſit in obligatione, licèt veniat in
condemnationem. vt ff. de re iudic. l. ſi quis ab alio. §.
vltim. Reſpondeo: imò eſt in obligatione, ſicut eſt in a-
ctione ex empto. vt ff. de actio. empti. l. 1. & hæc actio ſi-
milis eſt emptioni. vt ff. locati & conducti. l. 1. Multi
tamen metu iſtarum quæſtionum dicunt libellum de-
bere cõcipi ſic. LIBELLVS. † Ago contra talem, vt do- 8
mum

nom quam ab eo pro decem conduxi, tradat mihi seu
assignet ad inhabitandum, & si tradere non vult, petò
interesse meum, quod æstimo viginti. ad quod propo-
no actionem ex conducto. Quod sic rectè concipiatur
libellus, probatur argum. ff. de actin. empt. l. 1. Quæ au-
tem veniant in actionem ex conducto, non curo ad vn-
guem prosequi, quia plene notat dominus meus in
summa C. locati & conducti. l. ex còducto. QVAESTIO.
10 Sed illud quæritur, † aliqua violentia infertur colono
vel inquilino simplici, vel quia turbatur in possessio-
ne, vel quia expellitur, quo iure subuenitur illi? cer-
tum est quod non habeat interdictum, nec constitutiò-
nem si quis in tantam. illa enim possidenti competunt,
vt ff. de vi & vi armat. l. 1. & C. vnde vi. l. si quis in tan-
tam. & ff. vti possid. l. 1. at inquilinus non possidet,
vt ff. de vsucapionib. l. non solùm. §. quod vulgò. Re-
spondeo: aget contra dominum actione ex conducto,
vt dominus agat contra violentum, vt cesset à violen-
tia, vel vt restituat possessionem ablatam. vt ff. locati
& conduct. l. cùm in plures. §. messem. & ff. ad leg. Rho-
di. de iactu. l. 2.

Si rem aliquam tibi loco, vt rem illam mihi reddas, competit actio ex locato.

De actione ex locato. Rubrica.

1 *Pensio quo tempore soluenda sit.*
2 *Conductionis tempore si domus ita erat necessaria vsibus domini sicut modò, vel locationis tempore ita indigebat refectione sicut modò, quid agendum.*
3 *Conditio an pro impleta habeatur, si aliquis soluere paratus sit, licèt non soluat.*
4 *Pensio pro rata temporis, nunquid remitti debeat, quando quis antè tempus expellitur.*
5 *Superficiarius an propter aliquas causas expelli possit.*
6 *In prædio rustico, an idem quòd in vrbano esse debeat.*
7 *Locator conductorem finito locationis tempore, an aliquo casu propria authoritate expellere possit.*
8 *Positiones Actoris & Rei in actione ex locato, nu. 9.*
11 *Libelli in actione ex locato, quomodò concipiantur, cum plur. seq.*
14 *L. non ab re, & l. conductores. quid differant inter se, an vtraque intentetur, vel altera, & an alia superabundet.*
15 *Conductor si incontinenti probare velit rem illam sibi locatam suam esse locatore agente contra illum, an audiendus sit.*
16 *Operas suas si quispiam duobus locauit, cui primo satisfaciat.*
17 *Operas suas in perpetuum si quispiam alicui locauit, an talis locatio valeat.*
18 *Scriptor vel alius si locauit operas, & per scriptorem non stet quominus scribat, & scholaris non velit sibi dare ad scribendum, quid iuris.*
20 *Aduocatus si operas locauit, & per ipsum non stet, an salarium petere possit.*
21 *Locata opera sua, vel in fabrica, vel in vinea, vel in agro ad seminandum, & eadem die incidente pluuia, vel si alius fortunatus casus contingat, an totam mercedem conuentam, vel saltem pro rata diei, qua laborauit, petere possit.*

SICVT ex conducto datur actio conductori, ita ex
locato datur locatori. Quæ actio ad hoc vt compe-
tat fere tot sunt necessaria, de quibus diximus in
actione superiori. verum quædam alia specialia assu-
mit actio ista, ad hoc vt competat saluis his quæ supe-
riùs diximus. Est enim necessarium vt pensio non sit so-
luta: vel illud quod in locatorem deuenit. vt C. eod.
l. si in lege. §. si domus. & l. dominus. § vltim. adeò au-
tem hoc est verum vt si lo[cati]o pactum faciat condu-
ctori, & pœnam promittat de il[l]o non expellendo, po-
terit tamen eum impunè expellere, nisi soluerit pēsio-
nem infra biennium. vt ff. eo. l. quæro §. inter. & l. cùm
domini. QVAESTIO. † Si quæras quo tempore sit pen- 1
sio soluenda? Respondeo, quædam leges videntur vel-
le, quod in princip: nam si non soluit, potest expelli. vt
C. eodem. l. 2. Quædam quod in medio, sicut in salario,
quod fiscus dat aduocato suo. vt C de aduocat. diuers.
iudic. l. per hanc. §. centum aurei. Quædam, quòd in fi-
ne, sicut & cùm aliquid debetur in diem. vt ff. de verb.
obligat. l. qui hoc anno. & ff. de migrando. l. 1. §. si pen-
sio. Dominus meus putat id esse seruandum, quod actū
est. quòd si non apparet: seruabo morem regionis. sed si
is non apparet, quia varius est, ad id quod minimum
est, erit causa reducēda. i. vt exigatur in fine anni tan-
tùm. vt ff. de regul. iuris. l. semper in stipulationibus. li-
cèt enim dominus non possit exigere ante, inquilinus
tamen si non offerat & satisfaciat, dominus potest il-
lum expellere, vt dictum est, & hoc notat dominus me-
us circa principium summæ huius tituli. Item si res lo-
cata sit necessaria vsibus domini, vel si illam velit refi-
cere, vel si malè versetur in re locata inquilinus. vt C. 2
eod. l. idem. QVAESTIO. † Sed quid si tempore condu-
ctionis erat ita necessaria vsibus domini, sicut modò.
pone, quòd locator aliam domum nō habet. Item quid
si tempore locationis ita indigebat refectione sicut mo-
dò. Respondeo, non credo dominum audiendum. ex
quo enim res erat in tali statu, videtur legis beneficio
renunciasse. vt ff. de vacat. muner. l. præter. § si post cau
sam actam. Item hoc posse sibi euenire prospicere de-
buit. vt ff. eodem titul. l. si quis domum. Item intellige
de refectione, quæ non possit differri eo vsque donec
finiatur tempus locationis. QVAESTIO. † Item quid si 3
non soluat, paratus tamen sit soluere Respondeo, satis
est: quia quantum ad eum habetur conditio pro imple-
ta. vt argumen. ff. de contrahend emptio. l. Labeo, si mi-
hi bibliothecam. licèt argumen. contrà: quod satisfe-
cisse prosit, velle satisfacere non prosit. vt ff. quibus mo-
dis pign. vel hypothec. solu. l. item liberatur. §. qui pa-
ratus. licèt in eo §. in princ. sit argument pro: quod qui
paratus sit soluere, meritò pignus liberasse videatur,
vt in eodem §. Item quod dictum est, si male versatus
sit, intelligas nimium malè, si enim modicè malè ver-
saretur, non posset expelli, sicut nec conductor ageret
prò modico damno. vt ff. eod. titu. l. habitatore. QVAE-
STIO. † Sed nunquid in casibus istis quando quis expel- 4
litur ante tempus, debet remitti pensio pro rata tem-
poris? Respondent quidam, & dicunt, quod in duobus
casibus fiat remissio, scilicet quando debet refici, &
quando est necessaria vsibus domini. In alijs duobus ca
sibus quandò male versatur, & quandò pensionem non
soluit, non fit remissio, cum ex delicto suo expellatur,
argumē. C. de sacrosanct. eccles. authen. qui res. domi-
nus tamen Ioan. in omnibus dicit remissionem pro ra-
ta temporis faciendam. & satis est quod punior, quod
ante tempus expellor. QVAESTIO. † Item nunquid idem 5
in superficiario, quod possit expelli propter illas qua-
tuor causas vel aliquam illarum? Respondeo, in super-
ficiario cum habeat ius iure per triennium si non sol-
uat, si aliquid debet soluere, potest expelli. vt C. de iure
emphyteu. l. 2. & in alio etiam casu audirem dominum,
si esset necessaria vsibus ipsius. In alijs autem duobus
non credo ipsum expellendum, cum ad eum refectio
pertineat, & cum nō possit dici male versari in re loca
ta: cùm totum quò ad superficiem illius sit damnū vel
commodum quod contingit. vt ff. de superfic. l. 1. QVAE-
STIO. † Item nunquid idem in prædio rustico, quod in 6
vrbano. Respondeo, non videtur idem in omnibus. nā
videtur quod non sit idem, si necessarium sit vsibus do-
mini, & aliud in domo: quia turpe est in domo aliena
conducenda pompa patere diuitias, & familiaris rei
detegere paupertatem, vt C. quando & quibus quarta
pars de bon. decuri. debeat. l. 2. libr. 10. cum & sit alia
differentia inter prædia rustica & vrbana. vt C. eod. l.
certi. & ff. ex quib. caus. pign. tacitè contrah. l. eo iure.
& C. eod. l. si non inducta. ego tamen crederem idē quò
ad hoc: vt si sit necessarium vsib. domini & si pensionē
nō soluat. & si forte male vtatur, maximè in vinea quia
eam

eam tempore suo non colit. Tertium, quòd dolum latâ
vel leuem culpam committat colonus vel inquilinus,
in reconducta. de leuissima non tenetur nisi nomina-
tim promittat, vel mercedē recipiat pro custodia: nec
etiam tenetur de casu fortuito, nisi specialiter promit-
tatur, vel nisi præcedat culpa vel mora. vt C. eod. l. in iu
dicio. & ff. eod. l. si merces. §. vis maior. & l. videamus. §.
si hoc. & §. vltim. & l. si quis fundum. §. 1. respons. & l.
maritus. & l. vlt. & ff. eod. l. item quæritur. §. item Iulia-
nus. & § fullo. & §. item si pallium. & vt plenius notes,
quære in summa C. eod. titu §. ex locatione. ibi videbis
quæ veniant in actionem locati, & quæ contineantur
nomine culpæ vel negligentiæ. Quartum, quòd condu-
ctor nolit rem restituere, quam sibi locaui: tunc si cul-
pa non restituit, tenebitur ad interesse locatoris. vt ff.
eod. l. videamus. §. qui vinum. Si autem per contumaci-
am, iurabitur contra eum in litem. vt ff. eod. l. si cui. §. 1.
ff de in lit. iur. l. in actionibus. agi etiam potest condi-
ctione ea l. conductores. per quam consequor & rem
locatam, & eius æstimationem. vt C. eod. l. si quis cōdu
ctionis. & l. conductores. & C. vnde vi. l. nō ab re. venit
enim restitutio rei locatæ nisi actum sit, vt tantundem
reddatur. duo sunt enim genera locationis, tunc ad tan
tundem agitur. vt ff. eod. tit. l. in naue Saufelli. QVAE-
7 STIO. † Sed illud quæritur, an posit locator conducto
rem finito tempore locationis vel in casibus prædictis
sua auctoritate expellere. Dominus meus admittit, qđ
sic: dicens, simplex colonus vel inquilinus, cùm non
possideat, vnde poterit expelli. vt ff. eod. l. cum in plu-
res. §. hæredem. & ff de acquir. possess. l. qui vniuersas.
§. qui per colonum. & ff. de vsucap. l. non solùm. §. quod
vulgò. & C. eod. tit. l. emptorem. nisi colonus vel inqui
linus interuerterit possessionem, tunc non potest ex-
pelli. vt ff. de vi & vi arma. l. cum fundus. & l. colonus.
& nisi colonus vel inquilin⁹ habeat ius in re: quia con-
duxit ad non modicum tempus. vt ff. si ager vectigalis.
l. 1. & 2. & ff. de superfic. l. 1. & C. lib. 11. de fund. patrim.
l. iubemus. & sic notauit in summa istius tituli. credo
tamen tutiùs esse & consultiùs si fecerit hoc authorita
te prætoris. vt argum. C. de pignor. l. creditores. In hac
actione actor facit tales positiones. POSITIO ACTO
8 RIS. † Ego dico, quòd domum talem vel fundum ego
locaui tibi vsq; ad annum, vel duos annos pro decem.
Item illa decem mihi non soluisti. Item anni illi finiti
sunt. Item res illa quam tibi locaui, est mihi necessa-
ria. Item in re illa malè versaris, quia eam destruis. Itē
res illa indiget refectione. Item iam est completum bi-
ennium, & tu recusasti mihi soluere pensionem. Item
rem tibi locatam recusas mihi reddere. Econtrà reus
9 facit tales positiones. POSITIO REI. Ego dico, quòd
rem illam locasti soli Titio, si hoc confitebitur actor,
succumbet quia iam istum conuenire non potest, cum
alij locasset. Item si mihi locasti pro decem, illa decem
tibi solui, vel alij pro te, vel tuo creditori, vel tuo man
dato. vt ff. de pignor. actio. l. solutam. §. solutam. Item
adhuc durat tempus conductionis. Item quando mihi
domum locasti, ita erat tibi domus necessaria sicut mo-
dò. Item honestè & commodè habito in domo quam
mihi locasti. Item rem istam conduxi ad decem annos.
In hac actione concipietur sic libellus. LIBELLVS.
10 † Ago contra talem cui locaui domum meam pro de-
cem, vnde vt illa [illegible] mihi soluat, propono actionem ex
locato, quod sic rectè concipiatur libellus pro pensio-
ne petenda, quandò non est soluta, dicit ff. eod. l. si in le
ge. §. si domus, & l. dominus §. vlti. Si autem finitum es-
set tempus conductionis, & non vult rem restituere, di
11 ces sic. LIBELLVS † Ago contra talem, cui cum loca-
uerim domum meam pro decem vsque ad annum, & fi-
nitum [illegible] tempus conductionis, quod illam domum mi
hi restituat, propono actionem ex locato, quòd sic re-
ctè concipiatur libellus, dicit ff eod l. videamus. §. qui
vinum. & C eod. tit. l. si quis conductionis. Vel si vult,
in casu isto proponat condictionem ex lege illa condu
12 ctores. & [illegible] sic. LIBELLVS. † Ago contra Titium, &c.
vnde quia rem illam non vult restituere, ago contra eū
vt restituat & præstet mihi æstimationem pone decem,
propono actionem ex l. conductores. vel condictione
ea l. non ab re. C. vnde vi. quòd sic rectè concipiatur li-
bellus probatur C. locati & conducti. l. conductores.
& C. vnde vi. l. non ab re. Si autem necessaria sit vsibus
domini, vel quia malè versatur in re locata, vel quia
indiget refectione, vel quia pensionē non soluit, dices
sic. LIBELLVS. Ago contra talem cùm locassem do- 13
mum talem pro decem vsque ad triennium, & domus
illa sit necessaria mihi. quia aliam domum non habeo,
quam tu habitem, vel cum sit necessaria domus illa re-
fectione, vel quia malè versatus est in domo illa, vel
quia iam est biennium, quod pensionem non soluisti,
vnde domum illam mihi a te restitui peto: propono a-
ctionem ex locato. quòd sic rectè concipiatur libellus
dicit C. eodem titul. l. ædem. & ff. locati & conducti. l.
quæro. OPPOSITIO. Sed omnibus istis libellis sic op
ponitur: certum est, quod rei locatæ proprietatem &
possessionem retinemus. vt C. locati & conducti. l. non
solet. & ff. de vsucapio. l. non solùm. §. quod vulgò. er-
go mihi non debet dari actio: possidenti enim nulla a-
ctio prodita est. vt Institut. de acti. §. eiusdem generis.
Respondeo: imò datur actio possidenti, vt in commo-
dato & deposito: nam illarum proprietatem & posses-
sionem retinemus. vt ff. commod. l. rei. & ff. depositi. l.
licèt. §. rei. & tamē actiones illæ intentantur cōtra de-
positarios, & contra commodatarios: nihilominus eti-
am ab his possetres vendicare. quod ergo dicit § ille.
quòd possidenti non detur actio, subaudi, & tenenti. vt
ff. de rei vendicat. l. offi[illegible]ium. vel aliter, possidenti non
datur actio negatoria, & hoc inducit litera sequens in
eodem §. præterquam in seruitutibus: vbi possidenti
datur actio negatoria, vt ibi. & ff. si vsusfruct. pet. l. fru-
ctuario. §. vltim. QVAESTIO. † Item quando agitur cō 14
dictione ea d. l. non ab re. vel ea d. l. conductores. quæ-
ritur quid differant, & an vtraque intentetur, vel alte-
ra: & an alia superabundet. Respondeo, vna tantum lo-
cum habet quam actor vult, & neutra superabundat:
quia l. conductores. loquitur tantùm in duobus casi-
bus: quandò quis precariò & ex causa conductionis
detinet. l. non ab re. est generalis in omnibus alijs rem
alieno nomine detinentibus. OPPOSITIO. item in
alijs casibus videtur malè conceptus libellus, in qui
bus debet proponi condictio ex d. l. ædem. & ea d. l
quæro. & ff. de condict. ex lege. l. vnic. si enim in casi-
bus illis proponitur ex locato, videtur contractus ille
approbandus, sed in casibus illis reprobatur [illegible] ut al-
ias. argumen. l. C. de furtis. l. 1. Respondeo, imò in ca[illegible]
bus illis benè proponitur ex locato, actio illa compe-
tit etiam ad dissoluendum contractum sicut & compe-
tit actio ex empto ad distrahendam emptionem. vt ff.
de action. empt. l. ea empto. §. is qui vina. QVAESTI[illegible]
Item quæritur, † si conductor vellet incontinenti pro
bare rem illam sibi locatam suam esse, agente locato-
re contra illum, an erit audiendus? videtur quod sic:
nam exceptio ista iusti dominij cuilibet actioni præ-
fertur. vt ff. de public. l. Paulus. econtra videtur, quòd
non sit audiendus. vt C. locati & conducti, l. si quis con
ductionis. Respondeo, dicunt quidam vt [illegible] lacenti. aut
ille est paratus incontinenti probare: & tunc audien-
dus est, alias non audietur. vt argument. ff. vt in pos-
sess. lega. l. si is à quo, in princip. & argumen. C. de co[illegible]
pensat. l. vltim. & ff. de iure fisci. l. aufertur. §. quæ com-
pensationem. & argum. ff. ad exhibend. l. 3. §. ibidem. &
argum. ff. ad Trebellian. l. ille à quo. §. si de testamento.
& ff. ad Carbo. l. Carbonianum. §. dux. & argum[illegible]. C. de
bonis quæ liberis. l. vlti. in fin. & ff. de eo quod [illegible]rto lo-
co. l. quod si Ephesi. §. inter duos. & ff. de col[illegible]
§. vltim. & l. ait. & pro hac etiam sententia facit regula
quæ dicit, quòd dolo facit, qui petit quòd re[illegible]turus
est. ff. de doli exceptio. l. dolo facit. Item & si datur a-
ctio sibi ad vendicandum possidente locatore, mul-
tò fortiùs sibi debet tenenti dari exceptio. vt ff. de su-
perfic. l. 1. & ff. de regulis iuris. l. inuitus. §. [illegible] & l. in con-
demnatione. §. vltim. Alij vt dominus meus dicunt &
consonant Placenti. nisi lex dicat posses[illegible]ionem priù
esse restituendam, tunc debet primò restitui. [illegible] di-
stinguunt

stinguunt: verùm habeas à me causam,& tunc non refe res quæstionem dominij, maximè si ago actione ex con tractu: licet si agã rei vendicatione, posset mihi referri: quia tunc nõ ago contra te tanquam contra habentem: sed tanquam contra rei possessorem. vt argumen. ff. solut. matrim. l. si aliena.& ff. de actio. pigno. l. si pigno. §. si prædo.& argum. C. de non numer. pecun. l. 1. Si autem non habeas à me causam, potes mihi referre quæstionem dominij, vt dictum est. possent etiam distingui, nisi vnum obstaret: quod hic possessorio non agatur, licèt hoc quidam dicere voluerint in d. l. si quis conductionis. propterea quia dicit possessionem debet primò restituere: sed petitorio, si petitorium dicit potest, agendo personali actione ex locato, vel conditione ex l. si quis conductionis. sed impropriè, cùm propriè dicatur petitorium, quando agitur in rem. vt ff. de rei vendicat. l. qui petitorio. nam quod possessorium intentabitur vtrum recuperandæ, an adipiscendæ, si recuperandæ, nulla exceptio opponitur: nam nec criminis. vt C. de donat. inter virum & vxor. l. si maritus.& leges illæ omnes quæ dicunt si incontinenti probat qui tenet quòd audictur, intelliguntur in possessione adipiscenda. in possessione enim adipiscenda non ita subuenitur alicui. vt argumen. C. de acquirend. possess. l. vltim.
16 QVAESTIO. ¶ Quid si aliquis locauit operas suas duobus cui satisfaciet primò? Respondeo: cui primò locauit. vt ff. eod. tit. l. in operis. QVAESTIO. ¶ Item quid si
17 aliquis locauit suas operas in perpetuum, an valeat talis locatio? videtur quod non: quia esset in præiudicium libertatis, cum non haberet liberam facultatem faciendi quod vellet. vt Instit. de iure person. Item quia non multum distaret à seruo, ex quo non daretur libera facultas sibi recedendi quò vellet. vt ff. eod. titu. l. ... & ff. de condit.& demonstra. l. T... 10.& ff. quarum rer. act. non dat. l. 1.& argum. quod alias habes de vsufruct. qui in perpetuum non potest constitui, ne proprietas fit inutilis. vt ff. de vsufruct. l. 3. § ne in vniuersum: & si fiat pactum ne vnquam diuidamus, tale pactum non valet, si autem ne infrà certum tempus diuidamus tale pactum valet. vt ff. commun. diuidun. l. in hoc iudicium. § si conueniat.& argum. C. locati & conducti. l. si hi cõtra quos dominus meus dicit, quòd locatio in perpetuum valeat etiam de operis liberi hominis, quia potest se liberare præstando interesse. vt ff. de re iu... l. si quis ab alio. §. vltim. vel potest seruire per substitutum. vt C. de Episcopis & clericis. l. quisquis.& l. ad lint... itudinem.& in authen. de sanctissimis Episcopis. col. 9. §. 1. hominis enim liberi operæ legari, & in stipulationem deduci possunt. vt ff. de vsufruct. lega. l. 3. præbet argu. C. lib. 11. de validis mendicantibus l. vnica. QVAESTIO.
18 ¶ Item quid si aliquis scriptor, vel alius locauit operas, & per scriptorem non stet quò minus scribat, & scholaris non velit dare sibi ad scribendum, quid erit? Respondeo: potest scriptor petere totum pretium ex quo per eum non stat. vt ff. locati & conducti. l. qui operas.& argum. ff. de annuis legat. l. Mæuia. dummodò operas suas alijs non locauerit, scriptor enim tunc non p... vt ff. eod. tit. l. sed addes. §. vltim.& ff. de of... al... iter functo. Quid si stetit fortè per mensem, q... ptor non scripsit,& per eum non stetit & operas ... non locauit alij: nunquid petet interesse futurum ratione ... lius mensis? Respondeo sic. vnde concipi... e sic ... libellum. LIBELLVS. ¶ Ago contra talem cùm lo-
19 cassem operas meas ... ... ad scribendum codicem & per me non stet quo minus scribam, decem ab eo ... soluit peto: & quia tam est ... ensi quod à scri ben... acaui, cum per eum staret quo minùs scribe... & m... à propter hoc interfit quia que, idcò illa qu... ue pero... ropono actionem ex l. ... cato: & quòd sic re... con... ipiatur ... libellus, ... cunt ... a al... gata. ff. eo de ... l. qui ... peras. & l. sed addes. §. vltim.& ff. de officio
20 assess. l. ... tem. QVAESTIO. Sed nunquid ... idem in aduocatis. Respondeo sic. vt C. de cond... ne causa data. ... aduocati.& ff. locati & conducti ... qui operas. §. vltim. hoc excepto, quòd non pot... dic... propri... ca... rio in aduocato. vt C. de post... ando. l. quisquis.& ff. de

varijs & extraordinar. cognit. l. 1. § est quidem res sanctissima.& aliud excipio: quia licet operas suas, si operæ dici possunt, locet alijs, nihilominùs petit salarium: & quare aliud in scriptore vel fabro, & aliud in aduocato? ratio est in promptu: quandò scriptor vel faber locat alij operam, alij operari non potest: quia nemo potest duobus dominis seruire, licet sit contrà, ff. de oper. libert. l. duorum libertus. at aduocatus multis potest ex officio suo seruire, maximè in eadem curia. QVAESTIO. ¶ Sed quid si locaui tibi operas meas ego 21 magister, vel faber, vel operarius, vel in fabrica, vel in vinea, vel in agro ad seminandum: & postea in eadem die pluuia, vel alius fortuitus casus contigit: an petam totam mercedem conuentam: vel saltem pro rata diei, qua laboraui? videtur quod totam petat mercedem ex quo per eum non stat, sed per casum fortuitum. vt argum. ff. de conditio. instit. l. quæ sub conditione. §. quotiens. in fine.& ff. de lega. 1. Turpia. §. Titiæ.& ff. locati & conducti. l. qui operas.& ff. de annuis legat. l. Mæuia. argum. optimum ff. de statu liber. l. cum Stichus. Econtrà videtur quòd pro rata debeatur pretium: cum tam labor, quàm pecunia diuisionem recipiat. vt ff. de annuis legatis. l. Seio amico meo fidelissimo. verum in ista casu dominus Irne. facit optimam distinctionem, quæ sic incipit, locat quis, &c. quam quia vtilis est, huic operi inserui. DISTINCTIO. Locat quis quandoque vecturas, quandoque operas, quandoque rem & operam. cùm rem suam locat siue steterit per eum, siue per casum fortuitum ex ipsius parte contingentem, quominùs conductor re conducta vtatur, tenetur actione locati. sed in primo casu, scilicet quando stat per eum, tenetur ad interesse in quo lucrum etiam continetur: vel ad pœnam quam promisit, si conductor pensionibus paruit, & vt oportet coluit: nec mali in re locata vsus fuerit. vt C. eodem. l. 3.& l. si ex fundo.& ff. eodem. l. ex conducto.& l. quæro.& si vno. §. vbicunque.& l. si fundum.& l. si in lege. §. colonus. In secundo casu, scilicet quandò stetit per casum fortuitum, agitur vt pro rata pensio remittatur, aut reddatur. veluti si ædes locatæ vel ager terræ motu corruerit. vt ff. eodem. l. si quis domum.& l. ex conducto.& l. sed addes. §. quida. & l. si vno. §. item cum quidam.& l. qui insulam. §. ædiles. Idem est si locator rem locatam propter necessitatem fuerit demolitus, vel proprijs vsibus probauerit necessariam: vel conductor iusto timore migrauerit: vel vti frui ab eo prohibeatur, quem locator propter vim maiorem aut potentiam eius prohibere non potest. vt ff. eodem. l. qui insulam.& l. si fundus.& l. periodè.& l. hæc distinctio.& l. habitatores.& C. eodem. l. ēdem. Si vetò steterit per conductorem, vel casum fortuitum contingentem ex parte ipsius quo minùs re locata vtatur, solidam pensionem præstare cogitur. vt ff. eodem. l. colonus. cum autem quis operas suas locat, vel rem & operam, nec per eum stat quominus eas soluat, sed per conductorem, licèt casu fortuito impeditum, mercedem totius temporis consequitur: vt de eo qui mancipia vehenda conduxit, & de hærede aduocati, à quo non repetitur salarium: quia per eum non stetit quominùs causam ageret. vt ff. de varijs & extraordina. cognit. l. 1.& ff. eodem. l. sed addes. § cum quidam. & ... qui operas.& l. si fundus.& ff. ad legem Rhodi. de iactu. ... si vehenda. ... vero steterit per locatorem quominùs operas præstet, vel per casum fortuitum in sua persona contingentem. In primo casu tenetur ad interesse, & vt pensionem remittat etiam ... ro rata tempo... quo eas præstitit. vt C. eod. titu. l. si h... & ff. eodem. l. item si vno. §. item.& ... de condict. ob causam. ... aduocationis. Irner. h... isti notulæ addit hoc dominus meus. si opponatur, quod casus fortuitus non de... eat in bonæ fidei iudicijs venire ... t, vt tene... ... rator operarij, ad interesse nec sol... ram pe... ... ... er ... potest. quia casus fortuitus non ... ... & prodesse locatori ... ... or etiam si res vendita ca... ... ... quitur: ergo iste mer... ... ... ca... ... p... itus præstare operas? Respondeo, aliud est in ... qui

qui certat de damno vitando: nam si non haberet pre-
tium damnum rei suæ pateretur: conductor autem cer
tat de lucro, cum nihil de suo amiserit. argum. ff. de cō-
ditio. & demonstr. Titio. §. 1. OPPOSITIO. Item vide-
tur contra quod est ff. de varijs & extraordi. cognit. l. 1.
§. pen. & ff. de statuliber. l. cum hæres. §. penult. Respon
deo. speciale est in aduocatis & libertatibus: nec obstat
quòd dicitur C. de condict. caus. dat. l. pen. quia vt su-
prà dictum est, loquimur, cum contingit in conducto-
re casus: secùs si in locatore. vt C. de cōdi. caus. data. l. si
militem. OPPOSITIO. Item videtur contra. ff. de con
dict. caus. data. l. si pecuniam. primo responso. ibi, cùm
per te non stetit, &c. Respondeo, illud disputando di-
cit. est enim alia ratio repetendi. vt in eo. tit. l. vltim. &
l. si pecuniam. §. vlti. OPPOSITIO. Item contra ff. de con
di. caus. dat. l. 3. §. quod si ita. sed ibi contingit casus non
in manumittente, sed in manumittendo: vnde distin-
guitur verùm fuerit in mora vel non. Item pro hoc ff.
ad leg. Rhod. de iactu. l. qui leuandæ §. si vehenda. & in
ea l. est arg. contra §. si ea.

*Si conductor recepit se in periculum rei conducta, tenetur a-
ctione oneris auersi.*

De actione oneris auersi. Rubr.

1 *Actio oneris auersi vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Casus fortuiti cum præuideri non possint, quomodo speci-
ficari valeant.*
3 *Positiones Actoris & Rei in actione oneris auersi, & nu-
me. 4.*
5 *Libellus in actione oneris auersi quomodò formetur.*

CONtingit sæpè quod conductor recipiat in se pe-
riculum rei conductæ speciali pacto interueni-
ente: aliàs autem periculum, si in re locata cōtin-
git respicit locatorem: cùm conductor non teneatur
nisi de dolo, lata & leui culpa. vt ff. eod. l. ex conducto.
& ff. commodat. l. si vt certo. §. 1. & C. loc. & condu. l. in
iudicio locati. propter quod inuenta fuit actio specia-
lis, quæ dicitur oneris auersi: ideò quia onus aduersita-
tis, id est, casus fortuiti seu periculum in se recipit: vt
ff. loca. & cond. & opus quod in auersione. & l. in naue
Saufeij quam actionem dominus meus dicit hodie lo-
cum non habere: & ita sentimus. licèt R. dixerit locum
eam habere: verum quia dominus Ioan. eam posuit in
arbore & in ordine actionum, ideò aliquid de ea dica-
1 mus & breuiter. Ad hoc enim quod competat, opor-
tet, quòd illa pro maiori parte interueniant, quæ dixi-
mus suprà in actione ex conducto. quædam etiam spe-
cialia sunt necessaria. In primis quòd conductor in se
recipiat periculum. vt ff eod. l. opus. Secundum, quòd
casus & pericula specificentur secundùm dominum
meum: alias quis de casu fortuito non tenetur. vt ff. si
quis caut. l. sed & si quis §. quæsitum. & C. de nego. gest.
l. negotium gerentes. & est ratio, quòd non debeāt spe-
cificari: quia illos non potest præuidere vllum huma-
næ fortis iudicium. vt ff. de admin. rerum ad ciuita. per-
tinen. l. .§ si eo tempore. & propterea non veniunt e-
tiam in iudicijs bonæ fidei. vt C. de actio. pign. l. quę for
tuitis. quòd debeant specificari, ar. sunt C. ad Vellei. l.
iubemus. C. quando mulier tuto. officio fungi potest. l.
vltim. & ff. si quis in ius voca. non ierit. l. 1. & ff. de pro-
curator. l. Pomponius. in prin. & l. qui duos. & ff. de mi-
nor. l. illud. §. si talis. & in authenti. de nupt. colum. 4. §.
soluto. & ff. de legat. 1. l. vxorem. §. fœlicissimo. in om-
nibus enim istis legibus specialia desiderantur: sed se-
cundùm M. non est secundum istud necessarium: suffi-
ceret enim pactum generale, quòd omne periculum
quis præstaret: & sic dicebat, quòd veniens omnes ca-
sus fortuiti. argum. inducebat pro se ff. de pact. l. iuris-
gentium. §. sed & si quis. ff. commodati. l. si vt certo. §.
2. & ff. mandati. l. & Aristoni. & ff. de contrahend. emp-
tio. l. fistulas. §. vltim. & ff. locati & conduct. si quis fun-
dum. & l. item quæritur. & l. opus. & in authent. colla-
tione 7. & sine prohibitione. §. quia verò. in authentic.
collat. 5. vt omnes obediant iudicibus. §. antepenultim.
C. quando mulier tuto. officio fungi pot. l. vltim. & re-
spondent legibus inductis à domino meo, quod casua-
le sit circa iudicia, cum & multa sint casualia. vt in eo.
titu. ff. si quis caut. quilibet aduertere potest pro domi-
no meo R. quia leges quę dicunt, pactum valere in quo
quis promittit de omni periculo, subaudi, quod cura
& diligentia potuit præuideri. & sic expono omne pe-
riculum, id est, omnem culpam. & quòd dicit authent.
vt sine prohibitione. casuale & speciale est in priuile-
gijs, quæ faciliùs tolluntur vt valeat pactum si quis re-
nunciet omni priuilegio: sicut & alias ratione delicti
omne priuilegium cessat. vt in authent. vt omnes obe-
diant iudicibus. circa fin. QVAESTIO. † Sed quomodò 2
casus fortuiti cùm præuideri non possint, vt dictum
est, quomodò possunt specificari? Respondeo: non pos-
sunt præuideri ne contingant: possunt tamen præuide-
ri, vt si contingant, quòd quis non teneatur: & sic no-
ta argument. pro quæstionibus conductorum, qui con
ducunt equos & promittunt omne periculum: sed sen-
tentia domini placet, & ei consentit dominus & præ-
ceptor meus Rofre. Tertium est necessarium, quod ad-
uersitas contingat in prædictis legibus. l. in naue. & l.
opus. Vnde in hac actione actor facit tales positiones.
POSITIO ACTORIS. † Ego dico, quòd tu conduxisti o- 3
pus tale à me tuo periculo. Item tu specificasti omnes
casus fortuitos, & omnia pericula. Item illa pericula
contigerunt, & sic, quòd opus illud peremptum est. E-
contrà reus vtatur talibus posit. POSITIO REI. Ego 4
dico, quòd opus tale locasti mihi sine auersione. Item
tu retinuisti in te periculum. Item casus fortuitos & pe
ricula generaliter recepi in me sine specificatione. Itē
aduersitas non contigit, quia illud sanum tibi restitut.
In hac actione concipiet actor ita libellum. LIBELLVS
† Ago contra talem, qui cùm à me tale opus: puta, do- 5
mum, vel turrim ædificandam à me conduxerit suo pe
riculo: & specialiter omnes casus & pericula fuerint
specificata: putà ruinæ, chasmatis, incendij, &c. & nūc
illud opus chasmate vel ruina perierit, ago contra e-
um & peto interesse meum quod æstimo 20. quatenus
interfit mea illud opus non esse peremptum. propono
actionem oneris auersi: vel ago contra eum & peto vt
domum mihi vel turrim suo periculo faciat, vt conue-
nit: propono actionem oneris auersi. Quòd sic rectè cō
cipiatur libellus, dicunt ff. locati & conduct. l. in na-
ue. l. opus. OPPOSITIO. Sed libellus & actio reproba-
tur secundùm dominum meum sic. Nam actio ista l. cū
non habet, vt in prædicta l. in naue. sequitur ergo quod
libellus sit malè conceptus. nam si actio proponatur
inutilis, nec tenet agentis intentio. vt ff. si agrimen. fal.
mod. dixe. l. 1. assignari etiam potest ratio quare actio
prædicta non possit locum habere. Certum est, quod
cet pactum apponatur de casu fortuito: & contractus
accipiat legem ex conuentione. vt ff. depositi. l. 1. §. si cō
uenerit: tamen propter conuentionem non mutatur a-
ctio ex illo contractu descendens: imò competit, quia
si hoc esset iam si aliquod pactum apponeretur, vel ac
cidentale vel naturale, vel substantiale non infor[illegible] a-
ret actionem ex eo contractu: vel nouam induceret prę
scriptis verbis. vt ff. de pact. l. iurisgentium. & C. de pa-
ctis inter empto. & vend. l. 2. licèt ergo pactum auersio
nis ponatur, non agitur actione oneris auersi. sed agi-
tur ex locato: vt in l. prædicta l. in naue. si enim hoc es-
set, quod per pactum oneris auersi induceretur actio
specialis oneris auersi: iam & si pactum faceres [illegible]
bendo codicem de bono encausto, diceretur act[illegible] n de
scribendo codice de bono incausto, dominus tamen
Pyn. scripsit, & dicit hanc esse specialem actionem:
quare autem motus fuerit, tu diligens, & studiosus
aduerte.

Si aliqui inter se faciunt societatem, agunt actione pro socio.

De actione pro socio. Rubric.

1 *Actio pro socio vt competat, quot requirantur.*
2 *Societas an valeat, si pactum fiat, vt vnus habeat duas par*

tes

tes lucri, & alius tertiam, eodem modo de dam.

3 *Conferens operam, an de communi expensas sumat.*

4 *Conferens operas, & habens facere expensas de communi, quas expensas facere debeat*

5 *Pecuniam qui contulit, nunquid caput saluum habere debeat, id est, sortem, & lucrum ex ea prouenient communicare.*

6 *Societas an duret pecunia amissa*

7 *Pactum de lucro de aliqua parte præstanda si fiat, an idē de damno factum esse dicatur.*

8 *Actio pro socio an competat societate durante.*

9 *Societas quare vnius morte soluatur, vnius autem dissensu non.*

10 *Societas an dissoluatur si multi secum in hospitio sint, & vnus recedat sicut soluitur vno moriente*

11 *Socij si plures fuerint, vnus autem inuitis alijs socium introducere vult, vel omnes socium introducere volunt: vno tamen inuito. maximè si camera vacet, qua fuit illius recedentis an fieri possit.*

12 *Actio pro socio quare nomina admittat.*

13 *Positiones Actoris & Rei in actione pro socio, nu. 14.*

15 *Libelli in actione pro socio quomodò concipiantur, cum pluribus seq.*

QVIA sæpè contingit quòd societas inter aliquos contrahatur. ideo [illegible] e actione pro socio videamus: quę ad [illegible] o ad hoc vt competat. [illegible] sunt
1 n[illegible]ria. † In primis, q[illegible] de contentus oteruentar. vt I[illegible] de oblig. ex con[illegible] n. [illegible] hæc actio. & obliga. l. [illegible] secundum. quod per[illegible]onæ [illegible]nt tales, quæ potu[illegible] t obl[illegible]ri, v[illegible]d [illegible] p[illegible] ex[illegible] pro. Tertium, qu[illegible] ec: et [illegible] la contrah[illegible] a[illegible] mmodio rem vsum, & vberiorem quæstum. ad [illegible] c vt [illegible] cu[illegible] n habeat directa actio. & hoc inuer[illegible] tur[illegible] co l ullio li cet verba [illegible] a expressim in legibus n[illegible] n inueniant [illegible] æ [illegible] tia tamen ponuntur. nam dicitur in societa[illegible] vn[illegible] lo[illegible] industriam mul[illegible]um conferre. & si propter [illegible] num fit commodior [illegible] fus alterius, & quæ [illegible] us vberior. & multotiens habetur ratio damni & luc[illegible], vt ff pro soc. l. si non fuerint. §. ita. & § vlti in fin. & l. Mu[illegible] ius. vtilis enim actio pro socio al[illegible] quando locum habe[illegible] inter [illegible] cholares, & inter aliquos habitantes simul in eodem cœnaculo: qui non contrahunt soci[illegible] a[illegible]m ad commodiorem v[illegible]m & vberiorem quæstum, soci[illegible] tas tamen int[illegible] os negari non potest, & ideò locum habet vti[illegible] vt ff. de his qui deie. vel effud. l perceptione. & si per hanc [illegible] ege[illegible] n determinauit dominus meus quęstionem: quæ al[illegible] qu[illegible] ndo sæpè inter scholares vertitur, qua[illegible] do vnus forte non vult communicare quod debet, vel facere duodecam: imò plus dixit, quod scholaris vnus [illegible] eodem hospitio vel in eadem camer[illegible] turbat a[illegible] u[illegible] quo[illegible] egere non possit: vel quia repetit a[illegible] v[illegible] fi[illegible], & [illegible] a al[illegible]a voce, quo[illegible] [illegible] ius [illegible] non possit dixit [illegible] e agendum contra [illegible] lum vel [illegible] actione pro so[illegible] c[illegible] uam compellam eum [illegible] t desistat: cum [illegible] nim sit bo[illegible] [illegible] eniunt ea de quibus neque [illegible] neq[illegible] e co[illegible] e l vel in casu [illegible] o sicut ab al[illegible] sapientibus au[illegible] ocum habet actio ex condi[illegible] cto co[illegible] tra d[illegible] minum [illegible] v[illegible] ex locato ageret c[illegible]n[illegible] a[illegible] hol[illegible] em impediend[illegible] od ab i[illegible] lo impedimento cesse [illegible] ar[illegible]mé. ff. lo[illegible] onducti. l. cum plures. §. m[illegible] m. & ff [illegible] e gen[illegible] e actu. l. 2. hæc quæ di[illegible] ta sunt inte[illegible] [illegible] in f[illegible] te contracta. [illegible] quando tam[illegible] [illegible] de [illegible] a, [illegible] e commun[illegible] vt ff. cod. [illegible] t sit & ff. [illegible] er[illegible] [illegible] æredes. § non [illegible] um. di[illegible] aliquā [illegible] ua[illegible] societas inter cohab[illegible] tant [illegible] scholares [illegible] m est, & [illegible] r [illegible] um & vxorem. vt C. de crimine [illegible] pilatæ hæreditatis. l. aduer[illegible] us. & ho[illegible] propter d[illegible] bitum carnis. inter dominum etiam & colonum vt ff locat. l. si merces. § si vis. vt hoc no[illegible] dom[illegible] nu[illegible] [illegible] in pr[illegible] ncip[illegible] summæ pro socio. Quartum quod res [illegible] super qua contrah[illegible] societas, [illegible] honest[illegible] vel non contra bonos mores, vt ff. eodem. [illegible] oec præ[illegible] mittendum.

Quintum, qu[illegible] societas [illegible] contrah[illegible] animo donandi, quasi quod ego nihil sim habiturus. tunc enim non val[illegible] societas vt ff. eodem. l. societatem. §. vltim. nam & [illegible] pactum vt vnus habeat totum damnum, & alius totum lucrum, talis societas nulla erit: quia est [illegible] leonina: vt in fabula Aesopi dicitur, quia leo societatem contrahens cum vulpe & lupo capta prędā totam retinuit. vnam tertiam quia socius. aliam tertiam, quia maior & fortior: aliam tertiam, quia dominus. vt ff. eodem. [illegible] si non expedierit. §. vlt. QVAESTIO.
[illegible] Quid autem si fiat pactum, vt vnus habeat duas partes lucri, & alius tertiam. idem dicimus & de damno, nunquid valet talis societas? videretur in primis quod sic. quia contractus ex conuentione legem accipiunt. vt ff. cod. l. 1. §. si conuenerit. cum & prætor dicat pacta seruar[illegible] oportere vt ff. de pact. l. iurisgentium. §. ait prętor dominus tamen meus, vt circa principium summæ pro socio notauit, dixit tale pactum non valere. proptereà quia societas ius fraternitatis obtinet, vt ff. pro soc. l verum. nisi fortè vnus adhiberet maiorem operā vel [illegible] gentiam: tunc enim admisit huiusmodi pactum valere. vno enim conferente pecuniam, alio operam, societas rectè contrahitur. vt C. eodem. l. 1. cum operis pretium sit artis velamentum. vt ff. eod. tit. l. cum duobus §. si in coeundo. & illud authoris: materiam superabat opus. aliquandò enim opera pretiosior est pecunia. vt ff. cod [illegible] ocietas. QVAESTIO † Sed quæritur 3 an ill[illegible] qui contulit operam sumat expensas de communi? Respon[illegible] [illegible] si quis velit exempl[illegible] m l[illegible] berti sequi, dicet quod qui debet operam [illegible] am v[illegible] u & vestitu [illegible] lans præstare debet. [illegible] ff. de oper. libert. l. suo victu. puto tamen ve[illegible] us, quod de commu[illegible] sumptus faciat: cum operæ [illegible] nt [illegible] ganiu[illegible], quæ supersunt iustis deductis sumptibus. vt ff. de ope[illegible] seruor. l. fructus. Nam cum lucrum est commune, & sumptus debent esse communes. vt ff. co. [illegible] & l. cum duobus. §. si quis. & quod dicis de operis libertorum, loquitur de operis incertis: alioquin si certæ sint, vt in ca[illegible] u isto, præstantur sumptu patroni. vt ff. de op[illegible] [illegible] t. l. operæ. & possunt ista orari pro vasallo, qui debet ser[illegible] tium præstare in exercitu, cuius expensis seruiat. QVAESTIO. † Sed quas impensas faciet 4 iste, qui debet conferre operam, & debet expensas facere de communi, nunquid ibit eques: comedet capones & phasianos, & tal[illegible]a: vel ibit pedes, comedet panem & caseum, vel cæpas. nam caseus & cæpæ veniunt ad prandia sæpe. pisces & caro venient ad prandia rarò. subaudi, alicuius miseri & auari. Respondeo: istud attende secundùm qua[illegible] tatem personæ, vt sic vel vadat eques, vel pedes: vel ca[illegible]eum comedat, vel carnes. impensæ enim debent fieri bona fide, in qua etiam necessariæ imputantur. vt ff. mandati. l. si quis alicui. §. impendia. l. idemque. §. idem Labeo. & ff. de administr. tuto. l. a tutoribus. §. vlt. licèt litera i[illegible] la posset trahi i[illegible] argumentū, quòd expensæ non sint deducendæ. QVAESTIO. Item quæritur [illegible] nunquid qui pecuniam contulit, debet ha- 5 bere caput saluum, id est, sortem: & lucrum ex ea prouenient communicar[illegible] dom[illegible] us Ioan. dixit considerandum quid actum sit, quòd esset communis, communicetur: si non, non communicabitur: cum contractus ex conuentio[illegible] [illegible] gem ac[illegible] iant. vt ff. deposi. [illegible] §. si cō uenerit. In dubio qui[illegible] præsumemus? nunquid præsumemus i[illegible]la communicata, vel non? videretur in primis, quod non. quia meliùs est meum, quam nostrum, vt dici[illegible] prouerb[illegible]um: & est argument. ff. de probationib. l. cum de indebito. Sed certè communicata videtur. vt ff eodem. l. 1. § vltim. & l 2. non obstat, quod leges [illegible] læ loquantur in societate omnium bonorum. nam idem iuris est in toto quò ad totum, & in parte quo[illegible] d partem, vt ff. pro derelicto [illegible] an pars. & ff. de rei vendicatione [illegible] quæ de tota, & ff. de adm[illegible] [illegible] utor. l si duo, & hoc secund[illegible] m [illegible] ges v[illegible] um de consuetudine semper isti qui conferunt pecuniam [illegible] caput saluum exigunt & [illegible] abent & sic [illegible] ur[illegible] [illegible]a quæstio: nunquid a[illegible]mihi pecuni[illegible] ter eam [illegible] [illegible] ontulit operam, p[illegible] u[illegible] niam refundere pro rata. c[illegible]rte[illegible] est communicata, [illegible] fundet. si non, nil mihi refundet: vt vbi emolume[illegible]

tum, ibi & onus: vt Instit. de legiti. patrono. inte. & C. de furtis. l. vltim. QVAESTIO. Nunquid tamen ista pecunia societas durat? Respondeo non. nam non tenetur exhibere operam: cùm opera pecuniam exigat vt Institut. eod. §. item si alicuius. & ff. eod. l. verum. §. v. Dominus tamen Aldericus admittit, actum valere & vnus habeat iam partem lucri, quam damni & non valet iure societatis, vt ff. eod. l. si non expedit §. & Institut. eod. valet tamen iure pacti. & sic pro Alderic. potest induci cutialiter. nam conuentio talis vt alterius sit solum, & alterius superficies, non valet de iure ciuili vt ff. de actioob. & oblig. l. [illegible] rè §. placet. iure tamen prætorio valet [illegible] conuentio.

7 vt ff. de superfi. l. 1. Illud aūt nota, quod si de lucro fiat aliquod pactū de aliqua parte prestanda, idem pactum videtur factum & in damno. Institut. cod. tit. & econuersò, cum contrariorum eadem sit ratio. vt ff. de lega. 3. l. vltim. & ff. de verborum obligatio. l. inter stipulantem. in fin. primæ columnæ Sextum, quòd societas contracta fit dissoluta: quæ dissoluitur multis modis: durāte enim societate non agitur pro socio. vt ff. pro socio. l. taodiu. & ff. pro socio l. si rem. § ut in pignoratitia. vt ff. de actio. pignor. l. si rem alienam. § omni. quod multi simplices admittunt: & ideò secundùm eos istud sextum requiritur, excipientes vnum casum, scilicet vectigalium, in quo dicitur, quod potest agi pro socio, durante societate. vt ff. pro socio. l. actione. nonnunquam. sicut est & aliud casuale in vectigalibus. quia in sequenti anno tenetur quis secondùm [illegible] si primo anno habuit quis maximos fructus. vt ff. de p[illegible] & vectigalibus l. cum te §. vltim. licet istud hodie remittatur. vt ff. de iure fisci. l. non intelligitur. §. penult. Ego autem dico non esse casuale in vectigalibus [illegible] exempli causa ponitur. vt ff. eod. l. actione. §. nonnunquam.

8 QVAESTIO. Si autem quæris, vtrùm actio pro socio competat durante societate? Respondeo, quod sic [illegible] prædicta l. actione. §. nonnunquam. & vt [illegible] cunque socius in societate non contulit, quod debuit conferre. debebamus conferre centum ego [illegible] mea quinquaginta, tu non vis conferre tua [illegible] ego socius seci duodenam meam, tu non vis facere tua [illegible] compellam te vt facias, licet inter socios sit vtilis actio pro socio. Item consului ego pecuniam, tu non vis conferre operam quam debebas conferre, agam contra te actione pro socio. quòd enim competat societate durante, dicit ff. eod. l. cum duobus. § Papinianus. § item ex facto. §. Pomponius. §. idem respondit. §. si quis societatem. §. item Mela. § item si in communio. §. si quis ex socijs. OPPOSITIO. Si tu opponis, actione pro socio distrahitur societas, vt ff. eod. l. actione. in princip. Respondeo, actio pro socio ad plura intentatur, aliquando vt compleas, quæ debebas complere in societate: & tunc competit durante societate, vt dictum est. aliquādo vt societatem dissoluamus: & quæ sunt communia, diuidamus postea per communi diuidundo: & tunc nō competit nisi dissoluta societate: & sic nota quod vna & eadem actio operatur duos contrarios effectus: non tamen circa idem. nam & hoc aliàs in actione ex empto quæ datur ad confirmandum contractum conditionis, quando ego emptor peto pretium: quando datur ad distrahendam emptionem quando actum fuit ve dissoluatur. vt ff. de actio. empti. l. ex empto. §. is qui vina. & sic dicitur sanari per quem dicitur amate vna manus nobis vulnus opemque tulit. Dissoluitur enim societas multis modis, ex personis, si moriatur vnus de socijs: multò fortiùs si omnes. Ex rebus si res publicatæ sint, vel res perierint propter quas societas contracta fuit, ex voluntate expressa, quando omnes dissentiunt. nunquam si vnus dissentit ex voluntate tacita: puta, si actio pro socio intentetur [illegible] vt ff. eod. l. verum. § [illegible] actione & l. actione. §. 1. & § diuus. & §. mor[illegible] §. [illegible] item publicatione.

9 QVAESTIO. Si tu quæras, quare societas morte vnius soluitur, & [illegible] dissentiente non, vt dictum est. Respondeo, vnius dissensu non potest dissolui: quia ex quo communi consensu est contracta societas, communi dissensu debet dissolui: quia nihil tam naturale est quam eo genere dissolui, quo ligatum est. vt ff. de regulis iuris. l. nihil. & prout quis ligatur, ita solui debet. vt de solut. l. prout. & eadem causa est ligandi & soluendi ducta in contrarium. vt ff. de verborum obligat. l. inter stipulantem. in fin. 1. colum. vno ergo dissentiente non soluitur, quia qui dissentit, alios quidem a se liberat, se autem non liberat ab eis. vt ff. eod. l. actione. § itē qui societatem. morte vnius ideò soluitur, quia ab initio quatuor numero fortè contraximus. & sic nos omnes: modò non sumus omnes, quia verum est vnum decessisse, maximè cùm societas contemplatione certarum personarum contrahatur, vt ff. eod. l. adeò. QVAE-

10 STIO. Sed quid si multi vna in hospitio sint, recedit vnus, dices societatem dissolui sicut vno moriente? Respondeo non: imò dico societatem durare, sicut quando vnus dissentit, nunquid tenebitur socijs, dico quòd sic. de curialitate tamen non mouetur quæstio talis. imò omnes socij recedentem pro sapienti multum honorant: equitando cum eo. & quadam vice iui cum socio meo habendo equum qui farinam portabat ad molendinum, quia album habere non potui. QVAESTIO.

11 Item quid si plures sint socij, vnus inuitis alijs vult in hospitium introducere socium: vel omnes volunt introducere socium alium vno inuito, maximè si fortè camera vacat, quæ fuit fortè illius recedentis. Respondeo & dico, quòd nunquam socius inuitus cæteris, vel inuito vno poterit introduci. qui enim introducitur est inuitis, socius erit ei qui introducit. non tamen erit socius contradicentibus. vt ff. eod. l. qui admittitur. & l. nam & l quicquid. & l qui ex contrario. & l. de lo & argu[illegible] ff. communi diuidund. l. Sabinus. Septimum, quod res illa quæ petitur non sit communis, sed communicanda, siue agatur durante societate, siue tam dissoluta: putà, quia siue res siue pecunia peruenit ad te ex illa societate, siue simus socij omnium bonorum, siue alicuius negotiationis, & ex illa negotiatione peruenit, vt ff. eod. l. si quis societatem contraxerit. & argum. ff. pro socio. l. si actum. sed in socio omnium bonorum intellige leges istas vel in aliqua specie, dummodo sed speciem illam res illa pertineat, alioquin non tenetur communicare. vt ff. commu. vtriusque iud. l. [illegible] paruus. Item in socio omnium bonorum attende statim omnia communicari corporalia, incorporalia autem nō, quæ separari non possunt, vnde in omnibus fient inuicem socij procuratores in rem suam, vt habeant vtiles. vt ff. eod. l. [illegible] & 3. & argumen. ff. de pecul. l. quis ergo casus. & ff familiæ erciscund. l. 3. in fine. & l. planè. communicari debent omnia acquirenda, siue hæreditates, siue legata, vel quicquid aliud. secùs si fint socij bonorum, quia tunc indefinita non æquipollet vniuersali. quia tunc communicari debent quæ perueniunt ex lucro & quæstu: & quæ prouenient opera & sollicitudine ipsorum, non hæreditates, non legata, vt ff. eod. l. coit. & l. quæstus. & l. nec adiecit. & l. quia. & l. sed nec æs. & l. sed & si adijciatur. Item istud septimum quod dico requirendum attende in speciebus, hoc est, in aliquibus rebus, quæ ad societatem pertinent sed tamen socio quæsitæ sunt puta, quia sibi soli sunt al[illegible] traditum, ipse solus concepit stipulationem, non agens intendas in omnibus nec in per[illegible] præstationibus: putà, si fecit sumptus sit expensas [illegible] vel pecuniam ex societate, recte petam per actionem pro socio partem istorum [illegible] & sic in his non agam vel illa communionem [illegible] & per[illegible] nec petuntur. quia illud tantum locum habent in rebus & speciebus, quæ sunt communes [illegible] non sunt communes, vel habita ex re communi, tunc [illegible] pro socio competeret, non et res communes [illegible] propter personales præstationes: vt si qui [illegible] ibi partem tuam. & hoc est quod dicitur si actum est pro socio, tollitur communi diuidundo [illegible] & contra. & hoc est quod dicitur actio pro socio [illegible] restitue ad mittit personales præstationes. & hoc est quod dicitur,

tur, etiam quia non admittit adiudicationes. vt ff. eod. l. pro socio. §. vltim. & l. si actum. & ff. communi diuidundo. l. 1.

22 QVAESTIO. † Sed illud quæritur, quare actio pro socio admittat nomina. vt ff. eode. l. si actum. communi diuidundo, familiæ erciscundæ non. vt C. familiæ erciscundæ. l. ea quæ. Respondeo nomen potest esse proprium ita, quod tibi tantùm sit quæsitum: quia tu socius nomine tuo es stipulatus: vnde benè possum agere, quòd communices: statim facta communicatione incontinenti per legem diuiditur. vt C. si cert. peta. l. 1. & ideò cum sit diuisum per legem non potest iterum diuidi per actiones. non autem intelligas nomen ipsum diuidi in eo quod nomen: quia cùm sit ius, ergo indiuiduum. vt ff. de lega. 2. l. cùm filius. §. 1. ff. ad legem Falcidi. l. 1. §. si de vsufructu. illud tamen diuiditur, quod ex actione debetur. Octauum, quòd societas sit contracta. & ita oportet, quòd res illa quæ vel est communis, vel debet communicari, sit communis ex societate, vel ex contractu. alioquin si alio modo sit res communis: putà, incidenter: quia nobis duobus sit res legata, tunc non habet locum pro socio actio: sed communi diuidundo. vt ff. eodem. l. vt sit pro socio. hoc est verum, nisi placuerit nobis habere societatem in rebus illis: tunc enim socij erimus, & competit actio pro socio. vt ff. eodem. l. nam & contractu. & l. in conductionibus. & ff communi diuidundo. l. 1. Quid autem differat actio ista à communi diuidundo, habes suprà in actione communi diuidundo. In hac autem actione actor faciat tales positiones.

23 † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd ego contraxi tecum societatem. Item consensisti. Item tu es persona quæ consentire potuisti. Item gratia commodioris vsus, & vberioris quæstus contraximus. Item super re honesta contraximus societatem. Item societas illa quæ fuit inter nos contracta, dissoluta est: vel quia renunciauimus, vel alijs modis de quibus dixi suprà in hac actione, quibus modis soluitur societas. Item tu debes adhuc conferre in societatem viginti. Econtra reus faciat tales positiones.

24 POSITIO REI. † Ego dico, quòd tu contraxisti societatem cum Titio, & me pro socio reprobasti: si hoc confitebitur actor, succumbet: quia medium quo interuenit consensus, imò expressus interuenit dissensus. Item tu requisisti me de hac societate: & ego negaui seu contradixi. Item tu debebas habere totum lucrum, si hoc confitebitur actor, succumbet, quia est leonina, vt suprà dixi. Item super turpi societatem contraximus. Item societas adhuc durat. Item omnia contuli quæ debui conferre. In hac actione actor concipiet sic libellum.

25 LIBELLVS. † Ago ego Titius contra Sempronium, quondam socium meum, cum quo societatem contraxi omnium bonorum, de qua societate peruenerunt ad eum res tales, vnde vt illas mihi pro parte debeat communicare, ago contra illum, & propono actionem pro socio. quòd sic rectè concipiatur libellus, quandò aliquid est communicandum, quod non est commune: sed tantùm socio fuit quæsitum: licèt ad societatem debeat pertinere, dicit ff. communi diuidundo. l. 1. & ff. pro socio. l. si quis societatem contraxit. & sic vides quod actio pro socio competat, vt res non communis communicetur, quæ communicanda est. licèt communi diuidundo competat, vt posteà communicata diuidatur. OPPOSITIO. Sed opponitur, aut libellus concipitur, quandò societas omnium bonorum est contracta, aut quando rerum singularium: in primo casu stare non potest, quia cum omnia sint communia. vt ff. pro socio. l. 1. non potes petere quòd iterum communicentur, sed in secundo casu stare non potest, quia non potes agere vt communicentur. vt C. communia vtriusque iudicij. l. si patruus. Item actio pro socio competit societate dissoluta. C. pro socio. l. tandiu. & hoc etiam implicas in libello. si ergo dicis societatem dissolutã, quomodò petis vt rem communicem, cùm per communionem videatur societas potius contrahi, quàm dissolui? Respondeo, in societate omnium bonorum dico libellum sic concipiendum. & rectè ago vt res nõ communis quæ tibi soli quæsita fuit, communicetur. nec obest l. 1. ff. eodem. quia l. illa loquitur in rebus quæ ante erant illorum, & ideò illæ communicantur. Cæterùm si posteà res aliqua quæratur, illa est communicanda, vt in l. prædicta si quis societatem, & ff. eod. l. 3. §. vltimi. Si autem contracta sit societas rei singularis, vel etiam omnium bonorum. & aliqua percepit socius, vel aliqua expendit, tunc non intentabitur actio pro socio, vt res non communis communicetur, sed vt debeat præstare partem perceptorum, vel refundere partem expensarum quas socius fecit, & concipitur sic libellus.

† LIBELLVS. Ago contra Titium quondam socium meum, cum quo habui vel contraxi societatem omnium bonorum, vel rei talis, ex qua societate tot fructus percepi, vel tantam pecuniam, vel tot expensas feci. vnde vt partem illorum vel ipsius pecuniæ mihi præstet, ago contra illum, & propono actionem pro socio. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. communi diuidund. l. 1. & ff eod. l. pro socio. §. vltim. & l. si actio. & l. cum duobus. §. si quis ea socijs. Si autem libellum clariorem vis facere, dicas: peto dimidiam, si fuistis duo socij, licèt si nõ apponitur, benè stat libellus, quia nomen partis indistinctè prolatum pro dimidia supponitur. vt ff. de verbor. significa. l. nomen. §. portionis. & ff. de vsufruc. l. etiam. Et sic per ista quæ dixi nota, quòd actio pro socio de sui natura generaliter pro personalibus præstationibus competit, vt partem consequaris personalium præstationum, & propterea iudicatur merè personalis, competit etiam in societate omnium bonorum, vt rem non communem communicet. & certè hæc personalis est: aliàs hoc speciale est. Item & durante societate si agatur vt conferas, quod non contulisti, vt suprà dixi, eodem modo concipies libellum. Et per socium damnum contigit in societate. 26

† LIBELLVS. Ago contra Titium quondam socium meum, cum quo societatem contraxi, in qua propter eum tale damnum illatum est, vel etiam mihi, vnde vt damnum datum emendet, ago contra eum, & propono actionem pro socio. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. pro socio. l. cum duobus. §. damna. & §. vltim. & ff. communi diuidund. l. si is cum quo. imò & si damnum datum sit mihi, aliàs dum item pro communibus negotijs societatis, vt in prædicta l. cum duobus. §. damna, & §. si quis ex socijs. licèt aliud in procuratore, cuius officium debet esse gratuitum. vt ff. eodem. l. inter causas. § non omnia. & societas ius fraternitatis obtinet. vt ff. pro socio. l. verum. His omnibus sic consideratis, restat verũ quod lex dicit, actio pro socio habet rationem nominum, & non admittit adiudicationes, vt ff. eodem. l. si actum. Sed quare? Respondeo, quia adiudicationes debent fieri in diuisionibus, vt ff. communi diuiduod. l. si quis putans. §. officio. & Instit. de offic. iudic. at per actionem pro socio non fit diuisio. vt ff. communi diuid. l. 1. & ibi illud magis ponitur electiue: ideò adiudicationes non admittit. 27

Si aliquis mandat tibi vt eius negotia geras, & tu mandatũ suscipis, teneris illi actione mandati.

De actione mandati. Rubrica.

1 *Actio mandati vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Vasallus si domino mandet, nunquid ab initio ad suscipiendum mandatum compelli possit.*
3 *Mandans cuipiam vt pro eo penes meretricem fideiubeat nunquid si soluerit, habeat mandati actionem contrariam, vel nunquid mandatum tenuerit.*
4 *Positiones Actoris & Rei in actione mandati. nu. 5.*
6 *Libellus in actione mandati quomodò formetur.*

QVIA multòtiens mandatum interuenit, & actio mandati frequens est: ideò de ea videamus. † Vnde ad hoc vt competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd mandatum præcedat, quod per omne idoneum verbum contrahitur, siue rogo, siue volo, siue mando, vt ff. eodem. l. 1. Quod autem dixi, quòd per verbum rogo, inducatur mandatum, intelli- 1

gas hoc esse verum, quandò quis ea mente, vt velit obligari, sicut de proseneta. nam & si laudet nomen, vel mandat suscipi, laudare potiùs quàm mandare videtur. vnde non tenetur mandati, nisi dolo & calliditate creditorem circunuenerit, tunc enim tenetur de dolo, vt ff. de prosenetic. l. 2. ille enim qui rogat, vt admoneat, non tenetur. vt ff. eod. l. idemque. §. si quis ea. idem est & si commendat. vt ff. eodem. l. si verò. §. cum quidā, & C. quod cum eo. l. vltim. Idem est si hortetur: vt ff. de his qui notan. infam. l. ob hoc. idem etiam & si tantùm persuaderet. vt ff. deposi. l. 1. §. idem Pomponius. Idem est & si quis roget animo admonendi. vt ff. de neg. gest. l. si serui mei rogatu. In dubio, quid præsumemus? Respondeo: si inuenio, quod talis rogauit talem, præsumo mandatum, cum à significatione verborum non recedam, vt ff. de legat. 3. l. non aliter. & in dubijs meliùs est verbis edicti seruire. vt ff. de exercito. l. 1. §. penulti. sicut de hoc notat dominus meus in summa titu. istius, nec admitto quorundam errorem, qui dicunt, vt si dominus Imperator, vel dominus Papa, vel aliquis superior mittat inferiori & dicat: præcipio, iubeo vt iussus & præceptum necessitatem imponat: si verò dicat mando vel volo, non: & argumentatur sic, vbi est iussus, est necessitas, & non expirat morte delegati. vt ff. quòd iussu l. 1. & in authent. vt nulli iudic. liceat loci serua. ha. §. & hoc verò. colum. 9. Si autem dicat mando, expirat tunc morte mandantis, & non imponit necessitatē. vt ff. de iurisdict. omnium iudic. l. quia. Respondeo, nō est verum: imò dico, quòd omnia necessitatem imponunt. VARSVS. Nam est rogare ducum species violenta iubendi. Et quasi mandato supplicat ense potens. Nec obstat §. & hoc. quia ibi non fuit speciale nomen in literis legationis, sed generaliter scribitur iudici prouinciæ. Vnde successor cognoscit: vel res non erat integra, aliàs expiraret, siue dicat iubeo, præcipio, volo vel mādo, quicunque moreretur delegatus vel delegans. vt extra. de offic. iudic. deleg. quoniam Abbas Leicestriæ. & c. gratum. & c. relatum. Secundum, quod ille cui mādat, quòd suscipiat mandatum & consentiat. ab initio enim liberum est mandatum in suscipiendo, postquam susceptum est, necessitatem continet in consummando. vt ff. commo. l. in commoda. §. sicut. obligatur enim quis hac actione: non quia gessit, sed quia negotia gerenda suscepit. vt ff. eodem. l. si remunerandi. §. 1. QVAE-
2 STIO. † Quid ergo si dominus mandet vasallo, nunquid ab initio compellitur ad suscipiendum mandatum? videtur quòd sic: dummodò non sit atrox. vt ff. ad legem Aquil. l. liber homo. argu. ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. & ff. de action. & oblig. l. serui. sed fortè non compellitur, nisi in his in quibus domino tenetur obedire vasallus. loquitur ergo hic de illa actione mandati, quę datur quotiens inter aliquos liberos homines ex toto liberos, quòd non teneatur vnus alteri: vt in vasallis & dominis mandatum interuenit. Tertium, quòd personæ sint tales, quæ possint consentire, & quę possint obligari, cùm contractus iste consensu contrahatur. vt Institut. mandati. & Institut. de obligati. quæ ex consensu contrahun. quæ autem sint istæ personæ, dixi suprà in actione ex empto. & dominus meus notat in summa de pactis. Quartum, quòd istud mandatum sit gratuitum, alioquin si pecunia interueniat, esset locatio, vel si aliud, esset contractus innominatus, & præscriptis verbis daretur actio, vt ff. eo. l. 1. & ff. deposi. l. 1. §. si quis seruum. hoc intelligas ab initio. cæterùm si ex post facto animo remunerandi interuenerit aliquid, non vitiatur mandatum. vt ff. eodem. l. si remunerandi. Quintum, quòd fiat de re honesta, alioquin rei turpis non est mandatum. vt ff. eod. l. si remunerandi. §. rei turpis. & l. si mandauero. §. qui ædem. & Inst. e. §. illud quoque. Sextum, quod causa sit tua vel mea tantùm, vel aliena tantùm, vel mea & aliena, vel tua & aliena, vel mea & tua. vt Instit. eo. & ff. eo. l. 2. QVAESTIO. † Quid si ali-
3 quis mandet vt pro eo penes meretricem fideiubeas: nunquid si solueris, habes mandati contrariam, nunquid tenuit mandatum? videtur quod non. vt ff. eo. l. si verò. §. si adolescens. sed lex illa loquitur in adolescente, qui minor erat. Quid in maiore vigintiquinque an. talia mandante: quidam dixerunt idem quod in minore. ff. de vsucap. pro empto. l. si quis cum. sed lex i[illegible] quitur in illo maiore, qui mente captus erat, vel cui bonis erat interdictum, qui non potuit vendere. vt ff. de verb. oblig. l. is cui. vel ibi dicitur quem mala fide emisse quantum ad impediendam vsucapionem, alias mandatum tenet, cum dare meretrici non sit turpe: licèt ipsa meretrix turpiter faciat, ideò quia meretrix. vt ff. de condi. ob turpem causam. l. 3. vnde & si soluat, locum habet contraria mandati. arg. ff. de in rem vers. l. quod si seruus. §. necnon & illud. & arg. ff. de annu. legat. l. cum qui. in minore tamen contra. vt ff. de minor. l. quod si minor. §. pen. & in hac opinione est dominus meus, sic notat in summa tituli istius. Septimum, quod interueniat dolus lata culpa vel leuis vel leuissima: aliàs non habet locum actio mandati, C. eod. l. a procuratore. & ff. eod. l. si procuratorem. §. vlt. quod ita intelligas, vt non oriatur actio mandati interueniente dolo, vel culpa, sed ab initio oritur statim ex quo aliquis suscepit mandatum, non propterea quod gerit. vt ff. eod. l. si verò. §. 2. dolus posteà vel culpa interueniens facit quod ille teneatur. Octauum, quòd intersit agentis: aliàs non habet locum. vt ff. eo. l. si procuratorem §. mandati actio. & arg. ff. de serui. l. quotiens. Veruntamen quidam dicunt, quod in mandato nō interueniat leuissima culpa, & quod dicit l. à procuratore. C. e. quod exigimus dolum & omnem culpā, id est, omne genus culparum, scilicet latam & leuem, iuxta distinctionem ff. commo. l. si vt certo. §. 1. & sic comprehendit genera singulorum, & non singula generum, sicut & illud, omnia tutor potest accusari de suspecto. vt instit. de suspec. tut. in princ. id est, omne genus tutorum, non tamē quilibet tutor. Credo autem à procuratore leuissimā culpam exigendam, vt in prędict. l. à procuratore, & est exceptio distinctionis illius. ff. commo. l. si vt certo. quia durum est contra stimulum calcitrare, cum litera dicat omnem culpam exigendam. Nonum, quòd non sit finitum mandatum. Finitur autem multis modis, morte interueniente re integra contrario mandato, vt ff. de iurisdict. om. iud. l. & quia. C. mand. l. mandatum re integra. Aliquando tamen finitur mandatum & durat actio mandati. vt ff. e. l. inter causas. quibus autem modis finiatur mandatum, notat dominus meus in summa tituli istius. In hac autem actione act. fac. tales posit. POSI-
TIO ACTORIS. † Ego dico, quòd mandaui tibi vt faceres tale quid. Item tu suscepisti mandatum. Item tu es persona quæ potes obligari. Item res i[illegible]a quam tibi mandaui, fuit honesta. Item tua culpa res [illegible] a e[illegible] in tantùm deteriorata. Item tantùm interest mea. Ecòtra reus sic ponat. POSITIO REI. † Ego dico, quòd tu man- 5
dasti rem illam Titio. Item tu mandasti mihi, & ego renuntiaui. Item sum persona quæ non potuit obligari: quia pupillus, quia bonis fuit mihi interdictum. Item rem mandatam diligenter fui executus. Item quod mihi mandasti fuit turpe. In hac autem actione concipiet actor sic libellum. LIBELLVS. † Ago contra Titiū cui 6
mandaui, vt negotia mea gereret, vel equum vel librū emeret: ipse mandatum meum suscipiens, negotia mea nō gessit: vel gessit, & male: vel equum vel librum mihi non emit: vel emit & malum. vnde quia mea interest pone in 10. ideò illud interesse peto, & propono actionem mandati. quòd sic rectè concipiatur libellus dicit ff. mand. l. si procuratorem. § mandati actio. & l. si remunerandi §. 1. OPPOSITIO. Sed videtur in hoc libellus malè conceptus, quia licèt mea non interfit, possum tamen actione mandati ff. mand. l. si remunerandi. §. si tibi mandauero. Respond. ibi est duplex litera. vna est sine non, & tunc est locus oppositioni: si est ibi non, tunc procedit oppositio, sed respondeo: mea non intererat, tunc quando mandaui, sed cœpit postea mea interesse: putà, quia hæres fui i[illegible]lius pro quo ego mandabam, vel non intererat mea ratione dominij: vel principaliter. Intererat tamē mea aliàs: quia quidam mandauit mihi vt negotia sua gererem: & ego tibi mandaui vt illa gereres. vt ff. de neg. gest. l. si quis mandato, vel mea non interesset

tereffet, fi noo gefsiffes, fed tamen quia gefsifti agn. haa tres pofitiones notat dominus meus in l. illa fi remunerandi. primæ duæ procedunt fine calumnia, vltima calumniam patitur, quomodò enim poffet dari fi mea oó intereft: efto, quòd negotia mea gefta fint, fi mea nó intererat, quòd gererentur: fed excufo dominum meum, vt fidelis difcipulus: vtens exemplo Cafsij, qui fententiam magiftri fui Sabini diligenter excufat. vt ff. de arbitris. l. dicere. dico enim quòd in eo quod mandaui tibi vt negotia Titij gereres, fuit negotium geftum Titij, faltem qnò ad propofitum: vode fi nó gefsifti, ago: quia hæc obligatio, fcilicet negotij geftio ex re ipfa venit. vnde etiam pupillus & furiofus obligatur. vt ff. de neg. geft. l. s. & ff. de actio. & obliga. l. furiofus. fi ergo gefsifti, ego teneor Titio, & tu teneris mihi, ficut eft argum. ff. de oegot. geft. l. fi quis mandato. OPPOSITIO. Item opponitur, quòd actio mandati locum habere nó pofsit, quòd fi mandafti mihi vt ego tua geram negotia, & ego gefsi & malè, quomodò potes agere cótra me? cùm lex dicat, quòd fibi quis imputare debeat quòd tali fua negotia adminiftranda mandauit vel commifit. vt ff. de minor. l. cùm mandato. & alibi dicit generale, quòd mala alectio fit in culpa. vt ff. fi menf. falf. mod. dixer. l. 1. & ff. de actio. & oblig. l. 2. & qui negligenti amico rem cuftodiendam tradidit, fuæ facilitati debet imputare. vt Inftit. quibus mod. re contrah. oblig. §. præterea. & qui parum diligentem focium fibi acquirit, de fe quæri debet. vt ff. pro foc. l. focius focio. & Inftit. pro foc. § vlti. Refpondeo, locum habet actio mandati: nam pone, qđ ignorabam te effe negligentem, vnde oppofita non contradicunt. quia loquuntur in fciente: vel efto, quòd fcirem quòd el et locus action: mandati in his quæ dolo vel forte lata culpa commiffa funt: nam licèt ego fuerim in culpa committendo negotia alicui minùs diligenti: ille dolo vel lata culpa aliquid faciendo nihilominùs tenebitur, quia dolus culpæ præponderat. vt ff. ad leg. Aquil. l. item fi obftetrix. in fine. alioquin culpa cum culpa compenfaretur. vt ff. ad le. Aquil. l. item Mela. in primo refponfo. & ff. de compenfati. l. fi ambo. & fortè actio mandati locum non haberet, nifi aliquid penes procuratorem ex illo mandato effet, tunc fine diftinctione locus effet actioni mandati: cùm ea mandato nihil penes procuratorem remanere oporteat. vt ff. manda. l. ex mandato. & ff. de procura. l. qui propter. §. vt in cæteris.

Si aliquis propter mandatum fibi iniunctum aliquas expenfas faciat, habet contrariam mandati actionem.

De actione mandati contraria. Rubrica.

1 *Actio mandati contraria vt procedat, quot exigantur.*
2 *Actiones contrariæ multiplices inueniuntur.*
3 *Actio contraria quare non infamet, nifi mandati.*
4 *Actiones quatuor tantùm contraria, fcilicèt mandati, depofiti, tutelæ, & pro focio, quare infament.*
5 *Pofitiones Actoru & Rei in actione mandati contraria. & num. 6.*
7 *Libelli in actione mandati contraria quomodò fiant, cum plur. feq.*
8 *Bona fua quando aliquis dilapidare incipiat.*

SICVT directa actio mandati datur domino, ita & contraria datur procuratori contra dominum. vt ff. mandati. l. fi verò non remunerandi. §. cótrario.
1 Quæ actio ad hoc vt competat, † tot funt neceffaria ferè quot diximus in actione fuperiori. & licèt dominus Ioannes in arbore actionum non tractauit nec de ifta, nec de aliqua contrariarú, mirum eft cùm fint valdè vtiles. Ego tamé de hac tractabo: & ftatim poft tractatum directæ ponam de tractatu contrariæ: fummulam tamé
2 breuem trado de contrarijs. † Sciendum eft, quòd actiones contrariæ quinque inueniantur: prima contraria mandati, & fic intitulatur, mandati vel contra. vt ff. e. l. fi verò non remunerandi. §. contrario. Secunda contraria depofiti. & fic intitulatur, depofiti vel contra. vt ff. depofi. l. ei apud quem. Tertia contraria tutelæ: vt in fpecialibus titulis tam in C. quàm in ff. de contrario tutelæ iudicio Quarta contraria commodati. & fic intitulatur, mandati vel contrà. vt ff. commod. l. in commodati contraria. Quinta pignoratitia contraria: & fic intitulatur, de pignoratitia actione, vel contraria. vt ff. de pign. act. l. tutor. §. contraria. Hæ aût contrariæ ideò intitulantur infimul cum directis: quia ferè eiufdem naturæ funt: ferè ideò dixi, quia tres primæ directæ infamant. vt Inftit. de pœna temerè litigantium. §. ex quibufdam. & ff. de his qui not. infa. l. 1. Et eft dignum not. quòd nulla actio ex cótractu vel quafi defcendens quæ fit ciuilis, infamet, nifi illæ tres, & actio pro focio eft ex vtraque parte directa: nulla autem contrariarum infamat præterquàm contraria mandati. vt ff. de his qui not. infam. l. furti. §. mandati. & §. vlti. & contraria mandati in vno tantùm cafu quando datur fideiuffori: vt in
3 prædicta l. furti. §. mandati. QVAESTIO. † Sed quæritur quare nulla contraria infamat, nifi mandati etiam in cafu illo. Refpondeo: in nulla cótraria agitur de perfidia, nifi ibi: fed in alijs contrarijs agitur de calculo ficut hæc ratio redditur in illa l. furti. §. vlti. quæ ratio illud fonat. in contraria mandati quæ datur fideiuffori, agitur de perfidia, id eft, de fide rupta: nam ex quo mandas mihi vt pro te fideiubeam: & ego fideiuffero, & folui: quia hoc etiam mihi mandafti vt foluerem. vt ff. de cond. indeb. l. indebitum. rectè infamaris: quia venis contra fidem tuam. In alijs autem contrarijs agitur de calculo, id eft, de aliquibus expenfis, vel de aliquo intereffe quod deducitur per rationem faciendá per calculum, ficuti & aliàs de errore calculi, id eft computationis factæ per calculum. Sed eodem modo videtur in cótraria mandati, vt agatur ibi de calculo & de intereffe: quare ergo infamat? quòd enim in contraria mandati agatur de intereffe, dicit ff. mandati, l. fi verò non remunerandi. §. contrario. Refpondeo, licèt ibi veniat intereffe, agitur tamen mandati de perfidia: nam in nulla cótrariarum de perfidia poteft agi, fed tantùm de expenfis, & fic de intereffe. In hac autem agitur de vtroque: nam fi depono non videor mandare nifi cuftodiam. vt ff. depofiti. l. 1. §. 1. non autem videor mandare vt aliquid facias vel expendas: licèt fi expenderis aliquid repetas per contrariam actionem depofiti. hoc idem in omnibus alijs contrarijs. in fola contraria mandati & in cafu illo tantùm venit perfidia: quia fideliter mandas mihi vt fideiubeam & vt foluam. vt fupra dictum eft. Vnde cùm graue fit probo viro fidem frangere. vt ff. de conftitut. pecun. l. 1. ideò meritò damnatus de perfi-
4 dia infamatur. QVAESTIO. † Item quæritur, quare illæ quatuor actiones tantùm infament, fcilicet mandati, depofiti, & tutelæ, & pro focio. cum etiam fint aliæ actiones bonæ fidei, quæ debeant fimiliter infamari. vt Inftitut. de actio. §. actionum. Refpondeo, licèt in alijs defideretur bona fides, in illis tamen quatuor defideretur maior bona fides: & eft ratio, quia in mandato, in depofito, in tutela, in focietate, in iftis quatuor de omnibus hominibus te fpecialioré eligo & magis in te cófido, quàm de aliquo alio: & ideò iufte procedit quòd fequatur infamia. Sed cum fint quatuor quæ infament, quare dicit de tribus actionibus? Refpondeo, ideò de illis tribus, quia illæ tres habent contrarias. pro focio, licèt infamet, vt C. ex quib. caufis infam. irrog. l. fidem rumpens. tamen non habet contrariam: imò ex vtraque parte directa. vt Inftitu. de pœna temerè litigantium. §. ex quibufdam. Item nota, quòd omnes contrariæ fint ciuiles: nam cùm fint actiones, ergo ciuiles, vt ff. de orig. iur. l. 2. in fine primæ columnæ. folam contrariam tutelæ inuenimus prætoriam, & ideò de ea in articulo fpeciali inter prætorias tutelæ tractaui. Videamus ergo de contraria mandati actione, quæ ad hoc vt competat, tot funt neceffaria. In primis, quòd mandatum fit completum, fi ego mandaui tibi vt fundum emeres, & fi pretium nondum folueris, ages contra me vt pretium foluam, pro quo tu emeris: & ego agam contra te vt cedas mihi actionem ex empto. & fic in hoc cafu cópletum eft mandatum, quia emptio fimul atque de pretio fuit conuentum, completa eft. Si autem mandaui

vt iudicium pro me susciperes, non ages contra me nisi finito iudicio. Si autem mandaui vt obligationem meam animo nouandi accipias, antequam præstes vel damnatus sis, ages contra me, quia ego sum liberatus: secùs si pro me fueris fideiussor, constitutor seu mandator. nunquam enim agas antequam soluas, vel sis cõdemnatus, vel diu steteris in obligatione. quod intelligo secundùm arbitrium iudicis, & secundùm conditionem & qualitatem personarum. vt ff. de iure delibe. l. t. nec admitto de quinquennio. vt ff. qui sine man. ad libertat. l. si eum fideicommiss. §. Aristo. nec de biennio. vt ff. loca. & conduct. l. eum domum. vel nisi bona mea dilapidem, vel nisi aliter fuerit actum inter nos. ff. eo. l. Lucius. & C. eo. l. si pro eo. & ff. de fideiusso. l. fideiussor pro venditore. & l. fideiussor qui minori. & est ratio. quia fideiussori videor vtrumq; mãdare, scilicet quod se obliget, & quod soluat: vnde non videtur impletum mandatum, nisi vtrumq; fiat. vt ff. de cond. indeb. l. indebitam. cùm iuuari non decipi beneficijs nos oportet. vt ff. commod. l. 1. §. sicut. Secundum, vt fines mãdati diligenter custodiat is qui vult agere contraria actione mandati, aliàs non competit, vt ff. eod. l. præterea. & l. si proculus. & l. si diligenter. Tertium, quòd pro te fideiubeam præsente etiam sine mandato, alioquin locum habet nego. gest. vt ff. eod. l. ea mandato. §. 1. & l. qui fidem. Quartum, vt meum mandatum interueniat, alioquin si me vetante, vel in rem tuam vel animo nouandi, nõ habet locum contraria mandati. vt ff. eod. l. si remunerandi. §. si passus est. §. vltim. Quintum, vt non sis in culpa. putà, quod seruasti omnia quæ seruare debuisti, alioquin si omisisti exceptionem peremptoriam, & sciens tibi competentem ea persona mea, mandati contraria non ages, sicut de hoc copiosè notat dominus meus in summa tituli istius, & notantur hæc ff. eod. l. si fideiussor. §. vltim. In hac autem actione actor facit tales posi-
5 tiones. POSITIO ACTORIS. † Ego dico, quòd tu mãdasti mihi vt emerem tibi domum, vel vt pro te fideiuberem. Item ego emi vel fideiussi. Item emendo vel fideiubendo fines mandati custodiui diligenter. Econ-
6 trà reus facit tales positiones. POSITIO REI. † Ego dico, quòd ego mandaui Titio, quòd domum mihi emeret. Item ille mihi emit. Item tibi prohibui ne emeres, vel ne pro me fideiuberes. Item omisisti fines mandati, quia tibi mandaui de emenda domo Titiana, & tu emisti Seianam. Item tu in culpa fuisti omittendo exceptionem peremptoriam: putà, pacti conuenti, competentem tibi es persona mea. In hac autem actione vario modo concipietur libellus. nam si procurator, seu fideiussor agit contraria mandati pro eo quod soluit
7 concipietur sic libellus. LIBELLVS. † Ago ego cõtra Titium qui cùm mihi mandasset vt domum sibi pro viginti emerem, & solui illa viginti, vel cum mandasset mihi vt pro eo fideiuberem penes talem creditorem in decem, fideiussi & solui, vnde vt viginti seu decẽ quæ solui mihi præstet, ago contra ipsum, & ad hoc propono contrariam actionem mandati. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. eod. l. si verò non remunerandi. §. contrario. OPPOSITIO. Sed non videtur quòd actio talis in hoc casu possit competere. Nam certum est, quòd fines mandati diligenter sint custodiendi. vt ff. eod. l. diligenter. at ego mandaui, vt emeres, vel vt fideiuberes, non autem mandaui vt solueres: vnde si soluisti, tibi imputa: cùm in pecunia soluenda non interuenerit mandatum: satis est enim si emisti, si fideiussisti. argumen. ff. de iureiurand. l. iusiurandum & ad pecunias. §. procurator. ff. iudica. solui. l. iam tamen. §. in hac. vnde potiùs videtur, quòd locum haberet actio negot. gest. Respondeo, imò locum habet contraria mandati. mandatum enim interuenit de soluendo. nam si mando, vt fideiubeas, videor mandare vt soluas. vt ff. de condict. indebi. l. indebitam. solutio enim procedit ea consequentia prioris mandati, argu. ff. de minori. l. denique. secundo respon. & C. ad Velleia. l. antiquæ. Si autem fideiussor non soluit, sed sit obligatus creditori ex fideiussione, aget contra dominum in quatuor casibus, vt superiùs dixi, & concipitur sic libellus. LIBEL-
LVS. † Ego R. ago contra M. qui cum mandasset mihi vt 8
pro eo fideiuberem penes talem creditorem in 10. fideiussi: vnde cùm ipsi creditori sim condemnatus in istis decem, vel cum diu steterim in obligatione, vel cum ipse incipiat dilapidare bona sua, vel quia hoc actũ est inter nos, ago contra ipsum vt me ab illa obligatione liberet, propono actionem contrariam mandati. quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. eod. l. si mandato meo. §. quoties. Quod autem in istis quatuor casibus possit quis agere contraria, antequam soluat notaui suprà in hac eadem actione. OPPOSITIO. Sed videtur quòd libellus sit ineptè conceptus. nam lex dicit, abesse mihi videtur pecunia in qua obligatus sum. vt ff. de nego. gest. l. si quis manda. in fin. & argum. ff. ad leg. Falcid. l. quod de bonis, §. ex donatione. ista enim duo parificantur: siue quis soluerit, siue debeat. vt ff. de negoti. gest. l. si quis. §. si mandato. & argum. de hære. vel actio. vend. l. 1. §. vltim. & argum. ff. de iure dot. l. profectitia. §. sed & si pater. & argu. ff. de pecul. l. si noxali. in princip. Vnde cùm ista sint paria, debuit libellus sic concipi. Ago contraria mandati vt soluat etiamsi pecunia non fuerit à me soluta. Respondeo: licèt ista duo habeantur vt paria: non tamen quò ad omnia. nam licèt pecunia in quam obligatus sum, videatur abesse: non tamen abest in veritate. vt ff. soluto matrimon. l. facere posse. videtur ergo mihi abesse ad hoc vt agam mandati, sed non vt soluam: sed vt obligatione liberer, vt dixi: simile habes, idem est cauere quod soluere, vt ff. de dona. l. si patronus. & C. ad leg. Falcid. l. vlt. non tamen quò ad omnia, vt in Macedoniano. nam filiusfamilias si soluat, factus paterfamili. non repe. it, si caueat habet exceptionem. vt ff. ad Macedo. l. sed & Iulianus. §. vl. & l. sed & si pater. & l. vltim. OPPOSITIO. Item non videtur, quòd possim agere de duobus casibus antequam soluam, scilicèt, quando fui condemnatus, & quandò diu steti in obligatione, quia mihi imputare debeo, quare pro tali fideiussi, in alijs autem duobus casibus de iure ago, & quia est pactum quod dat formam contractui. vt ff. deposit. l. 1. §. si conuenerit. & quia incipit fieri non soluendo. & in quo etiam casu vxori consulitur. vt C. de iure dot. l. vbi adhuc. & argum. ff. in possess. legato. l. planè. Respondeo, imò etiam in illis duobus casibus debet mihi subueniri: nam non debeo esse pro te perpetuò obligatus. vt ff. de damno infect. l. qui bona. §. vltim. sufficit ergo si diu steti. Item sufficere debet si fui condemnatus, & tot labores in causa sustinui: cũ non sine magno incommodo à nostris negotijs auocemus. vt ff. quemad. testament. aperiant. l. si quis ex signatoribus. & maximè cùm sufficiat si cui vel in paucis amici laboribus consulatur. vt C. de negot. gest. l. tutori
vel curatori. QVAESTIO. † Itẽ quæritur, quando aliqui 9
dicatur incipere dilapidare bona sua? Quidam dicunt quando incipit dare danda & non danda, sicut de prodigo. vt ff. de curato. furio. l. 1. sicut fecit iuuenis ille qui destruxit patris substantiam viuendo luxuriosè, qui ergo tota die per meretrices, per tabernas ludendo alea, dando ioculatoribus vadit, istum dicunt dilapidare: vel quãdo homines dicunt iste male fecit facta sua vel factuum suum, consumit, dilapidat sua, vt ff. de flumi. publ. l. 1. § flumen. & ff. de fund. instruct. & instrum. leg. l. cùm de lanionis. §. asinam.

Si aliquam rem deposuisti penes aliquem, habet locum actio depositi ad rem repetendam.

De actione depositi quæ datur deponenti contra depositarium. Rubrica.

1 *Actio depositi vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones Actoris & Rei in actione depositi directa, quæ. & num. 3.*
4 *Libelli in actione depositi directa, quomodò concipiantur.*
5 *Actio depositi an personalis esse dicatur.*
6 *Actio depositi contraria cuius natura sit.*

SI rem aliquam penes aliquem deposuisti, ad eam
repetendam competit tibi actio depositi, vt ff. de-
positi.l.1. & Insti.quibus modis re contrahitur ob-
1 ligatio. † Quæ actio ad hoc vt competat, tot sunt neces
saria. In primis, vt res interueniat, quæ deponatur: &
propterea dicitur contractus iste re contrahi, vt in præ-
dictis legibus. Secundum, vt custodia rei ad illum per-
tineat, apud quem deponitur, vt ff. eod.l.1.§.1. nec ad-
mitto quorundam errorem, qui voluerũt dicere, quòd
propterea quia depositarius tenetur præstare custodiã,
quòd teneatur mandati & depositi: & habent argum.ff.
eod.l.1.§.si rogauero. sed id ideò euenit, quia ibi man-
datum primò præcesserat: & ideò mandati agitur, ha-
bens & custodiæ legem: propterea quia in contracti-
bus spectamur initium. vt ff. mandati. l. si procurato-
rẽ.§.1. alia enim custodia desideratur in deposito, quia
tenetur de dolo & lata culpa, vt ff.eo.l.quòd Nerua.ni-
si in casibus vbi tenetur de leui culpa quandò cõuenit,
vt ff.eod.l.1.§.si conuenerit. Item tenetur de casu for-
tuito, si nominatim conuenit, & specificauit casus, & si
obtulerit se deposito, vt ff.eod.l.1.§.sæpè euenit. si fuit
in mora reddendi depositum. vt ff.eod.l. & si in alia.§.
quemadmodum. culpa præcedens casum fortuitum
facit etiam depositarium teneri de casu, vt argu.ff.com-
modat.l.si vt certò.§.qui verò. & ff.eod.l.quòd Nerua.
dolus etiam commissus in re deposita obligat deposi-
tarium de casu fortuito, vt ff.eo.l.1.§.si depositam.si fuit
gratia idem.vt ff.si cert.peta.l.si quis.in fin. Item si pre
tium pro deposito accepit, tenetur etiam de casu, vt ff.
vi bon. rapt.l.2.§.quæritur. in fin. In mandato autem
venit leuissima. vt C.manda.l.à procuratore.& ff.man-
dati.l.si procurator.§.vlti.& ff.commo.l.si vt certò.§.1.
Tertium, quòd pro re deponenda nihil detur, tũc enim
non erit contractus depositi, sed alius, vel locati, vel
præscript. verbis.vt ff.eod.l.1.§.si quis seruum.statim e-
nim ex quo pecunia interuenit, mutatur natura depo-
siti, vt ff.depos.l.Lucius Titius. Quartum, vt rei deposi-
tæ proprietatem et possessionem retineamus, vt ff.eo.l.
licet.§ rei. Si autem dominium rei transeat in deposita-
rium, non erit depositum, sed alius cõtractus: puta mu-
tui, vt ff.eo.tit.l.Lucius Titius. OPPOSITIO. Sed oppo-
nitur ff.eo.l.die sponsaliorum.§ vlt.ibi enim transfer-
tur dominium, & tamẽ depositi agitur. Respondeo: tẽ-
feras te ad principiũ, vt si in principio fuit deposita, &
tunc cõuenit, vt vteretur propter principium, depositi
agitur, vt in d.l.die.si autẽ ex interuallo, agitur de mu-
tuo. vel aliter et melius in d.l.Lucius Titius. primus cõ-
tractus fuit mutui, quia seruus tuus mihi numerauerat:
vel vt dicit dominus meus casuale est, vt licèt dominiũ
transferatur, quòd agatur depositi in d. l. possessio ta-
men in casu non retinetur, quando deponitur apud se-
questrum, vt ff.eo.l.licet.§.vlti. Quintum, quòd res de-
posita non reddatur, vel reddatur & deterior, vt ff.eo.
l.1.§. si res deposita.& §.si rem. Sextum, quòd res sit mo-
bilis vel se mouens, quæ deponitur: pro re enim immo
bili non datur, vt notat dominus meus in princ. summæ
tit.huius.et hoc ex illo colligitur.omnia enim exempla
quæ ponuntur in tit. de rebus mobilibus & se mouen
tibus tractant.& præterea l.1.in prin.ff.eo. dicit depo-
situm dicitur quod ponitur: at res mobilis dicitur dici-
tur deponi. Sed quare res immobilis sicut commodatur
nõ sic deponitur? vt ff.commo l.1. licèt dominus meus de
re mobili tantùm intellexerit. Septimum, quòd res nõ
sit propria illius apud quem deponitur, tunc enim nõ
tenet depositum, vt ff.eo l.qui rem.& ff.de reg.iur.l. pi-
gnus.& ff.de precar.l.certè.§.vltim.& ff.de contrahen.
empt.l.suæ rei.& l.si in emptione.§.rei suæ.& C. loca.
& condu. l.qui rem. Octauum, quòd quãdo petitur res
deposita, quòd sint dicenda signa rei, vt ff.e.l.1.§.si quis
aurum.& l.seq. Nonum, quòd res deposita sit in rerum
natura: alioquin si naturali interitu pereat, liberatur
depositarius, nisi fortè in casibus illis vbi tenetur quis
de casu fortuito, vt ff.eod.l.si plures.§.penul. Vnde in
2 hac actione actor facit tales positiones. † POSITIO AC-
TORIS. Ego dico, quòd rem talẽ deposui penes te. Item
rem illam tu recepisti. Item rem illam tu recepisti in
tua custodia & gratis. Item rei illius proprietatem, &
possessionem ego retineo. Item rem illam tu non vis
mihi reddere. Item reddidisti & deteriorem. Item res
illa quam deposui, fuit mobilis. Item res illa mea est.
Item rei illius signa talia sunt. Econtrà reus vtatur tali-
bus positionibus. † POSITIO REI. Ego dico, quòd rem illam 3
tu deposuisti penes Titium. Item rem illam recusaui
recipere. Item rei illius in me transtulisti dominium.
Item pro re illa deposita soluisti mihi pecuniam. Item
res illa mea est. Item rei illius sunt talia signa & diuer-
sa à primis. In hac autem actione concipit actor sic li-
bel. † LIBELLVS. Ago contra Tit. penes quem deposui 4
rem talem, cuius signa sunt talia, vnde vt rem illam mi-
hi restituat, ago contra ipsum, & propono actionem
depositi. quòd sic rectè concipiatur libel. dicit ff eod.l.
1.§.1. & §. si rem.§. si quis aurum. OPPOSITIO. Sed vi-
detur, quòd actio ista non possit intentari. Certum est
quòd rei depositæ proprietatem & possessionem reti-
nemus, vt ff.eod.l.licèt.§.rei. & hoc in re commodata.
vt ff.commod.l.rei. hoc in actione ex locato in re loca-
ta, vt ff.loca. & conduct.l.non solet. & ff. de vsucap.l.
nunquam.§.quod vulgò. Si ergo res est mea, vt dictum
est, ergo res non est mihi debita. vnde in obligationi-
bus res est mihi debita, & non mea, vt ff.de actio.& ob-
ligat.l.obligationum.in princip. & eadem quæstio po-
test notari in actione commodati & locati. Respõdeo:
imò locum habet. non enim intento actionem deposi-
ti, vt rem illam mihi debeas vel det, id est, quòd facias
accipientis, cùm verbum dare, hoc sonet. vt ff.de verb.
oblig.l.vbi autem non apparet.§.vlt. & Instit.de act.§.
sic itaque discretis. quia res deposita mea est, non inten
to eam vt rei ipsius possessionem in me transferat: quia
rei ipsius possessionem habeo, vt dictum est. sed ideò
eam propono ratione illius detentationis quam habet
depositarius, vt mihi rem illam præstet: & si non vult
rem illam mihi reddere, non condemnabitur in inter-
esse solo illius detentationis, sed quanti res illa tota
æstimabitur, adeò quòd iurabitur in litem. vt ff.eod.l.
1.§. in deposit. & hoc simile in conductionibus: nemo
potest condicere rem suam præterquàm à fure, vt ff.
quemadmo.vsufruct.cauea.l.vltim. verum est ratione
proprietatis: ratione tamen possessionis condicet, vt ff.
de condi.indeb.l.indebiti. OPPOSITIO. Sed nõnne ista
datur prædoni. vt ff.eo.l.1.§.si prædo. imò etiam furi, vt
ibi: sed si datur quomodo ergo intentabunt, vt dicant
se proprietatem et possessionem retinere, cùm non sint
domini? Respondeo: licèt non sint domini: tamẽ qui ha
bet ab eis in depositum, proprietatẽ, id est, ipsam rem,
non dominium & possessionem retinet, nec audet re-
ferre quæstionem dominij, cùm ab eis habeat causam,
maximè cùm agat actione ex contractu, vt ff.solu.matr.
l.si res aliena.& C.loca.& condu.l.si quis condu. & est
hoc mirabile, quòd depositario nolente restituere iu-
rabunt isti in litem, & fiat æstimatio illius rei. Et qua-
re, cùm non sint domini? lex assignat rationem, ideò
quia ipsi tenentur rem illam restituere, vt ff.eod.l.1.§.
si prædo. Actio enim ista habet quædam casualia in se:
& quia compensationem non recipit, vt C.de compen-
sa.l.vltim.& quia nullus præter dominum intendicere
potest restitutionem depositi, vt C.depos. authen. sed
iam cautum est, & est in authen. de deposito & deoau-
riationibus. † QVAESTIO. Sed illud quæritur, an actio 5
ista sit personalis? & respondetur quòd sic, vt ff.eod.l.
si quia inficiatus.§.vlt. nam ibi dicit, quòd tenetur con-
dict. id est, actione personali, cùm omnis condictio sit
in personam actio. vt Instit.de act.§.sic itaque. Sed pro-
bo quod est in rem. Certum est, quòd contractus iste re
contrahitur, vt Insti.quib.mod.re contrahi. propterea
lex dicit, quòd dolus descendit in hanc actionem ex
prosecutione contractus & rei, vt ff.eod.l.si hominem.
§.datur. ergo videtur, quòd sit in rem actio, maximè
cùm rem ipsam prosequatur. Respondeo: non est in rẽ,
sed in personam, vt dictum est: licèt enim re contraha-
tur, id est, propter rem quæ interuenit, persona tamen
quæ suscipit obligatur ad rem illam restituendam, sicut
& aliàs dicitur creditor re obligatur.i. propter rem. vt

 Instit.

Instit.quib.mod.re contra obl.§.creditor.obligatur dico pignoratitia ad rem illam restituendam, quæ actio personalis est, vt C.de distra.pigno.l.fina. præterea lex dicit, quòd in actione depositi propter dolum defuncto commissum teneatur quilibet pro hereditaria portiõe, vt ff.eo.l.si hominem.§.datur. & ff.de actio.& obliga.l.ea depositi. licèt si ageretur pro re illa recuperanda, ageretur cõtra illum tantùm qui rem illam tenet. 6 sicut in actio.commo.vt ff.commo.l.3.§.hæres. Est & alia actio depositi prætoria, quæ competit quoties aliquid ratione incendij, ruinæ, vel tumultus deponitur, vt ff.eo.l.1.§.2. & l. quòd tumultus.de qua diximus suprà in tractatu prætoriarum in speciali rubric.

Si aliquis in re penes se deposita expensas faciat, locum habet actio depositi contraria.

De actione depositi contraria. Rubrica.

1 *Actio depositi contraria vt competat, quot exigantur.*

2 *Libellus in actione depositi contraria quomodo formetur.*

SICVT actio directa depositi competit deponenti, sic contraria actio depositi competit depositario propter expensas vel alias quæ expendit in re deposita. vt ff.eod.titu.l.ei apud quem.& l.actione depositi. 1 † Vnde ad hoc vt actio illa competat, tot sunt necessaria, quot fere diximus in directa, præterquã quòd in directa iuretur in litem, vt ff.eod.l.1.§.in depositi. in hac nõ iuratur, sicut in d.l.ei apud quẽ.sicut nec in qualibet alia contraria iuratur, præterquàm in contraria mandati, vt ff.de his qui not.infa.l.furti.§.contrario.& §.mandati. & de hoc dixi suprà in contraria actione mandati. Est & aliud necessarium, quòd ille fecerit expensas & vtiles, aliàs non habeat locum. vt in l.illa. & argum.ff.de negot.gest.l.sed an vltro. & ff.commo.l.in 2 rebus.§.possunt. † Vnde in hac actione. non sunt positiones necessariæ. LIBELLVS. Libellus autem concipitur sic. Ago ego R.contra M.qui cùm deposuisset penes me rem talem: putà equum, vel seruũ: in illo equo vel seruo impendi decem, vnde vt illa decem mihi restituat vel præstet ago contra ipsum, & propono actionem depositi contrariam. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff.eo.l.ei apud quem.& l.actione. OPPOSITIO. Sed opponitur, quòd non possit actio ista pro expensis proponi. Certum est, quòd depositarius teneatur de dolo & lata culpa, vt ff.deposi.l.quod Nerua. ergo non tenetur facere expensas. sicut nec creditor qui est missus in possessionem (qui tenetur tantùm de dolo & culpa lata) non tenetur si expensas non fecerit, & res illa pereat in cuius possessione missus est, vt ff.de bon.authorita.iudic. possid.l.prætor.§.est præterea. si non tenetur, & fecit in re aliena & sciens, videtur voluisse donare: sicut & ille qui sciens alieno impendit, vt ff.de acquir.rerum domin.l.adeò.§ ex diuerso.& Instit.de rer.diuis.§. cùm quis in suo. argum.etiam.ff.de reg.iur.l.cuius per errorem. Respõdeo. Certum est depositarium tantùm teneri de dolo & lata culpa, nisi in casibus vt dictum est, impensas tamen factas nihilominùs repetet contraria actione depositi. Nec obstat obiectio, quia tunc imputatur mihi, quandò nulla præcedit causa vel titulus, vel quando non habeo rem domini voluntate, vel quando de nouo sciens in alieno impendi. cæterùm in casibus prædictis repetet expensas sicut in prædictis omnibus contrarijs: & quando in rem iam factam impendo & sciens. vt C.de rei vendic. domum.sicut & ille repetit, qui accedit animo deprædandi, vt ff.de negot.gest.l.si pupilli.§.3. sicut etiam in fructuario.vt ff.de vsufruct.l.si absente.

Si aliquis tutor fuit, & tutela finita est, potest conueniri actione tutelæ.

De actione tutelæ. Rubrica.

1 *Actio tutelæ vt exigantur, quot necessaria sint.*

2 *Positiones actoris & Rei in actione tutelæ. & nu 3.*

4 *Libellus in actione tutelæ quomodo fiat.*

5 *Actione tutelæ an aliquis tutorum ad libitum conueniri poterit.*

QVIA frequenter tutores tutelam administrant, ideò contra eos prodita est actio tutelæ: de qua actione duæ rubricæ sunt C.arbitrium tutelæ, et actio tutelę.& intitulatur ibi rubrica per accusatiuum. q.d.videamus quale sit arbitrium, & qualis sit actio tutelæ, licèt aliæ rubricæ intitulentur per genitiuum, vt quorum bonorum: aliæ per gerundium, vt famil. ercis. & cõmuni diuid. aliæ per ablatiuum cum præpositione præcedente, vt de accusationibus. aliæ per verba defectiua, vt vnde vi.&c. sicut dñs meus not. in prin. summę istius titu. & alia rubr. quæ de hac actione tractat. ff.de ture.& rationib.distra. † Quæ actio tutelæ ad hoc vt 1 competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit tutor, siue testamentarius, siue legitimus, siue datiuus, vt ff.de tutel,& rationib.distra.l. si tutor reipublicæ.§.si duobus.& §.si testamento. & l.posthumo. & C. arbitr.tutelæ.l.1. Secundũ, quòd in his quæ fecit, & facere non debuit commiserit dolum, latam vel leuem culpam, siue non fecerit, quæ facere debuit, vt C.eod.l. quicquid.ff.eo.l.1.in prin.de bis qualiter quis committat & in quib' dolum, latam vel leuem culpam, per leges positas sub rubricis patet. Tertium, quòd tutela sit finita, quę finitur multis modis, vt ff.eo.l.tutor reipublicæ.§.2.3.& vlt. durãte enim tutela secundùm dominũ meum actio ista non nascitur, sed demùm tutela finita, vt ff.eo. l.nisi.& l.si tutor rei.§.vlt.& l.hæc non dantur. & l.cùm tutor.§.vlt. licèt alij dicant eam nasci durante tutela, sed non competere, nisi finita, quorum sententiã reprobat dominus meus, sed salua authoritate domini mei, aliorũ mihi placet opinio. Certum est quòd tutor obligetur ex quasi contractu, vt Institu.de oblig. quæ ex quasi contract. si durante tutela malè administrat dolo malo, vel leui culpa, quis non diceret actionem tutelæ natam esse: dico ergo illam nasci durãte tutela: sed eam non competere nisi finita, & hoc est quod dicunt leges allegatæ de competentia actionis, sicut in actione pro socio & pignoratitia & alijs. nam lex dicit actionem pro socio nasci post dissensum. vt C.pro soc. l.tamdiù. intelligo quantum ad competentiam, & ad exercitium actionis: nam etiam durante societate oritur actio pro socio, vt ff.pro soc. l. adeò. & sic intelligo. ff. pro soc. l.actione. distrahitur societas, scilicet, quia ex quo intentatur, volunt societatem soluere, sicut & aliàs. ff.de repu.l.vlti. Item in pignoratitia, nam soluta pecunia nascitur pignoratitia, scilicet quoad exercitium. vt ff.de acti.pigno. l.si rem alienam.§.omnis. ante autem nascitur. vt Insti.quib.mod.re cõtrahi. ob.§ creditor. simile habes econtrà: actio dicitur extingui quoad exercitium, non autem quoad ipsam actionem, vt C.de iur.delib.l.scimus.§.sin autẽ. & ipse.& ff. de fideiuss.l.Vranius. si enim sententia domini mei obtineret, quòd actio ista tutelæ oritur tunc cùm tutela est finita, ergo finis administrationis pareret actionem, quòd esset valdè absurdum, cùm hæc actio inducatur & oriatur ea quasi contractu, iam oriretur secundùm dominum meum ex distractu, sicut in condictione indeb. vt Insti.quib. mod. re contra.oblι.§.is quoque. sed illa condictio indebiti oritur non ex distractu, sed quasi contractu: quia videtur quædam obligatio extra id quod agitur tacitè induci, vt in prædicto titu.& ff.commo.l.si is qui. Vnde in hac actione actor fa. tal. posi. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tu fuisti tutor 2 meus testamentarius, legitimus vel datiuus. Item in administratione vel non administratione commisisti dolum vel latam vel leuem culpam. Item tutela finita est. Econtrà reus fa.tal.posi. † POSITIO REI. Ego dico, 3 quòd solus Titius fuit tibi tutor relictus in testamento. Item optima fide administraui sine omni culpa. Item adhoc durat tutela. In hac autẽ actione concipiet actor libel. † LIBELLVS. Ago ego R.contra M olim tutorẽ meũ 4 testamẽtarium legitimum seu datiuum, vt reddat mihi ratio-

rationem administratæ tutelæ per eum, vel ab eo: propono actionem tutelæ, quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. de tutel. & ratio. dist. l. 1. §. OPPOSITIO. Sed opponitur, quòd non videatur libel. benè conceptus: si enim tutelam administrauit, non propterea obligatur pupillo, sed obligatur si malè administrauit: vel si aliqua ex administratione sunt apud eum. Item si non administrauit, non ideò agitur, quia non administrauit, sed ideò debet agere, quia propter administrationem non factam damnificatæ sunt res pupilli, vt argu. C. arbitrium tutelæ. l. si defunctus: & sicut alibi habes simile vbi quis habet ratum negotium malè gestum: quia etiam posteà agit nego. gest. non propter verbum, quod gessit, sed propter aduerbium, quod malè gessit, vt ff. de negot. gest. l. Pomponius si negotium. non ergo deberet concipi libellus, vt reddat rationem, sed deberet dicere, tu malè administrasti, propter quod sum dãnificatus in c. vel quia non administrasti negotia mea, facta sunt deteriora in 100. ideò illa 100. peto: propono actio. tutelæ. Respondeo: multi simplices metu istius quæstionis dicunt libellum hoc vltimo modo concipiendum, sed malè cõfiteor enim quòd de malè gestis teneatur, & de malè neglectis: hoc enim est verum in sententia, sed quoad petitionem rectè formo sic libellum, quomodo enim possum scire quæ benè vel malè gesta sint, si à capitè rationem omnium nõ reddat, vt & aliàs habes, quòd à capite ratio sit edẽda, vt ff. de eden. l. argentarius. §. edi. & etiam totam rationem tenetur edere, vt ff. de edendo. l. 1. § edere. & l. vbi. §. 1. in fin. OPPOSITIO. Item opponitur ex conceptione libelli videtur quòd æqualiter cõueniatur administrans & non administrãs: sed non est ita, nam causa breuitatis libellus sic concipitur, vt quandò administrauit, reddat rationem de administratis, quandò nõ administrauit reddat rationem de non administratis. & hoc quando vnicus est tutor, qui administrauit vel non administrauit. si autem plures fuerint similiter, & contra eos concipitur libellus.

2 † QVAESTIO. Sed quos conueniam: vtrùm omnes simul an aliquem illorũ prout mihi placuerit quæritur? Certè distinguitur, aut omnes administrauerunt communiter, aut separatim. Item aut quidam gesserunt: quidã non. si omnes administrauerunt communiter, & omnes sint soluendo, omnes poterit cõuenire pupillus vel vnum eligere, ita quòd actionem tutelæ trãsferat in electum contra alios pro portione illorum. vt C. de diui. tute. l. 1. sed hoc ita si se conuenire patiatur: alioquin exemplo fideiussorum poterit implorare remedium epistolæ diui Adriani. vt ff. de tutel. & ration. distr. l. 1. §. tractemus. & ff. de fideiusso. l. inter fideiussores. imò & si actio tutelæ non ceditur electo, & soluat pro omnibus, habet contra eos vtilem actionem negot. gest. subsidiariam, vt in prædicto. §. nunc tractemus. Et quare aliud in fideiussore, qui si soluat solidum cõtra fideiussorem nullam habet actionem, vt C. de fideiussorib. l. cùm alter. Respondeo, quod fideiussor non habeat contra fideiussorem, ideò est, quia habet mandati contrariam contra debitorem pro quo fideiussit & soluit. tutor autem contra pupillum non habet actionem, quia non soluit pro eo, sed pro contutore, & ipsi pupillo soluit: ideò habet subsidiariam actionem neg. gest. contra tutorem. & hoc quod dico de actione cedenda, & quòd agere possit contra contutores obtinet, quãdo ex communi culpa lata vel leui conuenitur. Cæterùm si ex dolo communi cõueniatur, nec potest petere quòd actiones sibi cedantur, nec habet actionem contra tutorem, vt ff. de administration. tuto. l. si plures. & ff de tutel. & rationib. distra. l. 1. §. nunc tractemus. Si autem omnes administrauerunt, sed separatim, aut diuiserũt ipsi per se, & tunc perinde est ac si communiter gessissent, aut fuit facta diuisio per testatorẽ, vel per iudicem, in quibus casibus neuter pro altero cõuenitur, sed tantùm quilibet pro sua administratione: nisi in quinque casibus, tres notantur C. de diui. tutel. l. 2. scilicet quando cõtutorem [illegible] suspectum non remouit, vel remouit & tardè, vel [illegible] prouidit iura pupilli. Quartus casus inuenitur quando [illegible] satis exigitur a contutore, vt ff. de administra. tuto. l. quotiens. §. constat. Quintus casus inuenitur quando tutor administrat, & in administratione inuenit rationes ad aliam administrationem pertinentes, & contutorem nõ certiorauit, vt ff. de administr. tuto. l. Tutium. §. tutores. & si vis rectè considerare in omnibus istis quinque casibus, nõ tenetur quis ob alienum negotium, sed ratione suæ negligentiæ: & quòd dico istum teneri quando alienatio est diuisa, intelligas, si est diuisa in eadem prouincia, vel in eodem loco. hoc dicit l. 2. C. de diui. tutel. præterquàm in rationibus iouentis. Cæterùm si in alia prouincia sit facta diuisio per testatorem vel iudicem, tũc in illis quatuor casibus vnus pro alio non tenetur, vt C. de pericu. tuto. l. 2. Si autem istorum qui gesserunt quidam sunt soluendo, quidam non: soli illi qui soluendo sunt, conueniuntur: nisi omnes fuerint soluendo tempore depositi officij, tunc enim imputet sibi minor. vt C. de diui. tutel. l. 1. & vlt. & C. de probat. l. ex persona. Si autem quidam administrauerunt, & quidam non, tunc primò conueniuntur administrantes. Secundò magistratus qui nominauerunt vel satis exegerunt: hoc dico in legitimis & datiuis, & non in testamentarijs. Tertio loco qui nõ administrauerunt, vt ff. de tute. & ratio. distra. l. 1. §. nũc tractemus. nisi in prædictis quinque casibus, in quibus primò conueniuntur tam nõ administrantes, quàm magistratus, vt ff. de administr. tut. l. etiam. & l. Aemilius. in fine. l. tres. §. vlti. Si autem vnus gessit, & alius aliqua gesserit, conuenitur vterque pro omnibus antequàm magistratus, vt ff de magistra. con. l. duo. & ff. de administ. tut. l. Lucius. §. penul. dicitur ergo subsidiaria actio ista plerumque per aptitudinem.

De actione contraria tutelæ. Rubr.

1 Actiones omnes de iure ciuili inductæ sunt.

SIcut contra tutorem datur actio tutelæ, ita & ipsi tutori competit contraria propter expẽsas quas fecit in administratione illa, vt ff. de contrar. iud. tut. l. 1. in qua actione omnia illa desiderãtur, quæ in actione superiori: hoc plus quòd expensas faciat. verùm de hac ad præsens non tracto: quia tractaui suprà de actione tut. & pro tute. contraria in tractatu prætoriarum: cùm illa sola contraria sit prætoria, licet aliæ cõtrariæ sint ciuiles, sed quare? Respõdeo. semper actionem iudico ciuilem, nisi illam inueniam in edicto prætoria. † omnes enim actiones sunt à iure ciuili inductæ, vt ff. de orig. iur. l. 2. in fine 1. colum. at in contraria actione tutelæ inuenio, quòd eam prætor induxit, vt ff. de contrario tu. iud. l. 1. in principio. 2

Si quis commodauerit rem alicui, tenetur eam sibi restituere per actionem commodati.

De actione commodati. Rubrica.

1 Actio commodati vt competat, quot requirantur.
2 Positiones actoris & Reis in actione commodati directa. num 3.
4 Libellus in actione commodati directa quomodo concipiatur.
5 Res commodata cùm alicuius sit, quomodo eam obligationis iure peti possit.
6 Actio commodati an prætoria vel ciuilis esse dicatur.

FREQVENTER contingit, quòd rem tuam vel etiam alienam quam possides alij cõmodas, & ille non vult tibi restituere, tunc locum habet actio cõmodati. vt ff. com. l. 1. & l. commodati. & l. ita. & Inst. quib. mod. re contra. obli. §. item is quoque coi. † Quæ actio ad hoc vt competat tot sunt necessaria. In primis quòd res concedatur alicui in causam cõmodati. Secundum, quòd concedatur gratia alicuius vsus, siue res sit mobilis siue immobilis, & etiam incorporalis: adeò quòd ante completum tempus vsus illius rem illam auocare non possim. licet in precario sit secùs: quia precarium conceditur sine præfinitione alicuius vsus. vt ff. eo. l. 1. & l. in commodato. & C. eo. l. eum qui. & ff. de prec. l. cum precario. & quare aliud in precario ratio 2

alig-

assignatur: quia cùm in precario sit vnũ pro eo cui res precariò conceditur, vt licèt gratia sui fiat, non tamen tenetur nisi de solo dolo et lata culpa. vt ff. de precario. l. 2. §. 1. alibi etiam pro vno cõmodo sustinet quis aliud incommodum, vt ff. de iureiur. l. eum qui in commodato. aut durius agitur contra illum, quia tenetur de dolo, lata culpa, leui & leuissima. vt ff. com. l. si vt certò. §. 1. ideò si hæc gratia fiat ei, iustum est, quòd ante tempus non reuocetur: licèt quidam & malè dicant hanc esse differentiam inter commodatum & precarium, quòd commodatum dicatur, quando quis dicit cõmodo: precarium, quando quis dicit concedo precariò: verũ non approbo. quia esset imponere legem verbis, & non rebus, quòd iura nolunt. vt C. communia de lega. l. omne verbum. Tertium, quòd concedatur res & gratis, alioquin si pecunia interueniat erit locatio: vel alius contractus innominatus, si species aliqua debebat dari, sicut in mandato, vt ff. manda. l. 1. & Inst. manda. §. pen. & ff. cõmo. l. si vt certò. §. nunc videndum. Quartum. quòd rei cõmodatæ proprietas & possessio remaneat penes commodantem. vt ff. commoda. l. rei. Quintum, vt tui gratia tantùm interueniat commodatum ad hoc vt tenearis de dolo, lata, leui & leuissima culpa de fortuito enim casu non teneris, nisi culpa præcesserit casum: & nisi specialiter fueris pactũ expressum: alioquin si mei gratia tantùm commodo, tunc non teneris nisi de dolo solo, & lata culpa. vt ff. cõmod. l. si vt certò. §. cõmodatum. §. quod verò. & §. custodiam. & §. sed interdum. & ff. e. l. interdum planè. Sextum, quòd res non reddatur, vel reddatur deterior, vt ff. eo. l. 3. §. 2. Septimum, quòd in re non reddenda vel deteriori reddita interueniat dolus, lata, leuis vel leuissima culpa commodatarij, vt dictum est. Vnde in hac actione actor faciat tales posi-
2 tiones. †POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tibi rem talem cõmodaui pro tali vsu. Item vsus ille finitus est. Item gratia tui tantùm tibi commodaui. Item gratis illam tibi commodaui. Item illius rei proprietatem & possessionem retineo. Item rem illam non reddidisti vel reddidisti deteriorem. Item in hoc tua culpa saltem leuissima interuenit. Ecõtra reus facit tales positiones. †POSITIO REI. Ego dico, quòd rem talem tu commodasti Titio & in solidum: & sic restat quòd sibi nõ commodauerit, licèt possint fieri duo Rei in solidũ in com
3 modato, vt ff. eod. l. si vt certò. §. si duobus. Item tu commodasti mihi ad certum vsum, & vsus ille adhuc durat, putà, pro vindemijs. Item ego dedi tibi decem, vt rem illam mihi commodares. Item illius rei in me transtulisti dominium & possessionem. Item tantùm tui gratia commodasti. Item res illa perijt naturali interitu sine malo meo & lata culpa, leui vel leuissima. In
4 hac autem actione concipiet actor sic libellum. †LIBELLVS. Ago ego R. contra M. cui commodaui equum meum vt iret vsque ad Capuam: vnde cùm iuerit & redierit, vt mihi equum meum restituat, ago cõtra ipsum & propono actionem commodati, vel simpliciter sic. Ago contra talem cui rem talem commodaui, vnde vt mihi restituat &c. quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. eod. l. 1. & l. 3. & Institu. quibus mod. re contra. ob. §. item is cui. OPPOSITIO. Sed opponitur non videtur, quòd actio ista cõpetat hoc modo: certum est quòd actio commodati personalis est, vt C. quibus non obest long. temporis præscrip. l. neque mutui. ergo debet contra personam intendi: si ergo contra personam intenditur, debet peti interesse, cùm per actionem realẽ soleat fieri, & non per actionem personalem, vt ff. de rei vendicat. l. officium. & l. qui restituere. Respondeo: non benè opponis, quòd in omnibus personalibus debeat peti interesse, non est verum: imò id debet peti, quod est in obligatione. aliquandò ipsum factum, si factum est in obligatione: aliquandò res ipsa, etiam si dari non possit, putà quia mortua est: interesse tamen veniet in condemnatione, si factum & res ipsa præstari non possit, vt in prædicta l. si quis ab alio. & ff. de verbor. obligatio. l. si seruum. §. vltim. & l. vbi. §. vltim. ad idem ff. de dolo. l. arbitrio. Hoc etiam in realibus, quòd veniat res ipsa de sui natura in restitutionem, aliàs si res non potest restitui, veniet singulare interesse per iusiurandum in litem, vel commune interesse, vt in prædict. l. qui restituere. OPPOSITIO. Sed huic responsioni videtur obstare l. stipulatio. §. siue autem. de operis no. nunt. nam ibi videtur, quòd sit electio actoris quid petat in personali, vel vt res defendatur, vel vt res restituatur, vel vt interesse consequatur. Respondeo: multi fugientes dicunt casum illum specialem, sicut & multa alia sunt specialia in titulo illo. nos autem subtilissime cuncta rimantes, locum illum sic intelligimus, nec vos decipiat sicut multos decepit & decipit: dicimus quòd id ideò euenit, quia ibi interposita fuit stipulatio ab ædificãte illi qui nuntiauerat nouum opus: vt si appareat eum iniustè ædificasse, quòd destruat: de hac stipulatione loquitur lex illa in princip. & prosequitur hanc materiam vsque in fin. Sic ergo dicit §. ille. siue autem. ex quo satisdedisti mihi de opere destruendo, nisi appareat te iustè ædificasse, & tu ædificasti nec te vis defendere, quia volo docere qualiter iniustè ædificasti, teneris destruere, vel pronuntiatum est te iustè ædificasse teneris destruere, & sic manu militari fiet destructio operis. verùm si mihi actori, id est, stipulatori placuerit quòd debeas mihi dare interesse, audior fortè: & si tu vis, imò etiam & si nõ vis, fortè ne ruinis ædificij vrbs deformetur, vel ideò, quia videtur factum contra prohibitionem prætoris, & prætor videtur te detulisse qui fecit tibi per stipulationem caueri. ideò ne eius authoritate decipiatis, vt argumen. C. de his qui ve. æta. impe. l. eos qui. feci tibi hanc gratiam. ergo cæci fuerunt, & minùs intelligentes, qui illum §. inducunt, quòd interesse sit in obligatione, vel in petitione, imò falsum, quia est in solutione, vt ibi apertè dicitur. †QVAESTIO. Item quæritur, 5
quomodo cùm res commodata tua sit, petis eam obligationis iure? vnde videtur, quòd sit debita tibi & non tua: si tua, ergo non tibi debita. hanc quæstionem soluã in actione depositi. sic concipitur libellus quandò res illa non redditur. Verùm si reddatur, sed deterior, qualiter concipies libellum? nunquid petes rem ipsam, vel damni æstimationem & sic interesse? & videtur quòd rem ipsam petere debeas. vt ff. de solutio. l. etiam. Item non videtur res reddita, quæ deterior redditur, si non videtur reddita, ergo res ipsa petitur, vt ff. depos. l. 1. §. si res. Item si aliquid desijt: putà, cautio de euictione, fundus ipse petitur, vt ff. de verbo. obliga. l. Iul. in fin. & si vsusfruct. desijt legato fundo fundus petitur, vt Instit. de verb. oblig. §. si cui. nam & generale vnum dicit rem habeo, & rem peto. Econtrà videtur, quòd tantùm interesse petatur, vt ff. commo. l. 3. §. Item solum interesse petitur, ex quo res principalis soluta est, vt ff. de eo quod certo loco. l. non vtique. & Iul. tractat. Item si res tradatur, & malè solùm interesse petitur, vt ff. de dolo, l. eleganter. §. non solùm. Circa ista distinguit dominus meus in solutione generalium, in solutione illius generalis rem habeo, & rem peto, cùm rem mihi debitam soluit quis, & res mihi aufertur propter illud quod fecit debitor, vt quia alij obligauerat, vel in emphyteusim dederat, vel similia fecerat, rem ipsam peto actione primitiua: quia non videtur soluta quæ ita soluta est, vt retineri non possit, vt ff. de legat. 1. l. non quocunque. & ff. de solution. l. si quis alienam rem. & l. quòd sic. & l. qui res. 1. respons. & l. si hominem. & ff. de actio. empt. l. ex empto. §. inde Neratius. & ff. de lega. 3. l. qui concubinam. 2. responso. idem est etiam, quòd ipsam rem petam, & actione primitiua si aliquid desit in re illa, siue de ipsa re principali, siue de eo quod ad eam pertinet. vt ff. de solutioni. l. etiam. & in superioribus exemplis. Si verò res tota soluatur & nihil in ea desit sed soluatur deterior, si quidem ex contractu bonæ fidei, actio prima intentabitur, sed pro interesse non pro re illa: ita si interesse venit iure actionis, sicut in bonæ fidei, vt in actione commodati & depositi, vt ff. eod. l. 3. §. 1. & ff. depos. l. 1. §. si res. Idem in his quæ imitantur naturam bonæ fidei, sicut in actione ex testamento, quæ imitatur naturam bonæ fidei, vt C. in quib. caus. in integ. resti. nõ est necess. l. in minorum & C.

& C.de vsur.& fructib.leg.l.1. argum. præbet pro hoc ff.de solut.l.qui decem.§.qui hominem. Id[illegible] in actione stricti iuris, quæ est arbitraria ratione loci, vt ff de eo quod cer.loc.l.non vtique.§.item Iulianus.licèt dominus meus aliter intelligat locum illum, vt ibi notatur: nam ibi dicit non posse peti interesse, cùm non veniat iure actionis, sed officio iudi[illegible]: illud enim interesse re soluta non petitur quod venit officio iudicis, vt ff de eo quod cer.loc.l.non vtique §.nunc de officio iudicis & l.centum Capuæ.& l.vlti. & C.depos.l.4. Sienim ex contractu stricti iuris, tunc pro inter[illegible]sse actio prima non intentabitur, sed agetur de dolo. vt ff.de dolo.l.eleganter.§.non solùm. sed contradicit ff.de solut. l.qui sibi.§.qui Stichum. vbi dicitur, quòd qui hominem vulneratum tradit quem dare debebat, non liberatur ab actione prima. Respondeo. dicit dominus meus R. euidens læsio est in vulnerato, & ideò agitur prima, non ita si latens, & ideò agitur de dolo: vel aliter, quòd dicit ibi non liberatur, subaudi, ab actione de dolo: vel aliter, hominem vulneratum tradendo, id est, dare volendo, non [illegible]amen dedit. OPPOSITIO Item contradicit l. C.ad exhiben. l. exhibitionis. vbi agitur in factum. intelligas contra parentes & patronos: alioquin ageretur de dolo: vel ibi liberatur ab actione prima, quia iam res erat exhibita. vt ff. ad exhibend.l.1.& sic [s]ecundum ista aliquandò petes interesse, aliquandò
8 rem ipsam. † QVAESTIO. Sed illud quæritur, an actio ista sit prætoria vel ciui[illegible] dominus Ioan & dominus meus eam dicunt ciuilem. vt ff.commod. l.in commodato.§.1. & eam inter c[illegible]les posuit. non obstat, quòd prætor tractatum fecit de ea: vnde quidam voluerunt dicere, quòd sit prætoria, sed non est verum: quia prætor fecit de ea tractatum per approbat[illegible], sicut & in petitione hæreditatis, in qua prætor fecit tractatum per approbationem: tamen est ci[illegible], & non prætoria, vt ff.si pars hæredi.peta.l.item pridiè.

De contraria actione commodati. Rubrica.

1 *Actio contraria commodati vt procedat, quot exigantur.*
2 *Commodator an ad ipsam rem præcisè teneatur.*
3 *Positiones actoris et Rei in actione commodati contraria. & nu. 4.*
5 *Libelli in actione commodati contraria quomodo formentur. & nu. 6.*

1 QVIA commodatario datur contraria commodati, ideò de ea videamus. † Quæ actio ad hoc ve competat, tot sunt necessaria, quot in actione directa diximus suprà. Est & aliud necessarium, quod commodatarius faciat expensas alias in re commodata præter cibaria. expensas autem cibariorum non restituet is qui rem commodauit: quia e[illegible] io seru[illegible]o commodatarij, vt ff commoda.l.si vt certo.§.sumptus.& l in commodato.§.contraria. & l.in rebus §.possunt. maritus etiam non recuperat cibaria, quæ fecit in seruum dotalem, quia habet eum in ministerio suo, vt ff.de donat. int.virum & vxo.l.si id quod.§.si quas operas. Item venit etiam in contraria commodati, si commodator vasa vitiosa nobis commodauit, & propterea damnum habuimus: cùm iuuari non decipi nos oporteat, vt ff. commod.l.in commodato. & l.in rebus. §.vltim. Item venit etiam in contraria oe intempestiuè reuoces. vt ff. eod [l].in commodato § 1. Item si commodator rem commodatam mihi subripuit, & ego ignorans illum subripuisse præstiti æstimationem, te competta habeo actionem commodati contrariam ad interesse, vt ff eod. [l.] rem commodatam. actionem autem furti non haberem [si] intererat mea propter expensas, propter quas retinere poteram rem illam, vt ff.de furt. l si is cui commodati. Si autem non subripuit eam commodator, sed alius: deinde pro ea pretium dedi, & res illa perueniat in potestatem commodatoris, tenetur contraria commodati commodator, vt aut rem mihi præstet, aut pretium, quod dedi. vt ff. eod. l. in commodato §.vltim.
QVAESITO. † Sed cuius erit electio? videtur enim quòd commodator præcisè ad rem teneatur, sicut in vendicante rem qui accipit rei æstimationem a possessore, vt ff.eod.l.si vt certò.§.1. & ff.de rei vendica.l.si vt culpa. nam & si extraneus possideret, cederet mihi commodator actiones suas, vt ff.de re iudic.l.in depositi. vel si malit tenebitur ad pecuniam. vt ff.de condict. sine causa.l.2. Venit etiam in contrariam interesse meum, si sciens commodasti mihi seruum furem. vt ff.eod. l.penul. Quæcunque autem diximus venire in contrariam, veniunt in directa in modum compensationis, sed si non fuerint compensata, veniunt etiam in contraria: vel etiam compensata, si iudex non admisit, non tamen reprobauit, vt ff.eod.l.in rebus. §. quòd autem. & l in commodato §.1. & ff. de negot. gest.l.si autem.§ si quocunque modo.& ff.de compensatio.l.quod in diem.§ si ratione compensationis.& hoc notat dominus meus in fin.summæ titu.istius. Vnde in hac actione actor facit tales positio. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quod tu 3
commodasti mihi rem talem. Item in illa feci expensas præter cibaria. Item res illa quam mihi commodasti, fuit vitiosa. Item tu sciuisti, sed hoc non videtur necessarium, cùm teneatur ignorans de vale vitiuso Incato. vt ff.loca.& conduct.l.sed addes. imo est necessarium: quia in locato ideò tenetur etiam ignorans, quia celebratur gratia vtriusque, in commodato ideò sciens, quia intercessit sui gratia tantùm. Item rem commodatam mihi surripuisti. Item pro ea tibi pretium dedi. Item talis surripuit mihi rem commodatam. Item posteà rem habuisti. Item ad certum vsum mihi commodasti. Item non est finitus. Econtrà reus facit tal.positio. POSITIO REI. † Ego dico, quòd rem talem tantùm Titio commodaui. Item expensæ quas fecisti in 4
seruum fuerunt tantùm cibaria. Item commodatum intercessit tui gratia tantùm. Item seruum fidelem cum commodaui tibi. In hac autem actione concipiet actor libel.sic. LIBELLVS. † Ago ego R. contra M. a quo 5
peto mihi solui 10. nomine expensarum, quas feci in seruo, quem mihi cómodauit: propono actionem commodati contrariam. Quòd sic rectè concipiatur libellus dicit ff.eod.l.in rebus.§.possunt. & l. in commodato.§.contrariam. Item pro alijs causis prædictis secundùm qualitates causarum pones in libello. † LIBELLVS. 6
Ago contra talem, qui sciens commodauit vasa vitiosa, vel seruum furem: vnde vinum fuit effusum, quod valuit 10. vnde illa 10. peto, vel subtraxit mihi res tales, vnde pro rebus illis propono actionem commodati contrariam. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicunt leges prædictæ. OPPOSITIO. Sed videtur quòd libellus non sit bene formatus: si enim fecit expensas in re aliena.l.sciens, videtur voluisse donare. vt ff.de acquireu.rer.domin.l.adeò. & Institu.de rer.diuil.§.cùm in suo. vnde non repetet, vt ff.de regul.iur. l.cuius per errorem. huic quæstioni respondeo: quòd licèt in rem alienam impendi, nihilominùs repeto. Nam cùm tenear de leuissima culpa, & culpa sit quæ a sapiente potuit præuideri, & non est præuisa. vt ff.eod. l.si vt certò. & ff.ad l.Aquil.l.si putator. meritò repetet, quia si non faceret expensas, teneretur.

Si aliquis debitor obligat rem pignori creditori, & si pecunia sit soluta, vel aliter sibi satisfactum, datur debitori pigneratitia.

De pignoratitia actione. Rubrica.

1 *Actio pigneratitia vt veniat, quot exigantur.*
2 *Constitutio pignoris, an teneat, si causa præcedens inutilis fuerit.*
3 *Pecunia si a campsore probata fuerit, an debitor liberatus sit.*
4 *Creditor si pecuniam pro proba expendat, an quia non reddit reprobam, expelli debeat.*
5 *Positiones actoris & Rei in actione pigneratitia.*

QVIA

QVIA frequenter contingit, quòd debitor soluta pecunia creditori, vel alio modo illi satisfacto, vnde pignus liberatum videatur, propterea datur debitori pignoratitia per quam tenetur creditor sibi restituere pignus. vt ff. de pign. ac. l. si rem alienam §. proprie. & §. omnia. & Insti. quib. mod. re contra. obli.
1 § vlti. †Quæ actio ad hoc vt competat, tria sunt necessaria. In primis, quòd res interueniat, id est, quòd possessio pignoris transferatur in creditorem, & propriè dicitur pignus à pugno, id est, à traditione: & maximè in rebus mobilibus. Hypotheca autem dicitur quando solo consensu contrahitur, & maxime in rebus immobilibus, vt ff. eod. l. si rem. §. propriè. & l. cùm fortis. §. vlt. & Instit. quibus mod. re contra obli. §. vltim. & Instit. de acti. §. inter pignus autem & ff. de pigno. l. contrahitur. §. 1. Confiteor tamen, quòd tam in mobilibus, quàm in immobilibus consistat pignus & hypotheca. OPPOSITIO. Sed obijcitur, inter pignus & hypothecam nulla est differentia. vt ff. de pigno. l. contrahitur. § inter. & Insti. de actio. §. inter. Respondeo, verum est quantú ad hypothecariam actionem, quantum autem ad pignoratitiam est differentia: quia si traditio non interuenit non habet locum pignoratitia, propterea dicitur creditore obligari, vt Insti. quib. mod. re contra. obli. §. vlt. Est & alia differentia, quia pignoratitia de qua tractamus, datur debitori, & est personalis. vt C. de distract. pign. l. 1. secundùm Plac. Hypothecaria est quæ ex solo consensu inducitur, datur creditori & est in rem. vt C. de pign. l. pignus. licèt etiam creditori competat hypothecaria pignoris possessione tradita. vt ff. de acti pigno. l. 1. & hoc est quod dicitur ibi pignus, id est, obligatio pignoris contrahitur non sola traditione sed etiam nuda conuentione. adeò autem est necesse, quòd res interueniat in pignoratitia, quòd vidi dubitari sic: pone quòd rem meam obligaui creditori solo consensu, & non tradidi, res illa peruenit ad creditorem sine vitio suo, an incidat in edictum diui Marci, vt ff. quòd metus causa. l. extat. soluta pecunia qua actione recuperabo rem illam? certum est, quòd pignoratitia locum non habet, ex quo res non interuenit, vt dictum est. Audiui quosdam respondentes quòd habet locum vtilis actio pignoratitia. vt ff. vt in poss. lega. l. 1. si cui. §. quæri poterit. dominus meus dicit in casu isto competere actionem in factum. vt ff. de præscrip. verb l. quotiens. Secundum, quòd pecunia sit soluta, vel alio modo satisfactum ad voluntatem creditoris, ad hoc vt nascatur pignoratitia. vt ff. eod. l. si rem alienam. §. omnis. & ff. si cer. petat. l. si quis. §. res pignori. & l. grege. §. penult ff. de pigno. & hypothec. & ff. quibus modis pignus vel hypo. sol. l. item liberatur. Vnde secúdùm hoc putauit dominus meus Iac. & dominus Ioan. quòd ante solutam pecuniam pignoratitiam non nascatur. Si tu opponis: ergo ex solutione oritur. Respondeo non: non enim oritetur ex solutione, sed ex contractu præcedenti, multæ enim sunt actiones quæ non nascuntur à principio, sed post, ex contractu tamen oriuntur, vt in pecunia aliena mutuo data, & pecunia data mutuo à furioso seu pupillo, si posteà cósumatur oritur certi condictio: non ex consumptione, sed ex contractu præcedenti. vt ff si cert. peta. l. nam & si fur. & l. si à furioso. Hoc idem in permutatione. vt C. de rer. permuta. l. ex placito. Optimum simile ff. de solutioni. l. sub conditione: vbi dicitur, quòd si debitori sub conditione accepto feratur, posteà conditione existente intelligitur iam olim liberatus, ergo liberatio procedit beneficio acceptilationis primò interpositæ. verùm códitio existens facit quòd liberatio inducatur, vt ff. de noua. l. quotiens domino autem M. & domino meo visum est contrarium. vt pignoratitia statim nascatur, quando pignus datur creditori, & hoc dicitur Insti. quib. mod. re contrah obli. quòd creditor obligetur re: si obligatur, ergo ex illa obligatione aliqua actio orta est, sed nulla alia potest oriri nisi pignoratitia: quod ergo dicit d. l. si rem alienam. quòd soluta pecunia nascatur, scilicet, quoad exercitium: sicut notaui supra in actióe tutelæ, & sic secundùm dominum meum pignoratitia tollitur spacio 30. annorum computato tempore à die dati pignoris, & per regulam iuris, vt ff. de reg. iu. l. qui potest facere. secundùm dominum B. tollitur ius of...tendi, vt C de præscrip. 30. annor. l. cùm notissimi. §. 2. & sic vario modo intelligitur C. de annali except. l. 1. §. ad hæc. & C. quib. non obijcit long. temp præscrip. l. neque mutui. Tertium, quòd causa aliqua præcedat, vel obligatio pro qua pignus interuenit, cùm enim accessio sine principali esse non possit. vt ff. de actio. pign. l. si alienam rem §. 2. & l. solutum §. si quasi. pignus enim ideò datur creditori, vt sibi magis sit in tuto. vt Institu. quib. mod re contra. obli §. vltim. cùm melius sit pignori incumbere, quam in personam agere. vt ff. de superfic. l. 1. & 2. & Instit. de obliga. quæ ex delict. nasc. §. furti. vnde propterea tenet remissio etiam constante matrimonio. vt C. ad Vellei. l. etiam constante. propterea remittendo debitor pignus non videtur alienare in fraudem creditorum. vt ff. de his quæ in fraud cred. l. si pignus. sicut & aliàs habes in actione de constituta. oportet enim quòd primo præcedat aliqua obligatio, cui actio de constituta accedat. vt ff. de constit. pecu. l. 1. Idem in obligatione fideiussoris saltem naturalis, debet præcedere. vt ff. de fideiuss. l. 1. intelligo causam præcedentem, siue quòd fuerit, & desijt esse: puta, debiti, siue debebat contrahi, tamen pecunia numerata non fuit. vt C. de non numera. pecu. l. 1. & C. si pignoris conuen. numeratio secuta non fuerit. l. 1. †QVAESTIO. Sed 2
nunquid si causa præcedens est inutilis, tenebit constitutio pignoris? non videtur cùm idem iuris quod est in principali, sit in accessorio. vt ff d reg. iur. l. cùm principalis. & argum. C. ad Vellei. l. si fine. Sed contra videtur C. de præd. minorum. l. & si is. vbi causa principalis nulla, & tamen pignora data teneantur, sed ibi loquitur de pignoribus datis à tutore. Quartum est necessarium secundùm quosdam, quòd res fuerit propria debitoris. vt C. quæ res pigno. oblig. possint l. qui liberos. sed hoc verum est quantum ad hypothecariam, quantum autem ad pignoratitiam etiam pro re aliena intètatur, vt ff. eod. l. si rem alienam. §. penult. & l. si pignore. §. si prædo. Quintum, quòd pecunia quę soluitur, sit proba: alioquin si pecunia sit reproba, non liberat soluentem, nec habet locum pignoratitia. vt ff. eo. l. eleganter. §. 2.
†QVAESTIO. Sed hoc quærit dominus meus, quid si pecunia fuerit à cápsore probata: videtur in primis, quod 3
debitor sit liberatus, & locum habet pignoratitia. arg. ff de condit. & demonstr. l. quamuis. quia sibi debet imputare qui malum campsorem elegit, quod illam pecuniam approbaret. vt ff. si mensor fals. mod. dixe. l. ff. de act. & oblig. l. 2. & ff. pro socio. l. socius socio. & ff. loca. & conduc. l. ea lege. §. vlt. & ff. manda. l. inter causas. §. abesse. & ff. de fideiusso. l. 3. in fine. & l. quòd debitorem. & ff. vt in poss. leg. l. si is à quo. Sed contrà videtur, vt deficiat electio vel solutio sicut & venditio, cùm erratum sit in substantiali qualitate. vt ff. de contrahen. empt. l. in venditionibus. & ff de opti. leg. l. 2. §. vltim. Dominus meus putat illum qui certat de damno vitando potiorem esse. vt argum. ff. de minor. l. verum. §. vlti. & l. si minor 25. annis filio. †QVAESTIO. Item quid si 4
creditor expendit eam pro proba? videtur quòd repellatur saltem, quia non reddit reprobam, vt ff. eod. l. eleganter. §. 2. & ff. de solut. l. sicut seruus. & l cum quis. §. quod. Sed videtur contra, quia reprobæ potest reddere æstimationem: & quia à debitore debet habere debitum non cauit. C. de inoffic. testam l. scimus. & quia habet ex sua negotiatione. vt ff. ad l. Falcid. l. 1. & quia his quibus soluit, adhuc tenetur, sicut hoc notat dominus meus in l. illa elegáter. adeo autem est hoc verum, vt soluat pecuniam, quòd si ab initio sit actum pignoratitia, & pecunia non sit soluta, quòd non videatur rectè actum: vnde habet necesse offerre, vt rectè videatur egisse, vt ff. eod. l. si rem alienam. §. vltim. neque admitto quod quidam stulti notant, quòd oblatio debeat fieri in iudicio: nam quod non ... in iudicio, ideò dicit: quia sic de facto ... quia actum erat in iudicio, ideò in iudicio ... oblatio. Item nota vnum mirabile, quòd iudicium à principio

cipio nullú, pòst ratificatur, ficut & aliâs ff. rem ratam
habe. l.3.§.vltim.& l.Paulus.& ff.de iudic.l.licèt.& C.
lib.10.de filijsfam.ad publicia.mu.non vo.l.1. In hac au-
5 tem actione Actor facit tales positiones. † POSITIO A-
CTORIS. Ego dico, quòd tu mutuasti mihi decem. Item
pro illis decem obligaui tibi codicem meum. Item il-
la decem tibi solui. Item pro illis decem tibi satisfeci.
Item illa 10. fuerunt proba. Ecótra Reus facit tales po-
6 sitiones. † POSITIO REI. Ego dico, quòd petijsti à me
10. mutuò, & ego dare tibi recusaui. Item illa 10. quę ti-
bi dare promisi, dedi Titio. Item illa decem, quæ tibi
numeraui, mihi denegas soluere. Item illa quæ solui-
sti, fuerunt reproba. In hac actione Actor concip. sic li-
7 bellum. † LIBELLVS. Ago ego R contra T. cui obli-
gaui codicem meum pro decem vncijs quas mihi mu-
tuauit: quas vncias cùm sibi soluerim, peto vt illú co-
dicem mihi restituat: propono actionem pignoratiti-
am. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff.eod.l.
si rem alienam.§.omnia.& Instit.quibus modis re con-
trah.oblig.§ creditor. OPPOSITIO. Sed opponitur: vi-
detur quòd actio ista non competat pro codice recupe
rando. Certum est, quòd pignoratitia sit in personam.
vt C.de distract.pign.l.secundùm placiti. Si est in per-
sonam, ergò res per eam non auocatur. vt Instit.de act.
§.1. Prætereà aliud mirum videtur, quòd pignoratitia
sit in personam, quæ oritur ex re. vt Institut.quib. mo-
dis re contrah.obliga.§ vltim. Hypothecaria quæ eti-
am aliquando oritur ex consensu. vt ff.de pignor.l.có-
trahitur.ff.eodem.l.1.est in rem: imò potest debet dici
personalis, & tamen est in rem. vt C.de pigno.l.pigno-
ris. Respondeo: omnis actio posset dici realis, hac ra-
tione generali considerata, quia volo vt res aliqua mi-
hi detur: in omnibus enim personalibus etsi veniat in-
teresse, tamen res est: ergò omnis actio potest dici rea-
lis. Item omnis actio quæ est in rem, potest dici in per-
sonam, quia contra personam intendo: quia peto rem
talem à tali & cæt. Sed ita attende, & considera contra-
ctum, vel quasi præcedentem, vt si præcedunt, oriatur
actio personalis. Item si maleficiú vel quasi præcedat:
vnde si ago contra te, vt mihi pignus restituas, dico te
mihi obligatum ad hoc: & sic ratione obligationis di-
citur actio personalis, non ratione rei, quæ fuit resti-
tuenda. Item actio realis ideò dicitur, quia persona nó
est obligata, à qua peto, sed ideò tenetur, quia possidet:
vnde rem illam peto, licèt possessori cópetat rei illius
defensio. vt ff.de iudi.l.non aliás.& C.de alien.iud.mu.
tan.caus.fact.l.vnic.& Instit.de actio.§.a. licèt enim sic
personalis, habet tamen rei persecutionem. vt ff.de act.
pignora l.si rem alienam.§.vltim. Sic enim inutilis est,
vt actio ad exhiben. quæ est personalis, & habet tamen
persecutionem. ff.ad exhib.l.3.§.est autem.l.de eo.§.vl-
tim. Hoc in actione quod metus causa. vt ff.quod met.
caus.l metum.§.cùm autem hæc actio.

De contraria actione pignoratitia, quæ datur creditori. Rubrica.

1 *Actio contraria pignoratitia, quæ creditori datur, vt com petat, quot requirantur.*
2 *Stellionatus crimine an teneri possit debitor, qui credito- rem dando æs pro auro pignori.*
3 *Stellionatus crimen an, & quo casu infamet.*
4 *Positio actoru & Rei in actione pignoratitia contraria. & num 5.*
6 *Libellus in actione pignoratitia contraria, quomodò conci- piantur. cum plur seq.*
9 *Libellus an possit concipi contra aliquem, vt det sibi æquè idoneum pignus, cùm illud inter eos non conuenit.*

QVIA creditori competit cótraria pignoratitia,
1 ideò de ea ponimus. † Quæ actio ad hoc vt com-
petat, tot fere sunt necessaria, quot diximus in
directa. Sunt etiam alia necessaria, videlicet, quòd cre
ditor fecerit impensas in pignore, dummodò non sint
maximæ nec onerosæ: quia neque delicatus debitor,
nec onerosus creditor audiendus est. vt ff.de pignor.a-
ctio.l.si seruus.& C.de pigno.l.in summa. Posset etiam
competere contraria pignoratitia, si decebit debitor
creditorem dando æs pro auro pignori. vt ff.eod.l.1.§.
vlt. vel ponendo aliquem qui pignus reciperet, quasi
pecuniam soluturus. vt ff.eod.l.si quasi. vel si rem alie-
nam dederit pignori. vt ff.eo.l.tutor.§.cótrariam: vel
si obligauit rem alicui obligatam: quæ res non sit suf-
fectura duobus. vt ff.eo.l.si quis in pignore. QVAESTIO.
† Sed nunquid in casibus istis tenebitur crimine stelli- 2
onatus? Respondeo: si sciuit, alienam tenetur, aliâs
non. Itē si non sufficit res vtriq; debita teneatur: alias 3
nō: vt in prædictis legibus. † QVAESTIO. Sed nun-
quid in casu isto stellionatus infamat? lex videtur
velle quòd sic. ff.de his qui no.infa.l.quid ergò.§.vlt. At
lex alia dicit contra, quòd non infamet. ff.de crimine
stellion.l.a. Respond. si ex causa famosa descendat, vt
quando ex dolo, famosum est. vt ff.de dolo. l.si quis fa-
miliæ. Cæterùm, si non ex causa famosa descendat: vt
quando ex pignore tunc non infamat. vt ff.de pignora-
tit.actio. tutor. QVAESTIO. Item quæritur: quare quis
obligat rem duobus crimine stellion. tenetur, vt dicit
d.l.si quis in pignore. & C.de crimine stellion.l.1. qui
autem vendit duobus etiam tenetur crimine falsi. vt ff.
ad leg.Cornel.de falsis.l.qui duobus. & C.de rei vend.
l.quotiens. quare hæc? Respondeo, plus peccat, qui
vendit duobus: quia voluit vtrumq; facere dominum,
quòd falsum committit: qui autem obligat duobus,
ius vtrisque quærit quod minus est: vnde tenetur cri-
mine stellionatus, vt dictum est. OPPOSITIO. Sed vi-
detur, qui vendit duobus de iure pœnam nó debet me-
reri. vt C.ad legem Iul.de adult.l.Gracchus. ff.de con-
cub.l.1. Respond. legitimè vendit duobus, vt se obli-
get ad interesse vtrique actione ex empto: non autem
legitimè vendit, quòd excusetur à crimine falsi: sicut
aliàs mulier, quæ intra tempora luctus accepit mari-
tum, tenet matrimonium: vnde in hoc nó punitur, sed
nimia tantùm festinatione. vt in Authent. de restitut.
& ea quæ pa.coll.4. Item & posset agere pignoratitia,
si aliud præstitit conuentus de euictione venditi pig-
noris, quam euictionem promisit: vel quia de cósuetu-
dine erat: vel quia maiori pretio vendidit, & minus
cósecutus est, quàm esset debitum. vt ff eodem. l.si pig-
nore.§.vlt. Item vt possessionem pignoris, quam pre-
cariò rogauit debitor, illi restituat. vt ff.eod.l.si pigno
re.§.possunt. Item si seruum suum obligasset pignori,
& damnum dederit creditori. vt ff.eod.l.si seruus pig-
nori. In hac autem actione Actor faciat tales positio- 4
nes. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd in seruo qué
obligasti mihi, feci tales expensas. Item tu obligasti
mihi rem alienam. Item de pretio quod recepi ex ven-
ditione pignoris tantùm minus habui. & hoc quando
habuit potestatem vendendi ex pacto, vel ex lege. Item
precariò cócessi tibi pignus. Item sciens seruum tuum
furem obligasti mihi, & seruus ille abstulit mihi tan- 5
tum. Ecótrà Reus facit tales posit. † POSITIO REI. Ego
dico, quòd res illa quam tibi obligaui, fuit & est mea
propria, ergò potuit obligari. vt C.quæ res pign.oblig.
poss.l.qui liberos, in fin. Item impensæ quas fecisti, fu-
erunt voluntariæ. Item pignus fuit obligatum pro de-
cem tantùm, & tu védidisti pro xj. Item obligaui pig-
nus sine potestate vendēdi. Item seruum bonum & fi-
delem obligaui tibi. In hac autem actione concipitur 6
libel.ita. † LIBELLVS. Ago ego R. cótra me, qui cùm ob-
ligasset mihi codicem pro decem, qui est alienus, vel
alij obligatus, & nó sufficiat vtrique pro debito, vt det
mihi pignus æquè idoneum: propono cótrariam pig-
noratitiam. Quòd sic rectè cócipiatur libel. dicit ff.de
cóstit.pecun.l.qui autem.§.pen. Vel secundùm Domi- 7
num meum petet in libello hoc meo interesse. † LI-
BELLVS. Ago cótra M. qui obligauit mihi codicem ali-
enum pro 10. vel alij obligatum, qui nó sufficit vtriqs
pro debito: vnde quia mea interest fortè in 20. ago có-
tra eum: propono actionem pignoratitiam cótrariam.
Interest enim mea agere hac actione, etiam si debitorē
habeamus locupletem. vt ff.eod.l.cùm debitorem. In-
terest enim mea: quia periculú est, ne facere posse de-

sinat. vt ff. de neg. gest. l. diuortio. & quia fortè ob pecuniam chyrographariam possem retinere. vt C. etiam ob chyrographariam. In alijs autem casibus cócipitur sic libellus. † LIBELLVS. Ago cótra talem, qui cùm obligasset mihi codicem pro decem, feci in eo impensas pone 5. vel vendidi codicem illú pro 5. & 5. alia cùm desint mihi, illa peto: propono actionem cótrariam pignoratitiam. Quòd sic rectè cócipiatur libellus, dicit ff. eo. l. si pignore. §. pen. & l. si seruos. OPPOSITIO. Sed opponitur: quòd primi libelli nó sint benè cócepti. Certum est, quòd pignus detur creditori, vt magis sit sibi tutum. vt Inst. quib. mod. re cótrah. oblig. §. vlt. quomodò ergo agitur ad interesse, præterea quòd rem alienã pignori dedi, vel alij obligatam, & nó sufficit duobus: petam ergò interesse meum quasi quod magis sit cautú: satis videtur mirabile hoc interesse. Respódeo: potest poni exemplum quomodò possit mea interesse, sicut suprà dixi in hac eadem actione. Vel aliter, potest esse, quòd debitor ille homo malitiosus erat, meliùs esset mihi habere pignus, quàm agere contra eum: quia meliùs est pignori incumbere, quàm in personam agere. vt ff. de superfic. l. 1. † QVAESTIO. Item quæritur, quomodò potest cócipi libel. contra me, vt dem tibi æquè idoneum pignus, cùm hoc inter nòs nó conuenit? Respódeo: imò nam ea quo cóuenimus, vt dares mihi pignus, talẽ rem debes mihi dare, quæ possit pignori obligari. vt C. quæ res pign. oblig. poss. l. qui liberos. vnde quodammodò videtur pignus euictum à creditore: vnde si aget, nó est mirum: quia nó videtur aliquid datum quod ita datum est, vt retineri nó possit. vt ff. de lega. 1. l. nó quicunque. & ff. de lega. 3. l. si cócubinam. OPPOSITIO. Item alij libello opponitur, quòd nó sit locus repetitioni impensarum: quia sciens in alieno impendit, vnde videtur donasse. huic quæstioni respódeo, sicut in superioribus contrarijs notaui.

De actione in factum præscriptis verbis. Rubrica.

1 *Actio omnis præscriptis verbis est in factum, non autem è contrà.*

2 *Actio præscriptis verb. vt competat, quot necessaria sint.*

3 *Contractu illo innominato, facio vt des, quare actio in factum non oriatur, sed de dolo.*

4 *Positiones Actoris & Rei in actione præscript. verb. & nume. 5.*

5 *Libellus in actione præscriptis verb. quomodo concipiatur.*

7 *Actio præscriptis verbis, quare actio incerti esse dicatur.*

8 *Actio in factum præscriptis verbis, quando ex pacto in contractu adhibito oritur, an bonæ fidei vel stricti iuris esse dicatur.*

LICET de actionibus in factú dixerimus suprà de interdictis, & de edictis: quia loco cuiuslibet interdicti proponitur actio in factum. vt Inst. de interdict. §. vlti. & ex quolibet edicto oritur actio in factum: sicut & suprà de edictis notaui. Nunc de alijs actionibus in factum dicemus: & primò, de actione præscriptis verbis. Secundò, de actione in factum generalissima & subsidiaria. Tertiò, de speciali, scilicet, de actione in factú descendente ex re iudicata. Sed primò videamus de nomine, & quid sonent hæc verba, actio in factú: & quid sonent alia verba, præscriptis verbis. & núquid verba ista sint propria nomina actionis. Propter hoc sciendum est, quòd cùm plura sint negotia, quàm vocabula, deficientibus vulgaribus actionibus, cùm nomen proprium inuenire nó possumus, recurrimus ad actionem in factum. ff. de præscriptis verb. l. 1. 2. 3. & 4. Vnde vocatur actio in factum, id est, actio ex tali facto: verùm quia non possum habere proprium nomen, in subsidium propono hanc actionem in factum: & sic est proprium nomen actionis, ab ipso facto nomé sumens: vel aliter actio in factum, id est, actio in defectum, id est. loco deficientis actionis: propono actioné in factum, id est, factum locum actionis: & sic secundú hoc nó esset proprium nomen actionis. Sed primú verius. † Nota etiam illud, quòd omnis actio præscriptis verbis est in factum: non tamen omnis actio in factum est præscriptis verbis: & hoc vide etiam ea ipsa expositione verborum: tunc enim locum habet actio in factum præscript. verbis, quando ex cótractu præcedente oritur: & hoc sonant talia verba, præcesserunt inter me & te, quòd ex illis verbis benè oritur actio, si nomẽ speciale habere possemus: vnde quia nó habeo, propono actionem in factum præscriptis verbis. † Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria: Inprimis, quòd contractus aliquis præcedat nominatus vel innominatus, diuerso tamen modo: quia in contractibus innominatis, præterquàm in vno, scilicet in facio vt des, oritur in factú præscriptis verbis, scilicet in do vt des: in facio vt facias: & in do vt facias. vt ff. de præscrip. verb. l. naturalis. † QVAESTIO. Quare ex illo cótractu facio vt des, nó oritur hæc, sed de dolo? Dicit Dominus meus ideò, quia in do vt des, & in do vt facias, potest repeti datum, & ideò si datur in factum præscriptis verbis, non est mirum. At in facio vt des, ideò quia factum nó potest repeti. vt ff. de capti. & postlim. reuers. l. in bello. §. factæ. & ideò quia inuenitur deceptus qui fecit, locum habet de dolo. OPPOSITIO. Sed insurgit oppositio in facio vt facias: vbi secundùm rationem prædictã debet dari de dolo. Sed Dominus meus respódit hoc ibi cótingere propter inæqualitatem obligationis: vbi nullus alio magis posset decipi. posset autem alia ratio reddi melior, quod in duobus cótractibus innominatis, videlicet do vt des, & do vt facias, ideò oriatur præscriptis verbis, quia datum potest repeti. In alijs autem duobus, scilicet in facio vt des, & in facio vt facias, dico idem, scilicet quòd detur præscriptis verbis, si tale est factú, quod mihi absit, & tibi adsit. ff. de præscrip. verb. l. solent. imò si tibi adest, & mihi nó abest: datur præscriptis verbis actio. vt in d. l. solent. Si autem tale est factum, quòd mihi absit, & tibi nó adsit, datur de dolo. OPPOSITIO. Sed opponitur d. l. naturalis, in fin. vbi ex facio vt facias, nó aderat tibi, & datur præscriptis verbis. Respód. imò adest saltẽ ratione affectionis: si autem non adesset aliquid, daretur de dolo. vt C. de dolo. l. cùm proponas. si ante cótractus nominatus præcedat. Est & secundum necessariú, quòd aliquod pactum apponatur in cótractu illo incótinenti, vel parum antè cótractum, vel in ipso cótractu, vel parum pòst: siue sit cótractus bonæ fidei, siue stricti iuris: verbi gratia, vendis mihi codicem tuum, facio tibi pactum, vt debeam tibi commodare pro exemplo: ecce istud pactum parit nouam actionem in factum præscriptis verbis, & informat veterem. vt ff. de pact. l. iurisgentium. ff. si cert. peta. l. lecta est. & C. de pact. inter empt. & vendi. l. 2. Tertium, quòd in cótractibus innominatis pactum nudú interuenerit, & nó stipulatio: sicut & aliàs in actione de cóstituta. vt C. de rer. permut. l. ex placito. & Insti. de act. §. de pecunia. & ff. de cóstit. pecun. l. 1. tunc enim ageretur ex stipulatu. Quartum, quòd cótractus sit vestitus ex parte Actoris interuentu Rei: aliàs non habet locum actio præscriptis verbis in factum. vt C. de rer. permut. l. ex placito. & l. rebus. In hac autem actione Act. fac. tal. pos. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd vendidi tibi codicem meum. Item conuenit incótinenti pacto nudo, quòd illum mihi cómodares pro exemplo. Item illum codicem tibi tradidi. In cótractibus autem stricti iuris eiusdem vtetur positionibus. Ecótrà Reus fac. tal. posit. † POSITIO REI. Ego dico, quòd tu vendidisti mihi codicem purè, & sine aliquo pacto apposito. Item pactum fuit appositum ex interuallo. Item vẽdidisti mihi tali die. Item post tres dies fecimus pactum. Item vendidisti mihi codicem, sed adhuc codex est penes te. In hac autem actione cócipiet Actor sic libellum. † LIBELLVS. Ago ego R. contra M. cui cùm vendidissem codicem meú pro 10. in ipso cótractu incontinenti cóuenit, quòd illum commodaret mihi pro exemplo: quem codicẽ cùm sibi tradiderim,

derim, peto vt illum codicem mihi ad exemplum cō-
cedere debeas: propono actionem præscriptis verbis.
Quòd sic rectè cōcipiatur libell. dicit ff. de præscript.
verb. l. naturalis. & C. de rer. permut. l. rebus. & l. ex pla
cito. OPPOSITIO. Sed opponitur: nō videtur, quòd
actio ista competat. Certum est, quòd quando pactum
apposui. res erat mea: ergò pactum nullum est: scilicet
vt rem meam mihi commodes: quia neque precarium,
neque pignus, neque commodatum propriè tenet. vt ff.
de reg. iur. l. neque pignus. Item tempore illo quo dedi
ego tibi codicem, pactum nō apposui, ex quibus præ-
scriptis verbis oriretur ista actio in factum: sicut aliàs
quando volo cōstituere seruitutem in re mea, quam ti-
bi volo tradere, oportet quòd cōstituatur in cōtrahen-
do & tradendo: alioquin nulla est seruitus. vt ff. de ser-
uitu. vrba. præd. l. si binarum. Respond. pactum apposi-
tum benè valet, vt inducat actionem præscriptis ver-
bis: quia ea quæ dicuntur in præfationibus, viden-
tur in stipulatione repetita. vt ff. de verb. obligat. l. Ti-
tia. Quòd enim vtroque tempore desideratur imposi-
tio: seruitutis in re mea: verum est, si ab obligatione
incipias: cæterùm si à traditione, sufficit tempus tradi-
tionis: vt & aliàs ff. de acqu. possess. l. quemadmodū. &
argu. ff. de public. l. eum qui. §. publiciana. In quęstione
enim præsenti ferè idem si a traditione incipias: vel
ideò aliud in seruitute propter quandam impossibili-
tatem: quia tempore cōtractus res erat mea, quæ mihi
seruire nō poterat vt ff. de seruit. rust. præd. l. in l. re cō-
muni. OPPOSITIO. Si tu opponis, stipulor rem meam
mihi commodari, vnde nō tenet stipulatio. Respond.
nō est verum: quia nō stipulor eo casu, in quo est mea,
sed in quo desinet esse mea, & ideò tenet stipulatio. vt
7 ff. de verb. oblig. l. nemo. † QVAESTIO. Item quare a-
ctio ista vocatur incerti. vt C. de rer. permut. l. rebus si
est incerti, quomodò ago ergo, vt commodet, cùm cer-
tum sit illud quod peto? Respond. actio ista vocatur in-
certi propterea, quia ad factum intenditur, quod factū
incertum est. vt ff. de verb. obligat. l. vbi autem. §. qui id
quod. & incertum dicitur propter interesse. vt ff. de re
iudi. l. si quis ab alio. simile alibi, quòd propter hoc a-
ctiones vocentur incertæ, vt actio depositi. vt ff. depo-
siti. l. pen. & ff. de condic. sin. caus. l. qui sine. & actio ex
8 emp. vt ff. de act. emp. l. si tibi liberum. † QVAESTIO. Itē
quæritur, an quando actio ista in factum præscriptis
verbis oritur ex pacto adhibito in contractu, nunquid
sit bonæ fidei vel stricti iuris? Respond. est stricti iuris:
ideò quia inter bonæ fidei non numeratur. vt Instit. de
act. §. actionum. In duobus enim casibus est bonæ fidei,
quando ex permutato & æstimato proponitur: vt ibi,
& i[...]g a[...] idem. ff. de donat. l. cùm ex donatione. Item in
tertio casu est bonæ fidei, quandò proponitur ex inter-
dicto de precario. ff. de precar. l. 2. Neque est locus op-
positioni: oritur ex cōtractu bonæ fidei, ergò bonę fidei
est. Fallis, quoties peto pretium rei quam vendidi, cō-
petit actio ex vendito & certi condictio: ergò & certi
condictio est bonæ fidei? certè non: non enim oritur
contra[ctu] bonæ fidei, sed ex pacto apposito in con-
[tractu]: satis ergò operatur contractus qui illum vestit,
vt sic possit intentari. Item si stipulatus sum vacuam
possessionem dari vel tradi in contractu venditionis,
nunquàm ex stipulatione erit bonæ fidei: quia in eam
veniunt fructus. vt ff. de act. emp. l. ratio. §. 2 argu. tamē
posset induci, quòd esset bonæ fidei: quia actio subroga
ta in locum alterius actionis, sortitur naturam illius, in
cuius locum subrogatur. vt ff. si quis testam. liber esse
iuss. fue. l. 1. §. Scæuola. & ff. vt lega. nom. caue. l. 1. § bel-
lissimè. & ff. si quis cau. l. si quis cum. §. qui iniuriarum.
& ff. de donat. l. qui id quod. Neque est locus oppo si-
tioni, quòd ex primo contractu oriatur actio vna, quæ
est stricti iuris: & alia quæ est bonæ fidei: nam non o-
ritur præscriptis verbis ex contractu, & ex pacto, licèt
pacto vestiatur.

*Si res aliqua datur vendenda pro decem, datur actio præ-
scriptis verbis æstimatoria, vt vel res, vel decem red-
dantur.*

De actione præscriptis verbis æstimatoria.
Rubrica.

1 *Actio præscriptis verbis æstimatoria vt veniat, quot requi-
rantur.*
*[...]ositiones Actoris & Rei in actione præscriptis verbis æ-
[...]matoria. & num. 3.*
*[...]bellus in actione præscript. verb. æstimat. quomodo for-
metur.*
5 *Res æstimata vendenda quando datur, cuius erit pericu-
lum, illius qui dat vendendum, an illius qui recepit.*

SI res aliqua datur alicui vendenda pro decem, ne-
que res, neque 10. reddantur, competit dandi a-
ctio præscriptis verbis æstimatoria, per quam aut
res, aut 10. redduntur. vt ff. de æstimat. act. l. 1. † Quæ a- 2
ctio ad hoc vt competat, tot sunt necessaria. In primis,
quòd res aliqua detur vendenda. Secundum, quòd ęsti-
metur. Tertium, vt certo pretio æstimetur. Quartum,
vt neque res, neque pretium sit restitutum: sicut hæc o-
mnia colliguntur ff. eod. l. vnica. Vnde Actor sic ponet.
† POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd rem talem dedi ti- 3
bi. Item pro 10. illam rem æstimaui: vt vel rem, vel ip-
sa 10. mihi restituas. Itē recusas reddere mihi rem, vel
ipsa 10. Econtrà Reus facit tal. pos. † POSITIO REI. Ego 3
dico, quòd rem illam dedisti vendendā Titio. Item rem
ipsam habes. Item pretium dedit tibi. In hac autem a-
ctione erunt tales libelli. † LIBELLVS. Ago ego R. cōtra 4
M. cui dedi codicem meum vendendum pro 10. vnde vt
illa 10. mihi præstet, vel ipsum codicem incorruptum,
ago contra illum: propono ad hoc actionem in factum
præscriptis verbis æstimatoriam. Quòd sic rectè cōci-
piatur libel. dicit ff. de æstima. l. 1. OPPOSITIO. Sed op-
ponitur, quòd libellus sit malè cōceptus, & quòd actio
ista nullo modo locum habeat. In primis tamen quęro,
quid sit in obligatione, vtrùm pretium, vel res ipsa, vel
vtrumque? Si dicis alterum tantùm, ergò malè dicis in
libello, vt vel præstet 10. vel rem ipsam: si vtrumq; est
in obligatiōe, sic instatur. Aut æstimatio quæ facta est,
fuit vera: & tunc qui accipit, fit dominus. vt C. de iure
dot. l. quotiens. & ff. pro emp. l. litis Aut æstimatio fuit
interposita, vt sciretur, si tantùm posset haberi: sicut &
aliàs fit æstimatio, vt sciatur quāti res deterior fiat, quę
æstimatio in vtroque casu nō facit venditionem: ne-
que transfertur dominiū. vt C. de iure dot. l. si inter vi-
rum. & C. de vsufruc. l. interest. & ff. de iur. dot. l. plerū-
que. §. pen. & ff. commod. l. si vt certo. §. commodatum.
& sic in primo casu, quādò fuit certa æstimatio, nō po-
test peti pretium: vt dicit d. l. quotiens. In secūdo, quan
do nō fuit vera: nō potest peti nisi res ipsa, vt dicūt iu-
ra prædicta: malè ergò vtrumq; petitur in libello. Re-
spondeo & dico nō esse vtrumq; in obligatione, sed al-
terum tantùm & successiue. Si tu quęras quid? Respōd.
si res nō est vendita, est res ipsa: si vendita est, pretium:
quare ergò vtrumque peto in libello cōsiderata natu-
ra actionis, & tunc concipietur sic libellus, quandò in-
certum est, vtrùm res illa sit vendita vel nō: & quomo-
dò potest esse incertum? Respōdeo, benè: quia ego quę-
rebam à te, frater vendidisti rem illam: & tu respōde-
re nolebas propter tuam stultitiam: cōcipiam libellū
super vtroque: alterum tamen cōsequar, sicut & aliàs
in optimo simili, quando quis cōuenitur non vult res-
pōdere, vtrùm pro hærede, aut pro possessore possidе-
at, rectè cōtra illum instituo & petitio[nem] hæredita-
tis, & interdictum quorum legatorum, [pro]testando ta-
men velle me cōsequi ex altero quod me cōtingit. vt ff.
quor. legat. l. 1. §. qui autem. Vnde in hac actione sic di-
co: faciat Iudex cōuentum etiam ad se venire, & quæ-
rat ab eo, si rem illam vendiderit, an nō. nam vbicun-
que æquitas mouet Iudicem, partes debet interrogare.
vt ff. de interrog. act. l. vbicumq;. & si respōderit, quòd
nō vendidit, Actor in libello petet tantùm incorruptū
codicem sibi restitui. Si autem respōdit se vendidisse,
& pro 10. petat Actor tantùm pretium: & sic hoc modo
vtrumque dico successiuè esse in obligatione, nō præ-
cisè sicut in alternatiua promissione, quādo promitto

Stichum aut Pamphil. vt ff. de verb. obl. l. vlt. OPPOSITIO. Item nô videtur, quòd actio ista côpetat: nã aut tu qui suscepisti rem istam vendẽdam fecisti hoc gratis: & sic côpetit actio mandati. vt ff. mand. l. 1. aut recepisti pretium & certũ: & tunc est ex côducto, quasi q[illegible] ego côduxerim operas tuas. vt ff. loca. & côduc. l. [illegible] Aut pretium fuit incertum quod debebam ti[illegible] & tunc habet locum actio præscriptis verbis, [illegible] nô dicatur æstimatoria. vt ff. depos. l. 1. §. si quis seruũ. Respôd. hæc quæstio examinatur ff. eod. l. vnic. in ipso textu. & respondet, quòd causa dubitationis tollendæ datur ista in factum præscriptis verbis æstimatoria. sed in quo casu? in illo videlicet, quandò iste qui recipit vendendam rem, debuit habere pretium, sed incertum pro suo labore: sicut tota die conueniunt isti triculi: ideò in subsidium datur ista in factum præscriptis verbis, quæ dicitur æstimatoria ea accidenti, quandò res æstimatur. Cæterùm si nô fuisset data æstimata, tũc daretur in factum præscriptis verbis. Item etsi certũ pretium daretur isti, tunc haberet locum actio ex côdu-
5 cto, vt dictum est. † QVAESTIO. Sed quæritur, quando res æstimata vendenda datur, cuius sit periculũ, vtrùm illius qui dat vendendam, an illius qui recipit? Respôdeo. ff. eod. tit. l. 1. videtur indistinctè dicere, quòd periculum sit illius qui recipit. Sed de quo periculo intelligitur? Respôdent quidam de omni, etiã de casu fortuito. vt ff. commod. l. si vt certo. §. damna. Alij de eo periculo, quod cura & diligentia potuerit euitari, nô tamen de eo casu fortuito. vt ff. pro soc. l. cum duobus. §. damna. & ff. loca. & côduc. l. opus. & ff. de dona. int. vir. & vxor. l. quòd autem. Et hoc credo potiùs: ergò secundùm hoc propter æstimationem tenetur quis de leuissima culpa, cùm aliàs nô debeat teneri, nisi de leui: cùm sit celebratus iste côtractus gratia vtriusque. vt ff. commod. l. si vt certo. §. 1. & hoc operatur æstimatio: licèt P. dixerit, quod plus operetur, & vltrà leuissimam. dicit enim aliquod esse medium inter fortuitũ casum, & leuissimam culpam. argum. pro se. ff. nau. caup. stabu. l. 3. §. ex hoc edicto. 1. respôs. in fine. sed quid sit illud medium nô video: nec posset esse aliquod medium: sicut inter duo opposita immediata: nã culpa est quæ potuit præuideri. vt ff. ad leg. Aquil. l. si putator. casus fortuitus qui præuideri nô potest. vt ff. de admi. rer. ad ciui. pert. l. 2. & C. de act. pigno. l. quæ fortuitis. sed sic nô nihil est medium: lex illa ff. nau. caup. stabu. sic intelligitur, si sine culpa: subaudi, lata vel leui: leuissima tamen interuenit: sic ego intelligo quod habet Instit. de contrah. empt. §. si fugerit homo. Verùm in quæstione ista, cuius sit periculum, licèt l. 1. nô distinguat ff. eo. l. 1. leges tamen aliæ distinguũt, & diuerso modo, & alia iura statuunt. legitur ff. si cert. peta. l. rogasti. vtrùm rem illam habui venalem: & tunc est periculum meum: aut nô, & tunc tuum est. Item ff. de præscript. verb. l. si gratuitam. §. si margaritã. distinguit: aut ego rogaui te, & tũc est meum periculum: aut tu rogasti me, & tunc erit periculum tuum. Item alia contradictio. d. l. rogasti. ff. si cert. pet. dicit, quòd si vendidisti & habes pretium, erit pecunia mutua. l. ff. de præscr. verb. rogasti autem dicit in eodem casu dari actioné præscriptis verbis. Respôdeo: ista vltima côtradictio sic soluitur in tit. si certum peta. recipit pecuniam, pro qua rem vendidit, in tit. de præscript. verbis. pecuniam nô receperat: & ideò datur præscript. verb. Item secundùm varietatem intelligas quod legitur de periculo ff. de rer. permuta. l. si aliàs. l. 1. ff. de [illegible]smat. actio. vbi Dominus Ioan. distinguit, vtrùm conuenit de præstando æstimationem rei, aut rem: aut etiam de præstandis decem, aut rem: vt in primo casu locũ habeat distinctio l. si gratuitam. in secundo teneatur omninò ad æstimationem: siue culpa, siue casu perierit. Sed salua authoritate tanti viri, nô videtur, quòd aliqua sit differentia: quid enim differt quoad periculum dicere præstabis æstimationem rei, aut rem, aut decem: verè dico, quòd in his omnibus inprimis attende distinctionem ff. si cert. peta. l. rogasti. Si autem res sit venalis, tunc secundùm distinctioné l. si gratuitã. attẽde quod legitur indistinctiòe ff. eo. l. vnic.

De actione præscriptis verbis quæ ex permutatione oritur. Rubric.

1 *Actio præscriptis verbis, quæ ex permutatione oritur, vt procedat, quot requirantur.*
2 *Contractus permutationis quare inuentus, cùm sit nominatus, & ex ipso actio præscriptis verbis oriatur.*
3 *Contractus permutationis, quare contractus innominatus sit.*
4 *Positiones Actoris & Rei in actione præscript. verbis, quæ ex permutatione oritur & num. 5.*
6 *Libellus in tali actione quomodo concipiatur.*
7 *Rei interuentus si non incontinenti, sed ex interuallo sequatur, an dici possit, quòd insit.*

SI conuentio sit facta de permutando codice tuo cũ digesto meo: & ego tradidi tibi digestum meum: & tu nô vis tradere codicem: competit mihi actio præscriptis verbis, ex permutato seu ex permutatiôe.
vt ff. cod. l. 2. & C. eod. l. ex placito. † Quæ actio ad hoc 1
vt côpetat, tot sunt necessaria. Inprimis, quòd fiat conuentio de permutãdo, & pacto nudo: alioquin si stipulatio interuenit, agetur ex stipulatu. vt C. eo. l. ex placito. sicut in actione de côstituta pecunia, vbi agitur de côstituta, si nudum pactum interuenit: non autem agitur de constituta, si stipulatio interueniat. ff. de consti. pecun. l. 1. & Instit. de act. §. de pecunia autem. Secundum, quòd res certa pro certa: vel incerta pro certa: licèt hoc expressum secundùm iura non habeamus, sed tamen hoc tradunt Doctores nostri: & quia vbicumq; fit mentio de permutando, semper de re certa lex loquitur. vt C. eo. l. quoniam. & hæc est differentia inter contractum permutationis & contractum illum innominatum do vt des: omnis enim permutatio est do vt
des. † QVAESTIO. Quare ergò contractus permutatio- 2
nis fuit inuentus, cùm vterque contractus sit innominatus, & ex vtroque oriatur præscriptis verbis, & condictio ob causam. vt ff. eod. l. 1. & C. eo. l. 2. 3. & 4. Respôdeo, propter illud quod dixi, quandò res certa &c. Vel aliter, quia quandò ex permutatione, vt in re certa, vt dixi, erit tunc bonæ fidei. vt Institut. de act. §. actionum. In alio autem casu, quandò res certa pro incerta erit stricti iuris: sed quòd dico de re, intelligas consistente in specie: & sic alicubi inuenis permutationem côtrahi, etsi ex vtraque parte sit pretium. ff. eo. l. 1. & intelligas pretium certũ, scilicet in specie, non autẽ in quantitate: quia tunc esset venditio vel locatio: potest enim esse, quod est pretium, & habetur pro specie: vt quando quis legat vel promittit nummos quos habet in arca pro corpore vel pro specie alia legata vel promissa accipienda sunt, & fundo legato comparantur. vt ff. de lega. 1. l. planè. §. 2. & l. sed & si certus. & ff. de verb. obligat. l. si certus. Sed mirum videtur quod legitur ff. eo. l. 1. quod in permutatione si ex vtraque parte est pretium vtriusque rem fieri oporteat: si merx erit, subaudi, ex vtraque parte, neutrius, subaudi, rem fieri oportet. Sed quare? Respôdeo, quòd ibi dicit, si vtroque est [illegible]tium, quòd res vtriusq; fieri debeat: si mera, neutrius, subaudi, quòd illud dicit disputando: alioquin non posset reddi ratio, quare aliud in pretio, & aliud in merce, ex quo de certo pretio loquimur in quo casu locum habet actio ex permutato, scilicet præscriptis verbis. Vel aliter, ideò illa verba ponuntur de pretio & mercede dimissa de translatione dominij, ad hoc vt notet differentiam inter contractum istum & contractum venditionis: quia in hoc côtractu potest ex vtraque parte interuenire pretium dummodò certum, & merx dummodò certa. At in venditione secùs, scilicet quia ex vna parte pretium debet esse, & ex alia mera. Tertij voluerunt alio modo notare, vt dicant si ex vtraque parte est pretium, quilibet tenetur facere rem, id est, pretium alterius: quia licèt sit certum pretium, putà istos tarenos, tamen quodammodò assimulatur ei, qui tenetur in genere: vnde debet facere rem accipientis: at in merce tenetur in specie specialissima. vnde talem debet

bet dare qualis est: vt & aliàs venditor non tenetur facere rem emptoris: sed sufficit, si de euictione se obliget. Sed quare: quia tenetur in specie: emptor autem tenetur facere pretinm venditoris: quia tenetur io genere. vt ff. de actio. emp. l. ex empto. simile ff. de legat. 1. l. si à substituto. §. hæres. & l. oon quocunque. & l. si domus §. fina. de euict. Illi autem qui dicunt, quòd verba illa ponunrur disputando: sumnnt argum. ex litera inferiori. l. illios. de rerum permut. quia dicitur, quòd in re aliena potest permutatio contrahi: licèt Pedius aliter

3 senserit, & malè. † QVAESTIO. Item quæritur, qoare contractus permutationis est contractus innominatus? vt ff. eod. l. 2. circa fin. cùm ita benè sonet permutatio, sicut emptio. Respôdeo: ideò quia nomen permutationis est nomen generalissimũ: omnes enim côtractus comprehendit: cùm ergò sit genus, non potest dici species. Quòd sit nomen gcoerale, dicit ff. de côtrah. enp. l. 1. Vel aliter: contractus illi dicuntur oominati, quia statim cùm nascuntur seu fiunt, dant actiooem. vt ff. de rernm permut. l. 2. In hoc autem cootractu statim non oritur actio: sed tûc demùm cùm res posteà interuenit: quia quando côuenimus de permutando oritur sola naturalis, propterea dicitur contractus iste vestitos rei intertueotu. vt C. de rer. permut. l. ex placito. Si tu opponas de côtractu depositi & commodati, qui re contrahuntur, nec ante dicuntur, quàm re cûtrahantur. vt Inst. qnib. mod. re contrah. oblig. & tameo dicûtur contractus nominati. vt ff. de pact. l. iurisgentium. §. responso. Respond. ibi ex quo fiunt oritur actio: vnde simul fiunt, simul oritur actio, & ideò dicûtur re vestiri: sicut quandò contractus vestitur côsensu, statioi ex quo oritur, dat actionem: sicut hoc plenè notat Dominus meus ff. eod. l. 2. & in summa de rer. permut. Tertiũ est necessarium secundùm quosdam: vt res quæ datur in permutatione sit propriè tradentis: alioquin dicunt permutationem non contrahi. & in hac etiam opinione suit Pedius. vt ff. eo. l. 2. sed nô est verum, vt glossauit ibi. & hoc nimium prosecutns est Pedins. vnde & in re aliena contrahitur permutatio, sicut & vendirio. vt C. eo. l. 1 & ff de contrah. empt. l. res aliena. sed qnnd dixit Pedius. ff. eod. l. 2. re euicta non contrahi permutationem, verum est cum effectu: quia non videtur datum, quod ita datur, quod retineri non potest. vt ff. de leg. 1. l. non quocunque. Quartò, qnòd vnus debet. vt C. eo. l. ex placito. In hac autem actione Actor fac. tal. positio.

4 † POXITIO ACTORIS. Ego dico, quòd nos conuenimus inter oos de permutaodo, scilicet, quòd dares mihi codicem tuum, & ego darem tibi digestum meum. Item codex ille certus erat, & digestum meum certum. Item ille codex meus fuit, & illud digestum tuum fuit. item ego dedi tibi digestum, & tu nô vis dare mihi codicé.

5 Ecôtrà Reus fac. tal. pos. † POSITIO REI. Ego dica, quòd à conuentione facta de permutando discessimus. Item multotiens petij à te codicem, & dare mihi recusasti. Item codex ille alieous erat. Item incertũ fuit, de quo eodice actum esset inter nos. In hae autem actione cô-

6 cipiet Actor sic libellum. † LIBELLVS. Ago ego R contra M. qui cùm conuenisset mecum de permutando codice suo tali, videlicet cum tali digesto meo, & ego dederim sibi digestum, codicem prædictũ mihi dare recusat: vnde vt illum codicem mihi det, ago contra illum: propono actionem in factum præscriptis veibis ex permuta. ita concipias, quandò vis habere digestũ: cæterùm, si velles agere ad interesse, posses: vt diceres, vnde quia codicem mihi dare recusat, ago ad interesse meum, qood æstimo decem, & piopono actioné in factum præscripeis verbis ex permutatione. Vel si vis repetere digestum, potes, scilicet per coodictionem ob causam, quòd sic concipiatur libellus: & quòd ista tria aoxilia competant, dicnnt iura C. eo. tit. l. cum precib. & l. quandò. & l. rebus. & l. pen. & vlt. & ff. eod. & l. 1. & l. 2. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur, quòd aliquo modo competat actio præscripeis verbis: nam non videtur, quòd possit oriri. Certũ est, quòd in permutatinne præcedit nudum pactũ, ex quo pacto non agitur nisi in casibus. vt ff. de pact. l. iurisgentinm. & C. de pact. l. legem. Item ex rei interuentu nô potest actio oriri: vnde ergò oritur ista præscriptis verbis? Respôdent quidam, & dicunt: si pactum fuit nndum, & res incontinenti interueoiat, oritur ista actio præscriptis verbis ex contractu isto, id est, pacto quod est vestitum rei interuentu. † QVAESTIO. Quid si oon incontioenti, sed ex interuallo sequatur interuentus rei, nô potest dicere quòd insit. vt ff. de contrahen. emp. l. acta. & ff. de pact. l. iurisgentiũ. Dominus meus ita respondit, quod rei interuentus posteà secutus, facit quòd nascatur actio, noo ex ipso rei interuentu, sed ex pacto dudũ habito. & inducit similia. ff. de pecul. l. quæsitum. §. is qui. & l. quoties. §. si simul. & hoc in mutuo. vt ff. de fideiuss. l. si quis pro eo. §. si nummos. & argum. ff. si cert. pet. l. si à furioso. & l. nam si fur. & l. nam & si fur. idem in actione tutelæ & pro socio, quæ licèt dicantur nasci finita tutela, & dissoluta societate. vt ff. de rutor. & ratio. distra. l. si tutor. §. vlti. & l. sed non datur. & l. nisi. & C. pro soc. l. tamdiu. non tamen ex dissolutione oriuntur, sed à principio. Item in mandato iurisdictionis. vt ff. de offi. proconf. l. obseruandum. §. vlt. Idem in actione ex stipulatu pro dote, quæ dicitur nasci solnto matrimonio. vt C. de rei vxor act. l. vnic. arg. pio hoc & contra hoc. C. de repud. l. 1. & ff. de bon. damn. l. sed &. ff. sol. matrim. l. hæc actio. OPPOSITIO. Sed opponitur: actio quæ ab initio non porest oriri, posteà oô oritur. vt ff. de furt. l. serui & filij. 1. responso. Respondeo: nô potest oriri nisi aliquid interueniat quod præstet admioiculum priori, quod faciat illum oriri. vt not. hoc Dominus meus. C. eod. tit. l. ex placito. Sed salua pace Domini mei omnia excépla posita possunt pari calumniá. Veriùs tamen puto, quòd nec ex solo pacto procedit, nec ex rei interoentu ista actio nriarur: quia vtrumque imperfectum est ad actionem pariendam. Sed ista duo imperfecta coostituût vnum perfectum. f. originem actionis: sicut & aliàs faciunt duo quod nequit voum: & quæ non prosuot singula, multa iuuant. vt argum. C. de transact. l. si quis maior. & C. de testamen. l. sancimus.

De actione in factum generalissima & subsidiaria. Rubrica.

1 *Actio in factum subsidiaria vt competat, quot requirantur.*

2 *Libelli in actione in factum generalissima, quomodo formentur. cum plur. seqq.*

4 *Actio in factum generalissima & subsidiaria, an sit datiua vel natiua.*

5 *Legum multarum solutio, quæ inter se contraria videntur.*

EST & subsidiaria quædam actio, quæ vocatur in factum: † quæ actio tunc côpetit, quando iura suadent actionem dari, sed nô dant aliquam specialem, tunc in factũ agitur. Idem est & in exceptione nã quotienx deficit actio vel exceptio, vrilis actio vel exceptio danda est. vt ff. de præscript verb. l. quotiés. Quę actio differt ab actione in factum præscriptis veibis, sicut suprà diximus. & quid sonent hæc verba in factũ, ibidem notaui. Ideò autem subauditur: & iura suadét actionem dari: aliàs autem si iura non snaderent, actio mihi non daretur: nam pro capa tua, prn dnmo, pro vinea, actio mihi deficit: non tamen dabitur in factum, ideò quia iura hæc non suadent: notemus ergò exempla. Inprimis tamen scias, quòd hæc est illa in factum, cuius renor in multis & varijs inris articnlis est admissus. vt C. de sacrosan. eccle. l sancimns. & caue, quia ibi de tribus actionibus loquitur. de rei vêdicatione, subaudi, quando vasa extant. de condictione ex lege illa, subaudi, quandò res desijt esse de actione in factũ, scilicet, quandò actio rei est mutata: quia forma rei est esse rei. vt ff. ad exhibend. l. Iulianus. Vel ibi vltimũ corrigit, quasi quod io factom detur & nulla aliarum, sicut & alias: vel corrigitur de in litem dãdo tutore, vel curatore. istud vel corrigit: quia curator datur, & oon tutor. Sicut in d. l. sancimus. est exemplum. d. l. quotiens. qnia ibi datur io factum. Secundom exemplum

ff. de rei vēdi. l. quæ religiosis. & l. in rem. C. locati. Tertium exemplum ff. de rei vend. l. in rem. §. locati. & §. item quæcunq;. in quibus legibus pro religiosis & ferruminatis agitur in factum, cùm nulla alia competat. Quartum exemplum, quādo datur certis personis temperanda verbis. vt ff. de dolo. l. non debet. Quintū, quādo aliquid ad te de rebus nostris peruenit. ff. si cert. pet. l. si me & Titium. Sextū, quando mater reuocat donationem à filio ingrato. vt C. de reuocan. donat. l. his solis. Septimum, quando creditor possidet pignus non traditum sibi à debitore, sed possidet sine vitio suo soluit pecuniam: debitor non habet pignoratitiam, quæ oritur re interueniente. vt Instit. quib. mod. re contrah. oblig. §. creditor. & ideò competit in factum: sicut notatur C. de pignorib. l. vsucapio. Octauum, in creditore absente, qui habet actionem in factū contra creditores præsentes, qui se tantùm creditores existimauerūt, & pretium perceperunt ex bonis debitoris curatore bonis constituto. vt ff. mandati. l. si mandauero. §. si curator, in fin. Nonum exemplum notāt quidam sic: possedi rem aliquam bona fide spatio decēnij sine titulo, res ista peruenit ad te sine vitio tuo, qui nullū ius habes: actio mihi deficit, quia non publiciana datur, datur mihi in factum de æquitate. Decimum, quòd quando quis vult agere pro instrumento scripto in charta sua. vt ff. ad exhib. l. 3. §. interdum. Vndecimū, quando quis intulit mortuum in locum alienum. vt ff. de relig. l. is qui. Sed hoc exemplum non approbo: quia est illa in factum ex edictis. Duodecimū ff. de præscript. verb. l. qui seruandarum. §. vlt. Alia exēpla studiosis inueniēda relinquo. Exempla notemus, quando datur exceptio in factum. Primum exemplum habetur ff. ad Macedon. l. vlti. vbi si paterfamilias factus per ignorantiam facti, facta nouatione promittat, si conueniatur exceptione in factum iuuatur. Secundum ff. de vsufruct. quemadm. cap. l. fructuarius. vbi si fructuarius proprietatem acquisiuit, si conueniatur ex stipulatu, poterit in factum excipere. Tertium, ff. de except. rei vend. & tradit. l. 1. §. si seruus. vbi si seruus merces peculiares emerit, & dominus priusquam proprietatem rerū nancisceretur, eum liberum esse iussit, & illi peculiū prælegauit, si conueniatur posteà habebit exceptionem in factum. Quartum, vbicunq; ex pacto alicuius non potest alteri acquiri exceptio pacti, datur in factum vel doli. vt ff. de pact. l. & hæredibus. §. 1. & 2. Quintum exemplum, vbicunq; doli exceptio non potest dari: putà quia ex altera parte est pater vel patronus, in factū excipitur. vt ff. de dol. except. l. apud Cellum. §. aduersus. Alia exempla curiosus & diligens inueniat. In hac autem actione non curo notare sicut in alijs, quæ sint necessaria ad hoc vt competat. lōgum enim esset & prolixum comprehendere, cùm non ex vna causa, sed ex multis descendat, vt dictum est. Et ideò etiam nec positiones pono. Libellum autem exempli gratia vnicum
2 notabo. † LIBELLVS. Ego R. ago cōtra M. qui cementa mea posuit in sepulchro suo, quod sepulchrum dissolutum est: vnde illa cementa mihi peto restitui per actionem in factum. Quòd sic rectè concipiatur libellus, probatur ff. de rei vendicat. l. quæ religiosis. quam l. in principio intelligo domino ædificante, vel alio de sua voluntate vel mandato: & ita imposita facta sunt religiosa, alioquin dissoluta posset dominus vendicare. Meritò ergò aget actione in factum. Constante autem sepulchro ageretur de tigno iniuncto, si sine volūtate domini fuisset impositum. & hoc dixit Dominus meus Otto: quia sicut domus viuorum non debet destrui, ita nec domus mortuorum. Vltima autem pars illius l. intelligitur, quando iniunxit sine domini volūtate. In ferruminatis autem plantatis & seminatis competit etiam actio in factum ad pretium. vt ff. de rei ven-
3 dicat. l. in rem. Et tunc concipies libellum. † LIBELLVS. Ago contra M. qui brachium meum argenteum per ferruminationem adiunxit statuæ suæ argenteæ, vel frumentum meum seminauit. videlicet, vnū corbem: vel plantam meam plantauit: quæ æstimo decem: vnde vt prædicta mihi decem soluat, ago cōtra ipsum, & propono actionem in factum. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit d. l. in rem. OPPOSITIO. Sed non videtur, quòd in prædictis casibus locum habeat actio in factum: nam religiosa non sunt in dominio nostro. vt ff. de rei vendicat. l. in rem. §. locati. nec vendi, nec obligari possunt. vt C. de religio. & sumpt. fun. l. 2. nec seruitutem recipiunt. vt ff. commun. de seruit. l. caueri. & ff. de aqua pluuia. arcen. l. si prius. §. vltim. quomodò ergò cùm non videantur esse in bonis nostris, nisi quoad hoc, vt possimus inferre, dabitur actio in factum: cùm nō actio sit ius persequendi in iudicio, quod nobis debetur. vt Instit. de actio. in princip. Item seminata & plantata statim sunt domini soli. vt ff. de acquir. rer. domin. l. adeò. & Instit. de rer. diuis. §. cùm in suo. quomodò mihi domino primitiuo dabitur actio in factum? Respondeo: dabitur modò per ferruminatis, & satis: plantatis ad pretiū: omnia enim quæ opponuntur, locum habent in rebus principalibus: pro pretio enim habeo actionem in factum. vt ff. de relig. l.
is qui. † QVAESTIO. Item quæritur, an actio ista sit datiua, an natiua? Respondeo, datiua. ff. de præscrip. verb. 4
verb. l. quoties, sicut & alias actio est datiua. C. de trāsact. l. cum mors. & ff. de pact. l. iuris gentium. §. 2. QVAE-
STIO. † Vltimò quæritur, & cum instantia petitur solutio seu viua ratio multarum legum, quæ inter se videntur contrariæ: multa enim sunt iuris auxilia, quæ vidētur subsidiaria, & tunc competere quoties alia nō competunt: ecce actio ista in factum tunc datur, quoties aliæ non competunt. vt ff. de præscript. verb. l. quoties. Item actio de dolo tunc datur, quoties aliæ non competunt. vt C. de dol. l. dolo. & ff. de dol. l. quoties. Itē condictio ex lege tunc datur quoties alij auxilio per ipsam legem locus non est. vt ff. de condict. ex lege. l. vnica. Item restitutio tunc locum habet, quoties ordinarium auxilium deficit. vt ff. de minor. l. in causæ. Item officium iudicis tunc locum habet, quoties nulla actio competit. vt ff. de minor. l. quòd si minor. §. vltim. Item querela inofficiosi testamēti tunc demùm datur, si nullo alio modo ad bona defuncti veniri potest. vt Inst. de inoffic. testamen. §. tam autem. Respond. omnia prædicta auxilia subsidiaria sunt, & in diuersis casibus competunt, nec aliquo modo se contingūt, nec inter se concurrunt. si enim concurrerent, tunc optima esset quæstio, quomodo ista dicerentur subsidiaria. Et videamus de singulis, & primò de actione in factum. ista enim quandò competat, dixi suprà in hac eadem actione: & tunc quandò hæc subsidiarissima competit, nullū prædictorum auxiliorum, nec aliquid aliud posset competere. Actio de dolo tūc non competit & in subsidium, quandò maleficium committitur in contractu, scilicet dolus, siue fuerit incidens, siue dans causam in cōtractui: siue sit contractus bonæ fidei, siue stricti iuris, secūdum distinctionem quam notaui suprà in actione de dolo: tunc quia maleficiū est commissum, scilicet dolus: qui dolus necesse est vt puniatur, & nō sit alicui lucrosus. vt ff. de dol. l. nec ex dolo. si ciuiliter agitur in subsidiū inuenta fuit actio de dolo. si criminaliter, locū habet crimen stellionatus. vt ff. de crimi. stell. l. 2. Item condictio ex lege tunc datur, quando nulli alij auxilio locus est. quia lex noua illam obligationē inducit: quæ quandò competat, & in quibus casibus, suprà de condict. ex lege notaui. Item restitutio, quæ petitur officio iudicis similiter subsidiaria est: quia tunc nullo iure subuenitur mihi: quia quando habeo actionem, habeo ius meū, & oportet quòd Iudex huic iuri meo, i. actioni tanquā dominæ vt mercenarius seruiat. Cæterùm quādo peto restitutionem vel imploro officiū iudicis, vt in multis casibus circa alimēta. vt C. de alen. libe. l. 1. & circa indebita seruitia, quæ imponit dominus cēsito. vt C. lib. 11. in quib. cau. colon. censi. l. lege. & in alijs casibus, qui notantur in generalibus Domini mei. iudicis officiū, & c. sub illo generali de iudicibus & præsidibus: tūc peto iudicis misericordiā: & illud tūc loco actionis imploro: licèt nō sit actio. vt in prædic. l. quòd si minor. §. vl. Itē querela inofficiosi testamēti cùm sit odiosa, ideò vltimo paratur, & sic cùm aliud nō cōpetat, illa nō datur.

tur. Attende ergo per ea quæ dicta suot, quòd quælibet dicitur subsidiaria in domicilin suo: sic ad inuicem oõ coocurrunt nec possuot sicut dictum est.

De actione in factum quæ dicatur ex re iudicata.
Rubrlc.

1 *Actio in factũ, qua datur ex re iudicata vt procedat, quot exigantur.*

2 *Positiones actoris & Rei in actione in factum ex re iudicata. nu. 3.*

4 *Libellus in actione in fact. ex re iudic. quomodo concipiatur.*

5 *Actione qua potiùs agatur: vtrum prima vel secunda.*

INVENTA est & alia actio in factum, quæ oritur ex re iudicata, de qua habes in C. de reb. credi. & iureiur. l. actori. verum alibi vocatur actio iudicati. vt ff. de re iudi. l. si se noo obtulit. in princip. & l. miles. §. decem. & §. vltim. & C. de re iudi. l. 1. quæ verba sic intelligimus. actio iudic. i. actio in factum, quę oritur ex re iudicata. † Quæ actio ad hoc vt competat, tot sunt neces-
2 saria. In primis, quòd fuerit actor & Reus. Secundum, quòd sit lis contestata, iuratũ de calumnia, & alia omnia interuenerint, quæ in processu iudicis desiderantur. 3. quòd constiterit de intentione actoris per testes vel instrumenta vel allegationibus, sit conclusum & probationibus renuntiatum: vt dicit Authẽ. iubemus. C. de iudi. Tertium, quòd sit lata sententia condemnatoria, & sic pro actore: vel tali modo, ꝙ cõdemnationẽ contineat. vt ff. de re iud. l. in summa. & C. de sent. & interlo. l. præses. Quartum, quòd sentẽtia illa ritè lata sit non contra leges, non pretio. vt ff. de re iud. l. si se nõ obtulit. §. condemn. & arg. ff. ad Tertull. l. 1. §. vlt. & C. quando prouoc. non est necesse. l. vænales. & ff. de appella. l. si expressum. ff. quæ senten. sine appe. rescin. l. 1. Quintum, quòd sit lata sententia ab eo qui fuit iudex in causa illa, & cui iudicandi ius fuit. vt ff. ad Tertul. l. 1. §. vlt. & C. si à non compet. iudi. fu. iudi. l. vlt. ff. de iniusto & irrito testa. l. si quis exhæredato. circa fi. Sextum, quòd ab eius sententia non sit appellatum: alioquin pendente appellatione nihil innouabitur: imò appellatione interposita extinguetur pronunciatum. vt ff. nihil inno. appel. pendente. & C. de appel. l. 3. & ff. ad Turpil. l. 1. §. vlt. & ff. ad Tertul. l. 1. in fin. Septimum, quòd res sit iudicata, quæ finem controuersiæ imponat vt ff. de re iud. l. 1. Octauum, quòd cum ista solemnitate sit prolata, quæ à iure desideratur. vt C. de sentẽ. ex periculo reci. l. 1. & 2. & vlt. & arg. §. de arbitr. l. si feriatis. Nonum, quòd actio in factum ex re iudicata nõ sit nouata. vt C. de exacep. rei iud. l. si causam. Decimũ, quòd noo sit prolata sententia contra solitum ordinem iudiciorum. vt C. de sent. & interlo. l. prolatam. OPPOSITIO. Sed opponitur: sententia lata contra solitum ordinem videtur quòd teneat. vt C. de appel. l. 1. 2. responso. Responden: quòd ibi iudex peccauit inter causam & causam: quia primò pronuntiauit de vna, cum debuit de alia pronũtiare: & sic intermissus fuit ordo inter causam & causam. Cæterum si in eadem causa intermittatur ordo: pone quod primum fuit iuratum de calumnia, & postea fuit lis contestata sententia est ipso iure nulla. OPPOSITIO. Item opponitur: videtur, quòd sentẽtia lata cõtra legem teneat. vt ff. de re iud. l. pręses. & l. cùm prolatam. Respondeo: in l. præses. dicit dominus meus quod non iudicauit expressim contra legem, sed tacitè. nam non dicit cõdemno Lucium in vsuras vsurarum: sed dixit in centum, quæ centum faciebant vsuras vsurarũ. arg. ff. quæ sentent. sine appel. rescin. l. 1. & sic etiam respondit legibus alijs in eo. tit. l. cum prolatis. Sed secũdùm hoc opponitur, in l. illa dicitur, quòd Lucius non appellauit secundùm legem: imò appellatio tenuit. vt ff. quæ sentent. sine appella. rescind. l. 1. Respondeo: non appellauit secund. l. 1. infrà biduum: vel aliter, vt tollãtur omnia contraria, dicas, quòd sententia fuit ipso iure nulla lata in vsuras vsurarum, & Lucius appellauit de facto, licèt non appellasset secundùm iura: quia appellatio nõ erat necessaria. vt ff. de appe. l. si expressim. & ff. quæ sent. sine appe. rescin. l. 1. & sic vsq; ad literam illam nullum est contrariom: & quòd dicit in fi. agi potest iudicati, subaudi, non pro vsuris sed pro sorte: & hoc est quod dicit ibi Modestinus: si sententia certam quantitatem contineat: putà sortis: quia iudex condẽnauit in sorte & in vsuris vsurarum. Agitur modò iudicati quantum ad sortem: & sic non vitiatur sententia propter inutile. i. condemnationem vsurarum. Vel aliter in fine superabundat vna negatio in eo quod dicit nihil non: quasi dicat, iudicati agi non potest. similiter alibi superabundat de damno infec. l. fluminũ. in prin. & ff de appel. l. 1. in prin. cum prolatis. ita respondeo, quòd ibi iudex non iudicauit contra legem sed contra ius litigatoris: hoc modo, erant prolatæ constitutiones imperiales, quæ sunt leges, & his similibꝰ causis iudex pronuntiauit contra illas: ideò qoia non putabat causam de qua iudicat per eas iuuari hoc modo: quia non credidit probatum, quòd constitutiones locum haberent: & sic pronuntiauit cõtra cõstitutiones tacitè seu indirectè: directò tamen cõtra ius litigatoris: vnde seotentia tenet, nisi appelletur. nam facti qualitas est in arbitrio iudicantis. i. videre si sit probatum vel non. vt ff. quæ sent. sine appel. l. 1. & ff. ad mnoipa. l. ordinem. & ff. ad Turpill. l. 1. Vnde in hac actione actor fac. tales posi. 2 †POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd conueni te coram iudice Titio de decem quæ tibi mutuaui. Item super hac petitione fuit lis contestata, & iuratum de calumnia. Item de intentione mea probaui per testes seu per instrumenta. Item allegationibus & probationibꝰ conclusimus & renuntiauimus. Item iudex Titius condemnauit te mihi in illis decẽ. Item Titius ille fuit iudex vester. Item in illa sententia fuit seruatus ordo solitus iudiciorum, & omnis solennitas. Item ab illa sententia non fuit appellatum. Econtrà Reus fac. tal. posi.
POSITIO REI. † Ego dico, quòd illa decem tu petijsti Titio. Item si à me petijsti, tu renuntiasti: & sic non fuit lis contest. Item remissum fuit iuramẽtum de calũnia expressim. Item in probatione defecisti. Item iudex erat Capuanus, & nos sumus Beneuentani. Item ab illa sententia appellaui. Item post illam sententiam nouatio intercessit. Item illa sententia fuit intermissus ordo solitus iudiciorum. Item contra iura sentẽtia lata fuit, & specificet in quo. Item omissa fuit iuris solennitas: quia sine scriptis, vel quia die feriato, vel per procuratorem pronuntiauit, cùm non esset iudex illustris. Itẽ per pecuniam corruptus iudex sentẽtiam tulit. In hac acti. act. concipiet sic libellum. LIBELLVS. † Ago ego R. cõtra M. à quo peto decem solui, & dari, in quibus fuit mihi per sentẽtiam Titij iudicis condẽnatus: propono actionem in factũ quæ oritur ex re iudicata. Quòd sic rectè concipiatur libellus dicit C. de reb. cred. & iureiur. l. actori. ff. de re iudic. l. si se non obtulit. in princ. & l. miles. §. vlt. ideò dico in libello dari, quòd ita illa decẽ solui debent, vt fiant accipientis, alias nõ liberatur. vt argu. ff. de leg. 1. l. non quocunq;. & ff. de re iud. l. si se non obtulit. §. pen. OPPOSITIO. Sed opponitur, quòd nõ videtur, quòd actio ista possit intentari: certũ est, quòd sententia lata quod fuit dubium declarauit. vt ff. de rei vendic. l. ex diuerso. §. vlti. & ff. si seruit. vendic. l. sicuti. §. distant. quomodo ergo actione proposita quod fuit certum fiet dubium contestatione interueniente: maximè cùm omnis res & causa fiat per negationem & cõtestationem litis dubia. vt C. quibus ad liber. procla. non licèt. l. vltim. ff. si cui plusquam. per leg. Falcid. l. 1. in fin. Respondeo: verum est, quòd sententia fecit clarum, quòd fuit dubium: & quod illud fuerit iterum dubium, hoc non procedit ex vitio sententię: sed propter malitiam condemnáti: cõtra quem iudicium redditur in inuitum. vt ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. in fin. t. responsi. fecit enim sententia ius inter partes, & veritate præiudicauit. vt ff. de regu. iu. l. res iudicata: & ideò actionem parit, scilicèt in factum. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur: nõ videtur, quòd actio ista sit alicuius vtilitatis: & stultũ reputarẽ actorem, qui hanc actionẽ proponeret: actor enim qui obtinuit petere potest sententiam executioni mandari. vt ff. de re iudi. l. à

diuo.& C.de execu.rei iudicatę.l.si causam iudicati.& per totum. quare ergo tanquàm stultus proponit hanc actionem in factum?in quo iudicio multæ exceptiones & multæ possunt esse contentiones. Respondeo, non obstat obiectio: licèt enim actor possit petere sententiam executioni mandari: nihilominùs habet aliud auxilium, scilicèt hanc actionem in factum. Interest enim nostra plura habere auxilia, etiam si nobis inutilia sunt. vt ff. de seruitut. l. ei fundo. ff. de liber. lega. l. secunda. in fine. sicut alias video, filius in potestate constitutus præteritus dicere potest ipso iure testamentum nullum de iure ciuili. & si vult laborare de iure prætorio habet contra tabulas. vt C. de liber. præteri. l. vltim. Item pono exemplum vbi daretur in factum ex re iudicata. & ideò posset petere, quòd mandaretur sententia executioni pone quòd nó comparent mobilia, nec immobilia, nec nomina condemnati: vt dicit l. a diuo. quid faciet? quid obtinebit? in hoc casu aget in factum ex re iudicata: nihilominùs etiam posset agere prima actione si vellet: quia per hanc actionem prima non nouatur. Et quòd dicitur C. de vsur. rei iudic. l. vltima. quòd prima actio non nouetur. Item & primę actioni noua adijcitur in factum: nam non solet deterior illorum códitio fieri, qui litem contestantur, quàm qui non contestantur: vt ff. de regulis iuris l. non solet. & ff. de nouation. l. aliam. Consulo tamen quòd potiùs agas hac actione in factum, quã prima: quia ista est magis expedita in quam non sine rubore de calumnia iorabit. OPPOSITIO. Sed adhuc ostendo, quod hac actione non potest agi: certum est, quod sententia lata contra sententiam est ipso iure nulla. vt C. sentent. rescindi non posse. l. 1. & C. quando prouocat. non est necesse. l. 1. Respondeo: verum est, si sententia ferretur contra primam, esset ipso iure nulla. sed si feratur circa idem: tunc etiam secunda tenet. OPPOSITIO. Idem ostendo, quòd nullus erit litium finis. & sic est contra. C. de trsact. l. fratris. Item res abit in infinitum: cùm infinitas sit euitanda. vt ff. de damn. infect. l. qui bona. §. pen. nam pone quod fuit condemnatus, & non vult satisfacere. Item magis iterum condemnatur: & sic iterum & iterum. quid ergo erit? stultum reputarem actorem qui totiens ageret, & plura expenderet in litis sumptibus, quam posset de lite consequi: sed si vult agere potest, licèt procedat res in infinitum quantuncunque potest. Quæstioni etiam primæ posset alio modo responderi: quod vtilis sit actio ista in factum: quia post quadrimestre tempus veniet vsura centesima. vt C. de vsur. rei iudic. l. 1. & veniet ista

5 vsura iore actionis. †QVAESTIO Item si tu quæras qua potiùs actione agatur: vtrum prima an secunda? dico quod secunda: quia in prima si erat stricti iuris, veniunt expensæ & fructus officio iudicis. in hac veniunt iure actionis, licèt enim ista noua adijciatur primæ, non tamen in eius locum subrogatur. & licet in prima veniat expensæ officio iudicis & fructus. vt ff. de rei vendica. l. qui restituere. hic tamen veniunt iure actionis: nec enim possunt peti officio iudicis, cum officium iudicis lata sententia finitum sit. vt ff. de re iudi. l. iudex ex illa enim re iudicata, quæ pro veritate accipitur, oritur ius, id est, actio in factum: quæ actio in factum comprehendet tàm sortem, quam fructus, & expensas. Et sic si tu quæris vnde oritur actio ista in factum? Respondeo: & dico, quòd oritur ex rigore iuris ciuilis. Si tu opponis lata sententia durat officium iudicis. vt ff. de rei vẽdi. l. qui restituere. Respondeo: durat non circa prima, sed circa aliud, & non eiusdem iudicis: nisi habeat merum imperium. quòd enim executioni mandat, ex dignitate meri imperij hoc procedit. vt ff. de re iudi. l. a diuo. quidam tamen dicunt eam oriri ex quasi contractu. vt ff. de pecul. l. licèt.

De actione in factum vel vtili, quæ oritur ex confessione. Rubrica.

1 *Actio in factum siue ex confessione, siue ex iureiurando vbi causa inserta non inuenitur, quomodo oriri possit.*

2 *Actio in factum ex confessione vt competat, quot requirantur.*

3 *Positiones actoris & Rei in actione in factum ex confessione &c. nu. 4.*

5 *Libelli in actione in fact. ex confessione quomodo concipiantur. nu. 6.*

7 *Sententia cõtra confessum, an danda sit, vel ipso iure pro damnato habeatur, vt sententia necessaria non sit.*

8 *Confessus errorem suum, an mutare, & corrigere possit ante litem contestatam, vel post.*

9 *Confessio facta in iudicio, an plus quàm extra operetur.*

EST & alia actio in factum de qua dominus Ioã. non tractauit in arbore actionum. verùm quod omittitur per legem, non omittitur religione iudicantis. vt ff. de testi. l. quæsitum. & quòd orationi deest per iudicatorem suppletur. vt ff. de sponsa. l. oratio. & ideò de ea tractemus. Est enim illa quæ oritur ex confessione. si enim aliquis confitetur se debere tibi 10. ex hac confessione oritur actio in factum: & ideò in factum, quia confessus fuit informiter. id est, causa non adiecta. Si autem confessus esset formiter, id est, causa adiecta: putà se debere ex causa mutui, tunc dabitur vtilis certi condictio contra illum, sicut daretur directa ex vero contractu. vt ff. de interroga. actio. l. de ætate. §. qui interrogatus. similiter in iureiurando delato: vbi si iuratur formiter causa adiecta, datur vtilis actio ex eo contractu: si iuratur informiter, id est, sine causa: tunc datur in factum. vt ff. de iureiuran. l. nam postea §. pen. & vlt. & l. sed & si possessori. & l. si patroni. §. pen. Quidam tamen dicunt, quod ex confessione oriatur vtilis cõfessoria. vt ff. ad leg. Aqui. l. perinde. §. si tutor. sed non est verum: nam illud sic intelligimus vtilis confessoria. i. vtilis ex eo contractu vel in factum ex ea confessione: confessoria enim sola pro seruitutibus est inuenta, vt supra in speciali actione de confessoria notaui. †QVAE- 1
STIO. Sed illud quæritur: quomodò potest oriri ista actio in factũ siue ex cõfessione, siue ex iureiurã. vbi causa nó inuenitur inserta: cũ etiam obligatio emissa sine causa cõdicatur. vt ff. de cond. sine causa. l. qui sine causa. imò etiá agenti sine causa ex obligatione obstat doli exceptio. vt ff. de doli excep. l. 2. Item & trãsactio sine causa circa alimenta vitiatur. vt ff. de transact. l. cũ hi. §. vlt. Apocha enim sine causa non recipitur. vt C. li. 10. de apoc. l. quicunque. quando etiam scriptus hæres in possess. mittitur causa requiritur. vt C. de ædict. diui Adria. tollen. l. vlt. Respondeo: in iureiurã. operator hoc authoritas religionis. s. sacramenti. idem dicunt cõtingere propter authoritatẽ iudicis, & potestatem ipsius confessionis: quia tua sententia te damnat. vt ff. de cõfes. l. 1. quæ confessio multa inducit. quia facit aliquem haberi pro condemnato. vt C. de confes. l. vnica. Itẽ cõfesso sicut & condemnato statim tempora duorum mẽsium, hodiè quatuor computantur. vt ff. de re iudi. l. debitorib. & ff. de confes. l. certum. §. si alia. & §. alias post rẽ enim iudicatam vel iureiurã. decisam, vel confessionẽ in iure factam nihil quæritur: quia in iure confessi pro iudicatis habentur. vt ff. de re iudi. l. post rem. Cum ergo parificentur ista tria sententia, iusiurandum & confessio: vt in prædicta l. post rem. ergo ex confessione etiam causa non adiecta oritur actio in factum sicut in sacramento & in sententia, in quibus oritur actio in factum, etiamsi causa non adijciatur, vt dictum est. & in hac opinione fuerunt plurimi prudentes: specialiter dominus meus R. Alij dicunt vt notat dominus meus in summa C. de non nume. pecu. circa princip. quod confessio cum causa præiudicet, vt detur vtilis ex confessione quæ daretur ex contractu directa: & in hoc cũ alijs concordat, vt dictum est. Cæterùm si aliquis confiteatur sine causa, non præiudicet per argumenta prędicta, in quibus causa requiritur. & per expressam. l. cũ de indebito. § vlti. ff. de probat. quòd enim legitur in l. post rem. intelligitur quando in confessione fuit causa expressa. Item inducit aliud arg. qui confitetur obligatur quasi ex contractu. vt ff. de interrog. acti. l. de ætate. §. qui interrogatus. at in contractu requiritur causa, ergo

argo in confessione. sed ipsi respondent, quòd non est
per omnia similitudo, sed in hoc tantum quoad obliga
tionem: non autem quantum ad modum, quia in con-
fessione obligatur quis sine causa, in contractu non: &
est simile. Estote perfecti sicut & pater vester cælestis
est perfectus. Vnde ad hoc † vt actio ista competat, tot
sunt necessaria, siue quæramus de vtili, siue de in factũ.
In primis, quòd aliquis cõfiteatur se debere. Secundũ,
quòd in iure. Tertium, quòd contra se. Quartum, quòd
sit maior 25. annis. Quintum, in causa ciuili & pecunia
ria. Sextum certam quantitatem, vel speciem, vel fa-
ctum. Septimum, quòd ius & natura non respuat. Octa-
uum, quòd de eo actio esse possit cum alio in rem ean-
dem. Nonum, quòd nullus error facti interueniat. Deci
mum, quòd præsente aduersario: quæ omnia dominus
Irne. in notula sua breuissima cõprehendit. cõfessos in
iure contra se, maiores 25. annis in causa ciuili & pecu.
niaria, certam quantitatem speciem vel factum, quòd
ius & natura non respuat, de quo cũ alio actio esse po-
test, vel rem eam esse, nullo facti errore interueniente,
præsente aduersario, pro iudicatis haberi placet. Irn.
quæ verba breuiter consequar. licèt dominus meus in
summa de confessis copiosè fuerit prosecutus: ideo pri
mum & secundum exigo. quòd cõfiteatur se debere &
in iure: quia si extra ius non præiudicat, nisi corã quin
que testibus rogatis: licèt Iac. doctor antiquus dixerit
confessionem factam extra ius coram paucioribus præ
iudicare per auth. quã falso posuit in C. de confess. hæc
probantur ff. de interrog. act. l. 1. in fi. C. de cõfes. l. vna.
ff. de confes. l. 5. & 3. nisi confessio facta extra ius vim
pacti obtineat: purà, confiteor me debere decem tibi: &
promitto illa tibi redditurum ad pascha, vel quæ sol-
uã tibi ad pascha: tunc enim facta coram duobus præ-
iudicat, vt notat dominus meus per l. generaliter. C. de
non nume. pecu. & hoc plenè notat in summa tit. istius.
Tertium ideò dicitur contra se: quia si pro se non pro
dest. vt ff. de interro. actio. l. de ætate. § 1. & C. de proba
tio. l. rationes. & l. instrum. & l. exemplo. Quartum, de
maiore ideò dicitur: quia si minor, possit petere resti-
tutionem. vt ff. de confes. l. certum. §. minorè. Quintum
in causa ciuili & pecuniaria. ideò dicitur: quia in cri-
minali confessus, secundum omnes, non est ipso iure
ex sua confessione damnatus, sed est per sententiam dã
nandus. vt ff. de cust. & exhi. re. l. si cõfessus. Hoc ita nisi
confessio sit secuta formidine tormentorum: nam tũc
non præiudicat, nisi post tormenta in ipsa confessione
perduret. vt ff. de quæsti. l. 1 §. diuus. & l si quis vltrò. I-
tem sicut quidam dicunt, ideò factum fuit in causa ciui
li: quia in causa liberali sibi non præiudicaret quis. vt
C. de libe. causa. l. interrogatam. sed ibi fuit extra iudi-
cium: alioquin si in iudicio præiudicaret etiam in cau
sa liberali. vt C. de libera causa. l. iubemus. Sextum, cer
tam quãtitatem speciem vel factum ideò dicitur: quia
si incertum non præiudicat incontinenti: sed ad hoc vt
teneatur confiteri certum. vt ff. de confes. l. certum. Se-
ptimum, quòd ius & natura non respuit. ideò dicitur:
quia si confessio sit iuri vel naturæ contraria, non præ-
iudicatur iuri: vt si confitear me seruum cùm sim liber
natura: si confiteatur quis se filium tuum qui est maio-
ris ætatis: factæ enim cõfessiones cum naturalibus de-
bent conuenire. vt ff. de interro. actio. l. confessionib. &
l. si is cuius. & l. si seruus. Octauum, de quo cum alio a-
ctio esse potest, vel rem eã esse: ideò dicitur: quia si cõ-
fiteor me occidisse illum qui viuit: vel dum sim impu-
bes me commisisse adulterium: vel si virga vel genita-
libus carerem, non præiudicat. vt ff. de interro. actio. l.
si is cuius. & ff. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. vlti. & l.
hoc apertiùs. & l. perindè. & ff. de confes. l. qui Stichũ.
& ff. ad legẽ Aquil. l. Iul. & ff. de adulter. l. si minor. No-
num nullo facti errore interueniẽte ideò dicitur: quia
si errat in facto, potest probare contrarium vsque ad
sententiam, & ita sibi non præiudicat. vt ff. de confes.
l. non fatetur. & C. de iur. & fact. ignor. l. error. Decimũ
præsente aduersario ideò dicitur: quia tàm de confes-
sione in iudicio, quàm extra, ad hoc vt præiudicet o-
portet quòd aduersarius sit præsens. vt ff. de interro. a-
ctio. l. vlt. non enim solet quis obligari absenti. vt ff. de
confes. l. certum. §. si quis. Hæc omnia per ordinem fui
prosecutus sumendo illa ex summa domini mei de cõ-
fessis. quæ ibi copiosiùs inuenies. In hac autem actione
act. fac. tal. posi. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tu 3
fuisti confessus in iure te debere mihi decem. Item tu
es maior 25. annis. Item illa causa erat ciuilis. Item cer
ta fuit quantitas illa. Item seruus meus occisus est, quẽ
fuisti confessus te occidisse. Item confessus fuisti ex cer
ta scientia & sine errore. Item me præsente. Vltimò,
adijciam causam, ad hoc vt oriatur vtilis ex illo con-
tractu: aliàs oriretur in factum, secundùm quosdam: li-
cèt secundùm alios nulla, vt suprà dixi. Econtrà Reus
faciat tal. posit. † POSITIO REI. Ego dico, quòd extra 4
ius fui confessus. Item coram duobus. Item sum minor
25. annis. Item seruus tuus viuit. Item erraui in facto. I-
tem te absente. In hac autem actione concipiet actor
libellum sic, & primò in actione in factum. † LIBEL- 5
LVS. Ago ego R. contra M. à quo peto 10. vel rem certã
mihi dari & solui: quæ decem fuit confessus in iure vel
extra ius coram rogatis quinque testibus me præsen-
te, se mihi dare debere: & propono contra eum actio-
nem in factum ex confessione, in actione autem vtili cõ
cipiet sic. † LIBELLVS. Ago ego R. contra M. à quo peto 6
mihi decem solui & dari: quæ decem fuit confessus in
iure vel extra ius coram quinque testibus rogatis me
præsente se mihi debere ex contractu venditionis vel
mutuo: propono contra ipsum vtilem certi condictio-
nem de mutuo, vel vtilem actionem ex vendito. Quòd
sic rectè cõcipiantur libelli probatur per ea quæ in
principio huius actionis notaui. OPPOSITIO. Sed non
videtur, quòd aliqua istarũ competat: & primò de acti
one in factum. Certum est, quòd hæc actio aut est dati-
ua aut natiua. quæcunque sit: Quæro vnde oriatur, vel
quare detur? cum, o. cõfiteor me tibi debere & causam
non adijcio, quomodo potest oriri actio? cum omnis a-
ctio oriatur ex obligatione: vt patet ex diffinitione ob
ligationis. vt Instit. de oblig. Item si non est datiua, qua
ratione datur, cum nulla causa subsit. Item de vtili esto
quòd causam adijciam, quare ex confessio. inducitur v-
tilis. Respondeo: quidam dicunt de actione in factum,
quòd sit datiua. & iusta est ratio quare detur propter
confessionem tuam: quia tua sententia te damnasti, vt
suprà dixi. & si est natiua. nascitur ex confessione: sicut
actio oritur ex cõtractu. in vtili plana est ratio: vt sicut
directa ex contractu, ita vtilis ex confessione: præsumi
mus enim contractum interuenisse ex quo cõfiteris: &
sic sententia locum habet, licèt verba deficiant, sicut a-
liàs. ff. si quadr. pauper. feciss. dicat. l. penul. QVÆSTIO.
† Illud etiam quæritur an contra confessum sit danda 7
sententia vel habeatur ipso iure pro damnato, vt sentẽ-
tia non sit necessaria. iura quædam videntur velle vt
sententia non sit necessaria. nam ipse sua se sententia
damnauit. vt ff. de confes. l. prima. Item nullæ sunt par-
tes iudicis in confitentem. vt ff. ad legẽ Aquil. l. proin-
dè. Item confessus habetur pro condemnato. vt ff. de cõ
fess. l. 1. & l. 3. in fine. & C. de confess. l. vna. Item confes-
so sicut & damnato datur tempus ad soluendum. vt ff.
de re iudic. l. debitoribus. & ff. de confessis. l. certum.
§. si alia. in fine. Item non est confessi causa tuenda rei.
Econtrà videtur vt confessus sit damnandus. ff. de con-
fess. l. vltim. Item si quis confessus fuerit in causa cri-
minali damnandus est. vt ff. de custo. reo. l. si quis con-
fessus. & quòd dicitur nullæ sunt partes iudicis, sub-
audi, quòd ad causæ examinationem, non autem quò ad
condemnationem: condemnatio enim necessaria est. I-
sem iura allegata dicunt, quòd confessus habetur pro
condemnato. ergo non est damnatus, sed damnandus.
nam nullum idem est simile, vt dicit Aristoteles: nam
ratihabitio habetur pro mandato. vt C. ad Maced. l. vl-
si. non tamen est mandatum. Respondeo: dominus me-
us R. dicit confessum debere damnari: & quòd dicit l.
debitoribus. & alia iura similia. locum habet quando
debitor fuit à creditore interpellatus, & dilationẽ pe-
tit: tale debet tempus dari illi quale condẽnato datur.
Dominus meus distinguit vtrùm iudex cœpit audire
cau-

causam per libellum & ordine iudiciario: tunc con-
fessus est damnandus. Si autem sine libello & iure ex-
traordinario: sicut faciunt potestates quandoque in
Lombardia & Tuscia, putà, habeo debitorem meum,
duco eum coram potestate & dico: domine quære à de-
bitore meo, si debet mihi viginti, & ille confitetur, tūc
non est damnandus: sed statim potestas dat tempus ad
8 soluendum, sicut & condemnato. QVAESTIO. † Item
quæritur vtrum confessus errorem suum possit mutare
& corrigere ante litem contestatam vel post? Respon-
deo ante litem contestatam pœnitere potest & reuoca
re quod fuit confessus, si ignorat id quod confitetur fal
sum esse: alioquin si sciat, non reuocat: post litem au-
tem contestatam non reuocat: nisi probet quòd iusta
fuit ignorantia. vt ff. de interro. actio. l. de ætate. §. qui
iusto. In casu autem ante litem contestatam non reuo-
cat: putà quando actor à certa persona volebat petere,
& Reus voluit pœnitere cum captione actoris: putà v-
sucapione completa à possidente. vt ff. de rei vendi. is
9 qui. & l. si autem. QVAESTIO. † Vltimò quæritur quid
operetur plus cōfessio facta in iudicio, quàm extra? aut
enim confitetur causa adiecta, & tunc siue in iudicio
siue extra coram quinq; testibus rogatis confessio prę-
iudicat: & hoc secundum illos qui dicunt confessionē
sine causa non præiudicare. Respondeo fortè nihil: vel
assignari poterit, hæc ratio. quòd plus operetur in iudi
cio quàm extra, quia in iudicio vbi sine causa confi-
teor, teneor causam exprimere: sicut quando confiteor
incertum, teneor exprimere certum. vt ff. de confess. l.
certum.

De actione ex stipulatu, quæ datur marito pro petenda dote, & actione ex stipulatu, quæ datur vxori pro repetenda dote. Rubrica.

1 *Actio ex stipulatu vt veniat, quot requirantur.*
2 *Matrimonium vbi esse non potest, nec etiam dos.*
3 *Stipulatio si intercedat, quod ex noua stipulatione aga-
tur, quæ vtilitas esse posit.*
4 *Dotem nullam si vir recepit, an de iure fori vel poli vxo-
rem alere teneatur.*
5 *Positiones actoris & Rei in tali actione. cum plu. seq.*
9 *Libelli in tali actione quomodo formentur cum plu. seq.*
12 *Dilatio anni an marito dabitur, si res mobiles vel se mo-
uentes extiterint.*
13 *Anni dilationem an maritus habere debeat, si diues, &
bene soluendo sit, res autem mobiles & se mouentes non
existant.*
14 *Maritus si diues non fuerit, vel heredes sui, & dilatio-
nem tamen anni habeant, qui ipsi mulieri alimenta præ-
stabit.*
15 *Actio ex stipulatu an rectè intentetur, si certa quantitas
in dote data fuerit, cum actio ex stipulatu ad incertum
competat.*
16 *Dotem an maritus restituere teneatur, si vxor decedat,
& filij ex eodem matrimonio superfint.*
17 *Actio ex stipulatu: quæ detur vxori pro dote repetenda,
quando nascatur.*

CVM inueniatur duplex actio ex stipulato pro do
te: prima quæ datur marito ad petendam dotem:
secunda quæ datur vxori, vel hæredi ipsius ad re
petendā matrimonio soluto morte viri vel diuortio:
ideò de vtraque simul tractemus: & primò de ea quę da
tur marito pro dote petenda. Quæ actio ad hoc vt com
petat, tot sunt necessaria. In primis, quòd matrimoniū
contractum sit: nam sine matrimonio dos esse non po-
test: licèt matrimonium possit esse sine dote. vt ff. de iu.
1 doti. l. 3. Secundum, quòd matrimonium sit de iure: † a-
lioquin vbi matrimonium esse nō potest, nec dos: vt in
l. prædicta. Tertium vt nuptiæ secutæ sint. vt ff. de iure
dot. l. nō enim. & l. promittendo. Quartū vt dos sit pro-
missa: siue stipulatio interuenerit vtilis vel inutilis: vti
lis dico ratiōe cōceptionis, nō ratiōe rei vel dissensus.
nam si tu dicebas vt darem tibi domum in dotem, & e-
go constitui fundum, nihil est: siue etiam pactum nudū
vel pollicitatio interuenerit agitur ex stipulatu. vt C.
de rei vxo. actio. l. vnica. circa princi. si enim dos à da-
tione inciperet, & sic esset tradita, hæc actio locum nō
haberet, nec peti posset: cum omnis obligatio sit subla-
ta solutione eius quod debetur. vt Instit. quib. mod. tol-
la. obli. etiam si res data fuisset euicta. Item quando à
datione inciperet, non ageretur ex stipulatu. C. de iur.
dot. l. 1. OPPOSITIO. Sed videtur contra C. de rei vxo.
actio. l. vnica. circa princip. vbi agitur ex stipulatu eti-
am si nulla stipulatio intercessit: sicut & aliàs. ff. de ad-
opti. l. his verbis. & ff. ad cui plusquam. per leg. Falcid. l.
nisi. §. item sciendum. & ff. de fide ius. tut. l. vlti. sed do-
minus meus dicit l. 1. C. de iur. dot. non corrigi per l. v-
nic. C. de rei vxo act. quia in principio loquitur in per-
sona mulieris: sed contra stimulum calcitrare durum
est: imò loquitur tàm in persona mariti, quàm vxoris:
cum dicat omnes dotes, & c. sicut statim in seq. §. pleni-
ùs subiungit: vbi tàm marito quam vxori dat lex tacitā
hypothecam: habet ergo maritus actionem ex stipula-
tu à lege inductam in omnibus casibus, & habet hypo-
thecam in bonis dantis dotem, etiam re euicta, quę fuit
in dotem data per l. vnic. §. 1. & 2. C. de rei vxo. actio re-
mota l. 1. C. de iu. do. & hoc mihi videtur veriùs. QVAE-
STIO. † Sed quæ vtilitas si intercedat stipulatio quod a- 3
gatur ex stipulatione ista noua. Respōdeo: quia prima
est stricti iuris: hæc est bonæ fidei: vt in prædicto tit. de
rei vxo. act. licèt enim habeat locum hæc distinctio: vt
si interueniat stipulatio, agatur ex stipulatu: vbi pol-
licitatio, condictione ex lege. idem & si pactum nudū:
nam ad exactionem dotis qualiacunque verba suffici-
unt. vt C. de dot. promis. l. ad exactionem. Si autem à da
tione inciperet nulla actio competeret vbi bona fide
res fuit tradita: nisi quando dolo: tunc enim propter
cōiunctionem personarum daretur in factum, sicut di-
stinguitur C. de iur. dot. l. 1. tamen hodie per l. prædi. de
rei vxo. his anfractibus locum esse non credo: & ideò
tantum fauorem concedo marito propter onera matrī
monij quæ sustineat: cum ipsa dos oneribus matrimo-
nij seruire debeat. vt C. de iu. dot. l. pro oneribus. ff. de iu.
dot. l. dotis fructus. ff. fam. ercisc. l. si maritus. & l. si fili-
us. pro quantitate enim dotis tenetur eam alere. vt ff.
sol. matrim. l. si dotem. §. sin autem. QVAESTIO. † Quid 4
si nullam dotem recepit: videretur de iure fori, quòd
non teneatur eam alere: sed de iure poli contra: ita quòd
possit excommunicari, sicut ibi not. dominus meus. &
hoc est de summa æquitate, cùm sit in ipsius obsequio.
vt C. qui potio. in pig. hab. l. assiduis. & alioquin com-
pelleretur fortè meretricari. nam cum sint duo in car-
ne vna: quomodò pars corporis esuriet, & pars alia sa-
turetur. vt extr. de biga. c. debitum. & de diuort. c. gau-
demus. & imputet sibi quòd vxorē sine dote recipit, nō at-
tendens illud ne accipias vxorem sub nomine dotis.
Quintum vt dos sit certa, quæ sit promissa: hoc consiliū
est, non tamen est necesse. nam tenet constitutio dotis
incertæ, vt sit postea constituenda dos secundùm modū
facultatum, & dignitatum natalium. vt ff. de iur. dot. l.
cum post. §. gener. Vnde maritus his positionibus vte-
tur. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd contraxi ma 5
trimoniū cū Berta. Item illud matrimonium de iure te
net. Item eam duxi ad domum meam. Item pro illa con
uenisti mihi dare in dotem viginti. E contra Reus pro-
mittens dotem sa. tal. positio. POSITIO REI. Ego dico,
quòd tu proposuisti contrahere matrimonium cū Ber
tha, & postea repudium interuenit, & sic remansit im-
perfectum. Item illa Berta est tibi coniuncta in tertio
gradu. Itē sine dote recepisti illā vxorē. Actio autē ex 6
stipulatu quæ cōpetit vxori vel eius patri vel eius hæ-
redi solut. matrim. ad hoc vt competat, tot sunt necessa
ria, quot quæ diximus in hac actione superiori ex sti-
pulatu, quę datur marito. Est etiā aliud necessarium, quòd
matrimoniū sit solutū morte alterutrius, seu diuortio.
constante. n. matrimonio dos non repetitur à parte vi-
ri, nisi in casu: putà, marito vergente ad inopiā. vt ff. de
rei

rei vxor. actio. l. vnica. C. de iure doti. l. vbi. & ff. solut.
matri. l si constante. & C. solut. matr. per totum. quali-
ter autem matrimonium soluatur diuortio, & quibus
de causis legitur. C. de repud. Item aliud exigitur, quòd
soluatur dos vere vel interpretatiuè: putà, si maritus
fuit confessus se recepisse dotem, & tempus sit transa-
ctum aliquando anni, aliquãdo biennij secundũ quod
taxatur à iure. C. de dot. cau. non nu. l. vlt. & in authen.
de tempore non so. pec. col. 8. & est posteà in C. in præ-
d. tit. quod re ipsa probari debeat solutio dotis dicit C.
de do. cau. l. 1. & argum. C. qui potio in pig. hab. l. vlt. &
C. de bon. dam. l. si quis post hae. Hæc ita sunt vera nisi
pactum factũ sit de dote lucrãda, muliere primo dece-
dente in totum vel in parte. vt C. de pact. con. tàm sup.
dot. l penul. & per totum. & in Authen. de æquali. doti.
en Inm. 7. & nisi fortè mulier amisit repetitionem dotis
ratione delicti: purà, adulterij: tunc enim maritus lu-
crifacit dotem. vt C. de repu. l. consensu. & l. penultim.
& in Authent. vt liceat matri & auiæ. §. quia quidam
vero. & in Authen. vt nulli iud. §. adulter am. imò mu-
lier amittit dotem, si diuortium fuerit factum sine cau-
sis expressis in præd cta Authent. vt liceat matri & a-
uiæ. & lucrifaciunt filij vel si non sint, lucrifaciet ma-
ritus. In hac autem actione actor fac. tales positiones.
7 quas etiam dixi suprà, & dicet sic. † POSITIO ACTO-
RIS. Ego dico, quòd tu maritus vergis ad inopiam. Item
ego dico, quòd matrimonium solutum est diuortio in-
teruenieme bona gratia. Item centum solui tibi mari-
to pro dote. Item tu fuisti cõfessus te recepisse dotem,
& tempus legitimum transijt. E contrà maritus vel hæ-
redes sui venient talibus positionibus. † POSITIO REI.
8 Ego dico, quod matrimonium adhuc durat. Item bene
facis factum meum. Item tu intentasti diuortium cul-
pa tua. Item tu commisisti adulterium. Item tu promi-
sisti dotem & non soluisti. Item matrimonium fuit cõ-
tractum sine dote. Item dotem tibi solui constante ma-
trimonio, in his casibus in quibus potest solui constan
te matrimonio. vt ff. de iur. dot. l. murus. §. manente. a-
liàs dos non posset solui. vt C. si constant. matrimo. dos
solut. fuer. In actione prima maritus concipiet sic li-
9 bellum. LIBELLVS. † Ago ego Rog. contra M. qui pro-
misit se daturum centum in dotem pro tali vxore mea:
quam dotem mihi soluere & dare recusat: vnde quod
illa centum mihi soluat & det ago contra ipsum, &
propono actionem ex stipulatu. Quòd sic rectè conci-
piatur libellus dicit C. de rei vxor. action. l. vnica. cir-
ca princip. OPPOSITIO. Sed opponitur, quòd ista
sit male proposita. Certum est, quòd quoties certum in
stipulationem denenit, quòd agatur certi condictione
ex stipulatione: non autem actione ex stipulatu. vt In-
stitut. de verbor. obligat. in princip. & ff. si certum pe-
ta. l. si quis. at si centum quis promisit nomine dotis, i-
sta stipulatio continet certum. vt ff. de verbor. obligat.
l. vbi autem non apparet. & ff. si certum peta. l. certum.
ergo debet agi certi condictione ex stipulatione, non
autem ex stipulatu. Respondeo: actio illa ex stipulatu
habet multa specialia in se: & hoc vnum est, quòd li-
cèt certum veniat in stipulationem, quòd nihilomi-
nùs agatur ex stipulatu: & hoc ideò quia est bonę fidei,
licèt in alijs omnibus casibus sit stricti iuris: quòd eti-
am est casuale, & alia casualia habet sicut notat domi-
nus meus in titul. de rei vxor. actio. Eodem modo sol-
uitur quæstio alia, quare actio ista fuerit inuenta: cùm
sufficiat actio ex stipulatu: vel certi condictio ex sti-
pulatione. Mulier autem vel pater vel hæres eius con-
10 cipiet sic libellum. † LIBELLVS. Ago ego Betra contra
talem maritum meum cui dedi in dotem centum: &
nũc cùm matrimonium bona gratia diuortio solutum
sit, illam dotem mihi restitui peto: propono actionem
ex stipulatu. Quòd sic rectè concipiatur libellus, quan
do matrimonium diuortio bona gratia separatur dicit
C. de rei vxor. action. l. vnica. quando etiam separetur
bona gratia, & sit locus repetitioni dotis, est exemplũ
quando fit monachus, tunc enim repetitur dos. vt C. de
Episcop. & cleric. l. vltim. & hoc iure fori, quòd etiam
vxore inuita sit: iure poli non nisi volente vxore & vo-

uente castitatem vel monasterium intrante. non enim
potest vna pars ad Deum transire, & aliam seculo re-
manere. vt in decre. 27. quæst. 2. can. multorum. & can.
Agathosa. Si autem soluatur matrimonium morte ma-
riti, tunc dicet sic. † LIBELLVS. Ago ego Betra contra ta- 11
les hæredes mariti mei, vt reddant seu soluant vel re-
stituant centum, vel domos vel vineas quas inæstima-
tas dedi in dotem Titio viro quondam meo cum fru-
ctibus inde perceptis: propono actionem ex stipulatu.
Quòd sic rectè concipiatur libellus dicit d. l. vnic. §. ex-
actio. & § fructibus. C. de rei vxor. actio. saluo eo quod
de fructuum diuisione dicit l. diuortio. ff. solu. matrim.
ideò posui in libello de rebus inæstimatis: quia illæ
propriæ dicuntur dotales: vt in prædicta l. vnic. C. de
rei vxor. actio. §. cùm autem. Si enim darentur res æsti-
matæ: tunc res non possent peti, sed æstimatio sola. vt
C. de rur. dotium. l. quotiens. nisi sit electio mulieris. vt
ff. de iur. dor. l. plerunque. & nisi facta sit æstimatio, vt
sciat quanti deterior fundus factus sit. vt C. de iur. do.
l. si inter virum Illud autem est in hærede mariti, quòd
res immobiles incontinenti restituat, res mobiles an-
no transacto. vt C. de rei vxo. l. vna. §. actio. QVAESTIO.
† Sed quid si res mobiles vel se mouentes extant: nun- 12
quid dabitur dilatio anni? Respondeo, non puto: quia
vbi eadem ratio & idem iura. vt C. de constit. pecu. l. vl-
tim. & vbi ratio diuersitatis reddi non potest, idem ius
statuendum. C. de libe. præte. vel exhære. l. 3. licèt §. ex-
actio. indistincte loquatur. QVAESTIO. † Sed esto, quòd 13
res mobiles & se mouentes non existant: maritus au-
tem homo diues sit & bene soluendo: nunquid habebit
dilationem anni? Respondeo, non puto, argumẽt. Insti-
tut. de offic. iudic. in princip. QVAESTIO. † Sed pone, 14
quòd non est diues & habeat dilationem anni ipse ma-
ritus vel hæredes sui: mulier interim quid faciet: quia
dabit sibi alimenta maximè si tota dos consistat in mo-
bilibus. videtur in primis, quòd non debeat maritus
seu sui hæredes dare alimanta: cum enim habeat dila-
tionem illud tempus habet a fructibus dependendis.
vt ff. de vsur l. in fideicommiss. § in his quoque. Item
tempus illud apponitur ad commodum debitoris. vt
ff. de regu. iu. l. cum tempus. & ff. de leg. 1. l. si ita. §. Pega-
sus. quòd esset commodum si vellet dare alimenta vxo
ri cũ fortè illa esset deuoratrix. Ex aduerso videtur vt
interim debeat habere alimenta. nam cũ remaneat dos
penes maritũ: ergò cũ suo onere. s. vt debeat dare alimẽ
ta: quòd est vnum de oneribus matrimonij. vt ff. de iur.
doti. l. dotis fructus. & C. de iur. dot. l. pro onerib. & ar-
gu. ff. de acquir. rer. do. l. traditio. prætereà habet emo-
lumentum in fine vt interim non soluat: ergo habet o-
nus, scilicet alimentorum, iuxta regulam: vbi onus i-
bi & emolumentum. vt Institut. de leg. patr. tu. & C. de
fur. l. vltim. prætereà mulier ali debet secundum quan-
titatem dotis. vt ff solut. matrim. l. si cum dotem. §. si n.
autem. quàm dotem mulier ad suos victus suasque ali-
monias possidet. vt C. qui potior. in pign. l. assiduis. Itẽ
arg. pro hoc ff. ex quib. caus. in posses. ea l. Fulcinius. §.
vlti. & ff. de priuil. credi. l. vltim. Mihi videtur, vt licèt
mulier non sit amodò in obsequio mariti, in cuius ob-
sequio esse debet. vt C. qui potio. in pigno. haben l. vlt.
& ff. de oper. libert. l. sicut patrona & hoc est vnum de
oneribus dotis, quòd debet alere vxorem. vt ff. famili.
erciscun. l. si filia. §. si filius. & l. si maritus. cum ergo ma
trimonium sit solutum: cuius matrimonij onera susti-
nebit? certè nullius: tamen si vxor nihil habeat ne com-
pellatur meretricari (cũ sit abstinendum à malo, & ab
omni specie mali. vt extra. de vita & honestate cleri-
co. c. si cùm ab omni. & auferenda sit occasio delinquẽ-
di. vt argum. ff. de eo quod certo loco. l. 1. & C. de indic.
vidui. l. 2. & C. vnde vi. l. meminerint.) debet interim
habere alimenta. argum. ff. vt in posses. lega. l. qui lega-
torum. & arg. ad idem ff. de inoffic. testa. l. si institura. &
ff. de iur. deliberan. l. ait prætor. in fi & l. filius. & argu.
C. de ord. cogni. l. vlt. & argum. ff. de libe agn. l. si quis à
liberis. QVAESTIO. † Item quæritur an actio ex stipula- 15
tu rectè intẽtetur si certa quãtitas fuerit in dotẽ data:
cùm actio ex stipulatu competat ad incertum. de hoe
dicas

dicas sicut in hac eadem actione notaui. nec mireris, si actio suam mutet naturam propter priuilegium dotis. nam & aliàs actio quę est bonæ fidei, de sui natura propter pactum appositum incontinenti mutat suam naturam, & fit stricti iuris: licèt pariat nouam, tamen primam informat. vt ff. de pact. l. iurisgentium §. 2. & §. adeò. & C. de pact. inter em[...] vend. l. 2.

16 † QVAESTIO. Item quæritur an maritus teneatur restituere dotem si vxor decedat: & filij ex eodem matrimonio supersint? Respondeo: refert de qua dote loquaris, an de aduentitia, an de profectitia. si de aduentitia in qua non est dissensio inter Doctores: tunc si extraneus ille qui dat dotem, stipuletur vel paciscatur illam sibi reddi, ille solus habet actionem & sibi soli restituetur: alioquin sola mulier vel hæredes sui puta filij, habebunt: & intellige dotem aduentitiam quam dat aliquis extraneus. & extraneum intellige omnem personam præter illam quæ habet personam dotatam in potestate. vt C. de iur. dot. l. auia. & C. de rei vxor. action. §. accedit. & §. extraneum. in extraneo etiam dante dotem loquitur. ff. de condict. causa data. l. si extraneus. & ff. solut. matrimo. l. si cùm dotem. quæ leges videntur contrariæ: sed non sunt. nam in l. si extraneus. verbum distributiuum, quisquis, fuit appositum vt ff. de heredib. Institu. l. quisquis. & ideò omnes casus continentur in dict. l. si cum dotem. vnus casus fuit exceptus, & ideò in alijs non videtur præiudicasse: vt aliàs ff. de euictio. l. qui libertatis. alias solutiones quære quas notauit ibi dominus meus. Si autem dos sit profectitia in qua Doctores dissentiunt (quæ sit profectitia legitur ff. de iure dotium. l. profectitia. & l. hanc quæstionem) tunc si pater qui dat dotem stipuletur incontinenti illam sibi soli reddi, sibi reddetur etiam filijs extantibus. vt ff. solut. matrim. l. quotiens. Si autem non stipuletur, tunc actio de dote erit communis patri & filiæ. vt ff. solu. matr. l. 2. Et tunc quæritur quare extraneus vel mater vel auus ex solo pacto quærat actionem, scilicèt præscriptis verbis: pater autem non, nisi stipuletur: vt in prædicta l. auia. & ff. soluto matrim. l. quotiens. Respondeo. quia magis fauent iura extraneo paciscenti, qui mulierem dotare non cogitur, quam faueant patri: quia filiam dotare cogitur. vt C. de dotis pro. l. vltim. est & alia ratio: patri competit ipso iure actio, vt dictum est: quæ actio non potuit innouari per pactum: sicut hoc notat dominus meus in summa de rei vxor. action. circa princi. In hoc etiam casu quando non stipulatur sibi soli reddi, in quo est maior dubitatio, si de profectitia loquitur, ad patrem redire debet, siue filij extent siue non filia in matrimonio mortua. & hoc sentit B. Dominus Ioan. & dominus meus. faciunt iura pro eis. C. soluto matrim. l. dos à patre. quæ lex indistinctè dicit dotem redire ad patrem. Item aliud ar. ff. de iure doti. l. iure succursum. Item C. de bonis quæ liberis. l. 1. & C. de rei vxor. act. l. vnica. §. sileat. & ff. de dote præleg. l. 1. responso primo. & ff. de pact. dot. l. si conuenerit. & l. si pater. & ff. solut. matri. l. si dotali. patri enim dos debet restitui ratione pacti, vel etiam pro dimidia saltem quæ sibi competit: videlicèt beneficio legis, domino tamen M. & P. videbatur, vt dos profectitia reuertatur ad patrem, quando liberi non extant, & quando mulier in matrimonio decedit: aliàs liberi extantes illi succedunt, & dos remanet penes patrem ipsorum quasi penes legitimum administratorem. vt C. de bo. mater. l. 1. Quòd filij succedant est ratio. Certum enim est quod dos sit proprium patrimonium mulieris. vt ff. de minor. l. denique. ergo filij succedunt in dicto patrimonio, sicut in patrimonio matris: cũ in successione ab intestato prima causa successionis sit filiorum vt Insti. de hæred. quæ ab intest. defer. & in Auth. eo. tit. Item aliud arg. ff. sol. matr. l. post dotem. & C. de collat. l. illam merito. nam nepotes ex filia coguntur conferre dotem: ergo cõstat quòd filij & non pater in dotem succedat. l. vnic. §. ille sileat. C. de rei vxo. act. intelligitur, quando matrimonium solutum est diuortio: tunc enim mulier habet dotem etiam si pactum esset factum vt dos apud maritum remaneret filijs superstitibus. vt ff. de dote prælcg. l. 1. respõso. 2. Tu elige de istis duabus sententijs quæ tibi placet. & hoc notat dominus meus in summa de rei vxor. acto. & in summa. solu. matri.

17 QVAESTIO. † Illud autem quæritur quàdo nascatur actio ex stipulatu, quæ datur vxori pro dote repetenda? de illa enim quæ datur marito pro dote petenda non est dubium: quia incontinenti nascitur. de hac dissentiunt Doctores. quidam dicunt quòd nascitur statim dote data: sed non intenditur nisi solut. matrim. & vtuntur his argumentis, quotiens aliquid debetur sub conditione, quæ omnimodo est extitura, interim orta est obligatio, & actio, adeò quòd solutum interim non repetatur quasi debitè solutum. vt ff. de condi. inde. l. nam & si. & l. quòd sub condictione. & relictum sub tali condictione, quæ omninò est extitura, transmittitur ad hæredem. vt ff. quando di. lege. ce. l. si cùm hæres. sed dos debet reddi sub condictione quæ omninò est extitura, scilicèt solu. matrim. ergo interim nascitur obligat. & acti. domino tamen Io. visum est eam nasci demum solu. matr. sicut simile not. supra in actione tutelæ & actione pigneratitia.

Si facias aliquod opus propter quòd aqua pluuia nocere potest, competit contra te actio aqua pluuia arcenda.

De aqua pluuia arcendæ. Rubr.

1. *Actio de aqua pluuia arcenda vt competat, quot necessaria sint.*
2. *in Prædio suo rustico actio aqua pluuia arcenda quare locum habeat.*
3. *Fructuarius si fecit aliquod opus in fundo, vbi vsumfructũ habebat, nunquid actione aqua pluuia arcenda teneatur vel si fecit aliud opus in suo. vnde fundo fructuario nocere possit, nunquid fructuarius aget.*
4. *Colonus vel procurator si in fundo domini opus fecerit, quis conueniatur.*
5. *Extraneus si fecit opus, an teneatur præstare patientiam, cùm sit ille cui hæres extitit.*
6. *Secundus si non immutat, sed patiatur vt per fundum suum tertius immittat, quid iuris.*
7. *Positiones actoris & Rei in actione aq. plu. arc. nu. 8.*
9. *Libelli in actione aq. plu. arc. quomodo formetur. nu. 10.*

SI facias aliquod opus propter quod aqua pluuia nocere possis, competit contra te actio aquæ pluuiæ arcendæ. Contingit sæpè, quòd propter opus manu factum in agro alicuius alterius prædio aqua pluuia, id est, pluuia quæ est aqua: vel aqua pluuia, id est, aqua pluuialis nocere possit: vnde cõsulitur domino illius prædij, cui aqua illa nocere potest per actionem specialem, scilicèt per actionem aquæ pluuiæ post lit. contest. contingens emendare. [S]i autem posteà, opus ab alio factum tenetur præstare patientiam, vt destruatur. vt ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. 1. & 2. & §. in summa. & [l.] si tertius. §. pen. & vltim. Illud tamen in primis nota secũdum quod notat dominus meus, quòd rubrica ista sic intitulatur. De aqua & aqua pluuia arcenda, & de actione aquæ pluuiæ arcendæ. & ita multi libri habent: sicut etiam habebat dominus Rog. secundum hoc rubrica ista tractat de aqua quæ non sit pluuia vel pluuialis, & de aqua pluuia. de prima aqua dicit ff. eod. tit. l. si prius. 1. responso & 2. de alia aquà tractat totus titulus: tractat etiam de interdicto de actione aquę pluuiæ arcendæ. Alij libri habent rubricam, De aqua pluuia arcenda, sed idem est.

1 † Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis opus manu faciat. vt ff. eodẽ. l. 1. § hæc autem actio. Secundum, quod in loco suo faciat. Cæterùm si opus de natura loci sit hæc actio non habet locum. Item & si in publico, non habet locum similiter hæc actio. vt ff. eo. l. 1. §. hæc autem act. in fi. l. apud Trebatium. §. aquæ pluuiæ. Tertium, quòd propter illud opus aqua nocere possit: non tamen quòd nocuerit, nisi post litem constatam. vt ff. e. l. 1. §. 1. & 2. & l. si tertius. §. offic. & ff. de statu libe. l. scilicèt Labeo. Quartum, quòd aqua illa sit pluuialis vel pluuiali admixta, ad hoc vt locũ habeat hæc actio directa:

recta: si autem alia aqua damnum dabit, habet locũ vti
lis secundum quosdam, secundum alios locum habet
negatoria. vt ff. eod. l. 1. & 2. & l. si plusquam. §. 1. & 2. &
§. placuit. & l. 1. §. item sciendum. vel in factum datur.
vt ff. de præsc. ver. l. quotiens. aqua autem pluuia dici-
tur, quæ de cælo cadit aut imbre excrescit: aut colorem
mutat: vel increscit aqua illa cui aqua pluuia iungi-
tur: sicut contingit in multis fluminibus. vt ff. eod. l. 1. §.
aquam pluuiam. & §. in summa. Quintum, quòd aqua
illa possit nocere agro: non autem si ædificio vel oppi-
do vel domui: tunc enim locum habet negatoria. vt ff.
eod. l. 1. § item sciendum. locum enim habet hæc actio,
dummodo prædio rustico aqua nocere possit propter
illud opus: siue oriatur aqua in loco priuato siue in pu
2 blico siue in fundo locato. vt ff. eodẽ. l. 1. §. sciendum. &
§. Cassius. & §. apud Labeonem. QVAESTIO. † Sed illud
quæritur quare pro prædio rustico locum habeat hæc
actio? Respondeo: ideò quia pro prędio rustico tantùm
hæc actio competit: & est ratio. cum enim aliquid quis
faciat in suo contra eum nullam habeo actionẽ: vnde
pro futuro damno specialissimam hanc habeo actio-
nem. In prædijs autem vrbanis locum habet negatoria,
quæ locum habet quotiens quis facit in re aliena, quòd
iure seruitutis facere non posset. vt ff. si seruit. ven. l. 2. 1.
responso. & hæc not. dominus meus: posset fortè etiam
habere locum negatoria. Sextum, quod causa nocendi
vicino factum sit opus illud. Cæterùm si agri colendi
& arandi & fructus percipiendi causa factum sit, non
habet locum hæc actio. vt ff. eod. l. 1. §. de eo opere. sicut
nec habet locum quando iussu publicæ authoritatis o-
pus factum possit nocere: vel quando vetustas excedit
memoriam: vel natura loci, vel etiam pactum. vt ff. eo.
l. 1. §. hæc autẽ actio. & §. illud huic. & §. vlt. & l. in sum-
ma. §. 1. & §. Cassius. & §. item Labeo. & §. vlti. & l. vlti.
Item cessat hæc actio si iussu principis aut senatus aut
illorum qui primò constituerunt agros. scilicet, quan-
do non extat memoria vt ff. eod. l. 1. § qui iussu. Septi-
mum, quod opus illud sit factum ignorante illo cuius
prædio aqua nocere possit. cæterum si eo sciente, cessat
hæc actio. vt ff. eod. l. Labeo. & l. sed hæc ita. & l. in con-
cedendo. Octauum, quòd damnum futurum timeatur.
cæterum lucrum tibi auferre possum. nam si opus facio
in meo & sic venæ putei tui præcisæ sunt, non teneor
hac actione. vt ff. eodem. l. 1. §. hæc autem actio. & §. de
eo opere. & §. idem ait. & §. denique. simile argum. ff. de
dam. infec. l. Proculus. cùm damnum dicatur diminu-
tio rei meæ. vt ff. de dã. infect. l. 2. ideò autem dixi, quòd
3 dominus faciat in suo, ad hoc vt locum habeat directa
actio contra eum qui opus facit. QVAESTIO. † Quid
autem si fructuarius fecit illud opus in fundo, vbi ha-
bebat vsumfructum: nunquid tenebitur hac actione:
vel nunquid si fecit alius opus in suo, vnde fundo fru-
ctuario possit nocere: nũquid fructuarius aget? Respõ.
directa non aget, nec tenebitur: vtili autem actione a-
quæ pluuiæ arcendæ & aget & tenebitur. vt ff. eod. l. a-
4 pud Trebatium. §. vlt. & l. si vsusfructus. † QVAESTIO.
Quid si colonus vel procurator fecit opus in fundo do
mini quis conuenietur? Respondeo: si fecerit sciente
domino, dominus tenetur hac actione, quòd destruat:
quòd si eo ignorante tantum præstabit patientiam, vt
opus illud destruatur. vt ff. eod. l. quanquam. §. 1. & §. i-
dem. & §. vltim. & l. si colonus. ipse autem colonus seu
procurator tenebuntur interdicto quod vi aut clã pro
5 impensis pro toto interesse: vt in prædi. legibus. QVAE-
STIO. Quid si extraneus fecit? teneor præstare patienti-
am, nisi sit ille cui hæres extitit vt ff. eodẽ. l. si Titius. §.
vlt. Quid si socius? Quid si venditor meus? tunc patien-
tiam præsto. vt ff. eod. l. emptor. & l. si venditio. Quid si
tertius mediante alio & immittente alio opus faciat?
6 Respondeo: cum vtroque agere possum hac actione. vt
ff. eod. l. si tertius. in prin. QVAESTIO. † Quid autem si se
cundus non immittat, sed patiatur vt per fundum suũ
tertius immittat? non videtur quòd possit agi contra
secundum: quia nullum opus fecit. vt ff. eodẽ. l. 1. §. hæc
autem actio. Respondeo, contra tertium tantùm agi po
test. vt ff. eo. l. sup. iter alienum. §. vlt. hic enim qui pati-
tur alium ducere, non suo nomine patientiam seu vo-
luntatem accommodat, ideoq; non tenetur hac action.
Item nec negatoria, quia non dicit seruitutem sibi de-
beri: posset tamen distingui. vt ff. ne quid in loco pub.
fi. l. 1. §. si quis cloacam. & hoc notat dominus meus in
d. l. si tertius. Illud autem nota. quòd quotiẽs opere ma-
nufacto aqua fluat aliter quàm natura solita sit fluere,
locum habeat hæc actio: siue immittat aquam vel faci-
at maiorem vel citiorem vel vehementiorem vel com-
primendo faciat eam redundare. vt ff. eod. l. 1. §. hæc au-
tem actio. vnde si aliquis plãtat salicta, & propter hoc
aqua restagnat, vt vicino nocere possit, competit actio
aqua plu. ar. vt ff. eo. l. 1. §. de eo opere. in fin. Vnde quæ-
rit dominus meus quomodò in hoc casu cõpetere pos-
sit actio aquæ plu. arc. imò potiùs deberet competere
actio aquæ plu. non arcen. nam posset agi contra eum,
vt non arceat. Respondeo: actio ista proponitur pro a-
qua arcenda, & pro aqua non arcenda nec ob. quòd vo-
cetur actio aquæ plu. arcen. nam & actio ad exhibendũ
& rei vendicatio contra dolosos & contra eos, qui ma-
la fide tignum iniunxerunt proponitur, non vt res ex-
hibeatur vel vendicetur: sed vt iuretur contra eos in
litem: licèt nomen aliter insinuet. vt ff. de rei vẽd. l. qui
restituere. & ff. de tig. iniunc. l. 1. § vlti. Item actio com-
muni diui. pro sumptibus & fructibus perceptis, non
pro diuisione facienda plerumque proponitur. vt ff. cõ
muni diuid. l. 2. §. sicut. Item actio ex empto competit
ad complendam emptionem, & ad dissoluendum. vt ff.
de act. emp. l. ex empto. § 1. & §. is qui vina. idem in acti-
one pro soci. vt ff. pro soci. l. actio. §. 1. & §. nunquã.
vnde differẽtiam nominis pertinacibus relinquamus.
vt C. de const. pe l. 2. In hac autem actione act. fa. ta. po.
† POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tu fecisti opus ma 7
nu in prædio tuo. Item propter opus aqua plu. nocere
potest prædio meo. Item prædium illud cui nocere po-
test, est rusticum. Item illud opus fecisti animo nocen-
di. Item illud opus me ignorante fecisti. Item propter
opus illud aqua pluuia damnum mihi inferre potest.
Econtrà Reus fa. tal. positio. POSITIO REI. † Ego dico, 8
quòd istud opus naturaliter se ita haber. Item tu feci-
sti mihi pactum illud ædificium ita habere. Item tanto
tempore stetit sic ædificium, cuius non extat memoria.
Itẽ illud ędificium tantũ tibi lucrũ aufert. Item domus
tua coniuncta est illi prædio in cuius loco illud ædifi-
cium factum est. Item illud opus feci te sciente. In hac
autem act. concipie act. libellum. LIBELLVS. † Ago ego 9
R. contra M. qui tale opus fecit in prædio suo, propter
quod aqua pluuia damnum dare potest agro meo, vel
prædio meo nocere potest: vnde opus illud in pristinũ
statum peto restitui: vel peto illud opus amoueri, & dã
num quod post litem contestatam contingit resarciri
peto: pro opere destruendo propono act. aquæ plu. arc.
pro damno postea contingente propono officium iudi-
cis. Quòd sic rectè conci. libellus dicit ff. eod. tit. l. 1. §. 1.
& 2. & §. de eo opere. & §. in summa. & l. si tertius. §. of-
ficium. OPPOSITIO. Sed non videtur, quòd libellus
bene concipiatur propter duo. In primis, non potest
videri in iudicium venisse vel venire, quòd post lit. cõ
test. contingit: ideoque alia interpellatione opus est.
vt ff. de iudic. l. non potest. Item de his rebus quæ ven-
turæ sunt iudicium instirui non potest. vt ff. de iudic. l.
non quemadmodum. Respondeo: l. prædic. non obstat:
quia loquitur in re prorsùs alia. cæterùm si in eadem
secùs. vt ff. de aqua plu. arcen. l. Atteius. §. vlt. & ff. de æ-
dili. edict. l. ædiles etiam §. item sciendum. Item l. non
quemadmodum. non obstat: quia res illa non venit in
iudicio quæ nullo modo aduenit. Cæterùm si incipiat
deberi, venit in iudicium etiam id quod futurum est.
vt ff. de pecul. l. quæsitum. §. 1. & ff. depositi. l. 1. §. non tã-
tùm. In actione autem præsenti quæritur quare veniat
id quod futurum est? propter naturam ipsius actionis
quæ tantùm futura damna respicit, licèt omnes aliæ re
spiciant præterita. vt ff. eodem. l. Atteius. §. in hoc iudi-
cium. & hoc ideò quia opus iam factum erat. vnde vt
futurum damnum veniat quod post lit. contest. contin-
git, non est mirum: imò etiam plus in hac actione ide>

admittitur actor, quia solùm futurum damnum timetur, vt dictum est. OPPOSITIO. Item etiam alio modo opponitur: esto quòd damnum post lit.contest.contingens veniat officio iudicis, vt dictum est: quare habetur expressa mentio de officio iudicis in libello? propter duo. In primis, quia etiam si nõ petatur in libello, nihilominùs tamen si damnum post lit.contest.contingeret officio iudicis veniret: sicut generaliter est in omnibus, & maximè in his vbi officium iudicis deseruit actioni: nam dicit rubrica, quòd ea quæ ante lit. cõtest. contingunt nominatim sint comprehendenda. quæ autem posteà contingunt valdè pertinent ad officium iudicis: sicut in hoc exemplo in fructibus & espensis & alijs: quasi dicat valdè pertinent, quia si non petantur in libello, dummodò fiat mentio in iudicio nihilominùs veniunt. vt ff. de ædil. edi. l. ædiles etiam. §. item sciendum. OPPOSITIO. Item & alio modo opponitur vbicumq; actio proponitur cui officium iudicis deseruit, sufficit si sola actio proponatur. vs in action. quòd metus causa, vt ff. quòd me. causa. l. metum. §. es hoc edicto. & C. depositi. l. 4. multi per metum istarum quæstionum dicunt libellum simpliciter sic concipiendũ.
10 † LIBELLVS. Ago actione aquæ plu. arc. vt opus factum amoueatur: propterea quod aqua plu. prædin meo nocere potest: propono actionem aquæ plu. arc. non faciunt mentionem in libello de officio iudicis: dicunt tamen si damnum contingat post litem contest. posteà dicunt iudici: domine iudex damnum tale cõtingit post lit. contestatam: reducimus hoc ad memoriam vestrã, vt vestro officio debeatis cùm etiam in æstimatione illius damni condemnare. Nobis autem videtur libellũ de iure bene esse cõceptum. In omnibus enim vbicumque aliquid venit officio iudicis, rectè in libello proponitur officium iudicis. verbi gratia: vnicum exemplum notabo. In rei vendicatione veniunt fructus officio iudicis & non iure actionis: quia si iure actionis venirent, iam esset mista & bonæ fidei, sicut petitio hæredit. sed illa est stricti iuris: & tamen officio iudicis veniunt fructus etiam percipiendi à malæ fidei posses. & fine tit. vt C. de rei vend. l. centum. & ff. de rei vendi. l. qui restituere. vnde si in rei vendicatione diceremus sic: rem talem peto per rei vendic. cum fructibus percipiendis: pro re rei vendicatione propono: pro fructibus officium iudicis. certè non errarem.

Si immittis animalia tua in prædium alterius, vt frumentum depascant, dabitur contra te actio de pastu pecoris.

De actione de pastu pecoris. Rubric.

1 *Actio de pastu pecoris vt procedat, quot requirantur.*
2 *Positiones actoris & Rei in actione de pastu pecoris. & num. 3.*
4 *Libelli in tali actione de pastu pecoris quomodo concipiatur.*
5 *Damnum datum in frumento dum est herba quomodò æstimari debeat.*
6 *Dominus dando animalia noxæ, an liberari possit.*

SI immittis animalia in prædium alterius, & frumẽtum comedant, dabitur contra te actio de pastu pecoris: si aliquis immittit oues vel alia animalia in prædio tuo: & depascantur frumentum tuum vel ordeum vel alios fructus vel glandem, competit contra eum actio quæ vocatur speciali nomine de pasto pecoris. vt ff. de præscrip. ver. l. qui seruandarum. §. vltim. in qua l. solummodo de nomine istius actionis inuenies: & intelligas nomine glandis, omnes fructus cõtineri. vt ff. de gland. leg. l. vnica. licèt l. qui seruandarum. de glande tantùm loquatur. Item licet loquatur de pecore: intelligas etiam de omnibus animalibus, quæ pascũtur: cùm nomen pecoris, sit nomen generale, comprehendens oues & boues & vniuersa pecora campi. vt ff.
1 de ædil. edi. l. ædil. aiunt. §. iumentorum. † Vnde ad hoc vt actio ista competat tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis immittat pecora in prædium tuum. Secũdùm, quòd in tuo depascantur glãdes: alioquin si glãs tua cecidisset in prædium meum vicinũ, & ego immisso pecore depasco, non habet locum de pastu pecoris: sed habet locum in factum. vt ff. de præscri. verb. l. qui seruandarum. §. vlti. & hoc quando sine dolo: alioquin si dolo immisi, locum habet act. ad ẽs hiben. vt ff. ad exhibẽ. l. Iul. §. glans. QVAESTIO. Quid autem si oues meæ depascantur in tuo sine mea immissione: nunquid habet locum hæc actio? Respondet dominus meus quod locum habeat vtilis actio de pauperie: directa enim nõ habet locum: quia damnum non est datum contra naturam: & sic verba deficiunt, cum ergo sententia locum habeat, vtilis locum habet. vt & alias. ff. si quadru. pau. fec. di. l. pen. de pastu pecoris non locum habet, quia oportet vt tuas oues intromittas, vt dictum est. actio legis Aquil. non habet locum, quia illa tũc locum habet, quando damnum fit per iniuriam. vt Institut. ad leg. Aquil. circa prin. & animalia non possunt damnum dare iniuria, cum sensu careant. vt ff. si quadru. pau. fe. di. l. 1.
In hac actione actor sic ponet. POSITIO ACTORIS Ego dico, quòd tu immisisti pecora tua in prędio meo. Item illa pecora comederunt glandes meas. E contrà 2
Reus sic ponat. † POSITIO REI. Ego dico, quòd pecora quæ depasta fuerunt glandes tuas fuerunt Titij. Item pecora mea per se intrauerunt. Item glandes tuæ saluæ 3
sunt. In hac act. concipiet act. sic libellum. † LIBELLVS. Ago ego R. contra M. qui immisit pecora sua in prædium meum: & glandes meas vel frumentum vel ordeum meum depasta sunt, vel pauerunt, vel comederunt: vnde damnum illud quod æstimo 10. mihi resarciri peto: propono actionem de pastu pecoris. Quòd sic rectè cõcip. libellus dicit ff. de præscript. ver. l. qui seruandarũ §. vltim. OPPOSITIO. Sed videtur quòd actio ista nõ possit competere, nec possit esse de pastu pecoris propriũ nomen actionis. Certum enim est, quòd damnum datũ est à corpore in corpus: quia pecora quę corpus sunt dederunt damnum in frumentum meum, vel in glãdes meas, & sic locum habet directa actio leg. Aquil. vt Institu. ad leg. Aquil. §. vlt. Responden: nõ est verum hoc. quòd enim dicis damnum datum à corpore &c. verum est à corpore hominis: quia homo potest damnum iniuria dare. cæterum si corpore animalis, tunc locum habet de pauperie. sed quare non habeat locum in hac eadẽ actione notatũ est. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur: videtur agẽdum vtili Aquil. ad exemplum enim l. Aquil ago de his quæ pasta sunt. vt C. ad leg. Aquil. l. de his. Respondeo, quòd ibi dicit ad exemplum, intellige de pastu pecoris q.d. ista de pastu pecoris ad similitudinem legis Aquili. est inducta: directa enim actio nec vtilis posset locum habere, quia corpus non est læsum: frumentum enim ideo est inuentum, vt comedatur: vinum vt bibatur. in quo casu si homo dedisset hoc damnum, locum haberet vtilis. vt ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit § si quis vinum. Cæterùm si animal, locum habet de pastu pecoris: quam dico esse proprium nomen actionis ex l. 11. tabul. descendentis: vt in prædic. l. qui seruandarum. & in hoc etiam cõsentit dominus meus: licet antiqui dixerint, quòd non sit proprium nomen actionis: sed dicatur vtilis legis Aquili. action. per l. de his C. ad leg. Aquil. sed l. illa loquitur quando glandes immaturæ fuerunt: tunc fortè vtilis Aquil. locum habet: sed si maturæ tunc de pastu pecoris. vt ff ad l. Aqui. l. si seruus seruum. §. vltim. vel dic vt supra dixi in hac eadem actio. QVAESTIO. † Item quæritur quomodò de- 5
beat æstimari damnum datum in frumento, dum est in herba. Respondeo duobus modis. vel spectabitur tempus messium, vt sciamus quantum ex simili frumento habebitur: vel considerabitur fructus quantus in anno præterito habitus fuit. pro primo exemplo habes argumen. ff. ad l. Aquil. in l. Aquil. si dclatum. & de tab. ex-
hi. l. locum. §. condemnatio. † QVAESTIO. Item nunquid 6
dominus dando animalia noxæ potest liberari. Ioano. respondit si ipse immisit, non. aliàs credo contrarium. vt Institut. si quadru. pau. fe. di. & ff. de nox. l. in delictis.

Si alicui relinquantur legata, petet illa actione ex testamento.

De actione ex testamento.
Rubric.

1 *Actio ex testamento vt veniat quot exigantur.*
2 *Codicillos si quis faciat, in quibus non potest directò hæredem instituere, quid iuris.*
3 *Hæres primus institutus si hæreditatem adire nolit, qualiter consulitur illi cui hæreditas restitui debet, & qualiter legatario.*
4 *Legatarius quid faciet, si ille cui debet hæreditas restitui, nolit primum compelli, vt sibi restituat, primus etiam non adijt.*
5 *Institutus in codicillis vt alij restituat, vel ille cui debet restitutio fieri, si proximus sit, qui ab intestato succedere possit, quid iuris.*
6 *Legatarij quem conueniant, si nullus in codicillis institutus sit vt restituat, sed tantum in codicillis legata relicta sint*
7 *Legata relicta an peti poterunt, si testator hæredem instituat, non coram septem, sed quinque testibus.*
8 *Legatarij quem conueniant, si aliquis non instituit hæredem sed tantum legata reliquit, putà in codicillis, quibus reliquit aliquem distributorem. &c.*
9 *Distributor si loco hæredis fuerit, quas actiones intentabit, & quibus teneatur.*
10 *Hæres vel distributor, an teneatur dare instrumenta legatario, quæ ad rem legatam pertinent.*
11 *Libellus in actione ex testamento quomodo concipiatur.*
12 *Fructus & vsura an à tempore moræ vel litis contestatæ veniant.*
13 *Legatario quomodo simul pro re legata petenda detur rei vendicatio, & hypotecaria.*

FACIVNT aliqui aliquando testamentum, & hæredes instituunt, & legata relinquunt, & hæredes
nolũt legatarijs soluere: ideò legatarijs iura succurrunt, scilicèt tribus actionibus, scilicèt actione ex
testamento, quæ personalis est, actione in rem, scilicèt
rei vendi. & actione hypothecaria, per quas legata cõ-
sequuntur ab hærede. vt C. communia de leg. l. 1. & ff. de
leg. 1. l. cùm filius. §. varijs. de prima videamus, scilicèt
de actione ex testamento de alijs dicemus aliqua: quia
plenè diximus de natura ipsarum generaliter supra,
scilicèt de rei vendi. & de actione hypothecaria. † Vn-
2 de ad hoc vt actio ista competat tot sunt necessaria. In
primis, quòd aliquis faciat testamentum. Secundum,
quòd persona sit talis, quæ possit testari. quæ autẽ sint
illæ personæ quæ testari non possint, legitur Inst. quib.
non est per. fa. test. & ff. qui te. fa. poss. l. si filius. §. vltim.
Tertium, quòd in illo testamento instituerit sibi hæredem, qui est caput & fundamentum totius testamenti.
vt Institut. de hære. instit. & ar. ff. de pig. l. si superatus.
& ar. C. de fideicommiss. l. eam quam. Quartum, quòd
talis sit persona legatarij, quæ possit capere ex testamẽ
to: alioquin legatum non valet. vt ff. de leg. 2. l. si Titio.
la prima. Quintum, quòd testamentum sit factum secundum iura. vt ff. qui testa. fa. pos. l. si quæramus. Qualiter autem fiat testamentum coram 7. rogatis: & qualiter aliæ solennitates debeant interuenire dicit C. de
testi. l. hac consultissima. Sextum, quòd illud testamẽtum sit vltimum. alioquin si primum fiat & mutetur,
statur secundo: vt in prædi. l. hac cõsultissima. imò plus
si in secundo testamento cõfirmatur primũ, quod nunquã
agetur nisi ex secundo. vt ff. ad Trebel. l. si quis priorẽ.
2 † QVAESTIO. Quid autem si aliquis faciat codicillos,
in quibus non potest hæredem directò instituere. vt Instit. de cod. §. vlt. & C. de codi. l. hæreditatem. & in illis
relinquat legata, qua actione relicta legata petentur?
Respondet dominus meus vtili ex testamento, vel cõdi. ex leg. vt C. de cod. l. vlt. pro prima actione facit ratio. Certum est, quòd legata relicta in testamento petũtur directa actione: testamentum. n. in quo est hæres institutus, est vltima nostræ mentis sententia. vt ff. de testam. l. 1. testamentum enim dicitur vetus codex: codicillus autẽ dicitur paruus codex, in quo licèt sit nostræ
mentis testatio quò ad legata, & quò ad alia: non tamen
est nostræ mentis testatio ad id quod maius est scilicèt
ad instituendum hæredem, id est, dominum loco nostri.
pro secunda actione facit ff. de cod. ex lege. l. vnica. hæc
quæstio procedit in codicillis, quando aliquis per obliquum relictus est hæres: putà per fideicomm. quia est
persona à qua possum petere legatum, & quando bona
testatoris possidet. QVAESTIO. † Quid autem si primus 3
institutus nolit adire, qualiter consulitur illi cui debet hæreditas restitui? qualiter etiam consuletur legatario? Respondeo illi cui debet fieri restitutio per fideicommissum consuletur vtili beneficio Trebelli. vt
ff. ad Trebel. l. 1. §. hoc autem scilicèt senatuscon. & sic
facta sibi restitutione legatarius ab eo petat legatum.
† QVAESTIO. Quid autem si ille cui debet hæreditas re- 4
stitui, nolit primum compelli, vt sibi restituat: primus
etiam non adijt: quid faciet legatarius? Respondeo: idẽ
quòd in testamento, vt non possit legatum petere: quia
ea quæ in testamento vel in codicillis relinquũtur, ita
demum valent si ex testamento vel ex codicillis adeatur hæreditas: vt suprà dixi. QVAESTIO. † Quid si for- 5
tè institutus in codicillis vt alijs restituat, vel ille cui
debet restitutio fieri sit proximus, qui potest ab intesta
to succedere, & ideò de tali aditione non curat: sed bona ab intestato possideat. Respõdeo: tunc legatarius petet legatum per edictum si quis omis. causa te. vt ff. si
quis omiss. causa te. l. 1. QVAESTIO. † Quid autem si nul- 6
lus in codicillis sit institutus, vt restituat: sed tantùm
legatarij, quem conuenient: quam actionẽ intentabũt?
Certum est enim quod in codicillis sola legata possũt
relinqui: & specialiter propter legata relinquenda sine institutione hæredis inuẽta fuit solennitas codicillorum. vt Insti. de codi. Respondeo: in hoc casu tale inuenio consiliũ: quòd aut bona testatoris possidẽtur ab
aliquo, aut non. si non possidentur promptum est remedium. vel petet missionẽ in bonis auctoritate iudicis.
vt ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. 1. vel petet dari curatorẽ bonis, quem loco hæredis conuenient. vt ff. de cur. bo. dã.
l. 2. si autem bona possidentur ab aliquo, tunc legatarij
agunt hypothecaria. cùm enim tres actiones competãt
legatario, vt dictum est. ista sola cõpetit quæ datur vi
beneficio legis: sicut pupillo in rebus tutoris. vt C. de
admi. tu. l. pro offic. & sicut in dote. vt C. de rei vxo. ac.
l. 1. vnic. & sic in alijs casib. C. & ff. in quib. cau. pign. ta.
contra. prima enim. s. ex testamento dari non potest. illa enim cùm sit personalis, solummodò contra hæredẽ
datur: quia est obligatus legatario ex quasi contractu.
vt Inst. de obli. quæ ex quasi contract. ori. Item rei vendi. non potest competere: quia illa competit quãdo hæreditas est adita: & tunc dominium rei legatæ transit in
legatarium. vt ff. de fur. l. à Titio. quòd hic non est. Item
illa locum habet quando propria testatoris fuit res legata: tunc transit dominium, in re aliena habet publicianam. vt ff. de publ. l. 1. si tamen fuit quantitas relicta,
rei vendicatio non habet locum. restat ergo vt sola hypothecaria competat. † QVAESTIO. Quid autem si hære 7
dem instituat, & non coram 7. sed 5. testib. nunquid legata relicta poterunt peti? Respondeo non: quia voluit
facere testamentum, & non codicillum. vt C. de testa. l.
non codicillum. nisi rogati fuerint venientes ab intesta
to. vt C. de fideicõ. l. eam quam. vel nisi dictum sit, si nõ
valet hæc voluntas iure testamenti, valeat saltem iure
codicillorum: tunc peteretur vtili ex testamento, sicut
ex codicillis, vel condictione ex lege, vt dixi C. de codic. l. vlt. quam l. quam l. quidam malè intelligũt: quia
dicunt, quòd si aliquis egerit ex testamento, nõ potest
agere ex codicillis: & econuersò. quòd non est verum:
imò lex illa loquitur quando ex eadem voluntate volebat agere ex testamento, & ab intestato, id prohibetur in l. illa. alioquin cùm sint diuersa auxilia, si egi vno auxilio, possum agere postea alio. vt C. de codicill.

l. si idem. C. de inoffi. test. l. eum qui. & l. contra. QVAE-
8 STIO. † Idem quid erit sicut sæpè cootingit, quòd aliqois non instituit hæredem, sed tantùm reliqoit legata: putà in codicill. in quibus reliquit aliquem distributorem, per quem vult omnia legata solui: quem con ueoient legatarij? nunquid illum fideicommissarium, & qua actiooe? nunquid ille distributor erit loco hæredis? hanc quæstionem de facto tractaui. & videtur quòd ille distributor habeatur loco hæredis, præterquàm in falcidia. vt C. de episc. & cleri. l. si quis ad declinandam. & in Authen. de eccl. tit. §. si autem aliquis colla. 9. & C. de don. l. si quis pro redemptione. optimũ arg. est ff. de ali. leg. l. pecuniæ. & l. alio. compelli enim potest talis distributor. vt in Authen. de eccle. titu §. si quis autem facere iussus. arg. etiam ad idem ff. de leg. 1. l. si seruus. §. qui margaritam. & ff. de leg. 2. l. si quis Titio 10. Econtrà videtur vt non sit loco hæredis, nec possit compelli. quòd probatur. ff. ad trebel. l. Lucius Titius. §. Mœuia. Item non potest compelli: quia quantum aliquem hoooramus, tantum eum possumus onerare. vt ff. de leg. 2. l. Imperator. Item si testatori placuisset eum fortè hæredem fecisset. vt C. de cadu. tol. l. vnica. circa fin. & quòd allegas pro parte alia, in casibus specialibua loquitur propter fauorem vel captiuorum vel pauperum. vel alimentorum. quòd potuit ergo testator, scilicèt facere hæredem, ooluit: quòd voluit ordinare distributorem, vt sit loco hæredis, non potuit: & sic locum habet rubrica C. si quis alteri vel sibi. l. multum. videtur tamen mihi, quòd distributor ille quem in Apulia vocant epitropon, quòd sit hæres, & ipsum possint legatarij conuenire per iura prædicta. In hoc tamen non est hæres, quòd quartam non possit retinere: quia hoc testator non videtur voluisse. mioùs enim est, quàm hæres quantum ad hoc vt falcidiam nó possit retinere. Item quanrum ad hoc vt non possit vẽdere vel distrahere. vt dicit ff. de ali. lega. l. alio. Item quantum ad hoc, quia nudo ministerio vtitur. vt ff. de leg. 2. l. si quis Titio. Plus est quam hæres: quia potest compelli, vt adeat & bona distribuat. vt in Authent. de eccles. titu § si quis autem facerc iussus. licèt aliàs alius hæres non possit compelli vt adeat. vt C. de iur. deli. l. nec emere. cùm aditio hæreditatis in sola animi volnntate consistat. vt ff. de acqui. hæredit. l. aditio. & hæc est ratio quare per procnratorem adiri non possit. vt in eod. titu. l. per procuratorem. Item dico istum distributorem compellendum ex quo debet alij restituere: vt in alio hærede, qui compellitur per Trebellianũ adire & restitucre. vt ff. ad Trebel. l. cogi. Item ratio est quare alius hæres nnn possit compelli: quia cùm possit contrahere emolumentum quò ad falcidiam, potest illi renunciare. nec obstat d. l. Lucius. §. Mœuia. quia nepotes quibus debebant bona restitui non peruenerunt ad 25. ann. & ideò contrà fideicommissarium, non agunt illi distributores: aliàs agent actione ex testamẽto: sicut pater per iura superiora. QVAESTIO. † Sed
9 si est loco hæredis iste distributor quas actiones intentat, & quibus teoetur? Respondeo: credo ipsum habere vtiles & teneri vtilibus: sicut in fideicommissario cui est restitnta hæreditas. vt Institut. de fideicomm. hære. & ff ad Trebel. in legatario etiam habes quod habeat vtilem actionem quem testator habuit directam. vt C. de leg. l. ex legato. & ff. de procurat. l. pater. Ex quo enim testator illum relinquit distributorem, videtur illi commisisse quod agat & conueniatur: quia talis est lex nbligationis. arg. ff. de solut. l. vlri. Quantum enim ad liberum effectum hæres est, præterquam in illis de quibus diximus. vt arg. ff. quòd cum eod. l. si filius. alioquio si distributor nec ageret nec conueniretnr, & hereditas esset in nominibus, quòd est aliquando. vt ff. de peti. hæred. l. hæreditas. iam nullus esset qui conueniret debitores hæreditarios: quòd esset iniquum. credo ergo firmiter distributorem haberi loco hæredis propter argum. prædicta. & quia video, quòd curator datus bonis, habetur loco hæredis. vt ff. de cura. bo dand. l. 2. Item cui bona adijciuntur causa libertatum conseruandarum habetur loco hæredis: qoia habet vtiles actiones. vt ff. de fideicommiss. liber. l. 2. & 3. QVAESTIO. 10
† Item quæritur ao hæres vel distributor teneatur instrumenta legatario, qoæ pertinẽt ad rem legatam dare: videtur qood non. vt C. de fideicom. l. instrumẽt. sed lex illa intelligitur, quando pars prædiorũ legata erat: vnde cùm maior pars remanebat penes hæredem, ideò dat sibi exempla. Aliàs si vnicum sit legatum, credo hæredem dare debere instrumenta legatario, cum hæres de euictione non teneatur, vt dicemus infra argu. ff. famili. ercisc. l. cæteræ. in fin. & l. si qoæ sunt. & ff. de fide instrumentorum. l. si tabulis. Nec obstat ff. de act. emp. l. Titius hæres. & l. creditor. quia tenetur venditor exhibere & non dare: quia venditor de euict. tenetur. dico ego heredem dare debere instrumenta legatario. argumẽ. C. de liberali causa. l. sicut. & C. ad leg. falcid. l. si prædiorum. secundum quod vno modo l. illa intelligitur. In hac autem actione conci. act. lib. sic. LIBELLVS.
† Ago ergo R. contra M. hæredem Titij, qui Titius mihi in testamento suo rem talem legauit vel 20. quam rem mihi dari peto: propono contra eum act. ex testamento. quòd sic rectè conci. lib. dicit C. commun. de leg. l. 1. & ff de legat. 2. l. cùm filius. §. varijs. sic concipitur lib. quando hæres noo fuit in mora, vt sic non debeat haberi ratio fructuum. Cæterum si ipse fuit in mora retenta prima forma libelli addes: Peto rem illam mihi dari cum fructibus inde perceptis & percipiendis. Et si fuit quantitas legara dicas: Peto illam quantitatẽ cum vsuris. sed quæ venient? quæ frequentantur regionis consuetudine. vt ff. de vsur. l. vsuræ. & l. 1. OPPOSITIO. Sed huic libello sic obijcitur: aut est legata res certa: putà talis domus: vel tale prædiũ: aut incerta: putà, lego Stichum: vel lego fundum: aut quantitas, putà. 10. Item aut res legata fuit proprio testatoris, aut aliena. Item quando aliene, aut legauit eam scienter, aut ignoranter. si res fuit legata certa, & propria fuit testatoris, incontinenti legatarius ab adita hæreditate habet rei legatæ dominium. vt ff. de furt. l. a Titio. & ff. de lega. 2. l. legatum. si ergo dominium habet: ergo habet rei vendicatiooem. C. comm. de leg. l. 1. si ergo res est sua, quomodò rem suam petat actione personali ex testamẽto: cùm res nostras reali actione putamus. vt Inst. de act. §. 1. Item si fuit aliena habet legatarius publicianam. vt ff. de publi. l. 1. in fi. & l. 2. & illa est in rem. & similis est obiectio, & hoc quando legauit scienter personæ non coniunctæ. Cæterùm si coniunctæ, siue sciuerit, siue ignorauerit valet. vt C. de leg. l. cùm alienam. & hoc io re quæ est alterius non hæredis: tunc siue sciuerit siue ignorauerit fore hæredis tenet legatum. vt ff. de lega 2. l. vnum ex famil. § si rem. Item si fuit res incerta legata, putà lego fundum vel domum, nó videtur quòd valeat legatom. vt ff. de iur. dot. l. c[illegible]ost diuortium. §. gener à socero. Item si fuit relicta [illegible]itas pone 10. aut fuerunt illa relicta in specie: aut [illegible]genere. si in specie, putà 10. quæ sunt in arca, tantum valet istud legatum quẽadmodum si res certa fuisset testatoris legata. vt ff. de leg. 1. l. sed si certos. Eadem insurgit oppositio sicut in re aliena legata. Si autem incerta. 10. putà in genere, fuerunt legata, non videtur quòd valeat legatum rei incertæ sicut dictum est. & ita breuiter concludo, quòd oon videatur qnod in aliquo casu possit actio ex testamento competere. Respondeo: licèt subtiles sint oppositiones: tamen in omnibus casibus locum habet actio ex testamento: vbicumque enim legatum tenet, actio ex testamento intenditur: & sic de singulis videamus. Si enim res propriè testatoris legatur, & dominiom trãseat ab adita hereditate in legatarium, vt dictum est: tamen actio ex testamento competit contra hæredem, vt legatario possessionem assignet: licèt enim dominium legatario sit acquisitum: tamen possessio non acquiritur, nisi specialiter possessio sibi tradatur, sicut aliàs in hærede adeunte. vt ff. de acquir. poss. l. cùm hæredes. & ff. si quis testam. libe. esse ius. fu. l. 1. §. Scæuola. Eadem responsio est in re aliena relicta. Item si fuit res relicta incerta, locum habet actio ex testamento. Nec obstat quod opponis, res incerta noo potest legari. Respõdeo: imò potest. vt ff. de leg. 1. l. cùm incertus. & l. legato. §. 1.

Et

Et quòd legitur ff. de iure do. l. cùm post. intelligo duobus modis. vel quando testator volebat relinquere certum, & legauit in certum. vt aliàs ff. de verbo obliga. l. si a stipulatus. vel tunc non valet quando nec domum nec fundum habet. cæterùm si habet, tunc valet. vt ff. de leg. 1. l. si domus. §. 1. Et est alia ratio quare legatum incertum sit nullum in domo, si nullam habet: quia derisorium est magis quàm vtile: & hoc dicit l. si domus. In fundo ideò quia cum destinatione patrisfamiliàs constituantur prædia. vt ff. de leg. 1. l. quòd in tetum. posset enim digitum terræ, vel ita modicum dare, quòd non expediret legatario. In rebus autem alijs relictis in genere teneti legatum, & intentatur actio ex testamento: & sic cessat oppositio in quantitate relicta. OPPOSITIO. Item in eo quod apponitur in libel. de fructibus & vsuris sic opponitur. non videtur quòd aliquo modo possit peti. Certum est quòd actio ex testamento stricti iuris sit: quia non connumeratur inter bonæ fidei iudicia. vt Institut. de action. §. actionum. & ff. de dona. l. eum qui donationis. vnde nò admittit nec fructus vt in prædicta l. eum qui dona. nec vsuras: quia in stricti iuris iudicijs nō peruntur citra vinculum stipulationis. vt C. de vsur. l. quamuis. in solis enim contractibus bonæ fidei vsuræ veniunt ex sola mora officio iudicis. vt ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. vi. & l. quia. quæ vsuræ petuntur quasi interesse. vt ff. pro socio. l. socium qui. Respondeo: actio ista licèt sit stricti iuris: tamen imitatur naturam bonæ fidei: quantum ad hoc vt veniant fructus & vsuræ. vt C. in quibus caus. in integr. restitu. non est necesse. l. in minorum persona. propterea & intitulatur rubrica C. de vsuris & fruct. legat. & fideicomm. & hoc ideò contingit in hac actione propter summum fauorem, qui debetur testatori. vt C. de sacrosanct. eccles. l. 1. cùm publica vtilitas hoc exposcat voluntates testatorum compleri. vt in Authent. de hæred. & falc.

12 QVAESTIO. † Item quæritur quomodo veniant hic fructus & vsura à tempore moræ: imò videtur quòd à tempore litis contest. vt C. de vsuris & fructibus le. & fideicommiss. l. 1. 2. & vlt. Prætereà si peto rem: aut peto rem, quæ fuit mea, tunc veniunt fructus à tempore moræ. si autem peto rem mihi debitam, tunc veniunt fructus non vsura post lit. contest. vt distinguit ff. de vsuris. l. videamus. At res legata est nobis debita: maximè si quantitas sit legata, & maximè quando petitur actione ex testamento, de qua tractamus. & hæres est obligatus ex quasi contractu, vt dictum est. & obligationum substantia in hoc consistit, non vt res fiat nostra sed nobis debita. vt ff. de action. & obligat. l. obligationum substantia. Respondeo in hac actione veniunt fructus & vsuræ à tempore moræ. & ita notat dominus meus in summa C. de vsur. & fruct. lega. & fideicommiss. ff. de leg. 1. l. cùm res. in princ. & ff. de leg. 2. l. si quis seruo. & l. Titia Seio. §. vsuras. & ff. vt lega. seu fideicomm. no. l. 1. § bellissime. & ff. de vsur. l. æquis. & l. Herennius. & l. alia, Herennius. quòd ergo fuit visum quibusdam, quòd post litem veniant per iura C. de vsuris. & fructib. non est verum. ita enim intelligimus illa iura, quod veniant post lit. contest. subaudi, quando ante litem non fuit in mora hæres. Exemplum ponitur, quòd hæres non sit in mora. C. de vsuris & fruct. l. 2. & ff. si cui plusquàm per l. falcid. l. cùm falcidiæ. imo plus quòd teneatur hæres præstare fructus post diffinitiuā sententiam in tempore quadrimestri, quando non fuit appellatum: vel etiam si fuit appellatum tempore appellationis, in quadrimestri tempore tenetur de fructibus percipiendis, si ante lit. contest. hæres fuerit in mora: licèt sit difficile, vt mora non præcedente perueniatur ad iudicem. vt ff. de vsur. l. in fideicommiss. præstatione.

13 QVAESTIO. † Item vltimo quæritur quomodo legatario detur simul pro re legata petenda rei ven. & hypothecaria: si enim res est mea illam vendi. ff. de rei vend. l. in rem. & l. solum. §. vlt. ff. de auro & arg. leg. l. Quintus. §. argent. si ergo res est mea, mihi pignori esse non potest. vt ff. de reg. iur. l. neq; pignus. vt ff. de except. rei iu. l. ex sextante. §. Latinus Largius. Respōdeo: duobus modis. Primò, quòd in diuersis casibus competant: quando res propria testatoris legatur, tunc cōpetat rei vendicatio, quando res aliena tunc detur hypothecaria. Vel aliter datur rei vendicatio pro re legata: hypothecaria in alijs rebus testatoris, per quam cōpellam hæredes, vt mihi soluant legatum. Vel habeo hypothecariam quando quantitas legatur. Vel aliter etiam pro eadem re habeo rei vendicationem & hypothecariam: nec est mirum quod in casu isto hoc contingit: nā alibi est, quòd etiā res mea mihi est pignori: & pro eadem re mihi datur rei vendicatio & hypothecaria. C. de iure dn. l. in rebus. & C. ad Trebell. Authent. contra rogatus. & C. communia de leg. Auth. res quæ subiacet restitutioni. vt ff. de actio. emp. l. Iulian. § offerri. Quòd autem dixi in libello rem legatam peto dari: duo nota. Primum, quòd hæc actio in simplum competat, nisi in casu quando legatum fuit relictum venerabili loco, tunc datur actio in duplum contra negantem. vt Instit. de obli. quę ex quas. contract. ori. §. si. & C. de fideicom. l. quæstionem. & Instit. de fideicom. hæred. & Inst. de actio. §. item mixta. Secundum, quòd hæres debeat rem talem dare quam faciat accipientis: cùm verbum dare, sit accipientis facere. vt Institu. de actio. §. sic itaque discretis. & ff. de verb. oblig. l. vbi autem non apparet. §. vlt. tenetur ergo dare & non tradere. Nunquid ergo si res legata euincitur, tenetur hæres de euictione illa legatario. Respō. aut res legatur in genere, aut in specie. si in genere, tunc de euictione tenetur. quia non videtur res data, quæ ita datur, quòd auocetur. ff. de leg. 1. l. non quocunque §. 1. & l. si domus. ff. de euic. l. hæres seruus. Si autem relinquitur in specie, tunc de euictione non tenetur: talem enim rem debeat tradere qualis est. vt ff. de lega. 1. l. si a substituto. § hæres. & l. seruum filij. §. pen. & l. si seruus. in casu tamen ista fallunt C. de inoffi. testam. l. scimus. §. 1. vbi extraneo instituto filiofamiliàs res data si euincitur, agitur de euictione. Item & in alio casu, quando res prælegatur in genere vni filiorum filijs institutis. vt ff. de leg. 2. l. cùm pater §. euictis. vt si res prælegata euincatur de euictione nō agatur vel quia fortè res in specie fuit prælegata & euicta: ideò de euictione non agitur: quia hoc prælegatum inuidiam & liuorem inter fratres parit.

Si aliquis promittit alicui aliquid incertum, competit contra eum actio ex stipulatu.

De actione ex stipulatu. Rubric.

1 *Actio ex stipulatu vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Libellus in actione ex stipulatu, quomodo formetur.*
3 *Stipulatione qui tenetur, an ciuiliter & naturaliter teneatur.*
4 *Ex stipulatu agitur, si aliquis stipuletur aliquid fieri: putà, domum ædificari, vel codicem scribi.*
5 *in Obligationem quid veniat, si factum in promissionem deuenit.*
6 *Promittens aliquid sub pœna, an vtrumque peti possit.*
7 *Promittens quidquam se facturum, & si non faciat, pœnam, quid in obligationem veniat, vtrum illud quod promisit, an pœna tantum, vel vtrumq;.*
8 *Stipulari pœnam quid prosit, si tantum sit in pœna quantum in sorte, & vtrunq; peti non posit.*
9 *Stipulatio pœnalis quando promittatur.*
10 *Pœna promissa quid prosit. si Reus quod promisit, dare nō potest: & per consequens purgando moram pœnam euitare poterit.*
11 *Fideiussor omnis conuenitur ex stipulatu, licèt Reus debeat certum vel incertum.*
12 *Libelli in actione ex stipulatu quomodo concipiantur. nu. 13.*
14 *Stipuletur si quis Stichum aut Pamphilum, & alius vnū se daturum, an stipulatio valeat.*
15 *Stipulatio an teneat, si quis alium sisti in iudicio promittat.*

16 *Promittens dolum malum abesse, abfuturumúe esse, quid promittere debeat.*

17 *Pœna nunquid in solidùm committatur, si aliquis promittat aliquid dare vel facere, & sub pœna.*

18 *Pœna an insolidùm committatur, si plura capitula deuenerunt in contractum, vel in arbitrium, & pœna promissa sit, & contra vnum capitulum faciat.*

CONtingit frequenter, quòd aliquis promittat alicui aliquid incertum: putà, facere domum: scribere codicem: competit contra illum actio ex stipulatu. vt Instit. de oblig. in prin. & ff. de verb. oblig. l.
1 vbi autem non apparet. §. 1. † Vnde ad hoc vt actio ista cópetat, tot sunt necessaria quot diximus supra de certi condict. quæ oritur ex stipulatióe. Est & aliud necessarium, vt illud sit incertum, quòd in stipulationé deuenit, vt dictum est. vnde positiones ita nota in hac actione, sicut & in illa. In hac autem actione concipiet a-
2 ctor sic libellum. LIBELLVS. † Ago ego R. contra M. qui mihi promisit se scripturum codicem, vel facturú mihi domum: vnde cùm non fecerit, ago contra eum, & propono actionem ex stipulatu. quòd sic rectè cócipiatur lib. probant iura prædicta. Multi tamen ignorantes iura proponunt actionem ex stipulatione, sed mal[e]: imò debet proponi act. ex stipulatu. vt Instit. de verbor. obl. in princ. ex stipulatu enim est proprium nomen actionis: ex stipulatione, non est nomen proprium: nam promittis, promitto: hæc est stipulatio: ex hac ergo stipulatione oritur actio. ex stipulatu, si incertum in ob-
3 ligationem deuenit. QVAESTIO. Sed quæritur in primis an qui tenetur ex stipulatione, teneatur ciuiliter & naturaliter? Dominus meus admittit quot sic. nã omnis stipulatio est conuentio: & omnis conuentio habet naturalem obligationem in se. vt ff. de pact. l. 1. & ff. de fideiusso. l. hæres. §. seruo. ergo omnis stipulatio habet naturalem. Al. autem dixit illum obligari sola ciuili. arg. Inst. de act. §. de pecunia autem constituta. & ff. solu matr. l. ex diuerso. §. 1. Item si stipulatio habet cósensum naturalem, & naturalem obligationem: quare dicitur. ergo de iure ciuili? Respondeo propter solennitatem verborum, quę fuit inuenta à iure ciuili. nã cùm aliquid addimus vel detrahimus ius ciuile efficimus. vt ff. de iustit. & iur. l. ius ciuile. OPPOSITIO. Item huic libello sic opponitur: non videtur quòd actio ex stipulatu competat sed condictio incerti, quod sic probo. Ex stipulatione duæ oriuntur actiones: si certum, certi condictio: si incertum deuenit in stipulationem, debet oriri condictio incerti eadem ratione. vt ff. si cer. pen. l. si quis certum. nam vbi eadem ratio, & idem ius. vt ff. de iniust. & irrit. testamé. l. 3. & C. de consti. pe. l. vltim. Respondeo: de plano concederem, nisi ista incerti condictio tanquam meretrix cuilibet vocanti adhæreret: non est enim proprium nomen actionis. nam inuenio condictionem indebiti vocari condictionem incerti. vt ff. de condi. inde. l. sed & si me putem. §. vlt. Item inuenio condictionem sine causa vocari incerti. vt ff. de cond. sine causa. l. qui sine. & actio ex vendito vocatur incerti condictio. ff. de act. empt. l. si tibi liberum. & actio ex stipulatu vocatur actio incerti. vt ff. de vsur. l. stipulatus. §. 1. & actio ex testamento vocatur incerti. vt ff. de vsufruct. eat. ter. quæ vsu consu. l. tribus. & in hac opinione est dominus meus. Item dominus meus Azo dicit condictionem incerti esse proprium nomen actionis, quoties incertum est in obligatione: vt in prædictis legibus, præterquam vbi incertum deuenit in stipulationem: tunc enim dicit dari ex stipulatu, sicut notat in prædicta l. sed & si me putem. ergo secundum omnes vbi incertum deuenit in obligatione agetur ex stipulatu. Quòd autem in prædicta. l. notat dominus meus, non videtur verum, quod in alijs casibus incerti cóndictio sit proprium nomen actionis, pręterquam in stipulatione. quia non est ratio, quare in stipulatione nó debeat oriri incerti condic. per ista enim non est satisfactú quæstioni vel quærenti. Respóderi tamen posset, quòd hæc sit ratio: certú est quod contradicere est prisca lingua denunciare, i. te dare, facere oportere. vt Insti. de acti. §. sic itaq; discretis. si ergo pro re certa intétatur certi cóndictio planum est. quia res est quæ potest dari, & cuius potest transferri dominium. vt ff. de ver. obl. l. vbi autem. in prin. & §. vlt. & ff. si cert. peta. l. certum. Si autem res incerta deuenit in stipulationé, sicut dictum est, quomodò rem illá condicerẽ cùm sit incerta. quomodò possum dicere, da mihi rem & transfer dominium: cùm res illa non cóparet, & nó sit certa? certè nullo modo. & ideò de summa necessitate fuit inuenta actio ex stipulatu, quoties incertum in obligationé deuenit: alioquin oriretur incerti condictio, si incertum deuenit in obligatione, sicut oritur certi condictio qñ certum in obligatione deuenit. Quidam tamen voluerunt notare, quòd vnica sit actio ex stipulatu ex stipulatione descendens, sed dicantur duæ propter certum & incertum: sed nó placet, quia iam plures stipulationes dicerentur pro pluribus rebus boue & asino, & alijs, si plures essent res in stipulatione. Nec obstat ff. de verb. oblig. quòd dicitur, tot stipulationes quot res. i. tot petitiones, sicut in eod. tit. l. plures. OPPOSITIO. Item opponitur. non videtur quod actio ex stipulatu posset aliquo modo intétari: certú est, quòd túc habeat locú, vt dictum est, quotiens incertum in obligationem deuenit. at si incertum deueniat, non videtur quod stipulatio valeat sicut lega. ff. de iur. do. l. cú post diuortiú. §. gener à socero. & si stipulatur quis vsuras incertas, puta, si quæ competierant, nullius mométi est stipulatio. vt ff. de vsur. l. quòd in stipulatione. Respondeo, imò valet si incertum aliquid deuenit in stipulationem. vt ff. de verb. obl. l. in stipulationib. & l. vbi autem non apparet. §. 1. & §. qui id quod in faciendo. Nec obstat ff. de vsur. quia illud cótingit propter odium vsurarum, quæ non possunt peti, nisi certæ & legitimæ & sine vinculo stipulationis. vt ff. de vsur. l. placuit. & C. de vsur. l. quáuis. lex autem illa de iure dotium non obstat: quia duobus modis intelligitur: vt in superiori proxima actióe
notaui. QVAESTIO. † Item quæritur si stipulor aliquid fieri: putà domú ædificari: vel codicem scribi, illu[d f]actum incertum est, & agitur ex stipulatu. vt in prędict. 4
l. vbi autem. §. qui id quod in faciendo. Quare factum si deueniat in obligationem, dicitur incertú? Respondeo: ideò quòd si certum est quod, quid, qualecunq; sit, aut nomine suo, aut ea demonstratione, quæ fungitur vice proprij nominis ostenditur: vt ff. de verb. obl. stipulationú quædá. ff. si cert. pet. l. certú. Restat ergo quòd si aliquid factum deueniat in obligationem, quòd illud sic incertú quia si debes mihi facere domú: quomodò possum scire qualis sit vel quanta vel quæ, cùm nondú sit ædificata? Nec admitto erroré quorundá qui dixerunt, ideò factum hominis vocari incertum, & agi ex stipulatu, quod nesciam an tu qui promittis facere possis: cùm status hominis sit in perpetuo motu. vt C. de veteri iure enu. l. 2. §. sed quia diuinæ & in Auth. de nó alie. aut permu. reb. eccles. collatio. 2. §. de cætero. & multa mortalibus accidút, quæ nec dici nec enumerari possút. vt C. de pręscrip. 30. an. l. vlt. VERSVS. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo: Et subito casu quæ valuere ruút. Nam ludit & humanis diuina potentia rebus, Et certam præsens vix habet hora fidem. vel ideò dicitur certum factum, quia nescis quid sim consecuturus, virùm ipsum factum aut interesse. & hæc ratio mala est, quia etiam certi condictio diceretur ad incertum competere, cum multotiens consequitur quis interesse, &
non illud certum quod fuit promissum. † QVAESTIO. Subsequenter quæritur si factum in promissionem deuenit: putà, promisit domum facere vel aliquid, an possit actor præcisè petere factum an interesse: & sic per consequentiam, quæritur quid sit in obligatione? videtur quòd vtrunq;, secundum quod actori placet. vt ff. de ope. no. nunc l. stipulatio de operis. §. siue autem. & ff. de rei udi. l. si quis ab alio. §. vltim. & ff. de procura. l. non cogendum. §. Sabinus. & l. sed hę personæ. § præter. & hoc etiam multi sequuntur. Dominus meus dicit, quòd interesse sit in obligatione. vt ff. de verb. obli. l. quotiens quis alium. & ff. rem ratá haberi. 5

l. si

l.si procurator.& l.si itaquis stipulanti. in omnibus enim istis legibus factum erat in promissione,& tamen interesse petitur. Item quòd interesse sit in obligatiõe probatur: nam lex dicit, quòd in stipulationibus adijciatur pœna, ne fortè ratione interesse ad exiguã summam deducatur res. vt ff.de præt.stip.l.vlti.& instit.de verb.oblig §.vlti. Alij dicũt, quòd factũ sit in obligatione, interesse in solutione, sicut in actione noxali, vbi damni restitutio est in obligatione serui, deditio noxæ est in solutione. vt ff.de re iud.l.miles.§.decem. Qualiter autem respondeatur d.l.stipulatio. de ope.no.nun. quære supr.de acti.commo. l.autẽ nõ cogendũ de procu.respõdetur, quòd speciale sit, ne spes aduersatij cõuenti à procuratore Actoris circũueniatur. de hac aũe materia quære suprà de actione ea empto, & suprà de actione commodati. Super actione autem ex stipulatu multæ possunt notari quęstiones, quasdam tamen vt vtiliores notaui,& notabo. †QVAESTIO. Quæritur, si

6 promitto aliquid,& sub pœna, an possit vtrumque peti? Respondeo, non: nisi actum sit, quòd vtrumque debeatur. vt C.de pactis.l.cùm proponas.& C.de transact.l.cùm proponas.& ff de pact.l.rescriptum.§.si pacto.& ff.de transact.l.qui fidem.& l.pacto conuento.& ff.de dol.except.l.apud Celsum.§.Labeo. sed quando non est actum, quòd vtrumque debeatur, ita non potest peti, nisi alterum tantùm, aliàs quandò concurrunt quantitates. Cæterùm, si plus est in pœna, quàm in sorte, vel econuersò, tunc petetur illud quod plus est. ff.pro soc.l.si quis à socio.& l.quod si,& ff.de actio. empt.l.prædia. Vnum tamen quæritur, quod posset notari per d.l.prædia. quare si concurrunt quantitates,& actum sit ex vendito, tollitur per exceptionem actio ea stipulatu pro pœna. si autem actum sit ea stipulatu pro pœna actio ex vẽdito ipso iure tollitur: quare ergò non tollitur per exceptionem? Respondeo: ibi notat diuersitatis rationem Dominus meus, quòd actio ex vendito tollatur ipso iure, ideò euenit, quia quod citò oritur, citius tollitur, quod non est in actione ex stipulatu, quæ cum difficultate oritur: putà, per stipulationẽ & verba obligatoria: vnde si tollatur per exceptionem, non est mirum: alias etiam responsiones

7 ibi notat. †QVAESTIO. Item quæritur, si promitto aliquid me facturum,& si non faciam, promitto pœnam, quòd sit in obligatione: an illud quod promitto me facere, an pœna tantùm, vel vtrumque. & videtur quòd pœna tantum sit in obligatione, quod promitto me facere in solutione. vt ff.de act.& obliga.l.obligationum fere.§.vlt.& ad idem.ff.de penu legat.l.1. nam ex legibus istis colligitur quòd sit nouatio prioris,& sic tantum ex vltima agatur. Respondeo, quòd vtrumque sit in obligatione, successiuè tamen: primum illud quod debui facere: secundum pœna, hoc modo: si ego qui debui facere, fui in mora, potes à me petere illud quod debui facere: sin minus, potes petere pœnam: ita videtur l.1.de penu lega.velle distinguere. & etiam alia accedit ff.ad leg.Falcid.l.1.§.item si ita. sed mirum est, quòd dicit lex illa de verbor.obligat. l.obligationum. §.vlti.in fin. quòd fiat nouatio prioris: cùm stipulator ideò non pœnam adijciat, vt primam stipulationẽ tollat, sed vt metu pœnę promissor stet primæ: cõsequens ergò est, vt ea vtraque agatur. vt ff.pro soc. l.si quis à socio.& de act.empt.l.prædia. Respõdet Dominus meus H. quòd non sit vera nouatio: quia prima ipso iure non tollitur, sed per exceptionem: transfertur itaque potestas agendi in secundam: & ex sola secunda causa agitur, si hoc actum est, vt non facto quòd in promissionem deuenit, sola pœna debeatur. vt ff.de verb.obliga. l.si ita stipulatus. in fin. aut dicas leges de act.empt.& pro socio loqui, cùm non affirmatiuè stipulatio contrahitur, sed tantùm contractus affirmatiuè contrahitur. deinde secuta est stipulatio negatiuè: & faciliùs stipulatio in stipulationem transfertur, quàm contractus. Alij dicunt, nouationem fieri secundùm illa iura vetera: quia quotiens aliquid additur vel detrahitur obligationi primæ semper nouatio fiebat: hodie tamen his anfractibus non est locus: quia nunquàm fiet nouatio: et si hoc inter se agant contrahentes, nisi expressim dicatur, quòd fiat animo nouãdi. vt C.de nouat.l.vltim.& Instit.quib.mod.toll.obliga. §.præterea

8 nouatione. †QVAESTIO. Sed si tantum est in pœna, quantum in sorte, quid prodest stipulari pœnam, si nõ potest vtrumque peti? Respondeo, hoc prodest, quòd in actione ea stipulatu poterunt esse fideiussores vel pignora. Item propter aliud prodest stipulari pœnã: quia fortè in actione principali, condemnaretur promissor catenùs quatenùs facere potest. vt ff.pro socio. l.verum, in princip.& ff.de re iudic. l.sunt personæ. at in ex stipulatu actione condemnatur insolidum. Item in actione principali habet quis necesse interesse probare, quòd aliquandò difficilimum est probare: at in actio.ea stipulatu pœnali nõ probat quis interesse, nisi quantitas in stipulationem sit deducta. vt ff.de prætor.stipulat.l.vltim.& Instit.de verbor.obligat.§.vlti.

& Instit.de inui.stip.§.alteri. †QVAESTIO. Item quæ- 9
ritur, quandò pœnalis stipulatio committatur, i. quandò pœna quæ promittitur, possit peti. Dominus meus in summa de pactis.& in l.si pacto quo pœnam. copiose notat. Breuiter dico, quòd in parte ista tres sunt sententiæ, distinctione tamen primò habita, vtrùm pœnalis stipulatio incipiat à cõditione, an à præcedenti pactione. quandò à conditione, tunc nulla dissensio inter Doctores: quia tunc non committitur, cùm quis desijt possidere. vt ff.de verb.obligat.l.ita stipulatus. præterquàm in quibusdam casib. Primus de fideiussore. vt ff. de fideiuss.l.fideiussor obligari.§.vlt. vbi stipulatio incipit à coditione, & tamen committitur statim ex quo Reus fuit interpellatus. Sed respõdeo: quòd licèt à cõditione incepisset in personam fideiussoris, tamẽ à Rei principalis obligatione incepit. & ideò illud cõtingit in persona fideiussoris: cùm Rei principalis & fideiussoris eadem sit obligatio. vt ff.de act.& obli.l.1.§.verbis. Secũdus casus excipitur ff.de verb.oblig.l.Titius & Seius. vbi incipit à cõditione, & committitur statim ex quo iudiciũ accipitur. Respõd. illud cõtingit propter implicitas stipulationes & perplexas: sicut cõtingit in institutionibus perplexis. vt ff.de condit.instit. l.si Titius. vbi institutio vitiatur. Cæterùm si incipit à præcedenti.s.pactione, hic sunt tres sentẽtiæ. Prima est, vt statim committatur pœnalis stipulatio. i. statim cùm potuit facere,& nõ fecit. vt ff.de ver.obl.l.ita stipulatus. & hoc secundùm R.& P. Alij dicũt, quòd committatur tunc demũ post lit.contest. vt C.de cõtrah.& commit. stip.l.nuda.& hoc Aldri. Sed Vber.dixit, quòd cõditio d.l.nuda. declaretur eatitisse olim à tempore moræ. dominus H.& Io.& Dom. Az. distinguũt, aut pactio præcedens fuit obligatoria,& tũc cõmittitur à tempore moræ: & sic cõsonant Vber.& P. per d.l.ita stipulatus. at si præcedens pactio fuit nuda, tunc committitur post lit. cõtest. vt in prædi.l.nuda.& sic cõsonant Aldri. OPPOSITIO. Sed opponitur: si præcedens pactio fuit nuda, quomodò super illa nuda potuit lis contestari? cùm ex nudo pacto non possit agi. vt ff.de pact.l.iurisgentiũ.& C.de pact.l.lege. Respõd. debuit saltem de facto proponere vt videret, an promissor vellet adimplere quod cõuenit. simile vbi etiã facto proponitur actio. vt ff.de rei vend.l.ex diuerso.§.vbi aũe fundus.& ff.de ver.obl. l.si dotem. Alioquin nulla intelligeretur mora.& sic nõ cõmitteretur pœna, vbi nulla petitio. vt ff.de ver.obl.

l.si pupillus. †QVAESTIO. Sed nũquid prodest, quòd pœ- 10
na ista cõmittatur, nõnne potest Reus qui promisit dare quod in prima cõuentione deuenit: & sic morã purgare,& pœnã euitabit? Respõd. in hac purgatione moræ similiter tres sunt sententiæ. Prima est Gosianorum, qui dicũt omnem morã purgari: & sic pœnalem stipulationem nõ posse committi, nisi in duobus casibus: putà, si inter sit agẽtis.& si lis sit cõtestata. vt ff.de ver.obl. l.interdum.§.Stichi promissor.& l.si ita.§.Seia.& ff.si quis caut.l.& si post.& ff.de arbit.l.si cũ dies.§.vlt.& l. Celsus.& C.de fideiuss.l.sancimus. Alij dicunt sicut P. quòd nunquã pœnalis stipulatio possit purgari, quę nõ cõtinet pœnã, sed interesse. vt ff.de ver.obli.l.si insulã.& l.si ita.§.Seia. Cæterùm si pœna sit apposita in contra-

ctibus non est licitum purgare pœnam. vt in d. l. si ita §.
Seia. aliàs l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & oblig. & de
contrah. & commit. stipu. l. magnam. In iudicijs autem
& in arbitrijs licitum est purgare pœnam: vt in prædi.
legibus de arbit. & fideiuss. & si quis cautio. Et quare a-
liud in iudicijs iusta est ratio, ne lites oriantur ex li-
tibus. vt C. de fruct. & lit. expens. l. 2. & de his omnibus
copiosè not. Dominus meus in summa, de pact. QVAE-
11 STIO. † Item quæritur, legitur ff. de verb. oblig. l. vbi au
tem non apparet. §. qui verò à Titio. quòd si stipulor a
te, quòd ex testamento mihi debes, incertũ in obligati-
onem deduco: licet ex testamento certum quid debea-
tur. Item si stipulor à te, quòd mihi Seius debet, incer-
tum deduco in obligationem, licet certũ quid mihi de-
beat. Item & de fideiussore, qui cõuenitur ex stipulatu:
licet Reus certã quantitatem mihi debeat: & in his o-
mnibus casibus agitur ex stipulatu: imò videtur quòd
debeat agi certi cõdictione, & nõ incerti: quia non in-
certũ, imò certũ in obligationem deuenit. Nam tu pro-
mittis quod illè mihi debet: & ille debet certũ: ergò tu
promittis certũ: non enim titulũ actionis tuæ vel obli-
gationis, sed debiti principalis causa consideranda est.
vt ff. de fideiuss. l. tutor § 1. causam enim & originẽ pe-
cuniæ cõstitutæ non iudicij potestatem præualere pla-
cuit vt ff. de donat. l. qui id quod. §. 1. Nam est causa pri-
mordialis inspiciẽda. vt ff. de leg. 2. l. cùm filius §. domi-
nus. Præterea l. dicit: Si Iudex aliquem condemnet, vt
quod habet ex testamẽto Titij, restituat: sic accipiendũ
est, ac si quantitatẽ nominauerit, quæ in testamento re-
licta est vt ff. de re iud l. ait prætor. §. si iudex. in eadem
etiã l. vbi autem. ff. de ver. obli. similis mutatur obiectio
per Iurisconsultũ Vlpia. & sic est valde notabile, quòd
omnis fideiussor conuenitur ex stipulatu debeat Reus
certũ vel incertum. Respõdeo: hoc idem cõtingit, quia
is qui promittit, factum suum promittit. i. se facturum
quòd ille det, quod factũ incertum est. in d. l. vbi. §. qui
id quod. licet ergò tu dicas, quòd in primã obligatio-
nem deuenit certũ, & nõ titulus actionis, subaudi. tan-
tum, non cum: quia iste non promisit illud certũ, quod
promisit ille, sed factum tuũ, scilicet se facturum quod
ille det: & hoc in fideiussore, quod ille tibi debet tibi
fide mea esse iubeo. vnde si agatur ex stipulatu, nõ est
mirum. in sententia autẽ fiet postea certa cõdemnatio.
Nec obest, quòd incertũ in oblig. & sentẽtia postea fe-
ratur sub certo: nam hoc cõtingit propter officiũ iudi-
cis, qui debet curare vt certam ferat sententiã. vt Insti.
de act. §. curare. Item hoc aliàs cõtingit, quod plus est:
quòd aliquãdo aliud petamus, & aliud cõsequamur. vt
ff. de ver. obl. l. in executione. Vel aliter, petitio erit ta
12 lis. † LIBELLVS. Ago ego R. cõtra Tit. qui promisit mihi
quod Seius debet vel fideiussit: vnde quod soluat mihi
ago cõtra eũ, propono actio. ex stipulatu. Si Iudex quæ-
rat, quid Seius debeat, dicã certũ, vel aliquid incertũ:
& si volo, possum adijcere in libello, quòd melius est
13 ad maiorem cautelã † LIBELLVS. Ago contra Titiũ, qui
promisit mihi vel fideiussit se soluturũ quod Seius de-
bet mihi, 100. videlicet, vel hominẽ in genere. vnde quia
illa 100. vel hominẽ soluat mihi, ago cõtra eũ. Sentẽtia
erit talis: ex quo sic cõstat mihi, quòd tu promiseris, cõ-
demno te vt soluas Actori, quod Seius debuit illi. Sed si
est incertũ in obligatione, Iudex in sentẽtia specificet,
si nõ fuit specificatũ in processu iudicij, vel in libello,
alioquin sentẽtia esset ipso iure nulla. vt C. de sen. quæ
si cer. quant. prof cùm incertitudo rerũ obscurã faciat
14 sententiã. vt ff. de iu. fis. l. ita fidei hæredis. † QVAESTIO.
Itẽ quæritur ff. de verb. obli. l. inter stipulantẽ. dicitur,
quòd si stipuler Stichũ aut Pamphilũ, & tu vnum te da-
turũ respondeas, nõ teneat stipulatio: si autem stipuler
Stichũ aut Pamphilũ, vt tu vnũ respondeat, stipulatio
teneat: potiùs videtur ecõtrà. Respõdeo, cùm stipulor
illud aut illud, vnica est stipulatio. vnde ideò nõ valet
stipulatio: quia ad partẽ non ad totam stipulationem
respõdes. at quando stipulor illud & illud, tot sunt sti-
15 pulationes, quot sunt res. vt ff. de verb. oblig. l. quod di-
citur. vnde si respõdetur vni, stipulatio tenet. † QVAE-
STIO. Itẽ quæritur ff. de ver. obli. l. inter stipulantẽ. &
l. stipulatio ista habere licere. quòd nemo factũ alienũ
promittẽdo obligetur. at in eo. tit. l. quotiens quis. di-
citur, quòd si quis aliũ sisti in iudicio promittat, teneat
stipulatio: quia promittit se factutũ vt fiet. Respond.
est speciale circa iudicia, ne lites oriantur ex litibus,
vt in præd. l. 1. de fruct. & lit. expens. Sicut & aliàs tenet
stipulatio propter iudicia, quando quis promittit rem
ratam aliũ habiturum. † QVAESTIO. Itẽ legitur in præd. 16
l. inter stipulantẽ. quòd qui promittit dolũ malũ abes-
se, absuturúmve esse, non simplex abnutiuũ spondeat.
quid sonant illa verba? Responden: duobus modis, pri-
mò nõ promittit dolũ malum abesse ab omni homine,
quod videbatur promissum propter verba infinitiui
modi, quæ comprehendũt omne tempus præteritũ &
futurũ, & sic non promittit generale abesse, vel abnuti-
uum, sed suũ tantùm, & hæredis sui. & hoc sentit Do-
minus meus R. sicut ibi notat. Vel aliter, non promittit
simplex abnutiuũ i. nõ simpliciter annuit. i. cõcedit de
suo dolo, imò de dolo cuiuslibet: se tamẽ curaturũ, vt
dolus malus absit ab omni homine. † QVAESTIO. Item 17
quæritur, si aliquis promittat aliquid dare vel facere
sub pœna, & posteà pro parte faciat, vel pro parte det,
nunquid pœna insolidũ committitur: exigitur aũt pro
parte? Itẽ nũquid sit idẽ in personis hæredũ? Respõ. aut
pœna promittitur loco interesse, aut loco pœnæ si loco
interesse, tunc iuxta æstimationẽ facti vel nõ facti, da-
ti vel nõ dati committitur & exigitur. Cæterùm si loco
pœnæ, tunc insolidũ cõmittitur & exigitur, intersit vel
non: quia in stipulatione pœnali nõ inspicimus quid
intersit agentis, sed quæ quãtitas in stipulatione dedu-
cta sit. vt Inst. de inutil. stip. § alteri. vt ff. de verb. obli-
gat. l. stipulatio ista habere licere. §. alteri. & hoc sen-
tit dominus meus Ro. sed salua pace sua, videtur mira-
bilis ista distinctio. Inprimis, quia dubium videtur, v-
trùm loco pœnæ vel interesse pœna promittatur: &
difficilima esset probatio. præterea non semper pœna
committitur insolidum, nec insolidum exigitur, sicut
statim dicemus. Refert enim vtrùm dare vel facere sit
in obligatione. si dare, tunc si pro parte fiat contra pœ-
na insolidum committitur & exigitur, adeò quòd si de
marca restet vnus denarius ad soluendum. pœna inso-
lidum committatur, & exigatur. vt ff. de verb. obliga. l.
stipulationum aliæ iudiciales §. si sortem & l. in execu
tione. §. pen. & arg C. de distr. pign. l. quamdiu. hoc ita,
quando aliquid dandum est ab vno. Cæterùm, si a plu-
ribus, tunc pro parte committitur & exigitur. vt ff. de
cond. & demonst. l. qui duobus. & l. qui hæredi. § Plau-
tius. & l. cui fundus. hoc ita, nisi illi plures habeantur
loco vnius: vt in præd. l. cui fundus. & ff. de verb obli
gat. l. 2. Si autem factum sit in obligatione aut diuiduũ,
aut indiuiduum. si diuiduum, tunc pro parte committi-
titur & exigitur. si indiuiduum, tunc insolidùm com-
mittitur & exigitur. vt ff. de verbor. obligat. l. stipula-
tionum quædam in dando. & l. eadem. §. Cato. Fallit
tamen in quodam facto, in quo pœna committitur in-
solidũ, & pro parte exigitur. vt ff. si quis cautio. l. si ser-
uus. §. si plurium. sed illud casuale est propter iudicia,
vbi pœna committitur insolidum, pro parte exigitur:
quia habito respectu ad iudicium, indiuiduũ continet.
omne enim iudicium est indiuiduum. vt ff. de re iud. l.
de vnoquoque. & ff. fam. ercis. l. in hoc iudicio. habito
respectu ad seruos factũ illud est indiuiduum. Sed se-
cundum hoc idẽ quando dare est in obligatione, vt ha-
bito respectu ad stipulationem, quę est ius, continet in-
diuiduum, habito respectu ad dare, diuiduum. Vnde
dicas, quòd ideo euenit in d. l. si seruus. quòd pœna cõ-
mittatur pro parte: quia pendet ex facto alieno. sicut
& aliàs præstatur pœna propter factum alienum. vt C.
de fideiussor. l. sancimus. licèt in facto proprio secùs.
vt ff. si quis caut. l. & si post tres. vel aliter in l. illa, si
seruus. operatur hoc spontanea oblatio debitoris: si-
cut & aliàs ff. de dol. l. eleganter. §. si dolo. & ff. de iure
fisc. l. edicto. Sed quando dare est in obligatione: putà,
decem: ita ista 10. possunt diuidi: sicut & quando fa-
ctum diuiduum est in obligatione: sicut ergò pœna de-
bet pro parte cõmitti, & pro parte exigi: vnde malè vi-
detur

detur suprà distinctum. Respondeo, imò benè: nam quotiens debet dare 10. si minùs soluas quàm 10. meritò pœnalis stipulatio non committitur pro parte, sed insolidum: insolidum enim 10. danda sunt, sicut & factum diuiduum est in obligatione. facit pro prima distinctione ff. fam. ercis. l. hæredes. De hæredibus autem si quæris nunquid mutetur obligatio propter illos, iura variare videntur. legitur ff. de verb. oblig. l. stipulationum quædam. §. 1. quòd ex personis hæredum còditio obligationis nõ mutetur. at in eod. tit. l. ead. §. Cato. versic. sed ideò cautum est. dicit, quòd mutetur. Respondeo: tunc mutatur, quia illud quod erat in non faciendo, erat diuiduum. in hoc casu loquitur l. eadem. cæterùm si indiuiduum, quia homo promissus in genere, pro parte præstari non potest: vel erat indiuiduum: vt viam præstari vel non impedire volentem ire agere, non mutatur cõditio obligationis propter personas hæredum: & ideò posuit Iuriscõsultus, nõ mutatur cõditio obligationis, dixit in obligatione, quòd conditio obligationis non mutetur. conditio dico, si sit indiuisibilis: at si diuisibilis, contrà. OPPOSITIO. Sed opponitur ff. eod. l. stipulationum. §. vlti. nam ibi factum est diuisibile: & tamen si vnus soluat, pœna committitur insolidum. Respõd. ibi etiam non mutatur conditio in personis hæredum: nam ibi lex illud quod debebatur, erat diuiduum natura, non tamen erat diuiduum præstatione: nam nec debitor auditur, si velit particularem solutionem facere. vt ff. de vsur. l. tutor. §. Lucius. ita distinguo secundùm Dominum meum. Dominus tamen Ioan. alio modo distinxit, an ab vno quid sit dãdum vel faciendum: putà, promisi tibi vel legaui, si quid dares vel faceres: an à pluribus. Si ab vno agi nõ potest ad aliquid, nisi totum quod iniunctũ est, faciat: excipi tamen potest, vt non teneatur nisi pro parte. vt ff. si quis caut. l. si seruus. §. si plurium. & ff. de condit. & demonst. l. qui duobus. & l. qui hæredi. Si autem à pluribus distingue: sit pecunia, aut species, vel factum. Si pecuniam, dare debet quisque pro parte: quia ad partem quisque tenetur, & pro parte soluta agit. vt ff. de condit. & demonstra. l. cui. Si verò speciem, pro parte quidem tantùm tenetur, sed nõ liberatur, nec agi pro parte soluta. vt ff. de verbo. oblig. l. 2. §. quadam partis. & l. in executione. § pro parte. Si verò sit faciendum aliquid à pluribus, necesse est vel ab vno vel omnibus adimpleri. vt ff. de test. ma. l. si ita fuerit seruus. secun-
9 dùm Ioan. †QVAESTIO. Quid autem si plura capitula deuenerunt in contractum, vel in arbitrium, & pœna sit promissa, & quis faciat contra vnum capitulum, an pœna committatur insolidum, & exigatur? Respond. pro parte credo pœnam committi & exigi: quia quot sunt capitula, tot sunt diuisiones illius pœnalis stipulatiõis: sicut aliàs quot sunt res, tot sunt stipulationes. vt ff. de verb. oblig. l. quod dicitur. sicut ergò si quis veniret cõtra omnia, pœna committeretur in totum: ita si veniat contra partem, pro parte pęna committetur: vt idem iuris sit in tota quoad totum, & in parte quoad partem. vt ff. de vsuca. pro derelict. l. an pars, & ff. de rei vend. l. quæ de tota. & ff. de admin. tut. l. si duo. Propter istud ergò datur à lege consilium: vt si vis quòd pœna pro vno capitulo committatur insolidum apponatur in stipulatione. promittis istud & istud sub pœna tali: & si quid prædictorum nõ erit, dabis pœnam. vnde tabelliones nostri temporis scribunt sic: tu promittis omnia prædicta te seruaturũ & singula. & si cõtra prædicta vel aliquod prædictorum veneris, dabis tantum nomine pœnæ, dabn. vt Inst. de verb. obl. §. vlt. In vltimis tamen istud nota, quòd siue tractemus de certi cõdictione, nõ ex stipulatione, siue de actione ex stipulatu oportet, quòd quis cõcipiat verba in personam suã, ad hoc vt requiratur certi cõdictio ex stipulatione, vel actio ex stipulatu: putà, promittis mihi, & ille dicat, promitto: vel promittis mihi, quòd dabis illi. Item si mea interest, valet stipulatio: putà, si ille cui debebat solui, erat creditor meus: vel si mea non interest, debeo pœnam adijcere, tunc si non detur illi, ago ad pœnã. vt ff. de verb. obli. l. stipul. ista habere licere. §. alteri. & Instit. de inutil. stipu. §. alteri. & hic verior intellectus. multi tamẽ dicunt, quòd vbi mea interest: vel vbi pœna adijcitur, quòd stipulatio sic concepta teneat. promittis illi 20. quod non est verum, nisi in casibus: vt in tutore vel curatore minoris vel furiosi. & in Actore municipum, in seruo & filio: aliàs principali oportet quòd promittas. vt ff. de constit. pecun. l. cum qui. §. Iulianus. & ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. alteri. & l. si procuratori præsentis. Has quęstiones vt vtiliores in hac actione ex stipulatu tractare præuidi, aliàs subtilioribus tractandas relinquo.

Si quis promittat tibi se daturum vel facturum aliquid certo loco, competit actio ex stipulatu arbitraria, vbi incertum: si certum, certi condictio ex stipulatione arbitraria.

De actione ex stipulatu arbitraria, seu de certi condictione ex stipulatione arbitraria.

Rubrica.

1 *Actio ex stipulatu arbitraria vt competat, quot exigantur.*

2 *Pactum solum appositum in contractu stricti iuris de loco, quare faciat actionem stricti iuris arbitrariam.*

3 *Locus in pacto si non adijciatur, in quo loco solutio peti possit.*

4 *Alternatiua in contractu apposita, quomodo sumi possit.*

5 *Stipulationibus quæ tacita insunt, cur non semper sint in Rei potestate.*

6 *Reus qui certo loco promittit, an alio loco conueniri possit.*

7 *Reus in certo loco promittens, an alibi inuito stipulatore conueniri possit.*

8 *Liberatio an contingat si promisisti alicui, aut Titio soluere Ephesi. & Titio alibi soluatur.*

9 *Positiones Actoris & Rei in actione ex stipulatu arbitraria.*

10 *Libelli in actione ex stipulatu arbitraria, quomodo concipiatur. & num. seqq.*

14 *Stipulatus si quispiam fuit ab aliquo centum Capuæ, & datus sit illi fideiussor, an ita possit agi arbitraria contra fideiussorem. si fuerit in mora, sicut contra Reum principalem: & si agatur, an habeatur ratio vtilitatis ipsius fideiussoris & Rei & Actoris.*

15 *Reo si in mora fuerit, & non fideiussor, an obligatio fideiussoris augeatur, vt per hoc possit agi cõtra eum arbitraria.*

16 *Sorte soluta quo casu interesse Rei peti possit.*

EST & alia actio ex stipulatu, vel certi condictio ex stipulatione: de qua Dominus Ioan. nõ tractauit in arbore actionum, scilicet quandò aliquis aliquid se daturum vel facturũ certo loco promittit: quæ actio ex stipulatu seu certi cõdictio est arbitraria: & est alterius naturæ quam superior. vt Instit. de actio. §. præterea quasdam. & ff. de eo quod cert. loc. l. 2. & per tot. tit. ideo de ea videamus. Vnde ad hoc vt actio ista 1
competat, tot sunt necessaria, quot in actione ex stipulatu, & quot in actione certę condictionis ex stipulatione. Est & aliud necessarium, quòd illud debeat dari vel fieri certo loco, vt patet per iura allegata. si certũ quid promittatur, certo loco agetur actione ex stipulatu arbitraria. Istud tamen nota præcipuum, quod omnis actio stricti iuris ratione loci fit arbitraria. actio autem bonæ fidei non fit arbitraria ratione loci. ff. de eo quod certo loco. l. si hæres. & l. aut. & in l. in bonæ fidei. Sed quæritur, quæ sit ratio? Respondeo: actio bonæ fidei propter adiectionem suam naturam nõ mutat. vnde potiùs expedit agere actione bonæ fidei, quàm arbitraria, quæ est stricti iuris: cùm in bonæ fidei largiùs possit Iudex officium suum ostendere. vt Institut. de actio. §. actionum. quia in bonæ fidei Iudex augere & minuere potest: & veniunt ea quæ sunt moris & consuetudinis. vt ff. de ædil. edict. l. quòd si nolit. §. qui assidua. quod in arbitraria & stricti iuris non est.

Item

Item in act. bonæ fidei venit ioteresse iuris actionis, &
sic iure ordinario. vt ff. de act. emp. l. 1. & ff. pro soc. l. so-
cium. Io arbitraria venit officio iudicis, & fit iure ex-
straordinario. vnde hæc est ratio, quare bonæ fidei non
fiat arbitraria ratione loci, quia interesse quod venit
iure extraordinario, iam veniret iure ordinario, quod
iura nolût. vt ff. de mino. l. io causæ. & hoc secundû illâ
literam côducturum: vel secundùm illam literam cô-
ducturum, quæ est in d. l. bonæ fidei. dicas quòd omnis
actio bonæ fidei fit arbitraria ratione loci. Et quare in
2. parte illius l. dicitur côtra? Respond. quia interuenit
pactum nudû, quod nô sufficit etiam, si sit vestitum co-
hærentia contractus: sed stipulatio necessaria est. vt in
ea. l. aliâs etiam simile C. de vsur. l. quamuis. & ff. de re-
2 h. l. quòd si locus. & C. de iur. dot. l. 2oia. † QVAESTIO.
Sed quare solû pactum appositû in contractu stricti iu-
ris de loco facit actionem stricti iuris arbitrariam, bo
næ fidei nô? Respond. quia illa est frigida, & statim ea
quo sentit calorem modicû, ea illo pacto fit calida, id
est, arbitraria: quod in bonæ fidei nô est, quæ est multû
calida. nô multi caloris, id est, stipulatio facit eam cali
dam, id est, arbitrariâ: sicut in vase argeoreo & ligneo,
in quibus apponitur aqua calida. Item masculo & mu
liere instinctu luxuriæ: quia frigidior masculus cali-
dior est qualibet muliere: sed prior ea positio magis
placet. OPPOSITIO. Item adhuc instatur: in omni a-
ctione venit ioteresse, aliàs actio nô posset intentari. vt
ff. de seruit. l. quoties. & ff. de nego gest. l. si qui oegotia.
& ff. mandati. l. si procuratorem. §. mandati. in actione
stricti iuris venit interesse officio iudicis, & io arbitra
ria veoit similiter officio iudicis. vt ff. de eo quod cert.
loc. l. nô vtique. §. ounc de officio. qoare ergò actio stri-
cti iuris ratione loci dicitur arbitraria? Respond. ideò,
quia licèt in alijs stricti iuris habeatur aliqoandò ratio
interesse officio iudicis, vt dictum est, aliter tamen &
aliter. nam in omnibus actionibus stricti iuris habetur
ratio interesse officio iudicis tantùm ea parte Actoris:
in hac autem habetur ratio interesse vtriusque, scilicet
tam Actoris, quàm Rei. vt ff. quod cer. loc. l. 2. In hac au-
tem habetur ratio interesse circa rem, & præter rem.
vt ff. eod. l. 3 §. nunc de. In alijs autem habetur ratio in-
teresse circa rem, præterquam in casu. vt ff. de act. emp.
l. Iulianus. Item io alijs stricti iuris actionibus habetur
ratio interesse circa damnum. In hac autem actione
damni & lucri. vt ff de eo quod cert. loc. l. nô vtique. §.
pen. sicut io quibusdam alijs. vt in actione tutelæ. vt C.
arbit. tut. l. quicquid. & in actione rerum amota. vt ff.
rer amot. l si mulier. §. rerum. & in actione locat. & cô-
ducti. vt ff. loc. & conduc. l. si io lege. §. colonus. & l. in
quo etiam. & in l. si fundus quem. in fi. actione ea stipu-
latu rem ratam haberi. vt ff. rem rat. hab. l. si commissa.
in leg Aqoilia. vt ff. ad leg. Aquil. l. si seruus seruû. Sed
in actione tutelæ & locati quæ sunt bonæ fidei, quòd
habeatur ratio lucri extra naturam aliarû actionû est.
vt ff. de act. emp. l. si sterilis. vel aliter, actio stricti iuris
ratione loci fit arbitraria hoc modo: vt sicut in actio-
nibus bonæ fidei venit interesse iure actionis, ita & in
hac arbitraria: propterea actio bonæ fidei ratione loci
nô fit arbitraria: quia non posset interesse plus iure a-
ctionis arbitrariæ venire, quàm veniat. & sic intelligi-
tur l. ff. de eo quod cert. loc. l. nô vtique. §. nunc de offi-
cio. quòd officiû iudicis deseruiat actioni arbitrariæ:
sicut deseruit actioni bonę fidei. vt ff. de neg gest. l. quia
tantundem. Et mirabilissimo modo seruit officiû iudi-
cis: nam in hac actione seruit duobus modis: quia per
officium iudicis venit interesse. & quia posteà seruit si-
cut & mercenarius. & in alijs actionibus seroit vt mer
cenarius, nô quòd interesse veniat officio iudicis. Sed
mirû videtur, quomodò in hac actiooe possit haberi ra
tin interesse vtriusque, scilicet tam Actoris, qoam Rei
in vno eodemq; iudicio, & in vno eodemq; casu? Ioan.
summæ auctoritatis homo glossauit, quòd habeatur ra-
tio vtriusque alio & alio casu: æstimauit eoim, quòd in
diuersis casibus possit haberi ratio vtriusque. Dominus
meus æstimauit in vno eodemque caso posse haberi ra-
tionem interesse vtriusque. verbi gratia, iotereſt Acto-
ris: putà, quòd alicui sub pœna in loco destinato pro-
miserat. vt ff. eod. l. nô vtique. §. pen. Respondeo, inter-
est: quia est minoris pretij, ibi vbi promisit, quàm vbi
cônenitur: si ergò plus Actoris, quàm Rei interest, in
superfluum fiet côdemnatio. Vbi ergò sors est 100. inter-
esse Actoris 10. Rei interesse 5. côdemnabitur Reus A-
ctori in 100. & 5. Actoris autem dico in hac actione ra-
tionem habendam, ita demùm si culpa vel mora possit
Reo imputari. alioquin cur puniretur Reus? Sed Rei ha
benda est ratio semper: quia aufertur ei locus, quê ha
buit ea pacto. vt ff. eod. l. quòd si Ephesi. §. 1. & hoc secun
dùm Dominum meum Aznnem. Et ad notitiam huius
actioois secundum est, quòd aliquandò est alternatiua
promissio rerum: putà, promitto Stichum aut Pamphi
lum: vtraqoe re existente in rerum oatura semper pro-
missoris est electio, & antè petitionem rei, & pòst. vt ff.
eod. l. nô vtique. §. 1. & ff. de iu. dot. l. plerumque, in fin.
& ff. de verb. obli. l. eum qui. §. 1. aliquandò est alterna-
tiua promissio locorum: putà, promitto tibi p scem
Capuæ vel Venetijs, tunc antè petitionem Rei est ele-
ctio vbi soluat: posteà autem licet nô sit sua electio vbi
soluat, habetur tamen ratio interesse rei quatenùs sua
interesset ibi soluisse. Idem est, quandò est alternatiua
promissio locorum & rerum: putà, promitto Ephesi io,
aut hominem Capuæ. vt ff. eod. l. nô vtique. §. 1. & 2. vs-
que ad §. si quis ita stipuletur. Si autem stipulatio non
côtineat locum: putà, pinmi[tto] tibi Stichum: tunc nô
erit arbitraria, sed côtinebit int[er]esse. Si autem locus
fit adiectus, tunc erit arbitraria, vt dictum est. † QVAE- 3
STIO. Sed si quid si locus nô adijciatur, io quo loco po
test peti? Respôdeo, vbi habet domicilium, vel vbi cô-
traxit. côtraxisse autem videtur eo loco, vbi quis se so
luturum côstituit. vt ff. de iudi. l. hæres. & ff. de bo. auc.
iud. possid. l. 3. & ff. de act. & obligat l. côtraxisse. Quæ-
dam tamen quæstiones côcurrunt hic tanquàm vtiles.
† QVAESTIO. Legitur ff. eod. l. 2. §. hæc autem actio. vbi 4
est alternatiua promissio rerum & locorum, nô potest
experiri altero loco detracto, nec auferat Reo loci v-
tilitatem. & lex illa Vlpiani est. Legitur posteà in eo-
dem tit. l. nô vtique. versic. quæritur & in propositio, &
cæt. quòd possit peti altero loco: & sine loci adiectio-
ne habeat Actor electionem petitionis, vbi petat Reus
vbi soluat. vnde in alternatiua locorû & rerum Acto-
ris est electio: & in rem propter locum, id est, quia ha-
bet electionem loci, vbi petat, hab[et] elect. rei quam pe
tat: alioquin tollis ei actionem, id est, tolleres, si Reo
vis seruare optionem. & illa l. nô vtique. Scæuolæ est
responsio. multi dicunt, quòd Scæuola corrigit Vlpia-
num: sed nô est verum: imò secundùm prædicta io di-
uersis casibus loquuntur: quod eoim dixit Vlpianus,
vt possit côueniri sine loci adiectione, ita intelligo, vt
Reus non habeat electionem quo loco conueniatur. † 5
QVAESTIO. Item quæritur, quid est quod dicit Scæuo-
la. ff. eo. l. nô vtique, in prin. quòd ea quæ tacitè insunt
in stipulationibus nô semper sint in Rei potestate: cùm
legatur alibi, quòd ea quæ tacitè insunt côtractibus: &
quòd agitur tacitè pro cauto habendum sit. vt ff. si cert.
peta. l. cùm quid mutuum. vnde videtur, quòd sit in po
testate Actoris. Respondeo, lex Scæuolæ sic intelligi-
tur, ea quæ tacitè insunt stipulationibus: verbi gratia,
si promitto Ephesi vel Capuæ, tacitè hoc inest stipula-
tioni, vt Reus si côueniatur, soluat io quo loco velit,
vel Ephesi vel Capuæ: hoc nô semper, id est, omni tem-
pore. est in Rei potestate: sed quandò est in Rei pote-
state? scilicet antè petitionem Actoris, posteà nô: hoc
est quod sequitur Scęuola, est io potestate Rei quod de-
beat, subaudi, antè petitionem Actoris. ideò locum di-
cit nô esse in arbitrio Rei, vt eligat quo loco conuenia-
tur: quia iam esset in potestate sua an debeat, quod iu-
ra noluot. Hoc etiam dicit idem Scæuo. in ca. l. in verb.
illo. proinde inquit, &c. Nec obest l. cùm quid. quia lo-
quitur de alijs quæ tacitè insunt, scilicet vt in eadê bo-
nitate mutuû reddatur. † QVAESTIO. Item legitur ff. eo. 6
l. 1 & per totû. quòd Reus qui certo loco promisit, pos-
sit in alio loco côueniri, ergò in quolibet: vt vbi te in-
uenio, ibi te iudicabo. videtur quòd sic. vt ff. de iudic.

Leum

l.eum qui.& ff.de condit.indeb. l.qui certo. Dominus meus R.dicit,quòd nō in quolibet loco, nisi vbi habeat domicilium. & quod legitur in prædictis legibus, quolibet loco posse côueniri,subaudi idoneo,id est,vbi habeat domicilium: vt suprà in hac actione notaui. & sic est argumen.ff.de muner.& hon.l.vt gradatim.§. & si lege.& ff.de constit.pecun.l.quòd autem,in fin. † QVAESTIO. Item legitur ff.eodem.l.1 & per totum tit. quòd qui certo loco promittit,quòd alio loco côueniri possit. at in eodem titul. legitur. l. is qui certo loco promittit, in nullo alio loco potest soluere inuito stipulatore, quàm in eo loco, in quo promisit : sic multò magis nullus Reus potest compelli vt soluat in alio loco,quam in quo promisit: maximè cùm Reus fauorabilior sit quàm Actor. vt ff de reg.iu.l.fauorabiliores.Respood quòd Reus alio loco côueniatur,quàm vbi promisit,iusta ratio est,quę assignatur in l.1.quia nunquàm ad locum illum accederet: quod côtingeret, quia alijs locis fortè distingueretur,vel data opera nunquā iret. si ergò inuitus compellitur, de iure procedit: sicut & aliàs iudiciom redditur in inuitum. vt ff.de verb.obligat.l.inter stipulantem,in fi.1.colum. In iudicijs enim magis creditur Actori,vt ff.de iudic.l.si quis intentione. Quòd autem inuito stipulatore in alio loco Reus non possit soluere, ideò procedit,quia actū est expressim,vt in eo loco soluatur. In casu autē audiretur Reus si vellet in alio loco soluere, si offerret indemnitatem: & hoc secundùm quosdam,vt argumen.ff.de verb.ob-
8 ligat.l.qui Romæ.& ff de solut.l.Paulus. †QVAESTIO. Item legitur ff.eodem.l.non vtique.§.idem Iuli. quòd si promisisti mihi aut Titio soluere Ephesi,& Titio alibi soluatur, liberationem non contigisse, & solùm interesse petendum. Dicit Dominus meus, vel quærit qua actione petatur, cùm non sit in obligatione. nam actio primitiua sublata erat per solutionem. vt Instit. quib.mod.toll.oblig.& sic interesse amodò peti nō potest,quod venit officio iudicis,cùm non inueniat actionem cui seruiat. vt in eo.tit.l.centum Capuæ. & l.vlti.& C.depos.l.4. Respondeo : potest dici,quòd est ratio: quia quod est pro sorte solutū, & pro interesse videtur solutum.vt in eo.tit.l.vlti Nec obstat.quòd hæc opin.in fi.eiusdem legis reprobetur : quia nō loquitur in eo casu : & reprobat eam vbi mihi & no adiecto soluta est: tunc enim recepta sorte frustrà de pœna laboro. Facias ergò sic computationem,sors erat 100. interesse 20.si 100.soluisti Titio,videtur esse solutum pro 5. partibus pro sorte,restat soluēda pro interesse: & hoc secundùm Dominum meum Aznnem. Nec placet opinio Domini mei : quia ille qui soluit eo animo,soluit pro sorte tantùm:& sic nulla actio potest intentari pro interesse illo : sed licèt Dominus meus sic respondeat, quæstioni tamen & quærenti non satisfacit. Respondeo ego ergò, quòd actionem primitiuam intētabo,& petam totum,quod in stipulationem deuenit. non tamen fiet cōdemnatio nisi ad interesse.vt aliàs ff.de verbor.oblig.l.in executione. Et quòd dicit l.non vtique. solùm interesse petendum,subaudi, cōdemnatione inspecta: nam totum petitur , & in solo interesse fit condemnatio. vt ff.de petit.hæred. l. licet. propterea ergò quia adiecto solutum est, remanet actio primitiua integra: propter quam solutionem conditio mea nō debuit fieri deterior. Aliàs autem côtingit,quòd propter pignus remaneat actio primitiua, quæ solutione erat sublata.vt ff.ad Trebellian.l.debitor. alias nullum auxilium videtur competere: cùm actio primitiua erat solutione sublata,& officium iudicis non posset seruire actioni,quæ non superesset.vt C.depositi.l.4.& l.vltim.ff.eodē.non obstat , quia ibi fuit facta solutio, vbi
9 debuit, & non alibi : & hoc notat Dominus meus & Præceptor meus. † POSITIO. Positiones autem tam pro Actore,quā pro Reo collige ex illis positionibus, quas notaui suprà de certi cōdictione, quæritur ex stipulatione Libellum autem sic cōcipies,quandò est alter-
10 natiua promissio rerum. † LIBELLVS. Ago ego R.côtra M.qui promisit mihi Stichum aut Pamphilum: vnde vt soluat mihi Stichum aut Pamphilum,ago contra eum,& propono actionem ex stipulatu.Quòd sic rectè cōcip.libel.dicit ff.de verb.obli.l.vbi autem. §.qui illud. OPPOSITIO. Sed nō videtur,quòd talis petitio admittatur propter duo.Inprimis,quia Actor rem certam debet petere.vt ff.de rei vendic.l.si in rem.Ita certa sententia nō posset proferri, qualem Iudex proferre debet. vt Insti.de actio.§.curare.Item propter aliud: quia licèt duo deueniant in obligationem,vtrumq; tamen certum est: vnde debuit agi certi cōdictione ex stipulatione. vt ff.si cert.pet.l.si quid certum.Respōd.hoc cōtingit propter alternatiuam obligationē, quòd certa res nō possit peti: & certa nō potest proferri sententia: sed oportet quòd sententia & petitio feratur secūdùm quod est natura obligationis. vt arg.Instit.de act. §.huic autem qui loco. Quòd autem obijcis: quòd certum videatur in stipulationem venire: hoc verū esset,si electio stipulatoris esset : verùm si est electio promissoris,tunc incerta est:quia licèt vterq; sit in obligatione,alter tamen est in solutione. vt ff.de verb.obli.l.vbi autem.§.qui illud.in fin.& ff.de sol.qui 10.§ qui Stichū aut Pamphilum.& ff.de ac.& oblig.l.obligationum ferè.§ cōditio. In promissione alternatiua locorū sic li-
bel.cōcipies.†LIBELLVS. Ago ego R.côtra M.qui pro- 11
misit mihi piscem Capuæ vel Neapoli. ago côtra eum: propono actionem ex stipulatu arbitrarium, quandò res est incerta. Cæterum si certa res promissa fuerit,dica: propono certi cōdictionem ex stipulatione arbitrariam.Quòd sic recte cōcipiatur libel.dicit ff eod.l.2.& l. nō vtique. OPPOSITIO. Sed hoc videtur mirum,quare opponitur in libello,vt soluat mihi Capuæ vel Neapoli? Aut enim peto in alio loco,quòd possum,vt dictum est,& tunc sufficit,si dico,peto mihi piscē dari vel solui: aut peto Capuæ aut Neapoli,similiter sufficit. nam possum petere sine loci adiectione, vt dicit Scæuola in illa l.non vtiq;. & suprà dixi. Respōdeo: imò illud debeo adijcere in libello : quia cùm in condemnatione debeat haberi ratio interesse Rei : ideò peto mihi solui piscem Capuæ vel Neapoli, id est, vt habeatur ratio mei & rei, quatenùs sua potiùs interfuisset soluisse ibi. Si autem stipulatio sit alternatiua locorum & rerum,
sic libellum concipies. † LIBELLVS. Ago ego R. cō- 12
tra M.qui promisit mihi Ephesi 10. aut hominē Capuæ: vnde quòd soluat mihi 10.Ephesi aut hominē Capuæ, ago contra eum,& propono actionem ex stipulatu arbitrariam. Quòd sic rectè concip.libellus, dicit ff.eodem.l.non vtique.§.proinde. OPPOSITIO. Sed huic libello similis insurgit obiectio. & eodem modo hic respondeas. Vel aliter esto,quod non adijcias hoc in libello,satis intelligitur esse adiectum. simile argum.de verb.obli.l.vlt.in illo verb.alioquin cùm ita stipulor. Sed omnibus libellis , in quibus agitur arbitraria , sic opponitur. OPPOSITIO. In hac actione habetur ratio interesse ex parte Actoris. vt dictum est, quomodò potest haberi ratio in sententia de interesse,ex quo petitum nō est: siue veniat illud interesse iure actionis siue officio iudicis? Respondeo,benè cōceptus est libellus, si fortè Actoris intererat:quia fortè pœnam alteri promisit,vt illud Titio daret, quòd tu sibi promiseras certo loco,& sic mea intererit : vel fortè intererat sua ra-
tione lucri: tunc in libello potest adijcere. † LIBELLVS. 13
Ago côtra M. qui promisit mihi soluere 10.Ephesi, aut hominem Capuæ, quem hominem Capuæ promisi Titio sub pœna 20 vel si hominem mihi soluisset, vendidissem 100. vnde illud interesse meum peto:propono actionem ex stipulatu arbitrariam, pro homine propono officium iudicis. vt ff eod.l.2.& 3.§ nunc de officio. Quòd sic rectè cōcipiatur libel.dicit ff.eo.l.2.& l.nō vtiq;.§.nunc de officio.Vel sic:peto hominem mihi solui,& illam pœnā,vel illud interesse præstari.vt ff.eo.l. quòd si Ephesi §.1. OPPOSITIO.Itē adhuc obijcitur: actio ista dicitur arbitraria.vt ff.eo.l.arbitraria & Inst. de act.§.præterea quasdā.& §.loco.quomodò actio ista dicitur arbitraria,cū istæ actiões dicātur arbitrariæ?vt in præd.§ præterea. Respond.vt notes notitiam istius tituli, scire debes, quòd licèt omnis actio stricti iuris arbitraria possit fieri ratiōe loci,tamē in toto tit.ff.eo.

non

nõ tractat nisi de tribus: putà, si promissum est aliquid certo loco, certum vel incertum. vt ff. eodem. l. 1. Item si testator aliquid dari iussit certo loco. vt ff. eodem. l. si hæres. Item si pecunia data mutuò reddenda certo loco. vt ff. eod. l. & si. & sic actio ista dicitur arbitraria ratione loci, quotiens aliquid petitur: nõ in eo loco, in quo est promissum, sed alibi. tunc enim iudex habet rationem loci illius, vbi est promissum, & extendit ibi officium suum. vt ff. eodem. l. nõ vtique. §. nunc de officio. Si verò petatur in eo loco, in quo promissum est, tunc officium iudicis cessat, nec petitur nisi summa promissa, etsi aliquid interest ratione temporis. vt ff. eod. l. quòd si Ephesi. Aliæ autem actiones dicuntur arbitrariæ alio respectu. vt not. in summa de act. & quilibet studiosus ex natura illarum colligere potest. In fine istius actionis intẽtionem l. centum Capuæ. & l. vltim. tractare præuidi. Duæ quæstiones formantur in
54 l. illa centum. † Prima talis: stipulatus fuisti à me 100. Capuæ, dedi tibi fideiussorem. quæsitum est, an ita possit agi arbitraria cõtra fideiussorem, si fuerit in mora: sicut cõtra Reum principalem: & si agat, an habeatur ratio vtilitatis ipsius fideiussoris & Rei & Actoris. Respond. agi posse arbitraria, & haberi rationem vtilita-
55 tis omnium. † Ponitur secunda quæstio: an si Reus sit in mora, & nõ fideiussor, augeatur obligatio fideiussoris vt per hoc possit agi cõtra eum arbitraria? Respõdet quòd nõ, & ad verbum illud, nec oportebit, &c. notatur respõsio, licèt quæstio nõ moueatur: aliàs nõ moueatur & formetur obiectio cõtra responsionem: iudicis obligationem fideiussoris nõ augeri. sed videtur contrà: nam si sit debitor aliquis, qui debeat debitum sub vsuris promissis per stipulationem, si Reus non soluat debitum, committitur obligatio vsurarum cõtra fideiussorem: & ita augetur obligatio fideiussoris propter moram Rei: nam mora Rei fideiussori nocet. vt ff. de verb. obligat. l. mora. ff. de vsur. l. mora. Respond. ibi aliud ideò, quia duæ erant stipulationes: vna sortis, alia vsurarum: hic autem vna, scilicet, certi condictio pro pecunia credita certo loco reddenda. Et quòd sit aliud, adduxit exemplum, si aliquis soluat partem pecuniæ, id est, sortis principalis, pro ea parte tollitur obligatio quoad interesse. At si soluatur pars sortis, nõ perijt obligatio quoad vsuras. In l. vlt. ff. eodem. l. si post moram. duæ quæstiones notantur: sed non soluitur prima, quæ talis est: dictum est in l. illa centum. quòd si aliquis dedit fideiussorem antequàm fuisset in mora, quòd ex posteriori mora non augeatur obligatio fideiussoris: nunc ponitur quando Reus fuerat in mora, & dum creditor vult illum arbitraria cõuenire, dedit fideiussorẽ: quæritur, an fideiussor teneatur pro isto interesse, quod iam incepit deberi, & potest accedere officio iudicis: ad hanc quæstionem nõ respõdetur in lege. Sed respõdit Dominus meus Ioan. aut hic fideiussor simpliciter intercessit, & tunc tenetur. vt ff. de fideiussorib. l. si quis pro eo. §. si nummos. aut pro sorte tantùm, vel interesse tantùm, & tunc vltra nõ tenetur, nisi quantum intercessit. vt ff. ad municipal. l. libertus. in fin. nõ admissa distinctione P. qui dixit, debeatur interesse iure actionis, vel officio iudicis. vt not.
56 Dominus meus ff. loc. & cõduc. l. quæro. † Ponitur & alia quæstio, an soluta sorte possit interesse rei peti posteà: & incipit quæstio ab illo versic. adeò vt nunc. & licèt aliquis possit dicere, quòd illud quod est solutũ, videatur esse solutũ pro sorte interesse, & pro vsuris, nõ admisso tali dicto. Respondetur, quòd soluta sorte interesse nõ petatur. Nec est cõtra ff. eo. l. 3. §. idem Iuli. quia hic soluit principali: vnde ratio est, quòd sibi imputetur, quare recipit: quia videtur renunciare interesse: ibi autem soluit adiecto.

De actione ex stipulatu ex tempore præsumpta. Rubrica.

1 *Actio ex stipulatu ex tempore præsumpta, vt procedat, quot requirantur.*

2 *Libellus in actione ex stipul. ex temp. præsump. quomodo concipiatur. & num. seqq.*

SVperest & alia actio ex stipulatu præsumpta ex tempore: de qua Dominus Ioan. nõ tractauit in arbore. tamẽ de ea tractare præuidi. Si enim aliquis soluat aliquid longo tempore 10. ann. inter præsentes, 20. inter absentes, præsumitur quòd stipulatio præcesserit, & agitur ex stipulatu. de qua actione habes ff. de vsur. l. cùm in rem verso. quòd enim de tanto tempore intelligatur, est argum. C. de præscript. 10. vel 20. ann. l. vltim. & ff. de damn. infect. l. si finita. §. si quis aut mea. † 1
Quæ actio vt competat, sunt pro maiori parte necessaria quæ diximus suprà de certi cõdictione ex stipulatione. Secundùm, quòd solutio facta sit, vt dixi, longo tempore: & hoc quando nõ erat rusticus. in rustico enim desideraretur solutio per tempus longissimum. vt C. de agric. & censit. l. litibus. lib. 11. & licet l. illa, cùm de in rem verso. loquatur in vsuris, idem tamen dicit Dominus Ioan. in alijs præstationibus & seruitutibus acquirendis. Positiones autẽ in hac actio. tam pro Actore, quam pro Reo facillimæ sunt, & ideò eas hic nõ pono. In hac autem actione cõcipiet libellum Actor sic. † 2
LIBELLVS. Ago ego R. contra M. vt soluat mihi vsuras: videlicet solidum vnum pro qualibet libra singulis mensibus: quas vsuras mihi promisit se in futurum, & soluit per decem annos: & ad hoc propono certi cõdictionem ex stipulatione. Quare dico ex stipulatione? ideò quia vsuræ fœnebris pecuniæ citra vinculum stipulationis peti non possunt. vt C. de vsuris. l. quamuis. pro annuis autem præstationibus dicam sic. † LI- 3
BELLVS. Ago ego R. contra T. vt præstet mihi libram ceræ, vel piperis, vel caponem vnum pro anno præterito: & quòd caueat se soluere in futurum singulis annis: quam caponem vel libram piperis antecessores sui & ipse mihi promiserũt & antecessoribus meis annuatim soluere pro tali prædio quod à me tenet. vel pro alia causa: & quòd promiserint, propono antecessores suos & ipsum antecessoribus meis & mihi soluisse per decem annos: propono actionem ex stipulatu præsumptam ex tempore. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit prædict. l. cùm de in rem verso. Quòd causa sit inserenda propter quam petitur, notaui suprà de certi cõdictione, quæ oritur ex stipulatione. Quod ad cautionem agam pro futuris temporibus probant iura ff. de iudic. l. in omnibus. & hoc in bonæ fidei: vt dicit lex illa. & etiam in stricti iuris. ff. si serui. vendic. l. egi. & de ser. vrb. præd. l. qui ædificium. & ff. de petit. hæredit. l. quòd si in diem. & ff. de pign. l. grege. § si sub conditione vi. ff. vt in possess. lega. l. etiam. & ff. de iurisdict. om. iudic. l. & si susceperit, in fine. & ff. pro soc. l. pro socio arbiter. & ff. si cui plus quàm per. l. fal. l. 1. in princ. ff. de aqua plu. arcend. l. si tertius. & de eo quod cert. loc. l. quòd si Ephesi. OPPOSITIO. Sed oppon. nõ videtur, quòd pro futuro tempore possit agi, cùm tractatus futuri temporis nõ pertineat ad iudicem. vt ff. de vsur. l. 1. & est argum. ff. de iudic. l. nõ quemadmodum. Respõd. quod legitur de vsur. quod enim &c. legatur interrogatiuè, & respondeatur affirmatiuè. quid enim pertinent? Respõdeo: quòd pertinet sicut aliàs. quid enim municipes dolo facere possunt vel faciunt: & dicimus, quòd faciũt. vt ff. de dol. l. sed si. § sed an in municipes. ff. quod metus causa. l. metũ §. 1. & alias si sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? certè erit alius sacerdos. Vel aliter vt notauit Dominus Ioan. in l. 1. de vsur. non pertinet odio vsurarum: licèt aliàs pertineat. Vel meliùs in nullo casu pertinet. vt in prædic. l. de vsur. & de iudic. l. nõ quemadmodum. nisi accidat ratione præcedentis vel præsentis iuris tractus, qui in futurum respicit: vnde ibi tractatus futuri temporis spectat ad iudicem ratione præsentis iuris. vt ff. si vsufruct. pe. l. pen. & §. vltim. Item & in alijs potest videri. vt ff. si ser. vē. l. harum. & ff. commu. diui. l. communi diuidun. §. cum de vsufructu. & ff. de aq. plu. arcen l. Anteius. & l. vicinus loci. vnde in annuis præstationibus pensionum vel aliarum: putà redditũum seu seruitiorum in futurum condem-

condemnnar, quia ratione præsentis cõtractus vel obligationis, quæ in futurum recipit, fit: nec plus actor petere intelligitur cùm vult reum condemnari in præsentem præstationem & futuram suo tempore soluendam: quòd si ratione contractus futuri temporis vellet aliquem condemnari, qui ei forsan in futuro promissurus est, hoc ad iudicem nõ spectat, quia tunc nullum ius vel contractus præsens ad hoc iudicem induceret. Similiter & in l. 1. de vsur. nõ est aliquod ius vsurarum præsens, scilicet, in his quæ ex sola mora veniũt, vt possint illę vsuræ peti. vnde nec iudex super illas partes
3 debet imponere. OPPOSITIO. Sed adhuc opponitur ff. de admin. tu. l. tutor qui repertoriũ. §. si deponi. nam ibi etiam iudex pro futuro tempore & pro iure non competenti in præsenti interponit partes suas & comminatur, & propter comminationem iudicis legitimè postea prętantur vsuræ. Respondeo: illud decretũ iudicis vel prætoris est, sicut & illud ff. de tute. l. muto. §. 1. constat enim iudicem posse què iubere quid facere, quòd si non faciat, condemnat vel mulctat prout vult, vt ff. si quis ius di. non obt. l. 1. & hoc secundùm Ioan. OPPOSITIO. Sed huic libel. sic opponitu: Tempus non est modus inducendæ obligationis sicut nec tollendę, vt ff. de actio. & obli. l. obligationum ferè. §. placet. ar. ad idem inducitur C. de pac. l. si certis annis. quod enim tempus obligationem non inducat iusta est ratio. Omnis enim obligatio aut oritur ex contractu vel quasi: aut ex maleficio vel quasi, vt Insti. de oblig. & ff. de action. & obligat. l. 1. non autem enumeratur ibi tempus, quomodo ergo possum dicere vt soluat vel caueat se soluturum in futurum quod soluit 10. annis? Respõdeo: fateor hoc de plano esse verum, quòd hoc tempus solùm non est modus inducendæ obligationis, vt C. lib. 10. de fun. patri. l. ius. vnde si aduocatus sic poneret. Ago contra talem vt mihi soluat in futurrum: vel caueat se soluturũ in futurum: quia soluit mihi 100. annis vel mille, malè ageret: cùm solùm tempus allegaret, non causam præsumptam ex tempore, scilicet, stipulatiõis: quam ideò præsumpsit Imperator in l. illa, cùm de in rem verso. quia ex quo aliquis soluit longo tempore, præsumitur quòd soluerit debitum: quis enim toties soluerit illud quod ad soluendum non tenetur, cùm nemo sit promptus ad iactandum pecuniam suam. vt ff. de probat. l. cũ de indebito. Præterea exigimus in persona rustici solutionem per 30. ann. quia per l. illam, cùm de indebito. præsumitur soluere indebitum: molta enim præsumimus ex tempore. præsumimus enim voluntate patris hæreditatem aditam, & sibi commodum acquisitum si filiusfamil. hæreditatem longo tempore detinuit, vt C. de petit. hæred. l. si filius. præsumitur etiam, quòd pater emancipauit filium cum longo tempore passus sit res sui filij, vt patrisfa. tutores administrare, vt C. de patria pot. l. 1. Præsumitur etiam donatio per longum tempus si pater passus est rem donatam filium possidere, vt C. de bo. quæ lib. l. cùm oportet. in fin. 1. col. Præsumitur etiam ex longo tempore fideicommissum, vt ff. de proba. l. Procula. Quidam tamen dicũt, quòd in l. illa, cùm de in rem verso. Imperator benè præsumpsit, sed malè iudicauit: & maximè propter odium vsurarum, sed licèt male iudicauerit, sequenda tamen est sententia Imperatoris in omnibus similibus, vt C. de leg & const. l. vlt. & arg. ff. de vsu. l. in fideicommissi. OPPOSITIO. Sed omnibus his opponitur, dicimus tempus non esse modum inducendæ obligationis. & adducitur l (tanquàm meretrix) obligationum. §. placet. sed lex illa non dicit nec negat: sed hoc dicit, quòd obligatio non potest ad tempus constitui sicut nec legatum. ex qua litera & ex sequenti ille intellectus assumitur, vt tempore obligatio non finiatur, nec tempus obligationem tollat. Respondeo: ex litera illa hoc sumimus, si tempus non tollit actionem, ergò non inducit: & est locus à maiori. citius enim deberet tollere quàm inducere, cùm reus sit fauorabilior quàm actor: & etiam absolutio quàm condemnatio. vt ff. de act. & obligat. l. Arrianus. & multum facit pro verbo illo notabili, tempus non inducit obligationem prædict. l. ius. C. lib. 10. de fun. pa. OPPOSITIO. Sed opponitur huic verbo notabili. videtur quòd tempus obligationem inducat. vt C. de fideicomm. l. 1. Respõdeo: illud operatur geminus fauor & vltimæ voluntatis & alimentorum. vel relicta erant alimenta in minus solenni testamento, vnde cùm sciens soluerit, tenetur complere, vt C. de testamen. l. non est dubium. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur: tempus obligationem inducit, & actionem parit, quia seruitus quæ habet continuam causam longo tempore quæritur. vt ff si seruit. vend. l. si quis diuturno. ff. de ser. vrb. prædi. l. foramen. & C. de serui. l. 1. Respondeo: non est locus oppositioni, licèt enim seruitus quæratur, & actio mihi confessoria detur, non tamen sequitur, quòd obligatio sit acquisita omni confessoria in rem. vt ff. si seruit. ven. l. & si fortè. §. vlti. & quòd ibi dicit magis in rem electiuè ponitur, vt in eo titu. l. 2. in princ. si est in rem, ergò obligatio nulla oritur: quia actiõe in rem agimus. cum eo qui nullo iure nobis est obligatus. vt Inst. de act. §. 1. vel melius ex quo te sciente transeo per fundum tuum seruitutem illam quę habet continuam causam videris mihi concessisse: cùm seruitus pactionibus & stipulationibus cõstituatur, vt Instit. de serui. quòd per tuam patientiam videaris tua voluntate in me transferre, est arg. C. de acqui. possess. l. minus. ff. de aqua plu. ar. l. Labeo. cum l. seq. & sic nõ solum tempus inducit obligationem, sed tua patientia & tua voluntas pręsumpta ex tempore: & sic per hanc solutionem soluere potes multas obiectiones. Item in eo quod dicitur, quòd tempus non sit modus actionis tollendæ, est locus obiectioni, de omnibus illis quæ loquuntur de vsucapionibus & præscriptionibus. Nã vsucapio est acquisitio dominij, vt ff. de vsuc. l. 3. Item præscriptione maximè 30. ann. & 40. omnis actio tollitur, vt C. de præscrip. 30. an. sicut in rem. & l. cùm notissimi. Item est locus obiectioni quicquid dicitur de actiõe de dolo, quæ biennio tollitur, vt C. de dolo. l. vlt. quicquid de redhibitoria & quãto minoris, quæ tollitur sex mensibus & anno. vt ff. de ædil. l. sciendum. Et sic vt breuiter excludam quicquid posset opponi de omnibus actionibus quæ certo tempore limitantur: per quod infertur vt tempus sit modus actionis tollendæ, respondeo: tempus nõ est modus tollendæ actionis ipso iure, ita vt ipso iure nullæ reliquiæ remaneant: tollitur autem tempore per exceptionem, & est ratio, quia tempus non potest tollere actionem et obligationem primitiuam: ideò quia in prima obligatione erat naturalis, quę non potest tolli per tempus, quod est inductum à iure ciuili, putà propter præscriptionem, sed ciuilis quæ fuit in prima obligatione eliditur per præscriptionem, propterea l. dicit, qui præscripsit similis est soluenti. vt ff. de admi tu. l. si pupillus. similis est in hoc, quòd non possit conueniri: dissimilis est tamen, quia qui soluit liberatur ipso iure, qui præscribit liberatur per exceptionem. Item dissimilis quia qui soluit, si iterum soluat, repetit secundò solutum vt indebitum. vt ff. mand. l. si fideiussor. qui præscribit, si soluat, non repetit: quia naturalis causa inhibet repetitionem, vt ff. de condi. inde. l. Iulianus. & arg. ff. de fideiuss. l. vbicunque. OPPOSITIO. Sed opponitur ff de fideiuss. l. si quis postquàm tempore. vbi reus liberatus pręscriptione, si dedit fideiussorem, fideiussor nõ tenetur, ergò post præscriptionem remanet: si enim remansisset, illi accederet fideiussor, cùm omni obligationi fideiussor accedat, vt ff. de fideiuss. l. 1. Respondeo: ibi ideò fideiussor datus nõ tenetur, quia fuit datus per errorem: ille enim qui dedit, credebat se ciuiliter & naturaliter obligatum, & ideò dedit: & hoc est quod dicitur in eadem l. quoniam erroris fideiussio nulla est. aliàs fideiussor tenetur, licèt vtatur exceptione, quæ competit reo principali. vt ff. de except. l. omnes. Quidam tamen voluerunt distinguere vtrùm loquamur de actione reali an personali. si de reali dicunt, quòd ipso iure tollatur: et est ratio, quia ex tempore inducitur, vt in rei vendicatione, & per tempus ipso iure tollitur, vt eadem sit causa ligandi & soluendi ducta in contrariũ. vt ff. de verb. obl. l. inter stipulantem. in fi. 1. col. Si autẽ sit personalis, tollatur per exceptionem. sed non est ve-

rum noo enim solom tempus inducit rei vendicationē per vsucapionem, sed alia præcedentia, scilicet contractus & cootinuata possessio, & negligentia non petentis, nec hypothecaria quæ est in rem. vt C. de pig. l. l. pignoris oritur ex tempore, sed ex cōtractu, vt ff. de actio. pigno. l. 1. & ex pacto, vt ff. de pact. l. si tibi decem. §. de pignore. si enim solum tempus induceret, bona esset illatio: ergò solum tempus auferret, sed est falsum. Sic ergò assume, tempus non est modus inducendæ obligationis, nec tollendę ipso iure, sed per exceptionem. vnde sequitur quòd ad tempus obligatio non possit constitui nec etiam legatum, vt dicit d. l. obligationum. §. placet. nam & si promitto tibi decem quoad viuam, etiam post mortē meam durat obligatio. & hæres meus potest côueniri, licèt habeat exceptionem. Idem si promitto tibi vsque ad Calendas Ianuarij Idem si concedo tibi seruitutē quoad viuam, etiam post tempus & post mortem durat obligatio, licèt obstet exceptio pacti: quia tacitē videtur pactus, ne post mortem vel tempus petat, vt ff. de verb. obliga. l. eum qui ita. §. qui ita. OPPOSITIO. Sed opponitur: videtur quòd obligatio & legatum ad tempus possit constitui: nam si dico, dabo tibi decem singulis annis vsque ad decimum, post decimū ipso iure non petetur. quod hac ratione probatur: hîc sunt decem stipulationes decem summarum. vt ff. de verbor. obliga. l. pluribus. §. de hac. & C. de præscript. triginta annor. l. cùm notissimi. §. in his. vbi cauetur, quòd tot præscriptiones sunt necessariæ, quot sunt anni, & quot actiones: & sic post tempora statutorum annorum nulla præscriptio necessaria est. Respondet dominus meus R. quòd sicut hæc sententia placet, vt tot sint stipulationes quot anni, dicet nullam præscriptionem esse necessariam, scilicet cum effectu: nam post annos durat actio, licèt doli vel pacti obstet exceptio, vt ff. de verb. obligat. l. eum qui ita. §. qui ita. Instit. de verbor. obligat. §. at si ita. sed de legato maior quæstio sequitur. nam tot sunt legata quot anni, vt ff. quando dies legat. cedat. l. cùm in annos. & l. nec. ff. de donat. caus. mort. l. senatus. §. vlti. adeò quòd primi anni legatum sit purum, ita quòd legatarius transmittat legati petitionem ad hæredem: sequentium annorom conditionale, id est, quòd ita demùm transmittat, si legatarius vixerit vt ff. de annuis legat. l. cùm in annos. cùm ergò tot sint legata quot anni, ergo post annos finitos nullū legatum, & sic nulla petitio. vt ff. de verbor. obliga. l. & & ideò. §. cùm stipulamur. alias l. si Stichum. §. stipulatio huiusmodi. Respondet dominus meus R. quòd hîc dicitur, quod legatum non possit ad tempus constitui, intelligo vt si in testamento legauit alicui 100. vel fundum: & dixit hæredem post tempus non teneri, quia sic non potest obligatio legati ad tempus constitui, vt ipso iure tempore finiatur, vt ff. de lega. 1. l. nemo.

Si quis rem tuam contractet te inuito, tenetur actione furti nec manifesti.

De actione furti non manifesti. Rubr.

1 *Actio furti non manifesti vt veniat, quot exigantur.*
2 *Pater si agat nomine filij filius autem non, quoniam liber homo æstimationem non recipit, quid duplicetur in actione furti non manifesti.*
3 *Opera ex affectione quare plus æstimentur in patre quàm in matre, cum æqualis sit pietas quæ parentibus debetur, licèt eorum potestas non sit æqualis*
4 *Res sacra si furto surripiatur, quis furti agere debeat.*
5 *Actio furti manifesti quare prætoria sit, nec manifesti autem ciuilis.*
6 *Libelli in actione furti non manifesti quomodo formentur. cum plus seq.*
8 *In actione furtiua quid dupletur, & quod duplum petatur.*
10 *Creditori si pignus surripiatur, an actione furtiua agere debeat.*
11 *Creditor si pignus contrectet, an furti teneatur.*
12 *Fullo in actione furtiua an teneri possit.*
13 *Colonus vel inquilinus pro fructibus surreptis, an furti teneantur.*
14 *Fructuarius, vsuarius, superficiarius, & feudatarius an furti teneantur.*
15 *Actio furti an assidua contrectatione nascatur.*
17 *Hæreditate adita si aliquis rem surripiat, & ante apprehensam possessionem ab hærede, an furti teneatur.*

SI quis rem tuam mobilem contrectet te inuito, tenebitur actione furti nec manifesti, licèt possit conueniri actione furti manifesti, si in furto deprehendatur, de qua actione suprà diximus, de actione furti manifesti, quæ est prætoria: hæc autem actio non manifesti ciuilis est, sicut ibi nota ideò dixi de mobili tua contrectata: quia si non esset res mobilis, non posset furtum committi: abolita est enim sententia dicentium fundi locive furtum fieri, vt Institu. de vsucap. §. 2. Quæ autem sint necessaria ad hoc vt actio ista competat, suprà dixi de actione furti manifesti. veruntamen sicut dominus meus plenissimè not. in summa de fur. quæ sint necessaria in hac actione, quæ ex diffinitione furti pro maiori parte colligimus, inseram illa in hoc opere propter pauperes scholares maximè quibus hoc opus vtilissimum est, cùm non possint habere copiam librorum: domino tamen sua dicta asscribam. dicit enim sic: furtum est contrectatio fraudulosa rei alienæ, mobilis, corporalis, quæ fit inuito domino animo lucrandi, scilicet rei, vel possessionis, vel vsus quod iure naturali prohibitum est admittere, vt ff. eod. l. 1. §. vltim. & Institu. de obligatio quæ ex delict. nasc. §. 1. Col-
lige ergò hæc necessaria in hac actione. Primum, quod 1
interueniat contrectatio. Secondum, quòd res sit aliena. Tertium, quòd sit mobilis. Quartum, quòd sit corporalis. Quintum, quòd inuito domino côtrectet. Sextum, quòd sit fraudulosa & animo lucrandi. Videamus de singulis. Fraudulosa ergò dicitur, quia si credat sibi licere rem suam suscipere, furti non tenetur, vt habes Institu. vi bon. rapto. Item si credat facere domini voluntatē, non tenetur furti, vt statim dicemus: quia non fit dolo contrectatio, sine qua furtum fieri non potest: sola enim voluntas vel inficiatio non facit furtum. vt ff. eod. l. 1. §. 1. & l. si quis vxori neque. & l. inficiando. & l. falsus. §. si quis nihil. Contrectationem, intellige veram vel interpretatiuam. De vera est exemplum quando res portatur de loco ad locum, vel re illa vteris, vel illam vendis. De interpretatiua est exemplum: putà, quandò falsus procurator volens debitum exigere, alij delegauit soluēdum esse se præsente. nam propter præsentiam suam contrectasse videtur, vt ff. eod. l. falsus §. sed & si is qui. & de interpretatiua est exemplom, quandò alieno seruo dico vade, & vadit: veni, & venit: fac, & facit. vt C. eod. l. alienum. Intelligam ergò contrectationem generalissimè omnem abductionem aut baiulationem. vt ff. eo. l. si quis vxori §. si quis asinum. Rei alienæ, ideò ponitur: quia rei quæ plenissimè mea est, non facio furtum: ideò dico plenissimè, quia si est communis, vel si alius habet ius in ea, vel si alij est obligata, contrectando furtum committo, vt ff. eod. l. si socius & ff. pro soc. l. rei communis & ff. eod. l. cùm æs. §. 1. & l. si quis rem pignori. in princip. & ff. de vsucap. l. sequitur. §. si rem. & ff pro empto. l. si rem. Item ideò dico alienæ: quia si nullus esset, putà, hæreditariæ, non fiet furtum nisi ratione commodati, vel pignoris, vel vsusfructus. vt ff. eo. l. hæreditatiæ. & l. verum est quod plerique. Corporalis ideò dicitur, quia incorporalia tradi non possunt, & sic nec contrectari. vt ff. de acquiren. rerum domin. l. seruus § incorporales. Inuito domino, ideò dicitur: quia si credit dominum concessurum, non tenetur furti, & est in culpa si non fuit iustæ credulitas: quia non debuit putare dominum concessurum, vel in tali causa vti, in qua nullo modo dominus concederet: tunc enim & si non teneatur furti, tenebitur

nebitur tamen commodati vel depositi, si commoda-
tum vel depositum præcessit, vt ff.eod.l.qui re. & ff.de
cond.causa dat.l.vlti. Si autem puto me facere inuito
domino,& facio eo volente, licet furtum sit, furti non
teneor, vt ff.eod.l.inter omnes §. penult.licet quidam
dicant quòd verba illa correctiuè ponantur, scilicet
quæ sequuntur, veruntamen, &c. esset enim contra re-
gulam vt volenti domino fieret furtum, nisi dicas ca-
suale, vt C.eod.titu.l.si quis. verum in d.l.inter omnes.
est quoddam verbum, quòd multos in errorem indu-
cit, quòd siue verè siue falsò putem dominum permis-
surum, non tenear furti. vnde est contra illud quod su-
prà diximus, quòd debeat esse iusta credulitas. Re-
spondeo, illud verbum duobus modis intellige, quòd
siue verè siue falsò credam dominum permissurum ex-
cuser à furto. quid enim dolo facit, qui putat dominum
permissurum? sed alio modo tenetur, sicut dixi, vel ali-
ter: quia si verè credebam dominum permissurum, &
hoc falsum erat: quia nunquàm dominus permitteret,
tunc excuser à furto, siue iusta causa præcedat quare
debeam hoc credere sicut dixi, alioquin furtum com-
mitto,& ita intelligitur Institu. de obligat. quæ ex de-
lict.nasc.§. pœna autem. Item ideò dicitur inuito do-
mino, quia si eius voluntate vtar furti non teneor: vt si
rem habuit pro derelicto, quia eam proiecit vel dedit
potestatem mihi vendendi pro debito. vt ff.eod.l.fal-
sus.§.si quis.& §.si iactum.& l.cùm creditor & C.de pi-
gnor.l.creditores. Fraudulosa animo lucrandi, ideò
dicitur, quia si non habet animum fraudandi & lucran-
di, non committit furtum, nisi in casu ff. eod. l.qui fac-
tum. Si enim non animo lucrandi, sed damni dandi
vel libidinem exercendi cum meretrice ancilla aliena
nam secùs est in non meretrice) furtum non committi-
tur, vt ff.eod.l.verum. & l. fullo & sarcinator.§ si quis
ancillam. Item eorum nomine tenetur furti quæ quis
accepit animo lucrandi, vt dicitur de vnionibus & a-
ceruo frumenti, vt ff.eo. l.vulgaris. & l.si quid fur.pri-
mo responso.& secundo. & l.verum est. & sic est argu.
vt quis teneatur furti ratione vsus. Gratia rei vel pos-
sessionis vel vsus ideò dicitur, quia vbi rem ipsam con
trecto furti teneor, æstimata re tota: vbi vsum rei vo-
lui contrectare, & contrectaui, non rem, tunc teneor
furti ratione vsus: vbi possessionem, teneor furti ratio-
ne possessionis,& hoc dicunt quidam & fortè benè.ar-
gu.legum prædictarum. Alij contra, & dicunt æstima-
ri proprietatem plenam: quia non potest sic separari
vsus rei à re, sicut frumentum ab aceruo. vt ff.eod.l.qui
iumenta. & l. si vendidero.§. cùm autem. Sed melior
videtur prima sententia, & non sine causa posuit, rei,
possessionis, vel vsus gratia, et possum contrectare rem
& non vsum. verbi gratia, quandò rem tuam vendidi.
Item possum contrectare vsum rei & non rem, quando
commodasti mihi equum vsque Beneuentum duxi vs-
que Troiam. Item possessionem contrecto, & non rem
vel vsum, quando rem mobilem possidebas, & vt te
possessione priuarem illam furto subtraxi. Quod lege
naturali, id est, lege diuina: natura enim dicitur ipse
Deus, vt Institu.de iure natural.gent. & ciuil. Et alibi:
Hanc Deus & melior litem natura diremit. lex ergo di-
uina dicitur naturalis. Deus enim præcepit inter v-
num de decem præceptis decalogi. Non occides. Non
furtum facies. Vel lege naturali, id est, iure gentium,
quod dicitur naturale. vt Institu.de rerum diuisione.§.
singulorum. non intelligas iure naturali primæuo:
quia illo iure nihil meum nihil tuum, sed Domini est
terra & plenitudo eius: & sic non poterat furtum com-
mitti. hoc secũdùm dominum meum Azo. sicut in sum-
ma notat,& compendiosè notaui. Addo tamen diffini-
tioni, quod res illa mobilis sit talis cuius possit haberi
commercium, vnde liberi hominis non fit furtum, vt
ff.eodem. l.mater. & l.eum qui.§.vlti. & Institu.de ob-
ligatio. quæ ex delict. nascun.§. interdum. Legitur ta-
men, quod agitur furti nomine liberi hominis, putà
pater agit furti, si filius in potestate constitutus surri-
piatur. Respondeo: leges illæ loquuntur in patre. Sed
quare aliud in patre, & aliud in matre? Respondeo:
propter patriam potestatem pater agit furti, mater nõ,
quia non habet filium in potestate. vt ff. de vulg. & pu-
pil.subst.l.2. & ff.de suis & legit. hæredi l.nulla fœmi-
na. pater etiam habet actionem vtilem serui corrupti
pro filio. vt ff.de seru.corrupt.l. & tantùm. † QVAES- 2
TIO. Sed quid duplicabitur si pater agit furti nomine
filij, filius ipse non: quia liber homo non recipit æsti-
mationem, vt ff.de his qui deiecer. vel effuder.l.vlti.&
ff.si quadrup.pauper.fecis.dicat.l.ex hac. Item si tu di-
cis quòd æstimabitur patria potestas, malè dicis: quia
patria potestas inæstimabilis est, vt ff.de lega.2.l.filius.
§.secundùm vulgarem. Respondeo: æstimabuntur ope-
ræ quibus caruit & cariturus est, vt in dictis legibus de
his qui deiecer. & si quadrup.pauper.fecis.dicat. & ff.
ad legem Aquil.l.qua actione. Item æstimabitur affe-
ctio in præsentia filij, sicut àlias æstimatur amœnitas
& gestatio. vt ff.quòd vi aut clàm.l.competit. alias æsti-
matur affectio, vt ff.mand.l.cùm seruus. † QVAESTIO. 3
Sed quare plus æstimatur operæ ea affectione in patre,
quàm in matre? cùm æqualis sit pietas, quæ debetur pa-
rentibus: licèt eorum potestas non sit æqualis. vt ff.de
curator.fu.l.furiosi. Respondeo: de operis ideò in pa-
tre, quia quicquid filius acquirit, acquiritur patri &
non matri. vt Instit.per quas person.no.acquir. de affe-
ctione idem: maior enim est affectio in filium patris,
quàm matris. quis est enim amor qui vincat paternum?
vt C.de cura.fu.l.vlti. mater autem mutat affectionem
filij, pro marito maximè secundo. vt C.de admini.tu-
to.l.lex quæ tutores. † QVAESTIO. quid si res sacra furto 4
subripiatur sicut sæpè cõtingit quis aget furti? Respon-
deo: aget prælatus licèt laico non detur actio, sicut &
prælato datur rei vendi. pro re sacra vt C.de rei vendi.
l.sancimus. Positiones autem pro actore & reo easdem
facias, quas notaui suprà in actione furti manifesti.
† QVAESTIO. Si tu quæras quare actio furti manifesti sit 5
prætoria, ista nec manifesti sit ciuilis, vt Instit. de nox.
Respondeo, ius prætorium fuit posterius, quam ius ci-
uile, & est viua vox iuris ciuilis, vt Instit. de iur. natu.
gent. & ciui. & ff.de iusti. & iur. l.ius autem ciuile. & l.
nam & ipsum. Vnde fuit inductum istud ius causa ad-
iuuandi & corrigendi et supplendi: ius ciuile tractane-
rat tantùm de furto nec manifesto, de furto autem ma-
nifesto nihil dixerat, & ideò ius prætorium suppleuit,
sicut & in actione iniuriarum quæ ciuilis est in tribus
casibus, quandò aliquis dicit se pulsatum, verberatum
& domum suam vi introitam, vt ff.de iniur.l.lex Cor-
nelia. & sic ius ciuile punit iniuriã, quæ fit de facto: ius
autem prætorium suppleuit, & punit iniuriam quæ fit
dicto, & ideò illa prætoria. vt ff.de iniur.l.sed si vnius.
§.filio. In hac autem act.conci.ac.libellum. † LIBELLVS. 6
Ago ego R. contra M. qui rem talem. puta librum, vel e-
quum mihi furtiuè subtraxit seu me inuito contrecta-
uit: vnde ipsum equũ peto mihi restitui cum pœna du-
pli: propono actionẽ furti nec manifesti, & condictio-
nem furtiuam. cõdictionem pro re, actionem furti pro
pœna. Quod sic rectè conci. libellus dicit ff.eo.l.si pig-
nore.§.cùm furti.& l.in furti actione. ideò istam formã
libelli præmisi: quia sic quotidie formantur libelli. vt
has actiones simul ponat condictionem furtiuam & a-
ctionem furti. OPPOSITIO. Sed huic libello sic opponi-
tur: certum est quòd plures actiones non possint in eo-
dem libello proponi. sed vna tantùm est proponenda,
vt ff.de tribu.l.quòd in hæredem.§.eligere. & ff.de leg.
2.l.cùm filius.§ varijs.& ff. quo.lega.l.1. Responden, nõ
obstant leges illæ, quia loquuntur quandò vtraq; actio
quæ proponitur, vel est persecutoria rei vel pœnæ, vt
ff.de act.& obli.l.qui seruum. & l.plura.& ff.de priua.
delic.l.nunquàm. verùm si vna sit persecutoria rei et alia
pœnæ, vt hîc, vtraque proponitur eo saluo quòd habe-
tur ff.nau.cau.stab.l.1.§. vlti. vbi ideò vna electa altera
tollitur: quia quis eligendo ius ciuile vel commune,
renunciat iuri prætorio. vt de confectione inuentarij
legitur C.de iu.deli.l.sancimus. Si concipias libellum
tantùm in actione furti dicas † LIBELLVS. Ago contra 7
talem qui digestum meum, vel equum mihi furto sub-
traxit, vel clàm cõtrectauit me inuito, vendẽdo, vtẽdo

vel alio modo: vnde ipsum mihi in duplum condem-
nari peto, propono actionem furti nec manifesti, vel
duplum mihi solui ab eo peto. Quòd sic rectè conci.
libel. dicitur Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. § pœna.
8 †QVÆSTIO. Certum est, quòd duplũ sit pœna in actio-
ne furti non manifesti, & quadruplum in actione fur-
ti manifesti præter rei persecutionem, vt in prædicto
§. vltimo. Sed illud quæritur quid dupletur: & quan-
do dicis peto duplum, quòd duplum petas? Respondet
dominus meus circa finem summæ C. eo. & dicit, quòd
quicquid est simplandum in condictione furtiua, hoc
duplatur in actione furti nec manifesti, & quadrupla-
tur in actione furti manifesti. in condictione autem æ-
stimatur res quanti plurimi fuit vel cœpit esse à tem-
pore moræ. Item æstimatur quòd lucrari iustè potuit
sine alterius iniuria, vt hæreditates & legata quæ per
seruum acquisiuissem, si mihi non esset subtractatus.
Item æstimatur damnum pœnarum vel consimilium,
in quod incidit propter furtum: damnum autem hoc
scilicet quòd vsucapionem non compleuit, non computa-
tur, vt ff. de condict. furt. & in re furtiua. & ff. eod. l. si
quis vxori. §. vltim. & l. inficiando. §. 1. & 2. & l. si is cui.
§ vltim. In tabulis autem amotis non tantùm pretium
tabularum debet æstimari, sed etiam summa quæ con-
tinetur in eis: si tamen non sint aliæ probationes de li-
ti pecuniaria vt ff. eo. l. qui tabulas. et l. quidam tabula-
tum. Et subijcit dominus meus regulã generalem, quòd
vbi defertur alicui actio furti ratione dominij: domi-
nium & prædictæ vtilitates æstimantur, vbi autem de-
fertur ratione interesse: interesse solum æstimatur, vt
ff eo. l. si vendidero. §. cùm autem. OPPOSITIO. Sed huic
regulæ domini mei obijcitur quod dicitur ff. eod. l. in
furti actione. non quod interest quadruplari vel du-
plari, sed verum rei pretium. Respondeo l. illam intel-
ligo sic, non quadruplatur vel duplatur quòd interest:
subaudi, tantum. vt ff eo. l. qui tabulas. sed verũ rei pre-
tium. Vel aliter in lucro non æstimatur interesse, vt ff.
eo. l. si is cui. §. vlt. nisi de illo lucro vt superiùs dixi, sed
æstimatur verum pretium rei, id est, verũ interesse cir-
ca damnum. et hoc dicit l. tandem in furti. in illa litera,
sed & si res &c. Sed secundùm prædicta rectè formare-
9 tur sic libellus. †LIBELLVS. Ago contra te, qui mihi ser-
uum meum clam subtraxisti & ipsum contrectasti me
inuito vendendo Titio vel aliàs vtendo: quem seruum
meum promisi Titio dare sub pœna centum in die tali.
vnde quia nõ dedi, in pœnam incidi: vnde vt mihi du-
plum præstes, tam æstimationis quæ valet 20. quam etiã
illorum 100. quia in pœnã incidi, ago contra te, & pro
pono actionem furti nec manifesti. Quòd sic rectè con
cipiatur libellus, probant iura prædicta. †QVÆSTIO.
10 Quid autem de creditore dicemus, si pignus sibi subri-
piatur, aget actione furti? videtur quòd sic. omnis enim
ille agit hac actione cuius interest. vt ff eo. l. is cuius sci
licet ea honesta causa: quod ideo dico propter furem:
furis enim interest rem sibi non surripi, sed tamen non
aget, cùm sit odibilis. & ne ea improbitate sua conse-
quatur actionem, vt ff. eo. l. eum qui §. is aũt apud quẽ.
nisi in casu ff. eod. l. ita. §. sed furti. & l. qui vas. §. si ego.
Respondeo, quòd creditor agat aliquandò: creditor e-
nim pro quantitate pecuniæ habuit obligatum pignus,
quando sine culpa sua amittit furto. verùm si culpa, tũc
aget insolidùm. & est ratio: quia in primo casu non te-
netur restituere pignus, cùm pignus pereat debitori. vt
C. de act. pig. l. pignus. & ideo non agit nisi pro summa
debiti. In secundo casu tenetur restituere pignus, vt C.
de ac. pig. l. si nulla & l. si creditor. & ideo insolidùm a-
git pro summa totius pignoris, vt ff. eo l. creditoris. & l.
creditori. Et hæc vera sunt quando ab extraneo: cæterũ
si a debitore subripiatur, tenetur tantùm in summa de-
biti, vt in d. l. creditori. licèt enim nõ fiat furtiuum pi-
gnus debitore pignus subtrahente tamen furti tenetur.
vt ff. de vsucap. l. sequitur. §. si rem pignori datam. & ff.
11 eo. l. itaque §. sed & si res. †QVÆSTIO. Quid si creditor
contrectet pignus? Respondeo, furti tenetur. vt ff eo l. si
pignore sed obstat l. ff. eo l. cùm creditor. Respondeo,
cùm creditor pignus aufert, subaudi, quando habebat
potestatem accipiendi auctoritate propria, vt C. de pi-
gnor. l. creditores. non videtur contrectare, sed suo pi-
gnori incumbere: quia præsumitur quòd iure suo vta-
tur. vt ff. de distra. pignor. l. 1. & ff. de seruo corrupt. l. si
quis seruum. nisi contrarium probetur, vt faciat animo
cõtrectandi: tunc enim furti tenetur sicut alibi legitur.
†QVÆSTIO. Quid de fullone. Respondeo. si est soluen- 12
do, aget furti: alioquin agit dominus, & sic actio furti
erit ambulatoria, vt ff. e. l. itaq. et Inst. de oblig. quæ ex
delic. nascun. §. item si fullo. QVÆSTIO. Quid de com-
modatario? hic dominus electionem habet, an velit a-
gere contra commodatarium actione commodati: vel
contra furem actione furti. vt distinguit l. vlt. C. eo. tit.
†QVÆSTIO. Quid de colono vel inquilino? & maximè 13
in fructibus subreptis leges variare videntur. videtur
enim quòd non possit agere. vt ff. loca. & conduc. l. cùm
in plures. §. messem. alia iura videntur velle quòd agãt
furti pro fructibus, vt ff. eo. l. fullo. §. frugibus. Respon-
deo. multi, licèt malè, voluerunt distinguere. vt colo-
nus partiarius nõ agat furti, vt in prædict. l. cùm in plu
res. Cæterùm si colonus nummis colat, agat furti, vt ff.
eo. l. si apes. §. vlt. quod enim legitur in d. l. cùm in plu-
res. quod colonus non possit fructus condicere: subau-
di, condictione furtiua, quæ soli domino datur, vt ff. de
condi. furti l. 1. & loquitur ibi de vtroq; colono, quan-
do fructus tantùm erant in spicis vel in segete, & non-
dum erant secati: alioquin vterque colonus ageret con
dictione furtiua, quia facti essent eorum statim, ex quo
essent à solo separati. Vera tamen est differentia inter
partiariũ, & illum qui nummis colit: quòd partiarius
agat furti pro parte sua: qui colit nummis agat insoli-
dùm: vterque tamen habet actionem furti & condicti-
onem furtiuam. & quod legitur in prædicta l. cùm plu-
res. §. messem. ea pone, id est, segetem. omnes tamen præ-
dicti excepto creditore, quicquid consequuntur ea a-
ctione furti, totum lucrantur, creditor autẽ debito im-
putat, vt C. eo. l. vlt. & Inst. de obliga. quæ ex delic. nas.
§. quæ de fullone. & ff de act. pignor. l. si pignore. & ff.
loca. l. si quis. Sed tamen quæritur quæ sit ratio? Respon
deo. creditori datur pignus, vt sibi magis sit in tuto. vt
Inst. quib. mo. re contrahi. ob. §. vlt. & sic nullam vtili-
tatem amittit, commodatarius autem & conductor v-
tilitatem vsus amittunt. vnde si non restituant non est
mirum. Sed in fullone restat obiectio? Respondeo, pro-
pter sollicitudinem & curam officij fullonis, vt magis
ei prouideatur nõ est mirum. †QVÆSTIO. Quid in fru- 14
ctuario in vsurario, in superficiario, in feudatario? Re-
spondeo: omnes isti agunt furti. vt ff. de vsucap. l. si ho-
mo. Et vt notes cui detur actio furti: scias quòd actio
furti detur omni illi cuius interest ea honesta causa &
probabili ratione dominij vel quasi: vel ratione posses
sionis vel custodiæ, vt in personis prædictorum appa-
ret: multorum enim interest ea honesta causa, & tamen
furti non agunt vt emptoris & illius cui res illa pro-
missa fuit. Item fideiussoris, colonorum, & creditoris
chirographarij, quibus res obligata non fuit: & mulie-
ris in rebus dotalibus, tutoris, curatoris, procuratoris,
negotiorum gestoris, licèt enim omnium istorum in-
tersit: tamen furti nõ agunt, vt ff. eo l. is cuius. & l. eum
qui. §. neque enim inquit. & l. quæ iniuriæ. §. qui alie-
nis. & l. is cuius. hanc responsionem plenè sequitur do-
minus meus in summa in eodem titu. †QVÆSTIO. 15
Item quæritur an actio nascatur assidua contrectatio-
ne? Respondeo, si à principio contrectata fuit assidua
contrectatione non oritur, vt ff. eod. l. eum qui. §. 1. Cæ-
terùm si à principio non fuit nata, vtpote seruo tuo
contrectante, postea oritur: non tamen ea quo nata est
ea posteriori contrectatione in libertate iterum orire
tur, vt C. de noxa act. l. 1. †QVÆSTIO. Iterum quæritur, 16
an si aliquis rem surripiat post hæreditatem aditam, &
ante apprehensam possessionem ab hærede, teneatur
furti? leges videntur velle quòd sic. vt C. de furti. l. de
his. Sed respondeo quod ibi dicit post aditam hæredi-
tatem agi furti: subaudi & post apprehensam possessio-
nem, vel furti non aget, vt ff. de vsucap. l. si humo. & ff.
de serui. expt. hære. l. 1. & ff. re. amo. l. contra. in fin. Sed
mirum

mirum videtur quod legitur in prædi. ... si ho. ... o. in fi.
quòd si fructuarius vtatur & seruus in quo habeat v-
sumfructum surripiatur, quòd etiam hæres agat furti:
cùm possessio fructuarij ... tantum proficiat, & hæres
agat furti, nisi possessione apprehensa. Respondeo, for-
tè possessionem hæres apprehendit. Vel aliter, posses-
sio fructuarij proficit hæredi quoad hoc vt hæres agat
furti, sicut econtra forte possessio proprietatis prodest
fructuario, vt ff. de vi & vi ar. l. si de fundo. Vel aliter:
hæres nō agit furti nomine illius rei quæ ... nomine de-
tinetur post aditam hæreditatem. Cæterum si ab ali-
quo detineatur agit, vt ff. eo. l. hereditariæ. cum legibus
sequentib. & ff. si quis testa. lib. e... esse ius. fuerit. l. 1. §. Scæ-
uola. & ita sentit dominus meus. has quæstiones vt vti-
liores supra in actione furti notaui.

*Si quis tignum tuum ædibus suis iniungat, vel iniunctum ha-
bet, vel possidet, tenetur actione de tigno iniuncto.*

De actione tigni iniuncti. Rubrica.

SICVT actio furti est in duplum & tantùm pœnam
persequitur, sic actio de tigno iniuncto est in du-
plum: licet vnum simplū sit pœna. Si enim aliquis
tignum tuum in ædificium suum coniecit sine volunta-
te tua tenebitur tibi ad duplum, vt ff. de tig. iniun. l. 1. &
ff. de rei ven. l. in rem actio. & Instit. de rerum di. §. cum
quis & ff. de acquir. re. do. l. adeò. Idem intelligas & si
alia sint iniuncta: ita vt appellatione tigni omnis mate
1 ria ædificio necessaria vel vineæ contineatur, vt in præ-
dictis legibus. † QVAESTIO. Si quæras quare actio ista sit
inducta, iusta ... ratio ... assignatur. ff. de tig. iniuncto l. 1.
2 ... ne ædificia ... ruerent, & culturæ vineæ turbarentur.
† QVAESTIO. Item quæras, an actio furti locum habeat,
si aliquis furtiuè tignum alienum iniunxit. Respon-
deo; sic. sed cùm vtraque ad pœnam competat: vna in-
3 tentata altera tollitur in vno simplo. vt ff. de tigno in-
iuncto l. vltim. Vnde ad hoc vt actio ista competat,
tot sunt necessaria. In primis quod tignum sit alienum.
Secundum, quòd aliquis iniunxerit ædificium vel ha-
beat iniunctum. Tertium, quòd contra voluntatem do-
mini vel eo ignorante: sicut hæc omnia probantur per
leges præd. l. Vnum tamen est mirabile, quòd hac a-
ctione punitur tam malę fidei quòd bonæ fidei, vterque
enim tenetur in duplum, vt ff. de rei vend. l. in rem. §. ti-
gnum. cùm autem hęc actio videatur oriri ex maleficio
nō mireris: quia & hoc alibi contingit in actione quod
metus causa. vt ff. quod metus causa. l. metum. hoc idem
in ... qui deie. vel effu. & ff. de his qui deie. vel effu. l.
si ... hoc idē in restitutione fructuum post lit. contest.
vt ff. de peti. hære. l. sed & si lege §. si ante litem. & ff. de
rei vendi. l. vtique. & est ratio in hac actione & in om-
nibus ... quia si compelleretur eximere, iam maius
damnum sentiret circa aliud tignum reponendum. In
4 hac autē act. ac. fa. ta po. POSITIO ACTORIS. Ego dico,
quod tale tignum est meum. Item tu illud iniūxisti tuo
ædificio. Item hoc fecisti me inuito, vel me ignorante.
ex quo enim me ignorante fit, dicitur factum me inui-
to. vt ff. vt ff. de fur. l. qui vas. §. vetare. Item illud tignū
est iniunctum in ædificio & tu po. sides illud ædificium:
sufficit enim quantum ad hanc actionem, quòd possi-
deas, etiam si ab alio sit iniunctum. vt ff. ne quid in loc.
pub. fi. l. prætor ait, quod in via. E contrà reus fa. ta. posi.
† POSITIO REI. Ego dico, quòd tignum illud fuit Titij. 5
Item illud tignum ego immisi de voluntate tua. Item
tu remisisti mihi omnem quęstionem. In hac autem act.
conci. ac. lib. sic. † LIBELLVS. Ago e. R. contra M. qui tig- 6
num meum suis ædibus contra voluntatem meam in-
iunxit: vel quando non iniunxit, dicas, qui tignum me-
um ædibus suis contra voluntatem meam iniunctum
cum ædibus suis habet, quod tignum æstimo 10. vnde
mihi in duplum ipsum condemnari peto: propono a-
ctionem de tigno iniuncto. Quòd sic rectè conci. libel-
lus dicit ff. eo. l. 1. & ff de rei ven. l. in rem. § penult. OP-
POSITIO. Sed opponitur: videtur libellus malè conce-
ptus. Nam actio ista de tigno iniunct. aut est in rem: aut
in personam. si est in rem, quomodo potest contra istū
intentari: cùm non possideat, vt ff. de vsucap. l. eum qui
ædes. & l. rerum mixtura. si ergo non possidet ergo a-
ctio in rem contra eum intentari non potest, vt C. de a-
lie. iud. mot. l. vnica. & ff. de iud. l. non alias. Item si est
in personam & in duplum. vt Instit. de rerum di. §. cùm
in suo. Vnde oritur aut ex contractu vel quasi: aut ex
maleficio vel quasi? Respondeo, & dico quod libellus
benè concipitur, & sic distinguo: aut iste bona fide in-
iunxit: aut mala fide. si bona fide, dico quòd actio ista
est ex quasi delicto, & perinde patitur quantum ad hāc
actionem, sicut mala fide, vt supra in actione notaui: &
ita est in duplum, quòd vnum simplum sit rei persecu-
tio, aliud pœna. si verò mala fide iniunxit, hæc actio est
ex maleficio, & in pœnam in duplum: imò aliæ compe-
tunt, scilicet ad exhibendum & rei vendicatio, non
quod possideat, sed quòd dolo desierit possidere: com-
petit etiam actio furti & condictio furtiua, sed istæ om
nes actiones non concurrunt cum effectu: nam rei ven-
dicatio, condictio furtiua, & fortè ad exhibend. quia
rem persequuntur, vna intentata & facta ex actione a-
liæ tolluntur. & credo actionem de tigno iniuncto in
eo quod continet, scilicet simplum tolli. in hoc au-
tem simplo quod est pœna non tollitur, nec etiam tol-
litur actio furti, vt ff. eod. l. vltim. QVAESTIO. † Item 7
quæritur quomodo si aliquis non iniunxit sed iniun-
ctum possidet, tenetur ad pœnam: sicut superius dixi?
Respondeo: cùm non possit restituere sine suo grauissi-
mo incommodo, si duplum præstat non est mirum, vt
ff. de his qui deiecer. vel effuder. l. si verò. §. accipere
debemus. † QVAESTIO. Sed nunquid liberatur à pœ- 8
na si vellet eximere tignum? Respondeo, quod non:
quia non suo commodo est inductum, sed propter pub-
licam vtilitatem, scilicet ne ruinis vrbs deformetur,
vt ff. eod. l. 1. & ff. ne quid in loco public. l. vltim. ergo
non est in potestate sua renuntiare vel immurare, vt ar-
gumen. ff. de oper. liber. l. cerdonem. & ff. de administr.
tuto. l. quidam decedens. quidam verò contra sentiunt,
scilicet, quòd sit audiendus. argumen. ff. de vsufruct. l.
cùm fructuarius. Alij distinguunt verùm sit malæ fidei
qui iniunxit, vt tunc non audiatur, si vult eximere si
autem sit bonæ fidei, sit audiendus: cum in hoc melio-
ris conditionis debeat esse bonæ fidei quàm malæ fi-
dei, vt ff. de noxa. l. non solùm aduersus. † QVAESTIO. 9
Item quæritur an idem sit in villa? Respondeo: non vi-
detur, vt supra ne quid in loc. publi. l. vltim. & ff. de le-
gat. 1. l. senatus. Dominus meus tamen admittit, quòd
idem sit in villa, propter generalia verba, quæ sunt vt
tignum ædibus alienis iniunctum nō cogatur quis exi-
mere, vt Instit. de rerum diuision §. cùm in suo & locus
rusticus ab vrbano non loco sed qualitate decernitur,
vt ff. de verb. signific. l. vrbana. & l. prædia vrbana. & C
de prædi. minor. l. ... prædium. † QVAESTIO. Item quis 10
si aliquis bona fide iniunxit, & per triginta annos stetit
ædificium, & postea fuit dissolutum: nunquid poterit
dominus tigni vendicare? Respondeo et dico quòd sic

vt ff. de acq. rer. do. l. adeò § cùm in suo. Certũ est enim, quòd dissoluto ædificio tignum vendicari possit, vt ff. de rei vendic. l. inter. & Institu. de rer. diuisio. §. cùm in suo. & ff. de acquir. rer. domin. l. adeò. sed nónne obstat præscriptio triginta annorum? ita videtur: quia omne ius tollitur spatio triginta annor. vel quadraginta. vt C. de præscript. 30. vel 40. anno. l. sicut. & l. omnes. quomodo ergo post triginta annos. Respondeo: ideo quia omnis præscriptio currit actioni competenti. si autem non competat, præscriptio nõ currit, vt C. de præscrip. triginta annor. l. cùm notissimi. §. illud autem. & C de annali exceptio. l. 1. in fin. vnde cùm non posset vendi-
11 care, præscriptio non currit. † QVAESTIO. Quid dices in malæ fidei? Respondeo: post annos triginta non poterit dominus vendicare. erit ergo deterioris conditionis bonæ fidei quam malæ fidei? Respondeo non, imò deterioris: quia durante ædificio ille conuenitur rei vendicatione, bonæ fidei non: vnde est aperta ratio, quòd rei vendicatio tollatur post annos triginta.
12 † QVAESTIO. Item quomodo rei vendicatio post annos triginta reseruatur isti domino contra bonæ fidei possessorem? Respondeo: rei vendicatio infra 30. annos interim dormit, & cessat: non tamen tollitur, vt aliàs actio cessat. vt ff. de solut. l. qui res. §. aream. et aliàs ff. de seruit. rustic. præd. l. Attilicinus.

De actione arborum furtim cæsarum. Rubrica.

1 *Actio arborum furtim cæsarum vt procedat, quot exigantur.*
2 *Actio legis Aquiliæ cur fructuario detur, actio autem arborum, &c. ipsi denegetur.*
3 *Arbores si plures ceciderint, an contra ipsos insolidum agi debeat.*
4 *Arbor cæsa si plurium fuerit, cur vna tantùm pœna præstetur.*
5 *Vicino an arborũ radices rescindere liceat, si in fundum ipsius radices porrexerit.*
6 *Arbor si alatur radicibus fundi vicini, cuius arbor illa esse dicatur.*
7 *Positiones actoru & Rei in actione arborum furtim cæsarum. nu 8.*
9 *Libelli in actione arbor. furt. cæs. quomodo concipiantur nu 10.*
11 *Interesse quomodo petatur, cùm proponitur actio arborũ furtim cæsarum.*
12 *Actio arb. furt. cæs quare inuenta fuit.*
13 *Actio arb. furt. cæs an criminaliter intentari possit.*

CONTINGIT frequenter, quòd aliquis furtiuè incidat arborem alterius, & sic domino arboris det maximum damnum, & sibi parum commodi acquirat, propterea de iure ciuili prodita est actio, quæ vocatur actio arborum furtim cæsarum ab ipso facto nomen assumens, & est in duplum: quia duplatur interesse exceptis lignis. verbi gratia antequàm esset arbor incisa valebat decem, nunc ligna arboris valent duo, deductis istis duobus æstimabuntur illa octo. veruntamen dic licèt sit in duplum, vnum tamẽ simplum est pœna: quia in casu isto concurrit lex Aquil. verùm si vna egeris pone l. Aqui. et consecutus sis interesse tuũ, age per hãc actionem & consequeris reliquum, id est, illud simplum, non autem econuerso: quia si egeris primò hac actione Aquilia cessat. et sic est vnum simplum pœna. de lignis autem arboris si cõrrectabuntur agetur furti. hæc omnia probantur ff. arbo furt. cæsa l. 1 & 2. & l. furtum. §. vlti. & l. facienda. & l. pen. licet quidam in
1 hac actione errent. † Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis incidat. Secundum quòd incidat arborem. qui autem dicatur arbor, legitur ff. eo. l. vitem arboris appellatione contineri. & ff. de arbor. cædend. l. 1. §. 2. vnde vites, hederæ, arundines, salicta, arborum numero continentur. Tertium, quòd arbor illa radicibus cõtineatur, siue stet in radicibus, siue habeat radices non stans erecta, vt si est auulsa vento vel extirpata, vt reponi possit. nulla enim arbor dici potest quæ radices nõ habet. vel si est tracta, vt loco sit recto. Vnde quidam aduocatus malè proposuit actionem arbo. furt. cæsa. contra quendam rusticũ, qui ligna inciderat cuiusdam, quæ iacebant in trunco euulsa sine radicibus: nec etiam haberet locũ lex Aquilia sed pro lignis contrectatis haberet locũ forte actio furti. sicut hæc probãtur ff. eo. l. vitem. & l. certè. Quartum, quòd aliquis incidat furtim. Cæterum si sciente domino & per vim non tenetur hac actione, vt ff. eod. l. furtim. 10 prin. & l. facienda. alias furtim. 2. §. vlt. sed tũc tenetur actione vi bonorum raptorum, vel Aquil. vel interdicto quod vi aut clam, vel l. Iul. de vi public. si cũ armis, vel priuata, si sine armis. vt ibi notat dominus meus. furtim intellige ignorante domino & eo celante. non enim est hæc actio furti, vt scilicet persequatur rem vel possessionem lignorum vel arboris, sed persequitur interesse, vt supra dixi. vel nõ est actio furti, vt ipsa demùm habeat locum seu animo lucrãdi succidit seu contrectando: imo & sine furto habet locum hæc actio: pone quòd incidis arborem, & dimittis illam sic incisam. vt ff. eo. l. furtim. & dicitur aliquis incidere, etiam si radicitùs arborem euellat, siue succidat, siue feriat, siue vrgeat, siue deglabet: & quasi arcu circa ramos tollat, siue secet & excoriet arborem: et sic videtur cortex quasi quidam cingulus: illud est cingere, & posuit legislator verbum secuisse, scilicet comprehendẽs tempus plusquàm præteritum, modò posuit secare. scilicet vt comprehenderet præsens tempus: quia iam nõ continentur posteà, qui secuit, sed qui secat: quòd esset iniquum. sicut hæc probantur ff. eod. l. furtim & l. cedere. Quintum, quod ille qui agit hac actione sit directò dominus, vel vtiliter vt emphyteuta, fructuarius autem hac actione non agit, directa subaudi, vtili sic, vt ff.
2 eo. l. cedere. §. vlti. & ita intelligimus quod ibi dicitur, quòd fructuarius hac actione non agit, subaudi directa sed vtili, sicut dixi. † QVAESTIO. Vnde ibi quærit dominus meus cur detur fructuario Aquil. vt ff. ad legem Aquil. l. Item Mela. §. vltim. ista autem fructuario actio denegetur, vt in prædict. l. cedere. Respondeo: dicit ipse, & hanc habet vtilem, vt ff. de aqua plu. arcen. l. si vsusfructus. Quid ergo differt vsufructuarius ab emphyteuta? in hoc, quia emphyteuta habet directam: quia habet vtile dominium, & ideo l. 12. tabularum dat ei actionem directam: fructuarius autem cùm non sit dominus nec vtiliter nec directò: ideo habet vtilem, vt dictum est, & hoc secundùm Azo. † QVAESTIO. Item quæ- 3
ritur quid est quod legitur ff. eo. l. si plures ceciderunt arborem. quòd cum singulis agatur insolidum. nam si vnum simplum est pœna, vt suprà dixi. & ff. eo. l. pen. in illo solo simplo debere teneri insolidũ, sed in alio simplo, quod cõtinet interesse, in illo solo simplo vno ... berent alij liberari, vt ff. de eo. per quem fac. l. vlt. & ff eo. ad l. Aquil. l. item Mela. Respondeo: verum est quod opponis, & ita intelligimus l. si plures. QVAESTIO. 4
Adhuc etiam quæritur in l. si plures. dicit, quòd si plures incidant cum singulis insolidum agatur at si arbor sit plurium vniuersi duntaxat vna & simul pœna præstabitur, sed cur non præstantur tot pœnæ quot sunt domini arboris, sicut & quando plures incidunt? Respondeo: loquitur in eo casu, quando arbor plurium est incisa ab vno. Cæterùm si a pluribus, plures insolidum pœnam soluent, vt dictum est. † QVAESTIO ... 5
quæritur in d. l. si plures. § si arbor, apertè d... nõ liceat vicino incidere radices arboris si in f... vicini radices porrexerit. totum contrarium ... de arbo. cæd. l. vnic. §. vlt. Respondeo l. si plures. loquitur ante denuntiationem, post denuntiationem autem loquitur l. vnic. §. vlt. de arb. cæd. QVAESTIO. I... 6
quæritur in §. vlt. illius l. si plures d... quod si arbor alatur radicibus fundi vicini, arbor illius est in cuius fundo origo est arboris. totum contrariũ legitur ... de rer. diuisio. § adeò. nam si arboris radices alantur ex terra vicini illius est arbor. Respondeo in ... l. si plures. licet alatur arbor ex terra vicini: habebit tamen ... dicos

dices in terra vnde ducit originem, quod etiam ex illa poterat viuere, & ideo origo spectatur in §.ideò.nò habebat radices ex quibus posset viuere nisi in solo vicini. vel aliter quod legitur Institu. quod sit illius ex cuius terra viuit.subaudi pro parte dimidia,quia pro alia dimidia est illius, ex cuius fundo ducit originem. vel aliter de iure gentium est illius, ex cuius fundo ducit originem.de iure ciuili est illius, ex cuius terra viuit: & hoc dixit M. vel in Institu. immittit radices in directum,in ff. per latitudinem,& hoc dixit dominus meus Azo.faciunt pro his solutionibus. ff. de acquir. rer.domin.l.adeò.§ vlti.& l.pro regione,& l.qua ratione, in prin.& ff.communi diuid.l.arbor,& ff. pro soci. l. pen. Illud autem nota,quòd hæc actio locũ habet, siue quis cedat suis manibus,siue imperet alicui vt incidat, siue sit seruus, siue liber.vt ff.eod. l.furtim. In hac autem a-
7 ctione act.fac.tal.posit. POSITIO ACTORIS.† Ego dico, quòd tu incidisti in tali loco talem arborem. Item illa arbor radicibus continebatur,si radices habeat.item illam arborem incidisti & furtim.Item me celante & ignorante quod semper præsumo, nisi probetur contrarium.vt ff.de furt.l.qui vas,§.vetare, & ff. de probat.l. verius.& ff.de administr.tuto.l.hoc autem. Item illius
8 loci & arboris ego sum dominus. Econtra Reus vtatur talibus positionibus.POSITIO REI. Ego dico,quod illam arborem incidit talia.Item illo die quo incidit, ego eram Beneuen.Item ille incidit Neapol. Item illa arbor radicibus caret. Item illam arborem incidi te volẽte. Item te sciente & non contradicente. Item illius loci & arboris dominium pertinet & pleno iure ad Titium,ergo iste non aget. quia duo in solidum domini esse non possunt.vt ff.commodati.l.si vt certo §. si dunb. & ff de acquir poss.l.possideri §.ex plurimis.In hac autem actione concipiet actor libellum sic. LIBELLVS. A-
9 go ego R.contra M.qui furtim succidit vel incidit arborem meam talem,putà oliuam, quam arborem æstimo 10.solidis pro interesse meo exceptis ipsis lignis: vnde mihi ipsum M.in duplum ipsius interesse peto condemnari,scilicet in 20. propono actionem arborum furtim cæsarum,& hoc ita quando non contrectauit ligna sed tantum incidit. Cæterùm si ligna contrectauit,sicut multotiens euenit,adijcias in libello sic. & quia ipsa ligna contrectauit,quæ æstimo duobus solidis. ideo ipsum in duplum ipsorum lignorum cõdemnari peto & ad hoc propono actionem furti nec manifesti. Quod sic rectè concipiatur libellus,probatur ff.eod.l.furtim §.vlt.&
10 l.facienda.Concipies alio modo libellum.† LIBELLVS. Ago contra Titium qui furtim mihi incidit arborem talem,ex cuius incisione damnificatus sum in 10.quæ decem mihi in duplum ab eo præstari peto:propono actionem arb.furt.cæsa.& quia ligna contrectauit,quæ valent duobus,&c. OPPOSITIO. Huic libello sic opponitur. Non videtur, quod in eodem libello possit quis duas actiones proponere.vt ff.de lega.1.l. cum filius §. varijs,& ff.de tributo.l.quod in hæredem §.eligere.Respondeo,verum est si actiones competant ad idem. cæterùm si ad diuersa,vt hic,secus sicut supra de actio-
11 ne furti manifesti notaui. QVAESTIO.† Item quæritur, quomodo peto interesse cum propono actionem arbo. furt.cæs. videtur enim ex significatione ipsius actionis, quod interesse non debeat peti sed ipsa arbor in duplum:& sic duplarentur ligna, maxime cum interesse non sit in obligatione, sed in condemnatione, vt ff.de re iudica.l. si quis ab alio. Respondeo, non est verum, quod per hanc actionem fiat æstimatio lignorum: imò fit æstimatio interesse, quatenus interest meam arborem non esse succisam. & sic interesse est in obligatione,sicut est in omnibus alijs maleficijs,quę pro re familiari intentantur,vt notauit P.C quand.ciuil. act. præiudi.crim.l.vnic. QVAESTIO.† Item opponitur, legitur in ff.nau.caup.stab.l.licet.quòd de delicto eiusdem hominis non debet sæpiùs quæri. Illud idem habes ff.de pęnis.l.sanctio. & de vna re non debet quis pati duas calumnias,vt in Lombardia.de positi.l.vnica.nec Deus iudicat aliquem bis in idipsum. Respondeo oppositio tua cessat, quia hic sunt diuersa maleficia.primum,q̃d incidisti arborem propter quod datur actio arbo.furt. cæsa. Secundum,quòd ligna contrectasti, ex quo competit actio furti.vnde si plures pœnæ imponuntur, loquuntur quandò vnicum est delictum. † QVAESTIO. 12
Item quæritur quare fuit actio ista inuenta, sufficere enim debuit actio furti. si enim tu furtim arbores meas succidisti,actio ista furti debet competere,in quam etiam venit totum interesse.vt ff.de furt. l. is cuius interest.& notaui suprà de actione furti nec manifesti,& in illa duplatur quicquid est simplandum, vt ibi notaui. Respondeo,non est mirum si actio ista fuit inuenta, potest enim competere quando furtum non fit: puta, aliquis incidit arborem,ligna non contrectauit, vel ipsam arborem,vel eius possessionem,ad quid competeret actio ista furti,certe ad nihilum, ideò actio ista fuit prodita,& interesse duplatur.vt ff.eo. l.furtim. Item alia ratione arbor quandiu solo coheret, res immobilis est.vt ff.pro socio.l.illud.& ff.communi diuid. l.arbor. vnde tunc pro arbore potest dici cõmitti furtum:quia rei immobilis furtum non fit.vt Instit.de vsucap.§.1.Item postquam incisa est,non fuit contrectata, & sic furti agi non posset, tunc ergo agitur furti, quando ligna contrectantur,quid est ergo quod dicitur arborum furtim cæsarum, furtim exponimus non quod furtum cõmittatur,sed ratione cuiusdam similitudinis.nam furtum dicitur a furuo.vt Institut.de oblig. quæ ex delict. nascun. & illud quod fit domino ignorante & celante, ita hic,vt ff.eod.l.fur.in princip.& l.facienda.§.furtim arborem cædit,qui clam cædit,igitur si ceciderit,& lucri faciendi causa contrectauerit, etiam furti tenebitur lignorum causa:& condictione,subaudi furtiua,& ad exhibendum,sicut ibi dicitur. competit etiam actio ex locato,si colonus incidat.vt ff.eod.l.si colonus. competit etiam lex Aquilia.vt ff.eod.l.1.competit etiam interdictum quod vi aut clam. vt ff. quod vi aut clam. l. denique.in princip.& l.competit.§.si quis.& l.si imma curam.& l.iudicium. & l. si vitem meam. & l. nam & si ramos.& l.is qui in puteum. §.si quis vineas meas. Sed illud quæritur quid differant istæ actiones inter se? Respondeo,actio ista ad quid competat, suprà dixi in hac eadem actione,condictio furtiua ad interesse, vt ff. de condictione furtiua.l.in condictione.actio ex locato similiter ad interesse. vt ff.locati.& l.ex conducto.& Item quæritur.lex Aquilia ad interesse, & in simplum contra confitentem, contra negantem in duplum, & hoc plus, quia habetur ratio quanti plurimi retrò fuit infrà triginta dies.vt ff ad legem Aquil. l. inde Neratius. §. hæc actio. & l. si seruus seruum. §. huius legis. & Institu.ad legem Aquiliam. §.interdictum quod vi aut clam.similiter ad interesse,& hoc plus, quia fortè habetur ratio amœnitatis. vt ff. quod vi aut clam. l. semper.§.vltim.& l.competit,§.vltim.vnde si aliquis egerit aliqua istarum,& consecutus fuerit interesse, aliæ actiones cessabunt: nisi in eo quod excedit legem Aquiliam propter repetitionem triginta dierum, & in eo quod interdictum quod vi aut clam habet rationem amœnitatis,sicut hæc probantur per d.l. semper.in §. vltim.& ff.eodem.l.1. Actio autem furti solam pœnam & pro lignis actio ista arborum furt.cæs. in duplum in vno simplo plus. QVAESTIO. † Item nunquid potest agi 13
criminaliter? Respondeo sic vt ff.eodem.l.2.& C. quando ciuilis actio præiudic.criminal.l.vnic. Illud autem nota,quod si duæ sint arbores incisæ pro vtraque agitur.adeò vt si etiam iunctæ sint, ita quòd iunctura sit infra terram,duæ censentur. Cæterùm si iunctura sit suprà terram,censetur vna.vt ff.codẽ. l. si gemina. & hoc prodest notare propter statutum ciuitatis.dicit dominus meus si contineatur quod qui incidit arborem, quod soluat tantùm idem pro taxatione, vt si pœna apponatur qui contra fecerit, puta incidendo arborem, sicut ibi notat.

Si vxor vel maritus dolo malo, vel causa diuortij res amouerit, tenetur eas restituere per actionem rerum amotarum.

De actione rerum amotarum. Rubrica.

1 Actio rerum amotarum vt procedat, quot requirantur.
2 Actio rerum amotarum quare matrimonio constante nō instituatur.
3 Condictio furtiua matrimonio constante cur detur, quando vxor furtum committit licèt furti non teneatur.
4 Positiones Actoris & Rei in actione rerum amotarum.
6 Libellus in actione rerum amotarum quomodo fiat.
7 Actione furtiua si agatur, an condemnetur maritus vel vxor secundum priuilegium suum eatenus quatenus facere possit.

MVltotiens vxor maritu, & econtrà res furantur & subtrahunt. vnde quia actio furti non competit, licèt furtum fiat sicut in filia, quæ surripuit res paternales. Et quia actio famosa constante matrimonio in honorem matrimonii non competit, ideò inuenta est propter res amotas [illegible] specialis, quæ vocatur actio rerum amotarum, vt ff. eo. l. 1. & s. C. de furtis. l. vltim. in fin. & C. rer. amotar. l. 1. Vnde ad hoc vt a-
1 ctio ista cōpetat, sunt necessaria. † In primis, quòd matrimonium contractum sit. Secundum, quòd matrimonium illud contractum sit de iure, ita quòd teneat, alioquin si est concubina, vel contractum sit matrimonium contra leges, non habet locum huiusmodi actio: sed locum habet actio furti. vbicunque enim cessat matrimonium, cessat hæc actio, vt ff. eod. l. si concubina. & intellige hanc actionem competere contra vxorem amouentem: & contra nurum & pronurum, si mariti eorum sunt in potestate, alioquin dabitur actio. vt ff. eod. titu. l. nihil. Tertium, quod res amouerit vxor vel maritus. Quartum, quòd dolo malo amouerit. Quintū, quòd res illę sint mobiles vel se mouentes: alioquin cùm pro rebus immobilibus non possit agi furti, vt Institut. de vsucapio. nec aget rerum amotarum. Sextum, quòd causa diuortij. Septimum, quòd constante matrimonio amouerit: si enim post dissolutionem, ageret furti: nisi post mortem viri & iacentem hæreditatem, tunc non habet locum furti actio, quia rei hæreditariæ nondum possessæ non fit furtum, sed habet locum rei vendicatio, vel hæreditatis petitio. vt ff. eod. l. contrà §. vltim. crimen enim expilatæ hæreditatis contra vxorem non posset intentari, vt C. de furtis. l. de his. & l. quamuis. & C. de crimine expilatæ hæreditatis. l. aduersus. & ff. de crimin. expil. hæredita. l. vxor. Nec est contra C. de crimin. expil. hæred. l. expilatæ. & l. si aui. nam in l. illa expilatæ. agitur contra vitricum, quando vitricus expilauit hæreditatem alterius, non matrix priuigni. in l. illa, si aui. non obstat: quia hæreditas auita fuit à nouerca expilata, non vxore aui, sed vxore patris. hæc omnia probantur ff. eod. l. 1. & l. contra. & l. mulier. & l. penultim. & l. permittendum. & l. nihil & l. si concubina. §. si res. & l. si diuortij. & l. rerum quidem amot. & C. eodem titu. l. diuortij Quod autem dico de rebus amotis, intellige siue res sint illius cui amotę sunt, siue proprię siue sibi pignori datæ, siue ab alio bona fide possessæ, siue dotales, siue quocunque alio titulo iustaque ratione dederint. vt ff. eod. l. si concubina §. vltim & l. ob res amotas, & l. si in rem. De dolo ideò dixi: quia si cessat dolus, cessaret actio furti, vt ex diffinitione furti, vt ff. de furt. l. inter oēs. si cessaret actio furti, & ista. nam vbicunq; dareť actio furti, quæ extraneo datur, datur hæc actio cōtra vxorem, præterquā in casu ff. e. l. si mulier. §. si seruus. nam ibi cessat furtū, & tamē datur hęc actio. De causa diuortij ideò dixi: quia si mulier alio modo amouerit, putà marito existente infirmo, cum de vita illius desperasset, locum habet vtilis hæc actio rerum amotarum. vt ff. eod. l. si mulier. § [illegible]. dicitur autem mulier amouere, siue contrectet, siue celet, siue consilium, siue auxilium datum est, vt res amouerentur ab alio, vt ff. eod. l. si concubina. §. rex. & §. vltim. & l. diuortio. & l. si rem quidam. & l. ob res amotas. Octauum quòd diuortium interueniat, constante autem matrimonio hac actione non agitur, adeò quòd si diuortium fiat [illegible] & matrimonium sit reintegratum, soluitur illud iudicium, vt ff. eodem. l. vltim. & si iterum fiat diuortium matrimonio reintegrato, actio rerum amotarum intétabitur. vt ff. eod. l. reintegrato. † QVAESTIO. Sed quæritur quare actio ista constante matrimonio non instituatur. vt ff. eodem. l. 1. & C. eodem. l. 1. & ff. eod. l. quidam. 4
Respondent multi & dicunt, ideò quia hæc actio est famosa: sed non videtur verum. hæc enim actio condictio est. vt ff. eodem. l. rerum amotarum. actio condictio est. si est condictio, ergo non est famosa. vt ff. de actionibus & obligationibus. l. cessat. sed ipsi respondent: est condictio in personam actio. vt C. de donati. quæ sub modo. l. [illegible]. per quam actor sibi intendit dare oportet. vt Institut. de actionibus. & sic itaque. & sic notat dominus meus QVAESTIO. † Sed quæritur, quare 3
cum detur condictio furtiua constante matrimonio, quando vxor surripit rem & committit furtum, licet furti non teneatur. vt ff. de furtis. l. si quis vxori & ff. eodem. l. quidem rerum amotarum. quare non datur hæc actio constante matrimonio, sicut dictum est? maximè cum sit condictio. Respondeo, ideò hæc actio nō datur: quia hæc actio turpis est, vt dicitur ff. eodem. l. 2. & fortè infamat. Si enim tu dicis est condictio, expone primò, in personam actio, vt dixi. licèt quidam dixerint quod ideò non detur: quia est pœnalis. vt C. eod. [illegible] 2. sed hæc ratio non videtur bona: nam actio rerum amotarum non est pœnalis, nisi velis eam dicere pœnalem, quia in ea iuretur in litem, & ita crescit æstimatio. vt ff. eodem. l. penultim. & l. si cum dos. sed hæc ratio non est bona, quia eadem ratione & rei vendicatio erit pœnalis, & aliæ actiones in quibus iuratur in litem. vt ff. de rei vendicat. l. qui restituere. & ff. de in litem iuran. l. videamus. §. in actionibus. [illegible] rei vendicatio & aliæ actiones intentantur contra vxorem cum non sint pœnales. vt ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. si sponsus. §. vltim. & l. vxor marito. cum ergo non sit pœnalis nec famosa, vt dixi: quare non datur constante matrimonio? Respondeo, ideò non datur, quia est pœnalis hac ratione: tenetur enim mulier etiam si res omninò consumptæ sint, vt ff. eodem. [illegible] & ideò. Item tenetur de omni damno quod maritus sensit, & de lucro quod non fuit consecutus, vt ff. eodem. l. si mulier. §. rerum. Item cessat, quia eam credo turpem & famosam, cùm ex delicto descendat, & quod lex dicit quod est condictio, expone, vt supra. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur, actio pœnalis constante matrimonio datur, nam lex Aquilia pœnalis est, & propter inficiationem, & propter repetitionem anni vel ex primo capite, vel triginta dierum ex tertio. vt ff. ad legem Aquiliam. l. idem Neratius. §. hæc actio & l. 1. & l. inter nos seruum. §. maritus. Respondeo, lex Aquilia datur constante matrimonio, non in eo quod pœnam continet, sed tantùm in simplum: sicut actio serui corrupti quæ licèt sit in duplum, constante matrimonio datur in simplum. vt ff. de seruo corrupto. l. vltim. ideò [illegible] itæ dantur constante matrimonio, & sine pœna planum est, quia non sunt famosæ. at actio rerum amotarum cùm sit pœnalis & famosa, vt dixi, merito datur soluto matrimonio: & ita intelligitur ff. de furtis. l. si quis vxori. §. 1. In hac actione actor facit tales positiones. POSITIO ACTORIS. † Pono, quod contraxi matrimonium tecum. Item illud matrimonium fuit legitimum. Item tu amouisti res tales de domo mea. Item dolo & fraude amouisti. Item res fuerunt mobiles: puta, panni, aurum, & argentum vel se mouentes: vt equi seu alia animalia. vt ff. de verbor. significatio. mouentium. Item constante matrimonio res illas amouisti. Item tu amouisti causa diuortij, vel causa mortis, quia credebas me moriturum, cùm essem infirmus. Item diuortium secutum est. Econtra Reus 4
statut positionibus. POSITIO REI. † Ego [illegible] furtiua. Item matrimonium quod fuit inter nos, de facto fuit contractum, quia eram tibi coniuncta in quarto gradu. Item res illas quas dicis me amouisse, tu vendidisti. Item res illas ego habui [illegible], sicut vxor habet de bonis mariti. Item semper habui affectionem retinendi matrimonium. Item semper fuisse 5

fuisti sanos. Item matrimonium adhuc durat. In hac a-
6 ctione concipiet actor libellum sic. LIBELLVS. † Ago
ego Roger. contra Mar. quondam vxorem meam, quæ
dolo malo amouit res meas de domo mea, vel loco tali
causa diuortij vel spe mortis: vnde vt res illas mihi re-
stituat, ago contra ipsam: propono actionem rerum a-
motarum, quando pro sperata morte dicas: propono v-
tilem actionem rerum amotarum. quòd sic rectè conci-
piatur libellus, probatur ff. eod. l. 1. §. 1. & l. mulier. §. 1.
& §. vltim. & l. ob res. & l. quidam. OPPOSITIO. Sed op-
ponitur: Certum est, quòd actio rerum amotarum sit
personalis. vt ff. eod. l. rerum amotarum. si est persona-
lis, quomodò datur ad rem persequendam? vt Institut.
de actio. circa princi. Item videtur aliud contrarium:
hæc actio oritur ex delicto, scilicèt ex furto. vt ff. eod.
l. 1. & l. si mulier. §. vltim. quomodò ergo rem persequi-
tur? Respondeo: confiteor quod hæc actio sit persona-
lis, quia condictio, & quod oriatur ex delicto. sed ta-
men habet quædam in se quæ non habet alia actio: sci-
licet quia habet rei persecutionem, vt in prædicta l. si
mulier. § vltim & habetur in ea ratio lucri: vt in præ-
dicta l. si mulier. §. rerum. Simile habes in condictione
furtiua, quæ personalis est, & oritur ex delicto: licèt
quidam malè dicant eam oriri ex varijs figuris causa-
rum, vt notaui suprà de condictione furtiua. & est rei
persecutoria, & imitatur naturam rei persecutoriæ. vt
ff. eodem. l. ob res amotas. OPPOSITIO. Item quæritur,
non videtur quod locum habeat actio, maximè iure
poli, id est, iure canonico, seu diuino, quod sic probo:
hæc actio locum habet quando causa diuortij res amo-
uentur, & diuortium secutum est: vt ff. eodem. l. rerum
quidem at iure diuino & canonico quos Deus coniun-
xit, homo ne separet. nam si matrimonium tenuit, nun-
quam potest separari, nisi propter adulterium, & tunc
non soluitur matrimonium quantum ad vinculum ma-
trimonij: sed quantum ad hoc vt mulier non possit exi-
gere debitum à marito: nec maritus tenetur reddere,
vt extra. de diuort. cann. a. Si autem matrimonium non
tenuit, hæc actio non datur, vt ff. eodem. l. si concubina.
nec dici potest diuortium, quandò separatur iure cog-
nationis vel affinitatis, vel alijs causis quæ notantur in
his versibus. Versus:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Hæc socianda vetant, connubia iuncta retractant.

Iuncta quidem de facto, imò declaratur matrimoni-
um à principio fuisse nullum. Respondeo: verum est,
quòd hodie iure poli hæc actio directa non posset lo-
cum habere: cùm diuortium nullum possit interueni-
re, vtilis autem actio rerum amotarum posset hodie lo-
cum habere, quando res amouentur propter speratam
mortem, siue maritus conualuerit, siue moriatur. vt ff.
7 eod. l. si mulier. § primo QVAESTIO. † Sed illud quæ-
ritur: an si agatur hac actione, condemnetur maritus
vel vxor secundum priuilegium eatenus quatenus fa-
cere potest? Respondeo non, imo condemnabitur inso-
lidum. vbicunque enim ex delicto contra maritum vel
vxorem insolidum agitur, insolidum fit condemnatio.
si autem ex contractu vel quasi, ibi priuilegium habet,
vt eatenus condemnetur quatenus facere possit, vt ff.
eod. l. si mulier. §. vltim. & ff de re iudi. l. si rerum. Item
nota in hac actione iurari in litem, & crescit æstimatio
communis propter delictum illius. & quare quando iu-
ratur in litem fiat maior æstimatio, assignatur ratio
quæ posset esse generalis pro omnibus illis in quibus
iuratur in litem, quia non est æquum aliquem suo pre-
tio, id est, iusto res suas vendere, ideò veniet singulare
interesse, & pretium. vt ff. eod. l. si cùm dos. §. vltim. &
l. non enim. & ff. de in litem iurand l. 1. Item not. aliud,
quod est dignum notatu pro hac actione, & pro omni-
bus illis actionibus quæ ex maleficio descendunt, quòd
licèt tibi deferam sacramentum, vt iures furtum non
fecisse, quando negabas te fecisse, nò potes mihi refer-
re quòd ego iurem te fecisse: licèt aliàs sacramentum
delatum possit referri. vt ff. eod. l. siue. §. iurare. & §. vl-
tim. & l. non magis. & l. ideò. & ff. de iureiurand. l. ius-
iurandum & ad pecunias. §. vltim. & l. manifestè. sed li-
cèt aliud sit in delictis quantum ad hoc, tamen quantū
ad alia idem in delictis, quod in contractibus: quia nul-
lus compellitur de alieno facto iurare. quia durum es-
set vt anceps subiret periurium. vt ff. eod. l. siue. §. iura-
re, & ff. de in litem iurand. l. videamus.

Si quis tutor dum tutelam gerit, durante tutela rem mobi-
lem vel pecuniam intercepit, tenetur in duplum actione de
rationibus distrahendis.

De actione de rationibus distrahendis. Rubrica.

1 *Actio de rationibus distrahendis vt competat, quot neces-*
saria sint.
2 *Tutor si quispiam non fuit, sed protutor: vel fortè fal-*
sus, & rem de bonis illius pupilli auferat, qua actione con-
ueniatur.
3 *Curator in actione de rationibus distrahendis, an sicut tu-*
tor teneatur
4 *Positiones Actoris & Rei in actione de rat. distrahend. &*
num 5.
6 *Libellus in actione de rat. distr. quomodò concipiatur.*
7 *Furandi animo si tutor rem aliquam intercepit, an furti*
teneatur.
9 *Actio de ratio. distrah. an cum actione tutelæ concurrere*
habeat.

DVrante tutela sæpè contingit, quod mali tutores
res mobiles pupillis vel pecuniam auferant, & in
proprias vtilitates conuertant: & fortè non ani-
mo furandi, quia tunc tenerentur furti: ideò prodita
est actio specialis, quæ vocatur actio de rationib. distra-
hendis: quæ actio in duplum est, ita quod vnum simplū
sit rei persecutio, & aliud pœna: ita quod illud simplū,
quod est rei persecutio côtineat tantum æstimationem
rei, non interesse. vt ff. de contrario tut. iudic. l. 2. & ff.
de tutel. & rat. distrah. l. 1. § de ratio. distrah. & §. consi-
derandum & §. in tutela & l. actio. § vlti. in quam actio-
nem hodie incidunt omnes tutores, id est, omnium g-
nerum tutores, siue testamentarij, siue legitimi, siue da-
tiui, & multi miseri tutelas affectant, vt ex illis bonis
incrassentur, nô attendentes illud, pupillo & orphano
tu eris adiutor. & non est adiutor sed hostis, vt ff. de
tut. & ratio. distr. l. 1 §. de ratio. distr. et in auth. vt hi qui
obst. perhib. habere res minorum. col. 6. † Quæ actio ad 8
hoc vt competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd il-
le fuerit tutor testamentarius. legitimus, vel datiuus,
vt dictum est. QVAESTIO. † Quid si aliquis non fuit 2
tutor, sed protutor, vel fortè falsus: & rem auferat de
bonis illius pupilli, qua actione conuenitur? Respond.
fortè vtili actione de ratio. distrahen. cum sententia lo-
cum habeat, licèt verba deficiât, quæ directò competit
contra verum tutorem, quia verba & sententia edicti
concordant. hic autem quia verba deficiunt, & locum
habet sententia, intentatur vtilis. vt ff. si quad. paup. fe.
dic. l. 1. & l. pen. QVAESTIO. † Quid in curatore & fortè 3
idem quod in protutore, licèt alias non idem: quia pro-
tutor tenetur protutelæ: curator autem conuenitur vti-
li actione negotiorum gestor. vt notaui supra in hoc o-
pere in specialibus titulis de actione protutelæ, & de
vtili actione nego. gesto. Secundum, quòd res auferan-
tur. Tertium, quòd sint mobiles. hoc vulgò ex ipsa l. su-
mitur. nâ dicit lex tutorem teneri, qui rem pupilli ab-
stulit. res mobilis dicitur auferri vt ff. de fur. l. qui vas.
§. 1. & Instit. vi bon. rapr. Idem colligitur ex alio: quia di-
cit quod si fecit animo furandi: quod teneatur furti. vt
ff. de fort. l. qui vas. §. 1. vt dixi: ergo de re mobili: quia
abolita est sententia dicentiū fundi loci vel furtū fieri. vt
Inst. de vsuca. hæc probatur ff. eod. l. 2. Quartū, quod tu-
telam gerât. Quintū, quod durante tutela auferât. vt ff.
e. l. 1. § de rationib. & l. 2. Sextū, oportet quòd tutela sit
finita. vt ff. e. l. 1. §. vlt. & l. si tutor reipubl. §. vltim. & l. si

non

non datur. In hac actione act. fac. tal. posit. POSITIO
4 ACTORIS. † Ego dico, quòd tu fuisti tutor meus testamentarius, legitimus vel datiuus. Item tales res habui. Item res illas tu habuisti. Item tu administrasti tutelã meam. Item durante tutela tu res prædictas abstulisti. Item modò tutela finita est. Econtrà reus defendat se
5 positionibus suis. POSITIO REI. † Ego dico, quòd Titius fuit tutor tuus & solus, vel in testamento relictus, vel legitimus: quia proximior, vel solus datus fuit. Itẽ ego dico, quòd solus Titius administrauit. Item res illas palam accepi. Item sum res illas paratus restituere. Item res illas vendidi & pretium in tuam vtilitatem conuerti. Item finita tutela tu clamasti me quietum & liberum, & specialiter de rebus illis: alioquin generalis remissio non valeret. vt ff. de liber. legat. l. non solùm. & l. Aurelius & l. Aurelio & ff. de pact. l. tres fratres. & ff. mandati. l. creditor. § Lucius. Et si tutela non est finita, dicat. Item durat adhuc tutela: quia tu es minor quatuordecim annis. In hac autem actione conci-
6 piet actor libellum sic. LIBELLVS. † Ago ego R. contra M. quondam tutorem meum, qui dum tutelam meã gereret durante ipsa tutela res tales meas vel de bonis meis abstulit, vel pecuniam intercepit vel suppressit, vnde res illas mihi in duplum restitui peto, vel pro rebus illis illum mihi in duplum condemnari peto, propono actionem de rationibus distrahẽdis. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. de eod. l. 1. §. de rationibus. & §. considerand. & §. in tutela & §. vltim. & l. 2. & l. si tutor. §. vlti. & l. sed si non datur. & ff. de contrar. tutel. iudic. l. 1. OPPOSITIO. Sed opponitur, non viderur, quòd actio ista sit alicuius vtilitatis, vel quòd sit necessaria, & quòd nunquam expediat pupillo hac actione agere, si enim tutor quondam intercepit pecuniam tenetur furti. vt ff. eod. l. 1. §. in tutelam. Item tenetur condictione furtiua, vt ff. eod. l. 1. Et sic potiùs expedit pupillo quondam agere furti & persequi duplum, & condictione furtiua & persequi simplum, in quibus æstimatur interesse, quàm agere hac actione, quæ est in duplum, & tantùm res æstimatur, & non interesse, vt suprà dixi. Item si pecuniam non intercepit, nec furti agi potest, nec hac actione, sed tantùm tutelæ. vt ff. eod. l. 1. §. in tutela. Respondeo, imò actio ista est necessaria: quia ipsa sola competit, & nulla alia proponitur: quia de voluntate pupilli quali quali, vel cum notitia consanguineorum pupilli pecuniam illam accepit, vel credidit sibi licere, propterea quia habetur loco domini: vt ff. pro emptore. l. qui fundum. §. si tutor. & ff. de furt. Interdum §. qui tutelam. In omnibus istis casibus non committitur furtum. vt ff. de furt. l. 1. & l. inter omnes. Et ideò vtilis & necessaria fuit hæc actio. Et ita notat dominus meus. ff. eod. l. 1. OPPOSITIO. Sed opponitur, hæc actio ex delicto videtur pœnalis, & ideò datur in hæredem. vt ff. eod. l. 1. §. penultim. At si tutor de voluntate pupilli, vel de notitia consanguineorum pupilli, vel quia credebat sibi licere, pecuniam recipiat non committit delictum: quare ergo punitur in duplum? non deberet teneri nisi in simplum: vt argu. ff. de administ. tuto. l. non existimo. Respondeo, ideò hæc actio pœnalis est, quia nõ debuit tutor pecuniam illam auferre etiam de voluntate pupilli, quia illa voluntas nulla. vt ff de acquir. possess. l. quamuis. & quia eius ætas quid videat, ignoret. vt C. de fals. mone. l. 1. vel esto, quòd credat sibi licere, vbique tamen in culpa est rem pupilli intercipiendo, & ideò si punitur in duplum, nõ est mirum: & sic excuso dominum meum. Nec obstat l. illa non existimo. quia ibi à contutore pecuniam mu-
7 tuò accepit & publicè. QVAESTIO. † Sed quid si animo furandi rem illam intercepit, certè lex dicit eum furti teneri, vt ff. eod. l. 2. Sed in dubio quid præsumã: vtrùm animo furandi vel non? præsumerem forte animo furandi, nisi fortè dicat ille se fecisse, quia credebat sibi licere, & iusta causa præcedat quare debeat credere sicut notaui suprà in actiõe furti. Sed esto, quòd animo furãdi fecit, potest vtraq; intentari & actio furti, & hæc actio de rationibus distrahen. Respondeo, refert qua actione primò sit actum, si actione furti, tollitur actio de rationib. distrahen. quantum ad vnum simplũ, quod est pœna, durat autem quantum ad aliud simplũ quod est rei persecutio. vt ff. eod. l. 2. §. vltim. Si autem sit primò actum actione de rationibus distrahendis tollitur actio furti in vno simplo, in alio durat, & etiam tollitur condictio furtiua: & ita intelligitur ff. eod. l. 1. §. in tutela. & l. 2. QVAESTIO. † Sed nunquid concurret 8
cum actione tutelæ? certe sic: & vna intentata tollitur alia. Respondeo: si intentatur prima hæc actio de rationibus distrahendis tollitur tutelæ, si autem primò tutelæ sit actum, tollitur hęc actio in vno simplo: in alio durat. & ita intelligitur ff. eod. l. 1. §. in tutela.

Si damnum dedero in rebus tuis corpore meo, competit tibi cõtra me directa actio legis Aquiliæ.

De actione directa legis Aquiliæ. Rubrica.

1 *Actio directa legis Aquiliæ ad hoc vt veniat, quot necessaria sint.*
2 *Lex Aquilia cum sit plebiscitum, quomodò ciuilis dici possit.*
3 *Actio legis Aquil. directa quare & in quibus casib. detur.*
4 *Seruus castratus quomodò preciosior dicatur, cùm ille qui castrat, teneatur pœna legis Corneliæ de sicarijs, medicus pœna capitis, & se castrari patiens eadem pœna.*
6 *Libelli in actione legis Aquiliæ directa, quomodò formentur, num. 7.*
8 *Damnum si quispiam dedit alterius iussu, an teneatur ille qui iussit, vel ille qui dedit damnum, an vterque.*
9 *Damnum quando vnus soluit, & alij liberantur, an possit agere ille qui soluit contra illos, qui sunt liberati per solutionem illius, saltem actione neg. gest.*
10 *Pro homine libero occiso, an lege Aquilia agi possit.*
11 *Homo liber si incontinenti occisus fuit, & sic nulla impensa sint facta medicis, tunc quid æstimetur.*
12 *Homo occisus si nullam artem habebat, sicut multi inutiles inueniuntur, qua opera æstimari possint.*
13 *Hominis opera quibus aliquis carituus est, vsque ad quod tempus æstimentur.*
14 *Certamen publicum quod esse intelligatur.*
15 *Actio directa vel vtilis legis Aquil. an commodatario concedatur.*
16 *Creditoribus quo casu vtilis Aquilia detur.*
17 *Seruus stipulatione promissus si occidatur, an debitor liberatus sit.*
18 *Actio legis Aquiliæ quomodò hæredi quæri possit.*
19 *Seruo occiso quare ante aditam hæreditatem non agat legatarius lege Aquilia, seruo autem vulnerato ante aditã hæreditatem teneatur eam legatario cedere.*
20 *Actio bonæ fidei an possessori detur.*
21 *Titulum non habens an actione legis Aquil. agere possit.*
22 *Bonæ fidei possessor, & non commodatarius, quare agere possit.*
23 *Seruus si sit hæres institutus à domino, & liber occisus sit, an ipsius liberti hæres lege Aquil. agere possit.*
24 *Confessoria actio, id est, confessorius actius actione legis Aquiliæ cur remitti debeat.*
25 *Actio legis Aquiliæ in quibus casibus locum habere possit.*
26 *Condemnatio si fiat in tabulis tantùm, vel in eo quod in eis continebatur, quid iuris.*
27 *Testes in actione legis Aquiliæ, quid dicere debeant.*
28 *Iudex in actione legis Aquiliæ qualiter pronunciare debeat.*
29 *Testes si iuuenes & robusti erant, nunquid ante conditionem euentus inducentur.*

SI damnum datur tibi in corpus rei tuæ à corpore meo, locũ habet actio directa legis Aquil. per quã consequeris totum tuum interesse, non quod veniat singulare, sed commune: & consequeris etiam quicquid

quid lucrari potuisti, sed damnum illud non esset da-
tum, vt si occidisti seruum tuum, qui fuit hæres institu-
tus, & sic hæreditatem amisisti quam seruus occisus a-
dire non potuit, nam amisisse videris quod lucrari po-
tuisti. vt ff. ad leg. Aquil. l. si seruum meum. §. 1. & l. in le
ge Aquilia. & ff. ad leg. Falcid. l. pretia. quæ lex Aquilia
licèt sit plebiscitum, quia Aquilius Tribunus plebis e-
am edidit, quia discordia fuit orta inter nobiles & po-
pulum, & populus contulit se in montem Auentinum.
vt ff. eod. l. 1. & ff. de origi. iur. l. 2. §. deinde cùm esset. ta-
1 men ciuilis est. † Quæ actio ciuilis ad hoc vt competat,
tot sunt necessaria, quod diximus suprà de vtili actio-
ne legis Aquiliæ, & de actio. in factum subsid. leg. Aq.
in fine prætoriarum, vnde & easdem positiones assume
tam pro actore, quàm pro Reo. Quædam tamen prose-
quamur in actione directa quę in illis non fuimus pro-
2 sequuti. QVAESTIO. † Quæritur in primis cùm lex Aq.
sit plebiscitum, vt dixi, quomodò potest dici ciuilis?
Respondeo, dicitur ciuilis, id est, a iure ciuili inducta:
nam plebiscitum est portio iuris ciuilis. nam omnia il-
la quæ connumerantur in Institu. de iure natural. gen-
ti. & ciuil. §. constat. sunt de iure ciuili, imò vt veriùs
loquar, illa faciunt ius ciuile, & ita strictè sumo ius ci-
uile, si autem largè. & ius prætorium dicetur ciuile, &
viua vox eius. vt ff. de iust. & iur. l. nam & ipsum. QVAE-
3 STIO. † Quæritur etiam quare cum à corpore hominis
in corpus rei alicuius (non dico in corpus hominis) da
tur damnum, detur directa de qua tractamus: in alijs au
tem casibus detur vtilis legis Aquiliæ. scilicèt quando
à non corpore in corpus: detur & in factum subsidia-
ria legis Aquil. scilicèt quando à nó corpore in nó cor-
pus damnum datur, sicut de his casibus notaui exem-
pla suprà in actióe in factum subsidia. legis Aquil. Re-
spon. ideò quia verba & sententia edicti locum habent.
plebs enim & Aquilius tribunus plebis statutum fece-
rant quoties daretur damnũ a corpore hominis in cor-
pus rei alicuius, postcà prætores inuenerunt illam in
factum subsidiariam, quia illa vtilis credo, quòd sit ci-
uilis, sicut & vtilis rei vendicatio, quæ datur contra il-
lum qui dolo desijt possidere. vt ff. de noxa. l. actio. l. ele
ctio. §. 2. & quod dicitur ibi prætoria, subaudi extensio-
ne, non autem inuentione, sicut & aliàs ius ciuile Papi-
rianum dicitur, non quod Papyrius aliquid de suo adie
cerit, sed quia leges dispersas in vnum composuit, sic-
ut etiam appellatur ius ciuile Flauianum, non quod
Flauius aliquid de suo adiecerit, sed quia librum actio
num compositum ab Appio Claudio per furtum surre-
ptum populo tradidit, vt ff. de origi. iur. l. 2. §. vlt. & §.
postea cùm Appius. nam & acceptilatio dicitur iuris-
gentium, per approbationem. vt ff. de acceptil. l. an inu
tilis. §. vlt. licèt sit de iure ciuili per inuentionem. vt In
stit. quib. mod. tol. obli. nam & lex Falcidia prodita est
à iure ciuili, dicitur tamen prodita à diuo Pio. propter-
eà quia traxit eam ad voluntatem ab intestato. vt ff. ad
leg. Falc. l. 1. & l. filiusfam. §. 1. Quæ autem sit differentia
inter directã leg. Aquil. & vtilem & in factũ, ex his col
lige, & ex illis quæ notaui supra de in fact. subsid. legis
Aquil. OPPOSITIO. Sed non videtur quod lex Aquil. sit
seruanda. Certum est, quòd vanæ voces populi nõ sint
audiẽdæ. vt C. de pœn. decur. nec ille de iure manumis-
sus dicitur, qui ad vocem populi manumittitur. vt ff.
qui & à quib. manumit. lib. non fi. l. si ille priuatus. cùm
ergo lex Aquil. sit statutum populi, ergo non est seruã-
dum. Respondeo, imò seruatur, vanæ enim voces popu
li non seruantur, vt dictum est. sed iustæ exaudiuntur.
vt C. de offic. recto. prou in. l. iustissimos. iustum enim
fuit fuit statutum populi vt damna non inferantur, &
si fuerint illata, quòd puniantur, & ideò lex Aquil. iu-
sta, vt ff. eod. l. ita vulneratus. Attendendum est tamen
huius actionis duo esse capita, hodie primum & tertiũ,
quod hodie secundum est, id est, duo esse capitula seu
tractatus. Primum locũ habet si seruus alicuius vel ani
mal quod gregatim pascitur occidatur, siue pascatur si
ue nõ: dummodò possit gregatim pasci, & ex primo ca-
pite habetur ratio quãti melior fuit seruus retrò infrà
annum continuũ qui constat ex 365. dieb. & aliquandò
ex 366. diebus, quandò annus est bissextus. vt ff. eod. l. 2.
& l. ita vulneratus. §. idq;. Tertium caput locum habet
in alijs damnis illatis in rebus quibuscunq;. vnde si ser
uus vulneretur, vel animal, locum habet tertiũ caput,
& non primum: & si ibi æstimatio quanti seruus ille,
vel res læsa melior fuit retrò infrà dies 30. vt ff. eod. l. si
seruus seruum. §. huius legis. & §. si quis alteri. vnde P.
iudicauit hanc actionem fatuam, & habere oculos re-
trò, fatui semper retrò respiciunt. Sapiens autem recor
datur de præteritis, & ordinat præsentia, & prouidet
futura, quia culpa est quod à sapiente poterit præuide-
ri, & non est præuisum, vt ff. eod. l. si putator. Dominus
etiam meus assimilat leg. Aquil. Iano, qui depingitur
habens oculos ante & retrò, vt not. in sum. tit. istius. in
casibus habet oculos ante, quandò pro homine vulne-
rato vel occiso æstimantur operæ in futurum. vt infrà
notabo. Ad hoc autem vt directa ista competat, & etiã
illa vtilis legis Aqui. & illa in fact. subsid. oportet quòd
damnum sit datum, quia actio ista & quod metus causa
damna exigunt, scilicèt cõmissa puniri. vt ff. quod met.
causa. l. sed & partus. ff. eod. titu. per totum. Cæterum si
damnũ non sit datum, quia res nõ est facta deterior, vel
res est facta melior, hæc actio locũ habet: vt ecce oliuã
maturã decerpsisti, vel segetem maturã secuisti, vel vi-
neas maturas vindemiasti, & fecisti inde mustum, non
proijciendo vuas in terram, vel salictum maturum in-
cidisti, vel seruum meum, qui erat puer, castrasti, &
pretiosiorem ipsum fecisti: in his casibus nullum dam-
num est illatũ, cùm impensas tibi donauerit, id est, do-
nasse fingatur à lege, qui in collectione fructuum, vel
in similibus impenderit, alio tamen iure posset conue-
niri qui hoc fecit. si enim collecta interceperit furti te
netur, pro seruo castrato tenetur iniuriarum, aut ex e-
dicto ædilium, aut ex l. 12. tabular. in quadruplum. si au
tem hæc omnia immaturè essent collecta, locum habe-
ret Aquil. vt ff. eod. l. si seruus seruum. § rupisse. & l. Iu-
lianus. §. si salictum. & ff. de ædil. edict. l. ædiles autem.
§. sed enim. & sic not. dominus meus in summa istius ti-
tul. in princi. QVAESTIO. † Sed quæritur, quomodò 4
seruus castratus dicitur pręciosior, cùm ille qui castrat,
teneatur pœna leg. Còrn. de sicar. medicus pœna capi-
tis puniatur, & eadem pœna qui patitur se castrari? vt
ff. ad leg. Corn. de sic. l. eiusdem §. qui hominem. & l. le-
ge. §. vlti. cùm maximè pro bono opere quis non sit la-
pidandus. Respon. imò & pro bono opere quis punitur
aliquando. vt ff. de re milit. l. 4. §. in bello. quòd enim di
citur, quòd seruus sit preciosior, verum est secundùm
diuersitates locorum: sicut in Sicilia. in Italia verò mi-
noris est precij, & non sine causa mouentur Siculi, &
fuit motus Iurisconsultus de seruo castrato: potiùs e-
nim interest habere in domo seruum castratum, quàm
non castratum propter dominam, quæ aliquandò se ser
uo supponit, quod liquere potest. Est aliqua pulchra
domina, habet pulcherrimum maritum. nascitur filius
turpis: quare hoc contingit, nisi quòd seruus non ca-
stratus dedit causam edicto, quòd ergo lex dicit castrã
tem teneri edicto leg. Cornel. de sica. hoc ideò, quia de
facili propter talem medicinam moriuntur. malè er-
go glossauit dominus meus qui dixit in l. illa, si seruus
seruum. quòd in Apulia castrentur: nam nõ est verum,
sed in Sicilia. in Apulia enim potentes sunt opere & ser
mone. Secundum est necessarium, quòd damnum detur
facto hominis interueniente. Cæterum si per negligen-
tiam damnum contingat, cessat directa Aquilia: vt si
fructuarius riuos patiatur corrumpi, vel vites non pro
scindat. vt ff. de vsufruct. l. si cuius. §. denique. proban-
tur ff. ad leg. Aquiliam. l. qui occidit. §. in hac. OPPO-
SITIO. Sed opponitur de eo quod legitur ff. eodẽ. l. si
seruus seruũ. §. si fornicatius. & l. qui occidit. §. in hac.
vbi etiam damnum datum ex negligentia punitur leg.
Aquil. & si non directa saltem vtili, vt ibi dicitur. Re-
spondeo: Quòd dixi factum interuenire debere, sub-
audi, ad hoc vt detur directa: verum si negligentia ho-
minis, facto hominis præcedẽte, locum habet vtilis A-
quil. vt in pr̨edict. ll. de quibus opponis: & sic damnum
fuit datũ prætermittendo, & nõ in faciendo. OPPOSIT.
Sed

Sed opponitur, si quis sit in culpa vel det damnum prætermittendo, locum habet de dolo. vt ff. de dolo. l. cùm quis persuaserit. & l. eleganter. §. si quadrup. si locum habet de dolo, ergo non habet locum Aquil. quia si illa haberet locum, de dolo cessaret. vt C. de dolo. l. de dolo. & ff. de dolo. l. 2. Respondeo, quod legitur ibi, quòd detur de dolo, id est, vtilis Aquil. nomine doli. Vel aliter, si damnum detur culpa hominis præcedente propter causam extrinsecam non ex vitio ipsius rei, habet locum vtilis Aquil. propter damnum in prætermittendo commissum, si autem contingat damnum in prætermittendo propter vitium rei ipsius, agitur de dolo, nec est contra ff. loca. & conduct. l. qui domum. quia ibi denegatur actio directa legis Aquil. pro hac solutione facit ff. de vsufruct. l. si Titius. §. de præteritis. sed huic solutioni multum contradicit § ille si quadru. nisi soluat vt primò. Tertium, quòd culpa interueniat, & sic damnum detur, multotiens enim damnum datur & sine culpa, & sic non agitur Aquil. puta si me defendendo feci & incontinenti cum moderamine inculpatæ tutelæ, vel pro defensione rerum mearum. vt ff. eod. l. scientiam. §. qui cum aliter. & ff. eo. l. 4. & l. 5. & l. si ex plagis. §. tabernarius. & ff. ad leg. Corn. de sica. l. fur. & ff. de iust. & iur. l. vt vim. Idem est & si magistratus dedit damnū, contrahit iure magistratus ubi qui illi resistebat, non tenetur Aquil. vt ff. eod. l. quemadmodū. §. magistratus. nam quæ iure magistratus fiunt, ad actionem iniuriarum non pertinent. vt ff. de iniur. l. iniuriarum. §. quæ iure magistratus. Alioquin si non iure, magistratus tenetur. vt ff. de iniur. l. non licet. Idem est & si damnum detur causa iuris nostri conseruandi cessat Aquilia. vt ff. eo. l. quemadmodú. §. si proximum. Item cessat Aquilia, si impulsu alterius vel vi ventorum dedi damnum. vt ff. eod. l. quemadmodum. §. si nauis. & l. si ex plagis. §. in cliuo. Idem est saltem si culpam leuissimam dedi. vt ff. eod. l. in lege. & l. si putator. & l. si quandocunq;. §. 1. & l. sententia. §. penult. item si dedi damnum culpa, & tu cui dedi damnū fuisti in culpa, non ages Aquil. quia culpa cum culpa compensatur, & in tali culpa deterior est agentis conditio, cæterùm si tu in culpa, ego in dolo: dolus culpæ præponderat, vnde teneo. hæc omnia probantur ff. eod. l. item si obstetrix. §. vltim. & l. item Mela. & l. ex plagis. & l. si putator. & l. qui foueas. argum. ff. de verb. oblig. l. si seruum. §. sequitur. & argumen. de compensa. l. si ambo. & argum. ff. solut. matrim. l. viro. Sed hic culpa quandoque præcedit factum, quādoque sequitur, præcedit in eo qui fecit foueas, & aliut incidit. Item in mulione, qui nō potuit retinere mulum ligando lora ad pollicem. Item in lapidario, qui malè aptauit lapides in plaustro. Item in eo qui obdormiuit ad fornacem, & in eo qui immisit ignem causa comburendæ stipulę. vt ff. eod. l. qui occidit. §. in hac. & l. qui foueat. & l. idem iuris. §. mulionem. & l. si seruus seruum. §. ex plaustro. Quandoque sequitur, vt cum medicus benè secuit, & postea dereliquit. Quandoque est in ipso facto culpa, vt si medicus imperite secuit: & in magistro qui effodit oculum discipulo forma calcei, vt ff. eod. l. qua actione. § vlti. & l. idem iurit. & l. sed & si quæcunque. §. vlti. & ff. locati. l. item quæritur. §. si sutor puero: sed licèt dicamus de culpa, intelligas tamen de dolo. vt ff. eod. l. sed & si quæcunque. §. iniuriam. & argu. ff. de minor. l. si ex causa. §. si mulier. sicut hæc omnia prosequitur dominus meus circa princi. sum. istius tit. & de hac action. si copiosè vis notare quære in sum. Quartum, quòd res illa sit corrupta seu læsa, alioquin si modo re illa vtar vel vsu illo, non teneor directa, sed vtili: putà, bibi vinum tuum, comedi panem tuum, vel carnes tuas. vt ff. eo. l. qui occidit. §. si quis aliæ. & argu. ff. eod. tit. l. si seruus seruum §. Iulianus scribit. In hac autem actione concipiet actor libel. sic. LIBELLVS. †

5 Ago ego R. contra M. qui seruum meum Stichum occidit vel vulnerauit, & suo corpore in re mea tali damnum dedit, quod damnum æstimo 20. vnde illa 20. mihi soli peto, propono actionem directam leg. Aquil. Si autem seruus ille fuit melior retrò infra annum propter primum caput, vel res illa fuit melior infrà 30. dies retrò propter tertium caput, adijciat in libel. LIBELLVS. † Ago e. R. contra M. qui seruum meum Stichum occidit, qui retrò infra annum valuit 50. vnde illa 50. peto: propono actionem directam leg. Aquil. Pro re alia sic.

LIBELLVS. † Ago cōtra M. qui corpore suo in re mea 7
tali, puta domo vel vinea, vel bone dedit damnum tale, quæ res retrò, id est, dies 30. valuit 40. vnde illa 40. peto, propono actionem hanc directam leg. Aquil. Et in vtroque lib. adijcias sic. Item si negauerit, peto illum mihi in duplum condemnari, quòd sic recte concipiatur libel. probatur ff. eo. l. 2. & l. si seruos seruum. §. huius. & l. idem Neratius. §. hæc actio. & Insti. eo. tit. §. vl.

OPPOSITIO. Sed opponitur, certum est quod actio scilicet leg. Aquil. pro emendatione damni competat. ergo damni restitutio vel emendatio est in obligatione, non autem æstimatio. vt ff. de verb. oblig. l. si seruū. §. vlti. nam si hominem mihi promisisti, & illum occidisti, non petam æstimationem, sed hominem, vt ibi. Item si peto damnum mihi emendari, videtur quod petam impossibile, & ita impossibilium nulla obligatio nulla petitio, nullum pretium, vt ff. de reg. iur. l. impossibilium. & ff. quæ sent. sine appel. rescin. l. vlt. quod autem sit impossibile ostendo. Ecce tu occidisti seruum meum, incidisti vineas meas, si peto mihi tantùm dari damnum, videor petere vt homo mortuus rursum viuat, & quòd ligna incisa reducantur ad primum statū, quòd nisi miraculosè fieri non posset? Respon. in vtraque quæstione dico, quòd interesse sit petendum, & illud ratione tui delicti sit in obligatione, & illud debeo opponere, alioquin impossibilis videtur ista petitio, sicut dictum est: optimè facit pro hac solutione ff. de euict. l. si ita quis stipulanti. vbi similis quæstio & similis responsio notatur per ipsum Iurisconsul. QVAE-

STIO. † Item quæritur, si aliquis det damnum iussu alte- 8
rius, an teneatur ille qui iussit, vel ille qui dedit damnum, an vterque? Respon. lex videtur distinguere, vt si ille qui iussit, habuit ius imperandi: putà pater, vel dominus, teneatur tantùm ille qui iussit si autem non habuit ius imperādi, teneatur ille qui fecit. vt ff. e. l. liber homo. §. 1. & ff. de reg. iur. l. ad ea. & ff. de iniur. l. non solùm. §. Proculus. & ff. de aqua plu. arc. l. si colonus. in fi. Insti. de noxa. §. omnis. Sed an teneatur ille qui iussit, si non habuit ius imperandi? Respon. sic. vt C. de accus. l. non ideò minus. sed quando non habuit ius imperandi vterque tenetur. Sed nunquid vno satisfaciente, alius liberatur? hoc quære in pluribus cohærentibus dantē damnum, & videtur quod alij non liberentur, nam in lege Aquil. si vnus soluat, alius nō liberatur, cū sit pœna. vt ff. eo. l. item Mela. §. sed plures. Sed videtur contrà quod alij liberentur. vt ff. de eo per quem fact. est, l. 1. §. si plures. & ff. de his qui deiec. vel effud. l. 1. §. vlt. cum ll. sequent. Ad soluenda igitur ista contraria & similia distingue. Aut petitur res seu interesse, vel pœna: aut res & pœna. si petitur res vel interesse, vno soluente liberantur alij. vt C. de condict. furt. l. 1. & in prædict. ll. ff. de eo per quem factum est. & de his qui deie. Si autē petatur pœna tantùm, & quæ sit pœna ex parte soluētis: quia soluit quod nunquam ad eum peruenit, & sic pœna ex parte recipientis, quia recipit illud quod nunquā sibi abfuit, sicut vides in actione furti, vbi duplum vel quadruplum totum est pœna, tunc vno satisfaciente alij non liberantur, imò a quolibet exigam solidum, vt ff. de furt. l. vulgaris quæstio. in fin. & C. de condi. fur. l. 5. in princ. Sed contradicit ff. de admi. tut. l. tres tutores. vbi vno soluente pecuniam quam sunt furati, cæteri liberantur. Respon. ratio in ipsa lege redditur, quia non videntur pecuniam inuito domino contrectare, vel perfidè agere, vel ibi non conueniebantur actione furti, sed actione tutelæ. Si autem petatur pœna quę sit pœna respectu soluentis, sit autem interesse respectu petentis, sicut in tit. illo de eo per quem fact. & de his qui deie. vel effu. tunc vno soluente, liberantur cæteri. Sed contradicit l. illa, item Mela. vbi alij non liberantur vno soluente. Respond. tunc non liberantur cùm sit pœna, id est, quando est pœnalis, id est, pro repetitione anni, vel 30. dierum. alias vno satisfaciente cæteri liberantur.

tur.vt ff.de dolo.l.si plures.& ff.de vi & vi arm.l.1. ff.ne
vis fiat ei qui in poss. missus est. l.si .t. & ff. quod metus
9 causa.l.si cum exceptione.§. vlt. QVAESTIO. Sed nun
quid quando vnus soluit alij liberatur, vt dixi:potest-
ne agere ille qui soluit contra illos qui sunt liberati
per solutionem illius, utrum negotiorum gestorum a-
ctione?Respon.non,quia quod soluit, licet sit interesse
quantum ad actorem,tamen ipse soluens pœnam sui i-
psius delicti subijt.argu.ff.de adm.tut. l. si plures. & ff.
de tutelis & ratio.distr. si ea duobus.§.si vero rem re-
stituit,nihil de suo soluit,de quo ergo vellet agere,cer
tè de nihilo.Si verò petatur res & pœna,vnius ea actio
alterum non impedit.vt ff. de condi. furt. l. si pro fure.
OPPOSITIO.Sed opponit sic dominus meus in l.illa
liber homo.sed qualiter is qui iussit habuit ius impe-
randi?nam aut habuit ius imperandi is qui iussit: &
tunc non agetur Aquil. quia non est datum iniuria sed
iure,aut non habuit ius imperandi, & tunc non solùm
qui iussit, sed etiam qui paruit tenetur. cùm in damno
dando,& in pyratica facienda parere non debuit filius
patri,nec seruus domino,vt ff.de actio.& obl. l.seruus.
§.Iulianus. multo minùs iussui magistratus vel præsi-
dis.vt ff.de ar.l.si cùm dies.§ ex compromiss. vnde tene
ri debet.Item si ius impetrandi non habuit tenetur. vt
ff.quod vi aut clam.l.aut qui aliter.§.si quid seruus. ma
ximè cùm alias facturus non erat.vt ff.de iniur.l.nó so-
lùm.§. Proculus. Item si alias facturus erat tenetur,
cùm non oporteat commendaodo augere malitiam.vt
ff.de ser.cor.l.1. §.persuadere. & sic distinctione l. illi-
us,liber homo.nullus homo tenetur.Respond. in l.illa
pater vel magistratus ius imperandi aliàs habebat, nó
in ea re quam iussit fieri.parenti autem subuenitur, i-
deo quia non erat atrox delictum,nec enim occidere li
berum vel seruum iubat, vel furtum facere, vel rapi-
nam.est enim grauius delictum rapina quam damnú
datum in vinea (aliàs iniuria) cùm ex ea qui criminal-
liter accusetur. Item puniuntur in quadruplum ex ra-
pina,ex furto in duplum vel quadruplum. sed ex dam-
no ab initio in simplum est actio. Item ea furto vel ra-
pina non agitur nisi dolus interueniat, in lege Aquilia
secùs.vt ff. eod. l. illud. huius autem qui paruit dolus
non affuit,nec culpa.ff.de reg.iur.l.non videtur § qui
iussu & l. is damnum. & ff. quod vi aut clam. l. aut qui
aliter §.si qui.& l.is qui in puteum.§.si tutoris.Item ex
pretio rei minus vel maius delictum videtur. vt ff. de
incendio.l.Pedius.§ 1 Sciendum est autem, quòd quæ-
dam sint in quibus debet parere filius vel seruus, ut ea
in quibus nullum delictum versatur. alia sunt in quib,
non cogitur filius vel seruus parere, vel ciuis magi-
stratui,si tamen pareant excusantur,vt in acti. legis A-
quil. & interdicto quod vi aut clà, alia sunt in quibus
omninò parere non debet,vt in atrocioribus.Quod au
tem diximus superius,si non habuit ius impetrandi,te-
neri eum qui fecit, ... i, & nihilominùs tenetur
qui iussit,vt dictum est. & hoc secũdùm dominum me-
um. OPPOSITIO.Sed opponitur, si necesse habuit obe-
dire in l.Aquil & interdicto quod vi aut clam,ergò le
gitimè factum est. ergo pater vel dominus teneri non
debet,vt C.ad leg. ... lt.l.Gracchus.& ff.de con
cubinis.l.1.Respon. ... legitime factum , quantum
ad obedientiam ... excusentur,non tamen vt pater vel fi
10 lius excusentur. QVAESTIO. † Item quærit dominus
meus , an pro libero homine occiso possit agi lege A-
quilia?ipse admittit quod sic:licet B. dixerit contrari-
um per legem ff.eod.l.huic scripturę §.vltim. sed domi
nus meus respondit,quod lex illa loquitur in hærede,
quod non possit assequi æstimationem sui testatoris,
vt ff eod.l.si dominus seruum.& est notabile quòd hæ-
res non agat. ... dominus & testator agerent.facit e-
tiam pro B.ff.de ædil.edicto.l.hæres enim.§.deinde.sed
respondeo,quod ibi damnum erat datum à fera bestia.
sed sententia B. videtur magis legibus conuenire . sed
esto,quod sententia domini mei obtineat , quòd debe-
at agi contra illum Aquil. qui causam malorum præ-
buit.vt C.ad legem Iuliam.de vi public.l.quem.& in-
ducit etiam pro se ff.cod.l.qua actio. §. si quis in collu-

ctatione. ubi quis non tenetur Aquil. si occidit libe-
rum hominem,vel vulneret in publico certamine,sic-
ut Bononiæ ... ubi est ludus gratitorum,& Be-
neuenti & Neapoli ubi est lusus fratrum cum lapidi
bus & ... ergo si in priuato occidat , agitur lege A-
quil.: ... dico de libero qui serui non solent certare.
OPPOSITIO.Sed oppon tur sic ad ... pro libe-
ro homine occiso?certe in nullo videtur quod possit
agi. Certum est, quod liberum corpus non recipit æ-
stimationem.vt ff.si quadru.paup.fec.di.l pen & ff. de
his qui deie vel effu.l.vlt.sed respondeo & defendo o-
pinionem domini mei,sicut Cassius sententia in domi-
ni sui.vt ff.de arbitr. l. dicere.quod potest agi pro libe-
ro homine occiso lege Aquil.sicut & cum vulneratur,
scilicet vt veniant præteritæ mercedes,quæ dantur me
dicis. & omnia impendia quæ in eius curatione facta
sunt,& æstimatio operarum,quibus caruit pater & ca-
riturus est.libertatis autem ipsius vel membrorum vel
cicatricum non fiet æstimatio. vt ff.si quadru.pau.fe.di.
Lex hac.l.sed si quęcunque. in fin.& l.qua actione. & l.
liber homo.& ff.de his qui deie.vel effud.l.vlt. iuste ta-
men Lombardo miserrimo sic æstimatio liberi homi-
nis, si occidatur: quia aliquando æstimat iudex si ali-
quis nobilissimus occidatur 300. solidis, alij medio-
cres 200.alij populares 150.vt in Lombarda de homici-
dio liberi hominis.l.iecolimus. æstimatur etiam mem-
bra singula,vt in Lombarda de plagi: & fer ... is,per to-
tum tit.QVAESTIO.† Sed pone quod liber homo fuit 11
incontinenti occisus , & sic nullæ impensæ sint factæ
medicis. tunc quid æstimabitur?Respon.operæ quibus
cariturus est pater,vel si fuit pater occisus, æstimabit
hæres operas illas quas amiserit & potuit habere tem-
pore vitæ suę,putà sartor erat,vel pellipatius, ... n,
cator,vel aduocatus.QVAESTIO. † Quid si nullam 12
tem habebat sicut multi inutiles inueniuntur , & sic
nullæ operæ possint æstimari?Respon.tunc nullæ æsti-
mabuntur,vt arg.ff.de liberali causa.l.vlt.& arg. ff.de
vsufruct.l.arboribus.§.de illo. QVAESTIO. Sed vsque 13
ad quod tempus æstimabuntur operæ quibus quis cari
turus est. Respon. vsq; ad tempus quo verisimile est il-
lum occisum potuisse viuere secundum æstimationem
legis.vt ff.ad Falci.l.hæreditatum computationi. vt est
argu.ad idem ff. de transact.l.cùm hi. QVAESTIO.† Sed 14
quod intelligis publicum certamen?Respon.quòd Im-
perator concessit,vel consuetudo loci , alia certamina
intelligo priuata ff.de flumin.l.1.§.1. & ff. de fundo in-
struc.l.cam delaninnis § asinam. ... ff.quod vi aut clà.
l.prohibere.§.sed cum prouisit.QVAESTIO.† Item quę 15
ritur,an actio sit directa vel vtilis detur comodatario?
dicit dominus meus quod non.vt ff.eod. l.item Mela.§.
eum qui.licèt actio de pauperie detur.vt ff.si quadrup.
pau.fec.dic.l.2.Sed quæritur,quare l. Aquil. actio dene
getur,de pauperie autem concedatur?Respondent qui
dam sic.quòd directa actio Aquiliæ denegetur commo
datario,vtilis concedatur , sic non potest notari totra.
Alij dicunt quod si inter sit commodatarij agat lege A-
quil.pro suo interesse : & sic in actione furti si non in-
terest,non agit : & sic idem dicunt tam in actione legis
Aquil.quàm in actione de pauperie.vt ff.de furt. l.cum
qui.§.idem scribit.& l. creditor. alij dicũt vt dominus
meus,quod non detur Aquil.nec vtilis,nec directa: id-
eò quia alterius naturæ est ista , quæ est pœnalis vel de
pauperie ad interesse. sed consentio domino meo qui
denegat actione legis Aquil.commodatario dari:ratio
tamen sua mala.sicut & aliàs.ff.de exc.tut. l. qui testa-
mento:nam si ideò denegatur hæc actio,quia pœnalis,
multo fortiùs debet denegari actio furti,sed illa conce
ditur,ergo & ista,vt C.de furt.l.vltim.hanc autem quæ
stionem dominus Ioan. reputat friuolam , quare illa
detur,& ista non, sicut si aliquis quæreret,quare condi
ctio furtiua soli domino datur.vt ff. de condictio. furt.
l.1.actio autem furti datur ei cuius interest. vt ff.de fur
tis.l.is cuius.Vnde remotis his omnibus prædictis hác
rationem assigno & dico , quòd ideò denegetur Aqui-
lia commodatario,quia directa datur domino , vtilis
datur habenti ius in re,vt vsurario & fructuario, credi

tori,cùm distinctione,sicut dicam: vt ff.eod.l.item Me-
la.§.lege Aquil.& §.vltim.commodatarius autem nec
dominus est,nec ius habet in re,& ideò non agit nec v-
tili, nec directa : de pauperie autem vel aliæ actiones,
quę pro interesse competunt,datur commodatario ple
16 num est.QVAESTIO.† Quid de creditore dabitur sibi v-
tilis Aquilia?Respondeo,aut loqueris de creditore cui
res est obligata,aut de alio cui fortè res fuit promissa,
si fuit obligata,aget Aquilia vtili in duobus casibus, si
debitor est non soluendo , & si actionem temporalem
tempore amisit,aliàs non.vt ff.eod. l. qui occidit. §.qui
pignori,licèt enim personalis actio sit sublata,durat ta
men ius pignoris.vt C.de luit. pignor. l.intelligere.&
ideò habet ius in re , alius autem creditor lege Aquilia
non aget,quia non habet ius in re, sed debitor lege A-
quilia aget,& illam tenetur cedere creditori.vt ff.eod.
17 l.huic scripturæ. QVAESTIO.† Sed quid si seruus pro-
missus occidatur,aget creditor , vel est debitor libera-
tus?Respond.referri à quo occidatur : si à debitore per-
petuatur actio contra illum & fideiussores , & contra
patrem qui tenebatur ea filij persona vt ff.de verb. ob-
ligat.l.si ex legati.& l.si seruum.§.de illo.& §.vno.& §.
an filius.si autem occidatur à fideiussore:siquidem post
moram rei & suam vel post moram rei tantùm , tene-
tur actione prima & directa : si verò post moram suam
tantùm,non tenetur prima actione,sed vtili. si verò an
te omnem moram suam,principalis tenetur de dolo.vt
ff.de dolo.l.si fideiussor.& ff.de vsur.l.mora. §.vlti.con
sideratur enim mora in persona cuiusque & Rei , & fi-
deiussoris.vt ff.de fideiussor.l.si testamento. §.quæsitũ,
si verò occidatur à creditore antequam debitor sit in
mora , liberatur quidem debitor , & aget contra illum
lege Aquilia. si autem post moram debitoris liberatur
quidem debitor,sed non aget lege Aquilia.vt ff.eo. l.le
gis Aqui.si autem occidatur ab extraneo, liberatur qui
dem debitor , sed creditor aget de dolo contra occiso-
rem.vt ff.de dolo.l.arbitrio.§.vlti. hæc ita se habent ni
si occidatur seruus in casu licito à quocunque : tunc e-
nim liberatur debitor.vt ff. de verb. obliga. l. qui ser-
uum.& ff.de leg.1.l.quid ergo. §. si hæres. & sic intelli-
gitur cum prædicta distinctione.ff.de verb.oblig.l.mo
ra.OPPOSITIO.Sed opponitur ,cùm dicis debitorē
liberari,extraneum teneri de dolo , quando ille occi-
dit(sicut dominus meus notat in summa istius tit.) sed
lex Aquil. dicit liberatum debitorem , putà hæredem:
& legis Aquiliæ actio remanet in hæreditate , & datur
hæredi.vt ff.eod l.huic scripturæ.§.1. & sic durum vide
tur,quòd occisor extraneus teneatur creditori actione
de dolo,& hæredi debitoris teneatur lege Aquilia , &
sic esset contra ff.nau.caup.stab.l.licèt.& ff.de pœnis.l.
sanctio. Respòden, multi distinguunt vtrùm in odium
creditoris occidatur seruus,& tunc locum habet ff. de
dolo.l.arbitrio.aut in odium debitoris , & tunc locum
habet l.illa,huic scripturæ:& est ibi ratio quod legata
rius non possit agere,quia nec dominus erat ante hære
ditatem aditam,nec ius habebat in illo , & sic in casu i-
sto moritur seruus cum lucro hæredis,vt & aliàs: ff. de
lega.1.l.filius.§.vltim.& hoc dixit dominus meus Azo.
R.tamen dicit,quòd siue in odium creditoris, vel debi
toris,vel hæredis,vel legatarij , semper acquiratur de-
bitori actio,quam cogitur cedere legatario seu credito
ri,& ita illi agunt sibi actione cessa, quod enim legitur
ff.de dolo.l.arbitrio.§. vltim. quòd agat de dolo credi-
tor,ea ponit R.propter dolum delinquentis actione le-
18 gis Aquiliæ sibi cessa.QVAESTIO.† Sed illud quæri-
tur quomodò potuit hæredi quæri? videtur quòd non:
nam lex Aquilia damnum consequitur, at hic non vide
tur pati damnum,sed potiùs a debito liberatur interi-
tu rei.cùm seruus si modo non fuisset occisus adita hæ
reditate legatarij fuisset.vt ff.de furt.l.à Titio. Respon.
hæredem ideò dico agere, quia eum non credo libera-
ri:tunc enim liberatur rei interitu, cùm res naturali in
teritu decedit,at si facto alterius,non liberatur,cùm i-
pse contra eum habeat actionem.argu.ff.eo.l.proinde.
in prin.& ff.si quis caut.l.1.§. vlt. nam si liberatus esset
hæres lege Aquil.non ageret.vt ff.de dolo. l.arbitrio.§.
vlt.non enim posset vna occisio & liberationē & actio
nem parere,sicut nec vna solutio.vt ff.de cond. indebi.
l.cum his.§.si fideiussor.in fin. QVAESTIO.† Item quæri 19
tur in l.illa,huic scripturæ.quare seruo occiso ante hę
reditatem aditam non agat legatarius lege Aquil. ser-
uo autem vulnerato ante aditam hęreditatem teneatur
eam cedere legatario?Respon.illud in vulnerato,& id-
eò quia seruus superest qui transit in legatarium licèt
vulneratus.QVAESTIO.† Item nunquid datur hæc a- 20
ctio bonæfidei possessori?Respon.lex dicit,quòd detur
illi in factum.vt ff.eo.l.item Mela.§. sed & si seruus.sed
fortè l.illa loquitur quando titulum habet,quòd detur
illi in factum:vt in l.prædicta.& ff.eod.l.si dominus.li-
cèt quidam dicant de vtili Aquilia. QVAESTIO.† Sed 21
quid si titulum non habet? videtur quòd non agat. vt
ff.de relig.l.2.§.1.& ff.de seruo corrup.l.1.sed tamen po
test dici de quolibet possessore siue titulum habeat , si-
ue non:nam lex ibi generaliter loquitur. vt ff. de ædil.
edict.l.iustissimè.§.vlti.QVAESTIO.† Sed quare agit 22
bonæfidei possessor & non commodatarius, vt dixi?Re
spon.quia bonæfidei possessor habetur loco domini. vt
ff.de acquiren.rer.domin.l.bonæfidei,sed ad quid agit
in factum? Respond.propter operas in quibus habetur
loco domini,vt in prædicta l.bonæfidei. Et sic soluitur
alia quæstio quare bonæfidei possessor agat , cùm ipse
teneatur lege Aquil.si seruus alij det damnum, nā cùm
teneatur Aquil.non aget.vt C.de fur. l.apud antiquos.
Respondeo, propter diuersa tenetur bonæfidei posses-
sor.agit enim propter operas non pro æstimatione ip-
sius serui:ipse autem tenetur noxali,& ita intelligimus
ff.eod.l.item Mela.& l.si dominus.& l.si eo tempore.&
quod ibi dicit lex Aquilia,id est,in factum subsid.& sic
generali illa in factum , vel in factum subsidiaria legis
Aquil.vt in d.l.item Mela, & l. si dominus. in omnibus
enim damnis in quibus quis non tenetur lege Aquil.in
factum actio datur.vt ff.eod.l. si seruum meum. §. vlti.
QVAESTIO.† Item quæritur ff.eod.l.huic scripturæ. 23
§.si seruus.in fin.dicit, quòd si seruus institutus hæres à
domino & liber , sit occisus , quod hæres illius liberti
lege Aquil. non agat. assignatur ratio duplex : prima,
quòd res peruenit ad eum casum à quo incipere non
potest,vt in l.seq.licèt ratio illa videatur insufficiens,
per l.quęcunq;.de act.& obl.sed non est,quia actio illa
nunquam competit illi facto libero, ergo non compe-
tit hæredi.Item non competit domino: redditur & alia
ratio,quia non debet hęres consequi æstimationem sui
testatoris.ergo loquitur de substituto ipsius serui.vt ff.
eo.l.nam sicut.§.si dominus.Item nec aget Aquil.substi
tutus seruo , vel etiam legitimus hæres testatoris. vt ff.
eod. l.inde Neratius.§.si seruus. noli intelligere de le-
gitimo ipsius liberti : quia non posset habere legitimũ,
cùm hæreditatem non potuit transmittere, vt C.de iu-
re deliberan.l.quoniam,licèt aliter sit glossatum.cohę
res tamen eius aget Aquil.vt ff.eod. l.nam sicut.§ vlti.
sed quæ est ratio.Respondeo,substitutus seruo & legi-
timus testatoris ideò non agunt, quia ipsi nullum dam
num habent propter quod actio ista competat, vt ff. eo.
l.qui occidit.§.vlti.propter mortem illius commodum
eis accreuit,quia habent hæreditatem, cohæres tamen
agit habito respectu ad tempus vulneris , non ad tem-
pus mortis,& sicut competit testatori, competit etiam
cohæredi. vt ff.eod.l.huic scripturæ,§.vltim & l.si do-
minus.§.fin.& l.Titia.cum l.sequen. aliàs non videtur,
quòd posset etiam cohæres agere. QVAESTIO.† Item 24
quæritur quid est quod dicit ff.eod. l. inde Neratius. §.
vlt.quòd remittatur actori confessoria actio,id est,cō-
fessorius actus : ne necesse habeat docere eum occidis-
se,cęterùm ab aliquo homine occisum esse oportet.Re
spondeo,verba illa duob.modis intelligo:si ille qui cō
fessus fuit se occidisse,paratus sit ostendere illum viuo
re,vel mortuum naturali morte,remittitur illi confes-
sio illa,id est,quòd propterea non damnetur : cùm ad
hoc vt damnetur oportet,quòd esset quis ab aliquo oc-
cisus.in hoc enim confessio prodest actori, vt non ha-
beat necesse docere,quòd ille occiderit eum qui cōfes-
sus est:vt l.seq.hoc apertius dicitur.& ff.de interrogat.
actio.

actio. l.confessionib. vel aliter etiam remittitur acto-
ri confessoria illa, id est, reo, qui est actor propter pro-
bationes, quia probat illum viuere, ff. de proba. l. in ex-
ceptionibus. & ff. de except. l. 1. non autem remittitur il
li illa confessio, si vult probare ab alio occisum, & sic
per consequentiam non esse à se occisum, quia ista pro
batio non releuat ipsum, cùm sufficiat à quocunque oc
25 cisum. † QVAESTIO. Vltimò quæritur in lege super lege
Aquilia, si deletum. ff. hoc tit. & multis modis. In pri-
mis non videtur, quòd locum habeat Aquilia: nam il-
lud erat chirographum quod est priuata scriptura, vt
C. qui pot. in pign. l. scripturas. si erat priuata, ergo ad
probationem non sufficiet. vt C. de probat. l. instrumē
ta, & l. rationes. & l. exemplo. si ad probationem nō pro
dest. & si est deletum. ergo nullum est damnum, maxi-
mè cùm rei veritas aliàs probari possit. vt ff. de fide in-
strum. l. penult. argum. C. de fide instrum. l. cùm donati-
onis. Respondeo, scriptura illa licèt sit priuata, tamen
mihi prodest contra debitorem, qui eam fecit: quia li-
cèt illi non prosit, contra te tamen præiudicat. vt ff. de
interrog. actio. l. de ætate. in princ. vel aliter illa priua-
ta scriptura habebat subscriptionem trium testium. vn
de ferè habetur pro publica. vt C. qui pot. in pign. l. scri
pturas. vel fortè alijs adminiculis adiuuabatur, vt di-
xit H. si adiuuentur, vel impropriè ponitur chirogra-
phum pro publico instrumento. Item nō videtur, quòd
aliquo casu possit agi lege Aquilia contra debitorem,
& si agat in nullo casu posse fieri exactionem quod ita
probo, aut enim deficiet conditio, aut extabit. si defici-
et, nec iste tenetur qui deleuit, nec principalis debitor.
quia sicut in l. in lege Aquil. si deletum. cauetur, exa-
ctio differtur in tempus conditionis, si extitit condi-
tio, & debitor principalis est soluendo, non potest agi
contra debitorem: sed tunc agitur quandò debitor nō
est soluendo, vt notauit dominus meus ff. de eden. l. ar-
gentarius, §. cum autem, & ff. end l. qui occidit. §. 1. & ff.
de eo per quem factum. l. vlt. & ff. de furt. l. qui tabulas,
si verò debitor sit soluendo: licèt dominus meus dicat
in casu agi, quando debitor principalis est non soluen-
do, non videtur verum. nam pone quod propter chiro-
graphum deletum contra principalem non possim age
re. vt ff. de furt. l. itaque. & ff. de dolo. l. nam is. cantabit
vacuus coram latrone viator. Respondeo & dico, quod
aget contra debitorem, si extat cōditio, & debitor prin
cipalis est soluendo, qui inficiatur debitum, & testes
eo tempore mortui sint, per quos non possum probare
contra debitorem principalem. Si tu quæras, non pos-
sum probare per attestationes illas contra debitorem
principalem. Respon. non. vt C. res inter alios acta. &
C. de fid instrum. l. si vteris. l. denuntiasse. §. quem. & sic
apertè contradico domino meo. Item alia ratione vide
tur quod non habet locum Aquil. ex quo enim actor ha
testes, potest illos ante litem contestatam inducere, sed
hoc hodie. vt C. de vsur. pupil. l. vltim. & in authen. de
testib. coll. 7. §. pen. non autem poterat hoc facere tem-
pore harum legum. & hoc lo. imò etiam tempore harū
legum. vt ff. de testibus. l. curent. & ff. de furt. l. quidam
tabularum. Vel aliter, istud in reo, hoc in actore, vel a-
liter. illud extraordinarium auxilium de testibus pro-
ducendis ante litem contestatam, vnde mihi aduersa-
rius non poterit imputare, sed illud omitto, vt ff. de bo-
nis auct. iudic. possid. l. prætor ait, §. pen. & arg. ff. eo. l.
Stichum. Item obijcitur quod debuit condemnari quā
ti nomen illud conditionale potuit vendi. vt ff. ad leg.
Falcid. l. hæreditatum computationi. & l. pater filium.
& ff. de furtis. l. si quis vxori §. vlt. sed fortè in electio-
ne Rei est quid velit præstare, scilicet quanti vendi po-
test. an substituere condemnationem in totum: vt ita
deficiente condemnatione condemnatio alia euanes-
cat, vel lex ista medium statuit. OPPOSITIO. Item oppo
nitur. legitur ff. de tab. exhib. l. locum. §. condemnatio.
quod si legatum sit sub conditione relictum, quod soluit il
lud ille qui tabu. non exhibet, ac si purè esset relictum,
non expectato euentu conditionis. Respon. aliud in in-
terdicto, quia qui tabulas non exhibet, pœnam suæ con
tumaciæ soluit, quod locum habet etiam si nullum dā-
num interueniat, lex autem Aquilia, nisi damnum in-
terueniat, cessat. vt ff. eod. l. si seruum. §. rupisse. QVAES- 26
TIO. † Item quæritur, an fiat condemnatio tantùm in ta
bulis tantùm, an in eo quod continebatur in eis? Resp.
de eo quod continebatur in eis. vt ff. eo. de furt. l. qui ta
bulas. & arg C. quæ res pign. oblig. poss. l. eum qui emp
tores. & C. de dona. l. 1. & ff. de leg. 3. l. qui chirographū.
OPPOSITIO. Item opponitur quod legitur ff. de eui-
ctio. l. non quemadmodum. Respon. in l. ista præsens e-
rat obligatio, & præsens actio, præsens causa, & præ-
sens sententia: sed non præsens ex toto actio vel exa-
ctio, quod est mirabile, vel notabile & speciale, sicut
sunt multa alia specialia. quid de pœnā inficiationis,
& de indebito repetendo, & de culpa leuissima: illud
non placet quòd hic inducat testes causa publicatiōis,
quia secundùm hoc repelleret seipsum actor à lege A-
quil. perpetuas sibi parando probationes. & sic respon
dit dominus meus. QVAESTIO. † Item quæritur quid de 27
beant dicere testes? Respon. dico, nos scimus, quòd ta-
lis promisit Titio pro aliqua causa 10. sub conditione,
si nauis venerit ex Asia, & ex hac promissione debitor
fecit inde chirographum, quod nec plus, nec minus cō
tinebat, istud chirographum iste deleuit: vel aliter, e-
sto quod non habeat testes qui interfuerint promissio-
ni, habeat tamen qui viderint chirographum istius de-
biti, isti dicent nos vidimus istud chirographum in pri
ma figura in quo continebatur, quod talis ea causa do-
natiōis promisit Titio 10. si nauis venerit ex Asia, quod
chirographum scripsit talis notarius, & istud chiro-
graphum iste deleuit, & hoc est quod dicit lex summa-
tim probari debitum: quia non ex toto probo continē
tiam instrumenti per authen. vt fratrum filij. qui est in 28
C. de eden. si quis in aliquo. QVAESTIO. † Item quæri
tur, qualiter pronuntiabit iudex? Respōdeo, purè: sed
executio differtur in tempus conditionis. hoc etiam
alibi contingit. vt ff. de verbor. obliga. l. interdum qui-
dam tamen imperiti dicunt sententiam ferendam sub
conditione, sed malè: non enim fuisset aliquod dubiū
de executione, si sententia conditionalis fuisset ex hac
lege: quidam minus periti sumpserunt argum. vt testes
ante litem contesta. possint produci: sed verum est, quod
dicunt, sed nō per legem istam: hic enim agebatur con-
tra damnū dantem, contra quem, sicut dixi, omnia sunt
præsentia, si enim ageret contra debitorem ante condi
tionem, ageretur vt cautio interponeretur. vt ff. de iu-
re dot. l. licèt. ff. de iudi. l. in omnibus. QVAESTIO. † Item 29
† quæritur, si testes erant iuuenes & robusti, nunquid
isti inducentur ante conditionis euentum? dominus
meus respondit & dixit quod non. intelligit l. de testi-
bus illis quos verisimile est non extituros tempore
conditionis: puta senes & infirmos: & sic admittit in o-
mnibus casibus, vbi ante litem contestatam inducūtur,
vt de talibus testibus intelligamus, & de illis etiam qui
longinquo sunt abfuturi. vt ff. de furt. l. quidam tabula-
rum. & C. de vsur. pupil. l. vlt. & ff. de testib. l. curent. &
in auth. de testibus. §. vltim. sed salua pace domini mei
non credo verum in l. ista, licèt verum sit aliàs. nam in
l. ista debitum erat conditionale, & illa conditio casua
lis ante cuius euentum etiam robustissimi iuuenes pos
sent mori: & hoc est quod dicit lex ista quod testes non
possunt esse: nam omnia sunt hominum tenui penden-
tia filo. & ideò generaliter de omnibus testibus intelli
go. arg. de furt. l. eum qui §. vltim. has quæstiones vt v-
tilissimas super lege Aquilia tractare præuidi.

Si quadrupes alicuius dederit damnum alicui, tenetur domi-
nus quadrupedis actione in factum de pauperie.

De actione in factum de pauperie. Rubric.

1 *Actio in factum de pauperie vt competat, quot requiran-*
tur

2 *Animal nocere solitum, quomodò contra naturā aliquid*
dedisse dicatur.

3 *Ex eodem delicto quo casu bis aliquis puniatur.*

4 *Actio in factum de pauperie quo casu concedatur, & an*
alia actio locum habeat.

5 *Actionis legis Aquiliæ pœna ducentorum solidorũ, & aureorum quinquaginta cuius erit.*
6 *Quadrupes quæ aliam sit aggressa si dubium sit, & vtraq; sit mortua neuter dominus alteri tenebitur.*
7 *Positiones Actoris & Rei in actione de pauperie, & nu. 8.*
9 *Libelli in actione de pauperie quomodò concipiantur, cum plur. seq.*
14 *Actio legis Aquiliæ an detur commodatario, vel fulloni, vel creditori.*
15 *Animal aliquod dans damnum si in segete alicuius reperiatur, quid faciendum sit.*
16 *Animal damnum dans si occidatur ab aliquo, an actione legis Aquiliæ teneatur, qui occidit.*

SI quadrupes alterius det damnum alicui, ille habet actionem contra dominum quadrupedis in factum de pauperie, per quam compellitur dare tantùm damnum vel dare animal noxæ. vt ff. si quadru. pau
1 pe. fec. dic. l. 1. & Instit. eo. tit. † Quę actio ad hoc vt competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd animal det dãnum. Secundum, quòd animal istud sit qoadrupes, ad hoc vt locũ habeat directa: alioquin si bipes, putà gallina, locum habet vtilis, quia sententia edicti locum habet, licèt verba deficiant. vt ff. eod. l. 1. §. 1. & §. 2. & l. pen. Tertium, quòd damnum sit datum cõtra naturam. vt ff. eodem. l. 1. §. & generaliter. & §. itaque vt Seruius.
2 QVAESTIO. † Sed qualiter intelligitur contra naturam lex prima ponit exemplum: putà equus calcitrosus calce percuisit, aut mula per nimiam ferociam calce percussit, aut bos cornu petere solitus, cornu petijt, aut canis aliquem momordit, sed si ita est quomodò contra naturam damnum dat animal, quod erat solitum sic nocere? immò non dat damnum contra naturam, sed secundùm sui naturam. & ideò hæc actio non debet habere locum. Respondit dominus meus, & ita glossat, contra naturam, scilicèt sui generis, nõ contra naturam sui: alioquin si sua natura det damnũ, locum habet vtilis actio in factum de pauperie, & sua natura, id est sui, vel sui generis. vt ff. eo. l. 1. §. 1. & Inst. eo. §. 1. & argu. ff. ad legem Aquil. l. Quintus. & arg. ff. de præscr. verbis. l. qui seruandarum. §. vlti. & hoc dominus meus: vnde subaudiendum est in litera maximè, vt cornu petere solitus, &c. subaudi maximè: quia multo magis si non erat solitus cornu petere, sic etiam glossauit P. & dominus meus. OPPOSITIO. Sed legitur ff. eod. l. 1. §. in bestijs. & Instit. eo. tit. §. hæc autem actio. quod si fugerit vrsus, & dederit damnum, nõ possit quondam dominus conueniri: quia desijt esse dominus, vbi fera sua fit, & si tu occideris, corpus tuum erit. vt Instit. eo. §. cęterùm. ff. de ædil. edict. l. hi enim. & l. generaliter. & l. qua vulgò. quod si canis, vrsus, leo, & aliud animal qđ nocere potest eunti alicui per illam partem, qua vulgò iter fit, liberum hominẽ occiderit, soluet ducentos solidos, si noceat libero homini fortè in persona vel mẽbris, vel aliàs punietur dominus animalis quantum æquum fuerit visum iudicanti extraordinariam pœnam imponens: si verò in alijs rebus det damnum, tenebitur in duplum, siue animal sit solutum, siue ligatum: sed præter illam pœnam habet locum actio in factum de pauperie, nec vna actio alteram tollet. Respondeo, quod legitur ff. eod. l. 1. §. in bestijs. loquitur quando dãnum datum fuit ab vrso eo tempore quo aufugit: vnde meritò illud damnum non requiritur. Institu. eod. §. cęterùm. & dd. ll. ff. de ædil. edic. loquuntur quando damnum dederunt, & non in fuga. imò tunc cum erant in
3 custodia domini. QVAESTIO. † Item si tu quæras quare ille grauissimè sic punitur, & quomodò ex eodem delicto quis sic punitur, & bis, & sic contra iura? quia non debet de delicto eiusdem hominis sæpiùs quæri. vt ff. nau. caup. stab. l. licèt. nec Deus iudicat aliquem bis in idipsum: & sanctio legum non æstimat idem delictum varijs æstimationibus coercendum. vt ff. de pœnis. l. sanctio. & de vna re non debet quis pati duas calumnias. vt in Lombardia. de deposi. l. vnica. Respondeo, licèt vnum sit factum, plura tamen sunt delicta. primum ideò quòd habuit illa animalia in eo loco vnde iter fit. aliud quod nocuit libero homini, vel in rebus suis, vel vel melius non est delictum vnum sed duo: vnum, quia si nocuit libero homini, punitur dominus propter illud in prædicta pœna ducentorum solidorum, quia liberum corpus non recipit æstimationem. vt ff. e. l. pen. aliud quia alias damnum dedit, & non cõtra naturam, imò secundùm naturam sui generis præterquam in cane. omnes enim bestiæ aliæ quæ ibi numerantur feræ sunt de sui natura, vnde non habet locum directa actio in factum de pauperie, sed vtilis. & primò pœna petetur condictione ex legibus illis. Instit. eod. §. cæterùm. & ff. de ædil. edict. damnum autem quod est illatum petitur vtili actione in factum de pauperie. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur: tu dicis, quòd liberum corpus non recipiat æstimationem, vt dictum est. quomodò ergò pro libero homine occiso dantur ducenti solidi: ergo tam iure Longobardo, quàm iure Romano liberum corpus æstimatur, vt in Lombarda de libero homine. l. recolimus. quo etiam iure aliquando centum quinquaginta, aliquando 200. solidi, aliquando 300. solidi soluuntur pro æstimatione hominis. Respondeo, nõ est verum, quòd liberum corpus æstimetur iure Romano, vt dictum est, & ff. de his qui deiece. vel effude. l. vlt. & illi 200. solidi præstantur pro æstimatione liberi hominis, sed loco cuiusdam pœnæ, sicut soluitur pœna 50. aureorum, quando ex deiectis & effusis liber homo perijsse dicitur. vt ff. de his qui deie. vel effud. l. 1. §. 1. & l. si
verò. § hæc actio. QVAESTIO. † Itẽ quęritur si canis tuus comedat carnes meas, vel equus tuus comedat herbas meas: vel porcus comedat farinam meam, nunquid habet locum hæc actio directa vel vtilis: & si non habet locum hæc actio, quæritur quæ actio? Respondeo, non habet locum directa, quia damnum non est datum contra naturam rei consumptæ vel cõsumentis: ideò enim est caro vt comedatur, herba similiter & farina, & canis libenter comedit carnes, equus herbam, porcus farinam. OPPOSITIO. Item non videtur, quòd locum habeat directa actio, quia tunc habet locum, quando quadrupes feritate mota nocuit, at comedere carnes, herbam, & farinam, non est hoc de feritate quadrupedis, & ideò non habet locum directa. & sic vno modo exponitur illud verbum contra naturam, licèt alio modo exponantur illa verba & proprius, vt suprà dixi. cedo autem quòd locum habeat vtilis. vt argum. ff. ad legem Aquil. l. qui occidit. §. si quis alienum vinum. & l. si seruus seruum. §. vlt. & ff. de præscript. verbis. l. qui seruandarum. §. vlti. & C. ad legem Aquil. l. vlti. QVAE-
STIO. † Item quæritur prædicta pœna 200. solido. cuius erit, & similiter quæritur de pœna 50. aureorum. & lex dicit, quòd non sit hæredis: imò est popularis, & datur ei cuius interest magis, vel affinitate vel consanguinitate defunctum contingens. vt ff. de his qui deiece. vel effude. l. si verò. §. hæc autem actio. nec dabitur hæredi iure hæreditario, sed datur hæredi, quasi vni de populo. vt Institu. eo. tod. §. Respondeo, quod detur agenti: vt in l. prædict. dominus meus notat, quod dimidietur, quòd medietatem habeat fiscus, & dimidiam aliam accusator. vt argu. ff. ad Sillan. l. lege. §. vlti. & C. de assessor. l. 1. Quartum est necessarium, quòd quadrupes det damnum per se non instigatu alterius, vel per factum hominis: alioquin non agetur contra dominum animalia, sed agetur contra hominem cuius culpa quadrupes dedit damnum. vt ff. eod. l. 1. § 4. Idem est & si propter loci iniquitatem, hoc est duritiam, vt ff. eod. l. 1. §. quod si. & §. sed si instigatu. & § generaliter. nam & qui incitauit canem vt alium morderet, ille qui incitauit, tenetur vtili Aquilia: sicut hæc probatur ff. ad legem Aquiliam. l. item Mela. §. item cum eo. & l qua actione. §. sed & si quis plus iusto. & l. qui occidit §. in hoc. Quintum, quòd illud animal, quod dedit damnum, non fecerit se defendendo. nam tunc non tenetur dominus animalis. vt ff. eod. l. 1. §. cùm arietes. & est argum. quòd etiam iure Romano homicidium committens causa me defendendi, non puniar: & hoc etiam in iure Lombardo: vt in Lombarda de homicidio. l. si quis homo liber se

defen-

defendendo. QVAESTIO.† Quid si dubium sit, quæ
6 quadrupes aliam sit aggressa, & vtraq; sit mortua? neu-
ter dominus alteri tenebitur, vt ff.ad leg. Aquil.l.scien
tiam.§.instrumenta. Sciium, quòd quadrupes illa vi-
uat eo tempore quo agitur: alioquin si mortua sit, hac
actione non tenebitur dominus, nisi post litem conte-
statam, sit occisa ab alio: tunc enim tenetur dominus
quadrup. vt ff.eod.l.1.§.& cùm etiam in quadru. & §. si
post.& ff.de noxa.l.si plurium.§.sed & si post. Illud au-
tem not. quòd si quadrupes det damnum libero homi-
ni in membris suis fortè, quòd excæcauit eum, non ha-
betur ratio deformitatis, sed operarum amissarum &
impensarum, vt ff.eod. l. ex hac. & ff. de his qui deiec.
vel effu.l.vlt. In hac autem actione actor facit tales po-
7 sitiones. POSITIO ACTORIS.† Ego dico, quòd talis
quadrupes tua est. Item illa quadrupes tua est. Item il-
la quadrupes dedit mihi damnum tale. Item illud dam
num dedit feritate naturali. Item illud damnum dedit
in quadrupedem meam super illam ambulando. Item
illa quadrupes tua viuit. Econtrà reus facit tales posit.
8 POSITIO REI.† Ego dico, quòd illa quadrupes Titij
est. Item quadrupes illa dedit damnum propter angu-
stiam loci. Item dedit damnum instigatu Sempronij. I-
tem quadrupes illa mortua est. In hac actione concipi-
et actor libel. sic. LIBELLVS.† Ago ego contra M. vt
9 emendet mihi illud damnum, quod sua quadrupes, for
tè asinus vel equus intulit in rebus meis, mota natura-
li feritate, quod damnum æstimo 50. propono actioné
10 in factum de pauperie. LIBELLVS.† Vel sic. Ago con
tra talem, vt præstet mihi & soluat æstimationem dam
ni quam facio vel æstimo 20. quod damnum intulit e-
quus suus in rebus meis: putà fregit mihi vasa mea, vel
vegetem meam calce fregit, & vinum est effusum, na-
turali feritate. propono, &c. Vel quando equus fregit
crus calce, vel effodit oculum, vel fecit aliquam plagã
11 tibi, dices sic. LIBELLVS.† Ago contra talé cuius equus
calce me percussit, & fregit mihi crus seu brachiũ, vel
effodit oculũ, vel me vulnerauit: propter quã plagam
oportuit me dare medicis 10. & alia 10. impendere in cu
rationem. & peto 20. pro operis tot quibus carui & ca-
riturus sum. propono actioné in factũ de pauperie: sic
concipies libellum in directa: vt rectè probatur ff.eod.
l.1.§.1.& l.ea hac lege.& Instit.eod.§.1. In vtili autem a-
ctione in factum de pauperie cócipit sic libel. LIBEL-
12 LVS.† Ago contra talem, cuius canis comedit meas car
nes, vel cuius equus comedit herbam meam, vel cuius
porcus comedit farinam meam, vel cuius catus come-
dit lardum meum, quæ æstimo 20. vnde illa 50. peto vt
mihi soluat: propono actionem in factũ vtilem de pau
perie. Quòd sic rectè concipiatur libel. dicit ff. ad legé
Aquil.l.qui occidit.§.si quis alienum vinũ, & alia iura
sicut suprà dixi. OPPOSITIO. Sed omnibus libel. sic
opponitur. non videtur quod possit peti æstimatio dã-
ni, sed vt animal detur noxæ, id est, detur actori pro no
xa, id est, pro delicto, & sic deditio noxæ est in obliga-
tione, ergo in petitione. lex enim tabul. voluit aut dari
animal noxæ quod nocuit, aut vt offerat dominus æsti
mationem noxæ. vt ff.eod.l.1.in princi. ergo videtur vt
damni æstimatio sit in solutione, non autem in obliga-
tione. Item videtur hunc sensum exprimere ordo lite-
ræ, quia primò dicit lex 12. tabul. quòd dominus det no
xam, & posteà quòd offerat damni æstimationem. Sed
respondeo & dico, quòd damni æstimatio est in obliga
tione: noxæ deditio in solutione, hoc probatur ex eo,
quòd habes Institut.eod.tit.circa princip.& ff.de dam
no infect.l.prætor ait.§.hoc edicto, & ff. de re iudic. l.
miles.§.decem.& ff.de petit.hæredi. l. item veniunt.§.
cùm proximus.& ff.de noxa.l.1. Multi tamen simplices
dicunt libellum concipiendum sic. & in actione noxa
li pro seruis sub alternatione, vt dicas.† LIBELLVS.
13 Ago cótra talem vt emendet damnum, vel seruum det
noxæ. & eodem modo dicunt ferendam esse sententiã,
propter id quod habetur Institu. de offic. iudic. in prin
ci. sed ex litera illa colligimus contrarium: nam ita di-
cit iudex in actione noxali, Lucium Titium in 10. con-
demno. ecce scilicét sententia, aut noxæ dedat: illud est
consilium legis. sed hanc potestatem dandi noxæ domi
nus amittit si negauerit quadrupedem in iudicio esse
suam. vt ff.eo.l.1.§.interdum. & si conueniatur post qua
tuor menses post rem iudicatam, vt ff.de petit. hæred.l.
item veniunt §.cùm prædiximus. QVAESTIO.† Sed nun 14
quid hæc actio datur commodatario vel fulloni vel ta
libus: vel creditori, putà conductori? Respond. & dico,
quòd detur fortè eis vtilis, vt ff.eod.l. hæc actio. & qua
re aliud in lege Aquil. quæ non datur commodatario,
in superiori actione notaui. QVAESTIO.† Item si assi- 15
duè quæritur & maximè à simplicibus. si inuenio ani-
mal alicuius in prato meo, vel in segete mea comedere
& dare damnum, quid mihi faciendum sit? Respondeo,
iure Romano promptum est auxilium. vt ff.ad leg. Aq.
l. Quintus Mutius. quod nô debeam illud animal ferī-
re, nec includere, imò si fecero tenebor: debeo autem
istud animal ducere tanquam meum, & dominum ad-
monere, vt suum animal recipiat, & damnum mihi e-
mendet: vt in prædict.l. Quintus. Sed quid si inclusi, an
punior iure Romano? Respondeo, sic: per edictum diui
Marci. vt ff.quod metus caus. l. extat. nisi fortè inclule-
ro custodiæ causa, redditurus domino si sciuissem. vt
argum. ff. de furt.l. falsus.§. qui alienum quid iacens. Et
sic soluitur alia quæstio. quid si ignorauerim dominũ
quadrupedis, tunc includam sicut meam donec domi-
num sciuero, vt dixi. QVAESTIO.† Quid si occidatur 16
animal sicut multi simplices faciunt? tenetur qui occi-
dit lege Aquil. vt ff.ad leg. Aquil. Quintus Mutius. & hò
mo iure Roma. iure tãmen Longubardo aliud est, quia
si inuenit pecudem damnum facientem, & non cogno-
scat dominum cuius sit, potest illam includere donec
veniat certus dominus, sed intérim vadat ad iudicem,
vt per prætorem faciat dici, quòd inuenit equum, & si
venerit dominus assignet sibi dato fideiussore, vel pig
nore triũ siliquarũ & solidorũ à domino equi, & si ille
qui inuenit equũ, non vult restituere, punitur: & dicit
lex 2. in Lombarda. de eo qui pecudem in damno inue-
nit. si autem dominum cognoscat cuius sit, habet locum
l.1. illius titu. si autem aliquis inueniat porcos in messe
sua, si inueniat 10. vel vltrà 10. occidat vnum de illis me
diocrem: si verò minùs decem, non occidat aliquem: i-
mò pro quolibet porco habebit tres solid. vt ff.eod.tit.
l. de porcis. si in prato, locum habet l. vltim. eiusdem ti-
tu. si quis in porcos. si in silua, locum habet l. vltim. titu.
illius, si contra sit, locum habet l. penultim. tit. illius. le
ges autem in Lombarda. de damno iniuriæ. l si quis ca-
ballum. & l. si quis porcos. imponunt pœnam pro præ-
sumptione: excepto damno, quod debet emendari ex
lege Cornelia.

Si aliquis verberetur, vel pulsetur, vel domus eius vi introita sit, vel etiam alio modo sibi inferatur iniuria, habet actionem iniuriarum ciuilem.

De ciuili actione iniuriarum ex leg. Corn. Rubrica.

1 *Verberare an idem sit quod pulsare*
2 *Iniuria facto commissa, quare in aliquibus casibus per actionem legis Cornel. punitur.*
3 *Actio ciuilis iniuriarum vt competat, quot requirantur.*
4 *Actio iniuriarum si publica fuerit, & publico iudicio agatur, an posteà ad pecuniariam condemnationem agi possit.*
5 *Positiones Actoris & Rei in actione iniuriarum ciuili, & num. 6.*
7 *Libellus in actione iniuriarum ciuili quomodò cócipiatur. & nu. 8.*
9 *Filiusfamilias si iniuriam passus fuerit, qua actione agere debeat.*
10 *Actio iniuriarum prætoria quare inducta fuit, cùm ciuilis sufficiat.*
11 *Iniuriarum an dominus agere possit, si iniuria fiat mercenario suo, vel capsario suo.*

12 *Seruo si iniuria fiat, an dominus iniuriarum agere possit.*
13 *Iure Longobardo an omnis iniuria puniatur.*

LICET iniuria tribus modis committatur facto,
dicto,& scripto, & tribus modis puniatur: iniu-
ria quæ fit facto punitur per legem 12.tab.& est ci
uilis. quæ fit dicto,punitur iure prætorio, & est præto-
ria. quæ fit scripto, vt per libellum famosum, punitur
per Constitutiones Imperiales pœna capitis. vt C. de
famosis libel.l.vnic. De prima ergo videamus, quia de
secunda suprà in tract.prætoriarum. quod enim iniuri-
arum actio sit ciuilis, quãdo de facto infertur iniuria,
& in tribus duntaxat casibus, scilicet quando quis di-
cit se pulsatum,verberatum,domum suam vi introitã,
dicit ff.eod. l. lex Corn. & sic omnis iniuria quæ manu
1 fit,lege Corn.continetur,vt in l.prædi. QVAESTIO. Sed
nonne idem est verberare, quod pulsare. Respondeo,
non.verberare enim est pultare cum dolore, sed pulsa-
re sine dolore,vt in prædict.l.§.1. Item de qua domo in-
telligimus?Respon. generaliter de omni domo siue sua
sit,siue habeat domicilium: siue ergo in propria domo,
siue in conducta vel gratis, vel in hospitio quis inhabi
tet: siue in villa, siue in hortis, siue etiam Romæ causa
2 studiorum. vt in prædi.l.§.1.& 2. QVAESTIO. † Sed illud
quæritur, quare facto commissa iniuria puniatur in il-
lis casibus per leg.Corn.in alijs non?Respond. ideò lex
Corn.punit iniuriam quæ facto committitur,quia ma-
ior est quam iniuria verbis illata. vnde de illata verbis
non curauit, & ideò quia si aliquis dicit te cornutum,
& es in vero,non tenetur ille qui dicit:quia verum di-
cit,& peccata nocentum nota esse expedit & oportet,
vt ff.eod.l.eum qui nocentem. si non es cornutus, quid
ad te? Ius autem prætorium quod fuit inductum in sup
plementum iuris ciuilis. vt ff.de iust.& iure.l.ius autẽ
ciuile.§.vlti. voluit iniuriam verbo illatam puniri,vn-
de iniuriarum actio est prætoria.de qua diximus suprà
in tract.prætoriarũ & fuit ratio,quia aliquãdo per ver
ba venitur ad verbera,& multũ habet hodie homo pro
malo verba iniuriosa,adeò quod multi stulti dicunt, ꝙ
melius vellent esse percussi de vno cutello, quàm tale
verbũ iniuriosum eis dixisse,sed à tali velle,& tali me-
lioratione,libera nos domine. In illis autem tribus ca-
sibus ideò voluit l. 12.tab.puniri:quia domus cuiq; tutis
simum receptaculum est,vt de in ius vocan.l.plerique.
& ff.de iniur.l.qui in domum. & quia persona quæ of-
fenditur dignior est omnibus rebus. vt ff.de vsu.l.in pe
cudum.& Instit.de rer.diuis.§.in pecudũ. & arg. C. de
sacros.eccl.l.sancimus.& ff.de stat.ho.l.2. Vnde ad hoc
3 vt actio ista cõpetat, † tot sunt necessaria ferè, quot di-
ximus suprà de actione iniur.prætoria. Et est aliud ne-
cessarium, quòd facto inferatur iniuria in aliquo casu-
um prædictorum. Item aliud, quod sit domus quæ vi sit
introita, si aũt sit stabulum vel meritoriũ, vel viridari-
um non habet locũ hęc actio etiã si per vim sit introitũ.
vt ff.eo.l.lex Corn.§.1.& 2. OPPOSITIO. Sed opponitur,
nõne si aliquis in hortis habitat,& domus eius vi sit in
troita, locũ habet hæc actio, vt suprà dixi. quomodò er-
go non habet locũ hæc actio, si meritoriũ eius sit vi in-
troitũ?Respon. meritoriũ intelligas, id est, de horto in
quo nõ erat domus. Item si domum inhabitat, saltẽ per
aliquod tempus, non aũt si habitauit per momentum:
tunc enim & si per vim sit introita, non habet locũ hęc
actio iniuriarũ. vt ff. e.l.lex Corn.§.1. in fi. sed licèt per
constitutiones puniatur iniuria scripto illata,& pœna
capitis, vt dictũ est. videtur tamen quod puniatur per
l.12.tab.& per S.C.cuius nomen non habemus. vt ff.e.l.
lex Corn.§.si quis librũ.& l. senatusc. ex quibus legib.
collige act.iniur.esse publici iuris, & capitalẽ pœnam
cõtinere quãdo per scripturã,& in notã alicuius fit in-
iuria,& taliter condẽnatus fit intestabilis: putà in notã
alicuius aliquis facit carmen aliquod iniuriosum, aut
cantionẽ, sicut faciũt ioculatores: & etiã sine scriptura,
si in ignominiã alicuius seu etiã quid aliud faciat, quod
ad infamia alicuius pertineat siue præsentis siue absen
tis. nã absenti fit iniuria: putà si aliquid dicat, vel alium
infamet, vel veste lugubri vtatur, aut sordida, aut si bar-
bã dimittat, vel capillos submittat, aut praeponat, aut
cãter aliquid quod pudorẽ alicuius lædat: putà si dicit,
sic vadit talis. In alijs aũt casibus erit priuati iuris,& il
le tantũ agit, qui iniuriã passus est. in prædictis aũt casi
bus cuilibet de populo cõpetit actio. vt ff. e. l.itẽ apud
Labeonẽ.§.ait prætor.& l.lex Corn.§.pe.& vlt. & l. qđ
senatus. sed quod dixi de veste lugubri seu sordida, &
barba,& de capillis hoc attẽde esse verũ, si sit extrane-
us ille qui fecit, cæterũ si sit cõiuncta persona vt in iuita
in illũ reum dicere testimoniũ non cogatur, & si fece-
rit, tamen iniuriarũ non tenebitur. vt ff.e.l.vestẽ. Et ge-
neraliter not. omnem iniuriã, quæ fit manu lege Corn.
puniri.& esse act.iniur.ciuilẽ, vt ff.e.l.lex Corn.§.1. Et
quod dixi de aliquo verberato, intelligas si sit verbera-
tus in vero. Quid enim si nõ sit verberatus à me, sed cõ-
tra ipsum manũ leuaui vt percuterem, nõ tamen percus
si eum, non tenebor leg.Corn. sed iniur.act.prætoria ff.
eo.l.item apud Labeonẽ.§.1. QVAESTIO. † Sed quęritur 4
quando actio iniuriarũ est publica, vt dixi, si agit pub-
lico iudicio: an potest posteà agi ad pecuniarũ condem
nationẽ?Respon. potest agi vtroq; iudicio. verũ si egi v-
no iudicio, nõ potero agere reliquo. vt ff.e.l.quod sena
tus. Quidã tamen minus intelligentes dixerunt ex quo-
libet publico crimine posse agi ciuiliter & criminali-
ter: & hoc sumunt ex leg.ff.e.l.prętor.§.1. sed aptè errãt.
multa enim sunt crimina publica ex quibus nõ potest
agi nisi criminaliter, ex homicidio, ex adulterio, ex l.
Iul.maiest.& ex multis alijs nõ potest agi nisi crimina-
liter. Item ex l.Fauia de plagiar. quod crimẽ publicum
est. sed pœna pecuniaria in vsu esse desijt. vt ff. ad leg.
Falc.de plagia.l.vlt. quidã tamen sunt publica, ex qui-
bus potest agi ciuiliter & criminaliter, sicut in leg.Iul.
de vi publ.vel priu.ex quibus criminaliter dãnatus de-
portatur ex leg.Iul.de vi pub.ex priuata dãnatur in ter
tia parte bonorũ. vt Inst.de pub.iud. si agatur ciuiliter,
agitur ad recuperandã possess. vt ff. de vi & vi ar.l.1.sed
hoc non est bonũ exemplũ, quia non agit ciuiliter ex
eadẽ lege. sed alio iure. bonũ est exemplum in crimine
falsi, quia ciuiliter & criminaliter agitur. vt C.ad leg.
Cor.de fals. l.damus. criminalis pœna est deportatio,
ciuilis dupli interesse. vt ff.ad leg.Cor.de fal. l.1.§.vlt.
& l.pen. Item in actione sepulchri violati quæ publica
est & pœna criminalis. si ossa extraxit, vltimo suppli-
cio afficietur, aliàs relegatur, aut datur in metallũ, ciui
liter agetur ad interesse. vt ff de sepul. viol. l.prętor.in
prin.& §.vlti.& l.de sepul.viola.l.vlt.& alia etiã inue-
niuntur, quæ non curo prosequi. nec obstat d.l.prætor,
q̃a lex illa sic intelligitur, ex quib. causis publica sunt
iudicia, ex his non esse nos prohibendos quo minùs pri
uato iudicio agamus. q.d.legislator, vt ex publicis iudi
cijs ex quibus potest agi ciuiliter & criminaliter, si aga-
tur criminaliter quod possit agi ciuiliter: fallit in acti.
iniur. ex qua agitur tantũ ad vindictã. vt ff.de col. bon. 5
l.cum emancip. non autem assumit regulam, quòd ex o-
mnibus criminibus publicis possit agi ciuiliter & cri-
minaliter, quia hoc stare non posset, vt dixi. In hac aũt
actione act.fac.tal.posi. pro maiori parte quas diximus
suprà de acti.iniur.prætoria, aut faciat alias. POSITIO
ACTORIS. † Ego dico, quòd tu me verberasti. Item do- 6
mum meam per vim intrasti. Item me pulsasti. Item
de me carmen famosum scripsisti. Item malam cantio-
nem cantasti. Item lugubrem vestem ad iniuriam mei
portasti. Item capillos submisisti. E contrà reus facit ta
les positiones. de quibus diximus suprà in tractatu præ
toriarum, aut illas. POSITIO REI. † Ego dico, quòd 7
tantùm manum leuaui. Item domum illam tu condu-
xeras, vt stares ibi per momentum. Item ego sum fra-
ter tuus carnalis. Item domum illam intraui de volun-
tate tua. Item illud quod cantaui seu scripsi, verum est.
Item illam barbam vel illos capillos & vestem sic por
tabas, & licèt modò non portes, non curo. ad tempus e-
nim quo fiunt iniuriæ me refero. vt ff.l.iniuriarum. In
hac actione concipiet actor libellum. † LIBELLVS. 8
Ago ego R. contra M qui iniuriosè & violenter intra-
uit domum meam, vel me pulsauit, vel verberauit: quã
iniuriã nollem sustinuisse pro 10.lib.auri, vnde in præ
dicta

dicta quantitate illum mihi cōdemnari peto: propono actionem iniuriarum ciuilem ex l. Corn. quòd ita rectè concipiatur libel. dicit ff. eo. l. Cor. et l. prętor. & l. item apud Labeonem. §. ait prætor. Eodem modo opponitur huic libello sicut aliu libel. suprà in actio. iniuriarum prætoria. OPPOSITIO. Item adhuc oppo. quòd non videtur libel. benè compositus, nec in ista, nec in actione iniuriarum prætoria. nam iniuria debet æstimari à iudice, vt ff. eo. l. constitutionibus. & actor æstimat in libello, ergo malè. vnde multi simplices metu istius quęstionis dicunt libellum concipi sic. †LIBELLVS. Ago cōtra talem qui me verberauit: vnde peto ciuiliter de ipsa iniuria puniri & mihi cōdemnari secundùm ęstimationem à vobis domine iudex faciendā, propono actionem iniuriarum ciuilem ex lege Cor. Alij tamen dicerunt, quòd in actione iniuriarum ciuili, vt in ista iniuria debet æstimari à iudice. & ita dicunt, vt proximè dixi libel. esse concipiendum, in prætoria autem dicūt ęstimationem iniurię fieri apertè, & ita cōcipiet libel. sicut ibi notaui. & hoc dicunt per l. constitutionibus. ff. eod. quam l. intelligunt in ciuili. & hoc colligunt ex prin. l. quia dicit constitutionibus prin. & per §. pœna. Inst. eo. tit. quem § intelligunt in prętoria: dominus tamen meus & quicunque rectè sapit, dicunt libellū debere concipi sicut conceptus est primò, tam in ciuili quam in prætoria: æstimari enim debet iniuria à parte primo iudice tamen taxante, & ita dicit d. §. pœna. Instit. eod. tit. idem est in omnibus illis vbi iuratur in litem, quòd pars æstimet, & postea iudex taxet, vt ff. de dolo. l. arbitrio. & ita intelligimus ff. de rei vendi. l. qui restituere. licèt hodiè in iureiurando in litem sit mutatum: quia primò taxat iudex, & posteà iuratur, vt in autben. de iud. col. 6. §. oportet. non autem est immutatum vbi à principio fit ęstimatio sicut hic: maximè cùm ęstimata iniuria ab actore melius procedatur: cùm certa quantitas sit petita arbitrio iudicis posteà moderanda: & sic quantum ad ista non est differentia inter actionē iniuriarum ciuilem & prætoriam: alias autem est differentia. nam actio iniuriarum prætoria tollitur anno continuo, vt C. eo. tit. l. si non conuitij. nisi iniuria sit facta per metum: tūc enim tollitur anno vtili, vt ff. quod met. caus. l. si cum exceptione. §. 1. si autem sit actio iniuriarum ciuilis descendens ex l. Corn. illa est perpetua, vt Inst. de perpe. & temp. acti. & hoc M. & sui sequaces, sed dominus Io. & dominus meus, et dominus pręceptor meus R. consonant in actione iniuriarum facta per metum, quòd anno vtili tollatur, & est casuale, vt ibi notant: aliàs omnis actio iniuriarum siue sit ciuilis, siue sit prętoria tollitur anno continuo, nec est mirum, quòd hæc actio ciuilis tollatur anno, ideò quia competit ad vindictam, vt ff. de colla. bo. l. cùm emācip. Item secundùm quosdam est alia differentia inter ciuilem & prætoriam, nam certum est, quòd facta iniuria vxori agat maritus, agat pater, si sit in potestate ipsius, (& facta iniuria filiofam. ipsi patri & ipsi filio actio iniuriarum competit) siue sciebam esse mulierem maritatam siue ignorabam, vt ff. eo. l. 1. § pen. & vlt. Inst. eo. tit. Vnde dicunt, quod in actione iniuriarum ciuili etiam si pater sit præsens, vel eius procurator soli filio datur actio, licèt ipsi patri detur prętoria, vt ff. eo. l. Cor. §. illud quęritur. & §. in lege. In hac acti. iniuriarum pactū filij non pręiudicat patri, vt ff. de pact. l. in personam. Huius act. ciuilis filius habet exercitium, vt ff. de act. & oblig. l. filiusfa. item filiusfa. in hac acti. dabit procuratorem, vt ff. de procu. l. filiusfa. § filiusfa. si dat procuratorem, ergo habet actionem suo nomine. omnes enim qui habēt actionem suo nomine procuratorem dare possunt, vt ff. eo. l. sed si vnius. §. idem Iul. pater etiam posset agere nomine filij in hac act. ciuili, vnde satisdabit filium habiturum ratum, vt ff. rem rat. hab. l. si sine. § qui patris. de actione enim competenti filio loquitur, id est, de ciuili: quia dicit quòd act. nulla redit ad filium. Cæterū si loqueretur de actione prætoria, patri competeret, si autē actio iniuriarum sit prætoria, tunc ita filius agit si procurator patris nō sit pręsens vel ipse pater, nisi quādo pater est vilis, filius honestę vitę: tūc filius agit, aliàs non, & sic intelligunt ff. de procu. l. filiusfa. §. 1. & ff. de iudi. l. si longius. §. pen. ff. eod. l. sed si vnius. §. filiofa. alij indifferenter intelligunt idem in ciuili & in prætoria, vt filius agat absente patre vel eius procuratore: nisi pater præsens sit malæ vitæ, vt dictum est. & ita intelligimus ff. eo. l. sed si vnius. §. si filiofa. sed si egerit, subaudi, & exegrit, patri actio non competit, ita intelligitur l. ff. de pact. Imperator. prætudicat patri, subaudi, si vult agere nomine filij, non autē pręiudicat si vult agere nomine suo. †QVÆSTIO. Filiofam. passo iniuriā in persona: pone quod fuit verberatus re, competit act. iniuriarum ex l. Cor. quam pater nullo modo habet: ipse autē 9 pater habet actio. prętoriam, vt ff. eo. l. lex Cor. §. illud quęritur: sed hoc quomodo esse potest quod ex iniuriā illata facto locum habeat prætoria? cùm illa locum habeat quotiens iniuria fit dicto, vt suprà dixi. Item si habet locum prętoria, quare illa fuit inducta, cùm sufficeret actio iniuriarum ciuilis? Item quare illa ciuilis denegatur patri? Respon. hoc ideo euenit, quod ius ciuile voluit iniuriarum tantùm posse agere actione, vnde si detur act. in l. Cor. filio non est mirum. pater autem habet prætoriam ideo, quia persona patris & filij eadē reputatur. C. de impuber. & alijs substit. l. vlt. iniuriato filio iniuriatur & pater, vt dictum est, & sic pater agit. †QVÆSTIO. †Si tu dicis quare prętoria fuit inducta, 10 cùm sufficiat ciuilis? Respond. quia ea quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta, vt ff. eo. l. item apud Labeonem. §. ait prętor. et quia prętor non fuit auarus tam egentibus quam non egentibus subuenire, vt aliàs in bo. poss. secun. tab. vt Inst. de bon. poss. & sic malè quęrit dominus meus ff. eo. l. lex Corn. quare actio ciuilis iniuriarum fuerit inuenta, cùm sufficeret prętoria: imò debuit quærere, vt dixi, quare prætoria fuerit inuenta cum sufficeret ciuilis, cum primò fuerit ciuilis, quā prętoria, vt ff. de iusti. & iur. l. ius aūt. §. ius prętorium. & l. nam. et ff. de orig. iur. l. 2. in fi. 1. col. respondeas sicut suprà dixi. Et sic no. quòd iniuria quæ facto cōmittitur, punitur etiā iure prætorio, & iniuria etiā quę fit dicto & scripto, punitur per l. Cor. sicut suprà dixi. OPPOSITIO. Item legitur ff. eod. l. 1. § siue autē. siue sciat quis filium meum vel vxorē meam, siue ignoret quòd habeat actionem pater vel maritus, vt in eo. ti. l. eum qui. §. vlt. si credidi mulierem viduā vel filiumfa. patremfa. non teneatur iniuriarum neq; patri neq; marito? Respon. l. 1. ff. eo. Inquitur siue sciuit, sciuit ignorauit. cuius esset filius vel vxor sciuit tamen illum esse filiumfa. & illam maritatā, & in l. illa, eum qui. in fi. hæc ratio colligitur. Item legitur ff. eo. l. eū qui. §. si iniuria. quòd si mihi fiat iniuria, qui sum Caius, & tu credebas me Lucium: non obstante tua credulitate ago iniuriarum actione, at in eo. tit. legitur in l. item apud. §. interdum. quòd si verberaui illū qui gerebat se pro libero, cum esset seruus, vel cùm esset seruus tuus, credidit illum seruum Titij, tu dominus non ages iniuriarum. Respond. in l. illa, eum qui. illud ideo euenit, quia certus sum, qui ipius sum, ideo si iniuriarum agn de iure est. In l. item. ideo non agitur, quia seruus ex sua persona non agit, neq; dominus, quia nō est iniuriatus. †QVÆSTIO. 11 Item quæritur, si iniuria fiat mercenario tuo, vel capsario tuo, an tu dominus possis agere iniuriarum? Respondeo, non videtur. nam pro iniuria facta liberto nō agit dominus, vt ff. eod. l. 1. § Labeo. nisi fortè facta esset in suggillationem domini: tunc enim fortè ageret, sicut quando fit in iniuria seruo in suggillationem. tunc dominus aget, vt ff. eo. l. item apud. §. si quis sic fecit, & ita intelligitur ff. eo. l. sed si seruum. †QVÆSTIO. Item quę- 12 ritur quid si fiat iniuria seruo? l. dicit dominum posse agere, vt ff. eod. l. item. § prætor at in eod. tit. legitur in l. seruo autem manumisso, quòd de iniuria quam passus est in seruitute non agat. Item non videtur, quòd possit agere dominus, quia seruus non habet communionem actus ciuilis vel prætoris edicti, vt ff. qui testam. face. poss. l. qui testamento. §. seruus. ergo neutra actione iniuriarum agi potest? Respondeo, bene opponis, si de omni iniuria intelligerē, sed cùm inuenis quod iniuriam agit nomine serui, intelligas de atroci iniuria, secundùm

cundùm qualitatem & conditionem personæ serui, vt distinguit l. item. §. prætor ait ff. eod. l. sicut aliàs de patrono & liberto: nam libertus non agit de omni iniuria sed de atroci contra patronum. vt ff. de in ius vocan. l. sed si hac lege. §. penul. & arg. ad idem Insti. de iniu. §. seruus. quando ergo dominus agit iniuriarum, agit habito respectu ad ipsum dominum nõ ad ipsum seruum, vt in prędi. §. seruus. Illud autem nota, quòd tria faciat iniuriarum actionem. factum, si aliquis verberetur vel vulneretur: locus, si fiat iniuria in toto: persona, si fuit magister vel pater, vel patronus, qui passi sunt iniuriã.
23 vt ff. l. prætor. & Instit. eo. tit. §. atrox. † QVAESTIO. Item quæritur an in iure Lombardo puniatur omnis iniuria siue dicto, siue facto, siue scripto committatur? & videretur, quòd sit distinguendum, vt in masculo puniatur iniuria vnica quæ fit dicto: putà tu vocasti aliquem Argum. i. cucurbitam seu cornutum. Argus enim est quidam secundùm Ouidium, qui habet multos oculos antè & retrò: ita cucurbita multa habet cornua, quę vxor sua illi imponit die & nocte. hæc probantur in Lombarda de conuitijs. l. vnic. In muliere autem punitur iniuria facto: si mulier verberetur, & etiam si ei dicatur iniuria: putà, si appelletur stria, id est, ianara: quia vadit de nocte sicut canis, vt in fabulis inuenitur, & est mirabile vt quis teneatur de iniuria iure Lõgobardo, quę esse non potest, sicut hæc probantur in Longobarda, de iniur. mulie. l. 1. & 2. & 3. per totum. & in Longobarda, qualiter mun. à mun. l. 2. & 3. credo tamen vt iure Longobardo puniatur omnis iniuria, sicut in iure Romano, præterquàm quia illæ iniuriæ de quibus tractatur in Longobarda puniuntur in certa compositione: nõ per iusiurandum cum taxatione iudicis, sicut fit in iure Romano. aliæ autem iniuriæ puniuntur sicut in iure Romano, & hoc colligo ex Lombarda qualiter diuersarũ legum homo viuere debeat, l. 1. & 2. quia de quibus causis de iure scripto aliquid non cauetur communi iure, id est, Romano viuamus.

De actione in factum quæ datur cõtra magistratus, qui non dederunt tutores vel curatores pupil. vel mi. vel dederunt minus idoneos, vel nõ exegerunt rem pupil. vel mi. sal. fore, vel minus idoneè exegerunt. Rubrica.

1 *Actio in factum, qua datur contra magistratus &c. vt competat, quot requirantur.*
2 *Libellus in actione in factum contra magist. qui tut. vel curat. non ded. &c.*
3 *Aestimator substantia adulti, si minus æstimauit, & scriba minus scripsit, scriba actione in factum conuenietur.*

FREQVENTER contingit, quòd pupilli tutores non habeant testamentarios, quia pater ab intestato decedit, vel non habent legitimos: ideò tutores eis dandi sunt à magistratibus, vt Instit. de Atil. tuto. & ff. de tuto. & curat. da. ab his. l. 1. & l. ius dandi. verùm magistratus admoniti vt dent tutores pupillis vel curatores minoribus volentibus negligunt, & sic medio tempore pupilli aut minores damno afficiũtur: vnde illi magistratus tenẽtur de toto isto damno actione in factum, vt ff. de magistr. conue. l. 1. §. si curatores. Eodẽ modo tenentur etiam si data opera distulerint dare tutores seu curatores, donec in dignitate alij eis succederent. vt ff. eo. l. 1. §. sciendum. Eodem modo tenẽtur si pupilli habebant legitimos, & ab illis non satis exegerunt rem pupilli vel minoris saluam fore, vel exegerunt minùs idoneè. Idem est & si fuerint dati tutores sine inquisitione si ab eis non exegerunt satisdationem, vel exegerunt minùs legitimè, vt ff. eod. l. 1. §. si curatores. & l. quod ad hæredem. & Inst. de satisda. tuto. §. pe. & C. eo. tit. l. si tu. Eodem modo tenentur si dederunt tutorem minùs idoneum, vt ff. eo. l. 1. §. præses. Insti. de satisd. tut. et ff. de priuile. cred. l. si creditores. Si autem receperunt fideiussorem idoneum vel tutorem idoneum dederũt, & subitò lapsus sit facultatibus nõ imputatur hoc magistratui, vt ff. e. l. 1. §. si magistratus. OPPOSITIO. Sed opponitur, legitur ff. vt in possess. lega. l. si is à quo. §. vlt. et l. planè. quòd si fideiussores ab initio fuerint minùs idonei dati non teneantur nec magistratus: nec ille qui dedit teneatur iterum satisdare: cæterùm si fideiussores lapsi sint facultatib⁹, teneatur ille qui satisdedit, iterum satisdedit. Respondeo: ibi ideo aliud, quia maior fuit qui petebat sibi satisdari nomine legatorum: vnde est quòd suæ facilitati debeat imputari, qui tales fideiussores recepit, sicut ibi ratio redditur, & similis ratio redditur. ff. de fideiuss. l. 3. & ff. mãdati. l. inter causas. in princ. quas leges intelligimus quando ille qui recipiebat fideiussores, illos minus esse idoneos sciebat: alioquin subuenitur. vt ff. de iure dot. l. promittendo. §. si à debitore. & ita intelligitur ff. sol. matrim. l. pen. §. si vir. OPPOSITIO. Sed quod dicimus, quòd magistratus teneatur hac actione, videtur mirum: nam lex dicit, neq; præfectus vrbis, neque præses prouinciæ, neque quis alius cui dandi tutores ius est, hac actione tenetur. vt Instit. de satisd. tuto. §. vlt. & ff. de magistra. conue. l. 1. §. neque. qui sunt ergo magistratus qui hac actione tenentur, si non tenentur illi qui dant tutores, vt dictum est? at omnes prædicti possunt dare tutores, nam si habent merum & mixtum imperium, habent & iurisdictionẽ, argumento à maiori. quod autem possit, legitur ff. de offic. præsi. l. 1. & 2. & vlt. & ff. de offi. præfect. vrb. l. 1. §. iid solent. ff. de offi. præsid. l. pręses. habent enim cognitionem omnium illorum qui sunt de voluntaria & cõtentiosa iurisdictione. Respondeo: leges illas intellige secundùm diuersitatem magistratuum: maximè enim magistratus, sicut sunt præfectus vrbis, pręior, præses prouincię, possunt dare tutores: veruntamen ipsi non dant propter excellentiam dignitatis, sed committunt hoc magistratibus municipalibus. vnde hodiè defensor ciuitatis si substantia pupilli sit vsque ad quingentos aureos (quorum septuaginta duo faciunt libram auri, vt C. lib. 10. de susce. & archad. l. quoties.) potest vna cum Episcopo loci vel alio iudice sine iussione præsidum dare tutorem, vt Instit. de Attil. tuto. §. penul. Si autem facultates pupilli sint maiores, tunc vel præsides dabunt si volunt, vel alij iussu præsidum secundùm iura antiqua, vt in prædict. tit. de Attil. tut. & ff. de administ. tuto. l. Lucius. §. cùm in testamento. & ita intelligimus ff. de tuto. & cura. da. l. ius dandi tutoris datum est siue præsidibus, si quantitas sit maior quingentis aureis: vel si sit minor. per ipsam l. magistratibus municipalibus. illi ergo magistratus hac actione tenentur, qui nominationem & satisdationem exigunt, vt sunt magistratus municipales, vt Instiiut. de satisda. tut. §. vltim. in fin. & argum. ff: de administr. tut. l. Aemilius. Quia ergo legitur ff. eod. l. 1. §. neque hac actione. tenetur is cui dandi tutores ius est, subaudi dominus meus, tantùm, non exigendi satisdationem, sicut dixit. OPPOSITIO. Sed obijcitur: tu dicis, quòd tutelæ ratio demandari potest, sed cõtra ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. nec mandante præside alius tutorem dare poterit. Respondet dominus meus: alius qui non sit subditus iurisdictioni præsidis. vt argum. ff. de iurisdict. om. iudi. l. fin. & ff. de bon. auct. iudi. pos. l. cùm vnus. §. is locus. Vel aliter: alius qui nõ habeat iurisdictionem. vt ff. de tut. & cur. da. ab his. l. 1. & l. ius dandi. habenti tamen iurisdictionem mandare potest. vt Instit. de Attil. tutor. Vel aliter, mandare non potest quasi delegare, sed iubere, quasi quòd necessitatem importet, vt Instit. de Attil. tut. Differentia enim est inter mandare & iubere. vt C. quod cum eo. l. 3. & in auth. vt nulli iudic. §. & hoc verò iubemus. col. 9. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur, tutelæ datio neq; imperij est, neque iurisdictionis, sed ei nominatim competit, cui dedit hoc lex 12. tabularum, vt præfecto vrbis, prætori, proconsuli, & præsidi prouinciæ, sicut diximus suprà, vel senatusconsulto. vt in l. si impuberi. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. vel constitut. princip. vt C. de episcop. audien. l. de creationibus. & Instit. de Attil. tuto. & ff. de tutel. l. muto. quomodo ergo magistratus municipalis hoc habet? vt ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. 1. & ius dandi. Respondeo: non est

imperij,

imperij, subaudi, meri: neque iurisdictionis, subaudi, talis sicut sunt alia quæ sunt de iurisdictione, scilicet in ciuili & pecuniaria causæ cognitione consistentia: illa enim indifferenter delegantur, & cuicunque. tutelæ autem datio non est talis iurisdictionis, tamen est mixti imperij: si tu dicis demandatur hoc fauore pupillorum, sicut & causa restitutionis: quæ licèt sit mixti imperij, fauore tamen minorum delegatur, vt C. vbi & apud quem. l. vltim. & de hoc notaui suprà quæ causæ poss. delega. vel non. Vel sicut notat dominus meus, neque est iurisdictionis, subaudi, neque imperij tantùm: quia est vtriusque, id est, mixti imperij. de imperio mero habet, quòd nulli alij demandetur nisi magistratui. sicut & Papa qui excommunicationem clerico & non laico demandat, de iurisdictione habet quod cuilibet magistratui competit. vt Institu. de Attilia. tu-
1 to. §. nos. † Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit pupillus vel minor. Secundum, quòd tutorem testamentarium non habeat, ille enim non tenetur satisdare, vt Instit. de satisdatio. tuto. & C. de episco. aud. l. de creationibus. vel si habet datiuum non sit datus ex inquisitione: tunc enim non tenetur, vt Instit. de satisda. tut. Tertium, quòd illi sint de prædictis magistratibus, qui hac actione conueniri possint, vt supra dixi. Quartum, quòd non dederint tutorem vel curatorem, vel dederint & minus idoneum, vel satis non exegerint, vel exegerint satisdationem & minùs idoneam, sicut dixi. In hac autem actio-
2 ne actor concipiet libellum sic. † LIBELLVS. Ago ego Rogerius contra Martin. qui cùm esset magistratus ciuitatis meæ, vel cùm gereret magistratum ciuitatis meæ: esset sæpiùs requisitus à Titio amico meo, vt daret mihi tutorem vel curatorem dare neglexit vel distulit vel dedit tutorem vel curatorem minùs idoneum: vel non exegit satisdationem, vel exegit & minùs idoneam: vnde sum damnificatus in centum, quæ ab eo mihi præstari & solui peto: propono actionem in factum competentem & inductam contra magistratum. Quòd sic rectè concipiatur libellus probatur ff. de magistra. conue. l. 1. §. si curatores. & §. sciendum. OPPOSITIO. Sed videtur quòd actio in factum non possit intentari: nam de hoc nomine nõ inuenimus, iura de hoc variare videntur. Nam leges quædam dicunt magistratus conueniri actione subsidiaria, vt ff. eod. l. 1. §. 1. & §. non tantùm. & Institu. de satisda. tuto. §. penul. Aliæ leges dicunt conueniri actione vtili, vt C. de magistra. conue. l. 1. & l. magistratus. Aliæ leges dicunt eadem actione conueniri magistratus, qua & conueniuntur & tutores. vt ff. de magistrati. conue. l. vltim. ergo conueniuntur actione tutelæ. Aliæ leges dicunt conueniri actione, & non denotant nomen actionis, vt ff. eod. l. 1. §. neque. & §. diuus Adrianus. 1. §. exigere. & l. proponebatur. & l. quòd si tu. & l. quòd ad hæredem. & C. de magistrati. conue. l. in hæredem. Respondeo: licèt expressim non ponatur de actione in factum, tamen de illa intelligimus: illam enim legimus subsidiariam cuius tenor in multis & varijs articulis est admissus. vt C. de sacrosan. eccl. l. fauemus. & ff. de præscript. verb. l. quoties. vbicunq; ergo leges dicunt dari subsidiariam vel vtilem, efficacem, vel subsidiariam de actione in factum intelligimus. Nec obest ff. eod. l. vltim. quòd eadem actione conueniantur qua tutores, subaudi, eadem in genere quoad actionem, non quoad speciem: nam tutores conueniuntur actione tutelæ: magistratus autem actione in factum: & est simplex relatio quoad genus, sicut & alibi mulier quæ damnauit eadem saluauit. & eadem herba quæ est in horto meo est in tuo. & crucifixus est Iesus & duo alij nequam cum eo. & argumen. ff. de minori. l. patri simile. & ff. de duob. re. l. 3. in fin. nam duorum reorum dicitur vna obligatio, præter quædam, quæ dicuntur ff. de duobus reis l. 3. sed tamen obligationes diuersæ sunt, vt ff. de duobus reis. l. 3. §. 1. OPPOSITIO. Item opponitur quòd tutores vel curatores primò debeant conueniri, vt ff. de tutel. & ra. dist. l. 1. §. nunc tractemus. & tunc magistratus in subsidium. vt Institu. de satisda. tut. §. penult. Respondeo, verum est: sed quandò hoc fiat, & quo ordine, quære suprà de actione tutelæ. † Illud autem nota, quòd æstimator 3
substantiæ adulti, si minùs æstimauit, & scriba si minùs scribit, hac actione conueniantur, vt C. de magistrat. con. l. vltim.

Si fuerit libertus ingratus patrono, vel filius patri, reuocatur libertus in seruitutem, & filius in patris potestatem per actionem vel accusationem ingrati.

De actione vel accusatione ingrati. Rubrica.

1 *Actio vel accusatio ingrati vt procedat, quot requirantur.*
2 *Patronus aliquis si fuerit, qui manumittit pecunia sibi data ab extraneo, an possit libertum vt ingratum accusare, & eum in seruitutem reuocare.*
3 *Liberti filij an propter ingratitudinem propriam, vel saltem propter patris ingratitudinem in seruitutem reuocentur.*
4 *Patroni filius viuente vel mortuo patrono, an poterit reuocare libertum in seruitutem vt ingratum: si contra filium ipsum ingratitudinis causam commisit.*
5 *Pater aut filius an donationẽ inofficiosam vel quid aliud reuocare possint.*
6 *Filij in infinitum an libertum in seruitutem vt ingratum reuocare possint.*
7 *Heres extraneus patroni, an libertum in seruitutem vt ingratum reuocare possit.*
8 *Patronus si amisit omnia bona sua, fortè crimine perduellionis damnatus, vel quia ciuitatem amisit, an filij libertorum iura salua habeant.*
9 *Pater si patronatum suum in libero amittat, nunquid filius puniatur.*
10 *Impatronatus si pater in liberto amisit, quia libertum capitis accusauit, an liberi patroni puniantur.*
11 *Positiones actoris & Rei in actione vel accusatione ingrati cum plu. seq.*
13 *Libelli in actione ingrati quomodo concipiantur.*
14 *Reuocationes in seruitutem quo iure fiant.*
15 *Actio ingrati quare accusatio dici possit.*
16 *Sententia in actionibus ingrati in cuius persona fertur, vtrùm in personam procuratoris liberti vel domini, vel in personam ipsius liberti vel domini.*
17 *Iniuria atroces vel acerbum conuitium quæ dicantur.*
18 *Pater si emancipet filium recepto aliquo legato, an filium vt ingratum in potestatem reuocare possit.*
19 *Pater si filium emancipauit, imponens illi necessitatem peccandi, vel durus sit & seuerus contra filium, an ipsum in potestatem reuocare possit.*
20 *Filius si circa matrem ingratus fuerit, an in patris potestatem reuocetur.*

QVIA multotiens liberti sunt ingrati circa patronos, & propterea reuocantur in seruitutem & hoc fit per actionem vel accusationem ingrati: eodem modo etiam filij emancipati ingrati circa patrem, qui emancipat eos, reuocantur in patriam potestatem per prædictam actionem, vt C. de lib. & eor. lib. l. 1. & C. de ingra. libet. l. vnic. ideò de ea videamus, cùm sit vltima in arbore actionum. † Quæ actio ad hoc 1
vt competat contra libertum, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis fuerit seruus. Secundum, quòd fuerit manumissus. Tertium, quòd à tali persona quæ potuit manumittere. Quartum, quòd manumiserit ea voluntate non ea necessitate: putà, ex causa fideicommissi. vt C. de liber. & eor. liber. l. 1. & argum. C. de oper. libert. l. 2. & argum. ff. de ritu nuptia. l. proximè. & ff. de oper. liber. l. Cerdonem seruum meum. Quintum, quòd fuerit ingratus, vt C. de liber. & eor. liber. l. 2. Sed de qua ingratitudine intelligimus? Respondeo: dominus

meus

meus distinguit in summa. C. de liber. & eor. libet. libertus aut est ingratus, quia fortè aliquod obsequium non facit patrono, tunc non reuocatur in seruitutem, vt C. de liberali causa. l. solo. nisi obsequium sit valdè necessarium: putà, quia alimenta non dedit patrono cùm patronus egeret. vt C. de alendis liberis. l. alimenta. & l. si quis à liberis. §. solent. quæ alimenta patrono à liberto pauperi præstanda sunt, etiam si libertus filios habeat, vt ff. de alendis liberis. vltima. licet patronus existentibus filijs nullum ius habeat in bonis liberti, vt ibi. Eodem modo, vt ingratus reuocetur in seruitutem, si res patroni vel tutelam filiorum non administrauit, vt ff. de iure patrona. l. ingratus. Ingratus libertus est qui obsequium patrono non præstat, subaudi, necessarium: sed propter alia obsequia denegata à liberto poterit illi prætor comminari, vt ff. de iure patron. l. 1. §. 1. ff. de officio præfect. vrb. l. 1. cùm patronus. & ff. de officio proconsul. l. nec quicquam. §. de plano. licèt quidam intelligant d. l. ingratus. de iure patronat. quòd non reuocetur in seruitutem, sed comminetur illi prætor. multa tamen videntur esse obsequia, quæ licèt libertus recuset, erit tamen impunis: vt putà, si prohibeat patronus libertum exercere negotia licita, vt ff. de iur. patro. l. 2. Item si prohibeat patronus libertum, vt in eadem colonia in qua ipse negotiatur, genus negotiationis non exerceat, vt ff. de iur. patrona. l. quæro. Item si prohibeat libertum vti arte sua, vt ff. de iur. patro. l. vltim. Item si dicat patronus liberto: volo vel nolo, quòd habites in tali loco: vel volo, quòd habites mecum. vt ff. de oper. liberto. l. qui manumittuntur. Licèt ergo dicant iura, quòd libertus debeat patrono omne obsequium nec debeat refragari voluntati patroni vel patronæ, vt C. de obseq. patro præstand. l. 2. & vlti. intelligas de obsequio iusto & probabili, sicut dixi. Si autem sit ingratus, ideò quòd iniuriam fecit patrono, etiam propter iniuriam leuem reuocatur, vt C. de liber. & eo. libe. l. & si manumissori. intellige leuem quoad alios: tamen grauissima reputatur respectu personæ patroni: crescit enim iniuria respectu personæ, vt ff. de iniur. l. prætor. in fin., aliàs etiam leuis offensa quoad alios grauissima reputatur secundùm quosdam, & grauissimè punitur, vt C. lib. 11. de primicerio. l. 1. & C. de hære. l. 2. nisi remiserit ius patronatus: tunc ex his causis reuocabit, ex quibus reuocantur donationes. vt in authen. colum. 6. vt liberti decetero. §. illud. Cùm autem ex necessitate manumittit, eadem fit distinctio, sed non eadem pœnæ impositio: quia vbi inofficiosus est, non præstans obsequium, primum comminatur ei prætor: secundò extra ordinem coërtionem imponit. Sed si sit inofficiosus, putà faciens iniuriam: siquidem quoad verba tantùm, damnatur in exilium. Si verò ad factum, damnatur in metallum. vt ff. de iur. patron. l. 1. & ff. de offic. præfect. vrb. l. 1. §. cùm patronus. & ff. de offic. proconsu. l. nec quicquam §. de plano. Aliquandò etiam pars bonorum aufertur liberto, & datur patrono, aut ceditur fustibus, & sic absoluitur, vt ff. de iur. patron. l. diuus Vespasianus. §. mandatis. & §. interdum. Scarum, quòd patronus illam offensam non remiserit, vel expressim vel tacitè: putà, recipiendo ipsum in gratiam, vt argumen. ff. ad Syllanian. l. si quis in graui. ff. de adimend. legat. l. quòd si inimicitiæ. & C. de reuocan. donat. l. vltim. 1. responso. & l. his solis. Eodem modo reuocatur in seruitutem, & punitur si fuerit ingratus vel inofficiosus circa filios patronorum, vel circa vxorem, vt in prædictis legibus. &
2 ff. de officio præfect. vrb. l. 1. §. cùm patronus. † QVAESTIO. Sed quid si patronus sit aliquis qui manumittit pecunia sibi data ab extraneo, potest ne libertum vt ingratum accusare, & eum in seruitutem reuocare? Respondeo, non. nam nec qui ex causa fideicommissi manumittit, reuocat. vt ff. de libert. & eor. liber. l. 1. & argumen. ff. de oper. libert. l. si quis hac lege. & ff. de bon. libert. l. etiam. & argumen. C. de operis liberto. l. mater. sed contra argumen. ff. de obsequi. à lib. patrono. præstan. l. Tirius. Sed ibi fecit pactum cum seruo dominus de manumittendo, etsi ab extraneo pecuniam acceperit: licèt enim dominus faciat pactum cum seruo de manumittendo, tamen non dicitur manumittere ex necessitate, sed ex voluntate: vnde obsequium præstat patrono, vt C. de obsequi. patro. præstan. l. etiam. & C. de transact. l. interpositas. & C. de liber. causa. l. cùm affirmes. licèt P. contrarium dixerit in d. l. cùm affirmes. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur, quòd libertus hodiè propter ingratitudinem possit in seruitutem reuocari: quia nemo propter aliquod supplicium fit seruus, vt in authent. de nupt. colum. 4 §. quòd autem. Respondeo: authen. loquitur de his qui liberi ab initio nascuntur, vt in prædicto §. In liberto autem secùs, quia propter ingratitudinem reuocatur in seruitutem, & matrimonium separatur, cùm seruitus à morte non distet, vt in prædict. authen. de nupt. §. si verò qui. §. continuæ. ponitur post illum. §. qui autem. † QVAESTIO. 3
Dicimus, quòd libertus reuocetur propter ingratitudinem in seruitutem. Quid autem dicemus de filijs eius nunquid illi reuocantur propter ingratitudinem propriam: vel saltem propter ingratitudinem patris? videtur, quòd propter nullam causam ingratitudinis possint reuocari, nec propter suam, quia filius liberti statim ex quo pater fuit manumissus natus siue posteà omnia iura habet ingenui: & omnia iura habet integra extranei hominis, vt ff. de obsequi. à libert. & libe. l. hæres. & intelligitur hæres, id est, filius. nam & filius liberti si vult agere iniuriarum, potest: licèt patri, id est, liberto non detur, quia filius liberti suo nomine experitur, vt ff. de iniur. l. non solùm. §. pen. & sic cùm sit extraneus quoad patronum, ergo non dicitur esse ingratus. nec obstat C. de liber. & eo. lib. l. 2. & l. libertinæ. quòd filij liberti reuocentur: filij dico cum patre manumissi: illi tantùm reuocantur, alij autem non nisi qui fuerunt nati post causam ingratitudinis, vt C. de liber. & eo. lib. l. 2. & hoc etiam sensit magnæ authoritatis homo Pileus, quòd propter ingratitudinem patris non possint reuocari: quia nullum delictum patris innocenti filio pœna esse debet, vt ff. de decurion. l. 2. § nullum. & ff. de pœnis. l. crimen. Et posset hic allegari, quòd aliàs de posthumo legitur, licèt non sit per omnia simile: nam posthumus non est exhæredandus vitio suo, nec vitio patris, quia non debet alieno odio alius prægrauari, vt C. de inofficios. testamen. l. si quis suo. & ff. de iure patronat. l. diui fratres. Sed dominus meus sicut notauit in summa C. de libert. & eorum libe. dicit, quòd filij liberti, licèt sint ingenui, nec pariter cum patre manumissi reuocentur in seruitutem propter suam, non propter ingratitudinem patris, sed futuris filijs etiam patris ingratitudo nocet: futuris dico, post causam ingratitudinis commissam. vt C. de libert. & eor. liber. l. 2. § filij. quod potest resolui in fœmininum, id est, quando ancilla existit ingrata, sicut etiam ponitur equus pro equa, vt ff. de vsur. l. equis. Alioquin filij sequerentur conditionem matris non obstante ingratitudine patris, nisi in murilegulis vel similibus, quorum filij sequuntur conditionem patris, vt C. lib. 11. de murilegul. l. vltim. & C. de rei vendicat. l. partum. nec obstat ff. de obsequijs. l. hæres. quia lex illa loquitur in extraneo hærede liberti, vel loquitur post mortem liberti: viuente enim liberto ita reuoco filium, sicut & patrem, sicut distinctum est. Nec valet, quod ipsi dicunt, quòd rubrica loquatur, & etiam leges de filijs cum patribus manumissis: sed non est verum. nam frustrà adijceretur in rubric. de libert. & eor. liber. cùm filij liberti manumissi cum patribus ita essent liberti, sicut & patres eorum, & ita appellarentur liberi. Simile si idem posset testamentum & codicillus, cur diuersa vocabula his mandarentur, vt C. de codicil. l. idem. Prætereà confundit eos C. de liber. & eo. lib. l. libertinæ. ex quo enim adijcitur in rubric. & liberis. debet saltem adiectio aliquid operari, vt aliàs ff. de legat. 1. l.
si quando. † QVAESITO. Sed nunquid filius patroni 4
viuente vel mortuo patrono poterit reuocare libertum vt ingratum, si contra filium ipsum commisit causam ingratitudinis? Respondeo sic, vt C. de liber. & eo. lib. l. vltim. & argum. ff. de offic. præfect. vrb. l. 1. §. cùm patro-

5 patronus. † QVAESTIO. Sed quis reuocabit pater an fi-
lius? Respondeo: viuente patre reuocat pater, siue fili-
us sit in potestate, siue sit emancipatus, mortuo autem
patre reuocat ipse filius. Nam & alias si donatio sit in-
officiosa quam fecit ipse pater nato filio, reuocat ipse
6 idem. vt C. de inofficio. donat. l. si totas. † QVAESTIO.
Sed nunquid intelligimus filios in infinitum, quòd illi
possint reuocare libertũ vt ingratum? videretur quòd
sic. argum. ff. de excu. tut. l. libertus. & ff. de in ius voc.
l. sed si hac lege. §. liberos. Respondeo: in hoc casu non
accipimus liberos nisi liberos primi gradus. vt ff. de
verb. signifi. l. sciendum. & in auth. vt liberi de cætero.
§. illum. In quatuor enim casibus non continetur hæres
hæredis, nisi tantùm primus hæres. tres casus notantur
in prædicta l. sciendum. quartus quandò fuit relictus v-
susfructus & tibi & hæredibus tuis. vt C. de vsufruc. l.
7 ambiguitatem. QVAESTIO. Et quid † dices in extraneo
hærede patroni, nunquid reuocat libertũ vt ingratum?
Respõdo, nõ, vt ait. C. de oper. libert. l. liberti libertæq;.
Nã sicut extraneus hæres liberti habet omnia iura ex-
tranei hominis quoad patronũ, idem & ecõuerso, vt ff.
de obsequi. l. hæres. P. tamen dixit contrariũ. per l. C. de
lib. & eo. lib. libertinę. sed illud verbũ restringimus ad
8 filios tantùm. † QVAESTIO. Sed illud quæritur de filijs
patroni, si patronus amisit omnia bona sua, fortè crimi
ne perduellionis dãnatus, vel quia fortè amisit ciuita-
tem. nunquid filij habebunt iura libertorũ salua? vide-
tur quod non. vt ff. de inter. & releg. l. 3. Sed verũ est de iure
stricto olim, hodiè ex æquitate & benignitate Impera-
toris contra. vt ff. de iure patro. l. iura. & C. de obsequi.
li. l. etiã libertis. & ff. de bonis damna. l. cùm ratio. § sed
plures. Hodiè autem & sine omni æquitate præterquàm
in crimine maiestatis, vbi seruamus d. l. iura libertorũ.
nec alia bona auferũtur liberis damnatorũ. vt in auth.
vt nulli iudicum. col. 9. § vlt. et est posita in C. de bonis
9 damna. auth. bona. † QVAESTIO. Sed quid si pater alio
modo amittat ius patronatus in liberto. nunquid filius
puniretur? putà, quia adegit libertum vel libertã ad iuſ-
iurandum ne nubat. certè lex videtur velle, quòd filius
nõ puniatur quasi innocens vt ff. de in ius voc. l. adopti-
uum §. vlt. & iudex magis attẽdet innocentia & me-
rita filij, quàm delictum patris. vt ff. de bon. poss. contra
tab. l. 3. §. emancipatus. Nam ibi nepos non excluditur à
successione auita propter delictum patris, nam pecca-
tum patris innocenti filio pœnæ non est. vt ff. de deco-
rio. l. 2. §. nullum. & ff. de pœnis. l. crimen. & filij Al-
bini habuerunt bona patris damnati, nec eis fuit impe-
dimento delictum patris, vt ff de bon. damna. l. vlt. §. si
plures. Nam & reatus patris, non obest filio quominùs
ad honores promoueri possit, vt ff. de mune. & hon. l. &
qui ob negotium. §. quòd pater. & C. de inoff. testam. l. si
quis suo. & C de pœn. l. sancimus. & arg. ff. de senatusc.
l. filiam. Econtrà videtur vt filius non admittatur ob-
stante sibi delicto patris, l. vt ff. de iure patro. l. qui con-
tra legem Aeliã Sentiam adegit libertam ad iusiurandũ
ne nubat, nihil iuris habet, nec ipse nec liberi eius Idẽ
est etiã C. de quęstio. l. diuortio. & ff. de interdict. & re-
le. l. 4. Respondeo: posset distingui de filio, vel de tem-
pore. si filius est in potestate viuente patre omninò re-
pellitur durante patria potestate. Si autẽ est emancipa-
tus vel pater est mortuus non repellitur filius. vt distin-
guit ff. de bon. liber. l. quæritur. & ff. de bon. possess. con
tra tab. l. 3 §. si emancipatus. Et pro eadem distinctione
facit ff. de bo. lib. l. si filius. §. vlt. nam alio iure quisquis
veniens admittitur. Vel aliter posset distingui, quandò
pater delinquit adigendo ad iusiurandum ne nubat, si
filij iam erant nati, non amittant ius patronatus: si au-
10 tem posteà nati fuerint, tunc amittant. † QVAESTIO.
Sed quid si pater amisit ius patronatus in liberto, quia
libertum capitis accusauit? tunc liberi patroni non pu
niuntur, licèt de hoc comperimus à peritioribus dubi-
tatum. vt ff. de ior. patron. l. diui fratres. Et prodest ista
argum. notare pro quæstione vasalli, vt licèt vasallus
amittat feudum, quòd filius eius non puniatur. In hac
11 autem actione actor vtitur his positionibus. † POSITIO
ACTORIS. Ego dico, quòd tu fuisti seruus meus. Item te
manumisi. Item fui dominus tuus, & sic potui te manu-
mittere. Item tu denegasti mihi alimẽta. Item ego sum
pauper. Item tu verberasti me. Econtrà reus facit tales
positiones. POSITIO REI † Ego dico, quòd Titius fuit in- 12
solidùm dominus meus, et ego insolidũ fui seruus eius.
Itẽ ille Titius me manumisit. Vel esto, quòd confiteatur,
quòd fuerit libertus meus dicat sic. Ego dico, quòd illã
iniuriam tu remisisti mihi. Item tu ea necessitate me
manumisisti. In hac autem actione concipiet actor li-
bellum sic. † LIBELLVS. Ago ego R. contra M. liberum 13
meum, qui mihi talem iniuriam intulit: fortè verbera-
uit, vel turpia verba mihi dixit, putà, latronem, vel cu-
curbitam. vnde illũ in seruitutem reuocari peto. pro-
pono actionem ingrati. Quòd sic rectè concipiatur li-
bellus, dicit ff. de procurat. l. sed hæ personæ. §. patro-
nus. & ff. de obse. l. per procuratorem. OPPOSITIO. Sed
obijcitur ex legibus illis colligitur quòd debeat accu-
satio proponi contrà libertum ingratum & non actio.
& tu in libello dicis: ago & propono actionẽ ingrati,
ergò malè. Respondeo: imò benè, non enim fit per ac-
cusationem reuocatio, sed per actionem ingrati. vt C.
de libertis & eorum liberis. § penult. secundùm vnam
literam, quibus ingrati actio competit. Sed secun-
dùm aliam, quibus ingratis, scilicet liberis existenti-
bus competit actio, sed quæ l. illa non dicit. Respon-
deo: quòd semper reuocatio in seruitutem debet fieri
per actionem non per accusationem: si enim deberet
fieri accusatio, necessaria esset inscriptio. vt ff. de pri-
ua. delict. l. vltima. Quòd fiat per actionem secundùm
vtranque literam dicit l. vltim. C. de libert. & eorum li-
ber. Nec obstat l. de procurat. dicitur accusat, id est, a-
git. vt C. de edendo. l. qui accusare. Nam & alias que-
rela inofficiosi testamenti dicitur accusatio, quæ ta-
men actio est. vt ff. de inoffic. testam. l. in arenam. Si er-
go tu quæras secundùm vltimam literam, an actio com
petat: dico quòd ingrati. vel de ingratitudine liberti &
filij & donatarij ciuiliter agatur, & non criminaliter.
† QVAESTIO. Si tu dicis quo iure fit reuocatio. P. di- 14
xit & scriptum reliquit per actionem vtilem in rem,
ad instar donationis reuocandæ ab ingrato donatario,
vt C. de reuoc. donatio. l. his solis. & l. vltim. sicut datur
vtilis in rem ad reuocandam donationem quæ facta est
sub modo, & modus non est seruatus. vt C. de donat.
quæ sub modo. l. 1. & sicut datur vtilis in rem ad reuo-
candam donationem causa mortis. vt ff. de donatio. cau
sa mort. l. qui mortis. Et sicut datur vtilis in rem ad re-
uocandam donationem sponsalitiã. vt C. de dona. an-
te nuptias. l. cùm veterum. sed forte secundùm domi-
num meum R. non perperàm dicetur fieri per officium
iudicis. nam sicut filia & ancilla patria & dominica po
testate per officium iudicis liberantur. vt C. de Episco.
audien. l. si lenones. ff. de conditio. & demonstratio. l. si
cui. Filius quoque contra pietatem tractatus cogit pa-
trem per officium iudicis emancipare, vt ff. si quis à pa-
tre fuer. manu. l. vlt. Sic & libertus officio iudicis in ser
uitutem reuocatur, vt contrariorum eadem sit ratio. vt
sicut per officium iudicis liberantur à patria potestate,
sic reuocentur. & pro hoc facit quód legitur C. de li-
ber. & eor. lib. l. 1. fieri reuocationem extra ordinem, id
est, per officium iudicis. officium enim iudicis vocatur
extraordinarium auxilium, vt ff. de minor. l. in causæ.
Si ergo est actio, quæ fuit dubitatio, an possit etiam per
procuratorem libertus argui. vt ff. de procurat. l. sed
hæ. & ff. de obseq. l. per procuratorem. Respondeo [illegible]
etiam in alijs dubitatur, in quibus procurator non ad-
mittitur, vt ff. de procurat. l. nec ciuitatis. Item nec im-
petratio veniæ ætatis, vt C. de his qui ve. æta. impe. l.
eos qui. ita videbatur & hîc. sed contra est. † QVAESTIO. 15
Quare potest dici accusatio? Respondeo: quód tracta-
batur de libertate adimenda, quæ libertas status & ca-
put hominis censetur, vt ff. de pœ. l. capitalium. & ff.
de regul. iur. l. seruitutem. si ego est hoc, quomodo in-
terueniet procurator? Respondeo: licèt possit dici quo-
dam respectu accusatio, tamen pecuniariam condem-
nationem respicit, sicut accusatio suspecti vt ff de pro-
curat. l. non solum. §. vlt. † QVAESTIO. Sed quis condem- 16
nabitur

nabitur, vel in cuius personam feretur sententia: vtrùm
in personã procuratoris liberti vel domini: vel in per-
sonam ipsius liberti vel domini? Respondeo: in perso-
nam domini & liberti, non in personam procuratoris.
vt & aliàs C. de iniur. l. vlti. Dominus tamen meus Azo
videtur notare in summa C. de liber. in fi. quòd illa reuo
catio fiat actione proposita implorato officio iudicis;
quod non placet. Pro reuocando filio emancipato in
potestate, hæc erant necessaria. In primis, quòd filius
fuerit in potestate. Secundò, quòd pater emancipauerit
eum. Tertium, quòd emancipatio facta sit coram legi-
tima persona, vt C. de emancipa. liber. l. 1. & l. penul. &
vlt. Quartum, quòd filius commiserit causam ingrati-
tudinis contra patrem, vel propter acerbum conuitium
vel quamcunque iniuriam atrocem, vt C. de ingra. lib.
17 l. vnica. QVAESTIO. Sed quas intelligemus atroces
iniurias vel acerbum conuitium? Respondeo, illas pro-
pter quas donatio reuocatur, vt C. de reuoc. don. l. vlti.
& hoc secundùm dominum meum Azo. Vel si est talis
iniuria propter quam filius potest exhæredari, vt in au-
then. vt cum de appel. cog. & sic filius non reuocatur in
potestatem, nisi propter atroces iniurias & acerbũ con
uitium. libertus autem propter leuem offensam, vt di-
18 ctum est. †QVAESTIO. Quid autem si pater emancipet
recepto aliquo legato, vt ff. de condi. & demõst. l. si cui.
dicit dominus meus istum patrem non posse reuocare
19 filium vt ingratum. †QVAESTIO. Quid si emancipauerit
eum propterea quia imposuit necessitatem peccandi fi-
lio, vel quia durus erat & seuerus cõtra filium. vt C. de
Episc. audien. l. si lenones. & ff. si quis à patr. fuer. manu.
l. vlti. Respondeo: indignus est reuocare filium in po-
20 testatem. †QVAESTIO. Sed nunquid si filius sit ingratus
circa matrem reuocabitur in potestatem patris? vide-
tur quòd sic. nam lex dicit, si filius sit ingratus cõtra pa-
rentes, verbum plurale ponitur: ergo intelligitur de
patre & matre & auo & proauia, sicut etiam intelligi-
mus de nepotibus & pronepotibus. vt C. de ingra. lib.
l. vnica. Item lex dicit, quòd omnibus parentibus vna
est seruanda reuerentia, tam patri quàm matri. vt ff. de
in ius voc. l. parentes. pietas enim debetur æqualis, li-
cèt non sit eorum æqualis potestas. vt ff. de cura. furio.
l. furiosæ. Filius etiam miles indignus militia iudican-
dus est, qui patrem & matrem quibus se educatum di-
xit, maledicos appellauit, vt ff. de obsequi. a libe. l. 1. &
vlti. Dicit enim sapientia, honora patrem tuum & ma-
trem tuam, vt sis longæuus super terram. & alibi, qui
maledixerit patri vel matri morte morietur. Econtrà
videtur, quòd non reuocetur in potestatem: ideò quia
nulla fœmina filius in potestate habet. vt ff. de suis &
legiti. l. nulla et ff. de bon. posses. contra tab. l. illud. §. ad
testa. si ergò non habet in potestate, quomodo reuoca-
bit eos in potestatem. Respondeo: verum est, quòd si fi-
lius sit ingratus circa matrem, quod in potestatem, non
possit reuocari. Sed credo eum aliàs grauissimè punien
dum extra ordinem promotu iudicis, vt C. de pat. po. l.
si filius. quæ loquitur in patre. & l. cõgruentius. quæ lo-
quitur in matre. Et dicitur quòd sententiam obtinebit
quam voluerit pater: ideò quia mitissimè agit pater &
mater circa filium. persona enim patris consilium ca-
pit pro liberis, vt ff. ad l. Iul. de adulte. l. nec in ea lege.
P[illegible]iones facilimæ sunt in hac actione, vt dicat pater.
21 [illegible]IO PATRIS. Ego te emancipaui. Item mihi io-
22 [illegible]us fuit. POSITIO FILII. †Econtrà dicat filius. Ego
[illegible] per bene seruiui tibi. Item illam offensam remisisti
23 mihi. Libellum autẽ concipies sic. †LIBELLVS. Ago ego
R. contra M. filium meum quem emancipaui, & extitit
mihi ingratus, quia acerbum cõuitium mihi dixit, vel
me verberauit, vel dixit mihi atrocem iniuriam. vnde
illum filium meũ in meam potestatem reuocari peto:
propono actionem ingrati. vel officium iudicis, quod
melius est, vt superiùs distinxi. argum. C. de ingra. lib.
l. vnica. Item in reuocanda donatione à donatario in-
grato proponetur vtilis rei vendicatio, vel cõdictio ex
24 lege. & concipies libellum sic. †LIBELLVS. Ago ego R.
contra M. cui donaui res tales, & ipse immemor ac in-
gratus accepti beneficij me verberauit. vnde res mihi
reddi peto. vel res illas ab ipso reuoco, vt ab ingrato.
propono vtilem rei vendicatio. vel cõdictionem ex le-
ge. vt C. de reuo. dona. Quòd si rectè concipiatur l. el-
lus, dicit C. de reuo. don. l. his. & l. vlt. & hoc est verum
ex iure Romano. Iure verò Lombardo donatio rei sin-
gularis non reuocatur per ingratitudinem: quia cum
præstetur res similis ab eo qui recepit donationẽ quod
vocatur launechil. quare debeat reuocare per ingrati-
tudinem, cùm habeat tantundem. vt in d. titu. de donat.
quæ cùm fingat vel launechil fuerit. l. penul. & vlt.

Si aliquis emat equum vel librum, vel aliud in quo est vitium vel morbus quo res valeat minori pretio, agitur quãti minoris empturus fuisset.

De actione ciuili quantò minoris. Rubrica.

1 *Actio ciuilis quanti minoris in quo differat ab illa quæ prætoria est.*
2 *Redhibitoria & quanti minoris res sit & quanti minoris empturus essem, an sint propria nomina actionum.*
3 *Actio redhibitoria & quanti minoris an hodie locum habeant.*
4 *Redhibitoria & quanti minoris an perpetuò competant, vel temporalia sint.*
5 *Actio ciuilis quanti minoris vt competat, quot necessaria sint.*
6 *Libelli in actione quanti minoris quomodo concipiantur, cum plurib. sequentib.*
7 *Actione quanti minoris si agatur, qualiter debeat esse illud minus, propter quod agitur actione ciuili, quanti minoris empturus essem, vel illa quantò minoris res est.*
8 *Agere an possit aliquis si sine dolo decipiatur.*
9 *Emptori an succurratur, si rem vltra dimidiam emerit.*
10 *Emit qualiter qui in fraudem vltra dimidiam.*
11 *Actio quanti minoris, an in permutatione, locatione, conductione. & in alijs contractibus bonæ fidei & stricti iuris locum habeat.*
12 *Decepto in actione quanti minoris sine de venditore sine de emptore sermo sit qualiter succurratur.*
13 *Electio in actione quanti minoris cuius erit venditoris an emptoris.*
14 *Rei restitutio, vel pretij supplementum, an in obligatione sit.*
15 *Decepto in actione quanti minoris quo iure subueniatur, vel qua actio proponatur.*
16 *Beneficium l. rem maioris. an locum habeat in actione quanti minoris sine venditor sciuit, sine ignorauit rem illam valere maiori pretio.*
20 *Fundus cum fructibus receptus, an in actione quanti minoris restitui debeat.*
21 *Emptor si rem illam quam emit pro quatuor, cùm viginti valeret, viginti alij vendidit, nunquid venditor primus deceptus poterit agere cõtra illum tertium, qui modò possidet, vel contra illum cui primò vendidit: & si agat, ad quid aget.*
22 *Res vt minus dimidia vendita dicatur quod tempus considerandum sit, vtrùm tempus quo agit, an tempus facta venditionis.*
23 *Res quòd sit vendita minus dimidia venditionis tempore, quomodo probandum sit.*
24 *Venditor si renunciauit beneficio l. rem maioris. vt venditor dicat: ego renuncio vt nullo tempore conueniam, etiam si res appareat vendita minus dimidia: an contrauenire poterit, maximè si iurauit.*
25 *Iuret si quispiam, quod non contraueniet, & non renunciauit an pretium suppleri, vel restitui petere p[illegible]*
26 *Minor si iurauit, quòd non veniet contra, nunquid legis beneficio vti possit.*

27 Maior

27 *Maior si aliquis promittat pœnam, ne veniat contra venditionem, & non renunciauit beneficio legis, an etiam beneficio vtatur, & poßit ab eo pœna peti: maximè si actum est, vt pœna præstetur contractu firmo manente.*

28 *Venditor si ignorans fuerit rem venditam habere tale vitium, vel morbum, & emptor similiter, an ipse venditor teneatur.*

SED licèt Dominus Ioannes in arbore actionũ non
tractauerit de actione, quanti minoris ciuili: licèt
tractauerit de actione quanti minoris prætoria. ta-
men de actione ciuili quanti minoris videamus. De hac
quanti minoris tractat Iulianus in ff. de acti. empt. l. Iu-
1 lianus. §. 1. & l. quæro. † QVAESTIO. Inprimis quæri-
tur, quid differat actio ista quanti minoris, quę est ciui-
lis, ab illa, quæ est prætoria? Respondeo, in multis:
illa prætoria, ista ciuilis. Item illa cõpetit quanti mi-
noris res est: ista quanti minoris esset. vt ff. de edilit. e-
dict. l. quòd si nol. §. quod in procuratore. & ff. de acti.
empt. l. Iulianus. & ff. de except. rei iudic. l. si is. §. est in
potestate. Item quanti minoris prætoria durat anno v-
tili. vt ff. de ædil. edict. l. sciendum. §. vltim. quanti mi-
noris ciuilis durat perpetuò, sicut & aliæ ciuiles. vt In-
stitut. de perpet. & tempora. actio. Item istud minus po-
test esse totum aliquando, si propter illud vitium vel
morbum nullo modo fuissem empturus. Et ita est mira-
bile, quòd per hanc quanti minoris fiat redhibitio. vt
ff. de ædilit. edict. l. bouem. §. aliquandò. quod etiã ad-
mitto in illa quanti minoris res est, si per illud vitium
res illa non valeat denarium. vt in prædicta l. ff. de ex-
cept. rei iudica. l. si is qui. §. est in potestate. nec mire-
ris quomodò propter hoc verbum, minus, contineatur
hic totum: nam & alibi est hoc ff. de tribut. l. illud. §.
minus videtur tribuere, qui nihil tribuat: & minus
soluere dicitur etiam, qui nihil soluit. sicut econuersò
ampliùs dicitur ad aliquem pertinere, cui nihil debe-
tur. vt ff. de verbor. significat. l. minus. & l. verbum am-
pliùs. & residui commemoratio totius verbi repetiti-
onem inducit. vt C. de hæred. instit. l. 2. nam & si fideius-
sor sit acceptus, quantò minùs ex pignore consequi
potest, tantò minùs soluat totum tenetur soluere,
si nihil haberi potest de pignore. vt ff. de fideiussor.
l. amissi ruina pignoris. nam & nomine reliquorum,
omnes continentur. vt ff. de optio. lega. l. cùm optio. &
si legatarius satisdat reddere quod amplius nomine le
gati acceperit, aliquandò totum reddit. vt ff. si cui plus
quam leg. Falcid. l. 1. §. §. hæc verba. Item non videtur
aliqua differentia inter has duas actiones quanti mino
ris res est, & quanti minoris empturus essem: nam idẽ
sonare videtur: nam res quanti est, tanti valet: & quan-
ti est, & quanti valet, tanti emo, maximè cùm res tanti
valeat, quanti vendi potest. vt ff. ad leg. Rhod. de iact. l.
2. §. portio. & ff. de donat. causa mort. l. mortis causa ca-
pimus. §. vltim. & ff. ad legem Falcid. l. pretia. Respon-
deo: non sequitur quod opponis: nam res aliquan-
dò valet decem, & ego emo eam pro octo. & aliquan-
dò econuersò, licèt aliquandò quis emat tanti, quanti
valet. & licèt res valeat tanti, quanti vendi potest, sub-
audi, secundùm commune pretium. & tunc etiam po-
test esse, quòd res valet apud omnem hominem decem,
& ego eam emo, tamen pretio minori: si dico in re mor
bosa vel vitiosa vendita, quòd propter vitium res illa
valeat duo minùs: ecce quanti minoris est. Item ego
propter illud vitium dedissem quatuor minùs, si illud
scriuissem. ecce quantò minùs empturus essem. † QVAE-
2 STIO. Item quæritur, an redhibitoria & quanti mino-
ris res est, & quanti minoris empturus essem, sint pro-
pria nomina actionũ. & Dominus meus admittit, quòd
non sint propria nomina, sed adiectiones: vt diximus
de actione de peculio, & de in rem verso. quòd sint ad-
iectiones, probatur: nam & ciuilis actio ex empto di-
citur redhibitoria. vt ff. de act. emp. l. ex empto. §. redhi
bitionem. hoc etiam aliàs in similibus: nam actio de-
positi dicitur sequestraria. vt ff. depos. l. si in Asia. §. cõ
sequestro. sic ergò actio ex empto, vel in factum dici-
tur redhibitoria, quia per eam fit redhibitio. & actio
dicitur quanti minoris res est, propter vitium. vt ff. de
ædil. edict. l. quòd si nolit. §. si plures. in fine. & C. de æ-
dil. actio. l. penul. & hæc eadem actio ex empto dicitur
quanti minoris empturus essem, propter vitium. vt ff.
de actio. l. Iulianus. Et hæc eadem ex empto aliquandò
vocatur prætoria, sicut & hæreditatis petitio: quando-
que dicitur ciuilis, quæ datur hæredi: & hæc eadem
dicitur prætoria, quæ datur fideicommissario, vel bo-
norum possessori: & dicitur possessoria & fideicõmis-
saria. vt ff. de possess. hæred. petit. & ff. de fideicommiss.
hæred. l. 1. & 2. & hoc secundùm Dominum meum Azo.
QVAESTIO. † Item quæritur, non videtur, quòd hodie 3
aliqua actionum prædictarum locum habeat: imò vi-
detur, quòd sint superfluæ: nam redhibitio continetur
empti ciuili iudicio. vt ff. de act. emp. l. ex empt. §. red-
hibitionem. Item quanti minoris continetur sub acti-
one ex empto. vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. 1. Respõd.
non obstat §. ille, redhibitionem: quia quòd ibi dicit
redhibitio, id est, redditio. vt in eadem l. ex empto. §. si
quis virginem. nam ibi dicit, quod ex hac causa non fit
redhibitio, licèt fiat redditio mulieris. Vel aliter, esto
quod redhibitio contineatur empti ciuili iudicio: ta-
men actiones ædilitiæ non sunt superfluæ. multa enim
veniunt in edicto ædilium, quæ non veniunt in ciuili
iudicio. Ecce enim ex duobus vitijs redhibetur seruus:
si sit erro vel fugitiuus: & si dictum sit aliquid abesse
& adest. vt ff. eod. l. ob quæ. §. animi. Item quoad cauti-
ones, si nõ caueatur secundùm edictum, fit redhibitio.
vt ff. eod. l. venditor. Item si nõ dicatur de natione man
cipiorum. vt ff. eo. l. quòd si nolit. §. qui mancipia. Item
si appositum sit pactum, si displicuerit, & posteà displi
cuerit, fit redhibitio. vt ff. eod. l. quòd si nolit. §. si quis
ita venierit. Item si non dat ornamenta, sicut ostensa
fuer. vt ff. eod. l. ædiles. in princ. Item redhibitoria du-
plicem habet condemnationem. vt ff. eod. l. redhibito-
ria. si enim diceres has actiones superfluas propter a-
ctionem ex empto generalem, diceres omnes actiones
speciales, quæ certum continent propter certi cundi-
ctionem generalẽ. † QVAESTIO. Item quæritur: an quã-
4 dò fit redhibitio empti ciuili iudicio: & quãdò agitur
quanti minoris empturus essem, quæ est ciuilis. vt ff.
eod. l. ex empto. §. redhibitionem. & §. si quis virginem.
& l. Iulianus. §. 1. an ista iura perpetuò competant: vel
an sint temporalia, quòd tollantur anno, vel sex mensi-
bus vtilibus? sicut quandò agitur secundùm edictum
prætoris? vt ff. eod. l. sciendum. §. vlt. Respõdeo: quidã
admittunt alias esse perpetuas, alias esse temporales.
ita enim dicunt actiones ciuiles esse perpetuas: si cau-
sa ex qua competunt, sit perpetua: alias si temporalis sit
causa, propter quam competunt, temporales erunt. ar-
gum. ff. si quis caut. l. si quis eum §. qui iniuriarum. & ff.
vt leg. seu fideicommiss. nom. cauc. l. 1. §. si quis. ff. de no
uat. l. si vsufruc. & ff. de donat. l. qui id quod. & ff. si quis
test. li. esse iuss. fuer. l. 1. §. pen. Puto tamen contrà: quod
per actionem ex empto perpetuo fiat redhibitio, licèt
ædilitiæ fiat temporales. Nam & bonorum possessio,
quæ est de iure prætorio, est temporalis: aliquandò cẽ-
tum dierum, aliquandò anni. vt C. qui admit. ad bonor.
possess. l. 2. & 3. Petitio autem hæreditatis, quæ est ciui-
lis, perpetua est. vt C. in quib. caus. long. temp. præscri.
l. neque. l. hæreditatem. & C. quib. non obst. long. temp.
præscript. l. Item interdictum vnde vi, quod est præto-
rium, est annale: constitutio si quis in tantam, quæ est
ciuilis, perpetua. † Vnde ad hoc vt actio ista competat, 5
tot sunt necessaria quot diximus suprà in tractatu prę-
toriarum, de actione redhibitoria, & quanti minoris.
Et easdem positiones Rei notabis hic. Vnum tãtùm de-
sideratur in hac, quod non est in illa: scilicet illud pre-
tium quod minus essem daturus, sicut suprà dixi. In hac
autem actione concipies libellum sic. † LIBELLVS. A- 6
go ego R. cõtra M. qui vendidit mihi equum quendam
talis coloris, quem equum inueni retrogradum: pro-
pter quod vitium si ego sciuissem, ego dedissem duo
minus. vnde vt illa duo mihi præstet, ago contra ip-
sum: propono actionem quanti minoris empturus

essem.

essem. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. 1. OPPOSITIO. Sed non videtur, quòd hæc actio possit intentari, sicut probatur per quæstiones prædictas. Etiam alia ratione: certum est, quòd licitum est contrahentibus se decipere in pretio naturaliter, id est, sine ingenio & fraude. vt ff. de minorib. l. in causæ. & ff. locati & conducti. l. item si pretio. Si ergò cum dolo vel fraude venditoris non sit emptor iste deceptus quare agit? Respondeo: leges allegatæ locum habent, quando res vendita ratione sui minùs valet, quod toleratur: ibi deceptio in pretio deceptio dieo reipsa, dummodò non sit minùs dimidia iusti pretij: at quandò deceptio inest & reipsa propter vitium rei vel morbum: tunc subuenitur emptori: siue venditor fuit sciens, siue ignorans: quia non interest cur fallatur emptor, vtrùm ignorantia venditoris, an scientia. vt ff. de ædil. act. l. 1. §. causa. OPPOSITIO. Item alia ratione nò videtur, quòd competat. Certum est, quòd aliquis totum contractum vel debet approbare vel debet reprobare. vt ff. de administrat. tutel. l. cùm quæritur. & argum. ff. de procur. l. in causæ. & C. de iure deliber. l. quidam. & ff. de bon. libert. l. nam absurdum. Sed hic emptor vult pro parte approbare, & pro parte vult reprobare, & conqueri quasi quòd iniqua sit illa venditio: quod patrono etiam non conceditur, videlicet vt obligationem comprobet pro parte. & pro parte, quasi de iniqua obligatione queratur. vt ff. de oper. libert. l. si ita stipulatio. quæ lex nimiùm accedit ad quæstionem istam. Respondeo, in legibus allegatis iusta est ratio, quare pro parte aliquis non sit audiendus: sicut diligens & studiosus per leges ipsas aduertere potest. hic autem quare contingat ratio est: nam siue agatur hac quanti minoris, quæ est ciuilis: siue agatur quanti minoris res est, quæ est prætoria: noluit ius ciuile, & noluerunt prætores, vt deciperetur emptor. & sic propter causam, id est, propter vitium vel morbum competunt: vt illud detur quanti minoris empturus
7 essem, vel quanti minoris est. † QVAESTIO. Item quæritur, si agatur quanti minoris, qualiter debeat esse illud minùs, propter quod agitur hac ciuili quanti minoris empturus essem: vel illa quanti minoris res verbi gratia, res valeret viginti, nisi vitiū vel morbus esset: nunc propter vitium res valet minùs duo vel vnum, vel duobus vel vno minùs essem empturus: nunquid propter tam minimum pretium locum habet hęc actio? videtur quòd non. de quacunque actione quanti minoris tractemus. certum est, quòd licitum est cōtrahentibus se decipere in pretij quantitate: vt suprà dixi in hac eadem actione. Item per rem minorem debet fieri præiudicium maiori. vt ff. de iudic. l. per minorem. Item propter rem minimam non datur restitutio. vt ff. de in integr. restit. l. scio. Item de dolo non agitur, si quātitas sit minor duobus aureis. vt ff. de dolo. l. si oleum. in fine. & l. sequen. Respondeo: & dico, quòd natura actionis est, vt pro minimo pretio detur etiam pro vno vel duobus: sed stultus esset Actor, qui pro re tam minima ageret, cùm plura expēderet, quam consequeretur: cùm intersit nostra litis sumptibus nō vexari. vt ff. de minorib. l. minor. Et cùm nōnullas moras habeat exceptio iudicij. vt ff. de lega. nomi. cau. l. etiam maximè cùm euentus litis sit dubius & incertus. vt ff. de pecu. l. quod debetur. Et si tu diceres, quòd recuperaret expensas: quia victus victori, &c. hoc non prodest: quia potiùs interest nostra retinere, quam solutum repetere. vt ff. de compen. l. ideò. nec obstat si dicas, licitum est naturaliter, &c. id est, non interueniente dolo, vel morbo, vel vitio. Item non obstat: quod dicis pro minima re non dari restitutionem: nec hoc sit: nam contractus tenet, sed agitur pro hoc quod non minus. nec etiam alicui rei maiori propterea sit pręiudicium. OPPOSITIO. Item quæritur: si pretium minùs datum sit venditori dolo emptoris interueniente: modò propter vitium rei vel morbum, an habeat locū hæc actio quanti minoris empturus essem: vel illa quāti minoris res est? Respōdeo: illa quæstio superuacua videtur: nā non habet locum nisi propter vitium vel morbum rei, sed dolo interueniente qualiter consulitur venditori? Respondeo: si dolus dat causam contractui bonæ fidei, & statum sit in finibus contractus, contractus ipso iure non tenet. vt ff. de dol. l. eleganter. §. 2. si fuit contractus stricti iuris, & statū est in finibus contractus, tenet cōtractus, sed obstat exceptio. vt C. de inutil. stipul. l. dolo vel metu. si autem sit vltrà processum in contractu bonæ fidei, reuocatur per actionē de dolo. vt in prædicta l. eleganter. Vnde dixit B. dolo dante causam cōtractui bonæ fidei, procedit venditio: vt infirma sequitur traditio infirmanda per actionem de dolo. vt C. de inutil. stipulat. l. dolo. si autem dolus sit incidens in bonæ fidei contract. agitur vsque ad vltimum denarium per actionem ex eo cōtractu. vt ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. per contrarium. si autem incidit in contractu stricti iuris, agetur actione de dolo, si sit vltrà duos aureos: si minus, agetur in factum. vt ff. de dol. l. si oleum. in fin. &
l. idem. & l. itaque. † QVAESITO. Quid autem si sine dolo aliquis decipitur, nunquid aget? Respondeo, non nisi sit deceptus venditor vltrà dimidiā. Sed tunc quæritur, qualiter dicitur vltrà dimidiam? Respondeo, quandò res valebat decem, vēdidit pro quatuor, & sic venditor non habet dimidium pretium rei suæ. vt C. de 8
rescin. vend. l. rem maioris. † QVAESITO. Sed nunquid emptori succurritur, si rem emit vltrà dimidiam? Re- 9
spōdeo: quòd sic. vt ff. si quis in fraud. pa. l. 1. §. si quis in
fraudem. † QVAESTIO. Sed qualiter quis emit in fraudem vltrà dimidiam? Dominus meus respondet: quando res valebat 10. ego emi pro 16. nam 5. sunt dimidia 10. sed Dominus meus B. ponit exemplum sic, quando res valebat 10. ego emi eam pro 21. nam tunc abest mihi vltrà dimidiam iusti pretij: quia de 21. absunt mihi 11. & non habeo nisi 10. quia habeo rem quæ valet 10. 10
Cæterùm, in exemplo Domini mei, quando emo pro 16. non possum cōsentire: quia tunc de 16. habeo 10. quia habeo rem quæ valet 10. & sic habeo vltrà dimidiā pretij: quia non absunt mihi nisi 6. † QVAESTIO. Sed illud quæritur, an locum habeat hoc in permutatione, 11
locatione, conductione, & in alijs contractibus bonæ fidei, & stricti iuris? Respondeo, sic. vt ff. de ædil. ed[illegible]. l. Modestinus. §. exercitorem. & ff. si quid in fraud pat. l. 1. §. si quis in fraudem. & ff. de verb. obli. l. si quis cum aliter. & cùm ratio diuersitatis reddi non potest, idem ius statuendum est vt ff. de verbor. obligat. l. actio. & ff. de iniust. & irri. testam. l. 3. eadem enim æquitatis ratio diuersa species actionis non excludit. vt C. de constit. pecu. l. vltim. & ff. de fideiuss. tut. l. si fideiuss. §. vltim. †
QVAESTIO. Item quęritur, qualiter succurratur isti deцепто siue de venditore, siue de emptore loquamur? 12
Respondeo: vel res restituatur, vel pretium suppleatur venditori: vel restituatur emptori, quādo emit vltrà dimidiam. vt C. de rescin. vend. l. rem maioris. & ff.
si quid in fraud. pat. l. 1. §. si quid in fraudē. † QVAESTIO. 13
Sed cuius erit electio venditoris, an emptoris? Respōdeo: quando venditor est deceptus, est electio emptoris. vt in prædict. l. rem maioris. quando emptor est deceptus est electio venditoris: vt in prædic. l. si quid in fraud. patr. vt C. si maior fac. l. 1. & ff. de iur. dot. l. si res æstima. & secundùm legem generalem: quia electio est semper disiunctiui debitoris. vt ff. de iure dot. l. plerunque. §. vlti. quia tenetur emptor vel rem restituere, vel pretium supplere. sed Domino Ioan. visum est contrà,
vt statim dicam. † QVAESTIO. Item quæritur, quid sit 14
in obligatione, vtrum rei restitutio, vel pretij supplementum: & sic quæritur, quid debeat petere deceptus: vtrùm pretij supplementum, an rem restitui, an vtrunque: & sic per ista scies qualiter sit formādus libellus? Respondent quidam, vtrumque est in obligatione, alterum autem in solutione, sicut in promissione alternatiua. vt Inst. de act. §. sic itaq;. vnde dicunt in libello vtrumque peti: alterum præcisè peti non posse. Alij dicunt, pretij supplementum esse in obligatione, & sic in petitione, sed malè: quia iam nō ageretur, vt venditio rescinderetur: sed vt compleretur: & sic male poneretur. l. illa. sub tit. de rescin. vendi. Domi. tamen Ioan. & Dominus meus putant rei restitutionē esse in obligatione,

tione,& sic in petitione: pretij supplementum in solu-
tione, sicut in act. noxa. vbi damni æstimatio est in obli-
gatione & petitione. noxæ deditio est in solutione. vt
ff. de re iud. l. miles. §. decem. Et sic secundùm Dominũ
Io. friuola est quæstio, cuius sit electio, sicut dixi supra:
imò dicit decepto competere petitionem circa rem: &
sic rem petendo petit venditionem infringi, & sic per-
tinet ad tit. OPPOSITIO. Sed multùm contradicit huic
opinioni l. illa, rem maioris: sed R. literam legit sic. hu-
manum est te restituente pretium emptoribus, fundũ
recipias ad quem præcisè agis: vel recipies supplemẽ-
tum iusti pretij, si emptor elegerit: & ita pretium, vt
in l. illa continetur. Vel ideò petitur pretium propter
illud beneficiũ quod competit emptori. s. supplere iu-
stum pretiũ: & sic rei restitutio secundùm Dominum
Io. est in obligatione. & hoc cõsequeris authoritate cõ-
15 petentis iudicis. & sic litera pro eo facit. † QVAESTIO.
Item quæ actio proponetur, vel quo iure subuenietur
isti decepto? Respondeo: quidam dicũt officio iudicis,
& hoc dicũt arg. C. ex quib. caus. ma. l. in contractibus.
& C. de rescin. vendi. l. rem maioris. & sic secundũ eos
istud beneficiũ tolletur continuò quadriennio. vt C. de
tempor. in integ. restit. l. vlt. Sed contrà puto: imò sub-
uenitur ei actione ex eo contractu. in venditione, ex
vendito: in locatione ex locato: & erit istud beneficiũ
perpetuũ, cùm sit personale. vt C. de constit. pecu. l. 2. &
C. quib. nõ obst. long. tempo. præscrip. l. neq. nam actio
ex contractu descendens, venditionem rescindit, & ad
rescindendum contractũ competit. vt ff. de contrahen.
emp. l. sed & Celsus. §. si fundum. & ff. de act. empt. l. ex
empto. §. si is qui vina. Nec obstat quod legitur in l. il-
la, rem maioris. & in l. illa, in contractibus. quòd offi-
cio iudicis subueniatur. ponitur enim non loco princi
palis actionis, sed tanquam seruiens actioni, sicut mer-
cenarius: sicut aliàs vbi seruit actioni. vt ff. de neg. gest.
l. sin autem. sicut in actione quod met. causa. Vel sit re-
stitutio iure actionis: & tamen lex dicit, quòd fiat re-
stitutio officio iudicis, quòd actioni deseruit. vt ff. quod
met. caus. l. metũ. §. volenti. & §. ex hoc. Vel sicut alij di
cũt, agitur condictione ex l. illa, rem maioris. & tunc
similiter esset perpetua: quia omnis cõdictio persona-
lis. vt Insti. de act. §. sic itaq; discretis. Concipitur ergò
16 sic libell. LIBELLVS. Ago ego contra M. cui vendidi
fundũ meum pro 4. qui valet 10. vnde quia in illa ven-
ditione fui deceptus vltra dimidiam, peto contractũ
rescindi, & mihi restitui: propono actionem ex vẽdi-
to. Vel secundùm alios, propono officiũ iudicis. Vel se-
cũdum alios, condictione ex l. illa, rem maioris. Quòd
sic rectè concipitur libell. dicũt leges suprà positæ. Vel
17 secũdùm alios dices sic. † LIBELLVS. Ago contra M.
cui vendidi digestũ meum pro 4. quod valet 10. vnde a-
go contra illum, vt vel digestũ meum mihi restituat,
vel iustũ pretium, hoc est, sex mihi suppleat: propono,
&c. & hoc secundum illos, qui dicũt vtrumq; in obliga
tione. Secũdùm alios, qui dicũt, pretij supplementum
18 esse in obligatione, dices sic. † LIBELLVS. Agó ego R. cõ-
tra M. cui vendidi digestũ meum pro 4. quod valet 10.
vnde ago contra ipsum, vt iustũ pretiũ quod est 6. mihi
19 suppleat. propono actionẽ, vt suprà. † QVAESTIO. Item
quæritur, an locũ habeat beneficiũ legis illius, rem ma
ioris: siue venditor sciuit, siue ignorauit rem illam va-
lere maiori pretio? Respõdeo: locũ habet in ignoran-
te: aliàs si sciret rem pluris esse vel maioris pretij, non
subueniretur ei. vt C. de rescin. vendi. l. venditor. quia
videtur voluisse donare, & tanti rem suam æstimasse.
vt arg. ff. de fideicommiss. liber. l. generaliter. §. si quis a-
lienũ. & cùm per l. illam, rem maioris. purgetur dolus,
qui re ipsa committitur, meritò scienti non succurri-
mus: quia scienti & volenti nõ infertur dolus. vt C. de
transact. l. cùm donationis. & arg. ff. de aq. plu. arcend.
l. in diem & quia sciens videtur voluisse donare. vt ff.
de condict. indeb. l. 1. & ff. de reg. iur. l. cuius. OPPOSI-
TIO. Sed opponis, non videtur, quòd locum habeat l. il
la, rem maioris. in sciente nõ, vt dictum est: nec etiam
in ignorante pretium rei suæ: cùm nullius talis igno-
rantia sit audienda. vt ff. de rescind. vendit. l. quisquis.

Respondeo: l. illa quisquis. loquitur quòd nullus dé-
bet ignorare vires & emolumenta rei suæ vel merita:
quæ verba illud sonant, id est, quia debeo scire verùm
prædia mea sint bona vel mala: verùm producant her-
bam pestibulam vel bonam: vel verùm sint bona pro
frumento, vel hordeo, vel leguminibus. istæ sunt vires
& merita prædiorum, id est, redditus: vel quantum vi-
ni, vel quantum frumenti ex vinea vel ex terra soleat
prouenire. vt arg. C. de ædil. actio. l. si prædium. pretiũ
autem rei meæ non teneor scire: quia aliquando habeo
rem meam chariorem, quàm valeat. vt ff. de fideicom-
miss. libert. l. generaliter §. si quis alienum. & alieno.
& propterea dicitur, quòd homines aliquandò plus
sperant habere, quàm habeant in suis facultatibus. vt
Instit. de man. poss. vel non. † QVAESTIO. Item quæri 20
tur, verùm debeat restitui fundus cum fructibus per-
ceptis: quia à percipiendis excusatur propter titulum.
vt C. de rei vendic. l. si fundus. Respondeo: si non vult
supplere pretium iustũ emptor restituet fundum cum
fructibus perceptis, & recipiet pretiũ quod dedit cum
vsuris, quæ frequentatur consuetudine regionis, quæ
veniunt in bonæ fidei iudicijs. vt arg. ff. de vsuris. l. vi-
deamus. & ff. de verbor. significar. l. pen. quia verbum,
restituere, plenam habet significationem, etiam fru-
ctuum, &c. arg. C. de actio. emp. l. cui abst. & ff. de actio.
empt. l. Iulianus. §. ex vendito. & ff. de rei vendicat. l.
emptor. † QVAESTIO. Item quæritur: si emptor rem 21
illam quam emit pro 4. cùm valeret 10. vendidit alij vi-
ginti, nunquid venditor primus deceptus poterit age-
re contra illum tertium, qui modò possidet, vel con-
tra illum cui primò vendidit. & si agit, ad quid agat? &
videtur in primis, quòd contra nullum agat. nam con-
tra tertium nulla sibi competit actio, siue enim compe-
tat officium iudicis siue actio ex vendito, siue condi-
ctio ex lege, vt sup. dixi. omnia ista sunt beneficia per-
sonalia, non dantur contra rei possessorem, sed tantùm
contra illum, cum quo contractum est. & est argum. ff.
ad Trebellian. l. 1. §. fuit quæsitũ. Item primus non po-
test conueniri. ex alia enim actione agitur contra illũ,
vt res sibi restituantur vt dixi suprà. at iste rem non ha
bet, nec dolo desijt possidere: quia vendendo suo iure
vsus est: & sic non videtur, quòd possit conueniri: quia
conuentus debet absolui, sicut aliàs inuenio. quare er-
go conuenietur? vt ff. de rei vendicat. l. sin autem. vnde
ex his posset dici, quòd malè faciunt multi, qui lite-
ras impetrant re alienata à primo emptore, siue impe-
trante contra primum, siue contra tertium. Respon-
deo: in eo pretio quod vendidit vltrà quàm emit. vt ar-
gument. ff. ex quib. caus. maior. l. cum miles. §. si is qui.
tertium enim emptorem teneri non credo. vt C. de re-
uocand. donatio. l. his solis. quidam tamen minùs in-
telligentes dicunt, primum emptorem teneri ad to-
tum pretium iustum quod deberet supplere: etiam si
rem minori pretio vendidit: quia cum teneatur ad
duo, scilicet ad rem restituere, vel pretium supplere,
si non potest facere primum, faciat vltimum, scilicet
suppleat pretium. argument. ff. de contrahend. empt.
l. si in emptione. §. si emptio. sed hoc reprobo, quia non
tenetur ad duo, sed ad alterum tantùm: sicut supe-
riùs dixi. aliqui tamen minùs scientes tentauerunt di-
cere, quòd tertius teneatur. & dicunt intentata vel of-
ficium iudicis, vel condictionem ex lege illa, rem
maioris: & licèt sint personalia, tamen habent natu-
ram rei persecutionis. sicut actio quod metus causa, &
ad exhibendum, & commodati, sed malè dicunt: quia
in prædictis actionibus ratio est, quare dentur contra
rei possessorem, quod hic non est. sicut ex l. illa, rem
maioris. colligi potest. † QVAESTIO. Item quæri- 22
tur, quod tempus consideremus, vt res dicatur vendi-
ta minus dimidia? verùm tempus quo agit, an tempus
factæ venditionis? quia potest esse quod tempore ven-
ditionis erat res vilior, nunc facta est carior, vel econ-
trà. Respondeo: inspiciam tempus factæ venditionis.
vt argument. ff. de contrahent. emp. l. Rutilia Polla. &
l. in lege. vniuscuiusque enim contractus initium esse
spectandum & causam. vt ff. de regu. iur. l. non omnes

§ in stipulatinnibus.& ff.maod.l.si procuratorem. Re-
sponde^: & hoc etiam in quasi cōtractibus.vt ff.de ne-
goc.gest l.Pomponius. & hoc quando agitur ex bene-
ficio legis istius. si autem agitur propterea quia res est
euicta si agitur ex empto, inspicitur tēpus euictionis.
vt ff.de euict.l euictx. sed si agatur ex stipulatu, inspi-
citur tempus celebrati contractus,vt ff.de euict.l.boni-
23 tatis & l.ex melle.† QVAESTIO.Item quæritur,qualiter
probetur,quòd sit res vendita minùs dimidia tempore
venditionis? Respōdeo:probatur sic:dicunt testes,ego
scio quòd res ista illo tempore quo vendita fuit, pniā,
tali anno,tali mense,valebat 10. quærat Iudex a teste,
quomodo scis,sicut iam quæsiui: dicet testis, Domine
si antè vendidisset,ego tantum dedissem: & scio aliter,
quia prædia vicina, quæ non sunt meliora, pro tanto
pretio fuerunt vendita. Item si ego habuissem dena-
rios,pro tanto pretio ego emissem,& omni tempore va
leret in illo loco illud prædium tantum pretium,& sic
probatur per plures. nec .n. erit quilibet singularis in
dicto suo,quia omnes concordant in hoc tanti valere.
& sic probantur hæc. & probatur etiam sic commone,
& singulare interesse,vt dicemus in fin. actionum, an-
24 tequam veniamus ad contestationem litis. QVAESTIO.
† Item quæritur, si venditor renunciauit beneficio l.
rem maioris.& consulam quòd specificet & dicat ven-
ditor, ego renuncio,vt nullo tempore contraueniam,
etiam si res illa appareт vendita minùs dimidia, nun-
quid poterit contrauenire,maximè si iurauit? Respon-
deo,& dico quod non: cum licitum sit cuilibet renun-
ciare his quæ pro se introducta sunt. vt C. de pact. l.si
quis in conscribendo.& ff de minor.l.si iudex. cùm e-
tiam non sit licitum alicui ad id redire cui renuncian-
dum putauit. vt C.de rebus credit. l. si quis iusiurandum.
dum. nec conceditur alicui infirmare quod voce pro-
pria protestatus est, testimonioque proprio resistere.
vt C.de non numer.pecun.l.generaliter.nec debeamus
25 authores esse periurij.vt C.de indi.vid.l.2 QVAESTIO.
† Item quæritur, si aliquis iuret,quòd non veniat con-
trà,& non renunciauit, an possit petere suppleri pre-
tium vel restitui? P.admisit quòd sic: non tamen venit
contra sacramentum: nec enim præcisè petet: sed sub
alternatione vnum vel aliud: & in potestate emptoris
est quid debet. sed Io.contrà. argu.ff.de cond.instit.l.
quæ sub conditione §.si quis.quia quando iurauit non
veniam contrà, id videtur iurasse, vt non vtatur bene-
ficio l.istius: debet enim adiectio saltem aliquid ope-
rari.vt ff.de legat.1.l.si quando.ff ad municipa.l.1. & C.
26 de inoff.testam.l si quando.† QVAESTIO. Item si quis
minor iurauit,vt non veniat cōtrà:nunquid vtetur be-
neficio l.istius? Respondeo,& dico,quòd sic:quando e-
nim minor iurauit, quod non veniret contra tanquàm
minor iure restitutionis, & ab illo beneficio se exclu-
dit: vt in constitut.Domini Federici sacramenta pube
rum C.si aduers.vēd. vtitur ergò beneficio legis illius.
argu. ff.de edic.suc.l.1. § largius. nam qui amittit v-
num beneficium nō videtur aliud amisisse. vt ff.de ac-
27 quirend.hæred. l.is qui.& ff.de mili.testam.l.3.† QVAE-
STIO. Itē quæritur,in maiore si aliquis promittat pœ-
nam,ne veniat contra venditionem, & non renuncia-
uit beneficio legis istius: an si vtatur beneficio legis
istius possit ab eo pœna peti · maximè si actum est, vt
pœna præstetur cōtractu firmo manente? Respōdeo,
quòd sic: quia nullo alio modo contrauenire posset:&
28 sic pœna potest peti,quia cōtrauenit.† QVAESTIO Item
quæritur si venditor fuit ignorans rem venditam ha-
bere tale vitium vel morbum: & emptor similiter ig-
norans,an venditor teneatur? Respondeo,sic: tenetur
enim ignorans quanti minoris en plurus esset emptor
in sex casibus: putà in capitatione prædij vt C.de acti.
empt l.si minor. secundo in vase non integro vendito.
vt ff.locati & conducti. l.sed addes.§.1. sed in vase nō
integro locato seu vendito ad totum agitur interesse.
vt in prædict l.tenetur pro vitioso ager quanti mino-
ris,& hoc melius est. quartò pro vestimentis interpo-
latis.vt ff.de contrah.empt.l Laben. quintò,pro seruo
fugitiuo.vt ff.de actio.empt. l.Iulianus. §.1. sextò, pro
pecore morboso vēdito,& pro tigno [illegible],vt in præ-
dict.l.Iulianus.§.1. & sic multi simplices dicunt in his
casibus speciale esse,vt teneatur venditor ignorans: a-
liàs dicunt eū nō teneri. sed Dominus meus contrà.nā
semper venditor ignorans tenetur præterquàm in du-
obus casibus: vt in seruo fure, & prædio tributario. vt
ff.de actio.emp.l.Iulianus.§.1.& l.si sterilis. §.si prædi-
um. cùm enim ipsi dicāt esse casualia: multò magis nos
duo dicimus: & hoc ideò, quia emptor scire debuit eū
furem esse,eo ipso quòd seruus erat: maximè si erat ca-
psarius,qui libros portat.vt ff.de manu.vind.l.si colle-
ctaneus,qui vulgari nomine etiam à dominabus Bono-
niensibus appellatur Cassius.dominis enim suis multa
furantur,& si aliud non possunt, saltem cineres surri-
piunt: & fur est non solùm qui extraneo, sed etiam qui
domino furtum facit.vt ff.de ædil.edi. l.quòd si nol t.
§. .Item si prædium erat prouinciale scire debuit tri-
butarium: ideoque est,quòd imputetur emptori,vt nō
agat contra venditorem ignorantem : quia emptor ha-
betur pro sciente, vel l illa, Iulianus dicit non teneri
ignorantem,subaudi,adeò quantum teneretur sciens.
Nec obstat.quòd dicitur,licitum esse contrahentibus
se decipere in pretij quantitate, vt ff.de minor.l.in cau-
sæ.& ff.locati. l.item si pretiu. quia hoc intelligitur in
pretio non in vitijs rei. & hoc sentit Dominus meus.
OPPOSITIO. Sed opponitur sic Domino meo, si seruus
venditur,præsumitur fur eo ipso quòd seruus est, sicut
ipse dicit: ergò si venditor fuit sciens siue ignorans,nō
debet teneri: imò emptor sibi imputet,quòd seruum e-
mit,qui sciuit vel scire debuit furem. quæ ergò est dif-
ferentia l.illius Iulianus. vt venditor seruum sciens fu
rem teneatur ad totum interesse. ignorans teneatur,
quanti minoris emptor esset empturus. Respōdeo : o-
mnis seruus dicitur fur ratione præsumptionis non in
vero. quare ergò tenetur ille qui vendidit seruum fu-
rem,quando est sciens : cùm ille qui emit, scire debuit
illum furem? Respōdeo: quia venditor in maiori cul-
pa est quàm emptor. nam venditor habet veram scien-
tiam: quia in vero scit illum esse furem,emptor habet
veram præsumptionem. vnde maior culpa venditoris
præponderat culpæ emptoris. sic aliàs ff.ad leg.Aquil
l.item si obstetrix. §. vlti. si ergò venditor ignorans,&
emptor ignorans,agitur quanti minoris empturus esset
propter vitia rei,sicut dixi. quia venditor debet habe-
re nota vitia serui,verùm esset fur vel non : & licèt in
emptore non præsumatur,tamen magis ascribitur vē-
ditori,quàm ementi.

Si aliquis emat rem vltrà dimidiam, quia res valebat decem,
emit pro 21. subuenitur illi per actionem ex empto quanto
pluris.

De actione ex empto quanti pluris
Rubrica.

1 *Actio ex empto quanti pluris, an sit proprium nomen a-*
ctionis.
2 *Actio ex empto quanto pluris, vt veniat, quot exigan-*
tur.
3 *Venditor si in se dolum habeat, quomodò emptori succur-*
ratur
4 *Libelli in actione quanti pluris, quomodo formentur. cum*
plur. sequ.

CONtingit sæpè, quòd aliquis emit rem pluris quā
valet, itaque succurritur emptori per actionem
quanti pluris. vt ff.de actio.empt.l. Iulianus.§.si
venditor.& §.per contrariū. quam actionem licet non
tractauerit Dominus Io. ego tamen eam non omittam.
† QVAESTIO. Sed inprimis quæritur, an sit proprium no- 1
men actionis,& videtur quòd sic:nā sicut dicitur quan-
ti minoris,eodem modo & congruenter dicitur quan-
ti pluris: sed non credo quòd sit proprium nomen acti-
onis,sicut nec quanti minoris,vt dixi in superiori acti-
one, sed adiectio. vnde vocatur actio ex empto quanti
minoris, quando emptor pluris emit : vel ex vendito
quanti pluris,quando venditor fuit deceptus. vt ff.de
act.emp.l.Iulian.§.si venditor.& §.per cōtrarium pro-
ptc. cà

ptereà ista verba quanti pluris, nõ sunt propriè nomi-
na actionis, sicut & simile. fur tenetur actiõe hac, si ap-
paret eum dare facere oportere: non tamẽ illa verba
sunt actio. vt Institut. de actio. §. sic itaq;. Item qui cer-
tam pecuniam numeratam petit, agit illa actione, si cer
tum petatur: non tamen illa verba sunt actio. vt ff. de
2 tritica. l. 1. † Sed ad hoc quòd actio ista competat, tot
sunt necessaria ferè, quot diximus in actione prætoria
quanti minoris res est. Est & aliud necessarium, quòd
emptor dolo venditoris vel econtrà, decipiatur: dolo
credo incidenti, vt colligitur ex d. l. Iulia. §. si vẽditor.
& §. per contrarium. idem dico, & si dolus dedisset cau
sam cõtractui, & non sit statum in finibus contractus:
3 vt not. in superiori Rubric. † QVAESTIO. Sed quæritur,
quid si ipsa venditio habet in se dolum: putà, quia e-
mit vltra dimidiam. certè succurritur emptori: vt di-
ximus in superiori Rubric. sed tunc ad hoc vt succur-
ratur emptori, oportet quòd sit vltrà dimidiam decep-
tus: putà, res valebat 10. & emit pro 21. sicut in superio-
ri Rub. dixi: vnde positiones facilimæ sunt. In hac au-
tem actione concipiet Actor libellum sic. † LIBELLVS.
Ago ego R. contra M. qui domum talem vendidit mihi
pro 21. cùm domus illa valeat tantùm 10. & ideò pretiũ
mihi reddi peto, cùm rem illam sim paratus sibi resti-
tuere: propono actionẽ ea empto, quanti pluris. Quòd
sic rectè concipiatur libel. probatur ff. si quid in fraud.
patron. l. 1. §. si quid in fraud. & ideò sic libellum cõce-
pi, & præcise peto pretium reddi: quia illud solummo
dò est in obligatione: sicut econuersò, quando vendi-
dit minus dimidia sola rei restitutio est in obligatio-
ne, & illa sola petitur, vt in superiori actione notaui.
Alij qui dicunt, non tantùm pretium esse in obligatio-
4 ne, sed vtrunque, concipiunt libellũ sic. † LIBELLVS.
Ago vt vel pretium superfluum, hoc est 11. quod dedi,
reddat: vel rem recipiat & illi totã pecuniã, hoc est, 21.
mihi restituat: propono actionẽ ea empto quanti plu-
ris. hæc omnia econuersò late examinauimus supr. in
actione quanti minoris. Si autem dolus venditoris in-
tersit, dicam sic. † LIBELLVS. Ago ego R. contra M. qui
dolo me induxit ad emendam rem, vel hæreditatẽ pro
10. quæ valet 8. quia de artificio fuit mentitus: vel mul-
ta subtraxit, propter quæ quia fidem adhibui, vel non
credebam aliqua subtracta, emi rem illam pluris, putà
pro 10. vnde illa duo superflua pero: propono actionẽ
ex empto. & sic rectè concipiatur libel. dicit d. l. Iulia.
§. si venditor. & §. per contrarium.

De 13. cautionibus, quæ ex stipulatu proueniunt.

De actione ex stipulatu rem pupil. sal. fore. Rubrica.

1 *Actio ex stipulatu rem pupil. sal. fore. vt procedat, quot exigantur.*
2 *Satisdare rem pupil sal. for. quis tutor debeat.*
3 *Tutor cui satisdare teneatur rem pup sal. for.*
4 *Solennitas illa, quòd seruus pupillo ematur, quare deside-retur.*
5 *Libellus in actione ex stipul. rem pup sal. for. quomodo for-mentur. cum plur. seqq.*
6 *Actio ex stipulatu rem pupil. for. an prætoria vel ciuilis esse dicatur.*

SVNT etiam tredecim cautiones aliæ, quę ex stipu-
latione proueniunt, & ex eis oritur actio ex stipu-
latu: de quibus Dominus Ioannes in arbore actio-
num non tractauit: sed tamen de his dicemus. Prima est
stipulatio rem pupilli saluam fore. Secunda stipulatio
rem ratam haberi. Tertia stipulatio iudicatum solui.
Quarta stipulatio nomine damni infecti. Quinta de o-
pere destruendo, si aperiat illum cui nunciatio noui o-
peris facta est iniustè ædificasse. Sexta quæ interponi-
tur a fructuario de vtendo fruendo arbitrio boni viri.
Septima quæ interponitur de rebus quæ vsu consumũ-
tur, vt ille fructuarius tot res restituat vsufruc. finito.
Octaua quæ interponitur ab hærede pro legato præ-
stando. Nona quę interponitur ab eo qui arrogat. quòd
restituet bona filij arrogati his ad quos pertinent, &
præterea quartam partem. Decima quæ præstatur ab
eo qui rogatus est, si sine liberis decederet, restituere
quod de hæreditate superest, cogitur cauere, vt seruet
quartam. Vndecima, quando quis promittit vel de se,
vel de alio iudicio sisti. Duodecima, quando venditor
promittit emptori de vitio & euictione. Tertiadecima
quæ interponitur à legatario, si est solutum sibi vltrà
quàm competat ratione legis falcidiæ. Videamus de o-
mnibus: sed primò de prima: † quę ad hoc vt competat, 1
tot sunt necessaria. Inprimis, quòd aliquis sit tutor. Se-
cundum vt satisdet: sicut habemus ff. rem pup. sal. for.
l. 1. 2. & 3 & per totũ. † QVAESTIO. Sed quæritur, de quo 2
tutore intelligitur, quòd debeat satisdare. Respondeo:
de tutore legitimo & datiuo dato sine inquisitione: isti
enim satisdant tantùm. testamentarius non satisdat:
quia fides eius satis est à testatore approbata, & sufficit
pro eo testimonium paternum. vt Insti. de satisd. tut. &
C. de Episc. aud. l. de creationib. tutor datus cum inqui-
sitione non satisdat: quia ex quo est facta inquisitio, fi-
des eius satis approbatur, vt Inst. de satisd. tut. † QVAE- 3
STIO. Item cui satisdabit? Respõdeo: si pupillus est prę-
sens, & fari potest, & aliquam habeat intellectum, ipsi
promittit tutor: alioquin si sit absens vel præsens, & fa
ri non potest: tunc seruo eius satisdabitur, & fiet pro-
missio: & si non habet seruum, emendus est. si autẽ non
sit vnde ematur: aut si emptio non sit expedita, seruo
publico corã prætore satisdabitur. aut aliquem dabit
prætor cui caueatur, vt ff. rem pup. sal. for. l. 2. & 3. & l.
seruum. ideò dixi de pupillo habente intellectũ. 1. ma-
iore 7. annorum. vt arg. C. de iur. delib. l. si infanti. & ff.
de admin. tut. l. 1. alioquin si stipulationem interpone-
ret, cùm nõ intelligeret quid ageretur, nõ valeret: cùm
stipulatio non teneat, nisi inter consentiẽtes. ff. de ver.
obli. l. 1. §. vlt. & sic intelligimus l. illam, seruum. ff. eod.
Tertium, vt res pupilli salua non sit. vt ff. eo. l. non qua-
si. §. si quis curator. siue res illa sit corporalis: & in pa-
trimonio, siue in nominib. vt ff. eo. l. cũ pupillus. Quar-
tum, vt tutela sit finita. antè enim non agitur tutelæ. vt
ff. eo. l. 1. † QVAESTIO. Sed quare desideratur illa solen- 4
nitas, quòd ematur seruus illi pupillo, vt ff. eo. l. 2. Re-
spõdeo, ad hoc vt acquiratur directa pupillo: alioquin
acquireretur vtilis, vt ff. eo. l. nõ quasi. Et sic nota, quod
differetia est inter vtilem & directam. Et not. quòd hæc
satisdatio præstatur à tutore & curatore, & etiã à pro-
tutore: siue sit curatoris minoris siue prodigi, vel furi-
osi, vel mente capti, vt ff. eo. l. non quasi. §. vlti. imò & si
ad speciem aliquam curator datus sit, locũ habet, vt ff.
eo. l. & si ad species. In ista etiam & in alijs positiones
omitto: quia propter ea quæ in alijs diximus, quilibet
facere potest. In hac autẽ act. concipiet Actor libellum
sic. † LIBELLVS. Ago ego R. contra M. quondam tutorem 5
meum, qui mihi promisit, vel seruo meo rem meam sal
uam fore. vnde quia non fecit saluã in hoc, quia talia
mea bona consumpsit, vel in tantũ me damnificauit for
tè in 100. vnde illa 100. peto: propono actionẽ directam
ex stipulatu. Quando satisdatũ est seruo publico, pro-
ponas in libello, propono actionẽ vtilem. Contra fide-
iussorem datum à tutore, concipies sic. † LIBELLVS. Ago 6
contra talem fideiussoré, qui promisit mihi rem meam
saluam fore administrãdam à tali tutore meo quondã:
vel qui fideiussit pro tali tutore rem meam saluã fore.
vnde quia ipse tutor damnificauit me in 100. ideò illa
100. ab ipso fideiussore peto: propono actioné ex stipu-
latu directam vel vtilem: secundùm quod suprà dixi.
Quòd sic rectè cõcipiatur libel. probatur ff. e. l. nõ qua-
si. §. vlt. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur, quod
hæc actio sit aliquo modo vtilis vel necessaria: nam o-
mnia quæ veniunt in actionem tutelæ, veniũt & in ista:
vt ff. eod. l. cùm pupillus. & sic potiùs expedit agere tu-
telæ, quæ est bonæfid. vt Inst. de act. §. actionũ. at ista ex
stipulatu est stricti iuris: cùm inter bonæfidei iudicia
non numeretur, vt ff. de donat. l. eum qui donationem.
quare ergò interponitur, cùm videatur superuacua: &
tutor superuacua cautione onerãdus nõ est. vt ff. vt leg.
seu fideicom. no. ca. l. hæc stipulatio. Respondeo: nõ est
superuacua propter duo. Inprimis, quia in actione ex

ſtipolatu datus fideiuſſor, cùm ſatiſdet, vt ff. de verb. ſignif. l. ſancimus. in actione tutelæ non: & ſic poteſt intereſſe pupilli. Item & propter aliud: quia timebit magis tutor ex quo ſciet, quòd promiſit rem pup. ſal. fore. quia dicit canó: plus ſolet timeri quod ſpeciale, quam quòd generali ſponſione concluditur: & ea quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta, vt ff. de iniur. l. item apud Labeoné. §. ait prætor.
5 † QVAESTIO. Item quæritur, an actio iſta ex ſtipulatu ſit prætoria, an ciuilis? Et videtur, quod ſit ciuilis. & eodem modo quæritur de omnibus aliis ex ſtipulatu, de quibus dicemus infra. ſed quia à prætore fuit inducta, iſtam puto prætoriam & omnes alias ciuiles. vt ff. de prætor. ſtipul. l. prætoriæ. & l. 1. licèt dixerim ſup.
6 de præt. ſtipul. quod ciuilis ſit, vbi de hoc dixi. † Si tu obijcias quare non tractaui de his inter prætorias? Respondeo: deceptus ſpecie recti: quia credebam Dominum Io. de his tractaſſe in arbore actionú. ſed quia nó inueni tractatum, ideò de eis inter ciuiles tractaui, & non collocaui inter pretorias, vt auxilium facerem ciuilibus: quia iam opuſculum iſtud publicú erat, licèt nondum perfectum. multotiens enim Iuriſconſultus de vno tractatu facit mentionem in alio, vt ff. de vi & vi arm. l. vim facit. quæ ponit ſub Rubri. de vi & vi ar. & tamen pertinet ad titulum vti poſſidetis.

De actione ex ſtipulatu rem ratam haberi. Rubrica.

1 *Perſona coniuncta vſque ad quem gradum intelligatur.*

2 *Actio ex ſtipulatu rem ratam haberi, vt competat, quot neceſſaria ſint.*

3 *Actio ex ſtipulatu rem rat. hab. &c. an ſit prætoria, vel ciuilis.*

4 *Stipulatio rem rat. hab. quando interponi debeat.*

5 *In actione ex ſtipulatu in rem rat. hab. procuratorem habere mandatum quomodo dubitari poſſit.*

6 *Minor quinque & viginti annorum, an procurator eſſe poſſit.*

7 *Actor ciuitatis & magiſter quomodo eligantur, & quomodo decretum ſuum probent.*

8 *Domino ratum habente in actione ex ſtipulatu rem rat. hab. quomodo conditio perimatur.*

9 *Pecunia ſi debita ſoluta fuerit, quo caſu eius repetitio nó competat.*

10 *Procurator falſus ſi per iudicem exegerit pecuniam indebitam, & dominus ratum habeat, ſtipulatio non committitur: ſi autem ratum non habeat, benè committitur, & fideiuſſores tenentur.*

11 *Procurator falſus ſi per iudicem pecuniam exegerit, & debitam præſtiterit ſatiſdationem, ſi dominus ratum habeat, ſtipulatio committitur: ſin minus, ſtipulatio nó committitur: ſi autem ſtipulatio committitur, & fideiuſſores inſolidum tenentur.*

12 *Procurator ſi rectè petat, quia mandatum habuit, & ſic non fuit falſus, & nihilominus ſatiſdederit rem ratam dominum habiturum, & ſi debitor ſoluerit, quid iuris.*

13 *Procurator ſi non teneatur in eo, in quo eſt condemnatus debitor domino perperam agenti, quare ſaltem ad litium expenſas teneatur.*

14 *Procurator ſi rectè agat, & ei ſolutum fuerit, debitor ipſo iure liberatur, nec ratihabitione opus eſt.*

15 *Procurator ſi exegerit, & dominus ratum non habeat, & ſuccumbat agendo contra illum debitorem, qui liberatus fuerat per ſolutionem factam illi procuratori, quid facere poſſit.*

16 *Debitor à domino conuentus ſi ſuccubuit, & per iudicis iniuriam fuit dominus condemnatus, quomodo & à quo ei ſubuenietur.*

17 *Filius pulſatus vel verberatus, vel etiam nepos quid promittere debeant, & quomodo.*

EST ſecunda ex ſtipulatu, ſcilicet rem ratam haberi: quam interponit ille qui agebat nomine alterius, & dubitabatur de mandato, vt C. de procur. l. 1. vel erat coniuncta perſona, quæ admittitur ad agendum ſine mandato: ſed nihilominùs ſatiſdat rem ratá patrem vel coniunctam perſonam habiturum, vt ff. iudic. ſolui. l. 3. & ff. de compenſ. l. filio. & ff. de procur. l. Pomponius. §. vlti. lex enim facit procurantes, & non procuratores: ideò ſatiſdant, vt dictum eſt. QVAESTIO. † Sed vſque ad quem gradum intelligimus coniunctá perſonam? Videtur quòd vſque ad vnum gradum in aſcendente de patre, in deſcendente de filio, in tráſuerſali de fratre carnali & de affinibus accipitur primum gradum: & de extraneis & familiaribus libertú, vt ff. de procur. l. ſed hæ perſonæ. ſed veriùs puto, quòd ibi de illis perſonis dicit exempli gratia. Idem eſt in alijs ſuperioribus & inferioribus, & ex linea tranſuerſali, & de affinibus, vt ff. de poſtul. l. 1. in fio. cum l. ſeq. & ff. de lib. cauſ. l. 1. in fin. cum legib. ſeq. ná ſi ibi admittitur ad poſtulandum quod bonor eſt, multò fortiùs debet admitti ad procurandum, quod onus eſt, vt Inſti. de except. §. vlti. poſteà dominus vel cóiuncta perſona venit & non habet ratum quod factum fuit per illum procuratorem, vel per illam cóiunctam perſonam: & ſic ſtipulatio illa committitur rem rat. ha. ad intereſſe iſtius cui præſtita eſt, vt ff. rem rat. habe. l. 1. † Vnde ad hoc vt actio competat, tot ſunt neceſſaria. Inprimis, quòd aliquis veniat ad agendum pro alio. Secúdum, quòd dubitetur de mandato. Tertium, quòd ſtipulatio ſit interpoſita. Quartum, quòd ſit interpoſita ante litem conteſtatam, vt ff. de procur. l. Pomponius. §. rati. Quintum, quòd ſi aliquis vult agere pro minori, quod promittat minorem non petiturum reſtitutionem, vt ff. rem rat. hab. l. 4. Sextum, quòd dominus ille pro quo ſatiſdatú eſt, non habeat ratum, vt ff. rem rat. habe. l. procurator. §. ſi procurator. & l. quo enim. & l. ſi procurator. In hac autem actione concip Act. libel. ſic. † LIBELLVS. Ago ego R. contra M. qui promiſit mihi Titium ratú habiturum iudiciú, quod nomine Titij inſtituebat: vnde quia Titius non habet ratú veniendo contrà, & petédo à me debitum illud, à cuius petitione fui abſolutus, ago cótra ipſum, & peto meú intereſſe, quod æſtimo 10. & propono actionem ex ſtipulatu: ſi illud intereſſe ſit incertum: ſi autem certú, dicas certi condictioné ex ſtipulatione. Quòd ſic rectè concip. lib. dicit l. 2. ff. eod. tit. OPPOSITIO. Sed opponitur ſecundùm Dominú meum, nó videtur, quòd actio iſta ex ſtipulatu hodie poſſit committi, & ſic non debet interponi, vt ff. vt leg. ſeu fideicom. no. cau. l. hæc ſtipulatio. quod enim nó poſſit committi probo. Nam dominus meus reuerſus aut habet ratum, aut non, quod fecit ille procurator: ſi habet ratú, non cómittitur, vt ff. eo. l. Paulus. Reſpond. ſi non habet ratú ſimiliter nó videtur, quòd poſſit committi. ná aut ante lit. conteſt. non habet ratú, aut póſt: quocunq; tempore nó habet ratú, debet lætari Reus, & maximè ſi eſſet cóndemnatus illi procuratori: quia dominus neceſſe habebit iterum agere. In vnico tamen caſu poſſet committi, ſi fortè Reus fuiſſet abſolutus: túc agetur ad ſuú intereſſe. quanti intereſſet ſua quòd dominus habuiſſet ratú, in quo intereſſe habebitur etiá ratio lucri, vt ff. eo. l. ſi cómiſſa. OPPOSITIO. Itè oppono, quòd nec etiá in hoc caſu poſſet cómitti ſimiliter ante lité. nónne hodie dominus habet neceſſe iurare de calumnia? vt C. de iureiur. prop. calum. Auth. principales. in quo ergò committeretur, certè in modicum, vel in nihilum. Item nec etiá quádo eſt ſatiſdatú rem ratá haberi. quádo petitor cautio nomine legatorum, vt ff. de procur. l. Pomponius. §. ſi ſtipularetur. quia ſi dominus nó habet ratú, liberatur Reus ſatiſdatione, & liberantur fideiuſſores. hoc idem in damno infecto, vbi ſaltem liberatur Reus à cautione quam interponit: quia tenetur cauere & non ſatiſdare, vt not. ſuprà de dam. infec. Reſpódeo: imò in omnibus caſibus committitur etiam omnibus tem-

xemporibus consideratis, & ideò interponitur. Si enim dominus non habet ratum, & ante litem committitur saltē in illo interesse meo, (scilicet quòd vel modicum sit, vel maximum non curo) quia cum sit prætoria stipulatio ad interesse committitur. vt ff. eod. l. prætoriæ. & l. 1. posset enim esse maximum: quia propterea veni ad iudicium, sustinui maximum damnum, vel amisi maximum lucrum: quia habetur ratio lucri, vt dixi: nā non sit cum ipso incommodo a nostris negotijs auocamur. vt ff. quemad. testa. ape. l. si quis ex signatoribus. & si non sit hic maximum interesse, saltem est modicum propter operas quas amisi: cùm essem cerdo vel pelliparius. & si tu dicis quòd debeo lætari: imò dolere: qa domino non habente ratum iterum habeo necesse ad iudicium venire, quòd est valdè mihi laboriosum: & iterum necesse satisdare nomine legatorum, vbi fortè non possem habere fideiussores. Sed fortè aliquis responderet, quòd omnis cesset obiectio: quia procurator ille interuenit post litem contestatam maximè in iudicio. Sed sic opponitur: si interuenit post litem contestatam non videtur quòd debeat satisdare. ista enim satisdatio ante litem contest. interponitur, vt ff. eod. l. Pompo. §. 1. Respondeo: verum est, quando procurator à principio interuenit: cæterum si post litem interueniat, satisdare tenetur, vt C. de consor. eiusd. lit. l. 1.
3 & 2.† QVAESTIO. Item quæritur an actio ista sit prætoria an ciuilis? Respondeo: ego notaui supra de præto stipulationib. quòd sit ciuilis. Sed videtur quòd omnes istæ actiões ex stipulatu, de quib. tractamus modò, quòd sint prætoriæ: quia a prætore sunt inuentæ. vt ff. de præto. stipu. l. 1. & in prætorijs. & l. prætoriarum. & l. prætoriæ. semper autem actionem iudico ciuilem, nisi inueniam ipsam a prætore inductam: licèt de quibusdam sit dubitatum. iam omnes actiones sunt de iure ciuili. vt ff. de orig. iur. l. 2. in fi. 1. col. Vnde dico, quòd actio ex stipulatu ciuilis est. i. de iure ciuili fuit inducta. verum postea prætor aliàs stipulationes certas interposuit in certis casibus. & sic actio ex stipulatu extenditur ad casus illos: & sic ratione extensionis ista & aliæ dicūtur prætoriæ: sicut & aliàs rei vendicatio ratione originis est ciuilis. propter extensionem tamen dicitur prætoria, quando datur contra illum, qui dolo desijt possidere. vt ff. de rei ven. l. 1. ff de nox. l. electio. §. si is qui dolo.
4 QVAESTIO.† Item quæritur quando hæc stipulatio interponatur. Respondeo: quando certum est aliquem habere mandatum non interponitur. vt C de procurat. l. quidam excipiunt duos casus. vnum. ff. de oper. no. nunc. l. de pupillo. §. qui procuratorio. sed exponimus, si verus sit procurator satisdat. verus, id est, generalis, vel verus erat, dubitatur tamen de mandato: sicut aliàs in tutore. vt ff. de administ. tutor. l. vulgò. Secundum casum ff. ad Trebellia. l. qui ita. §. etiam absentis. & non posset respondere illi legi, sicut dixi. Vel aliter, lex illa, qui ita loquitur quemadmodum ibi notat dominus meus, quòd non possit procurator compellere illum vt adeat, etiam si præstat cautionem de rato. hoc dicit in §. sed si adiuit, & dubitetur de mandato petet restitutionem hæreditatis, dummodò satisdet de rato: & sic bene dicit. Sed vbi certum est procuratorem mandatum habere, nunquam satisdabit de rato. quid enim perditio hæc. & inducitur ad C. de satisda. l. vni. si autem certum sit procuratorem non habere mandatum, nunquam admittam etiam cum satisdatione: nisi sit coniuncta persona. Et si tu quæras quid speciale habeat coniuncta persona. Respon. si certum sit illam non habere mandatum, admittitur cum satisdatione. vt C. de procurato. l. exigendi. & ff. iudica sol. l. 3. & ff. de procurato. l. Pomponius. §. vltim. & ff. de compensa. l. si cum filio. Si autem dubitetur procuratorem habere mandatum: tunc in hoc casu admittitur extraneus cum satisdatione. vt C. de procurator. l. 1.†
5 QVAESTIO. Sed qualiter possit dubitari non video. nam aut procurator probat mandatum, & sic non satisdabit, vt dixi: aut non probat, & tunc extraneus non admittitur, licèt coniuncta persona admittatur, vt dixi: Respondent quidam & dicunt, statim ex quo conuentus dicit, nego te habere mandatum, vel dubito, per negationem res sit dubia, vt C. quibus ad lib. procla. non li. l. vltim. & argum. ff. de peti. hæredi. tat. l. si debitor. sed secundùm istos idem est quando certum est aliquem non habere mandatum, & quando dubitatur. nam si nego procuratorem habere mandatum, & ille non probat mandatum, certum est illum non habere mandatum. Respon. quando venit quis, & dicit se habere mandatum, & ego dico illum non habere mandatum, & ipse non probat, tunc certum est illum non habere mandatum. Sicut econtrà, certum est aliquem habere mandatum, quando constitutus est apud acta. vt C. de satisdatio. l. vnica. vel quando probat per literas missas aduersario vel iudici in quibus cōtineatur aduersus quem & in quam causam procuratorem constituat, habens ratum quod ipse fecerit, vt ff. de procurato. l. si procuratorem. & ff. rem rat. haber. l. nec satisdatio. dubium est aliquem habere mandatum, quando conuentus negat procuratorem habere mandatum, & procurator probat per testem vnum, vel per literas quarum sigillum non poterat bene legi, vel sigillum non erat communi, sed alterius non autenticæ personæ: si enim esset sigillum autenticæ personæ: putà prælati, vel potestatis, vel alicuius personæ famosæ: putà episcopi, vel domini Papæ, vt argument. 11. quæstion. 4. cum re. 96. di. nobilissimus. vel sigillum capituli cuiuscumque ecclesiæ & cuiuslibet prælati, abbatis vel archidiaconi, vel præpositi vel principis secularis vel iudicum de legatorum, tunc illis literis fides daretur, & scriptura illa haberetur pro publica & pro autenticata. vt extra de fide instrument. c. 2. & extra. de testibus. cum A. de plano. 19. quæstio. 3. statuimus. & extra. de eo qui mittitur in possess. causa rei seru. cum sicut accepimus. & C. de episco. & cler. l. si qua per calumniam. & ff. de cust. & exhib. reo. ff. diuus. & ff. quando appellat. sit. l. 1. & de probari. cap. 3. Illud autem nota, quòd hæc stipulatio tunc interponitur quando est procurator actoris exceptis casibus vbi præstat istam & iudicatum solui procurator Rei, vt dicemus in sequenti rubr.† QVAESTIO. Sed 6
nunquid minor 25. anno. possit esse procurator? Responsi. sic, pro parte actoris, & cum mandato: sed sine mandato non: nec etiam ex parte rei, vt ff. de minor. l. cum mandato. & ff. de procurator. l. minor. Sed quæ est ratio? Respondeo quia quando cum mandato est, sibi dominus debet imputare, qui commisit: cæterum quando sine mandato, vel quando, pro reo oportet illum satisdare, quo casu obligaretur, & ideò succurritur ei & fideiussoribus suis: vt in prædictis legibus. nec admitto l. illam, cum mandato. quæ loquitur in contractibus: licèt & in contractibus verum sit. & l. illa, minor. loquitur in iudicijs. Item hæc stipulatio rem ratam haberi committitur quando interest illius, qui stipulationem interposuit, vt ff. rem ratam haberi. l. 2. siue illud interesse sit circa damnum, siue circa lucrum, vt ff. eodem. l. si commissa. Item nota, quòd hæc stipulatio statim committitur, ex quo dominus non habet ratum, quòd infra modicum tempus colligitur, & melius intellectu quam locutione exprimi potest, vt ff eodem. l. quo enim tutiore. licet aliud sit: io stipulatione amplius non peti, quæ non statim committitur, sed tunc demùm postquam in iudicio amplius petierit, vt ff. eodem. l. amplius. & est ratio, quòd citiùs committatur stipulatio rem ratam dominum habiturum, quia solo verbo contraria committitur: vt in prædicta l. quo enim. & l. Paulus respondit. Item nota, quòd actor à tutor datus cauet rem ratam haberi dominum, actor ciuitatis, magistratus, vniuersitatis, curator bonis datus non cauent· vt ff. eod. l. actor. Sed quæ est ratio? Respondit dominus meus. hic actor à tutore constitutus tunc satisdat, etiam si habeat mandatum à tutore, quando dubium est an solenniter fuerit ordinatus: quia ordinari debet cum decreto, vt Inst. de curato. §. vlt. aliàs si certum esset, quòd solenniter esset

ordinatus, & cōstaret de decreto & de mandato non satisdaret. Alij autem ideò non satisdant, si certum est de mandato: quia cum decreto non ordinantur: & sic
9 glosat dominus meus in l. illa, actor. † QVAESTIO. Sed instatur in actore ciuitatis & magistro vniuersitatis: nam isti solenniter eliguntur, & cum decreto totius ordinis, aut duarum partiū, aut amplius. vt ff. quòd cuiusque vniuersi. no. l. item eorum. §. si decuriones. & in Authen. de defen. ciui. col. 3. ergo idem in istis quod in actore à tutore ordinato, si dubitaretur de decreto. vt ff. quòd cuiusque vniuersi. l. item eorum. §. actor. Vnde alia melio redditur: actor ciuitatis, vel magistratus vniuersitatis eo ipso probant decretum, quòd de mandato docent. in tutoris actore non ita: licèt enim actor probet mandatum tutoris, hoc non sufficit. solus enim tutor actorem non potest cōstituere, nisi & decretum interueniat, vt dixi. in ipso etiā tutore hoc idem. quia si constat eum tutorem, non satisdat, nisi dubitetur. vt ff. de admi. tuto. l. vulgò. & C. de admi. tu. l. tutores debita. & l. vltim. §. defensionem. Sed in actore vniuersitatis si dubitetur de mandato & sic de decreto, tunc satisdat. vt in prædicta l. item eorum. §. actor. & hoc fortè aliquis concederet ante litem, sed post litem contest. non: quia posset tunc ordinare procuratorem. vt C. de procur. l. neque. nec admitto quòd quidam errantes dicunt: quòd actor à tutore in iudicio constituatur sine decreto: vt in prædi. l. neque. in negotijs cum decreto. & ita intelligatur §. vlt. Institut. de cura. malè enim dicunt. imò in iudicijs plus debet desiderari decretum, quàm in negotijs: sicut aliàs minor in negotijs si non habet curatorem obligatur, sed restituitur. vt C. de in inte. resti. l. si curatorem habens. in iudicijs nullo modo. vt C. qui leg. person. l. 1. & 2. Item circa negotia procurator procuratorem ordinat. vt ff. manda. l. si procurat. §. 1. in iudicijs non, nisi post li. conte. vt C. de procurat. l. post litem. & l. procuratoribus. dominus tamen R. prædictæ quæstioni aliter respondit: dicit enim quòd actor tutoris satisdat promittat certam pœnam si minor restitui voluerit. vt ff. rem rat. haberi. l. 3. sed secundum eum iam idem esset in actore vniuersitatis: cùm vniuersitas vicè minoris fungatur, & restitutionem possit petere. vt C. de officio eius qui vicem alicuius iudic. l. 1. & C. lib. 11. de iure rei publi. l. rem publicam. ideò propter hoc dominus & præceptor meus R. alio modo respondit: cōcedit tamē in premis, quòd quotiès quis interuenit pro ecclesia vel ciuitate, quod debeat eodem modo satisdare, sicut & quando quis interuenit pro minore. & l. illam, actor. sic intellige: actor à tutore datus ideò satisdat, licèt de decreto constet, quia à non domino datur. & ob id procuratorem non dat, quia dominus non est. vt C. de procurat. l. neque. & hoc ante litem: post litem autem contestatā & actorem & procuratorem dat. actor autem vniuersitatis & magister ciuitatum à dominis constituuntur. vnde non est mirum si à satisdatione releuentur, ex quo à dominis constituuntur, nisi de decreto dubitetur. Curator etiam à creditoribus datur bonis, quia ratione iuris quòd habent, constituunt. vt ff. de cura. bon. dan. l. 1. & 2. videtur quasi à dominis constitutus, & ideò non satisdat. Item not. quòd hæc stipulatio rem ra. ha. ex necessitate interponitur in iudicijs, si ab initio petatur, vt suprà dixi. & Institut. de satisda. § sciendum. In contractibus autem ex conuentione interponitur, id est, ex voluntate: quòd intelligo, si constet de mandato: alioquin ex necessitate interponeretur, sicut in iudicijs: sed in vno casu præstatur ex necessitate etiamsi constet de mandato, quando mandaui procuratori quòd peteret in iudicio à debitore meo, & debitor meus venit sibi soluere. vt ff. eo. l. interdum. & l. vltim. & l. quo enim. & l. si commissa. §. si fine. & ff. de pact. l. sed & si tātum. & ff. de solu. l. hoc iure. Sed legitur ff. rem ra. ha. l. 3. quòd si aliquis agat pro minore & satisdet pro minore, scilicèt minorem rem ratam habiturum. si minor petat restitutionem, quòd stipulatio de rato non committatur, neque condictio indebiti habeat locum contra minorem: quia fortè minor pecuniam illam cōsumpsit & malè, & proptereà fuit restitutus: at in eadem l. legitur, quòd procurator minoris aut habet mandatū, & ideò debet satisdare, vt si minor fuerit restitutus tā-tam pecuniam daret. si autem non habet mandatum debet satisdare rem ratam minorem habiturum, & si noluerit satisdet quòd si minor fuerit restitutus, quòd tātam pecuniam dabit. alioquin si hæc vltima satisdatio non præstetur, & minor petat restitutionem, procurator ille tenetur ex illa stipulatione primò interposita, scilicèt rem ra. ha. quia verba eū effectu intelligimus. vt ff. qui satisdare cog. l. quoties. & ff. quòd quisque iur. § hæc autem verba. & non videtur minor eum effectu habuisse ratum ex quo restitutionem petijt. Respōdeo: re vera tenetur procurator: etiam si non promittat, vt dixi. nec obstat principium l. quòd dicit, quod stipulatio de rato non committatur, subaudi, ex ea parte qua ratum habet: committitur autem ex eo quia minor petat restitutionem: & hæc omnia serua si quis agat pro ecclesia vel ciuitate, nam eodem modo satisdat, licèt multi hodie mirentur, quia non consueuerunt interponi: sed interponantur, quia ita restituuntur, sicut & minores, vt suprà dixi. & extra. de in integ. resti. minoris: c. 1. Illud autem nota, quòd stipulatio rem ra. haberi cōmittatur insolidum, si insolidum ratum non habet: cæterùm ex ea parte pro qua non habet ratum committitur. vt ff. eod. l. si procurator. hoc intelligas quando negotium erat tale quo poterat pro parte ratum haberi: alioquin si esset indiuiduum, tunc licèt pro parte non habeatur ratum, tamē insolidum committitur. vt ff. de verb. obli. l. eadem. §. Cato. vel licèt non possit pro parte ratum haberi à defuncto, potest tamen ab hærede quando sunt plures hęredes. vt ff. de leg. 1. legitur. & sic fortè intelligitur quod legitur ff. fam. erci. l. hæredes. §. illa. & § an ea. Item nota, quòd si falsus procurator exigit pecuniam indebitam & sine iudice, & satisdet rem ratam habiturum dominum, & non habet dominus ratum, fideiussores tenentur etiam illa condictione qua procurator teneretur, si non fuisset interposita stipulatio, perimitur. vt ff. eod. l. si fine. Quæritur de qua conditione loquatur? Respondeo: dicit dominus meus indebiti, si soluens ea solutione se liberatum putauit. vt C. de condi. inde. l. creditoris. si dedit vt falsus ille procurator faceret illum liberari, dabitur ob causam. vt ff. de condi. causa da. l. si procuratori. & si noluit in procuratorem trāsferre dominium, sed vt ministrū eum eligit, conuenitur rei vendicatione & condictione furtiua, & actione furti si cōtrectauit & habuit animū furandi. vt C. de fur. l. falsus. & ff. de furtis. l. si vendidero. §. vlt. & ff. de condi. fur. l. quoniam. QVAESTIO. † Itē quid est quod dicitur in prędicta l. si fine. quòd domino ratum non habente condictio perimitur. Respondeo, id est locum non habet. sic ff. de solu. l. dispensatorem. circa finem, nam sublata est actio neg. gest. sicut etiam ff. ad l. Aquil. l. sed si seruus seruum. §. si calicem diatretum. vbi dicitur quòd res tollat ex locato actio. id est, locum non habet: sicut etiā ff. de condi. furti. l. quonia. in fin. sed altera condictione altera tollitur, cum nō habet: nam cùm stipulatio rem ra. ha. interponitur nō nascitur condictio indebiti, sicut in mutuo non nascitur certi condictio ex numeratione cū stipulatio interponitur, vt ff. de nouatio l. si ita fuero. §. cùm pecuniā. nā condictio indebiti ex numeratione nascitur. vt Institu. quib. mo. re contra. obli. §. is quoq;. & hoc sentit dominus meus. domino ergo ratum non habente habet locū actio ex stipulatu ad interesse, & ad impensas litis. vt in prædicta l. si fine. §. 1. si autem habet ratum dominus, actio ex stipulatu ratam ra. haberi non habet locū, sed dominus tenetur condictione indebiti. vt in prædicta l. si fine §. quòd si ratū. & C. de cōdi. furti. l. quoniā. vl dominus ex quo habet ratū condictio furtiua cessat, & locum habet indebiti. & omnia prædicta locum habent in pecunia indebitè soluta. † QVAESTIO. Quid in debita? Respondeo idem. sed hoc plus: quia ex quo dominus habet ratum. nulla repetitio pecuniæ competit. vt ff. eod. l. si fine §. quòd si procurator. † QVAESTIO. 9
Quid si per iudicē falsus procurator exegit pecuniam inde-

indebitam,si dominus habet ratum, in nullo committi cur illa stipulatio: si autem non habet ratum committitur & fideiussores tenentur. vt ff. eod. l. si fine. §. quòd si procurator. in id quòd stipulator actor præstiterit, vel
11 circa iudicium expendit. QVAESTIO. †Quid si per iudicem exegit & debitam præstitit satisdationem? si dominus hab. ratum, ecce bene: si autem non habet ratum, fideiussores tenebuntur insolidum: quia stipulatio ista committitur, vt in prædicta l. si fine. §. quòd si de
12 bitam. QVAESTIO. †Quid autem si procurator rectè petit, quia habuit mandatum, & sic non fuit falsus, & nihilominus satisfedit rem ra. ha. dominum. & sic debitor soluit? Respondeo: dominus perperam petit, quòd contra factum procuratoris veniat. & fideiussores in nullo tenebuntur illi domino nisi tantum ad impendia litis. quia iniuria fieret per iudicem debitori qui soluit, scilicet, quòd iterum solueret. nec debet hoc impu tari procuratori. vt ff. eodē. l. si fine. §. cùm autem pro-
13 curator. QVAESTIO. †Quæritur si procurator non tenetur in eo in quo est condemnatus debitor domino per eum agenti, quare tenetur ad impendia litis? Respondeo: dicunt Doctores nostri, quòd impendia litis non
14 sunt ex sententia. QVAESTIO. †Item quæritur procurator si rectè agit, & ei soluit tum est, debitor ipso iure liberatur, nec est opus ratihabitione. vt ff. de condict. indeb. l. si procurator. quare ergo procurator & fideiussores tenentur? potuit enim debitor conuentus opponere exceptionem rei iudicatæ: si opposuit & fuit cōdemnatus fuit ei facta iniuria. vnde iniuria facta illi non continget procuratorem, vt ff. de euic. l. si per imprudentiam. & ff. de fideiuss. l. exceptione. si non opposuit & omisit peremptoriam, ergo in nihilum debet agere, sed sibi debet imputare, vt ff. mandati. l. si fideiussor. Respondeo: hic debitor conuentus exceptionem opponit: vnde quicquid sequatur de sententia, condemnetur vel absoluatur, nunquam procurator tenetur nisi ad impendia, quæ non sustinuisset debitor, si dominus habuisset ratum, & quia impendia non sunt
15 de sententia sicut dictum est. QVAESTIO. †Sed pone quod procurator exegit, dominus modo non habet ratum, succumbit agendo contra illum debitorem, qui liberatus erat per solutionem factam illi procuratori. quid faciet dominus contra debitorem illum? non ager iterum, quia est absolutus: contra procuratorem non videtur quod possit agere: quia illam solutionem sibi factam ratam non habuit: vnde sequitur quod illā pecuniam lucri faciat procurator, & dominus sibi imputet quod non habeat ratam illam solutionem. vnde dat enim quòd sua culpa sentit, sibi debet imputare. vt ff. de reg. iur. l. quod quis. respondet dominus meus R. quod licet dicitur huic domino contra procuratorē per actionem mandati: vel poterit illam pecuniā procuratori vendicare: quia illa pecunia facta fuit domini, vt ff. de acquir. rer. do. l. si procurator. & l. traditio. §. vltim. & ff. de dona. l. qui mihi. & arg. ff. de neg. gest. l. si ego. & arg. ff. de reg. iur. l. non debet actori.
16 § vltim. QVAESTIO. Item pone quòd debitor ille conuentus à domino succubuit & per iniuriam iudicis fuit domino condemnatus quomodo ei subuenietur, an a debitore isto dominus duplum consequetur, quòd esset contra iura: quia natura non patitur, vt bis idem ab eodem exigatur, vt ff. de verb. obliga. l. qui bis idem. & ff. de reg. iur. bona fides. & ff. de leg. 1. l. planè. respondit dominus meus R. si debitor iam soluat tenebitur creditor crimine stellionatus propter suam calliditatem. argu. ff. man. l. si fideiussor. §. in omnibus. vel fortè tenebitur creditor ille condictione sine causa, vt ff. de con. sine causa. l. si fullo. Si autem nondum soluit ex æquitate debet ei subueniri propter calliditatem creditoris, vt ff. de iud. l. si prætor. nam & datur replicatio doli contra rem iudicatam. vt ff. de dolo. l. cum à te. Illud autem nota, quòd quoties stipulatio interponitur rem ratam habiturum dominum, vel amplius ab illo domino non peti, intelligitur de omnibus illis personis ad quos ea res pertinet, & ita continetur etiam hæredes, vt ff. de ædil. edi. l. sciendum. §. deinde. & ff. eo. adem. l. si fine. §. si stipulatione. & l. procurator. & ff. de procurat. l. ferunm. §. ait prætor. QVAESTIO. †Item quæri- 17
tur de eo quod dicitur, ff. eodē. l. si fine. §. qui patris nomine agebat iniuriarum. quòd si filius fuit pulsatus vel verberatus debeat promittere rem ratam patrem habiturum, & etiam filium cui est illata iniuria. idem est si iniuria facta sit nepoti: & aliquis agat nomine aui. debet enim promittere rem ratam habiturum auum patrem & nepotem, cui illata est iniuria & assignatur ratio: quia si pater decederet, antequam sciret procuratorem egisse iniuriarum, actio rediret ad filium. & idē in nepote, vt ibi. non videtur quod nomine filij vel nepotis debeat de ratio caueri. vt ff. de procurat. l. non solum. §. si pater. nam aut intentat actionem iniuriarum ciuilem competentem filio, & ita non debet de rato ca uere, vel satisdare patrem ratum habiturum: aut intētat actionem iniuriarum prætoriam competentem ipsi patri, & tunc non debet satisdare rem ratam habiturū filium nec nepotem. quando autem actio iniuriarum competat patri, & quando filio dixi suprà de actione iniuriarum ex leg. Cor. in tracta. ciuilium. Respondit dominus meus, quòd in l. illa, si fine agebatur de actione iniuriarum ex l. Cor. quæ competebat filio, vt ff. de iniur. l. lex Cor. si enim prætoria ageretur, quæ competit patri iure proprio, non esset satisdatio necessaria ex persona filij vel nepotis: quia illam habet pater nomine suo, etiam si volenti filio fiat iniuria, vt ff. de iniur. l. 1. §. 3. in quo casu loquitur l. non solum. ff. de procur. §. pater. de actione filio competenti loquitur l. illa, si fine. legitur in prædicto. §. qui patris. quòd actio redeat ad filium: quæ actio non diceretur redire, sed trāsire, si de illa loqueretur, quæ patri competit. sed dominus meus R. sic opponit: esto quòd in §. illo, qui patris. loquatur de actione iniuriarum filio competente. quare satisdat filium rem ratam habiturum, cùm pater legitimam administrationem gerat, in actionibus competentibus filio. vt C. de bonis mater. l. 1. & ei soli si præsens sit actio deferatur & donari possit. vt ff. de iniur. l. sed si vnus. §. si filio. & ff. de iudic. l. si longius. & ff. de procura. l. filiusfamil. & ff. de pact. l. in personam. Respondeo hæc vera sunt si sequatur ratihabitio patris. nec tenebuntur postea fideiussores, licet filius ratam habere nolit, nisi in sumptibus litis. vt ff. eod. l. si fine. sed patre anteā decedente quam sciret, hoc est, ratum haberet, actio redit ad filium: ideò filij persona comprehendenda est in stipulatione. & sic æstimatur iudicium non secundum quod est. sed secundum quod est: potest. & sic aduentitij casus æstimantur contra ff. qui & à quibus ma. liberi non fiant. l. 1. & ff. de furtis. l. cum qui in stipulatiōe rem ratam haberi tenetur fideiussor. vt ff. eod. l. si fine. §. si in stipulatione. quæ distinctio locum habet in cæteris actionibus filio competentibus, & hoc dominus meus R. illud in fi. nota, quòd si stipulatio sic interposita rem ratam dominum habiturum quod dominus debeat habere ratum intra tempus legitimum infra quod potest ratum haberi: alioquin ratihabitio nihil operatur. vt ff. eod. l. bonorū. & l. pater. §. vltim.

Si aliquis fit procurator Rei, & satisdedit iudicatum solui & postea non defendit, vel defendendo committat dolum, vel non soluat quod iudicatum est, conuenitur actione ex stipulatu pro illo soluendo.

De actione ex stipulatu iudicatum solui. Rubrica.

1 *de Mandato si constet, quare procurator debeat satisdare iudicatum solui.*
2 *in Stipulatione iudicatum solui sub conditione, quare aliæ duæ contineantur, scilicet, de re defendenda, & de dolo malo non committendo.*
3 *L. vel operis de procurato. de qua operis noui nunciatione loquatur. &c.*
4 *Actio ex stipulatu vt competat, quot exigantur.*

3 Pro-

5 Procurator in rem suam, an teneatur defendere illum cu ius nomine actionem intentat.

6 Pracurator in rem suam, an omnium actionum nomine defendere teneatur.

7 Procurator in rem suam, an in perpetuum defendere teneatur.

8 Satisdatio si fuit præstita, & procurator defendere nolit, sed velit pati stipulationem committi, nunquid ad defendendum compelli possit.

9 Procurator actoris ex qua satisdedit iudicatum solui, quare præcisè defendere compellatur, cum dominus eius conueniebatur: procurator autem Rei non.

10 Certum, quòd nõ possit existere aliquis qui defendat, quomodò fieri possit.

11 Positiones actorũ & Rei in actione in ex stipul. iudi sol. nu. 12.

13 Libellus in actione ex stip iudic. sol. quomodo concipiatur.

14 Stipulatione præstita iudicatum solui, si Reus non defendatur, inquantum stipulatio committatur.

15 Procurator si ex mandata defendit, quid prosit agenti, fideiussores recipere, cùm procurator ex re iudicata non conueniatur.

16 Procuratorem, tutorem, curatorem stipulari posse iudicatum solui, quomodò intelligatur.

17 Fideiussores qui satisdant iudicatum solui, si defensionẽ omittant, quomodò ipsi domino mandati actione teneantur.

EST & alia stipulatio iudicatum solui, quę interponitur hodie à procuratore Rei, etiam si constet eũ habere mandatum. vt Instit. de satisda §. sed hodie. & C. de satisd. l. vnica. quam satisdationem præstat etiam si ditissimus sit, & si consularis. alioquin non ad-
1 mittitur ad defendendum. vt ff. de procu. l. minor. §. vltim. & l. qui proprio. §. qui alium. † QVAESTIO. Sed in primis quæritur: si constat de mandato quare debet satisdare iudicatum solui, vt dixi: procurator autem actoris non satisdet de rato, si constet de mandato: vt in superiori actione notaui. Respondeo ratio est in promptu. procurator Rei tenetur ad tria, scilicèt quòd defendat, & quòd in defendendo dolum non committat, & soluere iudicatum, quòd litera sonat: has enim tres clausulas continet iudicatum solui. vt ff. iudicat. solu. l. iudicatum sol. vnde ideò satisdat vt defendat, & quod in defendendo nõ committat dolum. mandatum enim hoc operatur, quòd non teneatur satisdare quod litera sonat, id est, soluere iudicatum: adeò quòd defendat, & sine dolo, actio iudicati non dabitur contra procuratorem, sed contra dominum, propterea quòd defendat
2 cum mandato, alioquin teneretur. vt ff. de proc. l. Plautius ait. & ff. de re iud. l. si se non obtulit. † QVAESITO. Sed illud quæritur quare sub hac conditione iudicatũ solui continentur illæ aliæ duę, scilicet de re defendenda, & de dolo malo, scilicèt non committendo. Respõdeo: ideò has duas interpositiones assumit hæc stipulatio, ne quid in fraudem huius stipulationis fiat contra debitorem procuratore non defendente: vel ne debitor condemnetur iniustè procuratore dolosè quid faciente. & hæc R. est & alia ratio: qui promittit iudicatum solui de necessitate promittit & alia duo: quia sine illis ad sententiam nunquam posset perueniri: & sic non videtur aliquid promittere. nam quotiescunque quis aliquid promittit & ea videtur promittere sine quibus promissum expediri non potest. vt arg. ff. de iurisd. om. iud. l. 4. & ff. de procur. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. OPPOSITIO. Item adhuc instatur: superfluè videntur illæ duæ clausulæ. s. de defendẽdo & de dolo: & si sint superfluæ, ergo non interponendæ. vt ff. de procura. l. non cogendum. & ff. vt in pos. leg. l. si is à quo. & ff. vt leg no. ca. l. hæc stipulatio. quòd sint superuacuæ probo. Si enim procurator non defenderet, mitteretur actor in possessionem. vt ff. de bo. auth. iud pos. & C. de bonis autho. iudic. possi. per totum. & ff. ex quib. causis in possess. eatur. l. 1. & l. hoc autem. imò lex dicit, quòd videatur procurator defendere dominum etsi patiatur in possessionem venire, vel ex causa damni infecti, vel ex operis noui nunciatione, vel legatorum, vel ex causa noxali patiatur seruum duci: ita quòd satisdet rem ratam dominum haberi. vt ff. de procura. l. sed hæ personæ. §. vlti. & l. vel in operis. Respondeo: propter hoc quod opponis nihilominùs defendendo debet stipulatio interponi. potiùs enim interest actoris Reum defendi ad hoc, vt condemnetur sibi Reus, & si non fuerit à sententia appellatum, mandatur executioni post quatuor menses. vt C. de vsur. rei iudic. l. 2. & vltim & C. de his qui ad eccles. confu. l. vltim. & ff. de re iudic. l. à diuo. Si enim mittitur actor in possessionẽ propterea quòd Reus non defenditur, in personali quandocũque veniens Reus auditur vsque ad annos 30. vt C. de bonis author. iudi. possi. Authent. & qui iurat. in reali ante litem vsque ad annum, post non: vel post litem cõtestat. non auditur. vt C. de præscript. 30 anno. l. si quis emptionis. §. vlti. & C. vbi in rem actio. l. 2. & C. de iudici. l. properandum. Item stipulatio de dolo videtur superflua: nam & præter stipulationem tenetur de dolo, si dolum committat vt ff. de dn. l. eleganter §. si procurator. Respondeo: propter hoc non est superflua, quia plus obligatur & strictiùs per istam quam per illam. nam ista cum sit prætoria, desiderat personas pro se interuenientes. vt ff. de præto. stipu. l. prætoriæ. quod in actione de dolo non est. Item tertia clausula, scilicet soluere iudicatum. quando mandatum non interuenit, non est superflua, imò necessarijssima: si enim illa non interueniret, iudicium esset delusorium, quòd iura noluit. vt ff de iudic. l. si prætor. & argumen ff. ne quid in loco publ. l. vlti. in fin. esset ita derisorium: quia iudicium autem non præiudicat absenti, ergo ad hoc vt ille teneatur, scilicet soluere iudicatum, illam stipulationem interponit. Illud mirabile videtur, quod suprà dixi, per d. l. sed hæ personæ. §. vltim. Respondeo: illud intellige, quando expediebat potiùs domino, quod aduersarius mitteretur in possessionem, quam quòd in causa procederetur. OPPOSITIO. Sed opponitur: quòd ibi dicitur, quòd debeat iste procurator, qui patitur, mitti aduersarium in possessionem satisdare rem ra. dominum habiturum vt in prædict. l. ff. de procura. l. vel in operis. cum aperiè dicatur contra ff. de operis noui nunciat. l. de pupillo. §. vltim. & l. ideò. sed soluit dominus meus, quòd ibi dicitur cautionem rem ratam dominum habiturum non præstari, intelligendum secundum communes regulas quæ sunt: vt procuratores reorum non satisdent: hic autem dicit eam præstari habito respectu ad quasdam exceptiones. sicut & aliàs procurator Rei satisdat in Rei vendicatione rem ratam haberi. vt ff. de procurat. l. Pomponius. §. 1. quæ satisdatio ideò præstatur, ne quod factum est dominus posset infringere: scilicèt de missione in possessionem, vel de seruo ducto ex causa noxali. Vel melius vbi procurator patitur me ire in possessionem, ibi satisdat rẽ ratam habiturum dominum. vt in C. de procurat. vbi autem defendebat dominum conuentum vel seiptum: quia impediebat, tunc non satisdat. vt in dd. ll. de ope. noui nun. vel quòd est verius in titul. de procurato. loquitur quando nunciato erat facta domino qui cauit de opere demoliendo si appareat iniuste ædificatum: quæ cautio committitur siue sit iudicatum: siue res nõ defendatur. vt ff. de ope. noui nuncia. l. stipulatio de operis. §. habet autem. Si ergo procurator cauit de defendendo domino: qui sic cauerit, patietur aduersarium i. e. in possess. debet cauere de rato: & sic videtur dominum defendere. & hoc dominus meus. † QVAE- 3
STIO. Item adhuc quæro de qua operis noui nunciatione & rui sit facta, vel à quo. loquatur. ff. de procurat. l. vel operis. vbi dicit quòd procurator satisdet rem ratam habiturum dominum Respondit dominus meus, in nunc. noui oper. facta ipsi procuratori, ne [illegible] operis noui faceret: nihilominùs agitur contra eum vt [illegible] lat. ipso autem iure se non defendente mittitur aduersarius in possess. oper. vt ff. de dam. infect. l. à quo S ait pro-

procurator nondum fecit opus, cogitur nuncianti cauere, non priùs se facturum quàm si probet se iustè facere. vt ff. de oper. noui nunciat. l. si priùs. in eo autem casu in quo factum est opus debet præstare patientiam nuncianti opus destruendi & ob id mittitur in possessionem procuratore eius patiente, cui alienatum est. vt ff de oper. noui nunciat. l. penult. & vltim. & hoc do-
4 minus meus. † Ad hoc vt locum habeat ex stipulatu actio iudicatum solui, tot sunt necessaria, quot diximus suprà in actione ex stipulatu. Est & aliud necessarium, quod ille qui hanc stipulationem interponit, velit defendere: alioquin inuitus non compellitur. vt C. de procura. l. inuitus. & hoc in procuratore Rei. procurator autem actoris, de simplici loquimur, secundum quosdam compellitur ad defendẽdum: sed hoc admitto causatiue non præcise: quia si non defendat, denegatur ei actio, quam intentat nomine domini: vel denegatur ei actio scilicet contra dominum: quia non habet contra eum contrariam mandati pro expensis. & hæc est pœna procuratoris: nam quòd denegetur ei actio quam nomine domini intentat non est pœna, licèt forte videatur pœna ex quo aliquia non pót facere quòd vult: & sic intelligatur vt ff. de procur. l. inuitus. § pœ-
5 na. & C. de procur. l. actio. † QVÆSTIO. Quid autem de proc. in rẽ suam: nunquid tenetur defendere illũ cuius nomine actionem intentat? Respon. si ex causa lucratiua sit factus procurator, tenetur. alioquin non: nisi ex causa necessaria esset factus in fraudem creditorum: tunc enim tenetur defendere. vt ff de procurat. l. pater. & l. seruus. §. vltim. & l. si quis in rem suam. & hoc plenè notat dominus meus in summa de procurato. ideò
6 sub breuitate procedo. † QVÆSTIO. Sed quærit dominus meus, nunquid tenetur defendere, nomine omnium ac ...num? lex videtur velle quòd sic. vt ff. de procurat. l. omnium. Sed ipse respondit omnium, scilicèt, præsentium competentium tempore susceptæ procurationis & tempore interpositæ stipulationis. vt ff. de negot. gest. l. nam & seruus: §. si viuo Titio. & ff. de dam.
7 infect. l. damni. §. si is qui QVÆSTIO. † Item nunquid in perpetuum tenebitur defendere? Respon. non nisi vsque ad duos menses. vt C. de fideiussori. l. penul. nam ibi alium staturum: hic autem alium defensurum, vel tempus moderabitur à iudice. vt ff. de damno infect. l. qui bona. §. vltim. & l. infinita. Secundum, quòd hæc stipulatio sit præstita: alioquin si aliquis admisit ad defendendum aliquem, & non perijt satisdari ille quidẽ sibi imputet quòd talem defensorem admiserit. vt ff. iudicat. sol. l. iam tamen. §. nunc videamus. Tertium, quod ista stipulatio petatur in ipso litis limine, hoc est, ante litem contesta. cæterùm posteà non peteretur: sicut nec ratihabitio. vt C. de satisdando. l. vnica. in fi-
8 ne. & ff. de procurat. l. Pompon. § rati. † QVÆSTIO. Sed pone quòd fuit præstita hæc satisdatio: nunc procurator non vult defendere, sed vult pati stipulationem illam committi: nunquid poterit compelli ad defendendum? Respon. leges inter se variare videntur. nam ff. de procuratore. l. filius. §. vltim. dicit quòd compellatur nisi habeat iustas excusationes. Idem dicit ff. de procurat. l. si defunctus. & l. sed hæ personæ. §. præter satisda. & l. mutus. § qui non cog. Sed in titul. de procurat. in l. non cogendum. dicit Sabinus nullas esse partes iudicis ad compellendum defendere: sed satis est si patiatur stipulationem committi. Sed respondeo: omnes leges prædictæ locum habent in procuratore actoris: quia actor agebat & conueniebatur: & ideò satisdat iudicatum solui. & ideò compellitur vt defendat, siue dominus satisdedit pro eo. vt in l. illa, filius. siue ipse pro se: vt in legibus illis. sed hæ personæ. & l. mutus. Procurator autem Rei si ipse satisdedit non compellitur defendere. vt in l. illa, non cogendum. si autem dominus satisdedit pro eo tunc compellitur. vt in l. illa, si defun-
9 ctus. QVÆSTIO. Sed illud quæritur, quare procurator actoris ex quo satisdedit iudicatum solui, præcisè compellitur defendere, cùm dominus eius conueniebatur: procurator Rei nó? Dominus meus respódit ideò quia procurator actoris ex quo vult agere, non aliter admittitur, nisi satisdet vt defendat: & ita illo satisdante habet votum suum, quòd possit agere: & ita quodammodò pro vtilitate agentis illa satisdatio interponitur. quòd in procuratore rei contrarium est, vt notat dominus meus in l. illa, filius. in fin. Sed mirum est, quòd dicitur, quòd procurator actoris præstet satisdationẽ iudicatum solui, cùm non teneatur præstare, nisi rem ratam haberi, vt in superiori actione notaui. Respon. vt cesset dubitatio attende generaliter: procurator actoris non satisdat nisi rem ratam haberi. iudicatum autem solui satisdat quando illi obijcitur vt defendat, vt dictum est. in omnibus duplicibus iudicijs, scilicèt, cómuni diui. finium regundorum, famil. ercis. quia in illis sustinet vicem actoris & Rei, ideò satisdat rem ratã haberi dominum, & iudicatum solui. vt ff de procur. l. si defunctus. §. vlt. & ff. de iud. l. in his. & ff. famil. ercis. l. inter cohæredes. §. qui famil. Procurator autem rei satisdat generaliter iudicatum solui: sed rem ratam haberi satisdat in quatuor casibus. Primus in causa liberali: secundum quod vno modo ponitur casus. Secundus in causa restitutionis. Tertius in crimine suspecti in causa status: & in crimine suspecti non satisdat iudicatum solui: quia non posset committi maximè ex vltima clausula. Sed quando committitur, & ad quid stipulatio de rato in causa status interposita? Respondeo, quando pronunciabitur iste liber domino agẽte ad interesse expensarum, non libertatis, quæ est inæstimabilis. vt ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. l. vlti. Quartus in rei vendicatione. vt ff. de procuratore. l. nó solum. §. si status. & §. est casus. & §. item ait. & l. Pomp. §. sed & his. In personali autem actione non satisdat, rem ratam habiturum dominum, quia de bursa sua soluit. vnde habeat ratum vel non dominus, quo ad rem, solutum repeti nó potest. Quartum, quòd ille qui vult esse procurator ex parte Rei, non sit minor 25. annis: licèt procurator actoris possit esse minor: vt suprà in superiori actione notaui, & etiam quæ sit ratio. Quintum, vt ille idem iudex sit coram quo præstita fuit illa stipulatio: alioquin si sit mutatus stipulatio illa non committitur. vt ff. iudicatum sol. l. si quis apud aliquã. & l. cùm apud Sempronium. Sextum, vt non defendat, si agat ex prima clausula: sed si agat ex secunda, vt dolum committat: si agat ex tertia sit condemnatus, & nó sit appellatum. vt ff. iudicat. solui. l. 3. §. si Reus. & l. iudicatum solui. Septimum, quòd lis illa duret: cæterùm si sit mortua, quia perijt instantia iudicij, putà triennio olim, hodie anno & dimidio. vt C. de iudici. l. properandum. & C. quomodò & quando iudex. Authent. qui semel. non committitur illa stipulatio. vt ff. iudicatum solu. l. 2. Octauum, quòd ex vna causa commissa sit: vel quia non defendat, vel quia dolum commisit, vel quia sit iudicatum, nunquam ex alia committi potest. vt ff. iudicatum solui. l. ita tamen. §. in hac stipulatione, quia plures. & l. cùm quærebatur. Nonum, quòd donec potest existere qui defendat, stipulatio ob rem non defensam non committatur. vt ff. iud. ca. solui. l.
iam tamen §. ob rem. † QVÆSTIO Sed quæritur quo- 10
modò possum esse certus, quòd non possit existere aliquis qui defendat? Respondeo: si seruata sit solennitas legis. ff. ex quibus caus. in poss. eat. l. hæc autem. & non appareat aliquis qui defendat, certum est illum non defendi, & sic ista stipulatio committetur. Decimũ, quòd stipulator qui recipit satisdationem iudicatum solui non sit hæres ei qui satisdedit vel possessori. vt ff eo l. si prætor. In hac autẽ actione actor facit tales po-
sitiones. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tu 11
sponte talem defendisti. Item pro eo iudicatum solui satisdedisti. Item tu satisdedisti & ante litem. Item tu es maior 20. an. Item Titius erat iudex quando tu satisdedisti, & ipse idem adhuc durat. Item tu omisisti defensionem. Item dolum commisisti in defendendo. Item tu fuisti condemnatus, & non appellasti. Item tu defendisti sine mandato. Item lis adhuc durat. Item citati fuerunt omnes qui deberent defendere, & omnes
defuerunt. Econtrà Reus fac. tal. positiones. † POSITIO 12
REI. Ego dico, quòd ego defendi Titium. Item tu neglexisti

neglexisti petere satisdare tibi. Item ego sum minor
25.ann. Item iudex ille primus qui de causa illa cogno-
scebat, mutatus est. Item lis illa periit. Item ego defen-
di vsque ad sententiam & fideliter. Item sum absolu-
tus. Item ab illa sententia fuit appellatum. In hac au-
13 rem actione concipiet actor libellum sic. † Libellvs.
Ago ego R. contra M. qui cùm Titium in iudicio defen-
deret, & satisdedisset mihi pro eo iudicatum solui, e-
um non defendit, vel in defensione dolum commisit:
vel fuit mihi condemnatus, cùm sine mandato defen-
disset. vnde quia mea tanti interest, pone in decē, quòd
ille defendisset, vel quòd dolum non commisisset, ideò
illa decem peto: propono condictionem ex stipulatio-
ne. Aut si vis agere ex vltima clausula sic dicas. vnde
quia fuit condemnatus in 20. illa 20. peto: propono cer-
ti condictionem ex stipulatione. Quòd sic rectè conci-
piatur libellus dicit ff. eod. l. iam tamen. §. 4. & l. cū quæ
rebatur. & l. iudicatum solui stipulatio expedita. Op-
positio. Sed non videtur, quòd libellus in aliqua præ-
dictarum clausularum possit bene concipi. si enim ille
qui satisdedit iudicatum solui, & sic de defendendo, si
non defendit, quid interest mea quomodo possum sci-
re quid mea intersit. certè non videtur. & sic ad nihi-
lum videtur, quòd possit agi. Respondeo: imò possum.
Si enim defendisset, in tantum fuisset conditio mea me-
lior: pone in 10. quia habui testes illo tempore, qui for-
tè modo mortui sunt: vel fortè sicut vides per instru-
menta mea obtinuisset contra illum qui eo tempore e-
rat soluendo, modò factus est non soluendo. Opposi-
tio. Item ex secunda clausula non videtur quòd possit
concipi libellus, esto quòd commiserat dolum in de-
fensione, vt non videatur defendisse: & sic agit ex pri-
ma clausula quasi non videretur defendisse. vt argu. ff.
de arbit. l. ita demum. Respondeo, imò agit: licèt enim
quantum ad officium non videatur defendisse, defen-
dit tamen: & ideò actio ex stipulatu quando interesse
est incertum, vel certi condictio ex stipulatione, quā-
do est certum, locum habet: non habet locum de dolo,
cum alia habeat. vt ff. de dol. l. 2. & C. de dolo. l. de dolo.
Oppositio. Item ex vltima clausula, scilicèt iudica-
tum solui non videtur quòd possit agi neque contra il-
lum qui defendit, neque cōtra fideiussores. & hoc pro-
bo his rationibus. Certum est, quòd omnis ille qui de-
fendit, est condemnandus. vt ff. de neg. gest. l. liberto
vel amico: siue interueniat defensor ab initio siue post
eà: siue defendat cum mandato siue sine mandato. vt C.
de procura. l. nihil arbitramur. & ff. de his qui no. infa.
l. furti. §. si quis alieno. & ff. de obseq. à liber. pat. præst.
l. 2. reprobata M. sententia, qui dixit procuratorem seu
defensorem cōndemnandum, qui à principio interue-
nit. Cæterùm si posteà dominus debet condemnari, vt
argum. C. de sentent. & interlocu. omnium iudi. l. 1. Sed
nos subaudimus ibi maximè. licèt M. respondeat illi l.
nihil arbitramur interesse quantum ad personam con-
stituentis procuratorem & constituti. Si enim coodé-
natur defensor, vt dictum est: competit actori senten-
tiam executioni mandari. vt ff. de re iudici. l. à diuo. &
C. de execut. rei iudic. l. 1. & hoc quando sine mandato
defendit. vt ff. de procurat. l. Plaucius. & ff. de re iudic.
l. si se non obtulit. Item si defendit cum mandato: aut
ille quem defendit, est non soluendo, & tūc idem, quia
ipse conuenietur, & sententia contra ipsum mandabi-
tur executioni. aut est soluendo, & tunc sententia man-
dabitur executioni contra illum, vt superius dictum
est. Respondeo: ex hac vltim. clausula potest agi: siue sine
mandato defendit, & hoc planum est, siue cùm manda-
to, & ille dominus soluendo non sit. Si tu dicis, quare
non petis sententiam executioni mandari. hoc non ob-
stat: quia si habeo plura beneficia, est in potestate mea,
quo velim vti: maximè cùm intersit mea plures habere
debitores, & plura auxilia. vt ff. de libe. leg. l. 1. & est o-
ptimum arg. pro hoc ff. de bon. author. iudi. pos. l. præ-
tor. § pe. Vel ideò agitur ex hac stipulatione contra il-
lum qui promisit & contra fideiussores: quia non inue-
niebatur aliquid mobile vel immobile, vel etiam no-
mina in quibus posset sententia executioni mandari,
vt dicit ff. de re iudi. l. à diuo. Vel agit hac actione ex
voluntate, sicut & C. de re iudi. l. 2. §. si autem. † Quæ- 14
stio. Sed quærit dominus meus & præceptor R. si præ-
stita satisdatione iudicatum solui Reus non defendi-
tur, in quantum stipulatio committatur? dixi quòd si
post litem contestatam stipulatio committatur, quod
Reus possit contracto ex commoditio condemnari & agi
poterit similiter cōtra fideiussores in quantum potuit
ipse Reus condemnari, si causam defenderet. vt ff. eod.
l. cum quærebatur. & l. iudicatum solui stipulatio. Si
vero ante litem contestatam Reus non defenditur, quæ
ritur vtrum committatur? Quidam dicunt non com-
mitti. vt ff. eo. l. cum quærebatur. & ita ibi glossauit R.
dominus meus R. putat committi. vt ff. de procura. l. nō
cogendum. Sed in quantum committitur, quæritur? di-
cunt quidam quod iudex non possit ante litem conte-
statam ad condemnationem procedere, vt committa-
tur ratione sumptuum. Ipse autem respondit sic: fide-
iussorem ob rem non defensam conueniam, & si puta-
uerit non defendere, condemnabitur in quantitate,
pro qua satisdatum fuit, si liquidè appareat iudici cō-
demnādum fuisse, si fuisset iudicium prosecutus. con-
tinet enim eandem quantitatem illa clausula ob rem
non defensam, quam res iudicata. vt ff. eod. l. iam tamē
1. responso: & l. iudicatum, & l. cùm quærebatur. & hoc
dominus meus. Quæstio. Item quæritur si procu- 15
rator defendit ex mandato, quid prodest agenti reci-
pere fideiussores, cùm procurator non conueniatur ex
re iudicata? Respondit dominus meus R. si fortè domi-
nus non sit soluendo, conuenientur fideiussores cum
effectu: vel licèt non proderit quantum ad clausulam
rei iudicatæ, proderit tamē ad reliquas clausulas: quia
dominus ex reliquis conueniri non potest. vel prodest
si fiat nouatio ex iudicij exceptione, & hoc dominus 16
meus R. Quæstio. † Item quæritur procurator, tu-
tor, curator, stipulari possunt iudicatum solui. de pro-
curatore intellige sine habeat speciale mandatum: si-
ue vniuersorum bonorum: siue habuit ratum domi-
nus. si autem coniuncta persona agat sine mandato &
ei satisdetur iudicatum solui. & posteà coniuncta per-
sona cuius nomine agebat, non habeat ratum illud iu-
dicatum, stipulatio iudicatum solui interposita non
committitur, sed ex integro debet cauere: licèt enim
sit coniuncta persona, non tamen est procurator. vt ff.
eod. l. iam tamen. 1. responsio. quid est quod ibi dicitur,
quòd stipulatio non committatur? Respondeo: non cō-
mittitur ideò, ex quo enim non habet ratum coniuncta
persona illud iudicium, quòd fecit hic procurator eo
nomine, quare deberet ista stipulatio committi? Item
quòd de tutore legitur, intellige si administrat. cæte-
rùm si non administrat, non potest stipulari. vt ff. eod. l.
iam tamen. §. 1. Sed mirum est quòd hic tutor, qui non
administrat, non possit stipulari, cum aliàs tutor & si
non administrat, possit tamen pupillus eius auctorita-
te hæreditatem adire. vt ff. de acquir. hære. l. pupillum.
Respon. hęc est ratio. si tutor non administrat videntur
omnia sibi denegata, quæ in administratione continē-
tur: sicut concessa administratione conceduntur & om
nia quæ ad administrationem pertinent: ideò nec sti-
pulationem potest exigere tutor, qui non administrat:
cum exigere stipulationem sit de administratiōe, quòd
in hæreditatis aditione non est: quia in ea acquirenda
præstat tutor auctoritatem non ideò quia administrat,
sed quia tutor. † Quæsitio. Item quæritur: legitur ff. 17
eodē. l. iam tamen. § in hac, quòd fideiussores qui satis-
dant iudicatum solui, si defensionem omittant, quòd
non teneantur mandati actione domino: hi. n. in quan-
titatem interuenerūt. & hoc si fuit illis mandatum nō
in defensiōe: sed quomodo potest hoc esse, cùm illi qui
promittit iudicatum solui videtur etiā promittere de-
fensionem. vt ff. eo. l. iu. sol. Responden: hic fideiusserūt
tantum pro vlti. clausula. i. solui iudicatum alioquin
tenentur defendere, & domino obligarentur actione
mandati. & hoc dicit litera sequens. hi enim in quan-
titate &c. Item illud nota. quòd si aliquis vult defen-
dere alium, debeat in solidum defendere: alioquin non
admit-

admittitur. vt ff. eod. l. ex clau. cum defendere sit idem facere, quòd dominus facturus esset. vt ff. de procura. l. sed hæ personæ. §. defendere. Vnde plures hæredes debent vnum defensorem constituere actore hoc volente, ne defensio per plures scissa incommodum actori faciat: licèt hæredibus actoris non imponatur necessitas agere per vnum. vt ff. eod. l. iam tamen. §. pe. Sed hoc attende, quando vnica actio proponitur ab actore: sed si plures pro singulis actionibus singuli erunt defensores. vt ff. de procurat. l. omnium. & l. non tamen. & ff. de exercitoria. l. 1. in fi. & l. sequen. Et sic opponitur quòd fauorabilior sit actor quàm Reus, quòd iura nolunt. vt ff. de reg. iur. l. fauorabiliores. & ff. de act. & obli. l. Arrianus. Respondent quidam, quòd aliquando contingit sicut in prædicto exemplo. & aliàs. ff. de iud. l. si quis intentione ambigua. Vel melius. non facit hoc fauor personæ, sed fauor actionis: cùm enim actio sit indiuidua, ideò non possunt defensores plures existere, sed plures actores sic: quia ipso iure diuiditur æs alienum. vt C. si certum petat. l. 1. & sic cuilibet sua quantitas debetur. vt ff. famil. erciscun. l. 2. & l. planè. Item no. quòd ibi fieri debet defensio vbi agitur. vt ff. eod. tit. l. iam tamen. §. vltim. & ff. de iudi. l. venditor. Item quæritur si quis aliquem defendit, nec satisdedit iudicatum solui, quia non fuit ab actore petitum in principio: vel si aliquis egit nomine alterius, & sine mandato nec fuit ab eo petita satisdatio rem ratam habiturum dominum, & fuit procurator re condemnatus, vel procurator actoris subuenit, contra quem mandabitur sententia executioni: aut quid faciet ille qui obtinuit? nam videtur, quòd sententia sit elusoria, quòd esse non debet. vt ff. de iudi. l. si prætor. & ff. ne quid in loco pub. fin. l. vltim. in fin. Quòd sit elusoria probo: domino absenti nõ præiudicat, nisi habeat ratum. vt ff. de procu. l. licèt. & ff. de iudici. l. licèt. & ff. rem ratam hab. l. Paulus respondit. Contra procuratorem non ago: quia mihi non satisdedit, nec iudicatum solui, nec rem ratam dominum habiturum. Respõ. in vtroque casu sententia mandabitur executioni contra illum procuratorem, qui se liti obtulit: cum sciret cautum non esse. i. sibi mandatum non esse, nec mihi cauisse. vt ff. de procura. l. Plautius. & ff. de re iudi. l. si se non obtulit. sicut in rei vendicatione & petitione hæreditatis in qua is qui se liti offert condemnatur ac si possideret. vt ff. de peti. hæred. l. is qui se liti. & ff. de rei vendi. l. is qui se liti. & hoc sustineri potest in procuratore Rei seu defensore eodem modo. Sed succumbente procuratore actoris, quia Reus fuit absolutus quid faciet Reus? Respondeo: & dico quòd habebit actionem in factum ad interesse suum quatenus sua interfit, quòd dominus haberet ratum. vt ff. de præscri. verb. l. quoties. Nam & aliàs procurator actoris vel Rei licèt satisdarent, & postea succedant domino: licèt ex priori stipulatione non possint conueniri, conuenientur postea sicut hæredes. vt ff. iudi. sol. l. si ante.

De actione ex stipulatu nomine damni infecti interposita ab eo, qui habuit domum vitiosam. Rubrica.

1 *Actio ex stipulatu damni infecti vt competat, quot necessaria sint.*

2 *Libelli in actione ex stipul. damn. infect. quomodo concipiantur.*

De quarta stipulatione & actione ex stipulatu nomine damni infecti non curo multum prosequi, quia plenè dixi suprà in tractatu de damno in-
1 fec. circa fin. † Hoc tamen addo, quòd ad hoc vt ista cõperat, oporteat quod omnia ferè interueniant, quæ diximus ibi. Oportet etiam aliud interuenire, scilicèt quòd damnum sic datum, scilicèt quod domus ruinosa ceciderit. Secundum, quòd vitio operis damnum contigerit, non si extrinsecus. vt ff. de dam. infec. l. damn. §. Sabini. & l. fluminum. §. hæc stipulatio. & §. idem Seruius. & §. quanquã. Et accipias sit damnum diminutionẽ rei nostræ. vt ff. eo. l. 2. non autem lucrũ. vt ff. eo. l. fluminum. in fi. & l. Proculus. Item hæc stipulatio continet interesse agentis, quòd attenditur circa parietem, qui cecidit propter domum ruinosam, & continet fulturã ædificij, & pensiones inquilinorum, qui migrauerunt iusto metu ruinæ. Item & si iusto metu ruinæ nõ potuit dominus locare hospitium. & si quid mihi damni contigerit aquæ ducendæ causa in fundo. vt ff. eod. l. in hac. & l. sed si conducere. & l. damni. Imò etiam si nouum parietem ego refeci, qui hactenùs cecidit propter ruinam, æstimabitur impensa refectionis moderata: quia illud consideratur quòd habet modo meliorem parietem: non tamen habebitur ratio incrustationum, quæ fuerunt in antiquo pariete. vt ff. eod. l. inter quos. §. vltim. & l. ea damni. In hac autem acti. conci. sic libellũ. LIBELLVS. † Ago ego R. contra M. qui cùm domus sua ruinosa minaretur ruinam domui meæ, promisit mihi so. nomine damn. infec. vnde quia domus illa cecidit, & domum meam vel parietem illam destruait, quòd dãnum æstimo 20. ideò peto: propono certi condictionem ex stipulatione. Vel si non vis æstimare damnum dicas: vnde illud damnum mihi resarciri peto: propono actionem ea stipulatu. Vel si ædificaui parietem qui cecidit propter illam ruinam, in cuius refectione expendi 20. vnde illa 20. peto: propono certi condictionẽ ex stipulatione. Quòd sic rectè concipiantur libelli probant iura prædicta. OPPOSITIO. Sed opponitur: nõ posse agi videtur ad aliquid prædictorum: nam metu ruinæ dominus ædificij ruinosi promisit mihi nomine damni infecti: vnde nihil certum in promissionem deuenit. ergò non videtur quod certi condictio possit intentari. Item cum damnum mihi emendari nõ sit promissum, sed tantum nomine damni infecti, nihil videtur mihi promissum: nam promisisti mihi nomine damni nondum cõtingentis, & sic promisisti nomine damni futuri. Respõdeo: imò rectè ago. statim enim ex quo paries ruinosus factus est, tunc damnum accipere videor. vt ff. eodẽ. l. damni infecti. §. Sabini. & l. prætor. §. hoc edictum.

De actione ex stipulatu interposita ab ædificante, cui nunciatum est nouum opus: si apparebit eum iniuste ædificasse. Rubric.

1 *Actio ex stipulatu interposita ratione operis noui, &c. vt competat, quot requirantur.*

2 *Confessoria si agatur quomodo mißio fieri poßit, cùm confessoria sit in rem.*

3 *Nouum opus cui nunciatum est, nihilominus, iudex ex officio suo mittit in possessionem faciendo caueri, fortè compellendo captis pignoribus.*

4 *Libellus in actione ex stipul. ratione noui operis, quomodo formetur.*

5 *Non defendi, qualiter quis dicatur.*

6 *Docere in actione ex stipul. rat. non oper. quis debeat, vtrùm ille qui satisdat, quòd iustè ædificet, vel ille cui satisdatum est, quòd iniustè ædificauerit.*

7 *Poßeßio sola an pro ædificante sufficiat, vt dicatur nunciantem probare debere.*

8 *in Actione ex stipulat. de no. operis quid sit, in obligatione vel quid præcisè peti debeat, vtrum restitutio operis vel interesse.*

De quinta ex stipulatu actione non multum curo prosequi, quia plenè tractaui suprà in tractatu edictorum de operis no. nunciat. tamen addam a-
liqua. † Vnde ad hoc vt competat, sunt ferè illa necessaria, quæ diximus ibi. Est & aliud necessarium, quòd ille qui ædificauit, satisdederit, si in loco priuato: si in publico, quòd caueat: vt si appareat eum iniustè ædificasse, quòd debeat destruere. vt ff. de ope. no. nun. l. prætor. §. hoc interdictum. & §. deinde. & l. stipulatio. Item est necessarium, quòd sit iudicatum illum iniustè ædificasse: vel si non defendat se qui satisdedit vel cauit, scilicet quòd iustè ædificauerit. vt ff. eodem. l. stipulatio. §. sinc autem. OPPOSITIO. Sed videtur mirum vt 2

ille qui satisdedit, si non defendit, quòd stipulatio cõmittatur. vt in prædicta l. stipulatio. §. siue autem. scilicèt vt boni viri, id est, iudicis arbitratu res restituatur: & sic destruatur opus, si hoc prætori placuit: alioquin condemnabitur Reus ad interesse. vt in prædicto §. sed hoc qualiter intelligatur quære supra in actione commodati, in tractatu ciuilium. Sed insurgunt iura contraria: nam legitur ff. eod. titu. l. si priusquam. quòd aut defenditur ille cui nunciatum est opus nouum, & tunc iudex præcipiet, quòd caueat ille non priùs se ædificaturum quàm vltro egisset, id est, infra tres menses. vt C. de oper. no. nun. l. vnica. sibi ius esse ædificare: si verò non defendatur ille qui nunciat, officium iudicis erit, vt caueat ille qui nunciauit opus nouum, non nũciaturum, nec operi ob futurum, id est, nociturum: sed debet de iure suo probare quomodò competat sibi ius nunciandi, vel ex causa publica, vel ex naturali, vel ex impositiua. vt ff. eodẽ. l. de pupillo. §. meminisse. & sic punitur is qui non defenditur, vt fiat de possessore petitor. vt in prædict. l. si prius. & sic secundum hanc legem non differetur opus, propterea quòd non defenditur aduersarius. Item alibi habetur & legitur ff. de damno infect. l. à quo fundus petitur. quòd si tu ædificatum habes à me, qui peto fundum, id est, seruitutẽ fundi, talis petitio instituitur, scilicèt quia ago ius non ita tibi ædificatum habere. & sic intendo negatiuis verbis confessoriam, quòd possum. vt ff. si seruit. vendi. l. quando. §. cùm in domo. si tu non defenderis in me nó transferenda est possessio: non vt ædificium destruatur: hoc enim esset iniquum demolitionem protinùs fieri: sed si infra certum tempus, hoc est, infrà tres menses, vt dixi, non docueriste iustè ædificasse, posteà destruitur. & sic legitur litera istius l. à quo. quòd verba certiæ personæ resoluantur in primam personam, vt in diuinis. hic est discipulus ille quẽ diligebat Iesus &c. Item ita intellige vt exposui: si tu habes ædificatum à me non ita vt multi stulti: & sic non incontinenti destruetur opus propterea quia aliquis non defenditur. OPPOSITIO. Item alibi legitur quòd si familia tua prohibeat aliquem vti seruitute, si non defendaris: vel si non defendatur familia tua, actor mittatur in possessionem bonorum aduersarij: nec actor antè discedat de illa possessione quàm constituatur sibi seruitus, & totum damnum sibi restituatur. vt ff. si seruit. vendic. l. in cuius. Sed qualiter l. ista intelligatur, quære suprà de confessoria, in fin. Vnde solutionem istorum contrariorum distingue, & intellige quamlibet legem in domicilio suo: in diuersis enim casibus loquũtur. lex enim, stipulatio. §. siue autem. loquitur quando ego nunciaui nouum opus illi qui ædificabat, & ille satisdedit de opere destruendo, si non defendatur, meritò opus destruitur: quia videtur delusisse nunciationem & prætoris consilium per quòd subuenitur ædificanti, vt satisdet & ædificet. vt ff. eod. l. prætor. §. deinde. ne ergo malicia sua ei prosit, quòd esse non debet. vt ff. de rei vend. l. in fundo. ideò destruitur, ex quo non defenditur. legem autem, si priusquam. intellige quando ædificatum non erat: & hoc dicit principium l. si priusquã ædificatum esset: & sic nulla satisdatio præstita fuit ab illo cui nunciatum fuit nouum opus. Legem illam de dam. infe. à quo. intellige quando ille ædificauit nulla denunciatione interueniente, vel præcedente: sed agebatur postquam ædificauit contra illum confessoria verbis negatiuis, scilicèt vt ædificium illud tollat. si enim est contumax, qui ędificauit: quia se non defendit, mittar in possessionem illius ædificij, & nisi doceat infra tres menses, vt dixi: vel intra certum tempus à iudice statuendum, (quia vbi mentio temporis haberetur, si non sit certum, arbitrio iudicis committitur. vt ff. de iure deliber. l. 1. in fin.) meritò me probante de iure meo, & illo absente per cõtumaciam opus illud destruetur. & sic procedetur ad diffinitiuam sententiam, in confessoria etiam lite non contestata, vt in superiori l. stipulatio. §. siue autem. Licèt quidam voluerint legem illam intelligere post litem. propterea quia ponuntur illa duo vt paria: siue autem iudicetur, scilicèt illum iniustè ædificasse, siue non defendatur. Sed primum credo verius cum multa alia sint casualia in confessoria, & quotiens agitur de illis iuribus, vt nota. suprà in confessoria. Legem illam ff. si serui. vendi. l. is cuius. attende quando aduersarius vel familia de voluntate domini prohibebat me aquam ducere: prohibebat dico de facto: si non defendatur, mittar in poss. bonorum illius, ex quo dominus mandauit familiæ: alioquin dominus tenetur de facto familiæ, nisi quatenus ad eum peruenit, vt notaui supra de confessoria. vnde mittor in possessionem bonorum olim omnium, hodie pro mensura debiti declarati. vt C. de bon. autho. iudi. possiden. Antheo. ei qui iurat. QVAESTIO.† Sed cum agebatur confessoria, quomodò fiebat missio? cum confessoria sit in rem. Respondeo: fiet missio in poss. illius rei vnde aqua currit, ita quòd nullo modo impediar, vt dixi suprà de confessoria. Et sic mittar in poss. illius rei per cautionem præstandam mihi ab aduersario, vt non impediar aquam ducere, donec probet ille de iure suo, vt in prædict. l. si priusquam. QVAESTIO.† Sed quid si aduersarius non caueat? nihilominùs iudex ex officio suo me mittet in pos. faciendo mihi caueri quã do petitur, & fortè compellendo captis pignoribus. vt Instit. de satisd. tu. si habet bona per quæ captis pignoribus possit vrgeri. OPPOSITIO. Sed omnibus his opponitur. ff. de procur. l. sed hæ personæ. §. vltim. & l. sequent. vbi aliquis videtur defendi & si aduersarius in possessionem mittatur. Sed qualiter leges illæ intelligantur quære suprà in actione ex stipulatu iudicatum solui. In hac autem act. conci. act. lib. sic. LIBELLVS.† Ago ego R. contra M. cui cum nunciassem nouum opus, quòd faciebat in loco, & ipse mihi satisdedisset opus illud tollere si appareat eum iniustè ædificasse: vnde quia apparuit posteà per sententiam iudicis Sempronij illum iniustè ædificasse: vel quia cùm vellem contra eum contendere, quòd iniustè ædificasset, se non defendit: ideò propono actionem ex stipulatu, vt prędictum ædificium tollat. Vel si mihi actori placet dicam: vnde vt præstet mihi meum interesse ago contra illum: propono actionem ex stipulatu. Quòd sic rectè concip. lib. probatur. ff. de ope. no. nun. l. stipulatio. §. siue autem. QVAESTIO.† Sed quæritur qualiter quis dicatur non defendi? Respondeo quotiens citatus non comparet. Item quotiens citantur amici, cognati, agnati, & affines, nullus tamen defendit. vt ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. hæc autem & ff. ex quibus caus. ma. l. item ait prætor. §. penult. & vltim. & l. ergo. † QVAESTIO. Item quæritur quis debeat docere, vtrùm ille qui satisdat, iustè ædificet: vel ille cui satisdatum est, quòd iniustè ædificauerit. Respondeo: vtrumque admittam ad probandum, maximè cùm vterque affirmatiuam proponat sicut etiam in criminali. vt C. ad l. Corn. de falc. vbi. QVAESTIO.† Sed nunquid pro ædificante sufficit sola possessio? vt sic dicamus nunciantem debere probare. vel nũquid distinguemus de modo nunciationis, fiat possessor cui nunciatum est, vel non: vt dixi suprà de interdicto de ope. no. nun. Respondeo: licèt de hoc supra in tractatu de ope. no. nun. tractauerimus: sic tamen dico & distinguo. Si nuncio nouum opus, & non recipio satisdationem à te. Si nuncio iactu lapilli, vel per præconem, possessionem retineo, si ante possidebã: vnde ille qui ædificat, debet probare se iustè ædificare debere. Si autem nudo sermone, facio aduersariũ possessorem, & tũc debeo probare quòd iniustè ædificet: & sic circa ista credo operari commodum possessionis: vt distinguit ff. de oper. nun. l. de pupillo. §. meminisse. & hoc ante satisdationem: post satisdationem idem credo: licèt quidam dicant, quòd ille qui satisdat sibi præiudicauit: quia satisdedit se destructurum opus, si appareat eum iniustè ædificasse. ergo videtur onus probationis in se transferre per satisdationem, vt probet quòd iustè ædificauit. Sed durum videtur hoc: quia non solet conditio illorum durior haberi quàm qui non satisdant: imò melior: sicut & illorum, qui litem contestantur. vt ff. de regu. iur. l. non solet. maximè cùm stipulatio seu satisdatio soluendi debiti ita tempus

2 (margin, at "QVAESTIO.† Sed cum agebatur confessoria")
3 (margin, at "QVAESTIO.† Sed quid si aduersarius")
4 (margin, at "LIBELLVS.† Ago ego R.")
5 (margin, at "QVAESTIO.† Sed quæritur qualiter")
6 (margin, at "† QVAESTIO. Item quæritur")
7 (margin, at "QVAESTIO.† Sed nunquid")

pus interrumpat, sicut & contestatio facit actionem perpetuare. vt C. de præscript. 30. annorum. l. cùm notissimi. & l. vltim. Alij dicunt econtra: sed primum puto verius remotis his duabus sententijs. QVAESTIO.
1 † Item vltimò quæritur, quid sit in obligatione: vel quod debeat præcisè peti, vtrum restitutio operis vel interesse? Respondeo: de hoc dic vt notaui suprà in actione commodati in tractatu ciuilium.

De actione ex stipulatu quæ competit & datur proprietario contra fructuarium, vel vsuarium, si malè vtatur: vel vt restituat quod superest. Rubrica.

1 *Actio ex stipulatu quæ competit proprietario contra fructuarium. &c. vt procedit. quot exigantur.*
2 *Fructuarius vel vsuarius, an habeant ius vtendi fruendi, vel an tales percipiendo fructus bona fide faciant eos suos antequàm satisdationem præstent, & an ipsa satisdatio sit de substantia vsusfructus vel de diffinitione.*
3 *Verba, vsusfructus valet de iure ciuili, & per tuitionem prætoris, quid sonent.*
4 *Fructuarius quid suscipere debeat.*
5 *Proprietarius qui est dominus Rei, quare stipuletur sibi restitui, cùm nemo stipulando rem suam obliget sibi aduersarium. imò stipulatio nulla sit.*
6 *Positiones actoris & Rei in actione ex stipul. de vsufruct. nu. 7.*
8 *Libelli in actione ex stipul. de vsufr. quomodo formentur. cum plu. seq.*
9 *Fructuarius si vtatur & fruatur, & non satisdat, sed damnum det, qua actione proprietarius contra illum agat.*
10 *Actio ex stipulatu de vsufru. cùm sit ciuilis, quomodo prætoria esse dicatur.*
11 *Fructuarius si satisdare noluerit, quid faciat proprietarius, qua actione compellat illum ad satisdandum.*
13 *Proprietarius si satisdationem fructuario remiserit, quid iuris.*

DE hac extra actione ex stipulato, quæ competit proprietario contra fructuarium propter duas causas, scilicèt si fructuarius non vtitur secundum arbitrium boni viri, id est, quia male vtitur. Item secunda causa, quando vsusfructus est finitus, vt restituat, quod ex re illa extabit. Vnde prima sæpius committitur, & totiens quotiens malè vtitur fructuarius: secunda non committitur nisi semel: vt probantur hæc ff. vsufruct. quemadm. ca. l. 1. §. cauere.
1 I Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quod vsusfructus vel vsus sit constitutus inter viuos, vel relictus in testamento. vt ff. vsufruct. quemadm. ca. l. vsu quoque. Secundum, quòd fructuarius vel vsuarius satisdet se, vsurum fruiturum arbitrio boni viri, & cùm vsusfructus vel vsus ad eum pertinere desierit, restituere quod inde extabit. vt ff. vsufruct. quemadm. ca. l. 1. in princ. Et licet rubrica & leges nostræ dicant, quod debeat cauere: intelligas id est, satisdare. tenetur enim dare fideiussorem. vt C. de vsusfruct. l. vsufructu constitut. & ff. de vsufr. l. si cuius. §. 1. & ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu con. l. trib. & sic C. de procu. l. 1. vbi dicitur cautio id est, satisdatio. vt ff. de proc. l. seruus. §. an prætor. Hãc autem satisdationem præstat vsufructuarius & vsuarius etiam si testator prohibeat. vt C. de vsufr. l. si vsusfru. & C. vt in pos. leg. l. scire. Ab hærede autem remitti potest, vt ff. ad l. falci. l. potest. & quòd de bonis. §. vlt. & ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. vlt. Item præstatur hæc satisdatio siue Rei mobilis siue soli relinquatur vsufr. vt ff. vsufr. quemadm. ca. l. 1. §. hæc stipulatio. Sed intelligas de re mobili, quæ vsu non consumitur: alioquin alia satisdatio præstabitur, de qua dicemus in sequenti rubrica. Siue res illa sit mobilis quę per se mouetur. vt ff. de ver. sig. l. mouentium. Consilium autem dat legislator, siue pro re mobili, siue pro re immobili, quod proprietarius æstimet rem illam. vt posteà sciatur an res illa deterior fiat. vt ff. vsufruct. quemad. ca. l. 1. § cauere. Similis æstimatio fit in re data in dotem. vt C. de iur. dot. l. si inter virum & vxorem. Aliquando enim lex dat consilium. vt ff. de relig. & sump. fu. l. at si quis. §. sed interdum & ff. de rei ven. l. is qui. & ff. de inoffi. testam. l. 1. † QVAESTIO. Adeò autem est necessaria ista stipulatio vt interponatur, quòd multùm dubitatum fuit, & adhuc etiam dubitatur verùm fructuarius vel vsuarius habeat ius vtendi fruendi: vel vsufructuarius percipiendo fructus bona fide an faciat eos suos antequàm præstet prædictam satisdationem. Et sic etiam quæritur an ipsa satisdatio sit de substantia vsusfructus vel de diffinitione? Respondeo: dominus meus admittet quòd fructuarius habeat ius vtendi, & quòd sit vsufruct. & quòd bona fide recipiendo fructus faciat suos, & quòd illa satisdatio non sit de substantia vsusfruct. nec de diffinitione. OPPOSITIO. Sed opponitur: illa verba, vsusfructus est ius vtendi fruendi rebus alienis salua rerum substantia. vt ff. de vsufruct. l. 1. quasi dicat, quod ita vtar quod rerum substantia salua sit. vt ff. de vsufruct. l. 1. & 3. & sic verba illa quandam restrictionem inducunt: & dominus meus suam sententiam his argumentis defendit, sicut & ibi notat: dicit si esset de substantia vel de diffinitione, oporret, quòd conuerteretur cum suo diffinito, nec ante esset vsusfructus quam cautio præstaretur & satisdaret vsufructuarius. vt ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu. consu. l. hoc senatus. §. si pecuniæ. & argum. ff. quemad. seruit. amit. l. si partem. §. si per fundum. & ff. quando di. lega. ce. l. cùm ita. §. cum seruo. Præterea in quatuor casibus est vsusfructus, licèt nulla satisdatio præstetur. Primus casus est ff. vsufruct. quemadmod. ca. l. vsufruct. §. illud sciendum. Secundus casus est. C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. in fine primæ columnæ. & l. cùm non solum. §. hoc proculdubiò. Tertius, cùm relictus est fisco, qui nõ tenetur satisdare. vt ff. vt le. no. ca. l. 1. §. si ad fiscum. & ff. si cui plusquam per l. falci. l. 3. §. item sciendum. quia semper est idoneus & soluendo. vt ff. de fund. do. l. 1. Et in quarto casu excogitato à domino Ioan. vt cum relictus sit tibi vsusfructus purè, & proprietas tibi relicta, cum amiseris vsumfructum ad instar. l. si vsufruct. §. illud sciendum. ff. vsufruct. quemad. ca. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd non sit vsusfructus antequàm præstetur satisdatio, nec fructuarius percipiendo fructus suos faciat, & quòd sit satisdatio de substantia, vel de diffinitione vsusfructus: ante enim quàm vsufructuarius satisdet, fructus suos non facit. vt ff. de vsufru. leg. l. vxori vsusfruct. bonorum. Sed dominus meus l. illam intelligit, quando fructuarius credebat se teneri satisdare: & sic cùm non haberet bonam fidem, fructus non faceret suos, vt ibi notat. Item antequam satisdet non habet actionem fructuarius. vt ff. de vsufruct. l. si vsusfructus. legatus. in prin. Item hæres rem vendicat perinde ac si vsusfruct. relictus non esset, ex quo fructuarius non satisdat. vt ff. vsufruct. quemadmo. ca. l. si vsufructus nomine. Sed consentio domino meo. Nec obstat quòd dicit, quòd non habeat actionem fructuarius, & quòd hæres potest vendicare. Respondeo: non habeat actionem, scilicèt quod possit vsufructum petere nisi satisdet: satisdare enim tenetur, adeò quòd si vsufruct. sit traditus, stipulatio ista condicitur, id est, petitur à proprietario per condictionem incerti vel sine causa, vel ex lege, vt fructuarius promittat & det fideiussorem de vtendo fruendo &c. vt ff. vsufr. quemadm. ca. l. 1. & l. si vsufruct. nomine. & ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum. l. hoc senatus. §. si pecuniæ. ante enim quam satisdet est vsusfructus, & habet ius vsufructuarius, sed postea satisdare debet: nam fructus stantes & pendentes maturi statim ad fructuarium pertinent à die legati cedente. vt ff. de vsufruct. l. si pendentes. & argu. per l. eiusd. titul. l. si vsufruct. legatus. Item prædicta satisdatio præstatur, siue vsusfructus sit constitutus, & valeat de iure ciuili, per tuitionem prætoris, siue vt ff. vsufr. quemad. ca. l. si vsufr. § illud. ad omne enim 2

3 vsumfr. pertinet. vt ff. de vsufr. l. L. iulius. † QVAESTIO.
Sed quæritur de eo quod dicitur quod vsufr. valet de
iure ciuili, & per tuitionem prætoris: quid sonent ver-
ba ista? Respondeo: de iure ciuili valet constitutio v-
susfructus, quotiens constituitur inter viuos pactio-
nibus & stipulationibus, vel in testamento, vt ff. de v-
sufr. l. 3. & Instit. de vsufr. tuitione prætoris valet vsus-
fru. qui de iure ciuili non valet. vt si superficiarius vel
emphyteuticarius constituat vsumfr. ff. de superfic. l. 1.
§ quod autem. & ff. quib. mod. vsufr. amitt. l. 1. § 1. Item
si tibi legatus sit vsusfructus, vt alij restituas, & sit re-
stitutus, ille habebit vsumfr. tuitione prætoris, & non
iure ciuili: quia de iure ciuili vsusfr. sine interitu sorà
persona non recedit, vt ff. de vsufr. leg. l. si quis vsufru.
& ff. famili. ercisc. l. si seruo. Item valet tuitione præto-
ris quotiescunque legata valent iure prætorio, vt ff. de
iniust. rupt. test. l. posthumus præteritus. & ff. de le.
præ. pe. bonorum pos. contra ta. per totum. & Institut.
quib. mod. test. infir. § non tamen per omnia. & hæc ex-
empla notat dominus meus. & quotiens alicui consti-
tuatur vsusfructus à non domino: multa enim valent
tuitione prætoris, quæ iure ciuili infirmantur, vt di-
ctum est. & probatur ff. quòd falso tu. l. 1. § penult. ius
prætorium enim factum fuit gratia supplendi iuris ci-
4 uilis, vt ff. de iusti. & iu. l. ius autem ciuile. † QVAESTIO.
Item quæritur quid est quod legitur ff. vsufr. quemad.
caueat. l. si vsufr. mihi. § istud. Quòd aut debeat cauere
vsufructuarius, aut actiones suscipere? primum proce-
dit sine calumnia: sed de secundo dubitatur, quas actio-
nes suscipiat fructuarius? Respon. rei vendicationem
si rem proprieta[illegible] ius vendicare vult à fructuario, vel
condictionem incerti: quam quidam, vt dominus me-
us, dicunt esse proprium nomen actionis: alij dicunt eã
vocari condictionem ex lege, per quam stipulationem
condicet, vt ff. vsufr. quemad. ca. l. si vsusfru. nomine. &
ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consu. l. hoc senatus. § si pe-
cuniæ. & erit condictio ex legibus prædictis. Tertium
vt fructuarij malè vtantur, vel quòd finitus sit vsusfr.
& res existat quæ debeat restitui, in qua fuit vsusfru-
5 ctus. † QVAESTIO. Sed quæritur quare proprietarius
qui est dominus rei stipulatur sibi restitui, quòd inde
extabit: cum nemo stipulãdo rem suam obliget sibi ad-
uersarium: imò stipulatio nulla, vt ff. de verb. obl. ga l.
nemo. & l. fere. § vlt. Respondeo: legislator huic quæ-
stioni respondit: quia non stipulatur sibi dari, sed sibi
restitui: quæ stipulatio tenet, vt ff. vsufr. quemadm. ca.
l. de vlt. In hac autem actione act. fac. tal. posi. † POSI-
6 TIO ACTORIS. Ego dico, quòd rei talis tibi relictus est
vsusfr. Item nomine vsusfru. satisdedisti mihi te vsurũ
fruiturum arbitrio boni viri. Item tu male fuisti vsus
7 & hoc modo. Item vsusfru. ille finitus est. Econtra Re-
us fa. tal. positio. POSITIO REI. † Ego dico, quòd illa re
bene sui vsus. Item illa res est in illo statu in quo erat
quando fuit relictus mihi vsusfr. Item vsus ille adhuc
durat. In hac autem actione concipies libellum sic. LI-
8 BELLVS. † Ago ego R. contra M. cui cum vsumfructum
talis vineæ vel domus constituissem, & satisdedisset
mihi se vsurum fruiturum arbitrio boni viri, & in re
illa ita malè sit vsus: vt illud in quo male est vsus mihi
soluat, ago contra ipsum: propono actionem ex stipu-
latu. & hoc ita quando damnum est datum. Cæterum
pro re restituenda dices sic. LIBELLVS. Ago ego R. con-
tra M. cui cùm vsumfructum cõstituissem in re tali, vel
fuisset sibi constitutus vel relictus a patre meo in re ta-
li: & vsusfructus sit finitus, quia mortuus, vel quia non
fuit vsus per 10. annos inter præsentes, ideò rem prædi-
ctam peto ab eo mihi restitui: propono actionem ex sti-
pulatu. Quòd sic rectè concip. lib. dicunt iura ff. vsufr.
quemad. ca. l. 1. ff. de vsufru. l. si vsusfructus legatus. OP-
POSITIO. Sed opponitur: non videtur, quòd ista actio
ex stipulatu locum possit habere, nec cõmitti: vnde sti-
pulatio non est interponenda a fructuario, cùm super-
uacua cautione quis onerandus non sit, vt ff. vt leg. seu
fideicomm. [illegible] ca. l. hæc stipulatio. quòd sit superuacua
probo nam contra fructuarium agitur duobus casibus,
si damnum dat in re illa, in qua habet vsumfructum, &
quotiens vsusfructus finitus est, vt [illegible]
extabit. vt ff. vsufr. quemadm. ca. l. [illegible]
damnum datur à fructuario, competeret proprietario
actio leg. Aquil. Item pro recuperando illo quod inde
extabit competit rei vendicatio: quare ergo fructuari-
us satisdat de vtendo fruendo arbitrio boni viri? Re-
spondeo: non est superuacua propter fideiussorem quẽ
dat fructuarius: quia satisdat vt & alias. ff. ad l. fal[illegible]
si is cuius fideicõ. Vel aliter, multi casus sunt in quibus
non habet locum lex Aquil. & locũ habet ex stipulatu:
puta si damnum sit datum in omittendo per negligen-
tiam fructuarij: putà quia vites non submisit: vel quia
ductus aquæ corruptus. l. ex enim Aquil. tũc locum ha-
bet quotiens datur damnum faciendo: vt quia arbores
succidit. vt ff. ad l. Aquil. l. qui cõcidit. § in hac. Et hac
rationem reddit legislator in prædic. l. sicutus. & l. si v-
susfr. legatus. sed non videtur hæc bona ratio: nam pro
damno dato per negligentiam, vel omittendo locum
habet lex Aquil. vt ff. ad leg. Aquili. l. si seruus seruum.
§ si fornacarius. & § si ex plaustro. Respondeo: non ha-
bet locum actio directa legis Aquil. pro damno dato in
omittendo: sed locum habet vtilis, vt in prædictis leg.
OPPOSITIO. Sed adhuc opponitur, quòd non vide-
tur bona responsio: nam propter damnum datum præ-
termittendo locum habet actio de dol. ff. de dol. l. cum
quis persuaserit. si ergo locum habeat vtilis, de dolo
cessat & econtra. vt ff. de dolo. l. 1. & C. de dol. l. de dol.
Respondeo: quãdo damnum contigit prætermittendo
aut ex ipsa re vel ipsius Rei vitio, tunc agitur de dolo.
vt C. de dol. l. de dolo. & ff. de dol. l. cùm quis persuase-
ris. si autem ex alia causa extrinsecus accidente, locum
habet vtilis Aquilia. vt ff. ad leg. Aquiliam. l. si seruus.
seruum. § si fornacarius. In prædicta autem l. de vsufr.
l. si vsusfru. legatus: quia damnum contingit ipsius Rei
vitio locum habet ex stipulatu, ideò de dolo cessat. I-
tem necessaria fuit etiã ex stipulatu: quia si ageret pro-
prietarius rei vendicatione, licet fructuarius teneatur
restituere officio iudicis, quòd defecit rei vendicatio-
ni. vt ff. de rei vend. l. qui restituere. tamen quando sti-
pulatio interuenit, tenetur restituere iure actionis &
ex contractu. & alias interest nostra plures actiones
habere. vt ff. de lib. leg. l. 3. QVAESTIO. † Item quæritur 9
pone quòd fructuarius vtitur & fruitur & non sat[illegible]
dit & damnum dedit, qua actione agat proprietarius
contra illum? Respondeo: si damnum sit datum in faci-
endo conuenietur lege Aquilia, & interdicto quod vi
aut clam vt ff. de vsufruc. l. vsusfructus legatus. § de præ-
teritis. Si autem damnum datum sit in prætermittendo
puta: quia non submittit, si possidet fructuarius, conue-
nietur a proprietario rei vendicatione. ff. de rei ven. [illegible]
l. non solum. si autem fructuarius non possidet, fortè
quia amisit vsumfructum, tunc per actionem in factum
vel officio iudicis proprietario succurritur. [illegible] ff. de
præscript. verb. l. quotiens. & ideo ne recurrat [illegible]
etarius ad ista mendicata suffragia, necessaria est actio
ex stipulatu. QVAESTIO. † Item quæritur cum actio ex 10
stipulatu sit ciuilis: vt Instit. de verb. oblig. in [illegible] cip.
quomodò dicitur quòd sit prætoria? vt ff. de vsufru. [illegible]
vsusfructus legatus. § denique. Respondeo: dicitur præ-
toria per approbationem, vel extensionem: quia præ-
tor illam actionem ex stipulatu extendit ad fructuari-
um, vt alias. ff. si quis hær. pe. l. 1. & sic dicimus in actione
commoda. & neg. gest. † QVAESTIO. Item quæritur si fru- 11
ctuarius non vult satisdare, quid faciet proprietarius:
qua actione compellet illum ad satisdandum? Respon-
deo: aut possidet proprietarius rem illam cuius est re-
ctus vsusfructus, & tunc habet exceptionem, vt non cõ-
pellatur dare vel constituere vsumfr. nec ipsi fructua-
rio datur actio antequàm satisdet. vt ff. de vsufruct. l.
si vsusfructus legatus. in princip. Si autem fructuarius
possidet, tunc proprietarius posset rem vendicare per-
inde ac si vsusfructus relictus non esset, & si fructuari-
us exciperet de re vsusfructus nomine tradita, ille pro-
prietarius replicabit, quòd satisdatum non sit. vt ff. v-
susfruct. quemadmod. caueat. l. si vsusfruct. Vel [illegible] non
vult rem vendicare, poterit stipulationem condicere,

sicut

22 sicut & superius dictum est. In qua actione con.act.lib.
sic. †LIBELLVS. Ago ego R. contra M. cui cum constitu-
tus seu relictus esset vsusfru. in vinea vel domo tali: &
ego vineam illam sibi tradidi non præstita mihi ab eo
satisdatione de vtendo fruendo arbitrio boni viri: vn-
de vt mihi satisdet, prædicto modo ago contra ipsum:
propono condictionem incerti vel condictionem ex
lege. ff. de vsufru. ear. rer. quæ vsu. l. hoc senatus. §. si pe-
cuniæ. & ff. vsufr. quemad. ca. l. si vsusfru. nomine. & l.
si vsufruct. §. illud. Alij dicunt aliter, & sic: vnde ipsam
obligationem condico, propono condictionem incer-
ti, vel condictionem ex lege: secundum varietates opi-
nionum, quia quidam dicunt, quòd condictio incerti
non est proprium nomen actionis. sed de hoc dic vt no
23 tatu suprà de actione ex stipulatu. QVAESTIO. †Quid
autem si proprietarius hanc satisdationem remiserit
fructuario? Respondeo: non valere remissionem ad in-
star sacramenti calumniæ. vt C. de iurein. prop. calum.
l. 2. §. sed quia veremur. ego autem contrarium credo,
arg. C. vt leg. seu fideicomm. nomine ca. l. scire.

De actione ex stipulatu quæ datur contra fructuarium pro rebus quæ vsu consumuntur. Rubrica.

1 *Actio ex stipulatu, quæ datur contra fructuariũ, pro reb. quæ vsu consum. vt competat, quot requirantur.*
2 *Pecunia an quasi vsusfructus relinqui posit.*
3 *Legatarius an contra debitores hæreditarios vtiles actiones habeat.*
4 *Vsufructuarius an antequam caueat, aliquod ius habeat.*
5 *Libellus in actione ex stipul. pro reb. quæ vsu consum. quomodo concipiatur.*

DE septima actione ex stipulatu, quæ similis est
superiori, & ferè in omnibus concordat, vnde
de ea pauca dicemus. Datur enim proprietario
contra fructuarium, quando vsusfructus rei alicuius
relictus est, quæ vsu consumitur. sicut in vino, frumen
to, oleo, & pecunia: quæ actio ad hoc competat, vt fini-
to vsufructu tantum restituatur, & in eadem qualita-
te, aut æstimatis rebus certæ pecuniæ nomine cauen-
dum est, quòd vtilius est. vt ff. de vsufruct. ear. rer. quæ
vsu consu. l. hoc senatus. & l. si tibi vini. Superior autē
datur quotiens vsusfructus relinquitur rei immobilis
1 vel mobilis, quæ vsu non consumitur. † Vnde ad hoc
vt actio ista competat, tot sunt necessaria, quot in acti-
one superiori diximus. Verum hic attende, quòd in his
rebus quæ vsu consumuntur in totum, vt vinum, oleú,
frumentum: vel minuentur propter vsum, vt si vestis
relinquitur, vsusfructus non verè dicitur vsusfru. sed
quasi. In vero enim vsufructu est, salua rerum substan-
tia: hic cum non posset esse salua, senatus fecit prout
potuit, vt per cautiones remedium introduceret quasi
vsusfructus: non enim potuit naturalis ratio autorita-
te senatus immutari. vt ff. de vsufruc. earum rerum quæ
2 vsu consu. l. 1 & 2. QVAESTIO. † Quid dices de pecunia?
potest quasi vsufr. relinqui? Respondeo sic. sed ostendo
contrarium. certum, quòd pecunia non potest vsu con-
sumi sicut res prædictæ: licèt enim ex re adimatur, ta-
men durat eius substantia: vnde videtur, quòd vetus
vsusfructus possit in pecunia constitui. Sed tamen non
est ita. ita enim constituitur quasi vsusfructus in pecu-
nia, sicut & in alijs rebus quæ vsu consumuntur vt ff. e.
l. hoc senatus. §. pecuniæ propter difficilem enim sepa
rationem dicitur pecunia consumi. ff. de sol. l. si alieni.
Item not. quòd senatus fecit quod potuit. s. per remedi
um cautionis induxit, quasi vsumfructum, sicut & ali-
bi facit pro hærede: quem facit bonorum possessorem
cum non posset facere verum hæredem, vt Insti. de bo.
poss. in pri in. OPPOSITIO Sed ostendo quòd senatus fe-
cit impossibile, & quasi vsusfructus nihil est. certú est,
quòd antequã corpora ipsa tradantur, nullum ius habeat
legatarius in corporibus illis: postquam verò tradita
fuit legatario, legatarius factus est dominus, vt ff. eod.
l. si vini. Si ergo est dominus: ergo in corporib' illis nõ
potest habere nec vsumfr. nec quasi vsumfru. qui serui-
tus est: cùm res propria nemini seruiat, vt ff. si vsufru.
pe. l. vti frui. & ff. de serui. vrba. prędio. l. in re commu-
ni. Respondeo: prætor non fecit impossibile, nec etiam
quasi vsusfructus seruitus est. quòd enim hoc induxit
senatus, fecit ad commodum legatarij: quia legatarius
alio modo commodum rerum illarum non posset ha-
bere. Nam si relinquatur vsusfructus vię, legatarius nõ
habet seruitutem. seruitus enim seruitutis esse non po-
test: sed habebit commodum eundi agendi, vt ff. de v-
sufr. leg. l. 1. Qualiter ergo aget legatarius contra hęre-
dem, si fuit quasi vsusfructus prædictarum rerum sibi
in testamento relictus: vel si mihi promisisti, qualiter
agam contra te? Respondeo: sicut in vero vsufructu a-
ctione ex testamento, vel ex stipulatu. Sed in hoc dissi-
mile: quia in vero vsufruc. instituo confessoriam, vt ff.
si vsufr. peta. l. 1. hic autem habeo directam rei vendic.
cùm sim dominus corporum illorum, vt ff. eod. l. si tibi
vini. Sed illud certum est, quòd nominum possit vsu-
sfructus relinqui, vt ff. eod. l. postquam. † QVAESTIO. 3
Sed quæritur: an legatarius habeat vtiles actiones con
tra debitores hæreditarios? videtur quòd sic, ad instar
creditoris, cui obligata sunt nomina, vt C. quæ res pig.
ob poss. l. nomen. & sicut legatarius, vt ff. de procurat. l.
pater. C. de leg. l. ex legato. & sicut emptor nominis. sit
C. de hæred. vel act. vend. l. postquam. & l. vltim. maxi-
mè cum vsusfructus in multis casibus pars dominij, vt
ff. de vsufruc. l. 3. Sed placet doctoribus nostris vt lega-
tarius habeat actionem ex testamento contra hæredē,
vt hæres exigat pecuniam, & exactam illi fructuario
præstet in quantum proprietas transibit pręstita cautio
ne, vt ff. eodē. l. si tibi vini. multotiens enim aliqui non
habent ipsi actionem contra debitores tuos: sed habent
contra te, & tu ages contra debitores tuos, & eis sol-
ues, vt ff. loca. & conduc. leg. Marcius. aliàs, cum in plu-
res. §. messem. & ff. ad leg. rho. de iac. l. 2. & ff. de legat.
s. l. si seruus. §. qui margaritam. QVAESTIO. † Itē quæ- 4
ritur: an iste vsufructuarius habeat aliquod ius ante-
quam caueat: & sic quæritur, an in his rebus cautio sit
de substantia? M. respondit quòd ante nullum ius ha-
bet, & sic dixit esse de substantia: & dixit plus, quòd ab
hærede non possit cautio ista remitti. contrarium pu-
tant doctores nostri, & idem hic quòd diximus in quę-
stione simili in actione superiori. Illud autem nota,
quòd in his rebus quæ vsu consumuntur, idem sit re-
linqui vsum, sicut & vsumfructum, idem in pecunia, i-
dem in silua, idem in bobus, vt ff. eo. l. hic senatus. §. vlt.
& l. quoniam. & ff. de vsu. & habitat. l. plenum. §. sed si
pecoris. & l. fundi. & l. diuus. Easdem positiones pro a-
ctore & Reo facies hic sicut in superiori, prætetquàm
de illis quæ dixisti, quòd malè vtatur: in his enim reb'
propter abusum non posset stipulatio committi. In
duobus enim tantùm casibus amittitur vsusfruc. mor-
te & capitis diminutione, vt ff. eod. l. in stipulatione. &
ff. vsufruct. quemadm. ca. l. si vsufruc. nomine. §. vltim.
Et quòd ibi dicitur de pecunia, intelligas de alijs re-
bus quæ vsu consumũtur: vsus enim verus multis alijs
modis amittitur, vt ff. quib. mod. vsusfruct. amittit. per
totum. vt C. de vsufruct. l. corruptionem. Sed hoc in-
telligas quando vsusfruct. rerum illarum relictus est a-
licui priuato: cæterùm si ciuitati tunc vsque ad cētum
annos. (& sic intelligitur mora accidere ciuitati,) vel
si ciuitas patiatur quasi capitis diminutionem: quia for-
tè destructa est, sicut Chartago. vt ff. de vsufr. legat. l. si
vsusfructus. & ff. de vsufruct. l. an. In hac autem actio.
conci. act. libell. sic. †LIBELLVS. Ago contra M. cui cũ 5
relictus vel constitutus fuisset quasi vsusfruct. 20. vn-
ciarum auri vel 20. cophinorum frumenti, vel 20. sarci-
narum vini: vel tot vasorum olei: & satisdedit mihi de
tot vncijs restituendis, vel vino oleo & frumento: &
nunc vsusfruct. sit finitus, quia passus est capitis dimi-
nutionem, peto tot vncias: vel vinum, oleum & frumē-
tum mihi solui: propono actionem ex stipulatu: vel
melius certi condictionem ex stipulatione: cùm certú
sit quod in stipulationem deuenit: & quòd sic rectè

concipiatur lib. dicit ff. eod. l. si vini. & ff. si cert. pe. l. si quis certum. Si autem pro vestibus vel bobus vel talibus dicas sic. vnde cùm finitus sit quasi vsusfructus, & propter illom vsum res illæ tanti deteriores sunt, ideò illarum æstimationem peto, scilicet 10. propono certi condictionem ex stipulatione. Quòd sic rectè petam dicit ff. eo. l. si vini. OPPOSITIO. Sed non videtur quòd actio ista sit bene proposita: certum est, quòd proprietas rerum istarum transit in legatarium. vt ff. eodē. l. si vini. quomodò ergo tenet stipulatio, quòd rem illam propriam legatarius mihi restituat. & sic contradicit ff. de verb. oblig. l. nemo. Respondeo: non est verum & malè opponis: licèt enim res fiat legatarij, tamen tenet stipulatio, vt tantundem mihi restituat, vel illud quod inde extabit, vt notaui supra in actione superiori.

De actione ex stipulatu quæ interponitur ab hærede legatario, pro legato præstando.

Rubric.

1 *Actio ex stipulatu quæ interponitur, ab hærede pro legato præstando &c. vt competat, quæ necessaria sint.*
2 *Positiones actoris & Rei in tali actione. nu. 3.*
4 *Libellus in tali actione quomodo fiat.*
5 *Actio ex stipulatu &c. quare inuenta fuerit.*

De octaua actione ex stipulatu, quæ interponitur ab hærede legatario pro legato præstando: & quòd hæres satisdet dando fideiussorem cuiuscunq; dignitatis sit & quarumcunq; facultatum, vt ff. vt leg. seu fideicommis. nomine caueatur. l. 1. §. videamus.
1 † Quæ actio ad hoc vt locum habeat, tot sunt necessaria. In primis, quòd legatum sit relictum in testamento vel in codicillis in quibus etiam legata relinqui possunt, vt Instit. de codicil. §. vlti. quòd probatur, ff. vt leg. no. ca. l. 1. in prin. Secundum, quòd persona fuerit talis quæ potuisset facere testamentum vel codicillum. vt ar. ff. de dol. inter vir. & vxr. l. cum hic status. §. si maritus. Tertiū, quòd persona talis fuerit cui potuisset legatum relinqui, id est, quæ capere possit ex testamēt. vt arg. ff. de leg. 2. l. qui Titio. 10. & ff. de his pro non scri pt. ha. l. 3. & l. pen. & omnia illa requiruntur quæ diximus, supra in actione ex testamento. Quartum, quòd hæreditas sit adita, vel bonorum possessio agnita: si enim certum est hæreditatem repudiatam vel omissā, vel hæredes abstentos, non satisdatur. Si autem dubium sit, an sit hæreditas adita, vel non, satisdatur, vt ff. vt in poss. leg. l. 1. §. vltim. & l. 2. Quintum, quòd constet de fideicommisso, & proferat scripturam legatarius, nisi scriptus hæres dicat, hodie constat, hodie agamus, vt ff. vt in poss. leg. l. si dies. Sextum, quòd legatarius iuret se calumniæ causa non petere si hoc petatur ab hærede. vt ff. vt in poss. leg. l. si is à quo. Septimum, quòd hæres satisdet, id est, det fideiussorem legatario. Pignus autem dare non cogitur, nec aurum, nec argentum, vt ff. de prætor. stipu. l. prætoriæ stipulationes, & ff. de colla. bonor. l. 1. sed si vult dare pignus licèt non cogatur hæres, stultus esset legatarius si non reciperet: cùm melius sit pignori incumbere quàm in personam agere, vt ff. de superficiebus. l. 1. Et quòd audiatur ille qui debet satisdare, si vult dare pignus dicit ff. de colla. bono. l. 1. §. iubet. Debet autem satisdare se præstaturum legatum legatario die vel conditione adueniente, si legatum est cōditionale, vel in diem. Vel vsque ad certum diem quando legatum est purum: pro omnibus enim legatis locum habet satisdatio: pro conditionalibus & pro relictis in diem & pro purè relictis, quia nōnullas moras habet exceptio iudicij, vt ff. vt lega. no. ca. l. hæc stipulat. 1. responso. Octauum, quòd conditio vel dies aduenerant & legatum non sit præstitum: & quòd legatarius viuat in conditionalibus legatis. nam conditionalia legata non transmittuntur ad hæredem, vt ff. de reg. iu. l. quæ legata purè relicta vel in diem certū trāsmittuntur. vt ff. quādo dies leg. ced. l. si post diem. & C. de cadu. tollē. l. vn. §. 1. Ita demum ista satisdatio ab hærede præstatur, si legatum aliquod relinquatur, quòd præstari possit, aliàs non: putà, si debitori liberatio sit legata, non est satisdandum: quia iam habet penes se legatum. si enim conueniatur exceptione doli vti potest, vt ff. vt in pos. leg. l. 1. §. si debitori. Nonum, quòd hæres in satisdatione promittat legatario dolum malum suū abfuturum. s. quòd nihil faciat dolo in traditione Rei: vt quia traderet seruum venenatum, vel fundo legato imponeret seruitutem, vel similia faceret, vel dolo faceret, ne existeret condi. vt ff. vt leg. no. ca. l. 1. responso primo, & l. 3. in fi. & ff. de dol. l. eleganter. §. 1. In casibus tamen quibusdam nō satisdatur, sed repromittitur voluntati defuncti statum iri: putà, si respublica instituatur hæres, vel fiscus, vt ff. vt leg. nomi. ca. l. si quand. & l. 1. §. si ad fiscum. Item si instituatur hæres vel pater vel dominus: & filio vel seruo sub conditione legatum relinquatur, & ante conditionem manumittatur seruus, vel emancipetur filius, si petant legatum cauent pater vel dominus sub hypotheca rerum suarū, vt ff. vt lega. no. ca. l. filio. Vnde in hac actione act. fac. tal. posi. † Po- 2
sitio Actoris. Ego dico, quòd Titius mihi legauit 10. vel talem domum in testamento suo, vel codicillis, & sub tali conditione. Item nomine illius legati conditionalis tu hæres satisdedisti mihi. Item conditio illius legati exstitit, vel dies aduenit. Econtrà Reus fa. tal.
positio. Positio Rei. † Ego dico, quòd Titius ab intestato decessit sine testamento & codicillis. Item esto, quòd faceret testamētum vel codicillos dicat. Ego dico, quòd fecit testamentum, sed non legitimè, vt ex ipso testamento apparet. Item esto, quòd legatum fuit tibi relictum, ego tamen satisdare tibi recusaui. itē esto, quòd satisdedissem, nec dies nec legati conditio extitit. & pro maiori parte facies illas positiones pro actore & Reo, quas notaui suprà, de actione ex testamento. 3
In hac autem actione concipiet actor libellum sic. † Libellus. Ago ego R contra M. hæredem Titij, qui mihi stipulanti promisit soluere decem, vel domum talem mihi legatam in testamento, vel in codicillis per fideicomm. ab ipso Titio: vnde vt mihi soluat, ago contra ipsum: propono certi condictionem ex stipulatione: & hoc quando legatum fuit purum. Si autem conditionale, vel in diem: adijcias hoc: rem talem mihi legatā sub conditione, si nauis ex Asia venerit, vel in diem: putà, Kalend. Ianuarij, & hoc quando dies est certa: si autem incerta, putà, cùm filia nupserit, cùm talis fuerit consol, adijcias. vnde cùm talis dies aduenerit scilicèt Kalendarum, vel quia filia nupsit, vel ille fuit consul: peto mihi prædictam rem legatam solui ab eo: propono certi condictionem, &c. quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. vt lega. no. ca. l. cùm legatorum. & l. non tamen. & l. si à te. & l. hæc stipulatio. & l. etiam, & ff. quando dies legat. vel fideicommiss. cedat. l. si post diem. & l. si cùm dies. §. 1. & vt leg. nom. ca. l. 1. §. qui minorem. & l. si ab vno. Potest etiam quis adijcere, in libello & petere fructus seu pensiones quando res immobilis fuit legata, vel vsuras quando pecunia legata fuit: quæ frequentantur in consuetudine regionis, si hæres fuit in mora. Sicut enim veniunt in actione ex testamento, ita veniunt in actione ex stipulatu, vt C. de vsu. & fruc. lega. vel fideicomm. l. 1. & 2. & 3. & ff. vt lega. vel fideicommiss. no. ca. l. 1. § bellissimè. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur, quòd hæc actio ex stipulatu sit vtilis: cùm idem operetur actio ex testamēto & quò ad legatum, & quò ad fructus, & quò ad vsuras: vt in illa actione notaui, quare ergo ista fuit inuenta? Respōdeo: non superuacua vel inutilis: quia in hac actione veniet fideiussor: quòd in actione ex testamento non est, vt ff. vt leg. nomi. ca. l. 1. Vel aliter interest nostra plures actiones habere, vt ff. de liber. leg. l. 3. OPPOSITIO. Item pro legato purè relicto vno videtur, quòd hęc actio sit multum vtilis: quia stultum reputo legatariū, qui hāc actionem intentat, cùm possit actionem ex testamento intendere, & legatum consequi. quare ergo intentat vt sibi hæres caueat: & de duobus iudicijs quare non facit vnum, cùm intersit nostra litis sumptibus non vexari, vt ff. de minor. l. minoribus 25. annis. Respondeo: imò multum operatur hæc actio: quia legatarius

magis

magia est securus, si sibi sit cautum ab hærede, & cùm habeat fideiussorem, sicut supra dixi in proxima quæstione. †QVÆSTIO. Item quæritur quare hæc actio fuit inuenta? Respondeo: ratio redditur ff. vt leg. no. ca. l. 1. §. 1. quæ talis est: vt sicut hæres incumbit possessioni bonorum: sic legatarij non careant bonis defuncti: vnde prætor hanc stipulationem inuenit.

De actione ex stipulatu, quæ interponitur ab arrogatore seruo publico, de restituendis bonis filij arrogati. Rubrica.

1 *Actio ex stipulatu, quæ interponitur ab arrogatore seruo publico, &c. vt procedat, quot requirantur.*

2 *Arrogetur si corã Principe aliquis, qui est sui iuris, & maior, an debeat illi caueri de quarta ab arrogatore danda.*

3 *Impubere arrogato si interponatur stipulatio de bonis illius restituendis, nónne mortuo filio arrogato minori succedet.*

4 *Positiones Actoris & Rei in actione ex stipul. interposita ab arrogatore.*

6 *Libelli in actione ex stipul interposita ab arrogatore, quomodo concipiantur. cum plur seqq.*

11 *Quartam an hæres arrogati, viuente arrogatore petere possit.*

12 *In quarta quæ debetur, vtrùm tẽpus factæ arrogationis, an tempus mortis arrogatoris inspici debeat.*

13 *Quartas duas an hæres ab arrogatore institutus habere debeat si forte restituere rogatus sit: vel hæreditas per legata & fideicommissa diminuta fuerit.*

DE nona actione ex stipulatu quæ interponitur ab arrogatore seruo publico, quòd restituat ea, quæ ex bonis filij arrogati consecutus fuerit illis, ad quos bona illa peruẽtura essent, si arrogatus permansisset in suo statu: & quòd det sibi quartã de bonis suis, si eum emancipauerit sine causa: vel exhæredauerit eum sine causa, vt ff. eo. l. nec ei. & legib. sequentib. & l. si arrogator. §. 1. in fin. Instit. eod. §. sed si decedens. & ff. de inoffic. testam. l. Papinianus. §. si quis impuberis. & ff. de collatio. bonorum. l. 1. §. si impubere. &
5 ideò de ista videamus. Quæ actio ad hoc vt competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit sui iuris, vt ff. de adoptio. l. 1. in fin. Secundum, quòd interrogetur ille, qui adoptat, an velit sibi illum in suum filium facere: & interrogetur ille qui debet arrogari, an hoc velit: sicut fit in matrimonio contrahendo. Tertium, quòd fiat ista arrogatio in præsentia Principis, & hoc est quod dicit lex quòd fiat authoritate Principis, est, præsentia: alioquin etiam adoptio, quæ fit per magistratum, fieret authoritate Principis, vt argumen. C. de veter. iur. enuc. l. 2. ibi, meritò omnia nostra, & c. hæc omnia dicuntur ff. de adopt. l. 1. & sic quod authoritas pro præsentia intelligatur, legitur ff. de authorit. tuto. l. 3. vel ex rescripto. vt C. de adop. l. arrogationea. Quartum, quòd si sit minor 25. an. quòd interueniat authoritas curatoris, vt ff. de adopt. l. quod nec curatoris. Quintum, quod si est pupillus, quòd pater arrogator caueat de danda parte quarta bonorum suorum suorum, & de restituendis bonis quæ ad eum peruenerunt de bonis filij arrogati illis quibus sint restituenda, vt ff de adoptio. l. nec ei, in fin. & l. non aliter. cum legib. sequentibus. & l. si arrogator. sed licèt arrogatio possit & debeat per Principem statui, tamen iudices Beneuentani sibi vsurpantes ea quæ Principis sunt: quia & dant pignus creditori iure dominij: mittunt etiam in possessionem ex secundo decreto, quòd non possunt, vt ff. ad municipal. l. ea. & l. magistratibus. C. de iure domi. impe. l. vltim. & ff. de actio. pigno. l. eleganter, in prin-
2 cip. coram se faciunt fieri arrogationes. QVÆSTIO. Sed illud quæritur, an si arrogetur coram Principe aliquis qui est sui iuris, qui sit maior: an debeat sibi caueri de illa quarta danda ab arrogatore? Respondeo: non credo. omnia iura loquuntur de impubere: vt institut. de adopt. §. cùm autem impubes. & ff. de inofficio. testamen. l. Papinianus. §. si cùm impuberis. & ff. de adoptio. l. si arrogator. arrogatus enim quærit patri arrogatori, quoad vsumfructum, vt Institut. de acquir. per arrog. †QVÆSTIO. Item quæritur, impubere arrogato interponitur hęc stipulatio de bonis illius restituendis: nónne mortuo filio arrogato minori succedat? Item quid est quòd dicit, quòd per hanc stipulationem prouideatur seruo substituto, & libertatibus & legatarijs, vt ff eod. l. his verbis. Respondeo: non sine causa hoc cauetur. si enim stipulatio non esset interposita, forte filio arrogato decedente in pupillari ætate, & durante arrogatione succederet pater arrogator, vt Institut. de acquir. per arrogat. Item si illa stipulatio non interponeretur, iam legatarij non succederẽt patri arrogati: & seruus substitutus cui relicta est fideicommissaria libertas, omnia destituerentur auxilio: quia testamentum illud quod fuit impuberis arrogati substitutio: (quæ substitutio dicitur testamentum pupillare, vt Instit. de pupil. substit.) finitur, propter capitis diminutionem minimam filij arrogati qui transit in potestatem patris arrogatoris, vt Institut quibus modis testamen. infirm §. alio. & §. non tamen. & ff. de adop. l. s. & sic cùm ex testamento rupto nihil possit peti: si moreretur arrogatus durante arrogatione (quia si mutatur sui iuris non nocet, quòd medio tempore ruptum fuerit testamentum, quia omnia consolidantur, vt Institut. quibus modis testamen. infirm. § nõ tamen.) fuit inductum, vt stipulatio interponatur, vt beneficio stipulationis prædictis omnibus sit prouisum. OPPOSITIO. Sed adhuc videtur, quòd hæc stipulatio non sit necessaria: nam & si non interponatur, nihilominùs agitur ex stipulatu vtili, vt ff eod. l. his verbis. Respõdeo: ideò interponitur, vt actio quæratur. & licèt quæratur vtilis per seruum publicum, id est, tabellionem, qui dicitur seruus: quia omnibus seruit, non quòd sit seruus: quia seruus non potest esse tabellio, vt C. libr. 10. de tabula. l generali. tamen si non interponitur vtilis, datur à lege, & erit in casu isto datiua, & non natiua, vt C de transactio. l. cum metu, in fine. & ff. de pact. l. iurisgentium. §. 1. In multis enim casibus hoc contingit, vt si stipulatio fuerit omissa, quod agatur vtili ex stipulatu, vt C. de rei vxor. actio. l. vnica. circa princip. ff. de damn. infect. l. hoc ampliùs. §. t. & l. si finita. § eleganter. ff. si cui plusquàm per leg. Falcid. l. nisi §. quamuis. & in Authent. vt nulli iudic. collat. 9. §. super hoc autem iubemus ff. ad municip. l. quotiens. & C. de contrahen. & commit. stipul. l. optimam. ff. de fideicommiss. tut. l. cùm ostẽdimus. §. fideiussores. in fin. Et si rectè consideras, quotiens stipulatio interponitur in persona serui vel officialis, vtilis quæritur, & non directa, vt ff. rem pupil. sal for. l. 2. & l. non quasi. & C. de ædific. priuat. l. de operis. in fi. & in Authen. de execut. & qui conue. & recon. collat. 8. & est posita C. de litis contest. Authent. libellum. & in Authent. de liti. §. ad excludendam. collat 8. & est posita in C. de Episcop. & cleric. Authent. generaliter. sic & hic. Verùm si non interponatur stipulatio: dabitur vtilis, quæ erit datiua, & non natiua, vt dixi. Sed licet alijs legatarijs hæc stipulatio videatur vtilis, quantum ad seruũ substitutum, & ad cæteros libertate donatos videtur inutilis: cùm seruus non possit agere, nisi in certis casibus, vt ff. de iudic. l. via. si ergò est inutilis, ergò quantũ ad seruum substitutum, non erit interponenda. vt ff. de procurat. l. non cogendum. §. vltim. & ff. vt lega. nomin. ca. l. hæc stipulatio. Huic quæstioni Dominus Otto respondit. quantum ad seruum substitutũ non committitur, vt agat ex stipulatu, quia non potuit sibi quæri: sed ex vi stipulationis iudicis officium implorabit, vt quia simul concurrit vtrunque, condictio libertatis, & petitio bonorum, seruabitur ordo, vt officio iudicis petat libertatem, quæ non potest sibi competere t cum primum testamentum sit ruptum capitis diminutione arrogati. deinde ex stipulatu agens res expedietur, vt argument. ff. vt legat. nomine cap. l. 1. §.

si quid ita. Et sic secundùm Otto. stipulatio nõ commit-
titur, quantum ad hoc vt ex stipulatione agatur: sed ex
vi stipulationis prætor ex officio suo arrogatorem ar-
ctabit, vt substitutum seruum manumittat, eique hære-
ditatem restituat, & cæteras libertates præstet. Sed Do-
minus & præceptor meus R. dicit, cùm in eundem ca-
sum & dies libertatis & stipulationis cõcurrant, id est,
si impubes in pubertate decedat, & cedat dies liberta-
tis: sic stipulationis dies vtiliter cedere videtur. vt ff.
de legat. 2. l. si quis seruo suo. substitutus itaque manu-
missus prætoris officio ex stipulatu aget propter hære-
ditatem. idem dico, & si cæteris seruis legatũ sit: quòd
si nuda libertas his relicta est, præceptor meus Azo cõ-
sentit. Quæ autem sint necessaria in arrogatione, Do-
minus meus not. in summa de actio. In hac autem acti-
4 one Actor his vtitur posit. † POSITIO ACTORIS. Ego di-
co, quòd fui paterfam. Item tu interrogasti me, an vel-
lem esse filius tuus, quod ego consensi. Item tu arroga-
sti me coram Principe, vel eius rescripto. Item curato-
ris authoritas interuenit. Itẽ minor fui 14. annis. Econ-
5 trà Reus facit tal. posit. † POSITIO REI. Ego dico, quòd
tu fuisti in potestate. Item dum vellem te arrogare, tu
contradixisti. Itẽ arrogatio fuit facta coram magistra-
tu. Item curator tuus fuit absens. In hac actione conci-
6 piet Actor libellum sic. † LIBELLVS. Ago ego R. cõ-
tra M. qui cùm me arrogauerit & satisdederit mihi de
restituendis omnibus bonis meis, & nunc arrogatio sit
dissoluta, quia me emancipauit, ideò illa bona peto mi-
hi reddi: propono actionem ex stipulatu. Bona autẽ il-
la talia sunt, &c. sic concipiatur libellus, quando ali-
quis maior 14. annis arrogatur. Si autem pupillus arro-
7 gatur, concipiat libellum sic. † LIBELLVS. Ago ego R.
contra M. qui cùm me arrogauerit, promisit tali seruo
publico, quòd omnia bona mea restitueret illis, ad
quos peruentura essent, si arrogatio facta non esset. vn-
de quia dissoluta est arrogatio, quia me emancipauit,
omnia illa bona mea peto mihi reddi. propono vtilem
actionem ex stipulatu: & quia me emancipauit & sine
causa peto quartam partem omnium bonorum suorum
mihi ab eo præstari debitam ex constitutione Diui Pij:
ad quam quartam petẽdam propono condictionem ex
lege vel ex constitutione Diui Pij. Quod sic rectè cõci-
piatur libellus, probant iura superiora. ff. si quid in
fraud. patron. l. constitutione Diui Pij. & ff. de coll. bo.
l. 1. §. si impubere arrogato. & ff. de inoffi. test. l. Papinia-
nus. §. si quis impuberis. Si autem sit mortuus pater ar-
rogator, & filium arrogatum exhæredauerit sine cau-
sa, vel præterijt, eodem modo cõcipitur libellus, & pe-
tet omnia bona sua & quartam omnium bonorũ patris
8 arrogatoris. vt Inst. eod. §. si decedens. & dicet sic. † LI-
BELLVS. Ago ego R. contra Titium hæredem M. patris
mei arrogatoris, vt vt restituat mihi omnia bona mea,
quæ ad ipsum arrogatorem deuenerunt, videlicet ta-
lia: cùm arrogatio morte ipsius arrogatoris sit dissolu-
ta: propono vtilem actionem ex stipulatu: & præterea
peto quartam omnium bonorum ipsius mihi debitam
ex constitut. D. Pij: cùm me præterijt, vel sine causa ex-
hæredauit: propono condictionem ex cõstitutione D.
Pij: sicut supra prope probaui. Si autem hæredes arro-
gati mortuo arrogato impubere velint agere, concipi-
ant sic libellum, vel contra arrogatorẽ si viuit: vel cõ-
9 tra hæredes illius. † LIBELLVS. Ago ego R. hæres Titij,
cui ab intestato successi, contra M. vt restituat mihi vel
reddat omnia bona, quæ fuerunt quondam Titij, quem
Titium ipse M. arrogatus cauendo seruo publico, quòd
bona restitueret his ad quos peruentura essent, si arro-
gatio facta non fuisset: vnde quia illa bona tanquã pro-
ximiori ad me pertineãt, ideo illius bona peto. s. talia:
ꝓpono vtilẽ actionẽ ex stipulatu: præterea peto quar-
tã omnium bonorũ ipsius M. præstari debitam ipsi Ti-
arrogato, & mihi suo hæredi ex cõstitutione Diui Pij,
propono condictionem ex constitutione Diui Pij.
Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicunt iura præ-
dicta. & ff. de adopt. l. si arrogator. Ideò dixi in libel-
lo, quia me exhæredauit & emancipauit sine causa:
quia si causa cognita facta fuisset emancipatio vel ex-
hæredatio cum causa legitima: licèt bona arrogati te-
neatur arrogator restituere: tamen arrogatus perdit
quartam, vt Inst. eo. §. sed si decedens. ff. si quid in frau
patro. l. vlt. Si autem legatarius vult agere cui relictũ.
fuit legatum in testamento pupillari. i. in substitutio-
ne pupillari: quæ substitutio dicitur testamentum pu-
pilli, vt Inst. de pupil. substi. in princ. & ff. de inoffi. te-
stam. l. contra veterani. §. sed nec impuberis. concipiet
libellum, vt statim dicam. Eodem modo de substituto
ipsi pupillo, & de libertatibus relictis in testamẽto pu
pilli. Si enim libertas seu legatum fuisset relictũ in te-
stamento patris arrogati: omnia ista deberẽtur nec pe-
rirent capitis diminutione: imò peterentur durante
arrogatione, à patre arrogatore nomine pupilli. vt In-
sti. de acquisi. per arrog. Propterea quia substitutio pu
pillaris & legata à substituto relicta & libertates pere-
unt, remedium satisdationis inuentum fuit, vt ff. eod.
tit. l. his verbis. Vnde sic concipies libellum. † LIBEL- 10
LVS. Ago ego R. contra M. qui cùm arrogasset Titiũ pu-
pillum, cui fui pupillariter substitutus, & promisisset
seruo publico. l. Mæuio, quòd restitueret omnia bona
illis ad quos peruentura essent, si arrogatio facta non
fuisset: & Titius ille mortuus fuerit infra pubertatem.
& sic bona ad me substitutum deuenerint, peto illa bo-
na restitui: propono vtilem actionem ex stipulatu. Si
vult specificare, bona specificet: alioquin non cogam
eum: quia hæc actio ex stipulatu vniuersalis est, sicut
petitio petitio hæreditatis, quod non est absonum.
† QVÆSTIO. An possit petere quartam hæres arrogati 11
viuẽte arrogatore probabiliter quæritur? Sed licèt pa-
rum suprà notauerim, quòd sic: secundùm quòd vide-
batur antiquis: tamen videretur mihi recedendum ab
opinione veterũ, sicut fecit Azo. quia à veterũ opin.
recessit. vt ff. ad leg. Falcid. l. 1. §. si vsusfruct. & hac rati-
one ista quarta debetur filio arrogato per cõstitutionẽ
D. Pij, in duobus casibus: putà, si arrogator emancipat
arrogatum, vel sine causa exhæredat. vt Inst. de eod. tit.
§. sed si decedẽs. ff. si quid in frau. patro. l. vlt. cùm ergò
primo decedat arrogatus, quam arrogator cui datetur
quarta? arrogato no, quia nõ viuit: hæredi nõ, quia nõ
fuit promissa, nisi tantũ quòd restituerentur, quæ fue-
runt illius arrogati. Præterea arrogatus illud quod sibi
nõ competit non potuit ad hærede transmittere. vt C.
de iur. delib. l. quoniam sororem. licèt sit arg. cõtra. ff. de
acqu. hær. l. Pantonius autem? & pro hanc sententia facit
ff. eo. l. si arrogator. §. 1. in qua lege cauetur, quòd quarta
tunc detur hæredi arrogato, quado arrogator prius de-
cedit: & est quoddam simile in donatione causa mor-
tis, vbi si prius decedit ille, cui donatur, donatio reuo-
catur. vt Inst. de donat. & ff. de don. cau. mort. l. si mor
tis causa. † QVÆSTIO. Sed quæritur, quod tempus in- 12
spiciatur, verum tempus factæ arrogationis, an tempus
mortis arrogatoris, vt sciatur an quarta debetur, verũ
bona illorum quæ fuerũt tempore arrogationis, an tẽpo-
re mortis: vt sic habeatur ratio bonorũ quæsitorũ po-
stea: vel etiam si fuerit diminuta? Respõdeo: tẽpus fa-
ctæ arrogationis. vt ff. si quid in frau. pat. l. vlt. Adeò vt
si aliquid alienauerit arrogator in fraudẽ filij arrogati
quasi per Caluisianã vel Fauianam actionẽ reuocandũ
est, vt in præd. l. in fi. & sic cõpetit arrogato Caluisiana
vtilis. Illud autẽ nota, quòd arrogator possit illi pupil-
lo arrogato substituere vsq; ad pubertatẽ, & sic pupil-
lariter, vltra non: quia non iudicio defuncti, sed Prin-
cipis prouidentia ad ipsum peruenit, & quasi æs alienũ
deducit, vt ff. eo. l. si arrogator. §. vlt. & ff. de inoffi. test.
l. cõtra veterani. §. si quis impuberis. Potest etiam sub-
stituere pupillariter, & etiam in his quæ ad arrogatũ
occasione patris arrogatoris obuenerũt, vt ff. de vulga.
substitut. l. sed & si plures. §. in arrogato. † QVÆSTIO. 13
Sed nunquid substitutus ab arrogatore habebit duas
quartas, si fortè rogatus sit restituere: vel hæreditas di-
minuta sit per legata & fideicommissa? Respondent
quidam, quod sic: vt argum. ff. ad leg. Falcid. l. pater fi-
liam. § vlt. nam vnam quartã habet iure Trebelliani-
cæ, seu beneficio Falcidiæ: aliam habet quasi æs alie-
num ex constitutione Diui Pij, vt ff. de inoffic. testam.
l. Pa.

l. Papinianus. §. si [illegible] impuberis. Licèt aliud dicatur in [illegible] mo & natural quia illi sufficit habere vnam quartam. vt C de inoffic. testam. l. cùm quæritur. Nobis ta[illegible] en vi[illegible] etur contrarium, vt arrogatus habeat vnicam quartam, [illegible] icet vel iure falcidiæ, vel Trebellianicæ. quando est institutus. quartam enim debitam ex [illegible] stitutione Diui Pij habere non potest: quia illâ hab[illegible] in duobus ca[illegible] bus, vt dictû est: quâdo emancipatur sine causa, & quâdo exhæredatur sine causa, vt Inst. eo ti[illegible] §. [illegible] uis autem decedens. At in isto casu, quando i[illegible] vel secundum ius commune, vendicat sibi lo[illegible] c[illegible] quòd habeat aliquam de prædictis quar[illegible] [illegible] ITIO Item non videtur, quòd in omnibus p[illegible] asibus [illegible] bene conceptus libellus: nam iste q[illegible] t, agunt ex stipulatione c[illegible] cepta in personam o[illegible] cialis: & sic non videtur quòd possint agere, quia alteri pacisci vel stipulari nemo potest, nisi sua intersit [illegible] de verb. obligat l. stipulatio ista. §. alteri. & Inst. de inutil. stipul §. alteri. Respondeo, hoc verum est [illegible] eraliter: in casibus tamen propter publicum officium, & in d[illegible] ctum per personam publicam stipulatio[illegible] n con[illegible] ahensis, & stipulatio tenet, vt in eadem a[illegible] [illegible] e notaui. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur: n[illegible] idetur quod stipulatio interposita ab officiali, s[illegible] f[illegible] o pu[illegible] o concepta, istis acquiratur: nam ex[illegible] ta causa pos[illegible] ionis, nihil potest acquiri per libe[illegible] onam, q[illegible] iuri nostro, &c. vt C. per quas personas n[illegible] b acqui. l. 1. Respondeo: i[illegible] ud quod opponis regular[illegible] er [illegible] erum e[illegible]. In casibus tamen fall[illegible] vt hic: & hoc r[illegible] ione publ[illegible] ci offici[illegible] & ideo dicitur seruus: cùm per [illegible] cium summ[illegible] a[illegible] s actiones vtiles acqui[illegible] antur: sic & al[illegible] ff. de constit. pec. l. eum qui Ephesi. §. Iulianus.

De [illegible] one ex stipulatu quæ datur fideicommissario [illegible] ntra illum, qui rogatus erat restituere, quicqui[illegible] post mortem de hæredi-tate extabit. Rubr.

1 *Actio ex stipulatu, quæ da[illegible] f. deicõmissario, &c, vt pro[illegible] at, quot requirantur.*

2 *Moriatur si primò ille cui restitutio fieri debet, nunquid hæres illius habebit aliquot auxilium contra illum, qui restituere debebat.*

3 *Positiones Actoris & Rei in actione ex stipul. quæ dat fideicommiss. & num. 4.*

5 *Libelli in actione ex stipul quæ dat fideicommiss quomodo formetur. & num. 6. & seqq.*

7 *R[illegible] ituere rogatus quare promittat*

8 *Actiones duæ, scilicet rei vendicatio & hypothecaria pro eadem re, quo casu eidem comp[illegible] ter possint*

9 *Rei vendicatio pro re alienata vnde fideicommissario cõceditur.*

10 *Re[illegible] tuere rogatus si decesserit sine liberis, si monasteriũ ingrediatur, nunquid restituere teneatur.*

11 *Restituere rogatus si nolit adire, ad hoc vt restituat, qualiter fideicommissario consuletur, cui restitutio facienda est.*

De decima actione ex stipulatu videamus: quæ competit quando quis rogatus restituere si sine li[illegible] eris decesserit, quòd de hæreditate superest: q[illegible] cog[illegible] tur cauere [illegible] cui restitutio debet fieri, vt cõ[illegible] quartam partem, vt in Authent. de restit. coll[illegible] §. si quis enim. & est posita in C. ad Trebellia. Authe[illegible] t. contra. Et est quoddam mirabile: quia hic qui oneratus est, poterit tres partes consumere: dummodò non in fraudem illius consumat, cui restitutio facienda est: quartam partẽ compellitur reseruare. Verùm si non consumit, quod superest tenetur restituere sola quarta institutionis reseruata instituto: sicut hæc omnia leguntur in prædicta Authent. §. nobi[illegible] igitur. Et sic nota de triplici restitutione. De vna dictum est. de a-l[illegible] verbi gratia: si aliquis instituatur, & rogetur instituere, locum habet Trebellian. de ista restitutione loquitur ff. ad Trebellian. l. 1. & per totum. & ff. quod cum eo. l. si filius. De tertia loquitur in Authent. de restitut. & ea quæ parit [illegible] mense. col. 4. in [illegible] & 2. col. quando aliquis rogatur restituere per mort[illegible] suam, & medio tempore accepit vxorem, cui donationem constituit propter nuptias: cui magis consulitur, vtrùm vxori an illi cui restitutio facienda est? certè vxori. & est posita ista Authent. in C. commun. de lega. Authent. res quæ subiacet restitutioni. † Vnde ad hoc vt actio ista locum habeat, tot sunt necessaria: Inprimis omnia illa ferè, quæ suprà diximus, scilicet in actione ex testamento. Et est secundum necessarium, quòd ille qui rogatus est restituere, debeat cauere se restituturum. Tertiũ, quòd existat casus, quòd moriatur ille qui tenetur restituere: secundùm quod patet ex prædicta Authen. † QVAESTIO. Quid autem si primò moriatur ille cui restitutio debet fieri, nũquid hæres illius habebit aliquod auxilium contra illum qui debebat restituere? Respondeo: videtur quod non. nam istud habetur loco hæreditatis aditę, vt ff. ad Trebellian. l. qui quadringenta. at hæreditatem non aditam non transmittimus ad hæredem. vt ff de iur. deliber. l. quoniam sororem. ergò nec istud ius, nisi in iure deliberandi, quod ad hæredes transmittimus, vt C de iur. deliberan. l. cum antiquioribus. & hoc notat Dominus meus in summa ad Trebellian. [illegible] uòd enim habeatur loco hæreditatis, probatur: quia ille cui hæreditas restituta est, quantũ ad officium hæres est: licèt de iuris subtilitate hæres remaneat, qui restituit. vt ff. de minorib. l. ait prætor. §. restitutus. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd in hac restitutione, maximè stipulatione interposita, detur actio hæredi, licet primò moriatur ille, cui restitutio debeat fieri: nam si fideicommissarius compellat hæredem vt adeat, licèt primò decedat fideicommissarius, quàm hęres, nihilominùs hæredi fideicommissarij succurritur per officium iudicis, vt compellatur hæres sibi hæreditatem restituere. vt ff. ad Trebellian. l. apud Iulian. §. verùm. & l. postulante. §. t. In hac enim restitutione de qua tractamus, adiuit hæres hæreditatem, & stipulationem interposuit fideicommissarius, & sibi vigilauit. vnde multi prudentes dant auxilium hęredi fideicommissarij: dicunt illi competere actionem ex stipulatu. Verum si quis vellet defendere primam opinionẽ, haberet argum. ff si quis caut. l. si quis eum. §. iniuriarum. nam ibi actio ex stipulatu non datetur, sed actio iniuriarum, in cuius locum fuit illa subrogata: ita & hic. Tu autem diligens & studiosus elige, cui dicas: tu mihi sola plares. sed videtur quòd optima opinio æquitatem contineat. In hac actione Actor fac. tal. pos. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd Titius fecit testamentum. Item in illo testamento rogauit patrem tuum, vt quicquid superesset de hæreditate sua, restitueret mihi post mortem ipsius patris tui. Item pater tuus mihi promisit se restituturum. Item pater tuus mortuus est. 3
Ecõtrà Reus fac. tal. pos. † POSITIO REI. Ego dico, quòd Titius ab intestato decessit. Item bona illius habẽt venientes ab intestato, vel fiscus. Item esto, quòd sic dimisisset Titius in testamẽto: tamẽ pater meus fuit pauper. Itẽ ex il[illegible] s bonis diminuit causa viuẽdi. Itẽ illam quartam diminuit pro dote, pro donatiõe propter nuptias. si hoc confitebitur Actor, [illegible] ccumbet: quia licitum est illi diminuere pro his causis. vt in Auth. de restit. collat. 8. §. si verò ipsam quartam. In hac autẽ actione concipiet Actor libellum sic. † LIBELLVS. Ago ego R. contra M. hæredẽ Sempronij, vt det mihi quartam partẽ omnium bonorum quæ fuerunt quondam Titij: qui Titius Sempronium hæredẽ instituit, & rogauit illum vt mihi restitueret quicquid de bonis suis post mortem Sempronij extaret: qui etiam Sempronius de quarta mihi restituẽda promisit: propono actionẽ ex stipulatu. Sic concipies libellũ, quando Sempronius bona diminuit vsque ad quartam. Si autem bona non diminuisset, cõcipies libellum pro tribus partibus: quia quartam potest retinere. vt in prædicta Auth. dices sic. † LIBELLVS. Ago ego R. contra M. hæredem Sempronij, vt det mihi & assignet tres partes omnium bonorum quę fuerunt quondam Titij: qui Titius Sempronium hære-

hæredem instituit, & rogauit illum, vt mihi restitueret quicquid de bonis suis post mortem Sempronij superesset: qui Sempronius de bonis illis restituendis, & ad minus quartam promisit mihi: propono actionē ex stipulatu. Quòd sic rectè concipitur libellus bonis non diminutis, probat prædict. Authen. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur, quòd sit locus cautioni interponendæ: & si interponitur videtur inutilis, & contra iura, vnde ea ea agi non potest. Certum est, quòd volūtas testatoris, quæ legibus non repugnat, pro lege seruatur, vt in Auth. de hæred. & fal. §. 1. & Inst. ad leg. Falcid. in prin. adeò quòd lex fit. & secundùm quòd testator statuit, ita ius fit: ita quòd etiam imperiale rescriptum contra voluntatem testatoris nullū fit vt in Auth. de nupt. §. constitutionum. & §. disponat. cùm ergò testator dicat restitui, quod tunc ex hæreditate superest, quare statuimus de quarta sola, cùm à verbis testatoris non sit licitum recedere? vt ff. de leg. 3. l. non aliter. & l. ille aut ille. Respondeo: istud quod statuit Legislator, nō statuit contra voluntatem testatoris, sed secundùm voluntatem. voluit enim testator fideicommissarium aliquid habere: vnde quia posset esse incertum quid superesset, & quia totum posset consumere, is qui rogatus est restituere, ideò in hoc dubio præcepit Legislator cautionem interponendam de quarta. sicut & aliàs in dubio quartam petit Actor. vt ff. si pars hæredit. pet. l. antiqui. Et aliud etiam simile cōtingit in leg. Falcid. quæ inducitur non contra voluntatem testatoris, sed secundùm voluntatem præsumptam à Legislatore. vt ff. ad leg. Falcid. l. 1. in prin. & Insti. ad leg. Falcid. in

7 prin. † QVAESTIO. Item quæritur, quare iste qui rogatus est restituere promittit? nam & si nō promittat, videtur quòd isti cui res debebant restitui, iura succurrant. Nam si alienat præterquàm ea causa dotis, vel donatione propter nuptias, vel alimentorum, vel in redemptionem captiuorum, quando non habet vnde alias faciat iste qui debet restituere, poterit fideicōmissarius alienata vendicare & petere per hypothecariā. vt in Auth. de rest. col. 8. §. pen. & in Auth. de restit. & ea quæ parit. in 11. men. col. 4. Respōdeo: licet illa iuris auxilia competant fideicommissario, interest sua interponere stipulationem, vt habeat plures reos. vt ff. de libe. leg. l. 3. Item not. quòd iure veteri taliter rogatus restituere, quod de hæreditate superfuisset, totum poterat alienare: dummodò non alienaret in fraudem fideicōmissarij. vt ff. de pet. hæred. l. sed si lege commissoria. §. quòd autem quis. ff. ad Trebell. l. Titius. licèt alienatio hodie nouo iure prohibeatur: sed si alienat, obligatur qui alienat: licèt nullum præiudicium faciat illi cui restitutio debet fieri. vt in prædict. Auth. & C. commun. de leg. l. vlt. in fin. & arg. ff. de pigno. l. grege. §. statuliber. & ff. ad Trebel. l. Marcellus. §. Pomponius. & l. si hæres institutus. & ff. de fideicommiss. libert. l. generaliter. §. quotiens. & ff. de rei vend. l. non ideò minùs. & ff. de condict. furt. l. si seruus. & ff. quemadmod. seru. amit. l. is cui. §. vlt. In casibus tamē si alienat hæres, qui est rogatus restituere, non reuocat fideicommissarius rem ipsam, sed pretium? putà, si seruus qui debet restitui, fit manumissus ab hærede. vt ff. ad Trebell. l. quidā. §. si quis filium. imò datur electio ipsi liberto, quē velit patronum habere. vt ff. de fideicom. libe. l. generali-

8 ter. §. quotiens QVAESTIO. Item quæritur: quid est quod legitur in prædictis Authent. quod pro rebus alienatis detur fideicommissario rei vendicatio & hypothecaria: quomodò potest hoc esse, quòd istæ duæ actiones pro eadem re competant eidem? cùm rei vendicatio detur domino. vt ff. de rei vendica. l. in rem. & rei propriæ non consistat pignus. vt ff. de reg. iur. l. neque pignus. & hypothecaria detur creditori, qui nō est dominus. vt ff. de act. pigno. l. cùm & sortis. §. pignus. & C. de act. pign. l. pignus. imò acquisito dominio à creditore hypothecaria tollitur. vt ff. de excep. rei iud. l. ex sextante. §. Latinus Largus. Respondeo: noli mirari. nā hoc cōtingit in alijs casib. nam & legatarius habet rei vendicationem & hypothecariam pro re legata. vt C. commun. de lega. l. 1. ff. de legat. 1. l. cùm filius. §. varijs. vxor etiam pro re data in dotem habet rei vendicationem & hypothecariam. vt C. de iur. dot. l. [illegible] etiam in venditore rei propriæ nondum [illegible] ta. vt ff. de actio. empt. l. Iulianus. § o[illegible]ri. Vel dicas, quòd omnes prædicti habeant istas actiones. non pro [illegible] rebus, sed pro diuersis. nam legatarius pro legata habet rei vendicationem: pro alijs rebus restituendis habet hypothecariam, qui tacitè obligantur pro legato. Idem in vxore, quæ pro re dotali soluto matrimonio, vel etiam constante, marito vrgente ad inopiam habet rei vendicationem: pro alijs rebus mariti habet hypothecariam, quæ tacitè obligantur pro dote. vt C. de rei vxo. act. l. vnica. & C. in quib. caus. pigno. tac. contrah. l. satis. Venditor dicitur impropriè habere rem pignori, fideicommissarius fortè pro re alienata habet rei vendicationem: pro alijs non alienatis datur hypothecaria. Vel aliter: quod opponis locum habet in directa rei vendicatione, quę non currit cum hypothecaria: vtilis autem rei vendicatio concurrit: sicut & concurrit vtilis rei vendicatio cum condictione. vt ff. de donat. causa mort. l. qui mortis. licèt cùm directa non concurrat. vt ff. vsufruct. quemad. ca. l. vlt. in fin. QVAESTIO. 6

Illud autem quæritur, vnde ista rei vendicatio detur fideicommissario pro re alienata: & hæc quæstio notatur tam in generali fideicommissario, quam [illegible], qui debet restitui quicquid de hæreditate superest. Et subtilis videtur hæc quæstio: rei vendicatio [illegible] habent illi fideicommissarij ante restitutā hæreditatē, quæ debet fieri re vel verbo. vt ff. ad Trebel. l. restituta. cùm rei vēdicatio non soleat competere nisi domino, vt dixi: & dominium non transeat nisi traditione interueniente: præterquàm in casibus. vt C. de pact. l. traditionib. Respondeo: ipso iure transfertur dominium sine traditione & sine restitutione facta re vel verbo. Sicut & in alijs casibus ipso iure fit restitutio, & actiones transferuntur. Primus, quando ille qui rogatus est restituere ante litē cōtest. vel pòst, dolo malo cōtumaciter se absentat, ne hæreditate restituat. Secūdus, quādo ille qui debet restituere, decessit sine vllo successore. Tertius, quādo primus fideicommissarius oneratus est vt secūdò restituat. Hi tres casus continentur C. ad Trebell. l. sancimus. Quartus est in rebus alienatis, vt dictum est. nam in alienatis non est necessaria restitutio: cùm [illegible]nim hæres restitutione grauatus alienauit dominium & transtulit, nihil penes ipsum remansit, & sic non habet quod restituat: & hoc videtur dicere l. commu. de leg. l. vlt. & C. ad Trebell. Auth. contra rogatum. Quintus casus est, cum rogatus hæres est restituere duobus: vni purè, & alteri sub conditione. & hæres remittat totam hæreditatem illi cui purè debebat restituere pendente conditione alterius. vt ff. eo. tit. l. [illegible] §. sed [illegible] quotiens. Ideò dixi in secundo casu, quando decessit sine successore, quia si haberet successorem hæres, restitueret successor. vt ff. ad Trebel. l. si eius pupilli. §. si qui rogatus. & hoc not. Dominus meus in fin. summæ ad Trebel. Sextum casum adijcio, in quo ipso iure transeunt actiones etiam sine restitutione: putà, si pater [illegible]um in potestate instituat, & cùm restitueret, etsi se non immisceat, nihilominùs ipso iure transferuntur actiones in fideicommissarium. vt ff. ad Trebel. l. ita tamen. [illegible] pa-

ter filium. † QVAESTIO. Illud autem quæritur: an iste, qui rogatus est restituere, si decesserit sine liberis, si ingrediatur monasterium, teneatur restituere? Respondeo: non. filio enim nato assimilatur monasterium. vt in Auth. de sanctiss. Episc. §. sed hoc præsenti, colum. 9. 10

† QVAESTIO. Item quæritur, si rogatus restituere nolit adire ad hoc vt restituat, qualiter consuletur fideicōmissario, cui restitutio facienda est? Respondeo: si est præsens, compelletur adire officio iudicis, & restituere. vt ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempestiuū. nec admitto vt compellatur per actionem ex testamento, sicut quidam dixerunt, cùm nō sit hæres: licèt ipsi dixerint, quòd aliquando intentetur etiam contra illum qui nō est hęres, vt contra illum qui est confessus se esse hęredem. vt ff. de interrog. act. l. de ætate. & hoc notat Dominus meus in fin. summæ C. ad Trebell. 11

De

De actione ex stipulatu, quæ competit contra illum, qui promittit aliquem iudicio sisti. Rubrica.

1 *Actio ex stipulatu quæ competit contra illum, qui promittit iudicio sisti, vt procedat, quot requirantur.*
2 *Positiones Actoris & Rei in actione ex stipul. de indic. fisti. & num 3.*
4 *Accusatus si aliquis fuerit, & non recipiatur, prout vt litera, an etiam in priuatis causis locum habeat.*
5 *Actor iure veteri, & iure digestorum quare non cauebat de iudicio sisti.*
6 *Libelli in actione ex stipul. de iudi. sisti, quomodo formentur. cum plur. sed*
9 *Dies si non fuit appositus, quo deberet quis in iudicio sisti, quantum tempus expectari debeat ad hoc, vt Actor suum interesse petere posßit.*
10 *Fideiubens pro aliquo in causa criminali, nunquid conueniatur.*

DE vndecima actione ea stipulatu videamus, quę
competit contra illum qui promittit aliquē iu-
dicio sisti: de qua actione loquuntur duæ Rubri-
cæ ff. qui satisda. cog & ff. si quis cautio. quæ stipulatio
cùm frequenter interponatur, quotidiè locum habet.
1 Vnde ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria.
Inprimis, quòd tu voces me ad iudiciū. Secundū quòd
iudicium teneat & ratione agentis, & ratione iudicis.
vt ff. ne quis eum qui in ius voc. fuer vicai. l. 1. in fin. &
l. 2. & l. 3. §. si quis ad pedaneū. & ff. qui satisd. cog. l. 2. §.
si qui ea his personis. & arg. ff. de excus. tutor. l. scire o-
portet. §. pen. in fi. & qualiter iudiciū non teneat, notat
Dom. meus in summa de iudic. Tertiū, quòd stipulatio
interuenerit iudicio sisti, vel de se, vel de alio. vt ff. si
quis caut. l. 2. §. si quis in iudicio. adeò etiam, quòd si nō
sit possessor rerum immobiliū, teneatur satisda. i. dare
fideiussorem, quòd stet in iudicio. vt ff. qui satisda cog.
l. sciendū. & sic secundùm l. illam intelligitur Auth. no
uissima. offeratur: quia non est nouū, quòd posteriores
leges trahantur ad priores, vt intelligantur secundùm
distinctionem antiquarū legum. vt ff. de legi. & cōstit.
l. non est nouum. licèt quidam dicant, quòd hodie iure
Authenticorū quilibet cōuentus satisdet iudicio sisti.
vt in præd. Auth. quod non credo. Et sic intelligo quod
legitur Inst. de satisda. §. sed hodie. Intende tamen dili-
genter, quòd qui promittit de se vel alio, debet se pro-
mittere iudicio sisti, & nō debet promittere facere fie-
ri rationem, sicut multi stulti promittunt: quare ratio
est quòd prima stipulatio finita sentētia finiatur. vt ar-
gu. ff. de iudi. solu. l. 2. & ff. si quis caut. l. 2. secūda stipu-
latio nō finitur, sed oportet quòd satisfaciat sententię.
vt ff. de ver. sigu. l. verbum. fideiussor aūt qui datur, de-
bet esse idoneus circa tria. Primò, quòd sit locuples se-
cundùm quātitatē rei petitę. i. quòd tantū habeat in bo
nis, quantū petitur. vt ff. de ver. sign. l. quos nos hostes.
§. locuples. & ff. qui satisd. cog. l. 2. §. 1. Secundū, quòd sit
habilis ad conueniendum. vt ff. qui satisd. cog. l. fideius-
sor. §. 1. Tertium, quòd sit fide dignus. vt ff. de verb. obli.
l. si quis stipulatus sit Stichum aut Pamphilum. §. vlti.
Quartū, quòd nō steterit in iudicio, vt sic interesse cō-
mittatur agentis. vt ff. qui satisd. cog. l. 2. §. vlti. Quintū,
quòd sit mutata conditio illius qui debuit in iudicio si-
stere circa habilitatem conueniendi, vt quia nunc con-
traxit æs alienum. vt ff. si quis caut. l. & si quis. §. 1. & l. si
quis quenquam. & l. qui autem. Sextū, quòd intersit a-
gentis, vel quòd ius Actoris factū est ex mora deterius.
vt ff. si quis caut. l. si post tres. & in hoc iura variare vi-
dentur. vt ff. si quis caut. l. qui autem nouo priuilegio v-
titur, non videtur in eadem causa sisti. & ff. de iudi. l. si
quis posteà. vbi apertè dicitur, quòd si quisquam in ius
vocatus est miles, vel alterius fori esse ceperit, in ea
causa ius reuocandi forū non habebit, quasi præuētus.
ad idem facit ff. de iurisd. omn. iudi. l. cùm quædam pu-
ella. Item aliæ leges videntur circa idem alio modo lo
qui. vt ff. de iud. solu. si Reus post iudicatum solui ab eo
datam satisdationem in magistratū sit assumptus, inui-
tus in ius vocari possit: tamē nisi res boni viri arbitra-
tu defendatur, fideiussores teneantur. & sic prima para
l. illius, videtur quòd respiciat l. qui autē. ff. si quis cau.
secunda pars respicit l. si quis postea. ff. de iudi. Item in
eod. tit. iud. solui. legitur in l. vir bonus non arbitratur
indefensam esse rem, de qua prætor iudicium accipe-
re non coget. quæ l. contradicit fini l. si Reus. Sed vt o-
mnia ista iura, quæ videntur contraria, concordentur,
sic soluit Dominus meus. Quoties priuilegiū fori con-
ceditur alicui ad sui postulationem, tunc non prodest
quominùs conueniatur, & imputet sibi, qui tale priui-
legium impetrauit. & in hoc casu loquitur l. cùm quæ-
dam puella. ff. de iud. & de iurisd. omn. iud. cæterùm, si
sine sui postulatione priuilegium fori alicui concedi-
tur, tunc habet locum l. qui autem. ff. si quis caut. Et est
ratio pro hac respōsione: quia improbus eatorquet sę-
pè negata sibi. & tanta est instantia petentiū, quòd con
cedenda & nō concedenda concedimus. vt C. de petit.
bon. sub. l. 1. lib. 10. Sed contrà est C. de fruc. & lit. ea pen.
l. vlt. Vnde aliter soluit, si propter publicā causam in-
dultum est priuilegiū, prodest, aliâs nō. & hoc idem in
milite, si factus est ex necessitate, quòd prosit sibi priui
legium, aliâs non. Vel aliter, qui nouo priuilegio vti-
tur, non videtur in eadem causa sisti, subaudi interim:
quia fortè ad tempus prodest sibi illud priuilegiū. sicut
in legato. cui tamdiu prodest, quamdiu est in legatio-
ne posteà non. vt ff. de arbit. l. nō distinguemus. §. item
si quis Romæ. Vel aliter: qui impetrat priuilegiū, vti-
tur non vt incœptis, sed futuris causis respondeat: tūc
proderit. vt in d. l. qui autem impetrat priuilegium, vt
in futuris non respondeat, tunc de præteritis respōde-
re tenetur. vt in d. l. cùm quædā puella. de iudic. In du-
bio præsumo, quòd tantùm ad futura priuilegiū pro-
sit vt C. de leg. & constit. l. leges. l. autem si Reus. ff. iu-
dica. solu. similiter intelligo pluribus modis. Primò si
Reus qui erat in magistratu constitutus post datam sa-
tisdationem iudicatū solui, sit in magistratu. i. quia re-
mansit in eo & tali magistratu, subaudi, maiori in quo
inuitus in iudiciū vocari non potest, vt ff. de iud. l. para
literarū. tamen si res nō defendatur, subaudi, posteà. s.
post finitū magistratū, fideiussores tenētur: tale posteà
inuenitur ff de duob. reis. l. vltim. in fine. nam ibi legi-
tur: quòd si Reo aqua & igni interdictum est, fideius-
sor ab eo, scilicet Reo datus, subaudi, antequàm inter-
diceretur Reo aqua & igni, tenetur posteà. vel aliter
intelligo l. illā, si Reus impetrauit priuilegiū, vt in alio
foro debeat cōuenire, fideiussores nō vtentur illo pri-
uilegio: quia personalia iura fideiussoribus non pro-
sunt, licèt Reo competant. vt ff. de eacep. l. eaceptiōes.
Vel aliter l. illā, qui aūt. intelligit Irner. de priuilegio
quod nō est facti, sed iuris. quòd sic intelligo, quia dig-
nitatem acquisierit, ea qua dignitate, putà magister iu-
sticiarius habet hoc à iure, vt non cōueniatur tempo-
re sui magistratus. Verū si de facto impetrat priuilegiū
vt non cōueniatur, tunc locum habet l. si quis posteà. ff.
de iudic. Lex autem illa, vir bonus. loquitur quādo ca-
pitalis inimicitia intercessit inter defensorem & illū
quē defendedat: vel alia iusta causa interuenerit, pro-
pter quam non compellitur defendere. vt ff. de procur.
l. mutus. §. vlt. & l. nō cogendū. Vel aliter, si lis finita sit
sententia, vel transactione, vel iureiurando prætor nō
compellitur suscipere iudicium, & sic res non videtur
non defensa. Vnde in hac actione Actor his vtatur po-
sitionibus. † POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd te cita- 2
ri fecicuram tali iudice. Item contra petitionem insti-
tui. Item tu promisisti iudicio sisti. Item tu contempsi-
sti stare in iudicio. Item hodie cōditio tua mutuata est
ratione alterius fori. Econtrà Reus dicat sic. † POSITIO 3
RAI. Etsi ego promisi iudicio sisti, iudicium est fini-
tum est, vel triennij cursu, vel transactione, vel senten-
tia, vel iureiurando: vel quia alius Iudex datus fuit:
vel quia primus mortuus, secundus subrogatus. vt ff. iu
dic. sol. l. 2. & l. cùm apud Sempronium. constat enim
per prædictas leges Reum non teneri. Item si stare non
potuit: quia fuit iusto impedimento impeditus: de quo
sic constaret, haberet eaceptionem ne pœna committa-
tur

tur cum effectu: sicut multa patent exempla. ff. si quis
cau.l.2. Item in ea conditione sum, in qua sui, quandò
4 promisi iudicio sisti. †QVAESTIO. Sed illud quæritur,
dicitur l.ff.si quis cau.l.sed & si quis.§.illud.quia si ali-
quis ideò non stetit, quòd accusatus fuit crimine capi-
tali, nō habet exceptionem: cōtrarium legitur ff.de cu-
stod.& ex.reor.l.2.& vlti.vbi cauetur, quòd si aliquis
accusatus sit, posteà nō recipitur Reus, id est, accusari
nō potest posteà: quod etiam locum habet in priuatis
causis, & nominibus sub fideiussore factis: nisi accusa-
tio temporalis in periculum cadat? Respondeo: lex il-
la non contradicit: nam multi fatui fatuè legem illam
intelligunt: & ita simpliciter sicut sonat litera: sed nō
est ita intelligenda: sed si aliquis est exhibendus pro-
pter actionem moram cōtra eum interim, subaudi, do-
nec debet intētari actio illa, scilicet, illo die quo opor-
tet accusatum stare iudicio, non debet de alio crimine
eodem die accusari. & hoc etiam in ciuili causa serua-
tur. postcà verò accusatur & conuenitur etiam in ciui-
li. vt ff.de in ius voc.l.quique.§.1.& ita ibi scripsit Do-
minus meus. & sic l.sed & si quis.§.illud.ff.si quis cau.
loquitur quandò die posteriori non stetit, quo potuit
comparre: aliâs dura res esset tam in criminali causa
quàm in ciuili, vt cōuentus donec causa illa non fini-
atur, ab alio nō possit accusari vel conueniri: cùm
iura illa quæ videntur loqui de hac materia, loquan-
tur verùm accusatus suum accusatorem vel conuentus
Actorem reconuenire possit: de alio autem quin possit
legib. cautū nō est: vnde videtur cōcessum, ex quo nō
est prohibitum. vt ff.ex quib.caus.ma.l.necnō.§.2.& ff.
de proba.l.ab ea parte.& arg.ff.ad municip.l.magistra-
tibus. & in his casibus loquuntur C.qui accus.nō poss.
l.neganda. in ciuili loquitur Authent.& consequenter
C.de senten.& interl.omn.iud.sed si rectè cōsideras, to
tus titul.ff.si quis caut.& ff.qui satisda.cog.loquitur in
Reo absente & satisdante iudicio sisti. sed de Actore
non loquitur, an Actor teneatur satisdare: licèt in cri-
minibus inueniamus, quòd accusator tenetur cauere
iudicio sisti, id est, se perseueraturum vsque ad senten-
tentiam. vt ff.de ac~n.l.si cui.§.1.hodie tamen iure Au-
thenticorum tenetur etiam Actor cauere iudicio sisti,
etiam antequàm det libellum Reo. vt dicit Authen.ge-
neraliter. C.de Episco.& cler. quæ est in Corpore Au-
5 thent.de litig.colum.8. & excludendas. †QVAESTIO.
Sed quæritur, quare iure veteri, & iure Digestorum A-
ctor nō cauebat iudicio sisti? Respōdeo: illa erat ratio,
quia Actore absente non cōtrahebatur eremodicium,
præterquàm in causa liberali. vt C.de lib.caus.l.is qui
in seruitute.ff.de lib.causa.l.diui fratres. & præterquā
in causis, quæ à delatoribus deferebantur. vt ff.de iure
fisc.l.ex quibusdam.§.senatus.& l.senatus.§.diuus.ho-
die autem contrahitur eremodicium, siue Actor absit,
siue Reus. vt C.de iudi.l.properandum. & ideò si vter-
que cauet de iudicio sisti, non est mirum. In hac autem
6 actione concip. Actor libellum sic. †LIBELLVS. Ago e-
go R.contra M. qui cùm promisisset mihi iudicio sisti
tali die: vnde quia nō ipso die stetit, & interest nostra
in decem, ideò illa 10.peto: propono certi condictionē
ex stipulatione. Quòd sic rectè concip.libel.dicit ff.si
quis caut.l.qui autem §.vlti. OPPOSITIO. Sed non vi-
detur libellus benè conceptus: quia tunc Reus factum
promisit, scilicet iudicio sisti tali die. vnde ad factū a-
gi debuit, & non ad interesse, cùm sit in obligatione: &
id debet peti quod in obligatione est. vt ff.de verb.ob-
ligat.l.seruum.§.vltim. & Instit.de acti.§.1. & in diffi-
nitione actionis idem est. & ff.de verb.oblig. l.vbi au-
tem.§.vlti. Respond. licet factum sit in obligatione, ta-
men interesse potest peti. vt ff.de iudi. l.si quis ab alio.
imò videtur quòd sit in electione Actoris, vtrùm petat
præcisè factum, an interesse. vt ff.de no.oper.nun.l.sti-
pulatio de operis.§.fine autem. & de hoc quære vt no-
taui suprà de actione commoda. sed posset responderi
legibus illis, quòd non habeant locum l.enim, si quis
ab alio. non loquitur in petitione, sed in sentētia. mul-
toties enim aliud petimus, & aliud consequimur. vt ff.
de verbor.oblig.l.in executione.& ff.de dol.l.arbitrio.

Item fortè l.stipulatio. de operis non. nunc. specialis
est. sed respondeo: imò possum petere interesse, quan-
dò factum est in obligatione. id enim videtur in obli-
gationem venire, scilicet interesse. vt ff.de euict.l.si ita
quis. licèt aliud sit, quandò dare est in obligatione, vt
in actione commodati, notaui. Ita concipies libellum,
quandò quis promisit se principaliter, quòd stabit iu-
dicio. Si autem promisit alium iudicio sisti, concipies
sic. †LIBELLVS. Ago contra talem, qui promisit mi- 7
hi stipulanti Titium stare iudicio die tali: vnde quia
die tali non stetit, ago contra ipsum, & peto ab eo, vt
præstet mihi 10. quia tanti mea interest: propono cer-
ti cōdictionem, quæ oritur ex stipulatione. vt ff.si quis
cau.l.si quis quenquam.& per totum tit.qui satisda.co-
gan.& sic petes interesse si vis. Si autē vis petere, quòd
sistat in iudicio, & non transierit tantum tempus, vt pe
rierit instantia iudicij: putà triennium. iuxta l.prope-
randum. C.de re iud.eo.tit. vel annus & dimidius. Au-
thent.qui semel. potes petere, quòd in iudicio sistat, vt
dicas. †LIBELLVS. Ago contra talem, qui promisit se 8
vel Titium iudicio sisti. vnde quòd sistat, ago cōtra ip-
sum. propono actionem ex stipulatu. Quòd sic rectè
concipiatur libel.dicit ff.si quis caut.l.2.§.si quis iudi-
cio.ff.de verb.oblig.l.vbi autem non apparet.§.qui id
quod in faciendo. OPPOSITIO. Sed omnibus libel-
lis sic opponitur, maximè quandò quis promisit alium
iudicio sisti: non videtur quòd stipulatio teneat, & ex
ea agi posse: nam nemo factum alienum promittendo
obligatur. vt ff.de verbo.oblig.l.stipulatio ista habere
licere.§.1. Respondeo: in iudicijs stipulatio tenet, e-
tiam si quis promittat factum alienum, vt hic, & in sti-
pulatione rem ratam haberi. vt suprà in speciali Ru-
brica notaui. & est ratio, ne lites oriantur ex litibus.
vt C.de fruct.& lit.expen.l.2.in fi. & quia iudicia sunt
odiosa. vt C.de iudic.l.properandum.in princip. & in
Authen.de litig.§.omnem verò. sed hæc ratio nō mul-
tùm bona est: quia hac ratione teneret stipulatio in cō-
tractibus, ne obligationes oriātur ex obligationibus.
vt ff.de re iud.l.si se obtulit.§.1.sed illa ratio est, si stipu
latio teneat: quia qui promittit alium iudicio sisti, vi-
detur promittere se curaturum, quòd ille stet: & ita vi-
detur promittere factum suum. vt ff.de verb.obliga.l.
quoties qui alium. & sic quicquid dicas, speciale est
in iudicijs: at in contractibus secùs. vt Insti.de inutil.
stipul.§.si quis alium. cum multa casualia sint circa iu-
dicia, quæ quilibet studiosus in tit.si quis caut. collige-
re potest. †QVAESTIO. Sed quid si dies non fuerit ap- 9
positus, quo deberet quis in iudicio sisti: quantum tem
pus deberet spectari ad hoc, vt Actor possit petere suū
interesse? Respondeo: secundùm loci distantiam facias
computationem: cōsideratur enim quantum distat do-
mus istius à loco iudicij: & sic per quēlibet diem dan-
tur tibi 20. miliaria. vt ff.de verbor.significat.l.1. & ff.
si quis caut.l.1.ff.quis ord.in bonorum possessio.l.2.§.si
præsens.& Institut.de excusat.tutor.§.penult. & ff.de
excusat.tutor.l.scire.§.hoc autem. In contractibus e-
nim aliter dantur induciæ: & aliter tempora compu-
tantur, scilicet per tantum tempus, per quantum homi
nes tui sexus & ætatis & conditionis ire possunt. vt ff.
de verborum obligat.l.continuus. Sed licèt in iudicijs
tempora sic computentur: duo tamen dies subducun-
tur. primus, in quo actum est. & alius dies in quo quis
debet sistere: & sic quodlibet miliarium debet habere
mille passus: qui mille passus non à muro ciuitatis, sed
à continentibus ædificijs numerantur. vt ff.si quis cau.
l.1.& ff.de verbor.significat.l.mille. continentia ædifi-
cia accipe suburbia. vt ff.de verbor.significat.l. vt Al-
phenus. & l.quæ in cōtinentibus. vnde in quolibet mi-
liario ponebant antiqui lapidem, sicut vidi Veronę: &
propterea iura dicunt centesimum lapidem, id est, cen
tesimum miliarium. vt ff.de excusatio.tuto. l.propter.
& Institut.de excusat.tutor.§.penultim. & ff.de offic.
præfect.vrb.& l.1. Et prodest hoc notare pro Lateran.
Concilio, quo cauetur, vt vltrà duas dietas literæ non
impetrentur, nisi specialiter clausola illa inseratur: nō
obstante illa constitutione, &c. vel de assensu partium

sine

fint literæ impetratæ, vt in concilio de literis non im-
petrandis vltra duas dietas.cap.vnico.ita enim accipi-
mus dietam,id est, viginti miliaria per diem. Ista antè
seruæ quando quis promittit iudicio sisti de persona
sua. cæterùm si aliquis promisit non se sed alium iudi-
cio sisti, tunc serua quod legitur C. de fideiusso.l.san-
10 cimus. †QVAESTIO. Sed quid si aliquis fideiuber prò
aliqoo io causa criminali, nunquid fideiussor côuenie-
tur? Respondeo sic: non vt puniatur criminaliter, sed
pecuniatiter: & habebit inducias illius l.sancimus, vt
C.de fideiusso.l.si Barsatoram.& ff.de custod.& exhib.
reor.l.si quis reum. malè ergo faciunt officiales, qui
dant cùm fideiubent personam pro persona: quia in
hoc casu fideiussio nulla, sed in hoc caueant verùm ac-
cusatus sit committendus fideiussoribus,& pœnam sta
tuant quam promittat fideiussor, si non repræsentat, vt
ff.de custo.& exhib.reo.l.1. & l.diuus.& l.si quis reum.

De actione ex stipulatu, quæ interponitur pro vitio, vel pro morbo seu euictione quando res aliqua venditur. Rubrica.

1 *Seruus si fur sit, an animi vitium sit.*
2 *Stipulatio an teneat si emptor venditori dixit, tu promittis mihi furem non esse.*
3 *Actio ex stipulatu quæ interponitur pro vitio, &c. vt competat, quot necessaria sint.*
4 *Libelli in actione ex stipul. quæ interpon. pro vitio vel euict. quomodo formentur. cum sequen.*
6 *Actio ex stipulatu propter vitia, an sit vtilis vel necessaria.*
7 *Venditor an compellatur cauere de dupla, vel dare fideiussorem, ne res euincatur.*
8 *Lex bonitatis ff.de euictionibus. cùm loquatur de actione ex stipulatu, quare ibi ratio alluuionis habeatur.*
9 *Triplum si committatur, an perpetuò ex empto agi possit.*
10 *Laudatio authorũ iure Romano, an quolibet tempore fieri possit.*
11 *Venditori præsenti in iudicio, an denuntiandum sit, si sciuit quæstionem moueri.*

De duodecima actione ex stipulato videamus,
quæ interponitur freqoentissimè à venditore li-
brorum, vel animalium, vel aliarum rerum, vel
prædiorum. venditores enim promittunt sæpiùs de vi-
tio & euictione, de qua actione loquuntur ff.de euicti-
onib.l.si fundus. & l.euicta.§.duplæ. & si seruos. & l.si
seruum cuius. & l.si rem.§.duplæ. & l.si emptori.& l.si
ita.& l.quia dicitur.& l.emptori. & multæ leges in eo.
titul.ff.de euict.ff.de ædil.edict. l.sciendum.§.dictum à
promisso. Qualiter autem possit esse vitium in seruo
vel in animali, vel morbus in libro, vel in prædio, no-
taui suprà in tractatu prætoriarum de redhibitoria.
Vitia enim sunt propriè animi, & cadunt in seruos &
animalia, putà, si seruus sit fugitiuus vel erro. vnde de
his duobus vitijs oportet, quòd venditor nominatim
caueat ad hoc vt agatur redhibitoria, vel ex stipulatu,
aliàs ageretur ex empto sicut agitur pro morbo corpo-
ris, aut corporis & aoimi. sicut & hæc, & habes ff.de æ-
2 dil.edi.l.ob quæ vitia.§.animi.& §.in summa. †QVAES-
TIO. Quid autem si seruus sit fur, nònne est vitium ani-
mi? certè sic. quare ergo de fure nõ cauetur in l.ob quæ.
ff.de ædil.edict.sed tantùm de errone & fugitiuo? Re-
spondeo: quia maius vitium est esse fugitiuum quàm
furem: cùm fugitiuum nobis habere non expediat, fu-
rem autẽ sic, vt ff.de actio.emp.l.Iulianus.§.1. †QVAES-
TIO. Sed quid si emptor dixit vẽditori, tu promittis mi-
hi furem non esse, vel quando dixit, promittis mihi de
vitio, scilicet furti, quòd non sit fur, nunquid stipula-
tio tenet? Respõdeo sic.& videtur interesse venire, vt ff.
de euictioo.l.si ita quis stipulanti. & argum.ff.de pact.
l.non impossibile. de fugitiuo ergo ideo ponitur & de
errone, quia emptor ignorans seruum fugitiuum agit,
nisi fuit sibi cautum per stipulationem quòd fugitiuus
non sit, vt ff.de dol.except.l. apud Celsum. §. Item La-
beo. de seruo fure non agit etiam si ignorans: quia de-
buit scire illum furem ex quo erat seruus, vt notaui su-
prà de actione quanti minoris ciuili. † Vnde ad hoc vt 3
actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd
contractus interueniat. Secundum, quòd stipulatio se-
quatur. Tertium, quòd vitium inueniatur vel morbus,
vel etiam quòd sequatur euictio. qualiter res euincatur
nõ curo prosequi, quia notatur plenè in summa domi-
ni mei C.de euict. quòd ista sint necessaria probatur ff.
de ædil.edict.l.1.§.causa. & probant etiam iura prædi-
cta, & illa quæ notaui suprà de ædil.act. & de redhibi-
toria, & quanti minoris. Quæ autem dicantur vitia, &
qui dicantur morbi, legitur ff.de ædil.act.l.1.§.penult.
& vlt.cum legib.sequen. Vnde in hac actione illas eas-
dem positiones faciat actor & reus, quas facit in hac
redhibitoria, vt ibi dixi. In hac autem actione concipi.
actor libel.sic. † LIBELLVS. Ago ego R. contra M. qui 4
cùm vendidisset mihi talem equum, & promisisset mi-
hi de vitio & morbo & euict. & ille equus habeat tale
vitium, vel morbum: quia calcitrosus vel galolus: vel
quia est mihi euictus. vnde ago contra ipsum ad meum
interesse, quod æstimo 20. propono certi condictionem
ex stipulatu, vt ff. de ædil.edict.l.ædiles aiunt. & l.bo-
uem. Si autem seruus fuit venditus vel liber vel fun-
dus, dicat sic. †LIBELLVS. Ago ego R. contra M. qui ven- 5
didit mihi Stichum vel codicem vel talem fundum: &
promisit mihi de morbo, vitio & euictione, qui seruus
fugitiuus est vel erro, vel codex est mendax pro maio-
ri parte, vel fundus ille producit herbas pestibulas,
vel illa sunt euicta, propter quod mea interest in vigin
ti, ideo illa viginti peto, propono certi condictionem
ex stipulatione. †QVAESTIO. Sed illud quæritur, non vi- 6
detur quòd actio ista sit vtilis vel necessaria, & sic su-
peruacuò inducta: nam & propter morbos & vitia e-
tiam si non promittatur, agitur: & si euincatur, agitur
ex empto de euictione, vt ff. de ædil. edict.l.ob quæ.§.
penul.& vlti.& C.de euict.l.non dubitatur. cùm ergo
locum habeat redhibitoria quanti minoris res est, quæ
est prætoria, vel quanti minoris emptutus essem, quæ
est ciuilis, de quibus suprà diximus in specialibus ru-
bricis: quare ergo fuit inuenta ista? vel quare compelli-
tur promittere, cùm compelli non possit? vt ff.de pro-
cura.l.non cogendum. & ff.vt leg.no.caueat.l.hæc sti-
pulatio. Respondeo: multum fuit vtilis & necessaria
actio ex stipulatu: in multis enim casibus fuit necessa-
ria & propter multa, nam ecce si aliquis sciens emit fu
gitiuum vel morbosum, vel rem alienam, etiam si appa-
reat vitium, vel morbus, vel res euincatur, omni em-
ptor destituitur auxilio. verùm si fuit sibi cautum per
stipulationem agitur, vt ff de dol. except.l.apud Cel-
sum §. item Labeo. & C.de euictio. l.si fundum sciens.
Item necessaria propter quædam vitia, scilicet, fugiti-
ui & erronis, propter quæ non ageret redhibitoria, li-
cèt agatur ex empto, nisi stipulatio interuenisset, vt ff.
de ædil.edict.l.ob quæ vitia.§.animi. & §.in summa. &
l.sciendum.§.dictum. Item est vtilis actio ex stipulatu
propter illud, quia si agit ex empto venit tantùm in-
teresse & in simplum. si agit ex stipulatu fortè veniet
duplum vel triplum vel quadruplum, quod fuit pro-
missum. Item in stipulatione potuit esse fideiussor vel
pignus quæ in actione ex empto non veniunt. †QVAES- 7
TIO. Sed nunquid venditor iunctos compellitur caue-
re de dupla vel dare fideiussorem, ne res euincatur? Re-
spõdeo, non compellitur de dupla præstanda, nisi pro
rebus pretiosis, putà margarita vel veste serica vel or-
namentis pretiosis, vt ff.de euictio.l.emptori. & sic ta-
lia mobilia accipio pretiosa. Quid autem de rebus im-
mobilibus? fortè quodlibet immobile accipio pretio-
sum: quia rei mobilis vilis atque abiecta est possessio,
vt ff.de acquiren.possess. l.si rem mobilem. In alio eti-
am casu tenetur cauere de dupla, si consuetudo loci
hoc inducit, vt ff.de actio.pigno.l.si pignori.§.si credi-
tor. fideiussorem autem dare non cogitur, nisi euictio
immineat in limine contractus, vt ff.de pericu.& com-
mod.rei vendit.l.penult. si ergo non compellitur pro-

mittere doplum, nisi vt dictum est, quid operatur hæc stipulatio? cùm etiam simplum veniat in actionem ex empto, imò plus, qui ibi venit singulare interesse, vt ff. de act. empt. l. 1. quod in actione ex stipulatu non est, cùm sit personalis, & in nulla personali stricti iuris, præterquam si sit arbitraria, iuratur in litem, vt ff. de in lit. iuran. l. videamus. §. in actionibus. & ff. de pigno. l. si fundus. §. in venditione. Respond. hoc operatur, quia quando interuenit stipulatio re euicta, si agatur contra venditorem inspicitur tempus venditionis. ff. de euict. l. bonitatis. & l. cùm fundus. & l. ex mille. si autem agatur ex empto, inspicitur tempus euictionis, quo tempore considerabitur si res sit melior vel deterior, vt ff. de
8 euictio. l. euicta. † QVAESTIO. Sed quæritur, si l. bonitatis. ff. de euict. loquitur de actione ex stipulatu, quare habetur ibi ratio alluuionis, vt in l. seq. sed & si quid. cùm in actione ex stipulatu non habeatur ratio meliorationis postea cōtingentis, vt dictum est, nec deteriorationis? Respondet dominus meus, quia specialiter promissum fuit. Vel aliter l. illa, sed & si quid. loquitur in actione ex empto, in qua habetur ratio meliorationis, & hoc indicat principium l. vbi ponitur coniunctio aduersatiua. sed. nam d. l. bonitatis. loquitur in actione ex stipulatu, in qua non habetur ratio meliorationis, l. sed & si quid. loquitur in actionem ex empto, in qua habetur ratio meliorationis, vt dictum est. & in hac sententia fuit M. sed secundùm dominum meum, licèt ista coniunctio, sed, aduersetur, ita intelligatur: quamuis in actione stricti iuris, scilicet ex stipulatu, inspiciatur tempus venditionis, tamen si fuit specialiter promissum, vt melioratio postea præstetur, superueniens præstabitur. Attende tamen aliud, quòd quando agitur ex stipulatu etiam lata sententia contra emptorem non agitur contra venditorem, nisi re ablata emptori, vt ff. de euict. l. habere licere. actione autem ex empto agitur etiam antequam res abducatur lata sententia, vt arg. ff. de act. empt. l. seruus. §. vlt. OPPOSITIO. Sed opponitur: videtur quòd tantùm sententia lata possit agi de euictione in actione ex stipulatu, vt ff. de euic. l. euicta. §. duplę. & arg. ff. man. l. Lucius. Respon. dominus meus refert vtrùm vendiens promittat duplam re euicta, nā tunc statim lata sententia committitur actio, & agi potest vt ibi: an promittat habere licere, tunc non agitur nisi res ab emptore abducatur, vt d. l. illa, habere licere. vel aliter l. illa, euicta. intelligitur secundum l. istam, habere licere quod ideò non committatur, quia ille qui vendicabat sine successore decessit, alioquin si successorem habuisset, committeretur, vt ibi. vel ideò emptor non agit in l. illa habere licere. quia res fuit donata vel legata ab euincente, sed in hoc casu licet nō agat de dupla, agit tamen ex empto. ff. de euict. l. si ei cui. in princ. & l. emptori. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur: stipulatio habere licere, interposita committitur mota controuersia, vt ff. de verb. obl. l. stipulatio ista habere licere. §. 1. Respon. refert vtrùm moueat controuersia is qui vendidit & tunc mota cōtrouersia committitur, vt ibi. an alius. & tunc non committitur, nisi re abducta, vt in l. illa, habere licere. QVAESTIO. Item quæritur, legitur ff. de euict. l. si dictum. in prin. vt si triplum aut quadruplum committatur, possit agi perpetuò ex empto quasi illa bonę fidei informata per pactum nudum. vel etiam ageretur ex stipulatu si stipulatio interuenisset. OPPOSITIO. Sed opponitur, stipulatio de euictione prætoria est, vt ff. de præto. stipul. l. 1. §. stipulationū. si est prætoria, ergo non potest immutari, vt aliquid addatur vel detrahatur, vt ff. de verb. oblig. l. in conuentionalibus. In hac enim firmiter tamen, quia si res est pretiosa, debet duplū promitti. pro non pretiosa simplum, vt ff. de euict. emptor. & l. in venditione. Respondet dominus meus, quòd [illegible] in hac stipulatione. & l. illa, in conuentionalibus. generaliter intelligenda est. vel aliter l. illam, in conuentionalibus intelligo, quòd nō possit mutari prętoria stipulatio. putà, addendo vel detrahendo, ita vt forma stipulationis mutetur: verū retenta forma stipulationis possunt contrahentes addere & mutare. simile circa sententiam in qua nō potest iudex addere vel minuere, vt C. de sentē. ex pe. re. l. 3. scilicet ad hoc vt forma sententiæ mutetur, verùm possunt acta mutari tenore sententiæ perseuerante, vt ff. de re iud. l. actorum. Item attēde, quòd ad hoc vt actio de euictione cōmittatur & agi possit ex stipulatu in tribus casibus, vt ff. de euict. l. euicta. §. duplæ. oportet quòd in re euicta 7. interueniant. Primum, vt quęstio sit mota, & corā iudice, vt C. eo. l. emptor. & l. si controuersia. Secundum, vt authori meo denuntiem quolibet tempore, dummodò non propè sententiam, vt C. de euict. l. authore laudato, & ff. de euict. l. si dictum. §. si compromisero. & §. si me. & l. si rem. §. quolibet. nisi denuntiatio sit remissa per pactum, vt ff. de euict. l. Herennius. iure tamen Lombardo tu conuentus iam pro re mobili, quàm immobili laudabis authorem tuum ante litem cōtestatam, postea autem non audieris: & pro re mobili ibis cum authore, & cum re mobili vsq; ad tertium authorem seu garentem ad tertium commutatum: pro re immobili tenetur venditor tuus defendere te in tuo foro, & hoc vtroque iure, defensione rei mobilis quoad forū, vt in Lombarda. de rebus interitiatis. l. vlt. & in Lombar. de euict. l. 1. & 2. nam l. 1. illius tit. loquitur de re mobili: secunda loquitur de immobili, & dicit quòd debeat emptorē defendere: ergo in foro emptoris, vt etiam iure Romano, ff. de iudi. l. venditor. & ff. iudi. sol. l. iam tamen. §. vlt. ff. de iud. l. hæres. † QVAESTIO. Sed quare aliud videtur in 9
Lombarda circa laudationem authoris, quòd laudetur ante litem contestatam, iure Romano quolibet tempore, vt dictū est? Respon. quia dicunt Lombardistæ, quòd iure Longobardo transfunditur in personam laudati authoris iudicium: sed iure Romano tuo authori denuntians, vt tibi assistat, & rationes competentes alleget, vt C. de euict. l. si controuersia. Tertium, vt emptor non præscripserit, alioquin de euictione non agit, ff. de euict. l. qui alienam. & C. eo. l. si obligatam. Quartum, quod pronuntiatum sit contra emptorem præsentem, alioquin si contra absentem sit pronuntiatum, nō aget, vt ff. de euict. l. si ideò. Quintum, vt res sit auocata per iudicem & non per arbitros, vt ff. de euict. l. si dictum. si compromisero. etiam sine sententia: nisi quandò manifestissimum erat rem esse euincentis: tunc licèt restituat sine iudice, nihilominùs agit, vt ff. de actio. empti. l. ex empto. §. emptorem. aliàs l. emptorem. cùm in illo casu parcatur emptori, qui suo dixit pudori parcendū, vt & habetur in fideiussore. ff. mand. l. Quintus Mutius. nec contradicit ff. de neg. gest. l. at qui. §. cùm me absente. quia ibi & si erat manifestum parti, non erat manifestum iudici, vt in l. illa, emptorem. Sextum, quòd emptor non amiserit causam culpa sua, vt ff. de euictio. l. si rem quam. §. duplæ. l. Herennius. § vlt. & l. si seruum. & ff. de fideiussorib. l. exceptione. Septimum, vt res non sit euicta per iniuriam iudicis, vt ff. de euictionib. l. si per imprudentiā. & ff. de fideiuss. l. exceptione. quod autem est dictum, vt denuntietur venditori, intelligas nisi steterit per venditorem quominus ei denuncietur, vel ignoretur vbi sit, vt ff. de euict. l. si ideo. § præsenti. & l. si dictum. §. si præsentem. & ff. quod vi aut clam, l. 1. §. sed Atillo. & l. vim facit. † QVAESTIO. Sed nunquid 10
præsenti venditori in iudicio est denuntiandum si sciuit quæstionem moueri? videtur quod non, vt ff. de actionn. empt. l. 1. contraria tamen sunt argumen. ff. de euict. l. si ideò. §. præsenti. & ff. de adulte. l. denuntiasse. Respondeo: credo venditori denuntiādum: licet enim venditor sciat, tu tamen denūtiare teneris: sciat & alias optimum simile induco in seruo iusso reddere rationes: licet reliqua reddat, non tamen liberatur, nisi rationes reddat hęredi, vt ff. de liber. leg. l. non solum nostrum. §. is qui reddere rationes. Sed licèt agatur de euictione vel ex empto, vel ex stipulatu, attende tamen ad quid agatur. & considera primò quare res euincatur: aut ideò quia creditor est qui euincit, & tunc agit ex empto, vt obligatio dissoluatur, vt ff. eod. l. euictus. si autem euincitur à domino: tunc agit ad totum interesse, & ad duplum & ad quadrupiū si promissum fuerit, vt dictum est. In omni casu recuperat pretium emptor à venditore nō ab euincente, vt C. de euict. l. super empt.

empt. & C.de rei vendic.l.mater. contra C.de vxor:b.
militum.l.vlti.In fin.sed ibi quia prctium versum erat
in vtilitatem vendicaotis.

De actione ex stipulatu, quæ datur hæredi contrà legatarium, qui plus recepit quàm lex Falcidia patitur. Rubrica.

1 *Actio ex stipulatu quæ datur heredi contra legatarium &c. ad hoc vt procedat, quot requirantur.*

2 *Cautioni & satisdationi, antequàm hæres legatum soluat, licet locus sit, tamen & post legata soluta huiusmodi etiam satisdationi & cautioni locus erit.*

3 *Legatarius, si postquàm legatum recepit satisdare nolit, qualiter cogatur, ac ipsi hæredi consulatur.*

4 *Positiones actoris & rei in tali actione ex stipulat. quæ datur heredi contra legatar. & nu. 5.*

6 *Libellus in tali actione quomodo fiat.*

DE tertiadecima actione ex stipulatu videamus,
per quam consulitur hæredi. quotiens enim le-
gatarius petit ab hærede legatum, & dubiū est
vtrùm falcidia locum habeat, debet promittere & sa-
tisdare legatarius hæredi, vt quod amplius accepit no-
mine legati, quàm patitur ratio legis falcidiæ hæredi
restituat, vt ff.si cui plus quàm per leg.falcid.legat.esse
dicat, l.1.§.1.& l.nisi.§.hæc cautio. sed stipulatio & sa-
tisdatio locum habent in donationibus causa mortis,
vt ff.eo.l.1.§.hæc stipulatio.& non solum præstatur hæ-
redi, imò etiam præstatur fideicommissario seu lega-
tario, si ab eo relinquatur legatum, vt ff.eod.1.§. in qui-
busdam. nisi malit legatarius circuitu sublato hæredi
caueri, vt ff.eod.l.videamus Item præstatur hæc cautio
& satisdatio non solùm si dubitetur de lege falcid. hæ-
redi debita: sed si dubitetur an locum habeat portio pa
trono debita, quæ est hodie tertia, Insti. de success.li-
1 be sicut probatur ff.eo.l.1.§.interdum. † Vnde ad hoc
vt actio ista cōpetat, tot sunt ferè necessaria, quot sunt
necessaria in actione ex testamento, sicut ibi diximus.
Est & aliud necessarium, quòd dubium sit an lex falci-
dia locum habear. Cæterùm si certum est legem falci-
diam locum nō habere: quia præter legata tantùm erat
in bonis, quòd sufficiat hæredi ad falcidiam, huic sti-
pulationi & satisdationi locus non est, vt ff.eod.l.1.§.1.
etiam si certum sit legem falcidiam locum habere, vt ff.
eod.l.1 §. si in plures. Secundum est necessarium, quòd
hæres offerat legatum integrum, si satisdationem vult
sibi præstari à legatario: aliàs non præstabit legatarius
hanc satisdationem: imò eligentur arbitri ad ineundā
quantitatem bonorum, vt legatarius consequatur lega
tum, quatenus patitur ratio legis falcidiæ, & sic vocan-
tur omnes legatarij & fideicommissarij: sic tamen vt si
non vocarentur absentibus non præiudicaretur, vt ff.
eod.l.1.§. Marcellus. denuntiatur etiam creditoribus,
vt de iure suo probent coram arbitris illis, vt ibi dici-
tur. Tertium, quòd testamentum sit tale, in quo falcidia
locū habeat: aliàs si sit talis persona in cuius bonis ces-
set falcidia: putà, quia miles, vel quia testator prohi-
buit quartam deduci, cessat hæc satisdatio, vt ff.eo.l.1.
§.in quibusdam. & C.ad leg falcid. l.in testamento. &
in authen. sed cùm testator. quæ est in corpore authen.
de hæred.& falcid.colum.1. sed licèt miles habeat hoc
priuilegium, non tamen habet hoc veteranus, licèt de-
cedat infra annum missionis, vt ff.ad leg.falcid.l ad ve-
terani.& l.si post missionem.& l.si impubes. OPPOSI-
TIO. Sed videtur vt Trebellianum habeat locum, vt ff.
ad Trebel.l.1.§.vlt. Sed forte aliud in quarta Trebellia-
nica. Vel melius, remedia Trebellianica locum habent
scilicet vt cogatur adire & restituere, & quòd actiones
transeant: nō autem habent locum quoad quartā: quia
non esset ratio quare non haberet locum ex falcidia,
Trebellianum autem haberet locum. OPPOSITIO. Sed
videtur hodie iure nouissimo quòd habeat locum falci-
dia in testamēto militis, vt in auth.de hær.& falc.coll 1.
§.vlti. Respon. quod ibi dicit de milite, intelligas quan
do fuit miles institutus in testamento alicuius priuati,
non quando miles fecit testamentum. Sed licèt cesset
satisdatio propter falcidiam, tamen non cessat forte si
dubium sit de ære alieno, quòd primò debet deduci, &
propter pretia libertatum, quæ etiam primò deducen-
da sunt, vt ff.eo.l.1.§.in quibusdam.& C.ad l.falcid.l.in
ponenda. & C.de iure delibe.l.sancimus.§.licentia.
Quartum, ad hoc vt committatur cum effectu, quòd
res legata sit in rerum natura, alioquin non commitit-
tur stipulatio, nisi dolo legatarij res illa pereat, vt ff.
eo.l.1.§.vlti.& l.etiam.& l.nisi. Quintum, quòd ad hoc
vt satisdatio ista præstetur à legatario, quòd magna res
vel quantitas sit illi relicta: alioquin si minima vsque
ad 10 aureos non præstatur hæc satisdatio, sicut diui fra
tres in persona Pompeiæ Faustinæ rescripserunt, vt ff.
eo.l.3.§.quamuis. licèt aliàs minima summa appelletur
vsque ad duos aureos, vt ff.de dol.l.si oleum.in fin. & l.
id est. Sextum, quòd non sit fiscus legatarius: ille enim
non satisdat, nec cauet: sed perinde conuenitur ac si ca-
uisset: omnes autem alij legatarij quicunque aut cuius-
cunque sint dignitatis, satisdant vt ff. eod. l.3.§. item
sciendum. Sed si quæris quæ sit ratio, quare non cauet?
Respōdeo: hæc cautio & satisdatio ideò interponitur,
quia potest fieri non soluendo, is cui legatum soluitur,
vt ff.eod.l.1.hæc stipulatio. at fiscus est semper idoneus
& soluendo. ff.de fun.dot.l.3. Vnde cùm cesset hæc cau
sa, ideò cessat & hæc cautio. Item nota quòd licèt cau-
tio & satisdatio præstetur pro restituendo illo, quòd
vltra falcidiam recepit legatarius, tamen si totum le-
gatum appareat reuocandum, vel propter æs alienum,
vel propter alia, totum reuocabitur ex hac stipulatio-
ne, vt ff.eod.l.1.§.hæc verba stipulationis. † QVAESTIO. 2
Item not. quòd licèt videatur esse locus huic cautioni
& satisdationi, antequàm hæres soluat legatum: tamen
& post soluta legata locus erit cautioni & satisdatio-
ni, scilicet quia tenetur legatarius satisdare, vt ff.eo.l.2.
§.item sciendum. † QVAESTIO. Sed quid si legatarius 3
postquam recepit legatum non vult satisdare, qualiter
cogetur, & qualiter consuletur hæredi? quia antequàm
soluat hæres legatum habet retentionem, nisi legatari-
us satisdet. Respondeo: compellet legatarium hæres si-
bi satisdare per condictionem ex lege. ff.eod.l.3.§.item
sciendum. vel condict.indebi. quasi plus debito videa-
tur esse solutum, ex quo cautio fuit omissa, vt ff.eod.l.
3.§ vlti. Septimum, quòd legatarius legatum sibi reti-
neat quoad commodum. alioquin si distributor sit tan-
tùm, ille non cauet nisi testator mandet, vt ff.eod Di-
uus. ex qua lege colligitur, quòd distributor nullū ius
habeat: quia partes cessantium sibi non accrescunt, sed
hæredi, vt in prædict.l.diuus. & ff.de leg.2.l.si quis Ti-
tio 10. quòd amitto si hæres instituatur: alioquin distri-
butor habetur loco hæredis, vt notaui supra in actione
ex testamento de hac materia. Octauum, quòd legata-
rius sit diues, à quo petitur satisdatio, alioquin si pau-
per, remittitur hæc satisdatio, & habebit legatum, vt
eod.l cùm non facile. Nonum, quòd legi falcidiæ lo-
cus sit, alioquin in nihilum committeretur. In hac au-
tem actione actor facit tales positiones. † POSITIO AC- 4
TORIS. Ego dico, quòd Titius reliquit tibi tale lega-
tum. Item dubium erat an legi falcidiæ locus esset. Item
in testamento illo Titius me hæredem instituit. Item
tu petebas à me legatum. Item satisdedisti mihi de le-
gato restituendo pro rata, si locus legi falcidiæ esset.
Item modò certum est, quòd legi falcidiæ locus sit.
Item legatum relictum fuit magnæ quantitatis. Item
qui fecit testamentum, fuit pāganus. Econtrà reus v-
tatur his positionibus. † POSITIO REI. Ego dico, quod 5
talis mihi reliquit legatum. Item dico, quòd satisde-
disti. Item legi falcidiæ locus non est: quia præter lega-
ta & æs alienum remanet in bonis vltra falcidiam. Item
qui fecit testamentum fuit miles. In hac actione conci-
piet actor libellum sic. † LIBELLVS. Ago ego Roge. con 6
tra Martin. cui cùm relicta essent 20. à Titio, qui me hæ-
redem instituit, & cùm dubium esset de lege falcidia,
quæ mihi hæredi deberetur, dum legatum à me peteret
mihi stipulanti promisit & satisdedit, vt si legi falcidię
locus esset, pro rata mihi legatum redderet: vnde quia

legi falcidiæ locus est, vel quia æs alienũ apparuit: peto illa viginti mihi solui & redd.: & hoc quãdo totum legatum debet repeti: alioquin si pro parte debet reuocari, adijcias pro parte, propono certi cõdictionem ex stipulatione. Quòd sic rectè concipiatur libellus dicit ff.eod.l.1.in princip. & §.hæc verba. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur quòd hæc cautio & satisdatio sit interponẽda: nam si heres soluit legatum legatario: aut sciẽs locum esse legi falcidiæ soluit, aut ignorauit, si sciuit & non retinuit, non repetit tanquàm indebitè solutum, quia videtur voluisse donare, vt ff.de condictio.indebi.l.1.& ff.de regu.iur. l.cuius per errorem.& C.ad legem falcid.l.error. si ignorauit, locus est repetitioni quasi legato indebitè soluto, vt in prędicta l. error. cùm ergo possit sibi alia via consuli, quare huic cautioni locus est & satisdationi? Respondeo, & dico cum Vlpiano qui hanc quęstionem mouet, ideo hæc satisdatio interponitur, quia licet repeti posset ab hærede errante in facto vel dubitante, an legi falcidiæ locus esset: tamen quia legatarius posset fieri non soluendo, & sic periret quòd esset solutum, vt ff. eod. l.1.§. hæc stipulatio. Satis patet per ea quæ dicta sunt qualiter satisdetur à legatario propter legem falcidiam, quæ speratur ab hærede deduci: si autem non sit timor legis falcidiæ, sed fortè alius, quia quidam vel mouent vel sperant mouere controuersiam totius hæreditatis, tunc legatarius promittit & satisdat legatum reddere, si hęreditas fuerit ab hærede instituto euicta, de qua satisdatione loquitur l.1.ff.eod.l.nisi.§.si legatarius. vsque ad finem.cum l.sequen. & C.de petitio.hęredita.l. vltim. in quibus legibus plenè in ipsa litera de hac materia tu studiosus lector & diligens poteris edoceri. Hæc de his 13. stipulationibus exempli & doctrinę causa dixisse sufficiat: licèt multas alias stipulationes studiosus per se possit inuenire: nunc autem stilum nostrum & tractatum ad officium iudicis, quòd loco actionis proponitur, conuertamus: & de eo tractemus ad plenum, licèt dominus Ioan. omiserit tractare in arbore actionum: & sic est finis ad laudem Dei huius Tractatus.

Explicit Tractatus de Actionibus

TRACTATVS QVINTVS SINGVLARIS, ET AVREVS, DE OFFICIO IVDICIS.

De officio iudicis, quod loco actionis proponitur. Rubrica

1 *Iudicis officium cùm sit latissimum, an actio esse dicatur.*
2 *Iudicis officium cùm sit subsidiarium auxilium quomodo actioni deseruiat.*
3 *Iudicis auxilium quomodo actioni deseruiat.*



EXPLICVIMVS per Dei gratiam arborem actionum secũdùm quod dominus Io. tractauit per ordinẽ ponendo naturas omnium actionum, positiones actoris & Rei, et libellos, et etiam quęstiones notando, quibus libelli reprobentur: & quibus etiam debeãt approbari: tractauimus etiam de multis actionibus, de quibus dominus Ioan. in arbore actionum mentionem fecit. verùm quia multa sunt iura, quę licèt non sint actio, instar tamen actionum obtinent, sicut est officium iudicis, bonorum possessiones, & senatusconsulta, ideo de illis tractabimus: quia ferè operantur idem quod operantur aliæ actiones. Sed licèt iudicis officium latissimum sit, & ad multa possit extendi, tamen hîc de officio iudicis dicimus, quod loco
1 actionis proponitur †QVAESTIO. Ecce in primis quæritur, cùm officium iudicis sit latissimum, vt ff.de iurisdictio.omn.iudic.l.1. & ad multa extendatur, an sit actio? dominus M. & sui sequaces admittunt quòd sic. & his rationibus hoc probant. In primis, quia idem operatur officium iudicis, quòd actio: ita enim si concipiam libellum proponendo officium iudicis sequitur condemnatio in multis casibus, vt in hac eadem rubrica dicemus, sicut & si proprium nomen actionis. Item actionis verbo officium iudicis continetur, quia continentur stipulationes damni infecti & legatorum, quæ solo iudicis officio interponuntur. & petuntur interponi, vt notaui suprà in speciali rubrica de damno insect. & de prætorijs stipulat. hoc habetur ff.de actio.& obligatio.l.actionis. Item legitur ff.de rei vendi.l.1. quòd per rei vendicationem directam non petantur filij, sed alijs actionibus: puta notione prætoria, id est, officio iudicis. Item si alia actio superest, actio de dolo non datur, vt C.dę dol.l.de dolo. & ff. de dol.l.1.§.ait prætor. & si supersit officium iudicis, per quod datur restitutio, non datur de dolo, vt ff.de dol.l.1.§.idem Pomponius. ergo officium iudicis est actio: domino tamen R. & domino Ioan. & domino meo visum est, quòd officium iudicis non sit actio: & in primis probant ex diffinitione actionis. Nam actio est ius persequendi in iudicio quod mihi debetur, vt Instit. de action.§.1. quod in officio iudicis, non est. Item inducunt ff. de minor. l. quòd si minor. §.vltim. ex hoc edicto nulla propriè proficiscitur actio, sed totum hoc pendet ex prætoris cognitione: & certum est, quòd minoribus detur restitutio officio iudicis, nec obstant argumen. à M. inducta. operatur officium iudicis quantum & actio: ergo est actio. non sequitur: nam & ratihabitio operatur quantum & mandatum, vt C.ad Macedo.l.vltim. non tamen est mandatum, quia ex ratihabitione oritur actio negotiorum gestorum, vt ff.de negot.gest.l.Pomponius si negotium. ex mandato oritur mandati, vt ff. manda. l. si procuratorem §.mandati actio. Item nec obstat quòd actionis verbo contineatur officium iudicis. verum est si actio largissimè accipiatur: si autem strictè, non est verum: actio in rem dicitur actio generaliter. strictè tamen non est actio, qua agimus cum eo actione in rem, quia nullo iure est obligatus nobis, vt Institu. de actio.§.1. & ff.de action & obligatio.l.actionis. sed tamen propriè petitio dicitur, vt ff.de action. & obligatio.l.nec actio. nec obstat etiam quod opponitur ff.de dolo.l.1. & ff. de mino.l.a causę. vbi dicitur, & si alia actio &c. quia ibi fuit facta simplex relatio, vt & ibi, crucifixus est Iesus, & alij duo nequam cum eo: ipse tamen non fuit nequam &

alibi, eadem mulier quæ damnauit saluauit. & eadem herba crescit in horto meo, quæ crescit in tuo. & hoc etiam per iura legitur C. de iudi. in authen. qui semel actionem proponit, & aliud ei anni spacium indulgetur: non tamen præcessit annus. Item simile ff. de procur. l. non solùm. §. quæritur. Item simile in authen. de manda. Princip. §. oportet. collat. 3. ibi in illo verbo, oportet igitur collatores &c. & authen. vt defuncti seu fener. in princip. vbi dicitur milites & alios plurimos seruos, & tamen miles non est seruus, vt C. qui milit. non poss. l. super seruis. & ff. ad Velleian. l. hæ actiones. & ff. de excu. tut. l. sed & reprobari. §. fin autem. & ff. de donat. inter virum & vxor. l. 3. §. seruus. QVAESTIO. Si tu quæras quare officium iudicis non sit actio? Respondeo: ideò quia quandò illud imploro pro singulis caussis, pro quibus habet locum, vt infrà dicemus, recurro ad domini iudicis refugium & ad vltimum auxilium, & ad emendicatum suffragium, quod est in potestate iudicis denegare mihi vel concedere. At quando actionem propono, auxilium mihi competens de persona mea, non aliunde, siue velit siue nolit oportet, quòd iudex tanquàm mercenarius dominæ suæ actioni meæ deseruiat, vt C. depositi, l. 1. ff. de rei vendi. l. officium. & l. qui restituere. & ff. quòd metus causa, l. metum. §. ex hoc edicto. Item vide absurdum quòd sequeretur si officium iudicis esset actio: quia iam ipse sibi seruiret, cùm officium iudicis teneatur actioni seruire, vt dictum est. Videamus ergo singulos & collocemus eos sub singulis rubricellis vbi locum habeat, & proponatur iure actionis, vt euidentior pateat intellectus. Et in primis videamus quoties intentetur pro alimentis, cùm causa alimentorum sit fauorabilis, vt C. de fidei-
1 commiss. l. 1. & ff. de transactionib. l. cùm hi. † QVAESTIO. Item quomodo officium iudicis cùm sit subsidiarium auxilium deseruiet actioni, vt supra dixi. & probatur ff. mandati. l. 1. l. idemque. §. 1. & ff. fami. erciscun. l. & puto officio. & ff. de eo quod certo loco. l. an vtique. §. nunc de offic. sed & suprà diximus de actionib. & sic de officio iudicis diximus: quare ergò intitulatur rubric. specialis de officio iudicis? Respondeo officium iudicis latissimum est, & ideò sapientissimum: & non dixit longissimum, quia vix longum inuenies sapientem iuxta Salomonem. nam vix vir paruus humilis, vir longus cum ratione: & ideò in longo non est sapientia: quia stultitia sicut & longitudo in infinitum extenditur. atqui latissimus est omnium, circumcirca conspicit, vt ff. de iurisdictione omn. iudic. l. 1. Et licèt ad multa extendatur, hic tamen non tractatur nisi de offic. iudicis, quod loco actionis proponitur. Institu. de offic. iudic. non tractatur de hoc, sed tractatur quomodo officium iudicis deseruiat actioni, sicut patet in
2 omnibus exemplis positis in rubric. † QVAESTIO. Sed illud quæritur quomodo officium iudicis deseruiat actioni? Respondeo: quia nisi officium iudicis esset, nec actio posset intentari, nec ita procedi, nec in ea pronunciari, nec mandari executioni, namque parùm esset iura in vrbe constitui, nisi essent constituti qui iura defenderent, vt ff. de orig. iuris. l. 2. § post originem. & sic in omnibus casibus vbi officium iudicis proponitur loco actionis necessarius est libellus. Quanto autem tempore duret officium iudicis, quando loco actionis proponitur, dic vt not. suprà in fin. edictorum. in rubr. de prætor. stipul. in fin. Item quomodo officium iudicis cùm sit subsidiarium auxilium cùm & alia multa auxilia inueniantur, & quandò competat in subsidium: dic vt not. suprà in tractatu ciuilium in rubric. de actio. in factum subsidiaria. in fin.

De officio iudicis quo petuntur alimenta.
Rubrica.

1 *Alimenta à patre & matre quomodo filius petere possit.*
2 *Auus maternus an nepotem ex filia alere cogatur.*
3 *Maritus si nullam recepit dotem, an vxorem alere teneatur.*
4 *Alimentorum petitio in persona filij, vel patroni, vel aliorum vt locum habeat, quot interuenire debeant.*
5 *Pater an negare poterit illum qui alimenta petit, esse filium suum.*
6 *Alimenta qualiter præstari debeant.*
7 *Alimentorum nomine quid contineatur.*
8 *Patronus si recepit pecuniam pro operis futuris, an ex toto ius patronatus amittat.*
9 *Alimenta si sint legata vel constituta inter viuos, numquid petantur. Item si detur alicui aliqua res, vel alimenta præstentur, numquid alimenta peti possint.*
10 *Positiones actoris & Rei in actione pro alimentis. & numero 11.*
12 *Libelli in actione pro alimentis quomodo concipiantur. cum plurib. sequen.*

CVM alimenta petantur officio iudicis, videamus in primis quæ sint personæ quæ possint & debeât petere alimenta, & à quibus personis petantur alimenta: ecce filius petit alimenta à patre, siue sit in potestate, siue emancipatus: nepos ab auo, pronepos à proauo, & sic de cæteris per virilem sexum descendentibus & ascendentibus. Item filius à matre, maximè si sit vulgò quæsitus. Item & hi petunt alimenta pater à filio, auus à nepote, proauus à pronepote, mater à filio, sicut hæc probantur ff. de libe. agno. l. si quis à liberis. §. 1. & 2. & C. de alend. liber. à paren. l. 1. & 2. Item nepotis ab auo materno. Item filia à patre, vt ff. de liber. agno. l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. duobus ergo modis filij petunt alimenta, si sint nati ex legitimo matrimonio, vel ex concubina vnica & in domo. cæterùm ex damnato coitu qui appellatur illicitus: putà nati ex adulterio cùm habet quis vxorem: item nati ex consanguinea, vel filius sacerdotis. isti alendi non sunt, vt in authen. quib. mod. natu. effic. sui §. si quis. colum. 7. tales enim ab omni beneficio excluduntur. & si aliquis habuit filios legitimos, illi soli succedent patri etiam viuenti & sui iuris efficiuntur: alere tamen debent patrem, nam licèt peccauerit & indignus sit, pater tamen est, vt in authen. de incest. & inutil. nupt. colum. 2. Naturalis ergo filius & licitus, putà natus ex concubina, quam habuit vnicam & in domo indubitato affectu, petet alimenta à patre, & pater ab eo. Petet etiam frater alimenta à fratre suo legitimo & naturali, si superest: si autem quis habuerit plures concubinas, nati ex illis præter primum alimenta non petent, quia sicut vna vxore ducta aliam non potest quis superinducere, ita postquam quis habet concubinam aliam habere nõ debet: vnde postcà nati sunt illicite, vt in authen. quibus modis natura. effic. sui. colum 6. §. si verò effusa & §. si quis autem. vulgò autem quæsitus filius à matre petet alimenta nisi sit illustris, vt C. ad Orfic. S. C. l. si qua illustris. & hoc ideò in matre, quia certa est, etiam si vulgò pariat, vt argumen. ff. de in ius vocau. l. quia.
† QVAESTIO. Sed quæritur quomodo filius petet alimenta à patre & matre, sicut superius dictum est? 3
Item quomodo petet alimenta filius à patre auo & proauo? ab omnibus ergò simul alimenta petentur? Respondeo, ita intelligas, quòd filius petat alimenta primò à patre: cæterùm si pater non superest, vel superest, & pauper sit, tunc petet à matre. Idem in auo & proauo, vt argumen. in authen. vt lice. mat. & auiæ. §. illud quoque. coll. 8. & ff. de libe. agn. l. penul. vel aliter vtroque existente & eodem tempore petet filius alimenta ab vtroque, sed diuersis temporibus, à matre petet vsque ad triennium, donec lacte viuit, post triennium petet à patre, vt C. de patr. potest. l. nec filium. sed plerique prudentes notauerunt, quòd etiam infra triennium, quandò est penes matrem, alatur expensis patris, scilicet, quòd pater dabit alimenta matri, sicut daret nutrici. modica tamen impendia, sicut lactis & castanearum & aliarum rerum patri non imputantur. ita etiam intelligit dominus meus, & adducunt ff. de libe. agno. l.

si quis à liberis.§.si mater. & hoc intellige stante ma-
trimonio. cæterùm secuto diuortio: aliter alimenta
præstantur: nam si pater causam diuortij præstitit, &
mater ad secundas non venerit nuptias, apud matrem
aletur, patris tamen expensis. idem econtrà, nisi fortè
pater vel mater sit pauper, tunc enim à diuite petent a-
limenta,& apud eum morabuntur, vt in authen. vt lib.
matr.& auiæ.§.illud quoque, colum.8.& ff.de libe.ag-
2 nosc.l penult. †QVAESTIO. Item dicitur, quod auus
maternus cogatur alere nepotem ex filia, vt ff.de liber.
agnoscend.l. si quis à liberis.§. item diuus Pius. at in
eod.titul.l.penultim.dicitur quòd onus liberorum qui
nascuntur ex fœmina ad patrem non auum pertineat:
nam & immunitas data sibi & posteris ad natos ex fœ-
mina non pertinet, vt ff.de iu. immu.l.1. patrem enim
tantum respicit onus alimentorum, quę filijs exhiben-
da sunt,& auum paternum, vt ff.famil. erciscun.l.si fi-
lia.§.si filius.& l.si maritus.Respon.l.penul.ff.de liber.
agnos.tollit contrarium. nam ita dicit, non quemadmo
dum masculorum onus ad nos pertinet,ita & in fœmi-
nis:nam manifestum est id,quòd filia parit, nõ auo sed
patri suo,id est,marito suo esse oneri,nisi pater aut non
sit superstes aut egenus sit: & sic secundùm quòd lex
illa distinguit, intelligas quòd legitur in eod.titu.l.de
auo materno. Item petet alimenta, patronus à liberto,
vt ff.de libe.agnos.l.si quis à liberis.§.solent. Item pe-
tet etiam à liberta, vt in prædict.l.§. si quis à liberta.
Item liberi patronorum petent alimenta à liberto, vt
in prædict.l.§. si libertum. Item pater & mater patro-
ni,si patronus & filij eius nõ supersunt,petent alimen-
ta à liberto,si diues sit, & ipsi pauperes, vt in prædict.l.
§.vltim.si enim filius patroni & nepos supersunt,& di-
uites sint: primùm ab illis sunt alimenta petenda, sed
licèt patronus petat à liberto: à libertis tamen liberti
non petet,vt ff.de libe.agnos. l.si quis à liberis.§.si quis
liberti liberto. & est argumen. quòd à vasallo vasalli
mei fidelitatem non petam. Item libertus à patrono
non petet alimenta,vt ff.de liber.agnoscen.l.alimenta.
Et sic his argumentis, dico dominum petere alimenta
à vasallo, vasallum à domino. in bonis enim vasalli &
liberti superstitis nullum omninò ius quoad alimenta
habet patronus vel eius filius,nisi in summam deduca-
tur egestatem,vt ff.eo.l.vlt.Item petet alimenta pupil-
lus à tutore, vt ff.vbi pupil.edu.debe.l.1. & per totum.
& C.de ali.pupil. præstã.l.1.& 2.de admi.tut.l.cùm plu
res.§.cùm tutor.Item petet alimenta vxor à marito·sed
lex modificat secundùm quantitatem dotis,vt ff.solut.
matrim.l.si cùm dotem.§.si autem. & cõcordat ff.de iu-
re dot.l.dotis fructus. & C.de iure dot.l.pro oneribus.
& ff.de doli except.l.vlt.& ff.famil.ercisc.l.si filia.§.si fi-
3 lius.& l.si maritus. †QVAESTIO.Sed quid si maritus
nullam dotem recepit nunquid alet vxorem?Certè iu-
re fori respondit dominus meus,quòd nõ, sed iure po-
li sic:adeò quòd potest excommunicari maritus.cùm e-
nim sint duo in carne vna, non debet pars saturari & a-
lia esurire. Item præter alimenta patronus ecclesiæ à
prælato ecclesiæ, vt extr.de iur.patr.c.vlt.Item petet a-
limenta ille qui donauit res suas tibi,vt annua alimen-
ta sibi præstares, sed hic agitur condictione ex lege, vt
C.de bo.quæ sub modo,l.1.omnes autem prædicti petãt
4 alimenta sibi præstari officio iudicis. †Vnde ad hoc vt
locum habeat petitio alimentorum in persona filij vel
patroni vel aliorum, oportet quòd ista interueniant.
Primum,quod non neget illum filium vel libertum: si
enim neget, non dabit alimenta antequàm constet il-
lum filium vel libertum esse, & de hoc summaria fiet
cognitio, scilicet an sit filius, vt ff.de agnosc. liber.l.si
5 quis a liberis.§ si vel parens.& §.solet.†QVAESTIO.Sed
nũquid pater semper poterit negare illum esse filium?
Certè si hoc posset,nunquàm pater daret alimẽta: quia
semper hanc exceptionem opponet , non es filius. Re-
spondeo non semper potest negare.nam si maritus con
tinuè steterit cum vxore, & fuit in possessione filiatio-
nis,licèt pater neget illum filium , nihilominùs tamen
dabit alimenta,vt ff.de agnn liber [illegible] quis à liberis · si
constiterit.& l.quis neget.& arg.ff.de dona.l.donatio-
nes.& ff.de quæstionib.l.1.§.nec facili. & C.de nup.l.si
vicinis. & per constitutionem factam à diuo Adriano,
vt ff.de libe.agnos.l.siue.§ quia.si autem diuortium in-
teruenit,& filius iam natus est,idem est.si autem diuor
tium interuenit, & mulier est prægnans, habet locum
senatusconsul.Plaucianum,quod propter duas species
factum fuit. Prima vt parentes agnoscant filios,id est,
quòd agnoscere debent Secunda propter illos qui par-
tum falsum subijciunt,id est,vt occurratur fraudi illo-
rum qui partus falsus vellẽt subijcere.occurritur enim
eis per denunriationes factas à muliere viro: quia di-
cit se ex eo esse prægnãtem. Item propter renuntiatio-
nem factam à marito vxori, scilicet, quòd non sit ex eo
prægnans. Item propter custodiam apponendam circa
ventrem & custodiendum partum , propter quæ facta
sunt alia duo senatuscon. Primum de denũtiationibus
& renuntiationibus prædictis,quod factum fuit à Plau
ciano senatore: & sic vocatum fuit Plaucianum, quod
pertinet ad prædictas duas species, & ad filios qui na-
scuntur post diuortiũ.de hoc senatusconsulto & de illis
denũtiationibus loquitur l.1.ff.de agn.lib.l.siue.§. quia
Plaucianum.& sic Plaucianũ nõ loquitur de partu sup-
posito, quia de parto supposito loquitur ff.ad l.Cor de
fals.l.lege Cornelia.& est in casu illo crimen aliud pri
uatum.& C.ad l.Corn.de fals.l.1.& l.cùm suppositi. Se-
cũdum senatusconsultũ factũ fuit temporibus diuorũ
fratrum,de quo loquitur ff.de ventre inspici.l.1. Est &
tertium senatusconsultum quod factum fuit tempori-
bus diui Adriani,quod loquitur de partu edito cõstan-
te matrimonio, vt agnoscatur à patre saltem quantũ ad
ad alimenta, vt ff.de liber.agnos.l.siue.§. quia Plaucia-
num.Secundum,quòd ille qui petet alimenta non sit si-
bi sufficiens: si enim habet vnde se exhibeat,tunc alen-
dus non est,vt ff.de liberis agnoscendis.l.si quis à libe-
ris.§.alimenta. Tertium, quòd illa persona quæ petet
alimenta,licèt pauper sit,sit infirma: si enim sit in bo-
na valetudine,quòd possit operari, & ea operis sibi suf
ficere, alimenta præstanda non sunt. argumen.ad hoc
C.libr.11. de validis mendi.l.vnica ff.de liber.agnos-
cend.l. si quis a liberis.§.idem rescripsit. quam legem
intelligo de illa persona, cui non sit verecundum ope-
rari. Cæterùm si sit persona cui sit verecundum ope-
rari,quia nobilis,non credo hoc locum habere. Quar-
tum , quòd persona illa quæ petit alimenta non detu-
lisset illam personam, à qua petit alimenta, vt ff.de li-
ber.agnosc.l.si quis à liberis.§.idem iudex. quam dela-
tionem intelligimus, si grauia damna persona delata
propter hoc sustinuit, vt in auth. vt cũ de app.cog col.
8.§.si delator.Quintũ,quòd persona quæ petit alimen-
ta, nõ fuerit ingrata, vt C de alen.l.b.l vlt. qualiter aũt
persona dicatur ingrata legitur in prædi.auth. & C.de
reuo.do.l.vlt & in auth.de nup. col.4 §.ingratitudinẽ.
& notaui suprà de act.ingrati. Sextũ,quòd personis il-
lis à quibus alimenta petuntur,superlit: & illis perso-
nis quæ petunt desit:si enim mihi petenti desit,& tibi à
quo peto, nihil superest,nihil dabis,vt ff.de libe.agn l.
si quis à liberis.§.pe.Iniquum est enim patrem egere,cũ
filius sit in facultatibus,vt ff.de libe.agn. l.si quis a libe
ris.§.si impubes.†QVAESTIO.Sed qualiter alimẽta præ- 6
stabuntur?Respon.secundùm modum facultatum,vt ff.
de libe.agn.l.si quis a liberis.§.si libertum. & secũdùm
qualitatem personæ, vt ff.de admin.tut.l.cùm plures.§.
cùm tutor. †QVAESTIO. Item quæro quid nomine ali- 7
mentorum cõtineatur?Respondeo: Continetur victus,
calciamentum, vestimentum, habitatio, aqua etiam si
sumus in partibus illis vbi aqua vendi solet, vt ff.de a-
limen. & cibar.lega.l.1. & l.legatis. & l.vltim. & ff.de
verbor.signific.l.verbo victus. hoc si tractemus de ali
mentis constituendis,quia fauorem continet·verũ si de
alimentis minuendis, non continentur omnia ista no-
mine alimentorũ,vt ff.de transact.l.cùm hi.§ qui tran-
sigit. Septimum, quòd si patronus petit alimenta,n[illegible] sit
patronus manumittens ex causa fideicommiss.nec quòd
libertus sit suis numinis redemptus, nec quòd exegerit
a liberto mercede pro operis,scilicet futuris. quia pro
prçteritis potest,& pro futuris in causa necessitatis, pu

ta pa-

tà patronus est paoper exigit pro alimétis. vt C. de ope
ris libert. l. 1. & l. si quā pecuniā. & l. nec patronus. sed
si exigat operas patronus, libertus consequitur libe-
ram factionem testamenti: nec enim teoetur aliquid re
linquere patrono. vt ff. de iure patrona. l. sicut. & ff. de
operis libert. l. libertus qui operarum. & C. de operis
libert. l. si quam pecuniam. Item quòd patronus sit qui
non accusauerit libertum crimine capitali. vt ff. de li-
ber. agnoscend. l. si quis à liberis. §. si quis à liberti li-
8 berto. QVAESTIO. † Illud autem quæritur si patronus
recipit pecuniam pro operis futuris, ex toto amittet
ius patronatus. vt ff. de liber. agnosceod. l. si quis a libe-
ris. §. si a liberti liberto. nisi in duobus casibus, quaodò
causa necessitatis, vt dixi, & quandò libertus spontè
offert. vt ff. qui & à quibus ma. liber. non fi. l. vltim. si au
tem recipiat pecuniam pro præteritis operis: tunc nō
amittit ius patronatus, nec etiam quò ad alimenta, nec
quò ad alia, præterquam quod non succedat siue pro
futuris, siue pro præteritis, vt dixi. vt C. de oper. libert.
l. 1. & l. si quam pecuniam. & l. nec. patronus. & C. de bo
nor. possess. contra tabul. l. patronus. Respondeo, ratio
est in promptu, quia quando pro præterito tempore
pecuniam recepto, nihil debeo amittere: quia præteri-
tas operas non possem petere. & sic pretium videtur
quasi gratis & spontè solutum: at quando pro futuris
recipio pro illis operis quas petere possum, habendo
pretium habeo operas. vt argum. ff. de petitio. hæredit.
l. si rem & pretium. & sic exactio operarū facit me pa-
9 tronum ius patroni amittere. QVAESTIO. † Item quæ-
ritur, nonnè si sint alimenta legata, vel constituta inter
viuos petuntur? Item si do tibi aliquam rem, vt mihi a-
limenta annua præstes, nonnè petam alimenta. vt ff. de
aliment. & cibar. legat. per totum titul. & ff. de transa-
ctio. l. cùm hi. & C. de fideicommiss. l. 1. & C. de donati.
quæ sub mo. l. 1. Item si dono tibi omnia bona mea, non-
nè à te petam alimenta? videtur quòd sic, vt in Lombar-
da. de donat. quæ consignatione vel leonachil fuerit. l.
2. licèt alio modo. l. illa intelligatur, quare ergo de istis
suprà non habuimus mentionem? Respondeo, quia
omnes prædicti petunt alimenta officio iudicis. isti au
tem etsi petant alimenta, petunt alio iure, legatarij a-
ctione ex testamento, si inter viuos petuntur actione
ex stipulatu, & ideo de istis supra exempla notaui. I-
10 stas positiones facit actor pro se. † POSITIO ACTORIS.
Ego dico, quòd sum filius tuus, vel pater, vel nepos vel
pronepos, vel auus, vel proauus, vel mater, vel filia.
Item ego sum patronus vel libertus. Item ego sum pu-
pillus, & in tua tutela. Egenus sum. Item tu diues es. I-
tem mihi deest, & tibi superabundat. Item infirmus
sum. Item arte careo. Item bene seruiui tibi. Item sem-
per habuisti me pro filio tuo. Econtrà reus vtetur his
11 positionibus. POSITIO REI. Ego dico, quòd tu es fi
lius Titij, & sic de cęteris. Item tu es diues. Item tantùm
habeo quantum mihi sufficit. Item tu es bene sanus. I
tem benè potes operari. Item tu me accusasti crimine
capitali. Item tu me detulisti. Item propter tuam dela-
tionem passus sum magna dispendia. Concipiet actor
12 libel. sic. † LIBELLVS. Proponit R. contra patrem suum,
quòd cùm ipse R. sit egenus vel infirmus, quod operis
non posit ei sufficere, & pater suus sit diues. quòd si-
bi debeat alimenta præstare. Implorat officium vestrū
domine iudex. eodem modo concipiet libellum filia,
nepos, & pronepos contra auum & proauum sicut di-
ctum est: & prædictæ personæ similiter concipient ecō
trà si ipse indigent contra filium nepotem, & pronep-
tem. Patronus autem sic concipiet libellum. LIBELLVS.
13 Proponit R. patronus contra M. libertum suum, quòd
cùm ipse R. sit egenus, & libertus sit diues, quòd sibi a-
limenta præstet, ad hoc implorat officium vestrum do-
mine iudex. Quòd sic rectè concipiantur libelli, pro-
bat d. l. si quis à liberis. non autem apponetur in libel-
lo, quòd patronus sit infirmus. & quòd operis non pos-
sit sibi sufficere: quia hoc tantùm in filio requiritur d.
l. si quis à liberis. sed quare? quia patronus plus iuris ha
bet in alimentis petendis propter beneficium liber-
tatis, quod liberto præstitit. in liberto autem ita dica-
tur sicut in filio. OPPOSITIO. Sed opponitur: non
videtur, quòd officium iudicis posit intentari. nam
certum est, quòd alimenta prædictis personis a prædi-
ctis naturali iure debentur. vt ff. de iustit. & iure. l. 1. &
Instituti. de iure natural. gentium & ciuil. si ergo iure
naturali debentur, soluta non repetuntur. vt ff. de con-
dictio. indebit. l. Iulianus. sed ex naturali obligatione
non agitur. vt ff. de pact. l. iurisgentium. & ff. de fideius-
sor. l. fideiussor obligationi. §. fideiussor. & argumen. ff.
ad Trebel. l. facta §. si sub conditione. & l. quamuis. quo
modò ergo intentatur officium iudicis? Respondeo,
licèt ea naturali obligatione non posit agi generali-
ter: tamen agitur in casibus vbicunque agitur ex pa-
cto nudo, & hic etiam non iure actionis, sed officio iu-
dicis. Sed quare non agitur ex omni naturali obligatiō
ne? Respondeo, ideò quia naturalibus obligationibus
omnibus ius ciuile assistit, sed istis quibus adsistit, a-
gitur aliquando condictione ex lege, aliquando ex
officio iudicis, vt hic: & sic notat dominus meus ff.
de petition. hæreditat. l. sed si lege commissoria. §.
consuluit. Proponit autem pupillus sic. † LIBELLVS. 14
Proponit R. pupillus contra M. tutorem suum, vt sibi
alimenta præstet: ad hoc implorat officium iudicis. vt
ff. de aliment. pupil. præstan. l. 1. & sic per ista concipies
libellum in personis aliorum, sed licèt alimenta teneā
tur præstare: non tamen tenentur soluere æs alienum
contractum ab ipsis personis quibus alimenta præstan
tur. vt ff. de libe. agnosc. l. si quis a liberis. §. parens.

De officio iudicis quo datur restitutio minori. Rubrica.

SVBSEQVENTER videamus de officio iudicis,
quo loco principalis actionis, restitutio datur mi-
nori. vt ff. de minor. l. quòd si minor. §. vltim. nam
de officio iudicis quo restitutio datur minori, vidi-
mos, & diximus suprà in tractatu prætoriarum, de re-
scissoria. † Vnde ad hoc vt competat, in hoc casu tot sūt
necessaria. In primis, quòd aliquis sit minor 25. annis, 2
ita quòd tempora computes de momento ad momen-
tum. vt ff de mino. l. 1. & l. denique. Secundum, quòd sit
læsus, videlicèt vel circumuentus ab aliquo dolo dan-
te causam contractui, vel incidenti, vel læsus sui facili
tate quia amisit, quod habuit, aut amisit emolumen-
tum quod habere potuit, aut obligauit se oneri quod
non incipere licuit, vt de minor. l. non omnia. OPPO-
SITIO. Sed opponitur, si dolus dat causam contractui
vel incidit, nonne iuuatur quilibet maior, vt diximus
suprà de actione de dolo. Quare ergo de restitutione
tractamus danda minori officio iudicis? Item si dolus
dat causam contractui, contractus ipso iure nullus est.
vt ff. de dolo. l. eleganter. in princip. ergo non debet mi
nor restitui. vt ff. de minorib. l. in causæ. Respondeo,
licèt iuuetur maior propter dolum dantem causam
contractui, vel propter dolum incidentem, vt diximus
suprà de actione de dolo: minori tamen succurritur, si-

cut & maiori præterquàm in vno casu:quia quando do
lus dat causam contractui,& processum est ad traditio
nem,maior habet actionem de dolo:vt in prædicta l. e-
leganter.minor restituitur:ex quo enim restitutio com
petit,actio de dolo cessat.vt ff.de in integr.restitu.l.di-
uus.& ff.de dolo.l.2.& C.de dolo.l.de dolo. In alijs ca-
sibus iuuatur vt maior: nam si dat dolus causam con-
tractui,& stetur in finibus contractus quod non proce-
datur ad traditionem, & est contractus talis bonæ fi-
dei,cõtractus ipso iure nullus est : vnde nec minor nec
maior, habet necesse aliquod habere auxilium. Si au-
tem est contractus stricti iuris, quid dices? Respondeo
idem:quia ibi licèt teneat contractus,obstat tamen ex-
ceptio.vt C.de inutil.stipul. l.dolo. & si locum habet
exceptio,cessat de dolo seu restitutio.vt ff.de dolo.l.1.
2 ff.de minor.l.in causæ.QVAESTIO.† Item quæritur quo
modò sui facilitate decipiatur minor? Respondeo, ha-
bes multa exempla tam in C. quàm in ff.de minor. &
specialiter quando emit plus iusto pretio, & vendidit
minori,non vltrà dimidiam vel minùs,quia tunc iuua-
tur quilibet maior per l.rem maioris. C.de rescin. ven.
Item non intelligas de modico pretio,quia tunc nõ da
retur restitutio, si fortè res valebat 20. minor vendidit
18.vt ff.de in integr.restit.l.scio.& ff.de minor.l.ait præ-
tor.§.quæsitum.& l.pen.qualiter autem lædatur minor
in eo quod habuit & amisit,habes in C.si vt ab hæredi-
ta.absti.Item qualiter lædatur in emolumento, habes
C.vt si nmiss.hæred.vel bonor.possess.& ff.de minor. l.
ait prætor.§.quæsitum.qualiter circa onus, habes ff.de
minor.l.ait prætor.ideò enim ista duo exiguntur,quòd
sit minor,& læsus:quia si alterum tantùm interueniat,
non datur restitutio.vt ff.de iureiurand. l.nam posteà.
§ si minor.hoc idem dicimus in ecclesia,quæ vtitur iu-
re minoris.vt extr.de in integr.restitu. Eccles. vel mi-
nor.& hæc attendas esse vera in contractibus, in deli-
ctis autem non subuenitur minori, si agatur criminali-
ter minori,siue commissis à minore,siue commissis cõ
tra minorem:nisi quatenus miseratio ætatis adduxerit
iudicem ad minorem pœnam.vt ff.de minor.l.auxiliũ.
& ff.de termino mot.l.2.& C.si aduersus delict.l.1.& 2.
Si autem ex crimine agatur ciuiliter, si quidem conue
niatur ex culpa siue ciuiliter, siue criminaliter restitui
tur.vt ff.de minorib. l. si ex causa. §.nunc videndum.l.
Papinianus.§ si in commissum.& quod legitur in d. l. si
ex causa.§.si mulier.ibi,cũ culpa,&c.id est, dolo. si au-
tem deliquit dolo,& conuenitur ciuiliter, tunc eate-
nus subuenitur,quatenus potuit confiteri, & negauit,
vt habeatur pro confesso.vt in lege Aquilia in qua infi-
ciatio punitur in duplum. vt ff. ad legem Aquil. l. inde
Neratius.§.hæc actio.vel eatenus subuenitur, quate-
nus potuit haberi pro transacto, si certa fuit quantitas
pro qua potuit transigere, alioquin pro tanta pecunia
transactum præsumitur.vt ff.de minor. l. si ex causa. §.
nunc videndum.& l.Papinianus.§ si in commissum. &
C.si aduersus delict. l. 1. alij distinguunt vtrùm minor
delinquat committendo,vel omittendo:vt committẽ-
do non subueniatur, omittendo sic : sed hæc distinctio
reprobatur C.si aduers.delict.l.1.& ff.de minori. l.si ex
causa §.nunc videndum. & §. si mulier. & l. Papinian.
§.si in commissum.& hoc notat dominus meus ff.de mi
nor.l.si ex causa.Tertium,secundùm Ioan. vt minor nõ
habeat aliam actionem, si enim minori ipso iure suc-
curritur,vt quia habet aliam actionem, cessat restitu-
tio.vt ff.de minor.l.in causæ.QVAESTIO.† Quæritur
circa ista in primis, quando minori subueniatur mero
iure & communi auxilio. Item quando minori subue-
niatur,vt habeat aliam actionem? Respondeo,mero iu-
re,id est, purè subuenitur minori, quando contractus
est ipso iure nullus:putà cum dolus dat causam cõtra-
ctui & statum est in finibus contractus, tunc subueni-
tur minori mero iure,id est,communi auxilio, scilicet
maiorum, quia tam maiori quàm minori subuenitur
in casu isto,& sic illa verba communi auxilio & mero
iure posita in d.l.in causæ.idem sonant : & vltima sunt
explanatiua priorum: & omnia ferè exempla posita in
lege illa hoc indicant. vel aliter communi auxilio &
mero iure tutus est minor quando pupillus contrahit
sine tutoris authoris, quod exemplum statim sequitur
in d.l.in causæ.in quo casu obligatur tantùm naturali-
ter.vt ff.de nouatio.l.1.in fine.vel quando minor habẽs
curatorem sine ipsius authoritate contrahit,in quo ca-
su nullo modo obligatur : quia non est absimilis furio-
so.vt C.de integrum restitutio. l. si curatorem habens:
hic iuuatur minor communi auxilio & mero iure.quo
modò communi auxilio? Respondeo,communi auxi-
lio minorum,vt in simili dicimus alienatio rei Eccle-
siasticæ sine solemnitate iuris reuocatur communi iu-
re,scilicèt,ecclesiarum. Item mulier intercedens non
in casibus specialibus communi iure iuuatur , scilicèt
communi iure fœminarum, id est, per Velleianum,er-
go casu isto nulla est inter Doctores dissensio, scilicèt
quod ipso iure contractus non teneat, quia non datur
restitutio : & est ratio,quia cùm restitutio rescindat,
quomodò potest rescindi quod ipso iure non tenet : vt
ff.de iniust.& irrit.testamento. l. nam & sub conditio-
ne.cæterùm si minori competat aliqua actio,vtrùm de-
tur illi restitutio? hic Doctores dissentiunt, sicut infrà
dicemus : sed quando minori competat actio, habes
exemplum ff.de dolo.l.1.& l.eleganter.§.1.& ff.de mi-
noribus.l.in causæ.§.cùm quidam.in quo §. apertè col-
ligitur secundùm Pompon.quod detur minori condi-
ctio sine causa ad condicendam cautionem, quam non
debuit interponere. cùm enim legatum conditionale
non transeat ad hæredem, pendente conditione, meri-
tò condicet cautionem per condictionem sine causa.
QVAESTIO.† Sed illud quæritur, quomodò Vlpianus, 4
homo summæ authoritatis ita indissolubiliter discce-
dit,& procedit in dicta l.in causæ. Nam primò dicit, si
alia actio competat, quòd cesset restitutio : & posteà
per totam legem non ponit exempla, quòd alia actio
competat : sed ponit quomodò contractus sit ipso iure
nullus.Respondeo,similitudinariè procedit,quasi po-
nendo ista vt paria : vt sicut minor habens actionem
non restituitur, ita non restituitur quando ipso iure iu
uatur.& posteà ponit exempla quando iuuetur ipso
iure.vel aliter,quod dicit in princip. alia actio & ali-
ud auxilium.qualiter autem aliud auxilium compe-
tat,ponit postea in superioribus exemplis.QVAESTIO. 5
† Sed nunc videamus si minor habeat aliam actionem,
an possit petere restitutionem? Respondeo & dico,
quod non:sed hoc attende circa eandem personam,cæ-
terùm si circa diuersas, habet electionem minor an ve-
lit intentare actionem,scilicèt tutelæ contra tutorem,
cuius authoritate contraxit, & fuit deceptus, an velit
contra te restitui, cum quo contraxit. vt C. si tutor vel
curator inter.l.etiam.& l.vlt.im. Sed quia hic Doctores
dissentiunt,inferamus argumenta, quibus vtraque iu-
uatur sententia, & videamus quæ sententia magis cum
iure concordet. Dominus B. & dominus Ioan. & P. &
dominus meus sunt in hac sententia, vt si alia actio cõ-
petat,quòd restitutio cesset. & adducunt pro se d. l. in
causæ.Item rationem vnam allegant : si minor habet a-
ctionem sibi competentem, quam potest sibi intende-
re, illi actioni velit nolit oportet iudicem deseruire,
tanquam mercenarius, ad quid iudicis officium implo
raretur? cùm in potestate iudicis sit tunc facere grati-
am vel non,nam si hoc esset, iam læderetur minoris cõ
ditio,quia iam esset in iudicis potestate concedere vel
denegare restitutionem,cum cognitio sibi principali-
ter committatur,an minor sit captus vel nõ. vt ff.de mi-
nor.l.1.& l.ait prætor.& l.in causæ.Item officium iudi-
cis in subsidium & defectum actionis fuit inuentum:
quia loco principalis actionis intenditur, vt diximus
suprà de officio iudicis:cùm ergo habeat minor ius cõ
petens & ordinarium, subsidiarium & extraordinariũ
non requiritur,ad quid enim perditio hæc?& sic secun-
dum istos in l.in causæ.Pompo.adijcit corrigendo Ari
stonẽ.dominus verò M.& sui sequaces,& dominus præ
tor meus R.dicunt,quòd licèt minor habeat actionem.
nihilominus tamen restituitur & dicunt in primis l.il-
lam in causæ.& dicunt Aristonem non corrigi per Põ-
poniũ:imò plus adijcit nõ corrigendo dictũ Aristonis:
& quod

& quod dicitur d.l.in causæ.in princip.& si alia actio,
&c.eaponunt, & si aliud auxilium, id est, si communi
auxilio & mero iure, quasi dicat si iuuatur minor ipso
iure, tunc cessat restitutio, id est, si contractus ipso iure
nullus est, & hoc indicant exempla sequentia. si tamen
fuisset in illa sententia quod si actio illa competeret,
quod non daretur minori restitutio postposuisset exē-
plum de actione, sicut posuit exemplum quomodò &
minor iuuatur ipso iure, pro se adducunt argumenta
plura. C.si aduers.fisc.l.1.& ff.de minor.l.Aemilius. &
C.de fideiussorib.minor.l.si ea.& ff.de minori. l. patri.
§.penultim.& l.eum qui fraudem.aliàs l.Imperatores.
Ad l.1.C.si aduersus fiscum. sic respondeamus pro B.&
domino Ioan. quòd loquatur quando minor contra-
xit, & deceptus fuit re ipsa minùs dimidia iusti pretij,
in qua maior non iuuaretur, minor tamen de iure spe-
ciali restituitur, vt ibi. Sed contra hoc videtur C. de do
lo. l. si superstite. vnde alio modo potes respondere,
quòd loquatur quando dolus dedit causam cōtractui,
& secuta fuit traditio, maiori succurretur per actio-
nem de dolo: minori succurritur per restitutionem, vt
suprà in hac eadem actione notaui Ad legem AEmili-
us. respondemus: quod ibi fuit datum tempus minori
quod transactum est, vnde quia actio non superest, me-
ritò restitutio datur. Ad l minor.C.de fideiussor. respō
demus: quod ibi minori non detur restitutio, cùm ha-
beat aliud auxilium, scilicèt condictionem indebiti,
& hoc est quod dicit l.illa, in fin. constat esse consul-
tum in persona venditoris, scilicet quia habet condi-
ctionem indebiti. l. patri. non contradicit l. eum qui
fraudem. intelligitur contra diuersas personas, & in-
telligitur circa instantiam iudicij, vt ibi notatum est.
Credimus ergo secundùm dominum meum: vt si mi-
nor habeat aliam actionem quod non detur sibi resti-
tutio, quia non opus sanis medico, sed malè habentib.
& hoc sic intelligas circa restitutionem, non circa a-
lia: nam & aliàs etiam si alia actio competat, nihilomi-
nùs officium iudicis competit, vel locum habet. vt ff.
de rei vendica.l.1.& l.officium.& notaui suprà de præ-
iudicialibus actionibus. malè ergo dicunt aduocati,
qui generaliter dicunt vt vbi habeat locum alia actio,
quòd officium iudicis cesset. Sed quæritur secundùm
dominum meum in restitutione minorum, si habet lo-
cum alia actio, cur cesset officium iudicis, in alijs au-
tem casibus contra? Respondeo, ratio est in promptu,
quia quando tractatur de officio iudicis, quo subueni-
tur minoribus, contractus rescinditur: vnde ratio est,
vt si habeat aliud auxilium minor, quòd non detur re-
stitutio, in alijs autem casibus ratio ista cessat. Vnde i-
6 stas positiones facit actor pro se. † POSITIO ACTO-
RIS. Ego dico, quòd ego sum minor [illegible]. vel 25. annis. I-
tem tecum contraxi. Item in illo contractu sum læsus.
& posteà specificet causam læsionis. Econtrà reus fa-
7 cit tales positiones. POSITIO R[illegible]I. † Ego dico te ma-
iorem 25. annis. Item cùm te maiore contraxi, vel esto,
quòd minor, dicat sic, tu iurasti corporaliter te maio-
rem: & si hoc confitebitur actor, denegabitur illi resti-
tutio, etiamsi esset minor & læsus. vt C.si min. se maio.
dixerit.l.3.in fine. Item esto, quod non iurasset se maio
rem, sed iurasset quòd contra non veniret, denegatur
ei restitutio hodie per constitutionem domini Frider.
sacramenta puberum. Concipiet actor sic libellum. LI-
8 BELLVS. † Proponit R. contra Martin. quòd ipse Ro-
ger. sit minor, vel esset minor viginti quinque an. cùm
contraxisset cum Martin. equum qui valebat viginti,
vendidit illi pro quindecim: vnde quia sui facilitate
fuit deceptus in pretio, petit pretium restitui, propo-
nit officium vestrum domine iudex, quòd sic rectè con
cipiatur libellus, dicit ff.de minorib.l.tutor.& l.penul
tim.& C.si aduersus vendi.l.[illegible].& [illegible]. Eodem modò conci
pies libellum vbicunque minor in contractu vel quasi
læditur, specificando tamen nomen contractus, in quo
læsus est, vel pignoris, vel alterius contractus, vel qua-
si contractus: purà aditionis hæreditatis, vel etiam iudi
cij, purà eremodicij: vt ff.de minoribus. l. ait prætor. §.
sed iudic.& §.non solùm, & l. si fine. §. restitutus. & §.

item si non prouocauit.& §.item in eremodicijs.adeun
do enim hæreditatem videtur quasi contrahere. vt ff.
ex quibus caus.in poss.eat.l.ait.§.fin.in fin. vt videtur e-
tiam quis quasi contrahere, qui iudicium suscipit. vt
ff.de pecul.l.licet. OPPOSITIO. Sed opponitur, mi-
nor si est deceptus in pretio, & petat restitui: videtur
quòd malè petat, restitutio enim est prioris status rein-
tegratio. vt ff.de minor. l.quod si minor. §. restitutio. si
ergo petat restitui, minor debet petere in libello rem
illam sibi restitui, & ipse minor pretium restituat. vt
C.de reputa.in iudic.in integr.restitut.faciendis. l.vni
ca. Respondeo, imò libellus benè conceptus est. minori
enim subuenitur in eo in quo læsus est. si ergo minor
non est læsus, quia rem vendidit: sed est læsus, quia mi-
nori pretio vendidit, & tamen expediebat sibi rem vē-
dere, restituitur in minoritate pretij, & benè potest di-
ci restitutio, ex quo peto pretium mihi suppleri, quòd
minus habui: cùm pretium sit de substantia contractus
emptionis. vt ff.de contrahend.emptio.l.pacta. hæc ita
procedunt, quando minor decipitur in pretio. Si au-
tem decipiatur, quia rem vendidit, quam non expedie
bat vendere: tunc concipitur libellus sic. † LIBELLVS. 9
Proponit R. minor 25. annis contra Martin. cui vendi-
dit codicem suum pro decem, petendo contractum il-
lum rescindi, & codicem illum sibi restitui officio ve-
stro domine iudex. quòd sic rectè concipiatur libellus,
dicit ff.de minor.l.in causæ.cum legibus sequ. Et nota.
secundùm distinctionem dari restitutionem etiam con
tra tertium, & contra quartum, & vltra ad rem ipsam:
sicut in illis legibus notatur in ipsa litera, quod enim
minori subueniatur aliquando in pretio, aliquando
in re ipsa secundùm quod læditur dicit ff. de iure doti.
l.si res æstimata.§.penultim.& hoc attende in re mobi-
li, quæ sine decreto potest alienari. si autem sit talis res
mobilis vel immobilis quæ sine decreto non potest a-
lienari. vt C.de administ.tut.l.lex quæ tutores. & ff. de
reb.eorum quæ sub cur. vel tute.l.1. tunc si non interue
uerit decretum, suo iure vendicat minor, nec habet ne-
cesse petere restitutionem, nisi iurasset, iuxtà d.auth.sa
cramenta puberum. si autem interuenisset decretum,
& non iuramentum minoris, tunc est necessaria resti-
tutio. vt ff.de minorib.l.tutor, & C.de præd.minor. l.&
si præsens.& l.& si ia.& l.& si prædium. & per totum ti
tu.& C.si aduersus vēdi.l.2.& 3.& hoc est quod dicit B.
præstito sacramēto directo interueniente officio iudi-
cis non vtere: non interueniente aūt decreto, nec præ-
stito sacramento tuo iure vtere: prætor enim non tibi
tuum, sed tibi suum denegat auxilium. † QVAESTIO.
Sed quæritur, quomodo minori detur restitutio ad rē 10
ipsam contra tertium, cum quo non contraxit, vt in d.
l.in causæ.cùm restitutio sit beneficium personale? Re
spondeo, hoc operatur hic fauor, quod alias odium in
actione quod metus causa: vt notaui, supra de actione
quod metus causa.& ff.quod metus causa. l.si cum exce
ptione. QVAESTIO. † Item quæritur si decretum in- 11
terueniat & authoritas tutoris, vel curatoris, & autho-
ritas prætoris. Item si datus est curator, & facta est in-
quisitio de quibus mandat C.si propter public.pensita.
l.vltim.& ff.de rebus eorum qui sub tutel.l.1. & l. ma-
gis.& C.de præd.minor. per totum, an detur restitutio
minori? Respondeo, datur. potest enim esse quod om-
nia interuenerint, sed tamen minor læsus est, quia fuit
circumuentus prætor, vt in prædicta l. magis. & C. de
præd.minor.l.si prædium. Attende tamen in his omni-
bus libellis, quia quando petit restitui minor, si minor
est eo tempore quando petit, dicit sic. Ego talis minor,
&c.cum authoritate talis curatoris, &c. Sed hoc non
multum expedit minori, scilicet agere cùm authorita-
te curatoris, sed expedit potius alters: ideò in libello
non curaui apponere. vt C.de procurat. l.non ideo mi-
nùs. Si autem factus sit maior, & vult petere restitutio-
nem, petat infrà quadriennium post 25. annum comple
tum numerandum. vt ff.de in integr.restit.l.vlti.& tūc
dicam hoc, quòd cum essem minor, &c. † QVAESTIO. 12
Sed illud quæritur, quis debeat probare, an minor qui
dicit: ego talis qui sum minor, vel fui: an ego qui ne-
go il-

go ilum esse minorem? Respond. in parte ista iura variare videntur. ff. de minor. l. de ætate. nam ibi est duplex litera minorem, & alia litera maiorem item C. de in integr. restit. l. si minorem. Nam ibi est litera ostendens, quod potest esse passiuum, & potest esse actiuum. item C. de proba. l. cùm te. & ff. de proba. l. cùm de ætate. nã ibi videtur, quòd vterque probet. vt ff. de minor. 25 an. l. minor aspectu. & l. intra vtile. & sic per ista iura videtur, quòd minor probet vel aduersarius vel vterque. Vnde nos sic distinguimus. refert quis agat, vtrùm minor petendo restitutionem, & dicendo, se esse vel fuisse minorem, & tunc ipse probat: sufficit enim alij parti negare, nisi vel hoc ad maiorem cautelam probetur, scilicet illum esse vel fuisse maiorem: tunc enim mos gerendus est. vt ff. de probat. l. circa. Si autem aliquis agat contra minorem, & dicat maiorem fuisse ille probare debet: & ita hoc est verum, licèt alij distinguant: vt si tempore contractus fuerit minor præsumatur & & adhuc minor: sed non est totum hoc admittendum, cùm transcursu temporis aliquis minor fiat maior: licèt in dominio sit contra: quod qui erat dominus, hodie dominus præsumitur. vt C. de probat. l. siue possidetis. & in patria potestate idem. vt ff. de his qui sui vel alien. iur. sunt. l. vlti. Item & in alijs distinguunt: aut respectu corporis præsumitur minor, & tunc aduersarius probat illum maiorem: aut aspectu corporis præsumitur maior, & tunc ipse probare debet se minorem: nec hoc admitto, quòd multi sint annosi, qui semper videntur iuuenes & econtra. vnde dominus meus hoc totum committit arbitrio iudicantis. Illud autem tu iudea, qui de restitutionibus cognoscis, quod vtraq; parte præsente de restitutione cognoscas: vt ff. de minori. l. in causæ. 1 §. causa enim. Hæc omnia quæ dicta sunt attende circa contractus, vel quasi: & circa maleficia vel quasi. In temporalibus autem hodie non videtur: nam nec restituuntur in omnibus: quia ipso iure seruantur illæsi. vt C. in quibus caus. in integr. resti. non est neces. l. vlti. Vnde vt cessent omnia contraria quæ signari possunt de tempore attendi. Quædam sunt tempora quæ currebant contra minorem, & non restituebatur, nec hodie restituitur, vt tempora quadraginta dierum, in quibus accusat iure mariti. vt ff. de minori. l. auxilium. Item in quinquennio, quod tuetur statum defuncti. vt C. ne statu defuncto. l. si mater. Item in tempore statuto ad confectionem inuentarij vt in authen. de hæred. & fal. col. 1. §. vltim. Et in tempore quo durat instantia iudicij, sed in hoc cum distinctione, si tutor sit soluendo. vt C. de iudi. l. properandum. §. vlti. & ita intelligo de minor. l. & si fine. § idem. & §. si non prouocauit. & §. item. & in eiusmodi. Idem fortè in duobus constitutis ad appellandum, vt dicit d. §. item si prouocauit. si tutor sit soluendo. Quædam tempora ipso iure non approbantur, vt hodie currant: vt quinquennium, quod datur pro querela inofficiosi. vt C. in quib. caus. in integr. restit. nõ l. adolescentiæ. & ff. de minor. l. intra, & C. si maior fact. l. vltim. & sic in his Iustinianus nihil innouat: vnde contingit quod minori aliàs maiori 29. annis subueniatur. Quædam verò tempora currebant, sed restituebatur minor, in his innouauit Iustinianus vt ipso iure seruetur illæsus, & innouauit similiter circa vsucapionem rérum mobilium, vt ipso iure seruetur illæsus, licèt olim currebat: sed dabatur restitutio. vt C. si aduersus vsuca. In præscriptione enim 10. vel 20. anno. non innouat: quia in illis minor seruatur ipso iure illæsus, quia cum prohibeantur alienari, & per consequens vsucapi. vt ff. de verbor. signifi. l. alienationis verbo & notatur C. quibus non obst. long. tẽpo. præscr. l. cum ignotum. In præscriptione enim 30. anno. nihil mutatur, quia sola pupillaris ætas excipitur, remanet enim in suo statu. vt C. in quib. caus. in integr. restitu. non est nec. l. vltim. in fin. Quomodo autem remaneat in suo statu quæritur? Respondeo, quidam dicunt sic, quod in his non restituantur minores, currunt enim contra eos & assignant rationem quia semper habent initium à prædecessoribus. Vnde tanquam maioribus non datur restitutio, cum eodem iure censeantur isti sicut & illi quibus successerint. vt ff. si aduersus vendi. pignor. l. 1. & ff. de minor. l. Æmilius. & argum. ff. de fundo dotali. l. si fundum. Sed nos contra, & exponimus sic: in suo statu, id est, quia currunt, & statuuntur minores. vt ff. de mino. l. at prætor. etiã si cœpit à patre minoris. vt ff. de minorib. l. etiam. & C. de non numer. pecun. l. si intra. minoribus ergo currit præscriptio, sed restituuntur, pupillis autem nõ currit. vt C. de præscript. 30. annor. l. sicut in tem. & l. cùm notissimi. QVAESTIO. Si tu quæras: quare in contractibus minores læsi restituantur, in temporibus autem ipso iure seruentur illæsi? Respondeo, ratio est in promptu, quia in contractibus ipse minor seipsum dicit deceptum sui facilitate: vnde satis est si contractus teneat, sed restituitur: quia in contractibus ipse rescindit quod fecit. At in temporibus minor seipsum non lædit, quia nihil agit: sed quia solùm tempus lædit illum, ideò si seruatur illæsus, non est mirum. Et sic per hæc quæ dicta sunt nota, quòd plus prouidetur ecclesiæ, quàm minori, quia contra ecclesiam currit quadriennium, vt in authen. quas actiones, & etiam vsucapio vt ibi. minor autem in illis seruatur illæsus.

De officio iudicis quo petitur satisdatio nomine damni infecti. Rubr.

1 *Cautio vel satisdatio ædificij ruinosi iudicis officio petitur.*

QVIA propter ædificium ruinosum vicinus petit à vicino sibi caueri, vel satisdari nomine dã- 1
ni infecti, † quæ cautio vel satisdatio petitur officio iudicis. vt ff. de damno infect. l. 1. & l. dies. & l. prætor. §. 1. & ff. de prætor. stipul. l. 1. ideò de illo videamus. Sed quia plenè de hoc notaui suprà in fine edictorum post rubric. de prætor. stipul. de illo non prosequor: nam quæstiones, positiones, & libellum, & impugnationes ibi inuenies.

De officio iudicis quo petitur satisdatio nomine legatorum. Rubri.

1 *Iudicis officio multa principaliter expediuntur.*

QVIA propter legatum purè vel sub conditione relictum petitur satisdatio ab hærede, vt hæres satisdet legatario, quod sibi debeat legatum præstare, illa satisdatio petitur officio iudicis. vt ff. vt leg. vel fideicom. nomi. caue. l. 1. & l. etiam. de ea deberem ad præsens tractare. Sed quia ad plenum de hac materia tractaui suprà in vltima rubricella edictorum iuxtà tractatum de secundo decreto, ideò hic non tracto. Ibi igitur naturam positionum, libellorum, & impugnationum inuenies. Verum † quia sunt multa quę iudi- 1
cis officio principaliter expediuntur, sicut prætor. stip. & in omnibus non sit necessarius libellus, ideò nõ prosequor: sicut de hoc plenè nota. in fin. edictorum in rubri. de prætor. stipu. ibi enim inuenies in quibus necessarius sit libellus, & in quibus non. licèt prætoriæ stipulationes officio iudicis interponantur.

De officio iudicis, quo consulitur patri contra filium, qui ei obedire recusat. Rubr.

1 *Libellus in actione patris contra filium inobedientem, quomodo formetur.*

QVIA contingit sæpè, quòd filius qui est in potestate tua, ab aliquo detineatur volens, vel à nullo detinetur, sed per se moratur: & in vtroq; casu non vult tibi obedire, sed facit tibi controuersiam sui: vel quia negat se filium tuum vel in tua esse potestate: ideò proditum est officium iudicis, quod appellatur notio prætoria, vt ff. de rei vendica. l. 1. §. per hanc. per quod officium iudicis pater poterit filium petere. In quo casu concipitur sic libellus. LIBELLVS. Propo- 1
nit Roger. contra M. qui cum sit filius suus & in sua potestate sibi obedire recusat: vnde quòd sibi obediat, proponit officium vestrum domine iudex. Quòd sic rectè concip. libel. dicit lex ff. de rei vendi. l. 1 § per hanc. & ff. de libe. exhibeo. l. deinde. §. hoc autem interdictum.

Nam

Naturam autem & quæstiones, & positiones, & impugnationes quære ad plenum in tractatu ciuilium. propè principium, in rubric. de præiudiciali actione in rem, per quam quæritur, an aliquis sit filius vel non. & ibi ad plenum inuenies.

De officio iudicis quo subuenitur censito & vasallo, si dominus exigit vltrà quam debet exigere. Rubrica.

1 *Iudicis officium, quo consulitur censito vel vasallo, &c. vt competat, quot requirantur.*
2 *Asscriptitij an serui esse dicantur.*
3 *Asscriptitius vel censitus asscriptus an possit donare benemerentibus amicis, vel dotare filiam, vel permutare, vel alio modo alienare pro necessitatibus suis.*
4 *Asscriptitius an ex prima scriptura constituatur.*

FRequenter contingit, quòd domini à colonis seu à vasallis exigant plus quàm consueuerunt, & plus quàm in anterioribus temporibus exactum est, vel plus quàm debeant exigere, & cum nulla actio colonis & vasallis competat contra dominos, vt talia non committant, & vt exacta restituant, quia non habent actionem vi bonorum raptorum, quia violentia nó inferebatur. Non quod metus causa: quia metus nó inferebatur, nec etiam remedium cóstitutionis l. siquis in tantam. C. vnde vi. quia similiter nulla violentia interueniebat, ideò in subsidium est in hoc casu officium iudicis, per quod subuenitur colonis & vasallis contra dominos, vt hæc talia facere domini in posterum prohibeantur, & vt restituant domini, quod perperã exegerunt. vt C. libr. 11. in quib. caus. colon. cens. capit. domin. accus. poss. l. 1. & in authen. de quæstore. col. 6. Fe dominus meus notat copiosè in summa in speciali ru-
1 bric. de agricol. & cens. Vnde ad hoc † vt officium iudicis in hoc casu competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit colonus, seu vasallus, seu castaldus. Secundum, quòd exigatur aliquid vltrà quàm sit consuetum. vt C. in quib. caus. colon. cens. l. 1. Verùm vt aliqua notitia possit haberi de huiusmodi colonis, & cẽsitis, vasallis, & attẽde breuiter quæ notabo: licèt dñs meus copiosè notet in summa in rub. speciali de agricolis & censitis, quædam de illis sumam, & in hoc opere ponã. Sciendum est, quòd agricolarum quidam sunt asscriptitij seu asscriptitiæ conditionis. Quidam censiti seu natalibus asscripti. Alij perpetui. Alij conditionales coloni. Alij sunt inquilini. Alij originarij. Alij simpliciter coloni appellantur, qui vel sunt partiarij, vel nummis colunt. Et sic nomen agricolæ genus est quasi colens agrum: omnia alia nomina species sunt. Et sic intitulatur in rubric. primò genus, & posteà species: vt alias C. de hæreticis & manich. & C. de seruitut. & aqua. C. de leg. & constit. Asscriptitius est qui per scripturam solo asscriptus est, id est, constitutus quasi asscriptitius, id est, ad solũ per scripturam asscriptus. Ad hoc enim vt aliquis constituatur asscriptitius, oportet quod multa interueniant. In primis, quod publica scriptura interueniat, in qua scriptura hoc contineatur, quod expressim pronunciat domino soli, quod nunquam à solo recedat, nec puncto quidem à solo separari debet. vt C. de agricol. & censit. l. cùm scimus. §. 1. & l. colonos nunquam. Secundum, quòd interueniat post illam scripturam alia scriptura in qua confiteatur vel deponat se asscriptitium esse, quæ confessio interueniat sine omni necessitate. & tunc ex vtroque genere obligationis. i. est, primæ scripturæ & secundæ, scilicet confessionis talem eum credimus, qualem inter acta deposuit, vt in prædicta l. cum scimus. §. 1. nec enim sola scriptura sufficit, nec sola confessio, nec aliud adminiculum, nisi illa duo prædicta interueniant, vt in prædicta l. Quotiens enim plura desiderantur ad constitutionem alterius, alterum interueniens non sufficit. vt ff. in quibus caus. in possess. eat. l. Fulcinius. in fine primæ columnæ. OPPOSITIO. Sed opponitur C. de liberal. caus. l. nec si volens. vbi dicitur. scripsisti te seruum meum, cùm esses liber, nullum præiudicium iuri tuo comparasti. Item in eod. titu. legitur, quòd liberi priuatis pactionibus mutare conditionem non possint, vt in eod. titul. l. liberi. Item in eod. titu. l. inter tegatam & professam apud acta, quòd sit ancilla, quæ est libera, nihil sibi præiudicat: hoc idem in eod. titu. l. liberos. item libertas res fauorabilis est, vt dicitur ff. de regul. iur. l. libertas. Item prætores fauent libertatibus. vt ff. de alien. iudic. mutand. caus. fact. l. 3. qualiter faueant legitur ff. de re iudic. l. inter pares. Item cùm libertas sit de iure naturali, quomodò tali figmento iuris ciuilis tollitur? cùm ius naturale sit immutabile. vt Institut. de iure natural. gentium & ciuil. §. penultim. Item quomodò rei veritas si liber es obumbrati imagine scripturarum & confessionis? cùm scriptum sit, quòd veritas naturæ imagine non potest obumbrari. vt ff. de liberis & posthum. l. filio. Item rei veritas non potest aboleri vel confundi propter subtilitatem iuris ciuilis. vt C. de iure dotium. l. in rebus. ff. ad municip. l. in summa. Item homines liberi detrahi ad deteriorem fortunam non debent. vt C. de agricol. & censit. l. cùm scimus. Respondeo, omnia ista quæ opponuntur Iustinianus conditor dictæ l. cùm scimus. longè ante præuidit. & in l. illa non dicit per illa fieri seruum illum qui liber est, sed fieri asscriptitium. Vel aliter omnes leges allegatæ loquuntur, vel in sola scriptura: vel in sola confessione: vt dicit eadem l. cùm scimus. Vel aliter in l. illa, cùm scimus. non dicit legislator, quòd aliquis liber possit fieri asscriptitius: nam licet vtraque scriptura interueniat, si posset probare se liberum, in nullo præiudicasset sibi. sed legislator respondit in dubio: ex quo enim appatet gemina scriptura & confessio, talem eum esse credimus vt dicit: non tamen negatur, quin posset probare se liberum: in dubio enim videmus, quòd transactio interposita super statu tenet. vt C. de transactio. l. vltim. sed non eleganter posset intellectus iste et l. illa cùm scimus assumi. Sed videtur domino meo, quòd verè liber possit fieri asscriptitius, sicut dictum est, & confessio multũ operatur contra eũ: sicut & alias. C. de liberali causa. l. iubemus. Nec obstant leges allegatæ, quòd liber non possit fieri seruus. verum est aliis modis, alio tamẽ modo fit si patitur se venũdari ad pretiũ participandum. vt Institut. de iure personarum. & ff. de liberali caus. l. liber. C. de liberali causa. l. non ideò. Potest etiam liber fieri asscriptitius siue seruus, nec propterea
2 ius naturale tollitur: licèt iste subijci patiatur. QVAESTIO. † Si tu quæras an asscriptitius seruus sit? videtur quòd sic: nam nulla instantia inter seruos & asscriptitios intelligitur. vt C. de agricol. & censit. l. ne diutiùs. & argumen. C. in quibus causis colon. censit. l. vltim. Respondeo tamen & dico, quòd asscriptitij censiti & omnes prædicti liberi sint. Nec obstat d. l. ne diutiùs. quia quod ibi dicitur, quæ est enim differentia, &c. intelligas quò ad quid: quia asscriptitius & seruus sunt in potestate domini, & sicut potest vendere seruum cum peculio, ita asscriptitium cum terra: vt in fine legis illius: alias autem magna differentia est. nam seruus vendi potest cum peculio & sine peculio, vt in prædicta l. ne diutius, & ff. de contrahend. empt. l. quotiens. asscriptitius autem nunquam venditur sine terra. vt C. de agricol. & censit. l. 2. Item seruus potest esse quis & sine peculio, asscriptitius nunquam sine terra. vt C. de agricol. & censit. l. cum scimus. & l. . Item seruus & si habet peculium, potest esse sine eo & ab eo recedere, asscriptitius autem neque puncto à terra recedet, vt C. de agricolis & censit. l. colonus. nunquam. & sic per ista videtur quod plus ligetur asscriptitius, tamen cùm voluntate domini & præter voluntatem. Quod, præter. quidam exponunt pro contra sicut dominus Ioan. Alij intelligunt propriè. Potest fieri clericus in possessione in qua est asscriptitius, seruus verò minimè. vt in authen. de sanctissimis Episcop. collat. 9. §. asscriptitios. & C. de agricol. & censit. l. cùm scimus. Item asscriptitius cum voluntate, & sine voluntate domini matrimonium contrahunt

hunt,sed conditione non liberantur. vt C. de agric. & censit.l.vltim.serui autem si contrahunt matrimonium sciente domino & volente cum aliqua libera muliere: vel ancilla cum aliquo libero, quam ancillam ille credebat liberam, vel quem seruum illa credebat liberum, liberi efficiuntur & ingenui. vt in authen.de nup. collat.4.si verò ab initio. Item libera potest contrahere cum seruo, sicut dictum est, veruntamen libera cum asscriptitio non potest contrahere etiam volente domino. vt in authen.de nupt.colla.4.§.asscriptitios. & si fiat nec matrimonium est, nec aliqua constitutio dotis vt ibi dicitur. C.de agricol.& censi.l.si quis asscriptitij. Item asscriptitio succedit soboles. vt C. de agricol. & censit.l.vltim. seruo non. vt C. commun. de success. l. seruus. Item asscriptitius testatur. vt C.de episc.& cleric.l.si quis presbyter. seruus non. vt ff. qui testamen. facere poss.l.ad testamentum.§ seruus. Item asscriptitius inter viuos non alienat. vt C.in quib.caus.colo.& censi.l.pen.sed quod dixi quòd testetur, intelligas de suo, non de his quæ habet à domino, vt in prædicta l.si quia
3 presbyter. QVAESTIO. † Sed núquid asscriptitius vel censitus asscriptus poterit donare benemerentibus amicis, vel dotare filiam, vel permutare: vel alio modo alienare pro necessitatibus suis? Videtur quod non per l.vltim.C.in quib.caus.colo.& censi. & arg. C. de iure emphy.l.vlt.nam cum in l.illa.vlt.C. in quib.caus. colo.& censi. sit prohibita alienatio, ergo & omnis actus dominij transferendi. vt C.de reb.alien.non alie. l.vlt. & C.de fundo dot.l.1.& ff. quand act. de pecul. est an. l.1.§.in alienatione. Econtrà videtur, quod alienare possit: nam libertus donat benemerentibus amicis, & dotat filiam. vt ff.de his quæ in fraud. patron.l.1.§. si transegit. & l. diuus. Nec obstat quod dicitur alienare non potest, ergo nec donare. fallit enim, nam fundus emphyteuticus prohibetur alienari, sed tamen emphyteuta donare potest. vt C.lib.11.de fund.patr.l.1.salua lege fisci. dummodò pensio suis temporibus fisco soluatur, vt ibi. Respondeo, quod asscriptitius donare potest, vendere, permutare & donare, sicut & quilibet liber, si habet res aliundè quæsitas: si autem non habet, non alienabit, nec permutabit, nec vendet, si res habeat de peculio patroni quæsitas: in hoc enim peculio omnis est ei alienatio interdicta, vt in prædicta l. Et probatur hæc distinctio per l.si quis presbyter. C.de episcop.& cleric.l.adem in censitis & colonis & manentibus. Sed quidam dicunt, quòd aliud in liberto, qui potest omnia prædicta, & aliud in asscriptitio & censito: sed quare aliud? quia omnia bona censiti & asscriptitij domini sunt. vt in l.vlt.C.in quib.caus.colo.& censi. In bonis autem liberti habet dominus tertiam. vt Insti.de succ. libe. sed primum puto veriùs. Sed in dubio quid præsumitur vtrùm illa quæ habet asscriptitius vel censitus habeat de peculio domini, vel occasione illius quæsita, an aliundè? Respond. præsumuntur omnia acquisita de peculio domini ad instar vxoris. vt C.de donat.inter virum & vxor.l.etiam.& ff.de dona.inter virum & vxor. sicut Quintus Mutius episcopus præsumitur habere de bonis ecclesiæ. Idem in clerico nisi probet quod aliundè quæsierit. vt C. de episcop. & cleric. authen.licentiam, & extra.de pecul.cleric. Et idem de iure Lombardo in actore regis: vt in Lombarda. de acquisitio.actorum regis.l.1. Et ad idem in iure Lombardo in fratribus remanentibus in communi causa post mortem patris quod præsumuntur habere de bonis cômunibus, nisi probent quod habuerint aliundè, vt in Lombarda de succ.si fratres.argum. C.arbitrium tut. l. si defunctus. Item asscriptitij & censiti agunt contra dominos, & eos accusant de publicis criminibus, si suam suorumque iniuriam prosequuntur. vt C. in quib.cau. colo.& cens.l.1.& vlt. quod in seruis non est, nisi in casibus. vt ff. de iudic. l. via certis. & in seruum non cadit iniuria. vt Instit.de iniur.& ff.de iniur.l.1.nisi quando potest recurrere ad statuam. vt Instit. de his qui sui vel alien.iur.sunt.§.final.& ff. de his qui sui vel alien. iur.
4 sunt.l.1. QVAESTIO. † Item quæritur, vtrùm ea prima scriptura côstituatur quis asscriptitius, an per secundam. Respon. dominus meus notat in summa C.de agrico.& censit.quod ex istis duabus scripturis probatur asscriptitius, sed tantùm ea prima constituitur. & inducit simile C.ad Velleia. l.si mulier. nam ibi ex prima intercessione mulier obligatur: sed non cû effectu, alia cautione sequente verè cum effectu mulier incipit teneri. sic etiâ C.de plus peti. l.vni. Sed puto veriùs per l.sancimus. C.de agric. & censit. quod post vtranq; scripturam, & non ante quis asscriptitius fiat per confessionem: cùm enim sola scriptura non sufficit, vt dicit l.prædicta.in princ. quomodò sola prima scriptura faciet illum asscriptitium? certè nullo modo. Et sic vidimus qui sint asscriptitij seu asscriptitię conditionis, quod idem est.

De colonis censitis. Rubrica.

1 *Coloni censiti an testari possint.*

NVNC videamus de colonis censitis. Censiti dicuntur quasi censibus asscripti: constituuntur enim eisdem modis, quibus asscriptitij, scilicet gemina scriptura interueniente, licèt alij dicant, quod vnica scriptura sufficiat, in qua scriptura oportet q^d^ obligetur ad certum censum præstandum: & hæc est sola differentia inter asscriptitium & censitum, quod cêsitus obligetur ad certum censum præstandum, asscriptitius ad incertum: putà, tertiam partem, vel quartam fructuum ex fundo prouenientium. Quod censitus dicatur censibus asscriptus, & sic scriptura sit necessaria & de certo censu, probatur per l.2.C.in quib.caus.colo. cen.C.de apparitorib magistror.milit.l.5.libr.12. C.de agric.& censi.l.11.l.omnes omninò.& C.lib.12.de remi
litari.l.quicunq;. QVAESTIO. † Si quæras an testari possint? Respondit dominus meus, quòd sic inter suos qui sunt de familia sua: inter extraneos non. C.de hæret. & manich.l.cognouimus.& de incestis & inutil. nupt. l.si quis. Alij autem dicunt, quòd nullo modo testentur. argu.C.in quib.cau.colo.cens.l.vlti.& C.de agric & cêsi.l.quemad.& l.ne diutius.& sic idem sunt cêsiti quod censibus asscripti. OPPOSITIO. Sed videtur secundû hoc, quòd quilibet colonus qui recipit terram ad certû quid quid prestandum, quod posset dici censitus, id est censibus asscriptus, sed si hoc esset, quilibet terram alicuius non laboraret si deberet esse censitus. Respon. de his colonis iam statim diximus, nec debet aliquis propter hoc timere quod fiat censitus, quod terram laborat ad certum censum præstandum: quia hoc solum nô facit illum censitum, nisi scriptura illa gemina præcedat, quam diximus præcedere in asscriptitio, sicut suprà diximus.

De perpetuis colonis. Rubric.

1 *Coloni perpetui qui dicantur.*

NVNC de perpetuis videamus: dicit dominus meus † quòd perpetui sunt, quos proditor studiosus & diligens perpetuò soluit colonatu: erat enim antiquitus statuti pro miseris & debilibus personis certi redditus ex publico designati tempore famis, tunc qui validi erât, & benè sani, & fortes in membris simulabant corporum miseriam, & dementiam, & debilitatem, partem redditnum percipiebant, & ita veris miseris præbendam suam diminuebant, quos vulgariter spauados appellamus: hos proditor studiosus & diligens inquisitor, si hanc simulationem in publicum deduceret: si erant liberi, quia talia fingebant in suo perpetuo habebat colonatu: si erant serui, primus dominus eis carebat & proditori assignabantur, scilicet si dominus consilium non dedisset seruo, quod hanc debilitatem simularet. vt C.lib.11.de valid. mendicant. l.vnic. OPPOSITIO. Sed videtur hoc corrigi per authent.de quæstor.col.6.§.si verò vitæ occasionem: quia ibi cauetur quod serui sint dominis reddendi, & liberi in opus publicum dandi. Vel dicas, quòd authen. nô corrigat. loquatur de his qui nullam miseriam simulabant, à dispensatore tamen admittebantur: nam sæpè validi & inualidi admittuntur ad eleemosynam. at l. vnic.C.de valid. mendicantib. loquitur de his qui debilitatem

bilitatem simulabant, vt diai. & propter suum delictú perpetuò colonatui tradi debeor. Vel aliter: authen. loquitur de his quæ inueniuntor in ciuitate Constantinopolitana, l. vnic. de valid. & mendicant. generaliter loquitur, cùm sit generalis.

De conditionalibus colonis. Rubric.

1 *Coloni conditionales quomodò constituantur.*
2 *Colonus conditionalis ab asscriptitio in quo differat.*
3 *Colonus quare conditionalis dicatur.*

NVNC videamus de conditionalibus colonis,
1 qualiter constituantur. Et quidam dicunt, quòd coloni conditionales constituantur hoc solo, quòd per 30. an. in solo sine controuersia fuerint. vt C. de agric. & censi. l. cùm satis. §. cum autem. & hæc côsuetudo est Bononiæ & in pluribus partibus, & hoc ad eaemplum aliarom rerum, quas qui possiderit per 30. an. securus fit. vt C. de præscr 30. an. l. cum notissimi. & l. sicut. Sed domino meo videtur hoc falsum propter generalem rationem positam in cod. tit. de agric. & censi. l. cùm scimus. vbi dicitur quod non ea vnn solo, sed ea pluribus capitulis liberi homines ad deteriorem conditionem trahendi sint. Idcircò ad hoc vt conditionales coloni fiant, oportet quod procedat prouisio in scriptis vel sine scriptis, quod perpetuò iure coloni se esse in fundo promittant. & postea per 30. ann. in fundo permaneant, hos quidam putant esse asscriptitiæ conditionis, nullam differentiam inter asscriptitios & istos colnnos facientes: sed apertè contradicunt iura. lex enim facit differentiam inter homines asscriptitios, & homines colonatiæ conditionis. vt C. de episco. audi. authen. neminem. & C. de infantib. exposit. l. vlti. Item aliud falsum dicunt, quod colonus cnoditionalis & eius filios traoscursu temporis liberentur. vt C. de fund. rei priua. lib. 11. l. eum qui. nisi aliqois de sua commuoione remanserit in fundo, qui agriculturam adimpleat, tunc enim non prodesset sibi præscriptio, cùm pars in fundo remaneat. vt C. de agricol. & censit. l. cum scimus. §. fin. & sic intelligimus C. de præscri. 30. ann. l. omnes. asscriptitius autem, vel etiam eius filius, sicut & illi qui ad curialem conditionem vocantur, nunquam aliqua longissima præscriptione possunt liberari. C. de agric. & censi. l. cùm satis. §. 1. & C. de præscrip. 30. annorum. l. præscriptio. idem & in publica functione quæ præscribi non potest. vt C. de præscrip. 30. anno. l. competit. Item colonos conditiooalis conditionem suam non immutat, & si solo sit asscriptus. vt C. de agricol. & censi. l. cùm satis. asscriptitios verò immutat. vt C. de agric. & cens l. ne diutiùs. sed quicquid dicat dominoa meus ibi nulla vel modica differentia assignatur inter
2 asscriptitios, & istos conditionales colonos. † Si tu quęras quæ differentia alia sit? Respond. in asscriptitio desideratur gemina scriptura, hic nulla Item asscriptitiua oec potest se à terra separare, vt suprà dixi, hic autē sic. dummodò terram noo dimittat ex toto. Si to quæ-
3 ras, † quare dicatur conditionalis colonus? Respond. quia aliquam conditionem habeo in persona istius coloni, & sic vulgari modo loquitur verbum, quod vocatur, conditio personalis. C. de præscriptio. 30. annor. l. omnes sic idem fuot coloni conditionales, & colonariæ cooditionis.

De inquilinis conditionalibus. Rubr.

1 *Inquilinus conditionalis quis sit, & vnde dicatur, & nume. 2.*

NVNC de ioquilinis conditionalibus, non de simplicibus, quia de simplici colono & inquilino infrà iam propè dicemus, & quidem secundùm quosdam nulla est differeotia inter ioquilinum conditionalem, & colonum conditionalem. & videtur pro eis facere C. de agric. & ceos. l. diffinimus. Sed domino meo videtur contrarium. † Nam colonus conditiona-
2 lis est propriè, qui cum sua familia in fundo iohabitat, sicut superius diximus, nec a fundo recedere potest: inquilinus conditiooalis est ille, qui colens fundum alibi inhabitat in suburbio fortè, & secundùm dominum meum minus est adstrictus inquilinus conditionalis, quam colonos cooditionalis, cum in aliqua parte suburbij domum conducendo inhabitare possit, quod colono non licet. Quidam tamen voluerunt aliam differentiam inter istos notare: nam d. l. diffioimus dicit, licet in nomine differant, quantum tamen ad origioem vendicandam eadem pene videatur esse conditio. pene, dicitur propter hoc, quia inquilinus conditionalis se præscriptione 30. anoor. defendit, quia cù alibi habitet, non potest dici quod eius agnatio vel cognatio in fundo remaneat, vt C. de præscript. 30. ann. l. omnes. & C. de fundo rei priuatæ. l. eum qui. lib. 11. quod io colono contra, qui ea quo eius cognatio vel agnatio remanet in fuodo, non potest se præscriptione defendere. vt C. de agric. & cens. l. cùm scimus. §. vlti. Alij aliter: propter hoc dicit penè, &c. quia inquilinus conditiooalis appellatur qui conducit domum faciendam in agro, qui autem facta côducit, ille dicitur colonus, sed istud friuolum est. mihi autem videtur quod hæc sit differentia, vt sicut colonus conditionalis dicitur ille, de quo diximos suprà, qui hoc pacto fundum conducit, vt sit ibi perpetuò, & posteà ibi moretur per 30. ann. ita & inquilinus conditionalis dicatur ille, qui pacto domum aliquam à me conducit, vt ibi perpetuò moretur, & postcà moretur ibi per annos 30. conductor enim agri colonus dicitur. conductôr domus dicitur ioquilinus. vt ff. de acq. poss. l. rem pigooris.

De originatijs colonis. Rubr.

1 *Colonus originarius quis sit.*
2 *Colonus originarius vnde dicatur.*
3 *Dominum si quispiam habeat, & accipiat fœminam quæ est de fundo alterius, & aliquis ex ea nascatur, cuius ille homo, & nu. 4.*
5 *Domino an licitum sit authoritate propria comprehendere asscriptitium vel filium eius, si in aliquo loco illum extra fundum inueniat, & maximè si fugitiuus sit.*
6 *Asscriptitium alienum qui recipit, illum cum fundo restituere tenetur.*

NVNC de originatijs colonis videamoa. Dicit do-
minus meus, † quòd originarius est, qui ex colo 1
oo conditionali nascitur, & secuodùm quosdam io ipso solo: aliter enim non esset originarius. vt C. de agric. & cens. l. cum scimus. circa fin. vbi dicitur, quòd in rure nati, &c. & in l. cum satis. §. cum autem. vbi dicitur, & ipsa simul io fundo nata, &c. qood si esset verum colonus semper posset dominum suum prole defraudare, scilicet vxorem tempore pariendi ad alia loca duceodo, vt igitur fraudem colonorum excludamus, dicimus quod siue in solo fuerint nati vel extra solum, tanqoam originarij propria vel præsidis authoritate sunt reducendi, nam sufficit quod pater terram alicuius suscepit colendam. vt C. de agric. & cens. l. si quis asscriptitiæ. & l. cùm satis. nec obstat quod legitur in d. l. cùm satis. & l. cù scimus. si in fundo fuerint nati, subaudi maximè, idē est & si alibi nati sint, vt in l. illa, cùm satis. §. 1. & hoc ootat dominus meus. Ego autem appello originarium colonum omnem illum qui nascitur ea prædictis, siue ex asscriptitio, siue ex cēsito, siue ea perpetuo, siue ea cooditionali colono, siue ex inquilino conditionali. & ideò dicitur originarius, non quod in eo origo incipiat, sed quia ratione suæ origiois, id est, suorū prædecessorum à quibus habet originem, tale ius io eo
veodico. QVAESTIO. † Et quo nomine appelletur si quę 2
ras, vel dicatur originarius asscriptitios, vel originarius censitus, vel originarius perpetuus, secundùm quod fuerit pater eius: de his originarijs habes leges in quibus hoc nomen originarij exprimitur. C. de agrico. & censit. l. si mulier. & l. quemad. & l. originarios. & C. libr. 11. de murilegol. l. edicimus. & C. libi. 11. de coloo. & Thraecensibus. l. vnic. & C. de colon. Illyrician. l. vni. li. 11 ad hæc satis accedunt C. de agric. l. cùm scimus. & l. cùm satis. & sic sicut per ista iura probatur, isti ve-

rè dicuntur originarij. Nam ortus cuncta suos repetunt, matremque requirunt. OPPOSITIO. Sed quæritur, quomodò filij istorum dicuntur originarij, nonne sunt ingenui & liberi sicut in patribus eorum suprà notaui. & legitur C. de colon. Thracensibus. l. vnic. si nolint habere bona patris, & nolint succedere, quomodò compellentur inuiti terram habitare, quam pater colendam suscepit, cùm cuilibet licitum sit sibi hæreditatem delatam repudiare. vt C. de iure deliber. l. nec damnosam. cùm aditio hæreditatis in sola animi volũtate consistat. vt C. de iur. deliber. l. si auia. Item filius liberti, & hæres omnia iura habet ingenui quò ad patronum. & si ponamus, quòd iste filius patri succederet, & velit renuntiare illi terræ, quod possit. vt ff. de obsequijs liberto. l. hæres. Item hæres filij ad ea præstanda non tenetur, quæ pater præstare tenebatur. vt ff. de liberis agnoscen. l. si quis à liberis. §. Item rescriptum est. Si ergo ita est: quomodò respondimus omnibus legibus quæ prius positæ sunt, in quibus cauetur, quòd nõ habeat licentiam de relicto iure, in quo pater inhabitanit, ad alium locum migrare, sed semper terræ inhærere, quam patres eorum colendam semel susceperũt. vt in l. illa, cum satis, §. cum autem. sed hoc etiam habes C. de colon. Thracensibus. l. vnica. Respondeo, omnia quæ opponis, locum habent de iure communi, vt nullus inuitus compellatur hæreditatem patris adire, quod intelligas de illo qui vere liber est, hic autem originarius & pater eius, licet conditione primitiua videatur ingenuus, seruus tamen glebæ censetur, & proptereà non datur sibi recedendi facultas quo velit. vt C. de colon. Thracensibus. l. vnic. & sic non multum distat à seruo. vt ff. de libero homine exhiben. l. 3. & C. de agricol. & censit. l. cum satis. Illud quæritur, si nascitur quis ex ascriptitia & libero, vel econuerso: an partus
3 sit liber vel ascriptitius. Item quæritur, † si habeat dominum, & accipiat fœminam, quæ est de fundo tuo, & aliquis nascatur, cuius erit homo ille, tuus vel meus? Respondeo prima facie de iure communi, semper partus quò ad libertatem, & quò ad seruitutem, sequitur conditionem matris: vt si mater sit libera, partus etiam sit liber: si mater ancilla, partus quoq; sit seruus. vt Institut. de ingenu. & C. de rei vendi. l. partum. quò ad honores & onera, sequitur conditionem patris. vt ff. de senatoribus. l. filium. & l. senatoris filius. & l. emancipatum. & ff. ad municip. l. 1. & l. assumptio. §. filius. & § vltim. & C. lib. 10. de municip. & origi. l. filius. In filijs autem ascriptitiorum sic statutum est in iure, vt si aliquis nascatur ex ascriptitia & seruo, vel ascriptitio & ancilla semper partus sequatur conditionem matris. vt C. de agrico. & censi. ne diutiùs. Si autem vterque tam pater quàm mater fuerit censitus, vel neuter fuit censitus, repete. si ascriptitius fuerit vterque, tunc sequitur conditionem patris. vt C. de agric. & cens. l. diffinimus. & sic verè l. illa intelligitur. licèt quidam malè dicant, quòd l. illa, diffinimus. corrigatur per l. ne diutiùs. Si autem aliquis nascatur ex ascriptitio & libera, siue sciente domino ascriptitij siue ignorante ascriptitius coniunxerit illam sibi vxorem, liber erit partus. Si autem ex ascriptitia & libero nascatur, ascriptitius erit. vt C. de agricol. & censitis. l. si ascriptitiæ. Hodie autem non potest ascriptitius contrahere cum libera: siue dominus sciat, siue ignoret, imò matrimonium dissoluitur, vt in authent. de nupt. collat. 4. §. ascriptitiæ. quidam tamen dicunt hodie corrigi per authenti. constitut. quæ ex ascriptitio & libera natos liberos esse vult, non autem eis qui ante constitutionem nati sunt, sed qui post, prodesse. collatio. 5. vbi in fine primi §. videtur dicere. quod sint ex ascriptitia fortuna, etsi ex liberis nascantur matribus: sed non est verum, quia cõstitutio illa nihil aliud innuat, vt patet ex rubrica, & ex ipso textu: nisi quod constitutio illa pertineat ad illos, qui nascuntur post constitutionem, & quod dicat in fine illius § ita puncta. hos esse sola ascriptitia fortuna. si ex liberis nascantur matribus, omnem antiquum statum præteritæ legis seruabunt. sed licèt non habeatur hoc in authent. prædicta, habetur tamen in libro Nouellarum. de his qui ex libera matre & ascriptitio patre nati sunt, quòd talium filij liberi sint: sed salua pace illorum proptereà iura vetera non immutantur, vt si aliquis nascatur ex ascriptitia & libero, quòd filius non sit ascriptitius, imò ascriptitius est sicut dixi: nam natus ex originaria & libero, filius originarius est. vt C. de agricol. & censit. l. mulierem. licet quidam l. illam in ascriptitia originaria intelligant, sed durum est contra stimulum calcitrare: natus etiam ex ingenuo & ex ancilla, vel colono fiscali conditionem matris sequitur. vt C. libr. 11. de agric. & mancip. l. ex ingenuo. In murilegulo habes hoc casuale, quod si libera mulier adhæreat murilegulo, & ipsa fit eiusdem conditionis & filius. vt C. lib. 11. de murilegulis l. ingenuæ. & l. edicimus. & l. hi quibus. & l. vltim. Verum si ascriptitius liberam mulierem accepit, dominus ascriptitij habet potestatem, siue per se, siue per præsidem competenti & moderata castigatione corrigere & abstrahere à tali muliere: quod si neglexerit suo damno cedet huiusmodi desidia. vt C. de senatuscon. Clau. l. vnica. in fin. & C. de agric. & censi. l. si qua ascriptitiæ. in fin. Sed quod damnum habebit, quia ascriptitius fiet liber, ad instar serui, vt in authen. de nupt. col. 4. §. si verò ab initio. licèt in eod. tit. in §. ascriptitiæ. nihil de negligentia domini dicatur, iure tamen Lombardo aliter seruatur, quia si libera recipiat seruum pro viro, tunc dominus serui punire poterit seruum, & parentes puellæ punire puellam extraordinariè, vt in Lombarda. si seruus liberam mulierem in coniugem acceperit. l. 1. & hoc quando eam non cognouit, si autem eam cognouisset. tunc dominus solueret pro seruo 50. libras, vt in Lombarda de fornicationib. l. vlt. Si autem parentes fuerint negligentes, quod infrà annum distulerint (& sic de iure Lombardo ponitur tẽpus, in quo videatur quis negligens, licèt iure Romano nõ ponatur) ipse seruus & illa libera fiunt serui Regis. vt in eod. tit. l. pen. licet l. vltim. faciat gratiam, quia restituit dominus. QVAESTIO. † Sed licèt multa dixerimus de hac materia, quæro tamen, si homo meus accipiat fœminam tuam, & nascatur filius cuius homo erit? Respondeo, de iure & cõsuetudine regni quod si homo tuus accipiat fœminam feudi mei volente, illa erit fœmina tua, & natus ex ea erit homo tuus: quod si me domino ignorante, cum ea homo feudi tui contraxit, mulier remanet mea, & filius natus ex ea. vt & probant infra superiora. † QVAESTIO. Sed illud quæritur, an licitum sit domino authoritate propria comprehendere ascriptitium, vel filiũ eius si in aliquo loco illum inueniat extra fundum, & maximè si sit fugitiuus? Respondeo, dominus meus notat, quod possit authoritate propria. vt arg. C. lib. 11. de de metat. l. deuotum. & C. de agric. & censi. l. si quis ascriptitiæ. vel per præsidem, vt ibi. & C. de agric. & censi. l. omnes omninò. & l. si colono. & l. vltim. quia ibi dicit restituere compellantur. hoc idem C. de colo. Thracensibus. l. vnica. & C. de colonis Illyricianis. l. vnic. Sed ego distinguo vtrùm ascriptitius detineatur ab aliquo, nam tunc per iudicem, an non detineatur, & tũc authoritate propria potest eum capere ad instar fugitiui. vt arg. C. de agri. & censi. l. vlt. §. 1. & arg. ff. de acqui. poss. l. 1. §. per eum. & argu. C. de seru. fugit. l. 1. & sic intelligimus l. C. lib. 11. de colon. Palæstin. l. vnic. in fine. licèt quidam intelligant indistinctè siue possideatur, siue non, quod possit dominus authoritate propria capere. quod dicunt leges, vel per præsidem, consilium est, qua si dicat potest per se, & si non potest tunc per præsidem sicut C. de pigno. l. creditores. & sic indueunt d. l. vnic. C. de colon. Palæstin. & C. lib. 11. de metat. l. deuotum. & C. quando lic. sine iudic. l. 1. & in authent. vt iudic. sine quoq. suffrag. § si quis autem. & C. de mancip. & colon. patrimonial. fundor. l. vltim. lib. 11. & C. de agricol. & censi. l. per nos & C. de iniur. l. prætor. & de colon. fugiti. l. 1. Illud autem nota, † quod qui recipit ascriptitium
6 alienum, restituat illum cum sobole. & si hoc facere supersederit, teneatur restituere omnes functiones medij temporis. quo apud eũ moratus est. vt C. de agric. & censi. l. vltim. §. vltim. hoc idem in liberto. vt C. de ope. liber-

liberto.l.vltim.§.fin. quæ autem ſit pœna illorum qui recipiunt fugitiuos ſeruos vel colonos aſcriptitios, vel alios quære in ſumma domini mei, C.de ſeru.fugitiuis.& ibi inuenies.

De colonis & inquilinis ſimplicibus. Rubrica.

1 *Coloni vel inquilini ſimplices qui dicantur.*

1 NVNC de ſimplicibus colonis & inquilinis videamus,† & quidem ſimplices coloni vel inquilini ſunt, qui ſub annua mercede certa, in pecunia numerata prædia colenda accipiunt: aliter enim ſine pecunia non eſſet locatio. vt ff.depoſ.l.1.§.ſi quis ſeruum. Horum quidam coloni ſunt partiarij, quidam ad nummum conducunt: qui ſunt partiarij, etiam fructibus à ſolo ſeparatis nullum ius habent. & ſi in eis furtum factum fuerit, non agent furti: ſed compellent dominum per actionem ex conducto ad agendum furti de fructibus. vt ff. locati & conducti. l. cum plures. §. meſſem. Si autem nummis conduxit ſtatim vt a ſolo ſeparati ſunt, vt vſufructuarius, intelligitur factus dominus. vt ff.de vſufruct.l.& ſi fur decerpſerit,& ff. de fur. l.ſi apes.& hoc dominus meus. OPPOSITIO. Sed opponitur ff.de furt.l.fullo.§.frugibus. ex fundo ſubreptis tam colonus quàm dominus furti agit. furti enim actio datur ei cuius intereſt, vt ff.de furtis. l. is cuius. & ſic nulla videtur diſtinctio domini mei inter partiarium colonum,& illum qui nummis colit: cùm videatur quod vterque poſsit & debeat agere furti. imò magis videtur, quod agat partiarius furti, quam ille qui nummis colit. Vel ſi vis defendere dominum meum, aſſigna rationem quare magis agat furti, qui nummis colit, quam partiarius. Reſpondeo, & dico ſalua pace domini mei, quod vterque agat furti. vt in prædicta l. fullo. & quod legitur in prædicta l. cùm in plures. intelligo partiarium non agere furti, ſubaudi, inſolidum cum partiarius ſit, pro parte tamen agit. qui colit nummis inſolidum agit, cùm totum commodum ſuum ſit. & ſecundùm hoc propriè accipias meſſem, ſicut vulgariter dicimus, hæc eſt bona meſsis, quando fructus erant ſeparati à ſolo. Si autem fructus erãt ſtantes, tunc impropriè meſsis ſed ſeges,& tunc neuter aget furti, quia nõ ſunt coloni niſi poſtquam à terra ſunt ſeparati, vt dictum eſt: alioquin non eſſet ratio nec reddi poſſet quare magis ageret furti qui nummis colit, quàm partiarius, pro fructibus à ſolo ſeparatis. iſti ergo coloni & inquilini nulla conditione tenentur. Sed licèt plenè, & ea ſumma domini mei,& ea his quæ ſuper addidi, plenè tractauerimus de aſſcriptitijs & alijs, tamen non videtur quod hodie tractatus iſte ſit vtilis: quia hodiè de conſuetudine tales aſſcriptitij nec cenſiti ſiunt: non tamen nego quin & hodie poſsint fieri cum ſolennitate prædicta.

De villanis,& manentibus,& reddentibus, & angarijs,& parangarijs,& hominibus aliorum,& de recommendatis. Rubrica.

1 *Villani manentes qui dicantur.*

1 SED quid dicemus hodie de villanis noſtris, quorum† quidam dicuntur reddentes: quidam angarij, quidam parangarij: quidam ſimpliciter vocantur homines noſtri, quidam manentes, quidam recommendati. Reſpondeo, ſecundùm diuerſas & varias locorum conſuetudines oportet nos iſta ſuſcipere.

De reddentibus. Rubric.

1 *Coloni vel inquilini reddentes qui propriè dicantur.*

1 REDDENTES † quidam ſunt qui nihil aliud domino faciunt, niſi quod reddant gallinas, vel ſpallas porci, vel porcum, vel agnum, vel libram piperis, vel ceræ, vel aliquid tale in paſcha domini vel in natiuitate. hos redditus quidam præſtant pro prædijs, quæ habent à domino: & eſt ille contractus innominatus, do vt des: quidam præſtant pro perſonis, & ſi nulla prædia habeant à domino, ſicut vidi in pluribus partibus. hi nullum aliud ſeruitium domino faciunt.

De manentibus. Rubric.

1 *Coloni vel inquilini manentes, qui appellentur.*

MANENTES ſunt qui in ſolo alieno maneut in villis, quibus nec liberis eorum inuito domino licet recedere, ſicut multi ſunt Bononiæ & Neapoli. iſti manentes præſtant aliquando certos redditus,& faciunt certa ſeruitia. † Item manentes appellamus qui 30. annos in ſolo alicuius ſuperſederint,& dominus ſoli eos pro manentibus habuit,& manentia ſeruitia vel redditus, vel operas, vel collectas pro maritanda filia,& pro alijs (ſicut dicemus de vaſallis) ab illis per triginta annos receperit ſcientibus & patientibus. vel etiam ſi alibi habitant voluntate domini: manentia tamen ſeruitia dominus ſemper retinuit per annos triginta. 1

De angarijs. Rubric.

1 *Coloni vel inquilini angarij, qui ſint.*

ANGARII † ſunt qui ſeruitium faciunt proprijs expenſis, putà tot operas in ſeptimana: & ſic vulgariter dicitur in multis partibus angaria: & tales villani qui faciunt operas cum perſona & ſuis expenſis vocantur vulgariter angarij.& quod ſuis expenſis faciant, vt eſt argum.ff.de oper.libert.l.ſuo victu. vnde dicitur in diuinis in paſsione domini, & angariauerunt quendam Simonem Cyreneum: 1

De parangarijs. Rubric.

1 *Coloni vel inquilini parangarij qui dicantur.*

PARANGARII † ſunt qui operas faciunt ſuis expenſis,& ſoluunt etiam redditus patrimonij. de illis habes C.de Epiſcop. & clericis.l.2.§ ad parangariam.& C.de ſacroſanct.eccleſ.l.neminem. de angarijs habes C.lib.10.quemad.ciuil. mune. indicant. l.1. & ff.de muner.& honor.l.munerum.§. patrimoniorũ. Et quod ibi dicit de angaria, intelligas de parangaria, ne contradicat illi verbo, quod ponitur circa principium eiuſdem l.quod angaria ſit munus perſonale. vnde quod repetitur in §.illo, patrimoniorum. & dicitur de angaria exponitur, id eſt parangaria,& ſic in multis partibus inueni tales parangarios qui dant operas domino ſumptu ſuo. Alij dicunt, quod angaria eſt exhibitio vel præſtatio operæ ſine ſumptu mercedis: quaſi dicat quod teneatur angarius tibi dare operam, ſed expenſis tuis, nam ſi dono tibi brachia, non dono tibi ventrem, dicit prouerbium:& habent pro ſe ff.de oper. liberto.l.operæ.& ff.de munerib.& honor. l.munerum. circa princip.nam ibi dicitur, angariarum exhibitio, & ibi debet eſſe in textu.alia litera eſt prohibitio.& habes C.libr.10. quemadmod. ciuil. muner. indicant. l.ſi perſonale munus eſt, dicunt ipſi, ergo præſtabit operã ſine ſuo ſumptu. nam perſonale munus eſt quod animi prouiſione & corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimento perpetratur. vt in princip. l. prædict. munerum.& §.patrimoniorum.& quemadmodum legitur in eadem l.§. patrimoniorum. patrimoniorum munera ſunt, quæ ſumptibus patrimonij & damnis adminiſtrantis expediuntur. vt ff.de muneri.& honori.l.1.§.illud. & ff. de vacatio.muner.l.ſunt munera. de angarijs intelligas & de parangarijs. & ſic dicunt parangaria, eſt exhibitio operæ cum præſtatione mercedis.& ſic multoties vidi in multis partibus multos qui præſtant tales operas expenſis patroni. † Sed ego credo quod angaria ſit munus & onus tel adhærens, id perſonæ, vt dicit ff. de vacatio. muner. l.ſunt munera. & primam expoſitionem credo veriorem. & credo quod in litera d.l.munerum, debeat eſſe prohibitio: adeò enim rei cohæret, quod neque liberi, neque merita militiæ, neque vllum aliud priuilegium excuſationem ab angarijs tribuat. vt in prædicta l. ſunt munera.

imò etiam si alicui immunitas concedatur personaliũ & ciuiliũ munerũ, ab angarijs tamen non excusatur, vt ff. de mun. & hon. l. munerum. §. pen. & C. de mune. patrimon. l. qui immunitatem. lib. 10. nam ibi non excusatur ab hospite suscipiendo, quæ paria sunt, scilicet recipere hospites, & præstare angarias, vt in l. illa, sunt munera. Naues etiam veteranorum angariantur, nec excusantur eorum priuilegio. vt ff. de veteran. l. viæ. Et sic per illa iura probatur quod omnes remissiões quas faciunt domini angarijs suis, quod nullæ sint: & priuilegia eis etiam concessa nulla sint. OPPOSITIO. Sed opponitur, legitur ff. de vacat. mune. l. his oneribus. angariarum præstatio, & recipiendi hospitis necessitas militibus & professoribus liberalium artium remissa sunt. hoc idem legitur ff. de muner. & honor. l. munerum. §. vltim. & l. tui. Respondeo, reuera milites & professores liberalium artium habent priuilegium, sicut dicunt illa iura: nec contradicit l. illa, sunt munera. quæ dicit nec merita militiæ. quia loquitur de veteranis. vt ff. de veteran. l. viæ. & finis l. sunt munera. tollit contrarium: quia dicit præter eos quibus principali beneficio concessum est. & si qua sunt prędicta alia huiusmodi. OPPOSITIO. Sed huic solutioni contradicit ff. de muner. & honor. l. munerum. §. penultim. in fin. vbi dicitur ab angarijs non excusatur cui immunitas est concessa: exceptis militibus & veteranis, sed respondeo sicut dixi suprà, est angaria & est parangaria. angaria consistit tantum in operis personæ: ab his angarijs excusantur milites & veterani. vt in prædicta l. munerum. §. pen. in fin. C. de vacat. mune. l. his oneribus. §. angariarum. parangaria consistit in operis personæ & patrimonij, de quibus habes multa exempla ff. de muner. l. 1. & l. munerum. § patrimoniorum. & §. mixta. in princip. ipsius legis. ab his parangarijs neque milites, neq; veterani excusantur, quia parangaria tangit onus patrimonij, & hoc dicit ff. de vacat. mune. l. sunt munera, quæ rei propriæ cohæret, vt prædiorum collatio, & viæ sternendæ, & angariarum exhibitio, id est, parangariarum & hospitio suscipiendi, quæ munera si consideras ratione prædiorum possessorum inducuntur, & hoc etiam dicit ff. de veteran. l. viæ. & hæc est vera solutio. Scio quod quidam dixerunt quod d. l. munerum. §. penultim. loquatur exceptis militibus & veteranis, quibus, subaudi, si immunitas concedatur, excusantur: quasi dicat, duo sunt quæ excusant illos, scilicet priuilegium & immunitas concessa, quod non placet.

De hominibus aliorum. Rubri.

1 *Homines aliorum qui nominentur.*

a HOMINES aliorum, † vulgariter dicuntur homines sende, qui nõ sunt reddentes aliquid: nec sunt manentes, nec angarij, nec parangarij, sed sunt fideles & vasalli: isti nihil præstant, nisi quantum, & reuera vasalli, sicut statim de vasallis dicemus.

De recommendatis. Rubr.

1 *Recommendati homines qui dicantur.*

1 RECOMMENDATVS dicitur, qui venit de alienis partibus, & habitare vult in ciuitate tua, & elegit patrocinium tuum, & dicit domine volo esse tuus recommendatus, vt habeam tuam defensionem, & tibi singulis annis seruiam in pascha, in natali, scilicet dando duas gallinas, vel librã piperis, vel quid aliud. de istis inuenies multos apud Neapolim in villis eorum, & Bononiæ. isti de iure nihil aliud debent conferre, sed Neapolitani multa ab eis exigunt, & ferè omnia, quæ exigunt domini a vasallis.

De vasallis. Rubr.

1 *Vasalli qui propriè sint.*

a NVNC de vasallis videamus: & † quidem vasalli sunt qui rem aliquam ab aliquo in feudum recipiunt, sicut dominus Imperator à Papa habet regnum Siciliæ. & multi de Imperio idem dicunt Reges ab Imperatore: & Principes & Comites à Rege: Barones à Comitibus: milites à Baronibus: & qui appellantur in regno Siciliæ Barones: in Tuscia & in Lombardia appellantur Cathanei: quasi Capitanei. quidã vocantur Valuasores, qui habent feuda à Cathaneis & Baronibus, & quosdam milites habent sub se. Item aliqui Burgenses vel villani recipiunt rem in feudum à militibus, quemadmodum de hac materia copiosè tractatur in constitutionibus feudorum. Isti omnes qui appellantur vasalli propter feudum iurant fidelitatem dominis suis. vnde etiam Episcopi & Prælati omnes, Archiepiscopi & clerici iurant domino Papæ, & suis Primatibus de gradu in gradum fidelitatem. vnde possent dici vasalli. habent enim quasi in feudum suos Episcopatus, & Archiepiscopatus, & Abbatias à domino Papa & suis primatibus secundum gradum.

Sacramentum fidelitatis quod præstat dominus Imperator Papæ Rubr.

1 *Sacramentum fidelitatis quod Imperator Romano Pontifici præstat, qua forma fiat.*

2 *Sacramentum fidelitatis quod tempore Papa Honorij Fredericus Imperator præstiterit.*

VNDE videamus qualiter iuret quis fidelitatem. & primò de sacramento fidelitatis, quod præstat dominus Imperator domino Papę, quod est
tale. Tibi domino † Ioan. Papæ, ego Rex Otto promitto 1
& iuro per patrem, & filium, & spiritum sanctum, & hoc lignum viuificæ crucis, & per has reliquias sanctorum: quòd si permittente domino Romam venero, sanctam Romanam Ecclesiam, & te rectorem ipsius exaltabo secundùm meum posse: & nunquam vitam aut mẽbra, nec ipsum honorem quem habes, mea voluntate, aut meo consensu, aut meo consilio, aut mea exhortatione perdes: & in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus quæ ad te pertinent, vel ad Romanos. sine tuo consilio, & quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem peruenerit, tibi reddam: & cuicunque regnum Italicum commisero, iurare faciam illum vt adiutor tibi sit ad defendendam terram sancti Petri secundùm suum posse. & hanc formã sacramenti habes in decretis, dist. 63. tibi domino. Hoc sacramentum præstatur legato domini Papæ eo tempore quando in Regem eligitur: posteà quando venit Romam iurat Imperator omnia prædicta manu propria:
sicut † ego R. vidi anno domini M. CC. XX. mense No- a
uembri, in dominica prima post octauam sancti Martini. dominum Fredericum Dei gratia Romanorum Imperatorem Augustum, Hierusalem & Siciliæ Regem iurantem in Ecclesia sancti Petri viuente domino Papa Honorio.

De sacramento Episcopi. Rubr.

1 *Sacramentum fidelitatis, quod Episcopus domino Papæ præstat, qua forma fiat.*

FORMA sacramenti fidelitatis, quod præstat Epi-
scopus, talis est. Ego M. Episcopus ab hac hora in 2
antea fidelis ero sancto Petro, sanctæque Romanæ Ecclesiæ, dominoq́ue meo Papæ G. eiusq́ue successoribus canonicè intrantibus, non ero in consilio neque in facto, vt vitam perdat, aut membrum, vel capiatur mala captione, consilium quod mihi per se aut per literas, aut per nuntium manifestabit ad eorum damnum nulli pandam: Papatum Romanæ Ecclesiæ, & regularum sanctorum patrum adiutor ero ad defendendum & retinendum saluo meo ordine, contra omnes homines vocatus ad synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditione: legatum apostolicæ sedis, quem certum esse cognouero, in eundo & redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo: Apostolorum limina singulis annis, aut per me, aut per certum nuncium visitabo, nisi vestra absoluar licentia: sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. hanc for-

formam sacramenti habes extra.de elect. & elect pote sta.e.ego M. Episcopus. ex quo enim iurat sic, scilicet successoribus, non tenetur posteà iurare successorib. vt extra.de iureiurando,c.veritatis. & extrà. de excess. prælatorum.c.retulit nobis. Ideò dicitur canonicè, &c.quia si non canonicè,non tenetur postea obedire illi,vt dicitur de consecratione distin.e c.is ergo. Quod autem dicitur,vt vitam perdat,&c.hoc non sufficit, imò vbicunque senserit dominum periclitantem ad insidias probibendas debet occurrere.vt C.de his quib. vt indign.l.penultim.& ff.ad Syllanian.l.1.& 2.& in decret.22.quæstio.5 §.de forma. de quo capitulo multa cõtinentur & supplentur de sacramento fidelitatis, sicut statim dicemus. Item ideò dicitur mala captione, &c. quia bona captione capi potest: potà, si frænetieus sit vel foriosus.vt in decret.23.quæstio.4.c.ipsa pietas,circa princ.Item quod dicitur consilium, &c. id est, strictum.more enim Italico loquitur.& quod dicitur consilium nulli pandam, &c. intelligas de honesto consilio: quoniam consilium malum tenetur releuare tali personæ quæ possit prodesse,& non obesse. vt in decretis 22.quæstio.vltim. cano. hoc videtur. Quod dicitur saluo ordine,&c.id est, secundùm quod attinet ad meũ honorem non armis. vt in decret.23.quæstio 8.quicunque ex clero.Quem legatum cognouero,&c.dicit glossa siue per testes,siue per literas alio modo. quia est nota persona. vt 97.distinct. nobilissimus. & 43 distinct.i. quiescamus.sed contra:non nisi per literas,vt C. de mãdat.princip.l.vnica.& 7.distinct. c.noli meis. extrà. de offic.& potest.iudic.deleg.c.cum in iure.& extra. de fi de instrum. c.scripta verò authentica. Et quod vltimũ est,Apostolorum limina visitabo, &c.circa Idus Maij: quando tempus sanum est.Et de illis intellige qui sunt intra Italiam.qui verò sunt de longinquo,intelligas eos debere visitare secundùm quod habent in instrumento & chirographo: quidam semel in duobus annis, quidam semel in tribus, secundùm quod distant. vt in decret.93.distinct.c.iusta. Quilibet enim qui ad sacros ordines promouetur, debet iurare obedientiam suo prælato. vt distinct.23.c.quanquam.& extrà. de iureiurand.l.1.

Sacramentum cuiuslibet vasalli, & quæ contineat sacramentum fidelitatis Rubric.

1 *Sacramentum quod omnes vasalli Imperatori præstant, qua forma fiat.*
3 *Vasalli propter feuda in quibus teneantur.*
4 *Vasallus qua actione contra dominum agere possit.*

NVNC generaliter de sacramento cuiuslibet vasalli videamos, & quæ contineat sacramentum fidelitatis,& est scriptus canon antiquus,qui omnia cõtinet,quem canonem habes 22.quæst.5.c.de for
1 ma.Qui † domino suo fidelitatem iurat,ista sex semper in memoria habere debet. Incolume,tutum, honestũ, facile,vtile,possibile. Incolume videlicet,ne sit in damno domino suo de corpore suo. Tutum,ne sit in damno de secreto suo, vel de suis munitionibus per quas tutus esse potest.Honestum,ne sit ei in damnum de sua iustitia,vel de alijs causis,quæ ad honestatem eius pertinere videntur: putà,si cognoscat vxorem, filiam, vel sororem domini sui,cui debet excellentiam fidei.vt de pœn.distin.1.consideret. Vtile, ne sit ei damno de suis possessionib. Facile, vel possibile, ne id bonum quod domino suo facere poterat leuiter, faciat ei difficile, neve id quod possibile erat,reddat ei impossibile. Præter ista sex debet præstare auxilium & consilium domino suo,si beneficio suo dignus videri vult,& saluus esse de fidelitate quam iurat.Dominus quoque fideli suo in his omnibus vicem reddere debet: quod si non fecerit,meritò censebitur male fidus: sicut ille qui in eorũ præuaricatione vel faciendo, vel consentiendo fuerit perfidus & periurus. Hæc omnia in prædicto ca. continentur de verbo ad verbum.Hodie autem qualiter vidi iurare principes domino Imperatori, & Episcopos Lombardiæ & Tusciæ,& alios Prælatos, & milites, & Comites, & Barones, quando veni cum domino meo Imperatore Frederico ad coronandum: & multis etiam sic computaui sacramentum.† Ego talis iuro fideli- 2
tatem domino meo Imperatori, & vasallagium & suis successoribus.non ero in facto seu consilio quod per sonam,aut vitam,vel membrum, aut honorem suũ amittat:aut quod mala captione detineatur, & si ad notitiã meam peruenerit, quod aliquis aliquid prædictorum contra dominum meum vellet committere, pro posse meo disturbabo:aut tam citò quàm potero,vel per me, vel per nuntium meum,vel per literas meas tibi nuntiabo. Imperium quod habes,&terram iuuabo pro posse meo manutenere,& defendere, & aliam tertiam acquistare & consilium quod à me petierit sibi fidele secundùm meã prouidentiam dabo. secreta mihi ab eo commissa nulli sine eius licentia manifestabo: sic me Deus adiuuet,& hæc sancta Dei Euangelia.Sic iurant etiã Barones Comitib. & milites Baronibus hoc excepto, qđ omnes isti iurẽt homagium salua fidelitate domini Imperatoris. prædicti autem iurant domino Imperatori dignum homagium,& hoc est dicere ligium homagiũ, quia iurant Imperatori nullius alterius fidelitate salua,quia alijs iuratur salua fidelitate Regis vel Imperatoris,& ideò non est ligium. Multi tamen simplices dicunt,quod ligium homagium est,quando vasallus mittit manus suas in manus domini, quod nihil est. Isti er-
go vasalli tenentur in sex,† propter feuda quæ recipi- 3
unt à dominis, obedire & seruire. Primò pro exercitu imperiali, tenetur enim conferre vasallus secundum qualitatem & quantitatem sui feudi,quod vocatur adiuuamentum,quia aliquando multi adiuuant illum, & conferunt.Secundò pro corredo imperiali, vt quando dominus Imperator transit per locum, dantur illi expensæ:in his duobus seruit pro curia: in alijs quatuor seruit vasallus pro vtilitate domini. Tertiò, pro filia maritanda. Quartò pro se, vel pro filio milite faciendo.Pro filio autem vxorando vasallus non confert: & est ratio, quia tunc dominus recipit, & sic fit ditior. Quando autem dat filiam suam ad maritum,tunc dat de suo,& sic fit pauperior: ideò vt vasallus conferat. de iure est. Quintò, si dominus sit captus, tenetur vasallus pro eo redimendo conferre. Sextò pro emenda aliqua terra.Vnde admitto,quòd in his quatuor qui principaliter tangunt dominum,& nõ dominum Regem vel Imperatorem,quod dominus possit liberare vasallum:in primis duobus non.quia illa duo sunt statuta pro vtilitate domini Imperatoris.Si ergo dominus vult grauarẽ vasallum in alijs præter illa lex, vel etiam in illis sex prædictis vltra quantitatem & qualitatem feudi sui: sicut censitus directò intentat officium iudicis, vt releuetur ab illo onere,sic vasallus vtiliter intentabit officium iudicis.quare dico vtiliter? quia vasallus non est censitus.& sic cum verba deficiunt, quia sententia locũ habet,ideò datur officium iudicis vtiliter, vt argum. ff. si quadrup.paupe.fecisse dica.l.pen & ff.de iurisd.om. iudic.l.si quis id quod. Positiones autem sic faciat act. POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd ego sum censitus seu vasallus tuus. Item hoc debeo præstare, vel conueni nomine census seu seruitij.Item tu exigis à me vltra. Econtrà reus his vtatur positionibus.POSITIO REI. Ego dico,quòd hoc,quod peto, tu conuenisti mihi propter tale tenimentum quod posteà tibi dedi. Item ego tua sponte recepi.Item tu mihi spontè soluisti & obtulisti. Item tu ex certa scientia hoc plus mihi soluisti. Si hoc confitebitur actor,liberatur reus, quia cuius per errorem dati repetitio est, eius consulto dati donatio est.vt ff.de regu.iur.l.cuius. Libellus autem concipietur sic LIBELLVS. Ago ego R.censitus contra M domi num meum, qui à me exegit decem plus quam consueuit exigere,& debuerit: quia cum debeam sibi nomine census 10.ipse à me exigit 20. & exigit etiam pro tẽpore futuro.vnde peto,quòd illa 10. mihi exacta restituat officio vestro domine iudex,& quod prohibeatur exigere in futurum,ad hoc propono officium iudicis. Vasallus autem sic concipiet.LIBELLVS.Ago ego R. vasal-

 lus

Ius cõtra M. dominũ meum, qui à me talia seruitia exigit, vt cooperiam domum eius, vel portem literas, vel talia quæ illi facere non consueui nec debeo: vnde peto quod prohibeatur officio vestro domine iudex, talia à me exigere in futurum. & quod 10. quæ a me exegit nomine illius, mihi restituat: ad hoc propono officium iudicis, vel sic. LIBELLVS. Ago ego R. cõtra M. dominum meum, cuius vasallus sum: qui considerata quantitate & qualitate feudi quod habeo & teneo pro seruitio seu corredo imperiali, vel filia maritanda, vel pro alijs exegit à me decem plus quam debeam, & plus quam consueuerim præstare: cum semper præstiterim pro corredo imperiali, vel pro exercitu 10. & ipse à me exigit 20. vnde quod prohibeatur in futurum à me exigere officio vestro domine iudex ago contra ipsum, ad hoc propono officium iudicis. Quod sic rectè concip. libel. dicit C. lib. 11. in quib. caus. colo. cen. l. 1. & C. de agric. & censi. l. vlti. & in authen. de quæstore. col. 6. Eodem modo asscriptitij & omnes prædicti concipient libellum. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd libelli propter multa debeant reprobari. In primis sic. Nam non videtur quod hic qui soluit, possit repetere: nam aut sciuit se non debere & soluit, aut ignorauit. si sciuit, non repetit: quia sciens soluit indebitum. vt ff. de condict. Indeb. l. 1. & 2. & ff. de regul. iur. l. cuius per errorem. Si dicas, quod fuit ignorans, eius ignorantiã in facto proprio non admitto. vt ff. ad Vellean. l. quemquam. & ff. pro suo. l. vltim. nec enim admittitur ignorantia circa quantitatem rerum suarum. vt C. de rescindẽ. vendi. l. Respondeo & dico, quod soluit sciens, sed non spontè, imò inuitus: vnde cessat tua obiectio, quia quod opponis locum habet in spontè soluente. ab isto autem fuit exactum: & est exactio, quæ fit ab inuito. vt ff. de verbo. significat. l. debitor. & ff. de legat. 3. l. fideicommissa. §. si rem. & argu. ff. de neg. gest. l. si autem. OPPOSITIO. Item adhuc videtur, quòd libellus sit malè conceptus: quia dicis, quòd prohibeatur in futurum, & hoc dicis contra legem: quia tractatus futuri temporis non pertinet ad iudicem. vt ff. de vsur. l. 1. nec potest esse iudicium de his rebus, quæ posteà in obligationem venturæ sunt. vt ff. de iudi. l. non quemadmodum. Respondeo, imò tractus futuri temporis non pertinet ad iudicem in multis casibus: & hic est vnus ex illis. & de hoc dic vt plenè notaui suprà de actione ex stipulatu præsumpta ex tempore. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur. videtur quod isti non possint agere contra dominos suos: maximè censiti, qui quodammodò serui sunt, vt suprà notaui. maximè cùm domini eorum sint eorum iudices. vt in authent. de quæstor. col. 6. §. si verò forsan. Respondeo, censiti & asscriptitij contra dominos suos nõ agunt pro aliqua causa ciuili, sed pro exactionibus. Itẽ nec pro aliqua causa criminali, nisi quando suam vel suorum iniuriam prosequuntur. vt C. libr. 11. in quibus caus. colon. cens. l. vltim. Nec obstat quod legitur in authent. de quæstor. quòd domini illorum sint iudices: quod verum est si alij agant contra censitos vel asscriptitios. Cæterùm si ipsi censiti seu asscriptitij, vel vasalli agant contra dominos, domini non possunt esse iudices: quia iam essent iudices in causa sua, quod iura nolunt. vt C. vt nem. in caus. propr. iudic. l. vnica. & ff. de arbitr. l. penultim. Vasallus autem credo in causa ciuiciuili posset agere cõtra dominum: etiam pro alijs causis cùm liberti sint. in causis criminalibus idem de vasallis, quod de censitis.

De officio iudicis per quod subuenitur illis quibus collecta imponitur vltrà vires patrimonij, & per quod subuenitur illis qui, cùm sint inhabiles, vel vocari non debant, vocetur ad officia. Rubr.

1 *Ius idem quomodò vicis, & castris, & villis sicut ciuitatibus competat, cùm ciuitati subiaceant.*

2 *Iudex in collectis quomodò officium suum interponat.*

CONTINGIT multoties, quod collectores pro collectis aliquando exigant ab hominibus supra vires patrimonij. Item quod aliquando vocentur ad officia, cùm sint inhabiles: ideò subuenitur officio iudicis personis talibus, vt à talibus oneribus liberẽtur. vt ff. de vacat. mun. l. Sextumdecimum. §. vlti. & C. libr. 10. quemad. ciui. mun. indi. l. 2. 3. & 4. Vnde cum breuitate transeo, & omitto positiones, & libellum concipies sic. LIBELLVS. Ago ego R. contra M. collectorem ciuitatis, vel castri, vel villæ, qui suprà vires patrimonij mei duas vncias indixit, cum habita ratione & collatione dominij mei de collecta imposita contingeret me vncia vna, imposuit mihi tres. vnde quod tale indictum tollatur, & à me nihil exigatur peto à vobis domine iudex, & officium vestrum propono. Quòd sic rectè concip. libel. & quod locum habeat iam in ciuitatibus quã in castris & villis, dicit lex prædicta de vacat. mun. Si autem collector exegit adijcias in libello, & quod vncias exactas mihi restituat propono, &c. argum. C. lib. 11. in quib. cau. colon. censi. l. 1. Quando autem vocaris ad officium cum sis inhabilis, vel cum vocari non debeas, sicut frequenter aliquando fit malitiosè, concipies sic libellum. LIBELLVS. Propono ego R. coram vobis domine iudex, quod cum sim inhabilis ad officium cõsulatus, vel ad aliud, vel sim de altera prouincia, vel vocatus ad munus tale, & ab illo appellauerim pendẽte appellatione, ad aliud munus me talis nominator nominauit. vnde à tali nominatione per vos releuari peto, ad hoc officium vestrum propono domine iudex. Quòd sic rectè concip. libel. dicit lex prædicta. C. quem adm. ciui. mun. QVAESTIO. 1 † Sed quæritur quomodò idem ius competat vicis, castris, & villis, sicut ciuitatibus, cum vici & castra ciuitatibus subiaceant. vt ff. ad municip. l. qui ex vico. & C. de Episcop. & cleric. l. nulli licere. circa fin. & in authen. quib. mod. nat. effi. legi. §. si quis autem. col. 7. Respondeo, licèt subiaceant, tamen iustum est, quod iure ciuitatis vtantur: & si nõ subiaceant, nihilominùs habent illa iura quæ habent ciuitates: nam legata possunt ita relinqui vicis, quemadmodum ciuitatibus, vt ff. de legat. 1. l. si hæres. §. vicis. nam cum quælibet ciuitas habeat ius inclytæ vrbis quò ad institutiones & legata, quia possunt institui, & eis legata relinqui. vt C. de hæred. institu. l. hæreditas. nõ est mirum si vici & villæ vtantur eodem iure, quo & ciuitates, quò ad omnia, & ciuitatibus hæreditates per Trebel. restituuntur. ff. ad Trebel. l. omnibus. & argum. C. lib. 11. de fund. limitro. l. quicunque. nam & qui curiæ alicuius ciuitatis, vel collegio, vel burgo, vel cæteris corporibus triginta annor. seruierit, in eo loco remanebit, nec poterit inquietari tanquam colonus, vel inquilinus, vt C. libr. 11. de fund. rei priuat. l. eum qui curiæ. QVAESTIO. 2 † Item quæritur, quomodò iudex in collectis interponat officium suum, vt vltrà vires quis nõ grauetur? Respondeo, facta æstimatione totius collectæ impositæ, & facta æstimatione quantum ille habeat in bonis, qui conqueritur, & quantum sit sibi impositum, iudex peritus rem ad suam æquitatem rediget, vt dictum est.

De officio iudicis per quod subuenitur dominis ad exigendos redditus colonis, vel asscriptitijs, quoties coloni dubitant, an sint domini prædiorum, qui redditus exigunt. Rubric.

CONTINGIT sæpè, quod domini a colonis, seu asscriptitijs petant redditus, siue in pecunia, siue in alijs speciebus, & coloni vel asscriptitij, recusant soluere, dubitantes an ipsi sint domini illorum prædiorum, pro quibus petunt redditus, ideo succurritur dominis per officium iudicis: vt coloni, & asscriptitij dent fideiussorem idoneum, sub hac forma: vt si domini probauerint, quod prædia sint sua, & quod sui sint coloni & asscriptitij, & ab eis illa prædia habeant, quòd redditus sine procrastinatione præstabunt. quæ fideiussio renouabitur de triennio in triennium: & sic coloni inquietabuntur. Si autem fideiussorem præstare nolunt, tunc per officium iudicis redditus exigentur, & deponentur in æde sacra, donec dominus de iure suo probet: & hoc per singula

gulia annis, donec causa durabit & exigatur per illa tempora, per quæ coloni soliti erant soluere: & sic eao sa diffinita si de iure suo probauerint dabūtur illis, sin minus restituuotur colonis, & hoc quandò redditus sunt io pecunia. Si autem in speciebus vendetur species per officium iudicis: & pretium deponetur sub forma prædicta, sicut hæc probantur C. lib. 11. de agrico. & eens. l. litibus. §. 1. Si autem non sit quęstio tātùm de redditibus sed de publicis functionibus soluendis, & coloni prædicto modo contradicant, à quo exigetur functio pro illis prædijs: vtrùm à dominis vel colonis, legislator distinguit: refert quis fuerit solitus soluete functiones: si coloni erant soliti soluere, ipsi soluent nullo præiudicio dominis generando: si autem dominus consueuerat soluere, quia partē soluebat pro publicis functione, sibi partem retinebat. tunc si colonus vult date fideiussorem sibi partem illam retincbit, quam dominus consueuerat pro se recipere: aliam partem soluet quæ debet dari pro functione. Si autem coloni fideiussorem nondent, tunc redditus omnes officio iudicis exiguntur, & dabnot domino: parte illorum redditū soluta, quæ pro functionibus solui debebat, alia parte quæ domino etat soluenda sequestrata vsque ad euentum litis, sicut hæc leguntur in prædicta l. a medio vsque in fio. & hæc intelligas esse vera de illis colonis, qui non ex longissimo tempore redditus soluerunt. Illi enim nō habent contradicendi licentiam, vt in princip. prædictæ l. litibus. & hoc est quod dicit l. ibi, qui oon ex longo prolixoque tempore vel longinqua, & inueterata redditum susceptione sufficientem habēt cautelam. In hoc autem casu omissis positionibus, quæ possunt colligi ex præcedenti rubrica. concipiet actor sic libellum. LIBELLVS. † Propono ego R. coram vobis domine iudex, qui cùm ab M. colono meo vel ascripticio redditum decem librarum peterem, vel decem libras ceræ, vel aliquid alud, quem redditum mihi soluere debet pro talibus terris, quas sibi locaui pro prædicto redditu: ipse mihi soluere recusauit, dubitans an sim dominus earum rerum. vnde vel quòd det fideiussorem de prædicto redditu soluendo mihi sine procrastinatione, si probauero me dominum illarum terrarum, vel prædictum redditum mihi soluat officio vestro: ad hoc propono officium vestrum domine iudex. Quòd sic rectè concipiatur petitio dicit l. prædicta, litibus. OPPOSITIO. Sed opponitur multis modis. In primis non videtur, quòd libellus sit benè conceptus: quia dicit propono, &c. imò deberet dicere: ago contra talem, &c. sicut in superioribus libellis. si enim proponis iudicij, quid debet facere tibi iudex, nisi quòd interponat officium suum? Respondeo: quocunque modo concipiatur libellus iudicio meo benè concipitur: siue dicas ago contra talem: siue dicas, propono coram vobis, &c. ex quo enim factum denuntio, & officium iudicis propono, sufficit. Multi tamen volentes subtilisare dicunt: quòd vbicunque officium iudicis proponitur loco principalis actionis, non debeat quis dicere ago contra talem, sed propono coram vobis domine iudex, &c. & assignant rationem quia cùm officium iudicis nō sit actio, vt ff. de minoribus, l. quòd si minor. § vltim. ergo contra partem non debes proponere, sed tantùm ipsi iudici: quandò autem intentas actionem, tunc debes dicere, ago contra talem: quia tunc agis iure tuo sicut io princip. in rubric. de offic. iudic. notaui. sed non curo de talibus, quia nomine actionis generalissimo, & officium iudicis continetur, vt ff. de actio. & obligat. l. actionis verbo. vnde benè sedet si dico: ago contra talem. OPPOSITIO. Item obijcitur quòd lex illa, litibus. videatur fatua, & fatuè loquatur, & fatuus esset clientulus & aduocatus, qui sequeretur legis illius consilium, & qui sic libellum proponeret, vt propositus est, & fatuus esset iudex qui compelleret partem alteram vel ad dandum fideiussorem, vel ad redditum soluendum. quod sic probo: nam aut locauit dominus terras istas illis colonis, vel ascripticijs pro certa pensione soluēda in pecunia, aut fuit contractus innominatus, si alia species debebat solui, vt ff. depositi. l. 1. §. si quis seruum. & tunc si vult petere redditus, vel proponat actionem ex locato, vel præscriptis verbis, vt in prædicto § si quis serui. vel si vult terras auocare, auocare possessionem per condictionem ex lege. C locati & conducti. l. si quis cōductioni atitulo. quare enim iste stultus dominus vellet de proprietate litigare, & probare se dominum, vt dicit l. prædic. litibus. cum possessione recuperata, posteà si colonus vult de proprietate litigare, litiget, vt dicit l. si quis cōductionis. & sic melius erit ei, quia fiet de petitore possessor secundùm consilium alterius legis. ff. de rei vendic. l. is qui destinauit. & sic habebit maximum commodum, vt C. de rei vendic. l. vltim. & ff. si vsusfruct. petat. l. vti frui. & Instit. de interdict. §. commodum. Item si non locauit, qua fronte, quo iure, qua de causa dicet iudici, vel colono, quòd det fideiussorem, vel quòd soluat redditum: quomodò iudex onerabit colonum superuacua cautione? imò satisdatione, quòd iura nolūt vt ff. de legator. seu fideicommiss. nom. cauea. l. hæc stipulatio. & ff. de procurat. l. non eogendum. vel quomodò compellet iudex colonum soluere, cùm nō constet de debito. Respondeo: remotis multis solutionibus quæ per multos prudentes notatæ sunt. dico prudentissimum esse consilium l. illius, litibus. & in subsidium. Iustinianus ibi subuenit domino, nam non erat certum, quòd dominus locasset terras illas: si enim certum esset, locum non haberet quod opponis, sed colonus vel ascriptitius aliquibus annis illum redditum soluerat illi domino, non dico 30. vnde solutio illa & lapsus ille temporis inducit illud remedium, vt vel det fideiussorem colonus, vel soluat, sicut superiùs dixi. OPPOSITIO. Si opponis: solutio aliquorum annorum non facit præiudicium soluenti, vt C. de pact. l. si certis annis. maximè cùm tempus solùm non sit modus inducendæ obligationis, vt ff. de action. & oblig. l. obligationum. §. placet. nisi fortè geminus fauor cōtrarium inducat, vt C. de fideicomm. l. 1. Respondeo: & concedo, quòd solutio illorum annorum non præiudicet vt faciat redditus illos debitos, scilicet quòd teneatur quis propterea soluere in futurū, sed in hoc prodest, vt vel des mihi fideiussorem, vel soluas: sicut & aliàs in interdicto de itinere actuque priuato. ex primo capite si nil hoc anno triginta diebus, hoc acquiro, quòd interim prohibendus nō sim, donec de iure meo probem, vt ff. de itin. actuque priua. l. 1. & sicut in interdicto. de aqua quotid. & æstiu. quòd mihi acquiritur, & si vna die per annum duxi, quantum ad hoc, vt interim non prohibeat, vt ff. de aqua quotid. & æsti. l. 1. §. quòd autem. sicut & in facto electionis, vbi si interfui in vno prælato eligendo: licèt non acquiratur mihi ius, tamen mihi multum facit possessio, quia electio valet, vt extr. de caus. possess. & proprieta. c. cùm ecclesia.

De officio iudicis quo petunt salaria grammatici, rhetores, geometræ, aduocati & obstetrices. Rubrica.

1 *Salarium in tali actione, vt peti possit, quot exigantur.*
2 *Positiones actoru & Rei in actione in qua salar. pet. n. 3.*
4 *Libells in actione qua salar pet. quomodo fiant. cum plu. sequen.*
5 *Salarium incertum qua actione peti possit.*
6 *Salarium quomodo incertum esse dicatur.*
7 *Debitor an liberetur dando rem vilissimam.*
8 *Promissio an valeat. aliquis hereditatem vel feudum petebat, & nomine salary alicui res aliqua de ipsis promittatur.*
9 *Promissio an valeat, si alicui in casu victoria promittantur 10. in casu autem succumbentia quinq.*

NVNC de officio iudicis videamus, per quod loco principalis actionis subuenitur ad mercedes petēdas & salaria pollicita præceptoribus liberaliū artium, scilicet grāmaticis, rhetorib⁹, geometris. Itē medicis & obstetricibus & aduocatis, et largè intel

ligas aduocatos & suffragatores, qui quoquo modo vel studio in causis operantur. Item nutricibus, quæ dicuntur nutrices quamdiu pueri lacte viuunt, vt ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. & per totam l. Philosophi autem & legum Doctores non possunt salaria petere. quia hoc primum eos profiteri oportet pecuniam & mercenariam operam contemnere. secundò propter scientiam legalem quam docent: quæ cùm sit res sanctissima, nummario pretio non debet dehonestari, vt ff. de var. & extraord. cog. l. 1. & 2. & ff. de vaca. mu. l. in honoribus. §. philosophi. & C. libr. 10. de mu. patrimon. l. professis. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd à legum Doctoribus salaria promissa, possint peti, vt C. libr. 10. de profess. & me. l. medicos. sed quod dicit ibi finis l. illius de salarijs, referas ad alios: putà, medicos, & grammaticos, de quibus eadem lex mentionem facit, vel loquitur non de salarijs promissis à parte, sed de salarijs constitutis a publico, vt C. de postulan. l. pen. Hodiè tamen vsurpatum est, ita vt salaria promissa à scholaribus Doctores exigant, & libros scholarium pro collectis capiunt, vt tutiùs sit eis pignori incumbere, quàm in personam agere, vt Institu. quib. mod. re contrahi. ob. §. vltim. & ff. de superfi. l. 1. sicut & vsurpatum est, quòd magistris ludi literarij dicatur ius pro salarijs eis promissis, vt ff. de var. & extraordi. cog. l. 1. §. ludi. OPPOSITIO. Item similiter in aduocatis opponitur. Nam videtur quòd salarium eis promissum de iure non possint petere, cùm non debeant esse viles atque degeneres, nec pecunia capi, sed illud tantùm debent recipere, quòd illis obtulerit litigator, vt C. de postulan. l. quisquis. Salarium autem non debet peti, sed offerri in initio sacramenti. & hoc est quod dicunt quædam verba dubia posita ff. de var. & extraor. cogn. l. 1. §. an philosophi. dũ in iudicio honor petitur, qui in ingressu sacramẽti debuit offerri, quasi dicat, honor, id est, honorarium petitur, & salarium in iudicio ab aduocato à clientulo suo scientia ciuili dehonestatur. qui honor, id est, quod honorarium, id est, salarium debuit offerri à clientulo illi aduocato in ingressu sacramenti, scilicet aduocati: iurabat enim aduocatus in qualibet causa secundùm formam statutam. C. de iudic. l. rem non nouam. §. patroni. licèt hodiè non iurent, quia vt ait B. quòd iuretur lege cauetur, sed in consuetudine non habetur, nó autem debuit vel debet peti modò in iudicio. & hoc est quod dicit litera sequẽs in eadem lege: multa enim honestè accipiuntur, quæ inhonestè petuntur. Respondeo: non est verum quod opponis, nam salarium promissum aduocato petitur, vt C. de suffra. l. vnic. & ff. de var. & extraordin. l. cognitio. l. 1. §. in honorarijs. & §. aduocatos. & §. vltim. Leges autem prædictæ hoc solùm remouent vt aduocati non sint importuni in petendis salarijs, sed exiguum munus cùm dat tibi pauper amicus, accipias placidè, & grates referre memento. & remouent aliud, vt durante lite nó faciat pactum
1 cùm clientulis, sed ante litem contestatam. † Vnde ad hoc vt salarium istud possit peti, ista sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit medicus vel grammaticus, vel aduocatus, vel rhetor, vel geometra, vel obstetria, vel nutria. Secundum, quòd doceant vel præstent medicinam vel patrocinium, vel nutriant vel seruiant parientibus, vt ff. de var. & extraord cogn. l. 1. & C. de suffrag. l. vnica. Tertium, quòd salarium sit conuentum, aliàs non credo, quòd possint petere, sicut statim notabo. Quartum, quòd salarium conuentum maximè in aduocato nó excedat quantitatem centum aureorum, etiam si quæstio esset de toto regno: pro alijs autẽ quæstionibus minoribus salarium dicitur competens pro aduocati facundia, pro causæ qualitate, & secundùm consuetudinem fori, vt ff. de vari. & extraordin. cogni. l. 1. § in honorarijs. & §. aduocatos. Quod credo verum quandò aduocati habebant salaria à publico: hodie autem cùm à publico nihil percipiãt, credo iustum salarium etiam vltrà 100. aureos. Illud semper attendo, quòd secundùm facundiam aduocati & qualitatem causæ, et consuetudinem fori præstetur salarium. salarium enim centum aureorum nó est magnum salarium, nam 72. aurei accepto feruntur in libram auri, vt C. lib. 10. de suscept. & archa. l. quotiens. & ego ipse habui maiora salaria, aliquandò sexaginta vncias, aliquandò quinquaginta. Quintum, vt non fiat conuentio lite pendente, sed ante litem, vt C. de postulan. l. quisquis. Sextum, vt fiat in quantitate, maximè in aduocato, & non de alijs partibus litis, alioquin diffamaretur, vt C. de postulat. l. quisquis. Septimum, vt sit certum salarium, vt ff. mandati. l. salarium. Actor his vtatur positionibus. † POSI- 2
TIO ACTORIS. Ego dico, quòd sim grammaticus, rhetor, physicus vel medicus, aduocatus. Item tu conuenisti mihi dare decem libras pro doctrina vel pro cura tua, vel pro salario causæ. Item patrocinium illud tibi præstiti, vel curam tibi exhibui, vel docui. Item causa illa fuit maxima, vnde contingebat mihi salarium decem librarum. Item consuetudo est in partibus istis, quòd talia salaria dentur. E contrà reus his vtatur posi-
tionibus. POSITIO REI. † Ego dico, quòd tu dicebas te 3
esse grammaticum, medicum seu aduocatum, & eras gramans, mediculus, & aduocatellus. si enim hoc confiteatur actor nó fouebit iustam causam, quia turpe est patritio & causas tractanti ius in quo versatur, ignorare, vt ff. de orig. iuris, l. 2. circa fin. & quia reprobari potest etiã medicus semel electus, & grammaticus & doctor, vt ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. reprobari. & ff. de excusatio. tuto. l. sed & reprobari. & C. de profess. & me. lib. 10. l. grammaticos. Item gratis mihi exhibuisti patrocinium siue doctrinam vel curam. Item per te stetit quominùs præstares. si hoc est verum, salarium non petitur, vt ff. mandati. l. 1. & C. de condict. causa da. l. aduocati. Item multi faciunt hanc positionem. tu aduocatus vel medicus vel grammaticus præstitisti alijs patrocinium, vel docuisti, vel curasti alios, vnde videtur quòd non possis salarium petere, arg. ff. locati. l. sed addes. §. vlti. & ff. de assess. l. diem functo. sed non credo. aliud in comitibus legati, qui vocantur soldatherij. & in scriptoribus et in talibus, qui si locauerint medio tempore operas suas, salaria sua nó petent ab illis qui primò eis tempore illo dare promiserint, quia ex quo locauerunt, nihil eis perijt. In aduocato secùs, qui licet præstiterit patrocinium alijs nó propterea prohibetur petere salarium: quasi videatur eis aliquid perire. eodẽ enim tempore, non tamen eodem momento potest pluribus præstare patrocinium & curam sine impedimento causæ & personæ, quod in soldatherijs & in scriptoribus nó est. Libellum autem sic concipiet actor. † LIBEL- 4
LVS. Ago ego R. contra M. qui cùm pollicitus esset mihi decem libras pro patrocinio, quòd ei præstiti in tali causa, vel cùm per me non stet quominùs præstem, vel pro cura infirmitatis suæ quam ei præstiti, vel pro mea doctrina, illas decem libras mihi soluere recusat. vnde vt mihi soluat, ago contra ipsum: propono officium vestrũ domine iudex. Vel aliter, vnde vos domine iudex ex officio vestro compellatis ipsum mihi soluere illas 10. libras: ad hoc propono officium vestrum. Quòd sic rectè concipiatur libellus dicit ff. de var. & extraordi. cognit. l. 1. §. in honorarijs. & §. aduocatos. Et caue, quia tunc proponitur officium iudicis, quandò clientulus per pollicitationem (quæ est solius offerentis promissio, vt ff. de pollicita. l.) conuenit tibi dare tibi salarium. cæterùm si per pactum nudum, habet locum condictio ex lege. C. de suffragi. l. vnica. si autem stipulatio interuenit & certa, locum habet certi condictio ex stipulatione, vt notant supra de aduocatis. circa principium. Multi tamen Doctores voluerunt notare, quòd salarium possit peti à prædictis officio iudicis, etsi nulla pollicitatio interuenit, neq; conuentio. & sic glossauerunt C. libr. 10. de professorib. & medi. l. medicos. & ff. de var. & extraord. cognitio. l. 1. & ideò dicunt his personis dici ius extraordinarium, quia etsi nulla sit facta pollicitatio, tamen salarium potest peti. Sed salua reuerentia Doctoribus debita, contrarium credo. & satis esset mirabile, quòd illud salarium peteretur, de quo præstando nunquàm partes adinuicem cogitauerunt, & mirabilis esset ille extraordinarius ordo. Et mirabile esset officiũ iudicis, vt ad illud daret ad quod

aliqua

aliqua actio de sui natura dari non posset. iam esset po-
tentius officium iudicis, quàm actio ipsa, quòd esset sa-
tis absordum. quod ergo dicitur in prædicta l. circa fi-
nem. personis prædictis extraordinariè subueniri: in-
telligo sic extraordinariè, quia nó iure actionis, vt no-
taui suprà de offic. indic. quo dat. restitut. minor. vel a-
liter, dicitur eis ius extraordinarium: quia de ordine
& regulari iure ex pollicitatione non agitur, nisi in ca-
sibus notatis in tit. de pollicitat. l. toties. & l. ob casum.
ergo cùm in casu isto agatur ex pollicitatione, extra
5 ordinem & ius commune agitur. † QVAESTIO. Sed quę-
ritur an salarium incertum, vel per stipulationem, vel
per pactum nudum, vel per pollicitationem possit pe-
ti, vel per actionem ex stipulatu, vel per condictionem
ex lege: vel officio iudicis? Respódeo: lex videtur vel-
le quòd non, vt C. mandati l. salarium. & ff. manda. l.
quo mutuam. §. salarium. & l. salarii. OPPOSITIO. Sed
opponitur: in legibus illis dicitur salariũ incertæ polli
citationis peti nó posse. sed quid si nó fuit pollicitatio
sed promissio. videtur quòd possit peti, saltem ex stipu
latu, vt Instit. de verb. obligat. in princip. Respondeo:
quòd idem est si interueniat stipulatio: non enim est
illa ratio quare salarium non possit peti, quia pollici-
tatio interuenit, sed quia incertum. licèt enim pollici-
tatio interuenerit, nihilominùs salarium petitur, sicut
superiùs diximus. Quare ergo in legibus illis dicitur polli-
citationibus? Respondent Doctores nostri, quia salari-
um frequentiùs pollicetur aduocato vel procuratori
6 quàm ipsi stipulentur. † QVAESTIO Item quæritur quo-
modo salarium dicatur incertum? Respondent Docto-
res nostri: quandò re & genere est incertum: putà, quia
dico ego benefaciam tibi. cæterùm si dico, ego dabo ti-
bi raubam vnam, vel faciam te militem, vel dabo vnum
equum, licèt equum non certum promiserim, vel cer-
tam raubam, licèt etiã fieri militem incertum sit, quia
omne factum hominis incertum, vt ff. de verb. obligat.
l. vbi autem non apparet. §. qui id quod in faciendo. ta-
men quia sunt promissa in genere admittimus, quòd &
in his casibus salarium non dicatur incertum, imò cer-
tum, & peti possit. QVAESTIO. Sed quomodo pe-
tetur, & qualiter concipiam libellum? dicam sic? solue
mihi vnam raubam vel vnum equum? quòd non vide-
tur: cùm semper res certa peti debeat, quoties iudicio
singulari siue in rem siue in personam agitur, vt ff. de
rei vendi. l. si in rem. & ff. de furtis. l. in actione. QVAES-
TIO. † Item quæritur, an liber eris mihi dando raubam
7 vilissimam de vilissimo panno, & fortè de veteri, vel
vilissimum equum in quo amittam hordeum, quòd il-
li dedero de præbenda. nam qui promittit triticum, vi-
detur quòd dando vilissimum liberetur, vt ff. mandati.
l. fideiussorem. & argum. ff. de legat. 3. l. nummis. & ff. de
condict. indeb. l. cùm is qui Pamphilum. §. vltim. & ff.
de vin. & tritic. & ol. legat. l. cùm certum pondus. Sed
contra videtur. nam qui vendidit seruum. & dixit eum
esse cocum, debet præstare illum mediocrem cocum,
vt ff. de ædil. edict. l. si quid venditor. §. vltim. licèt & fi-
nis legis illius faciat pro prima parte. Item & qui vult
donare vsumfructum certum ex possessionibus suis, vi-
delicet decem saumatas boni vini. non dabit de dete-
rioribus possessionibus, sed de mediocribus. Et si do-
no certum numerum seruorum, mediocres dare de-
beo, non illos quos expedit potiùs non habere quàm
habere, vt C. de donation. l. si quis argentum. §. 1. & 2. &
arg. ff. de legat. 1. l. legato generaliter. & C. commu. de
legat. l. si duobus. OPPOSITIO. Item tu dicis, quòd si sa-
larium est certum genere, & possit peti tanquàm cer-
tum, possit intentari certi condictio. Ponamus quòd
stipulatio interuenisset: putà promitto tibi vnam rau-
bam? videtur quòd sic. Si tu dicis, quòd sit certum, vt ff.
si certum petatur. l. si quis certum. quæ est illa rauba cer
ta? imò potiùs videtur, quòd ageretur ex stipulatu, vt
Instit. de verbor. obligat. Respondeo quòd illud sala-
rium dicitur certum quoad quid, scilicet vt peti pos-
sit: quia leges prędict. loquuntur de salario omnino in-
certo, sed confiteor, quòd si stipulatio interueniat ex
stipulatu agatur, quantum enim ad naturam actionis
incertum est. Item dico, quòd salarium peteretur hoc
modo, vt constituatur certum & soluatur, verbi gratia.
LIBELLVS. Ago contra talem qui mihi pro patroci-
nio, quòd illi præstiti, conuenit vel promisit, vel fuit
pollicitus se daturum vnam raubam vel vnum equum:
vnde illam raubam saltem mediocrem vel illum equũ
saltem mediocrem constituat, & constitutum mihi sol-
uat, ago cótra eum: proponn actionem ex stipulatu, vel
condictionem ex lege, vel officium iudicis. & ita dicit
dominus H. in distinctionibus C. man. quia quandò in-
certum salarium promittitur, tunc agitur vt constitua-
tur & certioretur, sed salua sua actione sicut Doctoris
& Domini, quare istos facimus anfractus, scilicet vt
constituat & constitutum salarium mihi soluat. Sic er-
gò agam. LIBELLVS. Ago contra talem &c. vnde vt il-
lam raubam vel equum saltem mediocrẽ mihi soluat,
ago contra eum &c. inde enim æstimabit an rauba illa
sit mediocris. nec admitto quod in speciebus debitor
dando pessimam, liberetur. quia in d. l. fideiussorem. ff.
mandati. fortè creditor ex propria voluntate recepit,
nec erit locus oppositioni, vt ff. de lega. 3. l. nummis. quia
licèt exiguiores soluantur: putà Veneti vel Veronenses
saltem ad aliquem vsum prosunt, in frumento pessimo
& in aliis speciebus pessimis soluta nulla vtilitas esse
posset. Item quare salarium debet dari aduocato secun
dùm qualitatem causæ, sicut suprà diximus? Pone quòd
l. petebat aduocatus nomine salarij, promisi 20. erit li-
cita ista promissio? Dominus Ioannes admisit quòd sic,
licèt etiam 20. faciant partem illorum l. cum eo quia nó
fuerunt promissa sub nomine partis tenet stipulatio.
verùm si sub nomine partis fiat promissio, sicut multi
vilissimi faciunt, & sic sit promissio turpis, & contrà iu-
ra, ideò non tenet in aduocato & in procuratore, vt ff.
manda. l. 1. in fin. & l. si remunerandi. §. vlti. & C. de po-
stul. l. si sub specie. & l. si quis. & l. quisquis. & inducit
simile, si rogatus hæreditatem restituere partem reti-
neat, pro illa creditoribus respondebit. Si rem retine-
re iussus, et hęreditatem restituere (licèt illa retẽta par-
tem faciat) nunquàm pro parte creditoribus responde-
bit, vt Instit. de fideicommiss. hæred. §. si quis vna re de-
ducta. & alias arg. quia expressa nocent, vt ff. de condi.
& demonst. l. nonnunquàm. Ego autem credo aduoca-
to non posse promitti, quòd nomine salarij de 50. ha-
beat 20. quia debet dari salarium secundùm quantita-
tem rei petitę, vt ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. in hono.
credo iustum salarium si fortè 5. vel 6. promitterentur
pro quantitate prædicta. † QVAESTIO. Sed illud quæ- 8
ritur si petebas hæreditatem, vel feudum, vel benefici-
um, & promittas mihi nomine salarij rem aliquam de
ipsis, an valeat talis promissio? admittunt Doctores no-
stri quòd sic: quia non videtur pars vel aliquid de lite
promissum. & assignant hanc rationem. quia res corpo-
rea non est portio rei incorporeæ, vt ff. si omis. causa te-
sta. l. quamuis. credo tamen stipulationem turpem, &
non valere quasi contra bonos mores & contra iura:
quia non solùm à malo, sed etiã à specie mali abstinen-
dum est, vt extrà. de vita & hone. cleri. c. 1. & non debet
fieri per aliam viam, quod lex fieri vetuit, vt ff. de tu. &
cu. da. ab his. l. scire. & ff. de vul. & pup subst. l. verbis
ciuilibus. † QVAESTIO. Item quæritur, sicut faciunt mul 9
ti aduocati, an valeat talis promissio in constitutione
salarij: si obtinueris, dabis mihi 10. si succubueris, dabis
mihi 5. Respondeo, sic: quia licitum est mihi stipulari
aliquid vltrà nomine salarij, aliàs palmarij, vt ff. de var.
& extraor. cogni. l. 1. circa fin. Multos tamen aduocatos
vidi, qui econtrà stipulationẽ interponũt, vt si succum
bant velint habere maius salarium. si obtineant minus,
& compensant honorem victoriæ cum minoratione sa-
larij, & vituperium amissionis causæ cum augmẽto sa-
larij. Quandò autem præstandum sit illud salarium di-
xi supra de aduocatis. Et consilium est, quòd in prin-
cipio. vt C. de suffrag. l. vnica. & C. de iudi. l. properan-
dum. circa finem. licèt leges illæ alio modo exponan-
tur. Et do consilium quòd incontinenti faciant sibi sol-
ui, vel ad minus habeát pignora. quia melius est pigno-
ri incumbere, quam in personam agere, vt ff. de super-
fici. l.

fiu.l.1.& ff.de reg.iur.l.inuitus. quia si expectabunt vsque ad sententiam fortè nunquam cõsequentur, & maximè si succumbant. Et hoc idem in medico, quia dicit Aphorismus: dum dolet accipe.

De officio iudicis quo petuntur fructus à possessore. Rubrica.

1 *Fructus industriales quo casu aliquis suos faciat.*

2 *Fructus percepti quo iure veniant, & petantur quatenus locupletior aliquis factus sit.*

3 *Locupletior quomodo quis intelligatur.*

4 *Libelli in actione pro fructibus petendis quomodo formentur: cum pluribus sequen.*

8 *Index si super principali sententiam tulerit, an postea de fructibus pronunciare possit.*

CVM officio iudicis petantur fructus tam in petitione hæreditatis, quàm in rei vendicatione, & alijs etiam actionibus, ideò de eo videamus. In primis tamen vt notat dominus meus in summa C. de rei vendi. videamus distinctionem fructuum & possessorum. Fructuum enim quidam sunt naturales, quidam quidã industriales. naturales sunt qui sola natura proueniunt, vt poma, pira, cerasa. industriales sunt qui industria hominis proueniunt, scilicet cultura & cura. cultura, vt segetes, cura, vt lac, caseus, pilus, et lana: horum fructuum quidã dicuntur percepti, id est, perfectè lecti, hoc est, collecti: vel statim ea quæ à solo separati sunt, vt ff. de rei ven. l. eius fundi. §. percepium. & ff. de vsufru. l. si fructna. aliàs l. si fur decerpierit. et ff. quibus mo. vsufruc. amit. l. si fructuarius. Sed nota vnum: quòd in legib⁹ illis & specialiter in d. l. si fructuarius. fructus ita fiant fructuarij si sint percepti ab eo, vel ab alio nomine eius, vel ab alio perceptos ipse occupat, vt in fure, bonæ fidei possessoris fiunt à quocunque sint a solo separati, vt in legibus prædict. & ff. de vsur. l. qui sit. §. in alieno. Alij dicuntur percipiendi, & hoc duobus modis, siue quia potuerunt ab aliquo percipi, si illi possidere licuisset, vel quia nondum potuerũt percipi proptes immaturitatem fructuum, percipi tamen potesunt tempore procedente. Alij dicuntur consumpti, id est, qui desierunt esse. Alij dicuntur extantes, & horum quidam dicuntur stantes, vt spicæ, quidam dicuntus pendentes vt poma: quidam stantes dicuntur, qui non continentur arista vt spicę, sed continentur siliqua, id est, pelle vel corio quodam, vt faba & lupinum, vt ff. de rei vendicatio. l. fructus pendentes, vt ff. de ver. sign. l. frugem. Tertio eodem modo dicuntur fructus extantantes generaliter, scilicet fructus qui sunt percepti & non consumpti. Item possessorum fit distinctio. quia alij bonæ fidei, alij malæ fidei, alij cum titulo, alij sine titulo. OPPOSITIO. Sed opponitur, quòd nulla videtur distinctio fructuum naturalium & industrialium: si enim strictè consideramus, omnes fructus inuenies industriales. poma enim & cerasa proueniunt ea industria hominis, cultura & cura. si enim arbores non pastinarentur & colerentur, nunquã poma prouenirent, & si non colerentur posteà: sicut in vino quòd nunquã proueniret nisi vites pastinasentur & colerentur, sicut & in alijs: eadem ratione contingit in frumento, quòd nũquàm perueniret nisi seminaretur & coleretur. quare ergo segetes dicuntur fructus industriales, poma autem dicũtur fructus naturales, nullus enim fructus hodiè videtur naturalis. vel si sit, vilissimus erit? Respondeo reuerà ratione sic largè considerata omnes fructus videntur industriales, prouenientes ex cura hominis, vel cultura, sed quia in quibusdam magis consideratur cultura, vt in segetibus, ideò dicuntur industriales. in pomis enim non tanta desideratur industria. si enim ponas arborem, et si aliam culturam non adhibeas, poma nascentur: in segetibus autem non sic. nam licèt semines, si aliam culturam non adhibeas, fructus non proueniunt, sicut vides in his similibus. omnis homo mẽdax. sed illum dicemus mẽdacem, qui hoc vitio laborat: & omnis homo comedit & bibit, sed illum dicemus comestorem & potatorem, qui magis comedit & bibit: & omnis homo melancholicus, sed illum dicemus magis melancholicum, in quo abundat melãcholia: & in omnibus contractibus cõsideratur bona fides, vt C. de act. & obligat. l. bonam fidem. sed illos contractus appellamus bonæ fidei, in quibus maior fides exigitur. in fructibus enim percipiendis magis vis corporis, ex quo percipiuntur, quàm vis seminis ex quo oriuntur aspicitur, vt ff. de vsu. l. qui scit. §. in fundo alieno. Fructus naturales nullus possessor facit suos, siue sit bonæ fidei, siue malæ fidei, siue habeat titulum, siue non, vt ff. de vsur. l. fructus. OPPOSITIO. Sed opponitur ff. de acquir. re. do. l. bonę fidei. §. s. vbi dicitur, quòd bonæ fidei possessor non tantùm illos fructus faciat suos, qui diligentia & opera eius proueniunt, sed etiam omnes, ergo & naturales. sed respondeo: quod dicit ibi, omnes, intelligo alterius facto perceptos, vt ff. de vsus. l. qui scit. §. prætereà. & hoc dicit dominus meus. Licèt antiqui dixerint, & fortè non malè, quòd bonæ fidei possessor cũ titulo faciat etiam naturales suos, & hoc facit titulus, & in hoc casu loquitur ff. de acqui. re. do. l. bonæ fidei. si autem non habeat titulũ, tunc naturales non facit suos: & in hoc casu loquitur ff. de vsur. l. fructus. hos ergo fructus si existant, vendicabit petitor: & erit hæc alia rei vendicatio pro fructibus, quàm illa quę competit pro re principali. si verò consumpserit, non tenebitur rei vendicatione, cùm nõ possideat, nec dolo fecit quò minus possideret, sed cõdictione sine causa tenetur: cũ consumpserit in eam causam, in qua tantùm erat consumpturus de suo, vt ff. si cer. pet. l. si me & Titium. 2 †Industriales autem omnes fructus, omnis bonæ fidei possessor percipiendo facit suos, siue titulum habeat, siue non. sed quidam dicunt non inueniri legem expressam, quòd bonæ fidei possessor sine titulis faciat fructus suos: nam omnes leges loquuntur vbi habet titulum, vt Inst. de re. diui. §. si quis à non domino. & ff. de acqu. re. do. bonę fidei. & ff. de vsur. l. qui scit. §. in alieno. sed tamen posteà generaliter loqui videtur in omni bonę fidei possessore: & sic intellexerunt omnes iurisperiti. & satis est expressum ff. quib. mod. vsufruct. amit. l. si vsufructuarius. & ff. fini. regun. l. 4. §. post litem. sed licèt percipiendo faciat suos, tamen si extent iudicis officio tenetur restituere, & hoc proponitur loco principalis actionis: nõ autem tenetur rei vendicatione. quia percipientis sunt, vt C. de rei ven. l. certum. § bona fide. in seruo autem possesso fiet acquisitorum restitutio ex opera, non ex re, & tunc officio iudicis. et sic loquitur ff. de rei ven. l. præsertim. licèt P. cõtradixerit. fructus stantes & pendentes petuntur cum ipsa re, & eadem rei vendicatione, quia sunt pars rei tam à bonæ fidei possessore, sicut & à malæ fidei, vt ff. de rei vend. l. fructus pendentes. de consumptis autem nullo modo tenetur, vt Insti. de offi. iudi. §. si bonæ fidei. & fortè nec ad pretiũ. quia lex dicit eum lucrari, & eos lucrifacere propter culturam & curam, vt ff. fi. regun. l. 4. §. post litem. bona fides tantùm in initio exigitur, vt ff. de vsur. l. quã scit. §. bonæ fidei. nisi in duobus casibus: quandò repetit sumptus factos in re, & quando petit vsuras medij temporis: in his duobus casibus fit compensatio fructuũ cum sumptibus & vsuris, vt ff. de rei vendi. l. sumptus. & l. emptor. Nec obstat ff. de acqui. re. domi. l. bonę fidei. §. in contrarium. quia ibi loquitur opponendo, imò dico etiam post litis contestationem percipiendo facit suos, licèt à tempore litis motæ, sicut in petitione hæreditatis, teneatur restituere, vt C. de rei vendi. l. certũ. §. post litem. & ff. de petit. hęre. l. sed si lege commissoria. §. sed si ante litẽ. Si verò fuerit malę fidei possessor, si quidem sine titulo, de cõsumptis tenetur condictione sine causa, de extantibus rei vendicatione. & erit alia ista pro fructibus quam illa quę competit pro re vindicanda. licèt in petitione hæreditatis sit secùs: quia sub eadem petitione hęreditatis veniet hęreditas & fructus, vt infrà dicemus: quòd veniant in rei vendicatione extantes, dicit C. de condi. ex lege. l. mala fide. De percipiendis autẽ tantùm officio iudicis, id est, quos verus possessor percipere potuisset, tenet, vt ff. de rei

rei vend. l. si nauis. §. vlt. & Instit. de offic. iudic. §. sed si rem. potuisset dico percipere honestè, vt ff. de rei ven. l. fructus non modo. & ff. de vsur. l. generaliter. sed licet non teneatur de fructibus inhoneste percipiendis, quos forte verus possessor habuisset: quia locasset do... ...etric : tamen si inhonestè percipiat, tenetur restituere, vt ff. de petit. hæred. l. ancillarum. § vlti. & l. si possessor ex hæreditate. & hoc tam in rei vendicatione quàm in petitione hæreditatis. Si verò malæ fidei possessor sit cum titulo, de consumptis tenetur condictione siue causa, de extantibus rei vendicatione: quæ erit alia pro fructibus quàm pro re principali. à percipiendis autem excusatur propter titulum, vt C. de rei vendicat. l. si fundum. Nisi in casibus, cùm emit ab eo quem scit vendere in fraudem vel in præiudicium creditorum, vt ff. de his quæ in fraud. creditori. l. ait prætor. §. per hanc. Item cùm emit inferendo metum venditori, vt ff. quòd metus causa. l. sed & partus. Item cùm emit interdicta legibus: quia tunc tanquàm malæ fidei possessor tenetur, vt C. libr. 11. de agric. & censi. l. quemadmodum. & in authen. de non alien. aut permu. reb. eccle §. si quis emere. col. 1. Item si fructus maturos patiatur corrumpi, vt ff. de rei vendic. l. si nauis. §. vlti. & sic voluit intelligere l. illam Placent. alioquin non teneretur, nisi de fructibus, quos potuit percipere præsens possessor, non verus, argum. ad hoc ff. de lega. 1. l. patronus. & ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. vel intelligebat in illis quatuor casibus prædictis: hæc omnia per ordinem sic notata inuenies in summa Domini mei C. de rei vendic. verùm tanquam vtile in hoc opere inserui & alia. quæ distinctio domini mei & antiquorum Doctorum locum habet in fructibus ante litem contestatam, cæterùm de fructibus post litem contestatam, indistinctè diximus quòd veniant officio iudicis: & tunc omnes possessores pares fiunt, & prædonio more versantur, vt ff. de vsuris l. neque. & ff. de petit. hæred. l. sed si lege commissoria. §. ante litem. & ff. fini. regun. l. sed & si §. post litē. & C. de fruc. & lit. expē. l. 1.

OPPOSITIO. Sed opponitur: tu dicis, quòd si post litem cōtestatam ille qui fuit bonæ fidei, sit malæ fidei, & teneatur de omnibus fructibus, sed videtur leges illę velle contrarium. nam lite contestata qui fuit bonæ fidei, nihilominùs remanet bonę fidei, vt ff. de vsur. l. qui scit. §. bonæ fidei autem. alibi legitur quòd post litem contestatam non remanet possessor, vt C. de acquir. poss. l. nemo ambigit. & alibi legitur quòd sit malæ fidei, vt dicunt iura prædicta. & ff. de acqui. re. domi. l. bonæ fidei. §. in contrarium. Respondeo: omnia iura allegata loquuntur in diuersis casibus: verùm dico, quòd lite contestata remanet bonæ fidei. quantum ad perceptionem fructuum, vt percipiendo faciat suos: & in hoc casu loquitur d. l. qui scit. §. in alieno. de vsur. Item nullo modo remanet possessor quàtum ad præscriptionem complendam: quia moræ litis causam possessionis non instruunt, quia in præteritum æstimàtur, vt C. de rei vendic. l. more. & C. de præscript. long. temporis, l. 1. & in hoc casu loquitur C. de acquir. poss. l. nemo. leges aliæ dicunt illum fieri malæ fidei, subaudi, quoad restitutionem fructuum. Sed hæc omnia locum habent pro maiori parte in rei vendicatione, & in actionibus specialibus. In petitione autem hæreditatis bonæ fidei possessor sine titulo & ante litem contestatam fructus tam pendentes quàm stantes quàm etiam perceptos & extantes non consumptos iure actionis, hoc est, petitione hæreditatis restituere cogitur: & erit vnica actio tam pro re, quàm pro fructibus: licèt in rei vendicatione sicut suprà dixi, alia sit rei vendicatio pro re, & alia pro fructibus perceptis & extantibus, & non consumptis: quia in pendentibus & stantibus idem: & in petitione hæreditatis quod in rei vendicatione: quia cùm sint pars fundi, cum ipsa re & eadem actione petuntur, vt suprà dixi. & hoc est quod alibi legitur fructus augent hæreditatem & petitionem hæreditatis: quia iure actionis petuntur, vt ff. hæredit. l. item veniunt §. fructus. de consumptis autem tenetur catenùs quatenùs locupletior factus est, vt ff. de petit. hæred. l. sed si lege commissoria. §. consuluit. de percipiendis autem credo illum nullo modo teneri: quia ex quo de consumptis non tenetur, nisi eatenùs quatenùs locupletior vt dixi: quomodo diceres illum de percipiendis teneri?

† QVAESTIO. Sed quæritur: quo iure veniant & petantur fructus percepti quatenùs factus est locupletior? 4
Respondeo: licèt quidam dicant, quòd veniant & petantur petitione hæreditatis, & adducant ff. de petit. hæredita. l. item veniunt. §. fructus. vbi dicitur, omnes augent hæreditatem. Sed ego respondeo, fructus omnes, scilicet, naturales. de illis enim loquitur, & hoc indicant exempla sequentia. Vel omnes augent hæreditatem, quia percepti, & extantes augent hæreditatem, id est, augmentum præstant hæreditati, & petuntur eadem actione, quia vniuersalis & bonæ fidei. Fructus percepti & consumpti augent hæreditatem, quatenùs possessor bonæ fidei factus est locupletior, quod inspicimus tempore rei iudicatę, vt ff. de petit. hæredita. l. si à patre. §. quo autem tempore. Ego autem credo consumptos fructus eatenùs, quatenùs locupletior est possessor bonæ fidei, venire, & peti officio iudicis, vt ff. de petit. hæredita. l. illud. §. prædo. & §. ad officium.

† QVAESTIO. Sed quomodo intelligitur locupletior? 5
Respondeo: vbi expendit fructus illos in eam causam, in quam tantùm erat expensurus de suo, vt ff. de petitio. hęredita. l. sed si lege commissoria. §. quod autem quis. Et sic nota, quòd in rei vendicatione bonæ fidei possessor lucrifacit fructus consumptos, etiam si factus sit locupletior, in petitione hæreditatis non ex toto, quia tenetur eatenùs quatenùs factus est locupletior, vt dixi. Nec admitto errorem quorundam qui voluerunt dicere bonæ fidei possessores non facere fructus suos in petitione hæreditatis, & errorem suum iuuant his legibus ff. de petit hæredit. l. item veniunt. §. fructus. & l. sed si lege commissoria. §. vltimi. & C. de petitio. hæreditat. l. 1. in fine. & C. de petitio. hæredit. l. illud. §. prædo. sed malè dicunt. dico enim cum domino meo, bonæ fidei possessores fructus suos facere: nam cùm acquirat sibi seruus hæreditarios ex re sua, vt ff. de petitio. hęredita. l. nisi. ergo fructus suos facit: quia hæc duo simul concurrunt, vbicumque ex re mea mihi quæritur, quòd fructus percipiendo faciam meam, vt ff. de acquirend. rerum domin. l. quæsitum. licèt ergo dicant illa iura, quòd fructus augeant hæreditatem, id est, petitionem hæreditatis: quia fructus possint peti per petitionem hæreditatis, & aliquandò alio iure, vt dixi: non tamen dicunt quòd bonæ fidei possessor non faciat suos. Si verò bonæ fidei possessor habeat titulum & verum, petitione hæreditatis non tenetur, sed teneretur rei vendicatione, vt C. de petition. hæredita. l. 5. & l. eorum. nisi in quatuor casibus. Putà, quandò venditor non comparet, vel quandò modicum distraxit. Item quandò aliquis sciens emit hæreditatem, quam scit ad alium pertinere. Item & in eo qui emit à fisco hæreditatem: licet hic vltimus casus hodiè corrigatur C. de quadrien. præscriptio. l. 1. & 2. & l. bene à Zenone. qui omnes casus enumerantur ff. de petition. hæreditat. l. etiam. §. quòd si quis. & § idem erit. & §. si quis sciens. & §. item si quis à fisco. vnde dic de fructibus sicut in rei vendicatione diximus. In prædictis autem casibus licèt teneatur petitione hæreditatis, excusatur tamen à percipiendis propter titulum. Si autem sit malæ fidei, de omnibus dico eum teneri petitione hæreditatis, de percipiendis etiam. & hoc dico etiam in eo casu, quandò quis sciens emit: & in eo casu quandò emit post controuersiam motam, sciens controuersiam motam esse. Sed licet diximus possessorem teneri de fructibus tam in rei vendicatione quàm in petitione hæreditatis. debet tamen ille qui conuenitur, deducere omnes impensas, quas fecit in fructibus seminandis. quærendis, colligendis, conseruandis: quia nullus casus interuenire potest qui hoc genus deductionis impediat. vt ff. de petitio hæredita. l. si à domino vel a patre. §. fructus. & ff. solut. matrim. l. fructus. quæ autem sint expensę pro quærendis, colligēdis & cōseruandis fructibus, legi-

legitur ff. de fund. instruct. & instrum. leg. l. instrumenta. Sic ergo patet ex omnibus quæ dicta sunt, triplicis generis fructus peti officio iudicis: primi a bonæ fidei possessore, siue habeat titulum siue non, si fructus extant: secundi scilicet percipiendi quando scilicet malæ fidei possessor non habet titulum: tertij in petitione hæreditatis, quando consumpti sunt a bonæ fidei possessore, quatenùs locupletior est. Quarto etiam modo petuntur fructus officio iudicis, omnes scilicet post litem contestatam, sicut etiam notaui supra de rei vendicatione. Vnde positionibus non insistam, sed concipies sic libellum.
4 † LIBELLVS. Ago contra talem à quo peto rem talem, quam dico ad me pertinere iure dominij vel quasi: quam rem peto cum fructibus extãtibus, scilicet tot corbibus frumenti vel vini: pro re ipsa rei vendicationem propono, pro fructibus autem officium iudicis. sic concipies cõtra bonæ fidei possessorem, pro fructibus perceptis & extantibus, & non consumptis. Et quòd sic rectè concipiatur libellus dicit C. de rei vendicat. l. certum. §. bonæ fidei. Contra malæ fidei possessorem, non habentem titulum pro percipiendis à veteri possessore, vt supra dixi, cõcipies sic libellum.
5 † LIBELLVS. Ago contra talem, à quo peto &c. quam rem peto cum fructibus percipiendis, si mihi possidere licuisset, scilicet tot corbibus frumenti: pro re ipsa rei vendicationem propono, pro fructibus propono officium iudicis. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. de rei vendicat. l. si nauis. § vltimo. Contra possessorem bonæ fidei in petitione hæreditatis, pro fructibus consumptis de quibus factus est locupletior, dices sic.
6 † LIBELLVS. Ago contra talem qui possidet hæreditatem, quæ fuit quondam Titij, cui Titio ab intestato successi: vnde peto vt ipsam hereditatem mihi restituat cum fructibus perceptis & consumptis, ex quibus factus est locupletior, videlicet in tot corbibus frumenti: pro hæreditate petitionem hæreditatis propono, pro fructibus prædictis propono iudicis officium. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. de petit. hæredit. l. illud. §. prædo. & §. ad officium. Contra omnem possessorem pro fructibus omnibus post
7 litem contestatam concipiatur sic libellus. † LIBELLVS Ago contra talem à quo peto &c cum fructibus perceptis post litem contestatam vsque ad tempus restitutionis rei, pro quibus propono officium iudicis. Quòd sic rectè concipiatur libellus dicit ff. de petit. hæredit. l. sed si lege commissoria. §. si ante litem. & C. de rei vendicat. l. certum. OPPOSITIO. Sed omnibus libellis sic opponitur: non videtur quòd officium iudicis possit intentari pro fructibus: nam sufficit rei vendicatio pro re ipsa: cui rei vendicationi iudex tanquàm mercenarius deseruiet circa fructus, & maximè de illis qui percipiuntur post litem contestat. cùm illa quæ post litis contestationem emergunt seu contingunt valdè pertineant ad officium iudicis, vt ff. de rei vendicat. l. qui restituere. & ff. de æd. l. edict. l. ædiles. §. final. & §. item sciendum. nam & si errore iudicauit in rei vendicatione, & eodem errore tenetur iudicare de fructibus, vt ff. de rei vendicat. l. ex diuerso §. vbi autem alienum. Respondeo: confiteor quòd vbi fructus veniunt iure actionis, quòd iudex tanquàm mercenarius interponat officium suum, & parebit suæ actioni, sicut opponitur: at in prædictis casibus fructus iure actionis non possunt peti. & iusta est ratio, sicut ex superioribus colligere potes. necessarium ergo fuit vt iudicis officio loco principalis actionis fructus petantur. OPPOSITIO. Item super vltimo libello sic opponitur. certũ est quòd iudicia non instituantur nisi de præterito vel de præsenti: de futuro autem iudicium esse non proponitur, quia de futuro iudicium esse non potest, vt ff. de iudic. l. non quemadmodum. nam de his rebus quæ postreà in obligationem aduenturæ sunt, iudicium esse non potest, vt ibi. Item quomodo possunt peti fructus, qui non sunt percepti tempore motæ litis? Respondeo: dicunt quidam quòd fructus omnes post litem contestatam veniant iudicis officio: non tamen quòd petantur iudicis officio loco principalis actionis: namque post iudicium acceptum omnis causa, & omnes fructus & partus pertinent ad officium iudicis, vt ff. de rei vendicat. l. qui restituere. licèt fructus autem sint percepti seu percipiendi seu extantes non veniunt in iudicium nisi petantur, vt ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. item sciendum. & ff. de vsur. l. partum. & l. neque. † QVÆSTIO. 8
Item si tu quæras, an iudex lata sententia super re principali possit posteà pronunciare de fructibus, licèt de hoc notauerim suprà de rei vendicatione circa finem, tamen distingui posset, de quibus fructibus loquaris: nam si de perceptis post litem contestatam, cùm illi nõ veniant nec iure actionis, nec iudicis officio, quod interuenit loco principalis actionis, sed veniant iudicis officio tanquam mercenarij vel executoris, tunc eodem die supplere potest, vt ff. de re iudica. l. Paulus respondit, nisi in sententia dicat de fructibus distolo iudicare, quia ad plenum mihi non liquebat, tunc de fructibus posteà iudicabit, vt C. de fructib. & lit. expens. l. 1. cæterùm si sint fructus qui petantur iure actionis vel officio iudicis, quod loco principalis actionis intenditur, tunc etiam de illis post sententiam poterit iusticare, & est argumen. C. de iudic. l. 1. In primo autem casu ideo de fructibus non pronunciat, quia sublata principali actione non inuenit actionem cui officium iudicis deseruiat, vt C. de po. l. 1. vel si velles defendere libellum vltimum dicere potes, quod etiam de futuro potest esse iudicium: maximè de illo quod futurum est statim post litem contestatam. & de hac dic vt notaui suprà de actione ex stipulatu præsumpta ex tempore.

De officio iudicis quo retinentur impensæ de nouo factæ, vel circa rem iam factam siue in rei vendicatione, siue in petitione hæreditatis. Rubrica.

1 *Impensarum distinctio quomodo fiat. nu. 2.*
2 *Possessor bonæ fidei si de nouo ædificat, & possideat, habet doli exceptionem, nisi omnes impensæ restituantur.*

NVNC de officio iudicis videamos quo conseruantur impensæ. sed cum officio iudicis nõ possint peti impensæ loco principalis actionis, sed tantùm beneficio exceptionis, vt infra dicemus, quare ergo hîc tractatur de officio iudicis? cùm non sit intentio tractare de alio officio iudicis, nisi de illo quod ponitur loco principalis actiõis, vt suprà diximus de offi. iud. Respondeo: ideò tractatur propter tollendam dubitationem multorum, qui credebant & credũt vt sunt Gosiani, quod iure actionis, id est, officio iudicis, quod loco actionis proponitur, possint peti impensæ. Item & propter aliud remouendum, quia sicut fructus possunt peti officio iudicis, vt suprà dixi, ita videbatur de impensis. sed contrarium est sicut infrà videbis. verùm quia vtilis est materia de impensis, ideo de ea videamus. † Sciendum est, quòd impensarum fiat talis distinctio. quædam circa fructus, quædam circa rem, quæ circa fructus illæ deducũtur à quolibet possessore siue bonæ fidei siue malæ fidei, siue cum titulo siue sine titulo. & quacunque actione conueniatur, siue rei ven. siue peti. hære. Et deducuntur quæcunque expensæ sint, siue gratia quærendorum fructuum fiant, siue colligendorum, vel percipiendorum, vel conseruandorum, vt in superiori rubrica notaui. OPPOSITIO Sed opponitur ff. de impen. in reb. dotalib. fact. l. vlt. vbi maritus expensas factas circa fructus nõ deducit. Respondeo, hoc fit ideo: quia cùm fructus lucrifaciat, nec eos restituit vt dicit ff. de iur. dot. l. dotem fructus & C. de iur. dot. l. pro oneribus. & ff. solut. matrimon. l. diuortio. ideo si expensas non recũperat non est mirum. At omnes leges quæ loquuntur de repetendis impensis circa fructus, vt suprà notaui, loquuntur quando fructus debẽt restitui, tunc si recuperantur impensæ planum est. † Impensæ quæ fiunt circa rem, distinguitur quòd quædam sint necessariæ, quædam vtiles, quædam voluptuariæ

ptuariæ seu voluntariæ. Necessariæ sunt, qnibus non
factis, res erat peritura vel deterior futura: vtiles, quæ
rem meliorem faciunt: voluptariæ, quæ tantùm volu-
ptatis causa fiunt: vt incrustationes & picturæ, vt ff. de
verbor. signific. l. impensę. & ff. de impens. in reb. dotal.
l. 1. & per totum titul. & ff. de petit. hæreditat. l. plenè.
& l. vtiles. Item aliæ sunt impensæ, quæ fiunt de nouo.
aliud est enim facere, scilicet, de nouo facere: aliud est
reficere, scilicet in rem iam factam impendere, vt ff. de
itin. actuque priuat. l. 4. §. penultim. verùm quia istæ im
pensæ alio modo à bonæ fidei, & alio modo à malæ fi-
deducuntur, & alio modo in rei vendicatione, & alio
in petitioue hæreditatis, ideò de eis videamus. Et pri-
5 mò de rei vendicatione: quia frequenter occurrit. †
Sciendum est, quòd possessor bonæ fidei, si de nouo æ-
dificat: si possideat, exceptionem doli habeat: nisi re-
stituantur omnes impensæ. si verò non possidet, nul-
lam habet actionem, vt Institut. de rerum diuis. §. certè
illud constat. & argum. ff. de except. l. Paulus. Sed licèt
habeat exceptionem quando possidet: fiet tamen quæ-
dam consideratio per iudicem circa illas expensas re-
cupetandas, & secundùm cõditionem personarum, &
secnndùm qualitatem & quantitatem expensarum, vt
ff. de rei vendicat. l. in fundo. Et caue tibi in l. illa, in
fundo. quia licèt de vtroque genere impensarum lo-
quatur, & de impensis factis in semine, & de expensis
factis in ædificio. ad impensas factas in semine nõ re-
pondi: quia respondet ff. famil. ercisc. l. fundus qui do-
tis nomine. sed respondet tantùm ad impensas factas
in ædificio. vnde glosauit ibi Irn. vt de vtroque genete
impensarum l. ista loquatur: de impensis factis in semi-
ne, & de impensis factis in ædificio: sed qualiter in im-
pensis factis in semine procedat, non video. P. etiam
glosauit confidenter: per deuia Celsus ambulat. Item
dicimus de bonæ fidei possessore, qui ab initio fuit bo-
næ fidei, & pnsteà fuit bonæ fidei quãdo ædificauit: cæ-
terùm si fuerit à principio bonæ fidei, & quando ædifi-
cauit fuit malæ fidei, tunc eligitnr media via: vt sine
damno domini rei tollat ædificium, quod imposuit, vt
ff. de rei vendic. l. si in aliena area. aliàs Iulianus. quod
intellige, nisi dominus vult tantum dare, quantum es-
set habiturus ex illo ædificio sublato, vt in eodem tit.
in l. illa, in fũdo. Sed licet nos dicamus malæ fidei pos-
sessnri actionem non dari, M. tamen dabat illi actio-
nem eatenus quatenus locus melinr ex ædificio factus
est, ad instar illius qui aliena negotia animo deprædã-
di gestutus accedit, vt ff. de negoc. gest. l. si pupilli. §. 2.
Sed nns contrà: quia hic neminem sibi voluit obligare,
ibi sic. vt ff. communi diuid. l. in hoc iudicium. & ff. de
condict. indebi. l. si in aliena area. Si verò ille qui de no
uo ædificat, scit solũ ad alium pertinere, & ita est pos-
sessor malæ fidei, omni caret remedio: quia qui sciens
de nuo in alieno impendit, videtur voluisse donare.
vt Institut. de rerum diuis. §. certe illud. & argumen. ff.
de regul. iur. l. cuius per errorem. & hoc est quod legi-
tur C. de rei vendicat. l. 2. in fine. vbi dicitur, si non do-
nandi, &c, qnia malæ fidei videtur velle donare: & sic
materia non rediret ad dominum. sed M. etiam huic ma
læ fidei ex sua æquitate dabat vtilem actionem negoti-
orum gestorum, quatenus fundus ille melior factus
est: sed reprobamus similiter, vt suprà. Si verò in rem
iam factam impendit bonæ fidei possessor: & ille im-
pensæ sint necessariæ vel vtiles, tunc conseruat eas ex-
ceptione dnli opposita, si possidet, vt Institu. de rerum
diuis. §. ex diuerso. & §. certè. & ff. de acquir. rer. domi.
l. adeò. voluptarias tollet sine læsiõe prioris status rei:
nisi dominus tantum velit dare, quantum esset habitu-
rns his abrasis. vt ff. de rei vend. l. in fundo. hæc ita nisi
percepit ex fructibus quod sufficiat pro impensis: tunc
fiet compensatio, vt ff. de rei vendic. l. sumptus. Si verò
sit malæ fidei, & in rem iam factam impendit, necessa-
rias impensas conseruat si pnssidet, solo officio iudi-
cis, non autem doli exceptione oppnsita. vtiles tollit
sine læsione prioris status rei, vt C. de rei vendic. l. do-
mum. nisi dominus tantnm vellet dare, quantum esset
habiturus his abrasis, sicut voluptarijs diximus in bo-
næ fidei possessore, vt ff. de rei vendic. l. in fundo Quid
dicemus de voluptarijs? Respondeo: quidam dixerũt,
quòd eas tollat sine læsione prioris status rei, nisi do-
minus tantum velit dare &c. & sic secundùm eos non
est differentia inter bonæ fidei & malæ fidei, quantum
ad voluptuarias. & est simile in actione quod met. cau-
sa. vbi æqualiter tenetur, tam ille qui intulit meum,
quàm ille qui non intulit, dummodò rem possideat, vt
ff. quod met. caus. l. si cum ex. §. in hac actione. & §. hæc
autem actio. & §. aliquando. idem in actione. de tig. in-
iuncto: in qua eodem modo tenetur in duplum tam il-
le qui bona fide iniunxit, sicut & qui mala, vt ff. de rei
vendicat. l. in rem. Alij dicunt, quorum sententiá vide-
tur verior, vt malę fidei possessor voluptuarias amittat:
quia non debet esse conditionis eiusdem bonæ fidei, si-
cut malæ fidei, vt ff. de noxa. l. non solùm. & stulti sicut
& periti, vt ff. quod vi aut clam. l. seruus. Et quare in
actione quod metus causa, & in actinne de tigno iniũ-
cto, sint eiusdem conditionis, ratio redditur in legi-
bus illis. Sed ita demùm iam bonæ fidei, quàm malæ fi-
dei iuuantur in retentione impensarum, si possident: a-
lioquin omni carent remedio, sicut superiùs dixi: &
probant iura. Institu. de rerum diuis. §. ex diuerso. & ff.
de acquiren. rer. domin. l. adeò. & ff. de condi. indebi. l.
si in aliena area. hæc omnia quæ dicta sunt, locum ha-
bent in rei vendicatione: sicut ferè per eadem verba
notat Dominus meus in summa C. de rei vendicatio. In
petitione autem hæreditatis benè fit eadẽ distinctio pos-
sessorum & impensarum, sed non sunt eadem iura. nam
possessor bonæ fidei de nouo ædificat, idem quod in rei
rei vendicatione, quia habet retentionem, & per ex-
ceptionem doli in retentione impensarum sibi subue-
nitur. si in rem iam factam impensas fecerit: siquidem
vtiles & necessarias, conseruare potest doli exceptio-
ne: licèt res non extet, in qna impẽsæ vtiles factæ sunt.
voluptuarias tollit sine læsione prioris status rei, vt ff.
de petit. hæredit. l. planè. & l. vtiles. nisi dominus esset
paratus tantum dare, quantum esset habiturus his vo-
luptuarijs sublatis: sicut in rei vendicatione diximus,
vt ff. de rei vend. l. in fundo. Si verò fuit malæ fidei pos-
sessor necessarias & vtiles deducit officio iudicis, si res
in qua impensę sunt melior facta sit & extet, nihilomi-
nùs deducit etiam in alijs rebus hæreditarijs, vt ff. de
petit. hæred. l. planè. & l. illud. §. ad offic. nm. voluptu-
arias credn malæ fidei amittere, nec posse deducere, vt
ff. de petit. hæredi. l. vtiles. quam l. sic vere intellige, vt
bnnæ fidei possessor habeat doli exceptionem in volu-
ptuarijs, sed possit eas tollere: & sic finis l. respicit bo-
næ fidei possessorem: dum fuit quæsitum, an bonæ fidei
possessor in voluptuarijs possit vti doli exceptione: &
certè non, sed tantùm tollet: nam prædoni imputa-
tur, quare in alieno superuacuas fecerit impẽsas. Et sic
his notatis tanqnam vtilibus, & vt & dominus meus
notat in summa de rei vendicat. Positiones & libellum
omitto: quia libellus non potest concipi: cùm non suc-
curratur eis nec iure actionis, nec officio iudicis, quòd
loco principalis actionis intentatur: sed subueniatur
eis beneficio exceptionis, & tunc tantum si possident:
alioquin omni carent remedio, sicut diximus supra de
rei vendicatione.

De officio iudicis quo petuntur vsuræ quasi interesse quæ currunt ex mora in bonæ fidei iudicijs, & in his quæ naturam bonæ fidei iudiciorum imitantur.

Rubrica.

1 *Vsuræ sola mora quo casu præstentur.*
2 *Vsuræ quæ veniunt in actionem.*
3 *Libellus in tali actione pro petend. vsur. quomodò formetur.*
4 *Vsuræ ex mora currentes an peti possint, si sententia super sorte lata fuerit.*

QVIA officio iudicis loco principalis actionis petitur vsura in bonę fidei iudicijs, & in his quę imitantur naturam bonæ fidei: sicut in legatis, vt C. de in integ. restitu. l. in minorum persona. & C. de vsur. & fruc. le. & fideico. l. 1. & 2. & 3. & ff. de vsur. l. vsu
3 ræ. ideò de illo videamus.† Sciendum est quòd in bonę fidei iudicijs & in his quæ imitantur naturam ipsorú, vt dixi, ea sola mora præstentur vsuræ: vt patet per iura allegata. & ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. vlt. & c. quia, quæ vsuræ non veniunt vt vsuræ, sed tanquam interes-
4 se, vt ff. pro soc. l. socium qui. QVAESTIO.† Si tu quæras quæ vsuræ veniant? Respondeo: illæ quæ frequentantur in consuetudine regionis, vt ff. de vsur. l. 1. sed si in regione sunt diuersæ consuetudines, minimam sequimur, vt argumen. ff. de re. iur. l. semper in obscuris. & l. semper in stipulationibus, & ff. de adm. tut. l. tutor qui. §. tunc si à debitore. Hoc ita attēde nisi a lege certus numerus vsurarum fuerit præfixus, vt C. de his quib. vt indig. l. 1. OPPOSITIO. Sed opponitur. non videtur, quòd ex sola mora possit vsura peti certum est .n. quòd vsura fænebris pecuniæ citra vinculum stipulationis peti non possit, vt C. de vsur. l. quamuis. quomodo ergo ex sola mora petitur? Respondeo: quòd opponis locum habet in contractibus stricti iuris: quia loquitur in contractu mutui. loquitur enim de pecunia fænori data: in contractibus autem bonę fidei ex sola mora veniunt ex officio iudicis: & tantùm valet in bonæ fidei iudicijs officium iudicis, quantum ad vsuras, quantum in stricti iuris iudicijs eiusdem rei habita stipulatio, vt ff. de neg. gest. l. quia tantundem. & est ratio. quia in bonæ fidei iudicijs veniunt ea de quibus neque actum neque cogitatum est: & veniunt ea quæ sunt moris & consuetudinis, vt ff. de ædil. edict. l. quòd si nolit. §. qui assidua. OPPOSITIO. Item non videtur, quòd hodie possit hæc vsura peti nec iure canonico nec ciuili. iure canonico non: quia dicit canon mutuum dantes nihil inde sperantes, vt in decretis 14. quæst. 3. c. 1. 2. & 3. & alibi. qui pecuniam non dedit ad vsuram. & alibi. maledictus est vsurarius super omnem mercatorem. si prohibitæ sunt iure canonico, ergo & iure ciuili: quia nostrę leges non dedignantur sacros canones imitari. vt in Authen. vt ele. apud pro. epis. coll. 6. § vlt. & in Authē. quomodo oporret epi. colú. 1. §. 1. & iure canonico prohibentur vsuræ. vt extra. de vsur. per totum. & non solùm videtur hoc verum in vsuris ex mora debitis, sed etiam debitis per stipulationem: & sic hodie titulus de vsuris non videtùr quòd locum habeat. Respondeo: si vis defendere vsurarios dicas, quòd hodie vsuræ possint peti iure ciuili: licèt contrarium sit iure cano. Nec obstat quod opponis: quia sacræ leges non dedignantur imitari sacros canones: verum est, qui facti fuerūt in quatuor concilijs, scilicèt Constantinopolitano, Ephesino, Calcedonensi & Niceno. vt in Authent. de eccles. titu. Sed decretistæ dicunt, quòd in vno conciliorum illorum fuerunt vsuræ prohibitę. & sic hodie non habet locum quod dicitur hodie de vsuris, vt C. de vsu. l. 1. quòd vsuræ iure optimo debeantur: imò iure iniquo, consideratis his quæ diximus. sed iure diuino considerato debentur iure optimo, id est, iure actionis scilicèt certi cōdictione ex stipulatione. Iure bono quádo pacto nudo: vbi licèt non possint peti, solutę tamen iure ciuili non repetuntur. vt C. de vsu. l. quamuis. & iure meliori debentur, considerato iure ciuili, ex sola mora officio iudicis in bonæ fidei iudicijs de quibus tractamus in hac rubrica, vt C. de vsu. l. in bonæ fidei. Sed quicquid dicamus, hodie prohibitę sunt vsurę etiam iure ciuili. quia legitur in Anthen. quomodo opott. epi. coll. 1. quòd sacrę leges per omnia imitantur sacros canones. sed ipsi respondent quantum ad ecclesiasticas personas. sed non est verum, sicut dixi. Est & aliud fortissimum argument. vsuras prohibuit ipse Deus, qui creator est & conditor omnium tam in veteri testamēto quàm in nouo: quomodo ergo Imperator qui minor est, posset tollere iura maioris? cùm par in parem non habeat imperium, vt ff. de arbitr. l. nam & magistratus. multò fortiùs minor in maiorem. sed adhuc quidam defendentes vsurarios dicunt, vsuras esse prohibitas quę deuenerunt in pactum vel conuentionem, non autem quę currunt ex mora: quia illę non petuntur vt vsurę, sed petūtur vt interesse, vt ff. pro so. l. socium. sed malè: quia dicit canon: quicquid sorti accedit, vsura est, vt 14. quęstio. 3. c. vltim. & quodcumque sibi nomen imponas, vt ibi: sed malitiosi qui vsurarios defendūt, dicunt ita quòd mutuum dantes nihil inde sperantes, vt extra de vsu. c. vltim. nihil inde sperantes scilicet vltra leges. & quòd dicitur: quicquid sorti accedit, scilicèt vltra quam leges volunt, quasi hoc solùm prohibeatur: sed durum est contra stimulum calcitrare. Sed secundum iura ciuilia de his vsuris ex mora currentibus, quæ non vt vsurę, sed quasi interesse petuntur multa iura loquuntur C. de act. empt. l. curabit. C. de in integ. rest. l. in minorum. C. de vsur. l. in bonæ fidei. ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. vltim. & l. quia, & ff pro socio l. socium qui. & de rei vendicat. l. emptor. & ff. de peti. hære. l. item veniunt. §. petitam. & ff. de vsur. l. 1. & ff. de act. emp. l. vltim. & ff. de admi. tu. l. tutor qui repertorium, & l. quotiens. & infinita alia sunt iura quæ de his loquuntur. Ideò propter ista iura nota libel. positionex
omitto. LIBELLVS.† Ago ego R. cōtra. M. qui cú negotia 5
mea gessisset sine mādato: vel cum mādato vel cú fuisset socius meus: vel tutor, & tantam pecuniam conuertisset in vsus suos, vel quam penes se retinuit & in mora fuerit, quòd noluit mihi soluere: ideò propter moram prædictæ pecuniæ non solutæ tantam pecuniam nomine vsurarum ea mora currentium præstari mihi ab eo officio vestro peto domine iudex: ad hoc propono officium vestrum domine iudex. Quòd sic rectè cōcip. lib. probant iura prædicta. & specialiter. ff. de neg. gest. l. quia, & ff pro soc. l. socium qui. OPPOSITIO. Sed cùm petitio vsurarum sit hodie prohibita, vt superius dictum est: quomodò formas tu libellum ad petendas vsuras? Respondeo: ego formo secundum iura ciuilia, secundùm quòd possunt vsurę peti: iure verò canonico vel diuino vel secúdùm iura ciuilia: illo modo quo non dedignantur imitari sacros canones. talis petitio hodiè non admitteretur, non vitio libelli, sed vitio rei
quę petitur. QVAESTIO.† Sed quęritur secundùm iura 6
ciuilia vsuræ ex mora currentes petuntur officio iudicis, sicut dictum est. ponè quòd lata est sententia super sorte: potes petere istas vsuras, si fortè non sunt petitę: vel si sunt petitę, & iudex de his non condemnauit? Et videtur quòd non. vt C. depo. l. si deposita. Ego tamen distinguo de his vsuris: aut loqueris de vsuris quę currunt ex mora antè litem contestatam, aut post. de illis quę sunt antè litem dico, quòd si petitę sint vel nō sint, quòd possint peti: & iudex etiam super his possit ferre sententiam: quia officio iudicis petuntur & sunt petitę, quòd loco principalis actionis intentatur: cæterùm si loquaris de his quę post litem currunt, iudex nō pronunciabit amodò: quia ibi officium iudicis interuenit tanquam mercenarij vel executoris actionis: sicut & aliàs notaui suprà de offi. iud. quod intentatur pro fructibus. Et induco optimum simile: quia vsurę vicem fructuum obtinent, vt ff. de vsuris. l. vsurę. Quę regula habet locum in bonę fidei iudicijs, & in his quæ imitátur naturam ipsorum, vt ibidem dicitur: non in stricti iuris iudicijs. Item nec aliàs: quia vsura accessio est ciuilis, fructus accessio naturalis, vt ff. de rei vend. l. si nauis, & ff. de verb. signif. l. vsuræ.

De officio iudicis propter quod reuocatur res data medico propter mala medicamenta apposita ab eo qui patiebatur in oculis.

Rubric.

1 *Iudicis officium pro reuocand. reb. dat. med. vt competat, quot requirantur.*

Libellus in tali actione quomodo formari debeat. nu. 2. cum sequ.

EST & alius casus mirabilis, in quo officium iudicis loco principalis actionis locum habet: puta, Philippus qui patiebatur in oculis propter mala & ad-

& aduersa collyria, quæ medicus sibi apposuit in oculis rem suam vendidit medico: certè sanus factus per officium iudicis rem inciuiliter venditam ab illo medico vendicabit, vt ff. de var. & extraor. cogn. l. si medicus.
1 † Vnde ad hoc vt in casu isto officiũ iudicis locum habeat, tot sunt necessaria. Inprimis, quòd ille fuerit infirmus. Item, quòd medicus apposuerit mala medicamenta. Tertiò, quòd propter hoc rem vendiderit: vel rem aliquam dederit: sicut hæc omnia ex l. illa colliguntur. Vnde satis de facili Actor & Reus colligunt pos. suas. Concipiet Act. sic libel. † LIBELLVS. Ago ego R. contra M. qui cùm paterer infirmitatem in oculis propter aduersa medicamenta, quæ apposuit in oculis meis, compulit me, quòd sibi vineam meam pro ao. venderem, & vendidi. vnde vt rescissa prædicta venditione vineam meã mihi restituat, officio iudicis ago contra ipsum: & ad hoc propono officiũ vestrum Domine Iudex. Quòd sic rectè cõcipiatur libellus dicit ff. de var. & ex. raor. cog. l. medicus. Si aũt nõ vendidit, sed rem aliquam dedit, dicat sic. † LIBELLVS. Ago ego R.
2 cõtra M. qui cùm paterer in oculis propter aduersa medicaméta quæ apposuit in oculis meis, compulit me vt talem librũ vel equum darem: quare vt rem illã mihi officio iudicis restituat, ago contra ipsum: ad hoc propono officiũ vestrũ Domine Iudex. Quòd sic rectè cõcipiatur libellus, probat lex prædicta. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur, quòd locũ habeat officiũ iudicis loco principalis actionis. nam cùm sit ius extraordinarium, non habet locum, si ordinarium competat, vt ff. de minor. l. in causæ. Sed videtur, quod locum habeat quod metus causa. quia propter corporis cruciatũ fecit quod fecit: vnde illa competit, vt C. de transact. l. interpositas. & ff. quod met. cau. l. i. cũ l. seq. Respondeo: nõ est verũ, quòd vbicunq; interuenit corporis cruciatus, quòd locũ habeat actio quod met. caus. quinq; enim modis subuenitur metũ passo: sicut notatur suprà in tract. prætoriarũ, in Rubri. de vtili rei ven. quæ datur metũ passo. hic enim licèt interueniat corporis cruciatus, non interuenit ille cruciatus, qui corpore inferentis inferatur: sed dicitur, & tenès suffocabat eum, vel verberabat eũ teutonicè: hic autẽ apponendo collyriũ cruciatus non interuenit: imò videbatur à principio bonũ, postea fecit ardorẽ sicut faciũt multi medici imperiti: & ideò si officiũ iudicis locum habet de iure procedit. fuerunt tamen qui dicebant, quod in hoc casu locũ habeat quod met. caus. & quod dicit l. illa, medicus. de officio iudic. dicit tanquàm de executore & mercenario, non quòd proponatur loco principalis actionis. simile ff. quod met. caus. l. metũ. §. ex hoc edicto. officio iudicis fiet restitutio tanquà mercenarij & executoris, non loco principalis act. & sic C. de rescin. vend. l. rem maioris. vbi ponit de officio iudicis loco executoris, non loco principalis actionis: quia iure actionis subuenitur ibi decepto: vt notaui supr. in tract. de ciuilib. in Rubr. de actione quanti minoris. primam tamen sententiam puto veriorem.

De officio iudicis, quòd datur in quinque casibus pro vsu aquæ, pro riuis & pro alijs vt sequitur. Rubrica.

IN criminalibus & in alijs casibus competit officiũ iudicis loco principalis actionis. Ecce habebam vsum aperiẽdi, vel hauriendi, vel ducendi aquã, non dico iure seruitutis, quia tunc competeret cõfessoria, vt ff. de seruit. rust. præd. l. i. tu illũ vsum impedis, quòd non permittas me vti: licèt & in hoc casu competeret fortè interdictum quasi vti possidetis, vt ff. de seruit. l. quotiens. nam pro seruitutibus turbatis interdicta veluti possessoria prodita sunt, vt ibi. & ff. si seruit. vend. l. sicuti. §. Aristo. vel fortè amouisti illum vsum aquæ, vel aquam, ita quòd non possim vti. & in hoc casu mirabili, & valdè notabili competit mihi officiũ iudicis, per quod vsum aquæ retineo in eo statu, in quo fuit: quia iudex debet coercere factũ aduersarij, & competentem formam rei dare. Item & in alio casu locũ habet officiũ iudicis loco principalis actionis: putà, riuũ aquæ, inciuiliter, id est, non de iure ciuili, non constituta seruitute tibi quæ est approbata à iure ciuili, instituisti modò, id est, contra me per prædium meũ: & est illa constructio aliàs cõstitutio acquisitoria in malum: sicut aliàs simile C. de testib. l. si tibi. id est, cõtra te. dabitur mihi cõtra te officiũ iudicis, per quod remonebis riuũ. & te coercebit: & sic rei illi competentẽ formam dabit: licèt in casu isto competeret mihi negatoria directa, quando directò eram dominus prædij, vel vtilis, quando vtiliter erã dominus prædij, vt ff. de seruit. l. a. & ff. de publi. l. si ego. C. de vsufruct. l. vel si nõ eram dominus prædij vtiliter vel directò: tunc valdè esset mihi necessarium officiũ iudicis. Item & locũ habent prædicta auxilia: siue ille dicat illum riuum iure seruitutis se ducere, siue non, vt ff. si seru. vend. l. 2. & l. fistulas. & l. si cùm priùs. & l. si quando. Competit enim mihi negatoria, si aliquis faciat in meo, & non iure seruitutis. vt in illis legib. Item in tertio casu cõpetit officium iudicis loco principalis actionis, quando tu scienter possidebas equam meã, quæ concepit & peperit penes te. vnde reddes mihi eam equã cum fœtu ipsius: licet cõpeteret fortè mihi vel directa rei vendicatio, vel publiciana, vt C. de rei vendic. l. partũ. & ff. de public. l. si ego. Et quod dico de equa, idem dico propter fœtum: & similem expositionem notamus ff. de vsur. l. equis. i. equabus. ff. de vsu. l. si aliena. §. Scæuola. vbi habes si bos. i. vacca. Item in quarto casu locũ habet officiũ iudicis loco principalis actionis, si immittantur animalia in prædiũ meum, & damnum mihi dent in segete: maximè dum est in herba, vel in vinea: licèt locũ habeant aliæ actiones, scilicet l. Aquil. vel de pastu pecoris, vt not. suprà in specialibus Rubricellis. Item in quinto casu habet locum officiũ iudicis loco principalis actionis: putà, multi homines qui debent distribui per prædia pluriũ: quia fortè mutantur de loco ad locũ: vt in Regno Siciliæ de Sarracenis, qui erant in Sicilia, modò sunt mutati in Apulia: & de terris alijs vniuersi homines sunt collocati in prędio meo vel tuo: certè tunc interueniet Iudex, vt competentem modũ reddet. i. quòd fiat æqua distributio. Hi quinq; casus numerantur de var. & extraor. cog. l. de vsu. & sic de primo & vltimo casu officiũ iudicis est necessariũ: in alijs tribus voluntariũ, quia aliæ actiones competunt, vt dictũ est. OPPOSITIO. Item opponitur: si aliæ actiones locum habent, quomodo officiũ iudicis ibi locũ habet? quia habet locũ ordinarium, vt ff. de mi. l. in causæ. Respondeo, non est verũ: quia illa dicitur in causa minorum: in alijs autem casibus etiam si actiones habeant locũ, vendicat sibi locum officiũ iudicis: sicut suprà de officio quod datur minoribus, tractaui. Omissis positionibus libellum sic quis cõcip. in primo cas. LIBELLVS. 1
Ago ego R. cõtra M. qui vsum aquæ meæ auertit vel impedit, ita quòd vti non possim, vel ita quòd me vtentẽ tali viua aquæ impedit, quòd vti non possim: vel cùm tali aqua vtar, ipse vsum meum impedit auertendo aquã vel alio modo. vel sic: qui aquam talem cuius vsum habebam, vel qua vtebar, auertit, ita quòd illa aqua vti non possim: vnde ne me impediat, vel ne aquam illã sic auertat, officio vestro prohiberi peto: ad hoc propono 2
officium vestrũ Domine Iudex. Quòd sic rectè cõcip. libel. dicit ff. de var. & extraor. cog. l. de vsu aquæ. in secundo casu protinùs dices sic. LIBELLVS. Ago ego R. contra M. qui riuum aquæ per prædiũ meum instituit: vnde quod remoueat, nec amotũ restituat, riuum prohiberi peto officio vestro Domine Iudex.: ad hoc propono officium vestrũ. In tertio casu concipies sic. LI- 3
BELLVS. Ago ego R. qui sciens equam meã possidet: vnde vt illam mihi restituat & fœtum ipsius, ago contra ipsum, & propono officium vestrum Domine Iudex. In quarto casu sic. LIBELLVS. Ago ego R. cõtra M. qui ani- 4
malia sua vel talia quæ nõ erant sua, immisit in prædiũ meum, & damnum mihi in messe mea vel vinea dedit, quod damnũ æstimo io. vt illud damnum mihi emendet, officio vestro ago cõtra illũ: ad hoc propono officiũ vestrũ Domine Iudex. In quinto casu sic. LIBELLVS.

Peto à vobis Domine Iudex æquam fieri distributionẽ hominum talium, qui cùm debebant per illa prędia distribui & collocari, in prædio meo fuerũt collocati & distributi: ad hoc propono officium vestrum Domine Iudex. Quòd sic rectè cõcipiatur omnis iste libelli probatur ff. de var. & extraor. cog. l. de visu. OPPOSITIO. Sed secundo libello sic opponitur: videtur quòd propria authoritate possit riuum institutum sua auctoritate remouere, vt ff. ad leg. Aqui. l. quemadmodũ. §. si protectum. Respondeo, esto: quare ergo intentat actionem? Respondeo: quia fortè timidus erat, & aduersariũ suum timebat: quia potentior, cui par esse nõ poterat, vt ff. de alie. iud. mut. caus. fa. l. 3. vnde magis volt agere in iudicio. nam & ille qui potest per lapilli iactũ nunciare nouum opus sua authoritate: tamen quia magis placet illi per prætorem nunciat, vt ff. de oper. no. nun. l. de pupillo. §. meminisse. & sicut creditor qui ex pacto sua auctoritate potest intrare possessionem pignoris: tutiùs tamen facit, si auctoritate prętoris hoc faciat, vt C. de pignor. l. creditores.

De officio iudicis quo petitur, ne aliquid fiat in via publica vrbana, propter quod quis ire non possit: & si factum est, vt tollatur: & vt viæ reparentur: & ne aliquid immundum in eis proijciatur.

Rubrica.

1 *Libelli in actione ne quid in via publ. fiat, quomodo concipiantur. cum sequ.*

EST & proditum officium iudicis in alio vsu: putà, via publica, quę in vijs aliàs vicis ciuitatũ propter ædificium alicuius facta est angusta, vel est clausa nunc, vt in multis locis in terra mea hoc contigisse vidi: & ita publicus commeatus est exemptus, vel via est coangustata: vel aliqua via est affluxior, quod nocet domino domus: vnde proditum est illud officiũ iudicis ad hoc, quòd debeat illa via æquari: sicut & in multis locis in terra mea esset necessarium, quòd reparentur deteriorata vel deangustata. Item si per illam viam transire non potest, nisi faciat pontem, compelletur vt pontem faciat: vel fortè, sicut aliquãdo contingit non emundãt aliqui coram domibus suis, & sic aqua non potest labi, vnde vix aliquis trãsire potest. vnde domini domorum tenentur facere, quòd aqua possit labi, vt sic possit quilibet trãsire per viã. Vel fortè contingit, sicut sæpè fit, quòd aliquis effodit viam, vel subruit, vel construit aliquid, propter quod quis transire non possit: vel etiam vehiculum inde transire non possit. Vel fortè proijciunt in vijs morticinia & stercora vel aliam immunditiem domus, sicut multi miseri habent in consuetudine, & ita tantum lutum fiat in via publica, & tantus fœtor quòd aliquis via transire, & via sustineri potest. in omnibus istis casibus proditum est officium magistratus, quod appello officiũ iudicis, vt ista talia non fiant, & si facta fiunt, quòd remoueantur, vt ff. ne quid in lo. publ. fi. l. 2. § hoc interdictũ tantùm ad vias publicas. Vnde positiones non sunt ne-1 cessariæ, sed tantùm nota libellum sic. † LIBELLVS. Ago contra talem, qui in via publica ciuitatis in loco tali ædificauit, propter quod via aliquis ita vti non potest, vel etiam vehiculum ire: vel quòd clausit viam publicam, propter quod publicus commeatus est exemptus: vel proiecit morticinia vel immonda, propter quæ aliquis vix transire potest, vel subruit, vel effodit viam publicam, propter quod quis vix ire potest: vnde quòd prædictum ædificium tollat, vel quòd viam publicam emundet, & amodò non proijciat, ago contra eum: & ad hoc propono officium vestrum Domine Iudex. Quòd sic rectè cõcip. libellus, probant iura prędicta, & ff. de publ. itin. & loc. l. & 2. & 3. Si autem con-2 cipiatur libellus vt aliquid faciat, dices sic. † LIBELLVS. Ago contra talem, quòd cùm coram domo sua sit via publica ita plana, quòd aqua non possit discurrere, vel coram domo sua sint multa immunda, propter quæ nec aqua discurrere, nec aliquis vix trãsire potest, vel est ita locus procliuus, quòd aqua defluens noceat vicinis: ideò vt prædicta immunda remoueat, vt aqua possit fluere, vel locum sic complanet, vt aqua non possit sic fluere, ago contra ipsum: ad hoc propono officium iudicis. Quòd sic rectè concipiatur libellus, probant iura prædict. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur, quòd in hoc casu locum habeat officiũ iudicis: quod sic probo officium iudicis, est extraordinariũ: sicut suprà de officio iudicis notaui: ergò locum non habet, si ordinarium auxilium locum habet, vt ff. de min. l. in causæ. at videtur, quòd locum habeat ordinariũ, scilicet interdictum ff. de ne quid in lo. publi. fi. l. 2. §. 1. & §. vlt. & ff. de itin. publ. l. 1. & 2. & vlt. Respondeo: nõ est verum: nam illa interdicta non habent locũ ad vias publicas, sed tantùm ad rusticas, vt ff. ne quid in lo. publi. fi. l. 1. §, hoc interdictum tantùm ad vias publicas. Si tu quæris quare? Respondeo: in ciuitatibus enim sunt magistratus, & officiales, & ædiles curules, qui possunt de facili videre quid sit in vijs vrbicis emendandum: & ideò eùm eorum officium sit specialiter circa talia deputatum, non curauerũt prætores reddere interdictum, sed tantùm pro vijs publicis rusticis, quæ multo priuilegio gaudent. Et est quoddã notabile in hoc officio iudicis, quòd inquilinus teneatur aptare viã corã domo locata: & totum quod expendit, imputabit domino domus in pensionem, vt ff. de via pub. l. 3. §. 1. circa fin.

De officio Iudicis quod competit, quotiens aliquis missus vel iussus mitti, est expulsus, vel non est missus. Rubrica.

1 *Actio quæ competit, quotiens aliquis missus est expuls. & cæt. an locum habeat in maximis iudicibus, qui habẽt merum imperium seu mixtum.*

INterponitur & officium iudicis, quo consulitur alicui misso in possessionem vel mitti iusso: quo non admisso, vel verè misso, & expulso succurritur officio iudicis: vt cùm præceperit aliquem in possessionẽ mittendum, exequatur suum decretũ, & aliquãdo fortè per manum militarem, id est, re ipsa, non tãtùm verbo, vt ff. ne vis fi. ei qui in possess. miss. est. l. si quis missus. sed de hoc non multum prosequor: quia copiosè inuenies notatum suprà de interdict. in Rubri. speciali. ne vis fi. ei qui in possess. miss. est. † Illud tamen no- 2 ta, quòd quidam dixerunt, quòd locum habeat in maximis iudicibus, qui habent merum imperium seu mixtum: de quibus loquitur ff. de re iudi. l. a Diuo. propterea quia dicit, quòd ipsi exequuntur decretum suum: quod minores non possunt: sicut sunt magistratus municipales, vt ff. ad municip. l. ea quæ. & l. magistratus. sed licèt hoc sit verũ in magistratibus municipalibus, quòd non possint re ipsa exequi decretum suum, tamẽ verbo possunt exequi: & ita benè posset præcipere, quòd executioni mandetur, & suum officiũ circa hoc interponere: sed primum puto veriùs. quid prodesset iterum pronunciare, quòd hi in possessionem inducãtur? certè nihil. Sed qualiter concipiatur libel. & quæ sint dicenda circa hoc, notatum inuenies suprà in illo interdicto, ne vis fi. ei qui in possess. missus est.

De officio iudicis quo petit filius emancipari à patre: vbi pater agnouit legatum, vt eum emancipet, & si eum malè tractauerit contra paternam pietatem.

Rubrica.

1 *Actio qua petit filius emancipari, vt competat, quot exigantur.*

2 *Libelli in tali actione quomodo concipiantur, & nume. 3.*

COntingit sæpè, quòd aliqui relinquant legatum alicui, vt emancipet filium suum, qui legatũ recipit, & nõ vult emancipare: & ita compelletur extraordinariè, id est, officio iudicis filium emãcipare, vt

1 ſe, vt ff. de condit. & demonſt. l. ſi cui legatum. † Vnde, ad hoc vt in caſu iſto competat, tot ſunt neceſſaria. In primis, quòd aliquis relinquat alicui legatum. Secundum, quòd agnouerit illud legatum. Tertium, quòd quòd filium ſuum habeat in poteſtate. Quartum, quòd filius velit emãcipari. ſicut ex l. illa, omnia iſta poſſunt comprehendi: quia ſicut pater inuitus non compellitur emãcipare, ita nec filius inuitus compellitur emãcipari, vt ff. de adopt. l. non poteſt. & C. de emanc. liber. nec auus. & ff. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt l. vlt. Eodem modo etiam compellet filius patrem, quòd ipſum emancipet, ſi contra pietatem malè tractauerit ipſum, vt ff. ſi quis a par. ſu. man. l. vlt. In his autem caſibus cõ-
2 cipiet filius libellum ſic. † LIBELLVS. Ago ego R. cõtra Titium patrem meum, cui cùm fuerit legatum relictũ in teſtamento Sempronij, vt me emanciparet, & legatũ agnouerit, me tamẽ emãcipare recuſat: vnde quòd me emancipet, peto ipſum compelli per vos Domine Iudex. & ad hoc propono officium iudicis. Quòd ſic rectè concipiatur libellus dicit l. prædict. ff. de condit. &
3 demonſt. Item alio modo concipies ſic. † LIBELLVS. Ago ego R. contra Titium patrem meum, qui me cõtra pietatem paternam malè tractat: quia tota die verberat me, & hoc odioſa me fame necat. vnde vt compellatis ipſum vt emancipet me Domine Iudex, imploro officium veſtrum: & ad hoc officium iudicis propono. Quòd ſic rectè cõcipiatur libel. dicit l. prædic. ff. ſi quis à par. fuer. man. OPPOSITIO. Sed his libel. opponitur. Certum eſt, quòd lis nulla nobis poteſt eſſe cũ his, quos in poteſtate habemus, vt ff. de iud. l. lis nulla. quomodò ergò hic filius aget contra patrem? Reſpondeo: illud eſt regulariter verum: fallit in caſibus, quorũ vnus eſt hic: & alius circa alimenta, vt ſuprà de officio iudicis, quo per. alimen. vt ff. de liber. agn. l. ſi quis à liberis. intentat etiam interdictum de liberis exhibendis, vt ff. de lib. exhib. l. [illegible]. & alias etiam. vt ff. ad Trebel. l. cogi. §. ſi pater. & arg. ff. de inoff. reſt. l. filius. ſicut plene notatur in prædict. l. de iudic. l. lis nulla. & quod dicit l. prædict. cogi. §. ſi pater. quod filius compellat patrem, intellige de filio emancipato: aliàs autem in poteſtate conſtitutus non compellet patrem, niſi quoad cautionem interponendam. Item nec compellet: quia videretur dilata reſtitutio in id tempus, quo fiat ſui iuris, vt ff. ad Trebel. l. Imperator. & l. vbi purè. & ff. de legat. 3. l. fideicommiſſ. §. filium.

De bonis authoritate iudicis poſſidendis & venundandis: & de ſeparationibus. Rubrica.

1 *Actio de bon. auct. iud. poſſid. vt competat, quot requirantur.*
2 *Debitor in actione de bon. auct. iud. poſſid. quis eſſe dicatur, & quis creditor & nu. 3.*
4 *Creditor conditionalis, an in poſſeſſionem mitti poſſit.*
5 *Libelli in actione de bon. auct. iud. poſſ. quomodo formentur. cum plur. ſeqq.*
6 *Bona iudicis auctoritate, quid poſſideantur, vel quòd ipſius auctoritate miſſio in poſſeſſionem fiat, quid operetur.*
7 *Iudex infra quod tempus bona vendere debeat.*
8 *Miſſus in reali actione an poſſideat.*
9 *Miſſus in reali actione quare poſſideat, in perſonali autem non.*
10 *Iudex ſi dixerit ſimpliciter, mitto te in poſſeſſionem, an miſſus poſſideat.*
11 *In actione perſonali quid proſint iſta verba, mitto cauſa rei ſeruandæ, cauſa cuſtodiæ. &c.*
12 *In actione perſonali an cauſa rei ſeruandæ, vel cuſtodiæ, &c. aliquis in poſſeſſionem mitti debeat, vel pro menſura debiti declarati.*
13 *Clauſula debiti declarati quomodo intelligi debeat.*
14 *Mittendus in poſſeſſionem in actione reali, an ſummatim de iure ſuo docere debeat.*
15 *Miſſus in actione reali in poſſeſſionem, an fructus percipiat, & quando ille qui poſſidebat, de poſſeſſione deijciatur.*
16 *Creditoribus per actiones reuocatorias quare non ſuccurratur.*
17 *Beneficium ſeparationis quare inductum ſit, & quæ eius vtilitas ſit.*
18 *Poſitiones Actoris & Rei in tali actione de bon. auct. iud. poſſid. & num. 18.*

MVltotiens & ſæpè contingit, quòd bona debitoris non ſoluentis petat creditor poſſidere: & quia iſta procedunt ex officio iudicis, ideo de ea videamus. ita enim intitulatur, de bonis auct. iudi. poſſid. tam in C. quàm in ff. Iſtud tamen inprimis nota, quòd in ff. primò intitulatur Rubrica, ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur. & poſteà intitulatur Rubrica, de bon. author. iud. poſſid. & venundandis: & de ſepara. & hoc ideò, quia cauſa præcedere ſolet, per quam fiat miſſio in bona debitoris: nam ſequitur miſſio, ſi non ſatisfacit, & fiet poſteà venditio: & ideò addidit in Rubrica, de venundandis, & de ſeparatio. ideò quia aliquãdo decedit aliquis debitor meus, cui ſuccedit hæres, qui eſt nõ ſoluendo. peto ego creditor bona debitoris mei hæredis ſeparari à bonis defuncti. Hæc tria debent fieri etiam officio iudicis. Primùm, quòd bona poſſideãtur. Secundo, quòd venundentur. Tertiò, quòd ſeparẽtur.
† Vnde ad hoc vt iſtud officium in prædictis caſibus habeat locum, tot ſunt neceſſaria. Inprimis, quòd ego ſim creditor, & per conſequentiam, quòd ille ſit debi- 1
tor. † QVAESTIO. Sed quæret aliquis, quis eſt debitor? Reſpondeo: is à quo inuito pecunia exigitur, vt ff. de 2
verb. ſign. l. debitor. & ff. de leg. 3. l. fideicom. §. ſi tem. † 3
QVAESTIO. Item quæritur, quis dicatur creditor? Reſpondeo: omnis ille, cui ex qualibet cauſa debetur, ſiue ex contractu vel quaſi: ſiue ex maleficio vel quaſi: dummodò non ex actione populari: quia tunc ante litem conteſtatam non eſt creditor, niſi probaretur proprium damnum, vt ff. de verb. ſignific. l. creditor. & l. ſi cui. imò etiã creditores dicuntur, quibus debetur aliquid ex quacunque actione & petitione vel iure ciuili vel honorario vel iure extraordinario: puta, officio iudicis ſine vlla exceptione: ſiue purè, ſiue in diem, ſiue ſub conditione. Item ſi eſt ciuiliter & naturaliter debitum: alioquin ſi tãtùm naturaliter, vel tãtùm ciuiliter, niſi poſt biennium, vt in exceptione non numeratæ pecuniæ, nõ ſunt creditores, vt ff. de verb. ſign. l. creditores. Sed mirũ videtur, quòd is cui debetur ſub conditione, dicatur creditor: cùm ſolutum ab eo repetatur, vt ff. de cond. & demonſtr. l. ſub conditione. & ff. de verbor. oblig. l. decem. Reſpondent quidam & dicunt, quòd ſi conditio illa ſit certa: putà, ſi morieris. tunc eſt creditor, vt ff. de condict. indeb. l. quòd ſi. & ff. de noua. l. ſi pupillus. §. qui ſub cõditione. Cæterùm ſi ſit incerta: putà, ſi nauis ex Aſia venerit, tunc creditor non eſt. alij non diſtinguunt, verùm ſit certa vel incerta: indiſtinctè enim dicunt creditorem eſſe illum, cui ſub conditione debetur: quia ipſam ſpem trãſmittimus ad hæredes: & quia conditionalis ſpes venit in collationẽ: licèt in legato cõditionali ſit ſecùs, vt Inſt. de verb. oblig. §. ſi ſub conditione. & ff. de act. & obli. l. ea cui. & ff. de colla. bon. l. 3. §. de illis. & ff. de reg. iur. l. quæ legata. & in hac vlti. opinione fuit Dominus meus. † QVAE- 4
STIO. Sed nunquid creditor conditionalis in poſſeſſionem mitti poteſt? Reſpondeo, & dico quòd ſic: vt ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. l. in poſſeſſionẽ. ſed licèt mittantur, non tamen poſſunt bona vendere, vt ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. l. in poſſeſſionem. & ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. l. Fulcinius. §. ſi in diem. & ratio quare hoc contingat redditur in ipſo §. De hac materia copiosè tractat, ſeu notat Dominus meus in ſumma C. de bonis aucto. iudi. poſſid. Secundum eſt neceſſarium. vt debitor ille vocetur, & vocatus nõ veniat: & tunc fiat miſſio in bona: facta tamẽ diſtinctione, verùm agatur rea-

li: nam tunc in possessionem rei petitæ: an personali,
& tunc pro mensura debiti declarati, vt in Auth. de ca-
biben. & intro. reis, coll. 5. & C. de iudic. l. properandũ.
sicut de hoc suprà notaui in fine edictorum de secũdo
decreto. Et in hoc casu non credo, quòd debeat dari li-
bellus: imò sine libello procedat iudex. Tertiũ, vt de-
bitum illud quod petitur non possit per exceptionem
elidi, vt ff. de verb. sig. l. creditores. & quod diai de cre-
ditore conditionali, quòd non possit agere ad petendũ
debitum ante conditionem: si tamen agatur, vt cautio
illi præstetur, scilicet quòd adueniente conditione il-
li soluatur, audiendus est, vt ff. de inaic. l. in omnibus.
Quartum est necessarium, quòd vocentur etiam agna-
ti, cognati, amici, affines, quos verisimile est defensio-
nem illorum non omissuros: siue si maior, siue sit mi-
nor, siue pupillus. Sed quare isti citãtur? vt forsan pos-
sit aliquis excitari & comparere ad vocati defensio-
nem, vt ff. ex quib. causis maior. l. item ait prætor. & l.
ergò. & ff. ex quib. causis in possess. eatur. l. hæc autem.
Item etiam in eo, qui Reipublicæ causa abest: quia si
citatus non defendatur, bona ipsius possidebuntur, vt
C. de restit. militum. l. ignorare. OPPOSITIO. Sed
opponitur: qui Reipubl. causa abest, non compellitur
in prouincia se defendere, vt ff. quan. appel. sit. l. vltim.
Item si fiat missio in bona illius, non contrahitur pig-
nus, vt ff. de priuileg. credit. l. eum qui. quid ergò ope-
ratur, quòd absens Reipublicæ causa citetur? Itẽ quid
prodest si nõ veniat, si fiat missio in bona eius, si pignus
non contrahitur? Responden: absens causa Reipublicę
cogitur se defendere causatiuè, non præcisè: si enim
non defenditur, fit missio in bona illius. ergò cogitur
se defendere, si non vult missionem pati. OPPOSITIO.
Sed opponitur: quòd idem in quolibet alio absente: er-
gò quod est priuilegium absentis causa Reipublicæ?
Respondeo, hnc: quia si allegatur eius absentia, nõ de-
bet index properare ad missionem in bona: sed si pro-
perat, datur restitutio absenti reuerso, vt ff. de dam. in-
fect. l. si finita. §. si fortè. cur ergò dicitur, quòd pignus
non contrahatur? Respondeo: verum est, quòd nõ con-
trahatur tale quale in bonis aliorum absentium: nam
res aliorum absentium venduntur, sed res istorũ non,
vt C. de restit. milit. l. ignorare. Vnde quia ista expedi-
untur absente altera parte, & propter contumaciam,
quæ nota est iudici: ideò positiones non noto, quia no
tari non possunt: imò quod plus est, multi dicunt, quòd
etiam non sit necessarius libellus: licèt enim expediá-
tur officio iudicis, quòd fiat missio, non tamen dabitur
libellus, sed sufficit libellus alius datus in principali.
Si autem vultis aliorum sequi sententiam, qui dicunt
5 dandum libellum, concipietur sic. † LIBELLVS. A vo-
bis Domine Iudex peto ex officio vestro mitti in pos-
sess. bonorum debitoris mei Titij pro decem, quæ mihi
debet: qui Titius cùm per vos citatus fuerit, contumax
est inuentus: ad hoc propono officium vestrum. quòd
sic rectè concipiatur libellus, dicunt iura ff. ex quibus
caus. mai. l. item ait prætor. & l. ergò. & ff. ex quib. cau-
sis in possess. eatur. l. hæc autem. & l. in poss. & C. de bo.
auctor. iudic. possid. l. si bona. & l. cùm proponas. & l.
vlt. & C. de præscript. 30. anno. l. an si quis emptionis. §.
6 vlt. licèt lex illa loquatur in reali. † QVAESTIO. inpri-
primis quæritur quid operetur hæc missio, vel quòd
bona sic possideantur auctoritate iudicis? Respondeo,
multum: quia habet prætorium pignus, vt C. qui poti.
in pign. hab. l. 2. & C. vt in poss. leg. l. si posteà. & l. qui le
gati. & C. de præt. pig. l. vlti. quod ita constituuntur, si
ventum sit in poss. vt ff. de acq. pign. l. non est mirũ. Hoc
ideò dico propter stultos nuncios communitatũ & po-
testatum, seu iudicum, qui quotiens mittunt aliquẽ in
tenutam, vel vt possideat causa rei seruandæ, mittunt
ipsum in tenutam vnius rei, dicentes: nos mittimus te
pro ista & omnibus alijs in tenutam, vel damus ista &
omnia alia causa rei seruandæ: & aliquando ostendũt
omnia, & aliquando non: sed quãdo ostendunt omnia,
posset eorũ relatio subleuari per l. quòd meo. §. si ven-
ditorem. ff. de acquir. poss. sed decepti sunt, quia l. illa
loquitur in possidente: vnde per oculorum inspectio-
nem possessio transfertur: at nuncius qui tenutam dat
nullam habet possessionẽ, quam ergò possessionẽ trans-
ferret? certè nullam. Et est alia vtilitas: quia si debi-
tor, in personali loquor, non satisfaciat creditori mis-
so, poterit posteà creditor petere à iudice, & hoc sine
libello, quòd possit bona vendere, in quorum possessi-
onem missus est, ita demùm si latitet, id est, turpiter se
occultet, nec defendatur, vt C. de boo. auctor. iud. pos-
sid. l. debitore. & l. cùm proponas. & ff. ea quib. caus. in
possess. eatur. l. Fulcinius. vnde ille solus potest vendi-
tionem impetrare, aduersus eum qui latitat: alij nõ, vt
in prædicta l. Fulcinius, in fin. primæ colum. & arg. so-
lut. matrimon. l. etiam. §. licet. & arg. vt in possess. leg. 4.
§. si haberes. † QVAESTIO. Sed infra quod tempus iu- 7
dex iubet bona vendi? Respondeo: C. de bon. auct. iud.
poss. l. cùm proponas. non diffinit, sed benè potuit de
tempore. Sed licèt multa possent notari de diuersis
temporibus: putà decem dierum, sicut in constituta pe-
cunia, vt ff. de constit. pecun. l. promissor. vel duorum
mensium, vt de re iudic. l. debitoribus. tamen his omis-
sis, dico esse in arbitrio iudicis, vt videat qualitates &
conditiones personarum, & quantitatem debiti, & sic
coarctet vel proroget tempus, vt ff. de iure delib. l. 1. §.
vlt. & ff. de re iudic. l. 2. & arg. ff. de iud. l. nunquàm. vel
seruemus illud tempus in hoc pignore prætorio ven-
dendo, quod seruamus in conuentionali pignore, secũ-
dùm distinctionem l. vlt. C. de iur. dot. impetr. hoc at-
tende quotiens pignus prætorium venditur ex hac in-
terlocutoria. cæterũ si ex diffinitiua, tunc seruamus ho-
die quatuor menses, qui dantur condemnatis, vt C. de
vsur. rei iudic. l. 1. & de hoc die, vt notatur suprà de se-
cundo decreto. † QVAESTIO. Item quæritur multis mo 8
dis, cùm officio iudicis fiat missio tam in reali, quàm
in personali propter contumaciam partis aduersæ, vt
ff. de acq. poss. l. possideri. §. vlt. & ff. quorum legat. l. 1. §.
quod ait prætor. & ff. vt in poss. leg. l. 1. seni. & in legib.
prædict. C. de bon. auct. iud. poss. & ff. de bon. auct. iudi.
poss. & extrà, vt lite non contest. c. quoniam frequẽter.
& in Concil. Lateranen. l. contingit, de dol. & cont. Et
inprimis sic, an missus in realem possessionẽ possideat?
& hoc quæro antè lit. contest. quia pòst litem contesta.
vel quasi sit verus possessor & irreuocabiliter, vt C. de
iudic. l. properandum. & C. vbi in rem act. l. . Et quaro
quæro de reali, quia in personali non est dubium, quia
nõ possidet, vt in prædict. legib. & ff. vti possid. l. si duo.
§. creditores. Respondeo: reprobatis opinionibus ali-
orum & Dom. B. & illorũ maximè, qui in iure Canoni
co errant: qui dicũt & glossant, quòd missus in posses-
sione tam in reali, quàm in personali, nõ possidear sed
tãtùm custodiat, vt extrà, vt lit. nõ contest. l. quoniã fre-
quenser. licèt in reali post annũ possideat, vt C. de præ-
scrip. 30. ann. l. si quis emptionis. §. vl. dico cum M. quòd
missus in reali antè lit. contest. possideat. & hoc sic pro-
bo. Certũ est, quòd si in reali mittor in possessionem &
antè lit. contest. tu veniens infra annũ, rem recipis, vt
in prædict. l. si quis emptionis. §. vlt. si rem recipis, ergò
amiseras: alioquin non diceteris rem recepi . e, sed di
ceretur quòd missus in poss. discederet de poss. Item si
missus in realem possessionẽ, non possideret illud, se-
queretur absurdũ, quòd lapsus anni faceret eum pos-
sessorem: quod est impossibile: nam cum poss. facti sit,
vt ff. ea qui. can. ma. l. denique. nunquàm lapsus anni il-
lud quod facti esset, in alium transferret, nec etiamsi
velimus ad hoc posset prodesse, nec etiã fi io iuris ad
hoc posset prodesse: & idem de similib. nam hæreditas
licèt in his quæ sunt iuris, sustineat vicem defuncti, in
his tamen quæ facti sunt, non sustinet, vt ff. de acquir.
rer. dom. l. hæreditas & ff. de stipu. seruor. l. vsumfruct.
& ff. quod vi aut clam. l. deniq;. & ff. de acq. rer. do. l. tn
en. illud enim quod facti est, in hereditate esse non po-
test, & sic nec poss. vt ff. si quis te. liber esse iuss. l. 1. §. Scę
uola. Itẽ vide & aliud simile. nã fictio iuris postliminij
ad omnia illa quæ iuris sunt, prodest: ad illa quæ facti
non, quia causa facti non continetur postliminio, vt ff.
ex quib. caus. mai. l. deniq;. Itẽ aliud sequeretur absur-
dum, quòd ex quo annus lapsus esset, non posset aliũ in
posses-

possessionem transferre: imò ad hoc vt haberet posses-
sionem, necessarium esset secundum decretum in acti-
one reali, quòd nunquam fuit auditum. Sed ipsi miseri
errantes dicunt, quantum operatus secundum decre-
tum in personalibus, tantum operatur lapsus anni in
reali: quòd nec legibus nec ratione probant, imò aper
tè est contraria iura. nam si hæreditatem adeo, omnia iura
in me transit nisi specialiter apprehendatur, vt ff. de
acqui. poss. l. cùm hæredes. Nec obstat ff. ex quib. caus.
ma. l. cùm miles. §. 1. vbi dicitur, quòd possessio coniun
ctim descendat ad hæredes. ita intellige, id est, vsuca-
pio quæ mediante possessione completur, vt ff. de vsu-
cap. l. sine possessione. illa coniunctim completa de-
scendit ad hæredes, & ita si ab hærede fuerit possessio
apprehensa, vt ff. de vsucap. l. possessio. ergo necesse
habes concedere quod missus in reali possideat: lapsus
ergo anni facit illum possessorem irreuocabiliter: hoc
dicas & teneas, si veritatem amas. sicut aliàs simile re-
spondit legislator, ff. de conditio & demonstr. l. cum i-
9 ta. QVAESTIO. † Item quæritur, quæ sit ratio diuersita-
tis, quare missus in reali possideat, in personali non. Re
spondeo, est ratio: quia quando ago actione persona-
li, ago contrà illum qui est mihi obligatus ex contra-
ctu vel quasi, vel ex maleficio vel quasi. vnde si mittor
in poss. pro mensura debiti declarati, vt in Authent. de
exhib. & intro. re colum. §. circa aliud mihi consolitur
quam debeantur: & quodam iure extraordinario mihi
succurritur: quia vt ita loquar in possessione personæ
essem mittendus, quę est obligata, non in possessionem
rei quæ obligata non est: sicut in delictis persona est
punienda non res, quæ non deliquit, vt in Authent. de
manda. princ. coll. 3. §. oportet. sed quia persona libera
possideri non potest, vt ff. de acquir. poss. l. cùm hære-
des. §. vlti. ideò succurritur mihi in rebus, vt non pos-
sideam: sed sim causa custodiæ: & vt tædio affectus ve-
nias iudicium suscepturus vel satisdaturus. Et vbicū-
que iura dicunt sicut in legibus prædictis, quòd mitta-
tur in possess. causa rei seruandæ, & quòd custodiat, id
intelligas in personali non in reali. In reali autem id-
eò missus possidet, quia quando ago in rem, dico rem
esse meam, sicut in rei vendicat. vel mihi in re illa ius
competere, sicut in hypothecaria & confessoria, & in
alijs realibus: & tunc si agerem contra personam, age-
rem cōtra illum, qui nullo iure mihi obligatus est: sed
ideò ago, quia tenet rem. vt Institu. de actio. §. 1. vnde si
persona citata non comparet, & mittar in possessionē
rei petitæ & possideam, iusta est ratio: cùm hoc sit iuri
ordinarium, vt ex quo non est qui ius defendat, quòd
rem illam possideam quam dico meam, vel me ius ha-
bere in ea: sicut in noxali aliquo non defendente seruū
noxium datur mihi abducendi facultas, vt ff. si ex no-
xali caus. agat. l. 2. in fin. arg. ff. de noxa. l. electio. §. vlt. in
fina. malè ergo iudicant iudices quando pronunciant
propter contumaciam in actione reali, & ante lit. con-
test. eo quòd dicunt ego mitto te in possessionem causa
rei seruandæ, sed dicant simpliciter, mitto te in posses-
sionem. † QVAESTIO. Sed quid si sic pronunciatur, nun-
10 quid missus possidebit? videtur quòd non: nam iudex
quòd potuit, noluit, scilicèt dare possessionem: quia di
xit causa rei seruandæ: quòd voluit non potuit, scilicèt
quòd missus in reali tantùm custodiret: cùm missus in
reali possideat: & sic loquitur regula, quòd voluit non
potuit & c. vt C. si quis alteri vel sibi. l. multum. & extr.
de offici. & potestat. iudic. dele. c. cùm super abbatia.
Respondeo: licèt iudex ita pronunciet causa rei seruā-
dæ: tamen nihilominùs missus in realem possessionem
possidet: nam cum dico mitto te in possessionem istam
habea possessionem statim ex quo vētum est in posses-
sionem & non ante, vt ff. de pignor. action. l. non est mi-
rum. licèt adijciam causa rei seruandæ. istud quòd su-
perabundat, non vitiat possessionem: vt in regula iur.
ff. de reg. ius. l. non solent. Nam si dico promittis mihi
10. & tu dicas, promitto arma virumque cano. quòd
extrinsecus adijcitur, non vitiat stipulationem: Imò
stipulatio de iure contrahitur, vt ff. de verb. obl. l. quæ
extrinsecus. nec .n. potuit iudex dicendo causa rei ser-
uandæ mutare formam antiquitùs constitutam, vt ar-
gum. ff. de admi. tu. l. quidam decedens. & imperitia iu-
dicantis non potuit mutare formam iurisdictionis, vt
ff. fami. erciscund. l. si filia. Nec sit amodò aliquis iudex
ita resupinus, qui sic pronunciet in reali: mitto in pos-
sessionem causa rei seruandæ: sicut de alio resupino iu-
dice habes C. de fideicom. liber. l. vltim. Et hæc nostra
sententia vtilis est iudicibus ipsis: quia iudicia eorum
non debent esse elusoria, vt ff. de iudic. l. si prætor. & ff.
ne quid in loc. publi. l. vltim. & vt res dubia potiùs va- 11
leat quàm pereat, vt ff. de rebus dub. quotiens. † QVAE-
STIO. Item quæritur in actione personali quid profint
ista verba: mitto causa rei seruandæ causa, custodiæ,
vt tedio affectus &c. Respondeo: puerilis est quæstio,
& puerilius est ignorare. hoc sonat causa rei seruan-
dæ quæstio. d. vt serues rem in qua mitteris in possessi-
onem, id est, vt non decipiatur ille qui primò possi-
debat, vt ff. de damn. insect. l. si finita. §. Iulianus. & §. si
quis autem. sed sis in possessione, & serues rem illam &
custodias, & facias tædium illi cuius est prædium: ma-
ximum enim tædium debet habere, quando tu cum il-
lo in prædium suum intrabis, vel in domum: quia non
poterit aliquid facere quod non videas, vt dixi. Vel a-
liter, causa rei seruandæ & custodiæ propter iura tua,
scilicet quia conseruas ius tuum: quia per talem missi-
onem habes prætorum pignus, & habes hypothecari-
am: & si deijciatis habes interdictum ne vis fiat ei. vt
notaui suprà de 2. decreto. & sic etiam rem tuam quo-
dammodò custodis, vt dixit etiam Cato. QVAESTIO. 12
† Item quæritur. non videtur quòd in personali actio-
ne mittatur quis causa rei seruandæ, vel custodiæ, vt
tedio & c. sed mittatur pro mensura debiti declarati. vt
in Authent. de exhibend. & introdu. Reis. collat. 5. Re-
spondeo: mirabilis es in opinione tua. quia ista non
sunt cōtraria, nec diuersa. quia in personali olim mit-
tebatur in possessionem quis omnium bonorum: ho-
die particulariter pro mensura debiti declarati: sed li- 13
cèt sic mittatur non possidebit, sed erit ibi causa ser-
uandæ & custodiæ, vt tedio & cæt. † QVAESTIO. Item
quæritur: quid sonent illa verba debiti declarati: quo-
modò declarati, nunquid per testes vel per instrumē-
ta? Respōdeo, notat dominus meus summatim per iusiu
rādum actoris: & adducit ff. ad exhibend. l. thesaurus.
Sed salua pace domini mei non credo: quia iam inueni-
retur aliquis in causa sua actor & testis, quod iura no-
lunt, vt C. de testibus. l. omnibus. & l. illa, thesaurus.
multùm facit à remotis: nam non loquitur ibi de iure-
iurando quod interuenit loco probationis, sed calum-
niæ. Qualiter ergo illud debitum declarabitur? Re-
spondeo: per testes vel instrumenta. Sed tu instabis:
iam non est summaria, sed erit plenissima: quia per te-
stes vel instrumenta. Item est & aliud vitium: quia te-
stes inducentur antè litis contesta. Item & aliud: quia
antè litis contestationem habebit necesse actos de iu-
re suo docere. Respondeo & dico, quòd summaria fiet
cognitio, & in hoc satis concordo cum domino meo:
& licèt testes & instrumenta inducantur, nihilominùs
est summaria quantum ad hoc: quia recipiuntur absen
te altera parte, quæ pars fortè opponeret multa contra
testes in personis & dictis per quæ repellerentur, quæ
omnia hic non fiunt: & similiter contra instrumenta.
Nec est mirum, si testes inducantur hic antè litis con-
testationem: quia & hoc in alijs casibus contingit: quia
timetur de morte, quia infirmi & senes, valitudinarij,
vel qui à longinquo affuturi, vt extrà, vt lite non con-
test. c. quoniam frequenter. & in Authent. de testibus,
coll. 7. §. vltim. & C. de vsur. pupil. l. vltim. & ff. de testi-
bus. l. curent. & argu. secundùm quosdam ff. ad leg. A-
quil. l. in leg. Aquil. l. si deletum chirographum. Item nō
est mirum si antè litem contestatam probet actor de iu-
re suo: quia hoc est hodie generale, vbicumque vult a-
ctor quod procedat contra absentem siue ad dandam
possessionem, siue ad procedendum ad difinitiuam, vt
in Auth. qui semel actionem proponet. C. quom. quād.
iudi. & est in corpora Authent. de litis col. 8. Vel sed mi-

nus sit summaria sic, vt per vnicum testem, vel etiã per
priuatam scripturam fortè quæ iudici alias non face-
ret fidem: tamen hic quia nõ debet dari diffinitiua sen-
14 tentia fortè admitteretur. QVAESTIO. † Sed illud quę-
ritur: an quãdo quis mittitur in realem possessionem,
habeat necessè summatim docere de iure suo, quomo-
dò res illa ad illum pertineat de iure dominij vel qua-
si: vel quòd habeat ius in re, quia creditor? Respondeo:
& dico quòd sic. vt C. vbi in rem actio. l. 1. Caueas ergo
tu iudex vt non procedas ad dandam possessionem in
actione personali, neque in reali, antequam actor sum-
matim, vt dixi, declaret debitum in personali: vel sum-
matim doceat de iure suo in reali. Item quæritur, quo-
modò in reali iudex qui nullam habet possessionẽ nec
vllo modo possidet, vel per se vel per executorem, pos-
sit in me transferre possessionem propter contumaci-
am aduersarij mei: cum nemo plus iuris ad alium trãs-
ferre possit, quàm ipse habeat, vt ff. de re iud. l. nemo. I-
tem nemo ignorans amittit possess. rei suæ, quam suo a-
nimo possidebat, vt ff. de acquir. poss. l. clàm. §. vltim.
& l. peregrè. & l. si id quòd. Item quod nostrum est, sine
facto nostro ad alium transferri non potest, vt ff. de re-
gu. iur. l. quòd nostrum. & licèt iudex det illi possessi-
onem nomine meo, non teneor ratum habere: quia ne-
gotium non fuit gestum vtiliter quantum ad me, vt ff.
de neg. gest. l. Pompo. Respondeo: in fluminibus, censi-
toribus propter tributa, iudicib. & executoribus, hoc
habemus, quòd propter imperium fluminis & propter
offensam in officiales, & vt contumacia, quòd est deli-
ctum, non remaneat impunita, hoc est inuentum vt
possessio transferatur & dominium: & in personalibus
ex secundo decreto, vt ff. de dam. infec. l. si finita. §. Iul.
& ff. si ex noxal. caus. agat. l. 2. in fin. & de nox. electio. §.
vltim. & de hoc est lex optima ff. de acquir. re. do. l. er-
go. §. penul. vbi cauetur, quòd flumina in transferendo
dominio iure censitorum funguntur, vt ff. de publica.
& vec. l. commissa. Item factum suum, scilicèt contu-
15 macia est causa quare hoc fiat. QVAESTIO. † Item
quæritur: nos dicimus quod missus in posses. in actione
reali possideat, nunquid ergo percipiet fructus, & do-
minus ille qui possidebat deijcietur de possessione? Re-
spondeo & dico, quòd sic: licèt enim percipiat, non ta-
men lucratur: nisi in petitione hæreditatis propter ni-
miam contumaciam rei, vt ff. ex quib. caus. in poss. eat.
l. Fulcinius. §. vltim. Alius casus est in muliere missa in
possessionem causa ventris, vt ff. si mul. ventr. nomi. l. 1.
§. interest. Alius est in missione facta per Carbonianũ
edictum, vt ff. ad Carbo. l. sed si is. §. an autem vescendi
causa. Alius est in filia vel nepte vel vxore defuncti
missa in possessionem legatorum rei seruandæ causa:
quando filia neptis vel proneptis vel vxore non habẽt
vnde se sustentent aliàs, vt ff. vt in posses. leg. l. qui lega-
torum. nam si venies infra annum, rem recipis cum o-
mnibus fructibus, vt C. de præscrip. 30. ann. l. si quis em-
ptionis. § si. ne videatur petita, si conditio extiterit, vt
arg. ff. de tribut. l. illud. & ff. de pecul. l. sed & si damnũ.
§. vlt. & l. ea facto. §. vlti. & ff. si cui plusquam per l. fal-
cid. l. 1. §. si legata. Sed licèt creditores conditionales im
petrent separationem, tamen creditores hæredis ven-
dunt res à creditoribus defuncti separatos pręstita cau
tione se refusuros tibi, aliàs mirum videatur: nam & a-
liàs creditor conditionalis fructus percipit: licèt cõ-
putet, & in sortem & in vsuris, vt C. de acti. pignor. l.
s. & C. de pactis pignorum & omni causa. l. 1. & 2. imò
plus dico quod in personalibus actionibus missus cau-
sa custodię percipiat fructus, si dominus non percepit,
vt ff. de bon. auctor. iudic. possiden. l. prætor. §. 1. & § est
præterea. ad aliud respondeo, quòd in reali possessio-
ne possessor de possessione deijcitur: in personali autẽ
post secundum decretum: vt in prædicta l. si finita. &
est ratio: quia duo in solidum possidere non possunt, vt
ff. de acquiren. possess. l. possideri. §. ex plurimis. & ff.
commodat. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. & de
hac materia copiosè dicas vt notaui supra de secundo
decreto. & notat dominus meus in summa de bonis
auct. iud. possi. Qualiter autem officium iudicis inter-
ueniat circa bona vendita in personalibus, quotiens cre
ditor mittitur, non insisto: quia expeditur illud sine li-
bello. Illud tamen attende quod talis modus seruabi-
tur sicut fortè in venditione rei ecclesiasticæ & fiscalis
& prædij tributarij: præco ibit per ciuitatem claman-
do sic: talis debitor debet 10. Titio creditori suo: vnde
bona ipsius pro rata illorum 10. debent vendi: qui vult
emere veniat & emat: & fortè subhastabuntur. vt aliàs
C. de fide instru. & iu. hast. fiscal. per totum. in 10. lib. &
C. de rescin. vendi. l. si quis. & C. si propt. public. pensi.
Qualiter autem bona separentur? istud expeditur of-
ficio iudicis & per libellum: ideò de hoc tractabo. Vn-
de ad hoc vt in hoc casu competat, tot sunt necessaria.
In primis, quòd debitor sit quis. & quòd alius sit credi-
tor, qui vult impetrare separationem, etiam ex die vel
conditione, vt ff. eodẽ. l. creditoribus. siue conditio sit
extitura vel non, vt argumen. ff. ex quibus caus. in poss.
ear. l. in possessionem. Quis autem sit creditor: & quis
dicatur debitor. suprà in hac eadem rubrica notaui.
Secundum est necessarium, quòd debitor decesserit.
Tertium, quòd aliquis sit hæres, & quòd hæreditatem
adiuerit: alioquin succurritur creditoribus officio iu
dicis, vt curator constituatur bonis, sicut in sequenti
rubrica dicemus. sicut hæc probantur ff. de separat. l. 1.
Quartum, vt creditores qui volunt impetrare separa-
tionem, sint creditores defuncti & non hæredis, vt ff.
de separat. bon. l. 1. §. 1. & §. econtrario. & ratio redditur
in ipso §. quare creditores hæredis non possint separa-
tionem impetrare: in casu enim vno possunt separatio-
nem impetrare, quando hæres in fraudem suorum cre-
ditorum adiuit hæreditatem, quæ soluendo non erat:
tunc extra ordinem subuenit illis, id est, per benefici-
um separationis, quòd interponitur officio iudicis, nõ
iure actionis ex illo edicto de his quæ in fraudem cre-
ditorum sed hoc non facile est admissum: & verè non
facilè nisi probetur dolus: vt in prædicto §. in fine. †
† QVAESTIO Sed mirum est quare non succurratur cre- 16
ditoribus per actiones reuocatorias ex illo edicto de
his quæ in fraudem. ex quo hæres in fraudem credito-
rum adiuit, vt arg. ff. de his quæ in fraud. creditorũ. l. 3.
Respondeo: ad hoc vt illæ actiones locum habeant, o-
portet quòd dolus ex vtraque parte interueniat, vt ff.
de his quæ in fraud. crediro. l. qui autem. §. hoc edictũ.
§. simili. & §. in hæc. his autem subuenitur dolo inter-
ueniente solummodò ex parte hæredis adeũtis in frau
dem creditorum. Quintum, quòd alio modo non pos-
sit creditoribus succurri: si enim habent contra alios a-
ctionem, separationem fortè non impetrabunt, vt arg.
ff. eod. l. 1. §. si filiusfam. in fin. Sextum, quòd creditores
non sint secuti fidem hæredis: nam si sint secuti, fortè
quia nouauerunt: vel si vsuras ab eo acceperunt sequẽ-
tes fidem eius: vel si satisdationem ab eo acceperunt, e-
tiam fideiussorem minus idoneum: vel si pignus ab hæ
rede acceperunt: vel alio modo fidem hæredis sint se-
cuti, non possunt impetrare separationem, vt ff. eod. l. 1.
§. illud sciendum. & l. si quis pignus. Quod dicit de no-
uatione. intelligas voluntaria, in necessaria contra. vt
ff. eod. l. vlt. & est ratio vt in eadem l. dicitur. quia facit
hoc creditor ex necessitate. & est arg. ff. de noua. l. alia.
Septimum, quòd bona nõ sint commixta: & intelligas,
de illis bonis quæ commisceri possunt: sicut sunt liqui-
da & frumenta, & pecunia: prædia enim & domus, quę
distinguuntur pariete medio, vt. ff. commun. de serui.
l. si quis duas. §. si quis partem. talia non commiscen-
tur, & vix est quòd possit contingere, vt ff. eodem. l. 1. §.
præterea sciendum. & argu. ff de rei vendica. l. Marcel-
lus. & l. quoquidem, & l. idem Pomponius, & ff. de so-
lutio. l. si alieni. Octauum quòd adierit, & quòd ab adi-
ta hæreditate quinquennium non sit transactum, vt ff.
eo. l. 1. §. quòd dictum est. Nonum, quod petant separa-
tionem corã prætore vel pręside: nullius enim alterius
notio est: & sic nõ credo magistratus municipales pos-
se concedere separationem: & sic credo separationem
ad mixtum imperium pertinere, vt ff. eo. l. 1. in princ. §.
de his autẽ omnib. & ff. ad municipal. l. ea quę. & l ma-
gistratus. Decimum, quòd bona sint penes hæredem.
Cæterùm

Cæterùm si sint vendita & sine fraude, non impetratur separatio: nam quæ per hæredem medio tempore gesta sunt rata conseruari solent, vt ff. eod. l. ab hærede. †
17 QVAESTIO. Illud autem quæritur: quare hoc beneficium separationis sit inductum, & quæ sit eius vtilitas? Respondeo ideò, vt creditoribus hæreditatis consulatur: & vtilitas potest esse creditorum, & potest esse dãnum. vtilitas si bona testatoris sint soluendo, & hæredis bona non sint soluendo, damnum quando econuersò, vt ff. eod. l. 1. §. quæsitum. & l. si creditores. est etiam vtilitas: quia quicquid hæres de hæreditate habebit, totum dabit creditoribus illis: si aliundè acquirat non. d. l. si creditores. & ratio redditur in ipsa l. Est & alia vtilitas: quia impetrata separatione potior est creditor qui impetrauit separationem, etiam si cirographarius sit, quam ille cui ipse hæres rem illam pignori obligauit, vt ff. eod. l. 1. §. sciendum est. Illud autem nota, quod concessa separatione non admittatur pœnitentia creditorum si vellent pœnitere, & dicere, se non debuisse impetrare separationem: nisi iustissima ignorantiæ causa allegata, & tunc eatenus meretur veniam temeraria petitio separationis: vt si aliquis superest creditoribus hæredis, ad illud admittantur, non vt illud quod factum est, reuocetur: nisi in casu quando fideiussori debitor successit, & creditor petat separationem, vt ff. eodem. l. 1. §. vltim. & l. debitor. In hac
18 autem separatione petenda, vtatur actor talibus positionibus. † POSITIO ACTORIS. Ego sum creditor Titij. Item Titius est debitor meus in 10. Item Titius ille decessit. Item tu successisti illi ex testamento vel ab intestato. Item bona Titij sunt soluendo. Econtrà Reus
19 sic faciat positiones. POSITIO REI. † Ego dico, quòd Titius illa 10. quæ tibi debuit, soluit. Item adiuit, & bona sua sunt ita commixta, quòd separari non possint. Item quinquennium transactum est, quòd hæres hæreditatem adiuit. Item hæres vendidit illa bona. Item tu es secutus fidem hæredis. Actor concipiet sic libellum.
20 † LIBELLVS. A vobis domine prætor vel præses vel magister iusticiarie vel camerarie. Ego R. peto separari ex officio vestro bona Sempronij hæredis Titij à bonis ipsius Titij, qui fuit debitor meus in 10. & ad hoc propono officium vestrum. Quòd sic rectè concipiatur libellus dicit ff. eod. l. 1. OPPOSITIO. Sed videtur quòd libellus iste nihil operetur. Nam aut bona sunt talia quæ coniuncta separari non possunt seu commixta: vt sunt liquida, frumentum & talia: & tunc officium iudicis nihil operatur, quia est impossibile quòd separentur, vt ff. eod. l. 1. §. pen. & si præciperet iudex tale præceptũ esset nullum, quia impossibile, vt ff. quæ sententiæ sine appellatione rescin. l. vltim. Item si bona sint talia, quę commisceri non possint: vt sunt prædia, domus & talia: & illa separata remanerent, quomodò petam officio iudicij, cùm separata separari non possint? Respõdeo: tu opponendo factum denotas, & ego ad ius refero me: quando enim dico peto bona separari, hic est intellectus, quòd cum ego sim creditor testatoris nolo concurrere cum creditoribus hæredis, qui hæres fortè soluendo non est: sed tantùm volo esse contentus bonis testatoris. Vnde multi metu istius quæstionis libel-
21 lum sic concipiunt. LIBELLVS. † Coram vobis domine. H. prętor vel magister iusticiarie propono ego R. quòd Gaius fuit debitor meus in 10. qui cùm decessisset & successisset illi Seius qui soluendo non est: ne coniunctis bonis cùm creditoribus ipsius concurram, ideò bona Gaij debitoris mei per officiũ vestrum separari peto. Sed quocunque modo concipiatur libellus quæstio procedit. OPPOSITIO. Item adhuc opponitur: persona testatoris & hæredis eadem reputatur. vt in Auth. eos. de iureiuran. à morient. coll. 5. Item ab adita hæreditate dominium rerum hæreditariarum incontinenti trãsit in hæredem, vt ff. de acquir. poss. l. cùm hęredes. quomodò ergo possunt ex officio iudicis bona separari, quæ iam sunt infixa in personam hæredis, quæ est eadẽ persona cum testatore? Respondeo: de fictione iuris hoc est, quòd eadem persona reputetur: & licèt hoc sit, & sit acquisitum dominium per aditionem, beneficium tamen iuris, quantum ad effectum iuris, vt dixi, creditoribus non est ademptum.

De officio iudicis, quo curator datur bonis alicuius qui cedit bonis: vel qui decedit sine hærede, vel cum hærede, qui non vult hæreditatem adire.

Rubrica.

1 *Actio de officio iudicij, quo curator dat. bon. cedent. vt procedat, quot requirantur.*

2 *Cessio in personis nihil habentis quid operetur.*

3 *Decedere quomodo aliquis sine hærede possit.*

4 *Hæres si dicat se non aditurum, quare sibi præiudicet.*

5 *Hæres an à prætore cogi possit, vt vel adeat quando est purè institutus: vel si sub conditione, vt conditioni pareat.*

6 *Hæres quomodo cogetur, si potest, vt conditioni pareat.*

7 *Curatori quomodo vtiles actiones contra hæredem dentur.*

8 *Curatores plures si bonis dati fuerint, & vnus non attingat, quare non conueniantur illi qui attigerunt, sicut in tutoribus fit.*

9 *Curator cui rationem reddat, quo casu debitori cõtrà eũ actio non detur.*

10 *Libellus in actione ad dand. curat. bon. cedent. quomodo fiant: cum plur. seq.*

RESTAT vlt. tractare de officio iudicis quo curator constituitur bonis alicuius, qui cedit bonis: vel qui decedit sine hærede: vel cum hęrede, qui non vult hæreditatẽ adire: in quib. casib. solet curator bonis constitui ad instantiam creditorum, vt per eum bona vendantur, & creditoribus satisfiat, vt ff. de cura. bo. dã. l. 1. & l. vlt. † Vnde ad hoc vt officio iudicis cura- 1
tor bonis constituatur, tot sunt necessaria. In primis, sicut in superiori rub. notaui: quod aliquis sit creditor, & quòd alius sit debitor. Secundũm, quòd debitor cessetit bonis illis, vt ff. eo. l. vlt. qualiter autem quis cedat bonis, & quid operetur cessio pauca dicã secũd. ea quę dominus meus notat in summa C. qui bon. ced. poss. In primis attende, quòd cedere bonis nihil aliud est, nisi dimittere bona creditoribus ad instantiam & petitionem eorum: non tamen ita, quòd ipsi creditores habeant illa bona iure dominij, vel sua auctoritate diuidãt inter se: sed vt bona vẽdantur, & ex pretio creditorib. satisfiat, vt C. qui bon. ced. poss. l. legis iuliæ. & noli adhęrere verbo quod dicitur, bonis: quasi quod ille solus cedere possit, qui est soluend⁹: stultus esset .n. qui posset soluere, quòd bonis cederet: cùm bona intelligantur quæ beant. i. faciant homines beatos, vt ff. de verb. sig. l. bonor. & sic verba simpliciter ponuntur: nam cedit bonis etiam qui nihil habet, vt C. qui bon. ced. poss. l. cùm filijs a. & actio de peculio tenet etiam si nihil sit in peculio, vt ff. de pecul. l. quæsitum. Petrus etiam dicitur reliquisse omnia, qui non reliquit nisi nauiculam
& rete. QVAESTIO. † Sed quid operatur cessio in perso- 2
na nihil habentis? operatur quò ad omnia beneficia, quæ habet beneficium cessionis. Si tu quæras quæ sunt beneficia? Respon. olim duo, hodie vnum: olim enim nisi debitor cederet bonis, detrudebatur in carcerem: sicut etiam hodie fit in Lombardia: quę dicitur esse multum prouincia libera: non attendentes verbum Catonis. Videto cui des, vt C. qui bon. ced. pos. l. 1. imò vt dicit Aulus Gellius: dabatur creditorib⁹ lacerãdus: licèt hoc cautum legibus nõ inueniatur. Hodie tamen istud beneficiũ non est necessariũ: nam & sine cessione, nunquid debitor qui non est soluendo propter paupertatem detruderetur in carcerem? nõ. imò creditor qui retinuerit debitorem caderet à debito. vt in Authent. vt nulli iudi. § quia vero. coll. 8 & est posita in C. de act. & obli. Authen. imò. nisi in casu C. de cãpti. & postli. reuers. l. vlti. nec dicat aliquis quòd iure antiquo etiam erat illud per legem. C. de actio. & obligat. l. ob æs. nam non est verum: quia iure veteri nõ seruiebat liber

homo

homo pro debito, sed nihilominùs detrudebatur in
carcerem. Est & aliud beneficiú & olim & hodie: quia
cedens bonis, posteà non potest conueniri nisi quate-
nus facere potest, id est, habita ratione sui, ne egeat,
quòd priuilegium pauci habent, vt ff. de cess. bon. l. is
qui bonis cessit. & ff. de re iudi. l. sunt personæ. & ff. de
re. iudic. l. in condemnationem. Sed quale est istud pri-
uilegium, cum nihil aliud habeat, & sic eius peri-
culo nihil sit, vt ff. de furt. l. itaque. & cantabit va-
cuus coram latrone viator. vt ff. de doln. l. nam it. Re-
spondeo: habet hoc beneficium, si posteà aliquid acqui
siuit: quia licèt cedat debitor, non propterea libera-
tur. vt C. qui bon. ce. possu. l. 1. Nec est contra ff. eodem
l. is qui. in fine. quia quòd ibi dicit cedentem non posse
inquietari, ab his q. bus prius debet, subaudi, nisi post-
eà de nouo peruenerit ad meliorem fortunam, quòd a-
liquid acquisiuerit, & acquisitum nó sit modicú: quòd
æstimabatur iudicis officio secundùm quantitatem, vt
ff. de cess. bon. l. is qui bonis & l. qui bonis. & l. si de bo-
nis. Est secundú necessarium ad hoc vt admittatur ces-
sio, scilicèt vt debitor agnoscat debitum: vel sit condé-
natus: vel confiteatur in iure: ante enim quam aliquid
istorum interueniat, si vult cedere debitor nó auditur,
vt ff. de cess. bon l. pen. & secundum hoc debet legi li-
tera illa. qui bonis cedit, id est, bonis cedere vult ante-
quàm debitum agnoscat soluẽdo fortè vsuras: ea poné
do cautionem de soluendo debitum, vt argu. ff. de lege
commis. l. 3. & C. de iur. don. imperran. l. 2. & C. de præ-
scrip. 30. an. l. cùm notissimi. vel petẽdo dilationem. vt
C. de re iudi. l. ad solutionem. vel soluendo partem, vt
C. de non nu. pecu. l. cùm fidem cautionia. cõdemnetur-
ue per sententiam creditore agente, vel in iur. cõfitea-
tur audiri, non debet: & sic l. illa, legitur cum non. Et
secundùm hoc quæritur quę sit ratio? Respondeo: opti-
ma, sicut assignauit R. dominus meus: quia interest rei-
publicæ ne quis re sua malè vtatur, vt Instit. de his qui
sui vel alien. iur. §. fin. quia multi sunt de facili facturi
cessionem, ideò istud statuitur: legitur etiam litera illa
sine non, & erit talis intellectus: aliquis est debitor, &
alius est creditor, petit creditor debitum, debitor di-
cit: cedo bonis. quæritur an audiatur antequàm agno-
scat debitum, vel sit condemnatus, vel confiteatur de-
bitú. & respondit ibi Vlpi. quòd audiatur. & sic legitur
sine non. sed quare auditur? quia tacitè videtur confi-
teri de intentione aduersarij: quis enim stultus cederet
bonis, nisi debitor esset: cùm non præsumatur quis pe-
cuniam suam iactare, vt ff. de probat. l. cùm de indebi-
to. & erat illa dubitatio l. illius: quasi quod tunc demú
admittatur cessio, quando constabit aliquem debitoré
vel agnoscendo, vel per condemnationem, vel per có-
fessionem: adijcias quartum exemplum, vel per cessio-
nem. Nec est locus oppositioni. l. non videtur ff. de ex-
cept. non videtur de intentione aduersarij confiteri,
qui exceptione vtitur. quia hic nó vtitur exceptione,
imò debitum confiteri videtur. Et sic etiam respódeo.
l. si quidé. C. de excep. somnia remotis omnib. alijs glo-
sulis, quæ videtur inducere: in dea enim in cessione ad-
mittenda debet esse cautus, vt temerariam cessionem
non admittat, vt C. qui bon. cedere pos. l. si quantitaté.
Item licèt aliquis dicat se velle cedere, si tamen ipsum
pœniteat antequam bona eius vendantur & velit se de
fendere, audiri debet, vt ff. de cessi. bo. l. qui bonis. & l.
quem pœnitet. si enim aliquis vocatus aliquando ad a-
liquod munus, dicat ego prius volo dimittere omnia
bona mea, vel cedere bonis, non admittitur hæc cessio,
vt C. eo. l. propter. si enim vult cedere post administra-
tum officium, tunc admitteretur, vt C. eod. l. si pater. I-
tem non desideratur solennitas in cessione facienda, si-
cut faciunt Amalsitani qui habent linteamen & pe-
cten, & pectinant caput suum sedendo in terram, & di
cunt cedo bonis: imò sufficit sola voluntatis professio:
siue extra ius, siue per literas, siue per núcium, vt ff. co.
l. fin. & C. eod. l. in omni cessione. Item in cessione tali
voluntas creditorum admittitur qui volunt dare indu
cias, non illorum qui volút admittere cessionem, vt C.
eodem. l. vltim. Hac cessione facta petunt creditores

dari curatorem bonis, vt ff. de curat. bon. dan. l. vltim.
Vel petitur curator dari bonis etiam si debitor non ce-
dat: siue moriatur sine hærede, vel cum hęrede, hæres
tamen repudiet & dicat se nolle adire: ita creditore
poterunt adire prætorem, vt curatorem bonis consti-
stituat, per quem bona vendantur, vt ff. de cura. bo. dã.
l. 1. & 2. Idem est & si quis instituetur hæres sub condi-
tione potestatiua, vel quæ pendeat ex facto alterius: si
intra statutum tempus à iudice conditio illa non exti-
terit, creditores possunt petere vt curator bonis con-
stituatur, vt ff. de hæredita. instit. l. si quis instituatur
hæres in diem. QVAESTIO. † Circa ista tria exempla 3
tribus modis quęritur: & primò sic: quomodo quis po-
test sine hærede decedere? ad minus fiscum habet hæ-
redem: quia successor caducorum & bonorum vacan-
tium est, vt C. de bon. vacan. l. 1. lib. 10. & ff. de peti. hæ-
redit. l. venium. §. cùm antequam partes. Respondeo:
potest esse, quòd fiscus nolit succedere: quia forte ille
non erat soluendo, vt ff. de iure fisci. l. 1. §. an bona. †
QVAESTIO. Secundò quæritur: quare sibi præiudi- 4
cet, si dicat hæres se non aditurum, etsi sub conditione
sit institutus? Nam cum non possit repudiare, nisi hæ-
reditatem quam potest acquirere, vt ff. de acqui. hære.
l. is qui. & ff. de legat. 2. l. si ita. ergo si repudiatio mihi
non nocet, nec nocebit mihi si dico, non adibo. at lex
dicit quòd nocet, vt ff. de curator. bon dand. l. 1. Respó-
detur: aliud est repudiare, quòd fit sola voluntate repu
diantis, & ideò quis iuri competituro renunciare non
potest: at cùm dicit quis non adibo creditoribus in stã-
tibus: illa verba, habent vim pacti, per quòd pactum
potest quis iuri competituro renúciare, vt C. de pact. l.
1. & C. de tempori b. appell. l. fin. §. fin. & ff. à quibus ap-
pel. non licèt l. 1. §. si quis ante. Vel aliter licèt prædicet
vt curator detur bonis: non tamen præiudicat vt hære-
ditatem videatur repudiasse. & hoc notauit dominus
meus R. sed hoc vltimum non approbo: quia constitu-
to curatore bonis, & venditis, quid faceret posteà hæ-
res? certe nihil, cùm ea quæ fiunt per curatorem datum
bonis, rata sint, vt ff. de cura. bo. dan. l. 2. §. 1. † QVAESTIO. 5
Item adhuc quæritur cum quilibet hæres possit delibe
rare, vt C. de iur. deliber. l. cum antiquioribus. & l. sci-
mus. & habeat certum tempus. vt in legibus illis. & C.
de inoffic. testam. l. penulti. quid est quod legitur ff. de
cura. bon. dan. l. 1. quòd hæres cogendus sit à prætore: vt
vel adeat quando purè institutus: vel si sub conditio-
ne, vt pareat conditioni, si potest: vel non potest, di-
cat se non aditurum? Respondeo: quòd in l. illa dici-
tur, intelligitur quando deliberare noluit hæres, vel
quando tempora deliberandi transiuerunt. Constitue-
tur etiam curator bonis, si aliquis sit absens, & non sit
qui defendat, & bona sua deuastentur: vel fortè quia
captiuus est. C. de cap. & postli. rer. l. 3. & ff. ex qui-
bus causis ma. in integ. rest. l. ab hostibus. §. 1. QVAE-
STIO. † Item quæritur de eo quod dicitur ff. de cu- 6
ra. bon. dan. l. 1. quòd hæres cogendus sit conditioni
parere si potest: quomodò cogetur? Respondeo: cau-
satiuè non præcisè, scilicèt si non vult ab hæreditate
repelli: sicut & mater cogitur petere tutorem filio im
puberi. vt C. ad Tertul. l. 3. & ff. qui pet. tu. l. 2. & sic pa-
rebit conditioni. si non; dabitur curator bonis. Attende
tamen multa quæ sunt notatu digna in hoc curatore
constituto. Primum quia ad instantiam omnium credi
torum vel maioris partis constituitur: vt per prætoré
Romæ, vel præsidem in prouincia: & sic credo per ma-
gistratum municipalem: quia nomen præsidis nomen
generale est, vt ff. de officio præsid. l. 1. licèt quidam di-
cant, quòd strictè accipiatur nomen præsidis: vnde
magistratus municipalis non dabit curatorem bonis:
quasi quòd hoc sit mixti imperij. vt argum. ff. ad muni-
ci. l. ea quæ. & l. magistratus. Secundum, quòd non crea
tur curator inuitus: sed volens, nisi magna necessitate
imminente. & tunc ex mandato Imperatoris. Tertium,
quòd nec agendo nec defendendo caueat de rato, nec
iudicatum solui. vt ff. rem ratam haberi. l. actor. Quar-
tum, quòd omnes actiones quæ competebant debito-
ri vel contra eum directæ: curatori competant vtiles
& contra

& contra eum. Quintum, quòd omnia quæ acta, facta, gesta per illum curatorem sunt, rata sint. Sextum, quòd si plures sint curatores constituti, quòd quilibet agat & conueniatur insolidùm: nisi sint regiones diuisæ: quia vnus in Italia, alius in Prouincia: tunc quilibet pro regione sua aget & conuenietur. Septimum, quòd quando plures cōstituuntur: licèt vnus nihil attingat, nihilominùs tamen conueniri possit: hoc quando volens & spontaneus constituitor, non quando inuitus: tunc enim ille qui nihil attingit non conuenietur. Octauum, quòd nulla actio detur debitori, (quem lex vocat fraudatorem) contra illum curatorem de ante gesto: sicut hæc omnia leguntur ff. de cura. bo. dan. l. de cu
7 ratore, & l. si plures. & l. Imperatores. QVAESTIO. † Sed quæritur qoomodò isti curatori dantur vtiles actiōes, & contra eum: cùm non fuerit obligatus, nec ex contractu vel quasi, nec ex maleficio vel quasi. Respōdeo: hoc fit beneficio senatusconsulti, cuius senatus nomen non habemus, vt ff. de cura. bon. dan. l. Imperatores. sicut in Trebel senatuscon. cuius beneficio illi cui fit restitutio, & contra eum enmpetunt vtiles actiones, vt ff. ad Trebell. l. facta. §. ita. l. ita tamen. §. qui ex Trebelliano. QVAESTIO Sed nunquid iste curator iurabit de calumnia? Respondeo sic: quia principales personæ iurant hodie: vel ille ad quas negotium in medio migrauit, sicut persona hæredis, & sicut tutores & curatores, vt Authent. principales. quæ est posita in C. de iu-
8 reiuran. propt. calum. dan. QVAESTIO. † Item quæritur: si plures sint curatores dati bonis, & vnus non attingat: quare non conueniūtur primò illi qui attigerunt, sicut in tutoribus? vt C. de diui. tutel. l. 2. & ff de administra. tut. l. tutores, qui post sententiam. §. curatores. & argum. ff. mandati. l. creditor. §. duobus. In curatoribus autem datis bonis etiamsi vnus non attingat, nihilominùs tamen conuenitur in solidum, vt dictum est. Respondit dominus meus & dominus P. quòd aliud est in tutoribus, & curatoribus sicut ibi glosant. sed dominus R. qui subtiliter cuncta rimatur. dicit sic quòd legitur ff. de cura. bo. dan. l. 2. intellige, si curator conueniatur ab eo qui contra defunctum vel debitorem se actionem habere dicebat: cæterùm si ad rationem reddendam conueniatur, quòd in tutoribus & curatoribus dicitur: vt primo conueniatur qui gessit, idem in hoc curatore obseruandum dico: & hoc secundùm R.
9 QVAESTIO. † Sed cui reddet rationem iste curator, cùm debitori contra eum non detur actio? vt ff. eod. l. Imperatores. Respondeo: verum est quòd non detur actio, si aliquid commisit fortè quia malè gessit leui vel leuissima culpa: cæterùm si dolo vel lata culpa quid commisit, tunc tenetur, vt ff. de bon. auto. iudi. possid. l. prætor. §. est prætereà. Et sunt similia argumen. ff. de pact. l. tres fratres, ff. de nego. gesto. l. Pomponius, si negotium. ff. mandati. l. creditor, ff. de administra. tut. l. quidam decedens, & ff. de libera. legat. l. Aurelius. & l. Aurelio. & l. non solùm. in quibus omnibus legibus cauetur, quòd illa videntur remissa, quæ culpa leui commissa sunt, non quæ lata vel dolo. Concipiunt autem credi-
tores sic libellum. LIBELLVS. † Coram vobis domine 10
iudex M. ciuitatis A. proponimus nos creditores, quòd Titius debitor noster sine hærede decessit: & non est qui nostra persoluat debita: vnde per vos petimus curatorem bonis quondam Titij constitui: ad hoc pro-
ponimus officium vestrum. Vel si hæres sit aliquis, qui 11
nolit adire vel non adiuit, dicens sic. LIBELLVS. † Quòd cum Titius debitor noster decesserit, & Seius sit illi hæres, qui nondum adijt: quem compellatis vt vel adeat: quando est purè institutus: vel dicat se non aditurum: vel conditioni pareat, quando est institutus sub conditione: quòd si nolit, petimus curatorem bonis cōstitui: & ad hoc proponimus officium vestrum. Quòd sic rectè concipiantur libelli dicit ff. de curator. bon. dan. l. 1. OPPOSITIO. Sed opponitur. non videtur, quòd aliquo modo necessarius sit libellus. Nam curator non datur inuitus, vt dictum est: & sic si petat curatorem dari bonis, petitio illa nulla est: quia non hunc, non istum, non illum: & si aliquem nominas, ille non compelletur inuitus. item si est volens aliquis, & vult crea ri, ad quid necessarius est ille libellus? certè videtur quòd ad nihilum. Respondeo licèt hoc multi admiserint propter merum quæstionum: tamen ego dico necessarium esse libellum: quia si nullum inuenire possim qui velit, tūc maximam credo necessitatem & causam quod quis compellatur. sed rescripto principis primò habito: vel si est volens, nihilominùs libellus dabitur, vt authoritas legitimè interponatur, vt ff. de cura. bo. dan. l. 1. Hæc exempla tanquàm vtilia tractare præuidi, vbi officium iudicis intentatur loco principalis actionis. alia exempla si qua inueniri possunt, studiosis tractanda & inuenienda relinquo.

Huius Tractatus Finis.

TRACTATVS SEXTVS DE BONORVM POSSESSIONIBVS.

De bonorum possessionibus. Rubr.

1 *Bonorum possessiones quare actiones non sint.*
2 *Bonorum possessiones à quo magistratu petantur.*
3 *Bonorum possessiones contra tabulas, quomodo ex testamento dicantur.*
4 *Bonorum possessio contra tabulas quare in libris digestorū primò intituletur, & postea secundum tabulas.*
5 *Bonorum possessiones quare inuenta fuit.*
6 *inter Bonorū possessionem & petitionem hæreditatis qua differentia sit.*
7 *Bonorum possessio secundum tabulas vel alia causa cognita si alicui data fuerit, nunquid alij venient.*
8 *Bonorum possessiones an repudiari possint.*
9 *Bonorum possessiones edictales an decretales, & decreta hodie dicantur*
10 *Bonorū possessiones, an præsente altera parte fieri debeāt.*


OMPLETO per Dei gratiam tractatu omnium actionum secundum arborem Domini Ioann. multas actiones addidimus, quæ non sunt in arbore · additum est etiam & de officio iudicis, quòd non est actio: sed tantum quantum & actio in certis casibus operatur, vt supra dixi. Restat vt de bonorum possessionibus, quæ licèt non sint actiones, operantur tamen tantum quantum & actiones, de qua diligenter & per ordinem videamus breuiter. Sed licèt de bonorum possessionibus debuerim tractare post tractatum prætoriarum, & inter prætorias: quia omnes prætoriæ sunt. vt Institu. de bonorum possess. tamen vltimò tractare præuidi: quia non sunt actiones: ideò quasi inter actiones illas inse-
rere nolui. QVAESTIO. † Sed quæritur: quare bonorum 1
possessiones non sint actiones? nam ex deffinitione videtur, quòd sint actiones. enim bonorum possessio est ius persequendi retinendique patrimonij siue rei, quæ cuiusque fuerit, cum moritur, vt ff. de bonorum possessio. l. 3. Et actio est ius persequendi in iudicio quòd nobis debetur, vt Institut. de action. in principio. ergo bonorum possessiones sunt actiones. Respondeo, non est ita: nam est ius quod persequimur: sicut ius patriæ potestatis in filio.

Est ius quo persequimur, sicut actio: & est ius propter quod persequimur sicut bonorum possessio. & sic licet bonorum possessio sit ius persequenti non tamen est actio. Nam non est ius quo persequimur, sed est ius propter quod persequimur. nam etiam iure veteri quando impetrabantur, cum maxima solennitate impetrabantur: sed hodiè non est necesse: nam & hodiè etiam sufficit sola petitio coram prætore: sed cum causa cognita, vt ff. de bon. possess. l. 3 §. si causa autem cognita & §. vltim. & C. qui admitti ad bonorum possessio. l. vltim. & C. de curatore furiosi. l. vlti. & quamuis concedantur bonorum possessiones, non propterea res à possessoribus vendicabit: sed illud habet: quia acquirit sibi quod dam ius, propter quòd poterit posteà agere, scilicèt possessoria hæreditatis petitione: quæ est actio per quã vendicabit bona à possidentibus, vt ff de possessor. hæreditat. petiti. l. 1. & 2. sicut de illa diximus suprà in tractatu prętoriarum in speciali rubricella: & est bon. argum. ad hoc ff. de inofficio. testamen. l. Papinianus. §. 1.

2 QVAESTIO. † Item quæritur à quo hodiè petantur bonorum possessiones, nunquid a magistratu municipali? Respondeo: refert de quibus loquaris, an loquaris de vijs ordinarijs quæ ius tribuunt: aut de alijs quæ ius nõ tribuunt & extraordinariæ sunt. Primæ petentur, & concedentur ab his qui habent merum vel mixtum imperium, & pro tribunali, vt ff. de bonor. possess. l. 3. §. causa. & §. vltim. Aliæ conceduntur à magistratibus municipalibus, vt ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. l. pen. §. vltim. & secundum hoc verba quæ sunt ibi: vt possessio bonorum detur: legas, quòd si vna pars: & volue literam. & dicas: vt bonorum possessio detur, scilicèt extraordinaria: quæ ius non tribuit, vt statim dicemus: qualis est Carboniana, & quæ datur mulieri nomine ventris, & quæ datur gratia litis agnoscendæ, secundùm quosdam demandari potest. Si autem vis dicere, quòd sint duæ partes: dicas, vt bonor. poss. detur, id est, danda sit, vt in sequentibus exemplis nomine dãti insecti, &c. istud demandatur: quia potest hoc delegari, & cognoscere magistratus municipalis an danda sit sed dare re ipsa, id est, in possessionem mittere, hoc non demandatur: nec cognoscet de hoc magistratus municipalis. vt ff. ad municipal. l. ea quæ. & ff. de iurisdict. omn. iudic. l. vltim Sciendum est quòd sicut tradit dominus meus in summa C. qui admitti ad bonor. possess. bonorum possessio diuidatur, quòd alia sit ordinaria, alia extraordinaria. Ordinariæ sunt 6. duæ ex testamento, scilicèt secundum tabulas, & contra tabulas. sed hæc est duplex. vna quæ datur filijs contra testamentum patris: alia quæ datur patronis contra testamentum liberti. Quatuor ab intestato, scilicèt vnde liberi: vnde agnati: vnde cognati: vnde vir & vxor. vt Institu. de bonor. possess. §. 1. & §. sunt. & § cum de testamentis. Est & septima extraordinaria: quæ nunc ex testamento, nunc ab intestato competit. secundùm quòd de qualibet in sua rubrica dicemus. vt Institut. de bon. possess. §. sunt. & §. de septima, & ff. si tabulæ testamenti nullæ exta. l. 1. Dicuntur etiam extraordinariæ, scilicèt Carboniana, & illa quæ datur mulieri nomine vẽtris, & illa quæ datur gratia litis agnoscẽdæ: secundũ quòd de qualibet in sua rubr. dicemus, vt ff. de Carbon. edict. l. 1. & ff. si mulier ven. no. l. 1. & ff. de inoffi. testa. l. Papinian. QVAESTIO. † Sed illud quæritur quare bo. pos. dicuntur quædam ordinariæ? imò deberent dici omnes extraordinariæ: cùm hodie sine solennitate petantur, & extra vllum solennem ordinem, vt supr. dixi. arg C. de curat. furio. l vlt. §. 1. & C. qui admit. ad bono. poss. l. vlti. Respondet dominus meus, quod duabus de causis dicantur extraordinariæ illa septima dicitur extraordinaria: quia non est stabilita certa parte edicti. s. ex testamento tantum: vel ab intestato: sed quasi larga nunc ex testamento, nunc ab intestato. Aliæ alia de causa dicuntur extraordinariæ. s. quia ius non tribuunt: vnde possunt dici q? facti sint, vt ita loqnar. s. illæ duæ Carboniana, & quæ datur mulieri nomine ventris. Item & quia in eis concedendis non desideratur maxima causę cognitio: imò ferè sine causæ cognitione concedũtur: quòd in alijs ordinarijs contrarium est: & ideò quia istud intermittitur, dicuntur extraordinariæ, vt ff. quis or. in bon. poss. seruetur. l. 1. §. in bon. & ff. Carbon. edic. l. 1. §. causæ. & ff. de ventre in poss. mitt. l. vbicunque. §. interdùm. & ff. de inoffic. test. l. Papinian. fateor tamen quòd vno considerato. s. ordine solennitatis antiquæ omnes bonorum possessiones dicantur extraordinarię: sicut actiones & iudicia. vt Insti. de successio. sublatis. & de senatuscon. Clau. §. vlti. & ff. de neg. gest. l actio. † 3

QVAESTIO. Item quæritur quomodò bon. poss. cõtra tabu. dicitur ex testamento? imò debet dici contra testamentum: cùm potiùs testamentum impugnet quam iuuet. Respondeo: dicitur ex testamento non quod testamentum confirmet, sed quia contra testamentum datur: nam si testamentum non esset factum, non competeret: ideò dicitur ex testamento, quia quandiu contra tabulas potest intentari bonorum possessio, secundum tabulas intentari non potest, vt ff. de bono. poss. contra tab. l. illud. §. vltim. & ff. de bon. pos. secundum tabul. l. æquissimum. in prin. QVAESTIO. † Item quæritur quare in ff. intitulatur primò de bo. pos. contra tab. & posteà secundum tab. in C. autem ecõuersò. Respondeo: in ff. considerauit legislator rationem prædictam: quia quandiu locum habet contra tab. secundum tab. nõ habet locum. in C. cõsiderauit Imperator tractare primò secundùm tab. quia dignior est, cum tueatur voluntatem defuncti: quam contra tabu. quæ impugnat. QVAESTIO. † Item quæritur quare bonorum possessiones sunt inuentæ? nam sufficit hodie petitio hæredi. siue loquamur de directa petitione hæreditatis: siue de possessoria: vel erunt supernacuæ bon. poss. vel petitiones hæreditatis: nisi assignetur differentia inter ista: nam si competit mihi petitio hæreditatis: quæ in sola animi voluntate consistit, vt C. de cura. furio. l. vltim. & C. de iure delibe. l. si auia. & ff. de acqui. hæred. l. aditio. quare vellem petere bonorum possess. quę mihi non acquiritur, nisi concedatur à prætore: quare volo laborare, & ire ad curiam cum nonnullas moras habeat exceptio iudicij, vt ff. vt legat. nomi. ca. l. etiam. Item quare vellem petere bonorum possessionem quæ tollitur aliquando anno, vt in venientibus ex linea ascendenti: vel centum diebus vtilibus, vt venientibus ex linea transuersali, vt C. qui admit. ad bon. poss. l. 2. & l. emancipata, & ff. quis ord. in bon. possess. serue. l. vltim. cum possim hæreditatis petitionem habere. quæ durat vsque ad annos 30. cum sit personalis & mixta, vt C. de constitu. pecu. l. 2. & C. de peti. hæred. l. hæreditatis, & C. in quib. cau. s. cess. longi tempor. præscript. l hæreditatem, & C. quib. non obstat long. temporis. l. neque & C. de edic. diui Adrian. tol. l. vltim. Respondeo multis modis. & primò, quia interest nostra habere plura auxilia, vt ff. de liber. legat. l. 2. quamuis aliquando inutilia sint, vt ff. de serui. l. et fundo. Vel aliter. bonorum possessiones sunt inuentæ pro illis, qui aliter succedere non poterant, nec habere petitionem hęreditatis. & illis sunt necessarię, quia nõ est opus sanis medico, sed male habentibus, sicut sunt emancipati quos ius ciuile non cognoscebat, vt Institut. de exhæred. liberorum. §. emancipatos. & Institut. de hæredi. quæ ab intest. defe. §. emancipati. & ita videtur quòd in personis istorum bonorum possessiones sint necessariæ, vt Instit. de bon. posses. §. sed & nostra. illi autem qui sunt in potestate, habere possunt, si volunt: & ita in personis illorum videntur voluntariæ. sicut in qualibet rubrica plenè dicemus: & ideò emancipati habere non poterant petitionem hæreditatis, quæ est de iure ciuili. vt ff. de petiti. hæred. l. item veniunt. §. pridiè. cum erant, vt dixi, iure ciuili incogniti. & hoc idem in cognatis, & in viro & vxore. Sed non videtur hæc bona ratio hodie iure nouo: nam sublata est differentia patriæ potestatis & emancipationis, & etiam agnationis & cognationis, vt in Authen. de hęred. ab intestato. colum. 9. & in Authẽ. vt fratrum filij. colum. 9. quæ sunt positæ in C. ad Tertul. Authen. defuncto. & C. de legiti. hæredit. Authent. cessante. & Authen. post fratres. & Authent. sicut. C. de legiti. tute. Respondeo: multi hoc de plano concedunt.

Sed

Sed dominus meus R. qui subtiliter cuncta rimatur, di-
cit quòd auth. loquuntur, quando volunt ab intestato
succedere: & tunc hoc solùm tollitur iure nouo, quòd
in potestate constitutus non præferatur emancipato,
sed emancipatus succedat iure suo. & ita etiam hodie
bonorum possessionea etiam ab intestato locum habēt:
in successionibus autem ex testamento iura noua non
loquuntur: vnde quòd non mutatur, quare stare prohi-
betur, vt C. de testament. l. sancimus. & sic etiam ex te-
stamento locum habent bonorum possessiones. Et sic
per ista quæ dicta sunt patet, quòd bonorum possessio-
nes non sint superuacuæ: & differentia est inter illas &
6 petit. hæredit. QVAESTIO. † Si tu quæras quæ sit diffe-
rentia inter bonor. possess. & petit. hæredita. Respon-
deo: dicit dominus meus in summa C. qui admitti ad
bonor. possess. quòd bonor. possess. sunt de iure præto-
rio: petitio hæreditatis de iure ciuili. vt Institut. de bo-
no. poss. & ff. de petit. hæred. l. item veniunt. §. pridiè. I-
tem illæ temporales, illa perpetua. Item illæ pro hære-
di & bonorum possessori: illa verò datur hæredi. vt In-
stitut. de bono. posses. §. 1. & ff. de peti. hæredi. l. 1. 2. & 3.
Item illæ sunt ius propter quod persequimur, & illa
est ius quo persequimur, vt suprà dixi. Item bono. poss.
inuito non acquiritur, vt ff. de bonor. posses. l. 3. §. inui-
to. hæreditas autem sic: licèt possit abstinere, vt Instit.
de hæred. quali. & diffe. §. sui. Item scriptus hæres hæ-
reditatem adijt: licèt contra tabul. debeat intentari,
quòd in secundum tabu. bon. posses. non est. Item in il-
lis desideratur authoritas prætoris: at in petitione hæ-
redi ad hoc vt competat, non desideratur: sed tantum
aditio, quæ in animo consistit, vt suprà dixi. Habet ta-
men quasdam similitudines: quia sicut hęreditas habet
commoda & incommoda, sic bonorum possessio. nam
& si non sint soluendo bona, dicitur hæreditas: vel bo-
nor. possess. vt ff. ad leg. Falcid. l. 3. & ff. de hæredi. vel a-
ction. vendi. l. & cum hæreditas. cum legib. sequent. &
ff. de verbor. signific. l. si hæreditatis appellatione. & l.
hæredis appellatione. & l. bonorum appellatio. sicut
hæreditas, vt ff. de bono. possess. l. 3. §. hæreditas. QVAE-
7 STIO. Sed quærit dominus meus si alicui fuit data bo-
norum possessio secundum tabul. vel alia, & causa co-
gnita: quia probauit se filium, nunquid alij venient. &
probanti se filium, & illi cui data est patebitne aditus
ad petendam bonorum possessionem? videtur quòd nō.
argumē. ff. de relig. l. at si quis. §. 1. in fi. & ff. de acquir.
poss. l. iustè. Sed contra est: quia sub hac conditione vi-
detur prætor concessisse scilicèt si filius est. argumē. C.
de diuer. rescrip. l. vniuersa. & de insti. sub condict. fa-
ctis. l. generaliter. & quia res inter alios acta, &c. &
quia hæc sententia non facit ius generale. ff. de inoffic.
testam. l. filio. §. vlti. Item idem effectus videtur, quia
8 ad idem tendunt: licèt alio modo. QVAESTIO. † Item
quæritur, an illæ bonorum possessiones repudiari pos-
sint? & certè videtur in primis quod non. nam omnis
bono. posses. consideratis certis temporibus, vel est e-
dictalis, quæ ab edicto prætoris inducitur: & sic omnis
bonor. posses. dicitur edictalis: quia omnes sunt à iure
prætorio. vt Institut. de bonor. posses. vel est decreta-
lis. putà quando vado ad prætorem, vt eam mihi con-
cedat. & quia cum causæ cognitione concedit interim
donec deliberat, illa bono. posses. est decretalis. vel est
decretalis, id est, quia prætor decernit illam bonorum
posses. mihi dari: nulla istarum repudiari potest edi-
ctalis & decretalis: decretalis non, quia nondum est
delata nisi cum decreta fuerit: postquam decreta est
non; quia quòd est acquisitum, repudiari non potest: si-
cut hoc habes ff. de suc. edicto. l. 1. §. decretalis. Item e-
contra videtur quòd repudiari possit, vt C. de repu.
bon. posses. & in rubrica. & in l. 1. & 2. Item repudiatur
& tacitè: vt si transeant centum dies vel annus. vt C.
qui admitt. ad bonor. posses. l. 2. & l. si emancipata. Re-
spondeo: dicunt quidam quòd bonor. posses. repudiari
non potest: & quòd dicitur in l. 1. & 2. C. de repu. bonor.
posses. intelligunt de repudianda petitione bonorum
possessionis, & assignant rationem. is demum potest
repudiare. qui potest acquirere, vt ff. de leg. 2. l. si ita. §.
sub conditione. & ff. de acquiren. hæredi. l. is potest re-
pudiare. cum ergo possim petere hanc petitionem re-
pudio. sed bonorum possessio, quę nondum est mihi ac-
quisita nec concessa: quomodò posset repudiari. & ad-
ducunt simile. pignoratitia quæ non competit ante so-
lutam pecuniam, vt ff. de actione pign. l. si rem alienā.
§. omnis. non potest tolli pręscriptione: sed tollitur via
offerendi pecuniam debitori, sicut & tollitur in per-
sona secundi creditoris, vt C. de præscript. 30. ann. l.
cum notissimi. P. autem alio modo respondit, dicens e-
nim bonorum possessionem nec decretam nec agnitam
repudiari posse. & sic dicebat edicta etiam repudiari
non posse. Item decreta & agnita similiter non repu-
diatur: quia prætor eam sibi concessit sine tua petitio-
ne. & in hoc item. casu loquitur. l. 1. & 2. C. de repu. bo-
no. posses. Alij dixerunt edictalem posse repudiari: in
quo casu loquitur in C. decretalis autem & decreta
non. & hoc propterea, quia est deducta in iudicium. &
sic de decretali & decreta propter authoritatem rei iu-
dicatæ. & sic loquitur ff. de succes. edicto. l. 1. §. decre-
talis. nunquam enim. §. ille, facit mentionem de edicta-
li: vel loquitur in C. de repu. bonorum posses. scilicèt
quæ datur gratia lit. agnosc. de qua habetur ff. de inof-
fic. testam. l. Papinianus. quòd friuolum reputo. QVAE-
STIO. † Sed cum hodie non seruetur tanta solennitas in 9
petenda bonorum possessione sicut iure antiquo. vt C.
de curato. furio. l. vltim. in 1. colum. & C. qui ad bonor.
posses. l. vltim. & ff. si tab. testamēti nullæ extabu. l. 1. &
ff. de bono. posses. l. 3. §. à municipibus. Decernuntur ho-
die bon. posses. edictales, decretales & decretæ. dicit
dominus meus quòd nō. & sic notatur in summa C. qui
admit. ad bonor. possess. nam dicit hodie vocari edicta-
lem & iudicialem: edictalem ab edicto prætoris mor-
tui: iudicialem a prætore viuo. ex eo, quòd accipit effi-
caciam ex præsentia iudicis: nec est differentia inter
decretam & decretalem. Sed salua pace sua licèt non
tāta desideretur solennitas, nihilominùs etiam hodie
posset dici decretalis & decreta. In eo enim instanti
quo decernitur dicitur decreta: in illo quando cogno-
scit an sit danda dicitur decretalis, hoc est decernen-
da. Has quæstiones generales ad omnes bonorum pos-
sessiones pertinentes tractaui. Nunc ad rubricellas sin-
gulas descendamus: & qualiter in eis libelli concipi-
antur. & primò de bon. posses. secundum tabul. quæ di-
gnior est. Hoc tamen nota in omnibus bonorum pos-
sessionibus, quòd quæ ius tribuunt, cum decreto, & nō
de plano, sed pro tribunali dentur. vt ff. de bon. posses.
l. 3. §. si causa. QVAESTIO. † Sed quærit ibi dominus me- 10
us nunquid præsente altera parte? Respondi ita credo
vbicunque tanta solennitas desideratur, vt ff. de mino.
l. verum. §. causa. & argum. ff. de adopt. l. nam ita. & C. si
vt se ab hæredi. absti. Authē. ibi signata. Nec est contra
quòd seruus admittatur, vt ff. de bon. poss. l. seruus. qui
in ordinarijs non consueuit admitti. vt C. de iud. l. ser-
uus. Respondeo: imò in casibus, vt ff. de iudi. l. vix. & C.
si per vim vel alio modo. l. 1. & C. qui legi. perso. l. mo-
mentaneæ. & in hoc casu. Item nec obstat contra: quòd
victoria aliquando non proficiat mihi, vt ff. de leg. pre-
stand. l. filium. §. si quis. nam & hoc idém in querela in-
officiosi test. vt ff. de inoffic. test. l. posthumus. §. si quis.
Et de hoc pleniùs dicemus infrà de bonor. possess. con-
tra tabul. circa finem.

De bonorum possessione secundum tabulas. Rubrica.

1 *Actio bonor. posses. secundum tabul. vt competat, quot ne-*
cessaria sint.
2 *Bono. posses. secundum tabu. quare concedantur.*
3 *Positiones actoru & Rei in bonorum posses. secund. tabu.*
actione. nu. 4.
5 *Libelli in actione bon. possess. secund. tab. quomodò formē-*
tur. cum plu. seq.
6 *Bonorum possess. secundum tabul. an hodie necessaria*
sit.

9 *Testamentum cùm ruptum sit, quomodo alicuius voluntate restaurabitur, cum omnia ex integro facienda sint.*

10 *Tabulæ duæ testamentariæ si fuerint, quarum quæ posterior fuit si nesciatur, quoniam eodem die diuersis hæredibus scriptæ apparent, an eorum aliquis admittatur, vel nullus.*

SI aliquis facit testamentũ, & te hæredem instituat,
& vis succedere de iure prætorio, habes bonorum
possessionem secundum tabulas: quæ hodie posset
appellari bon. poss. secundum chartam vel secundum
membranam, vt ff. de bon. poss. secundum tabul. l. 1. §. 1.
ideò enim dicitur secũdum tabulas: quia antiqui quicquid
scribebant, totum scribebant in tabulis. vnde &
dicta fuit lex 12. tabul. si testamentum sit factum in scriptis:
alioquin si coram testibus, tunc dicetur secundum
nuncupationem, vt C. de bon. poss. contra tabu. l. 1. Quę
1 bonorum possess. † ad hoc vt competat, tot sunt ferè necessaria,
quot diximus suprà de petitione hæreditatis,
& de actione ex testamento. Item est & aliud necessarium,
quòd ille qui fecit testamentum, non præterijsset
filium suum, cui datur contra tabulas. nam tunc quandiu
contra tabulas locum habet: bonorum possess. secũdum
tabulas non competit, vt ff. de bonor. poss. contra
tabu. l. illud. §. vlti. & ff. de bon. poss. secundum tabul. l.
æquissimè, in princ. saluo eo quod notaui infra de Car
2 bon. edict. in fin. QVAESTIO. † Sed quæritur quæ sit
ratio? Respondeo, in promptu est: nam si tales sunt tabulæ
quæ debent rumpi per contra tabulas: quomodò
bono. poss. secundum tabu. petetur? secundum quas tabulas?
certè secundum nullas. nam ita demùm datur
secundum tabulas, si tabulæ illæ non sint incisæ, vel nõ
rumpantur, vt ff. si tabul. testamenti nullæ extabu. l. 1. §.
pen. & vltim. Item est aliud necessarium, quòd tabulæ
illæ sint vltimæ, vt ff. de bon. poss. secund. tabul. l. 1. §. 2.
& 3. & quòd sint instituti vtiliter, vt ff. eo. l. hi demum.
Item aliud, quòd in vtroque tempore habeat ius faciẽdi
testamentum ille, qui testamentum fecit: & tempore
illo cum fecit testamẽtum, & illo tempore cum moritur,
vt ff. de bono. poss. secund. tabul. l. 1. §. exigit prætor;
veri. sed si quis. Quintum, quòd nomen illius, qui
instituitur secundum tab non sit consulto deletum: nam
tunc non competit, vt ff. de bon. poss. secundum tab. l. æquissimum.
§. si consulto. & l. si ita. § penul. aliàs si casu
nomen sit deletum: vel ipsum testamẽtum fractum vel
corruptum à muribus, non nocet, vt ff. de bon. poss. secund.
tab. l. 1. §. si linum, & C. de testamen. l. si vnus. Sextum,
vt sciat hæres tabulas extare, & sibi delatam bono.
poss. vt ff. de bon. poss. secund. tabu. l. 1. §. 1. & 2. Septimum,
vt illæ tabulæ quæ extant sint authenticæ, non
exemplum: ex exemplo enim bon. poss. secundum tabu.
non petitur, nisi testator ab initio in duobus exemplaribus,
vel duobus codicibus scribi fecerit testamentũ:
tunc enim vtrunque illorum habetur pro vno, & bon.
posses. peti potest, vt ff. eod. l. 1. §. si quis duobus. OPPOSITIO.
Sed opponitur ex eodem. §. exigit prætor. in fine.
quia dicit generaliter in omnibus qui amittunt testamenti
factionem, quòd testamentum ante factum valeat.
& sic finis illius §. videtur contradicere principio.
Respondeo, scio quòd dominus meus ibi in glosa
sua multa notauit: sed illis omissis sic dico, quòd licèt
de vtroque tempore faciat mentionem prætor, & quo
testamentum facit & quo moritur: primum tamen tempus
considero, vt dicit §. ipse in princip. Cæterum si
postea amittat factionem testamẽti, & amittat propter
infirmitatem: vel quia bonis fuit sibi interdictum, testamentum
primum valet: quia quòd legitimè factum
est, non debeat ex euentu posteriori infirmari, vt ff. de
itin. actuq. priuat. l. nec enim. & C. de administ. tutor. l.
sancimus. nisi in casu quando amittit capitis diminutione:
tunc si tempore mortis inueniatur sui iuris, & ciuis
Romanus, licèt primò ciuitatem & libertatem amiserit,
& testamentum inueniatur in suo statu, id est, signatum
septem sigillis, quando fuit solenne, bonorum
possess. secundum tabul. petitur, alias non. vt Institut.
quibus mod. testament. infirmen. §. non tamen. idem est
& sui iuris, dicat primum velle valere, vt ff. eodẽ. l. qui
ex liberis. §. vltim. OPPOSITIO. Sed ille cui bonis est
interdictum quomodò testamentum illius valet. videretur
enim quòd licèt ante fecerit, quòd deberet rumpi?
Respondeo: illud interdictum non operatur illud
quod operatur, capitis diminutio: quia status illius nõ
mutatur, & non videtur interdicta sibi administratio,
quia potest testari. vt argum. C. de secund. nup. l. si quis
prioris. Et sic remanet verum edictum prætoris, quòd
vtroque tempore debeat quis habere factionem testamenti,
vt si amittas vel spontè, vel capitis diminutione
minima, vel delicto, vt media: si autem casu amittat,
non nocet, vt dictum est. Octauum, quòd si petatur bonorum
possessio ex pupillaribus tabulis, quòd testamentum
patris signatum sit, vt ff. eod. l. vt bonorum. In
hac autem actione actor fac. tal. positio. quales pro maiori
parte feci suprà de petitio. hæred. & suprà de actione
ex testamento: faciat etiam has. † POSITIO ACTORIS. 3
Ego dico, quòd ille qui me instituit, decessit sine
liberis. Item istæ tabulæ vltimæ sunt. Item ille qui fecit
testamentum, habuit factionem testamenti & tempore
illo quo fecit & tempore mortis. Item istæ tabulæ
authenticæ sunt, & originales. Item tabulæ patris pupilli,
cui fui substitutus, signatæ sunt. Econtrà Reus illis
vtatur positionibus, quibus vtitur suprà de petitio.
hæred. & de actione ex testamento: dicet etiam sic. POSITIO
REI. † Ego dico, quòd ille de quo dicis, qui fecit 4
testamentum, quòd habuit tempore mortis filium. Item
illum in suo testamento præteriuit. Item illud testamentum
fuit primum. Item ille qui fecit testamentum,
amisit testamenti factionem. Item passus est capitis
diminutionem vel minimam vel mediam: de maxima
enim nõ dubito. Item istæ tabulæ exemplares sunt.
Item tabulæ patris pupilli sine signis inueniuntur. In
hac autem bon posses. actor concipiet sic libel LIBELLVS. 5
A vobis B pote. Bononiæ vel Romanorum senatore
peto ego R. mihi dari & concedi bonorum possessionem
secundum tabulas patrimonij, seu omnium bonorum
quæ fuerunt quondam Titij tempore mortis: qui
Titius me sibi hæredem in vltima sua voluntate vel in
suo testamento instituit. Quòd si rectè concipiatur libellus
dicit l. 1. ff. de bonor. poss. OPPOSITIO. Sed videtur.
quòd stultus sit actor qui de talibus se intromittit:
nam cum sit institutus potest hæreditatem adire solo animo.
vt C. de iu. delib. l. si auiam. in qua aditione facta
omnia iura incontinenti transeunt in illum, vt ff. de
acquir. posses. l. cum hæredes. quare vult ire ad prætorem,
& petere sibi hanc bonorum possessionem concedi,
quæ petitio non prodest sibi in denario. Respondeo:
secundum ista si vult hanc bonorum posses. petere, potest:
& sic si vult facere factum suum malè, & de suis expendere
bene potest: quia prætor non fuit auarus, tam
egentibus, quam non egentibus subuenire. vt Iustit. de
bono. posses. Et nonnè audiuisti etiam de illo qui obtinuit
in sententia, & poterat sententiam petere executioni
mandari, & tamen ad actionem primitiuam voluit
recurrere & actionem nouare. vt C. de exe. rei iud.
l. 2. Item & de alio stulto non audiuisti, qui facto inuẽtario
securè potest adire, & tamen petij tempus ad deliberandum.
vt C. de iure deliberand. scimus. Et sic confiteor,
quòd multi se intromittunt de lana caprina, &
de inanibus sumptibus: cũ melius esset his si se inanib⁹
sumptib⁹ non vexarent, vt ff. de inof. test. l. 1. cũ intersit
nostra litis sumptibus nõ vexari, vt ff. de min. l. minoribus.
QVAESTIO. † Sed quæritur an hodie ista bonorum 6
possessio sit volũtaria, & sic modicæ vtilitatis esset vel
nullius: an sit hodie necessaria, & sic maximæ vtilitatis
esset: nam videtur quod sit necessaria ista & contra tabulas.
vt Insti. de bon. pos. §. sed nostra constitutio. Respondeo:
& olim & hodie voluntaria est. sed secundũ
quod dixit dominus meus P. non fuit prætor auarus tã
egentibus quam non egentibus subuenire: cùm scriptũ
sit, Omne superuacuum pleno de pectore manat. In sex
tamẽ casibus & olim & hodie est necessaria. verbi gratia.
Primus casus est: feci testamentum in quo posthumum

mum præterij,& aliom institui.natus fuit posthumus:
testamentum rumpitur de subtilitate iuris ciuilis, si
decedat posthumus antequàm testamentum'rumpatur
re ipsa hoc est vt aperiatur qood erat signatum, hæres
institutus oecesse habet petere secundum tabulas, &
fuccedere de iure prætorio,cùm de iure ciuili non pos-
sit succedere:quia testamentum est ruptum, vt ff.de in-
iust.& irrit.testa.l.posthumus prætericos.Item & in fi-
lio nato præterito si se à bonis paternis abstinet, vt ff.
de iniust.& irrit.testamẽ.l.filio præterito. In hoc casu
7 concipiet actor sic libellum.†LIBELLVS.A vobis domi
ne A. po. Romanorum senato.peto ego R.dari mihi &
concedi bonorum possessionem secundum tabu.patri-
monij & bonorum omnium quę fueront Titij tempore
mortis suæ: qui me hæredem instituit:non obstante quod
natos fuerit posthumus, qui erat in testamẽto illo prę-
teritus: quia mortuus fuit posthumus antequam testa-
mentum re ipsa rumperetur. Quòd sic rectè concipia-
tur libellus probat.ff.de liber.& posthu. l. posthumus.
OPPOSITIO.Sed oppooitur.Certnm est vt dicit l.præ
dicta,& Instit.quib.mod.testamẽ.infirmen.quòd post-
humus præteritus natus rumpat testamenrum,quomo-
dò ergo quod roptum est,potest posteà coosolidari seu
reintegrari?Respondeo:verum est de iure ciuili,sed de
iure prætorio, quòd fuit inductum gratia suppleodi
vel corrigendi vel adiuuandi iuris ciuilis,secus, vt ff.
de iusti.& iure.l.ius autem ciuile. Secundus casus est,
quando aliquis fecit testamentum, & posteà dedit se
in adoptionem vel arrogationem: & de adoptione in-
telligo facta ab auo paterno in quem transeunt ciuilia
& naturalia iura:quia tunc transit in potestatem, aliàs
non.vt Instit.de adopt.& C.de adopt. l.pen.de iure ci-
uili ruptum est testamentum per capitis diminutionẽ
minimam:quia transit in potestatem.sed si finita sit ad-
optio,& testameotom signatum inueniatur, bonorum
possessio secund.tabul.erit necessaria,vt Institut.quib.
mod.testam.infirme. §.alio quoque modo. Tertius ca
sus est:quando aliquis passus est mediam capitis dimi-
nutionem,quòd primò fecit testamentum ruptum est
de iure ciuili.sed si testamentum inueniatur signatum,
& tempore mortis inueniatur ille ciuis Romanus, bo-
norum posses.secundum tabul. videtur oecessaria. vt
Institut.quib.mod.testam.infirm.§.alio quoque modo.
Quartus quando quis fecit testamentum, & dedit se in
arrogationem,ecce ruptum est testamentum & olim &
hodie:quia transit in potestatem. vt Instito.de acquisi.
per arroga.si posteà fiat sui iuris & dicat literis seu co-
dicillis se mori illo testamento,bonorum possessio se-
cundum tabulas erit necessaria :qola voluntas quæ de-
fecit,iudicio recenti redijsse intelligitur, vt ff.de bon.
poss.secund.tab.l.qui ea liberis.§.vlti.In his tribus ca-
8 sibus concipies sic libellum. LIBELLVS.† A vobis do-
mine senator peto ego R.&c. retineas omnia vsque ad
non obstante quod fuit ille Titius adoptatus vel arro-
gatus,vel quòd amisit ciuitatem vel libertatem : quia
factus est posteà sui iuris testamento sigoato vel volẽs
mori in illo testamento decessit.qoòd sic rectè concip.
9 libel.dicunt iura prædicta. QVAESTIO.† Sed quæritur:
quomodò cùm sit testameotum ruptum, sola mea vo-
luotare, restaurabitur,cum omnia ex integro facienda
sint? vt ff. qui testament.face.poss.l.hæredes.Item sola
voluntate primum testamentum non tollitur, si testa-
tor dicat nolle valere, vt Instit.quib.mod.testam.iofir.
§.pen.ergo eadem ratione testamentum non debet re-
integrari:si dicat testator,quòd velit illud valere. Re-
spondeo:verum est de iure ciuili: sed de iure prætorio
secus,vt diai. Nec obstat C.de testament.l.hæredes.
quòd omoia sint facieoda ex integro, subaudi quando
volo primum testamentum mutare, sed non quando
volo confirmare,vt ff.ad Trebell.l. si quis priore.Item
nec obstat vltimum argumentum: quia tunc tractatur
de testamento tollendo,secus si de eo coofirmando: vt
hic. Quintus est,quando qois filium suum emancipa-
tum sub conditione instituit: vt si Imperator intraret
Italiam:vel sub alia casuali:ideò dico de emancipato,
quia in potestate constitutus sub tali conditiooe non
potest hæres institui,vt ff.de hæred. institut. l.suus.nisi
sub potestatiua, vt ibi.& ff.de conditio & demonstra-
tio l.Lucius Titius.oisi io defectum casualis exhærede-
tur,vt ff.de hæred.institu. l. iam dubitare.iste emanci-
patus Institutus sob illa conditione medio tempore ac-
cepit bonorum possessionem secundum tabulas, quòd
potest,vt ff.codẽ.l.1.§.si sub conditiooe posteà defecit
conditio: qoia de iure ciuili non potest adiri hæredi-
tas,vt argumen.ff.de conditio.& demonst.l.Publius.&
l.quib.& l. qui hæredit. de iure prætorio necessaria est
bonorum possessio secundum tabul. quæ conuertetur
in contra tabulas & sic album conuertitur in nigrum,
vt ff.eodem.l.ęquissimum.§.sub conditione.& ff.de bo
nor.poss.contra tab.l.non tantùm. §. si quis ea liberis.
Sextus casus,quando furiosa fuit rogata restituere hæ-
reditatem,certum est quòd de iure ciuili hæreditatem
non possit adire furiosa nec eius curator, vt C. de cu-
rato. furio. l. vltim. sed de iure prætorio curator petet
bonorum possessionem secundum tabulas & hæredita
tem restituet, vt ff.ad Trebell.l.cùm hæres.OPPOSITIO.
Sed opponitur in eo quod dictum est in quinto casu,
quòd si deficiat conditio quod habebit posteà contra
tabulas: quia secuodum tabulas conuertitur in contra
tabulas,vt dictum est. Quæritur enim quomodò possit
ista conuersio fieri, quòd bonorum possessio secundum
tabulas conuertatur in contra tabul. Item quæritur il-
la booor.posses.quam accepit medio tempore pendẽ-
te conditione verùm fuerit facti,an iuris? Respoodeo
quidam dicunt,quòd facti sit hoc casu.argument.C.de
inofficio.testamen.l.filijs.Dominus meus in summa C.
de bonor.posses.secund.tabul.dicit,quòd illa iuris sit:
quia si extiterit conditio, habebit efficaciam suam si
autem defecerit conditio,conuertetur in contra tabu-
las,vt dictum est:& illa conuersio fit de mirabili æqui-
tate prætoris. nam ex quo nuoc defecit conditio,ioue-
nitur filius iste emancipatus præteritus. si ergo habet
contra tabul. quæ datur præterito planum est: sicut in
seqnenti rubrica dicemus.tunc autem quando accepit
secuodum tabul. sperabatur de aduentu conditionis:
& sic secundum varietates temporum iura variantur.
argum.in Authent.de consanguin. & vterin.fratribus.
coll.5. OPPOSITIO. Sed adhuc opponitur ff.de bonor.
posses.secondum tabul. l.æquissimum.§.si quis ita insti
tuerit.in fin.vbi dicitur,quòd antequam existat condi-
tio bono.poss.secundum tab.peti non possit. Respõdeo
non potest pro dodrante,sed pro quadrante sic, secuo-
dum quòd ibi ponitur exemplum: quam partem certũ
est illum omoi modo habiturum.arg.ff.de hæredit.in-
stit.l.liber homo.§.si ita scriptum. Vel aliter, imò pro
dodrante,vt in prædicta l.si sub cõditione. & quòd hic
dicit,peti noo potest illa scilicet quæ iuris est:illa quæ
facti est,petitur conditione pendẽte,vt ibi.Vel meliùs
non potest peti pendente conditione,vt illa habeat ef-
fectum iuris,quòd noo possit auferri cooditione defi-
ciente:sicut ibi notat dominus meus. QVAESTIO.†Quę- 10
stio quædam fuit hic mota per dominum R. quæ est v-
tilis:quòd si fueriot duæ tabulæ quarum quæ fuerit po
sterior nescitur,quia fortè scripræ apparent eodem die
diuersis hæredibus institotis, admittetur eorum vllus
vel nullus?Respondeo:si quidẽ simul signatæ huiusmo
di tabulæ reperiantur dicemus duo testamenta dici de
bere:sed quia incertũ est quæ prior quæ posterior, pro-
pter incertum,dico vtrunq; admitti, vt ff. de bon.poss.
secund.tab.l.qui ea liberis. 1. respõso.& ff.de reb dub.
l.qui duos.§.1.& ff.de vulg.& pupil. substit.l.ex duob.
§.2. vt sic non consideremus naturam penes quam om-
nia certa sunt,sed scientiam nostram secundum quam
omnia futura incerta sunt, vt ff.de iud.l.sed & si.§.vlt.
multa tamen cootraria inueniuntur, quòd nullus ad-
mittatur, quia non est certum quod testamẽtum fuerit
posterius, vt arg.ff.ad Trebell.l.si eum qui nouissimus.
sed ibi mater ponebatur substitota,& sic cõtiogit pro-
pter matris reuerentiam, vt noo admittatur substitu-
tus in partem sed mater: sicut & alias similis fictio to-
leratur propter patronalem reuerentiam,vt ff. de reb.
dub.l.qui duos.§.si cum filio suo.Item contra arg. ff.de

rei ven.l.item Pomponius.§.vlti.nam si non est certum de quo agro sit actum, nullius fiet condemnatio, non obstante ff.de iudic.l.si quis, intentione. quia l.illa, intelligitur quantum ad hoc vt recipiatur libellus: non tamen quod in processu iudicij nō habeat necesse probare de quo certo: sicut aliàs incertæ partis vendicatio datur quantum ad hoc vt recipiatur libellus, certum tamen debet probare in processu iudicij, vt ff. de rei vend.l.quæ de tota.§.incertæ Sed in l.illa, item Pomponius. hoc ideò contingit propter fauorem Rei. & est quòd imputetur actori quare non probauerit. vnde actore non probante qui conuenitur obtinet, vt C. de edeo.l.qui accusare. Item contra arg.ff.de liber. & posthum.l.2.nam si dicit testator filium exhæredo, cum plures essent, si non aparet quis sit exhæredatus, nullus exhæredabitur. sed illud propter odium exhæredationis quod restringitur, vt in eod.titu.l.cum quidam,& ff.de ventre in poss.mit.l.1.Item contra argu.ff ad leg. Aqui. l.scientiam.§.cum stramenta. sed ibi ideò quia damnū cum damno compensatur, est quo nō apparet quis fuerit aggressor: tunc enim teneretur aggressor, vt ff.si quadrup.paupe.fec.dica.l.1.§.cum arietes.Item contra argum.quòd nullus admittatur non ratione iuris deficientis, sed ratione probationis, vt ff. de testamē.tutel.l. duo sunt Titij, sed ibi ideò quia deterius est pupillo per plures tutelam spargi, vt ff.de admini. tut.l.2.vnde cum testator voluit vnum dare tutorem & non duos, nullus illorum erit: quia poterit pupillo alio iure succurrit, quia dabitur illi datiuus tutor.Item contra arg. ff.de hæredib.insti.l.in tempus.§. quotiens. nam ibi cū testator habeat multos amicos eiusdem nominis,& dixit Seium hæredem instituo, nullus erit hæres.Respondeo: ibi certum est testatorem vnū voluisse habere hæredem:& ideò si omnes non admittantur, non est mirū. hic autem præsumo contra, ex quo verum testamentū apparet.Item contra arg.ff.de hære.instit. l.qui soluendo:& l.anuitum.sed in l.illa, ratio redditur quare hoc contingat propter legem Aeliam Sentiam, quæ voluit tantùm vnum manumitti ab eo, qui non est soluendo. vnde concurrendo se impediunt.Sicut & aliàs in legatarijs,C.de cadu.tol.l.vnic.circ. medium. Et sicut viufructuarij concursu se impediunt, vt ff.de vsufr.l.quotiens,& ff.de leg.1.l.huiusmodi.§.vlti.Item contra arg. ff.de reb.dub.l. si fieri.in qua l.multa ponuntur exempla,& tamen propter incertitudinem omnia vitiātur. Sed respondeo: quòd ibi ideò vitientur, quia si omnia fierent, esset contra voluntatem testatoris, quòd hic non est.Item arg. pro & contra.ff.de leg.l.1. Titia testatores.§.1.sed in l.ipsa redditur ratio. Præterea si vtrumq; admittimus, iam faciemus contra voluntatem testatoris, qui noluit nisi vnum hęredem esse: absurdum est enim plus tribui à prætore quàm testator voluit, vt ff.ad Trebell. l. facta.§.si sub conditione. & l.si cui purè.§.si autem à me.

De bonorum possessione contra tabulas, quæ datur filio vel nepoti prætorio contra testamentum patris vel aui. Rubrica.

1 *Actio bonorū possessionis contra tabulas vt procedat, quot requirantur.*
2 *Bonorum possessio contra tabulas quare concedatur.*
3 *Filius præteritus in potestate constitutus, an dicat testamentum nullum ipso iure.*
4 *Filius institutus quare bonorum possess. contra tabulas nō habeat.*
5 *in Præteritione filij an causa inferenda sit, sicut in exhæredatione.*
6 *Exhæredatus quare bonorum possess. contra tabulas non habeat.*
7 *Emancipato. qui est iure ciuili incognitus, quare detur querela inofficiosi testamenti, quæ est de iure ciuili.*
8 *Bonorum possessio contra tabulas quomodò vitiosa esse dicatur.*
9 *Positiones actoris & Rei in tali actione.nu.10.*
11 *Libellus in tali actione, quomodo formetur.*
12 *Filio in potestate quid magis expediat, dicere testamentū nullum de iure ciuili, vel rumpere de iure prætorio per cōtra tabulas.*
13 *Filius emancipatus si in bon.poss.contra tabulas obtineat, nunquid omnibus legata præstabit.*
14 *Filius testamentum defendendo, an hæreditatem adire videatur, quæ in sola animi voluntate consistit.*
15 *Iure prætorio quare bonorum possess. secundum tabulas locum non habeat, quamdiu contra tabulas intentari possit.*
16 *Bonorum possessio contra tabulas, quæ datur filijs præteritis, quare competat siue hæreditas adita fuerit, siue non.*
17 *Præteritus quare contra tabulas habeat, querelam autem inofficiosi testamenti nequaquam: & quare exhæredatus querelam habeat, bonor. possess. contra tabulas autem non.*
18 *Emancipatus si exhæredatus fuerit, quid fiat.*
19 *Testamentum primū si iure perfectum fuerit, & ibi filius exhæredatus sit, & in secundo testamento perfecto sit præteritus, quomodò contra testamentum bonor. poss. contra tabulas habeat.*
20 *Bonorum possessor contra tabulas quod beneficium filio præterito afferat.*

NVNC de bonorum possessione contra tabulas videamus: & in primis quibus competat: & quādo. Sciendum est, quòd competat secundum iura antiqua, tām filijs legitimis & naturalibus, quā adoptiuis, vt ff.de bo.poss.contra tabu.l.1.§.1.& in multis legibus titu.illius: ex liberis enim oportet esse eos, vt hanc habeant bonor.possessionem. vt ff eo.l.non putauit. §. vt autem. sed & omnibus etiam descendentibus ex illis, si alius eum in gradu antecedenti nō præcedat de descendentibus, vt ff. eo.l.non tantum.§.1.sed hodiè per Iustinianum filio adoptiuo non daretur contra tabulas, cum nullum auxilium habeat in bonis patris adoptiuè, nisi tantùm ab intestato: & hoc quādo ab extraneo est adoptatus, vt C.de adopt.l.vlt. & Insti.de hære. quæ ab intest. defe.§.admonendi.cæterum si ab auo materno vel paterno in quem transeunt & ciuilia & naturalia iura, tunc fortè haberet: & non cōpeteret tanquam adoptiuo, sed tanquam filio: quia nō videtur trāslatus sed redditus: vt potius veritas naturæ .s. filiationis, quam imago adoptionis consideretur, vt ff.de liber & posthum.l.filio.& competit hæc bonorum possessio siue filij sint nati, siue nascituri: vt posthumus, vt ff.eodē.l.1.§.2.† Vnde ad hoc vt competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit filius legitimus & naturalis: soli enim adoptiuo vel soli naturali non datur, vt dictum est. Sed opponitur ff.eod.l.1.in princ. vbi lex videtur velle quòd soli naturali detur, sed quòd ibi dicit, siue naturales, subaudi & legitimos: naturalis enim solus qui non sit legitimus, nullum ius dabet in bonis patris naturalis decedētis ab intestato: nisi quòd succedat tantum in duabus vncijs, vt in Authen. quib. mod.nat.effi.sui.§.discretie.col.6.& est posita in C. de naturalib.liber.Authē.sed hodiè.& de hoc dic vt plenè notatur suprà, de offic.iud. quo alimenta petuntur. qualiter naturalibus hodie subuenitur, vbicunque inuenitur quod naturali detur contra tabulas, intelligas de legitimo & naturali.Secundum, quòd ille qui fecit testamentum sit pater vel auus paternus: si enim sit mater vel auus maternus contra testamenta illorum hæc bonorum possessio non competit, vt ff.eo.l.illud.§ ad testamenta fœminarum.QVAESTIO.†Sed quęritur quę sit ratio? Respondetur in iure, quòd nulla fœmina potest habere filium in potestate, vt in l. prædicta.& ff.de suis & legiti.l.nulla.& C.de adopt.l.si mulierem.& sic datur contra testamentum illius qui potest habere filium in potestate: sicut aliàs in pupillari substitutione quam

qoam nõ potest aliquis facere, nisi personam illam habeat in porestate, vt ff. de vulg. & pup. subst. l. 2. Nec obstar in co. tit. l. si marer. quæ viderur innuere, quòd mater pupillariter substituat. Respondeo, non est verum: quia quod dicit ibi, quòd valeat substitutio, intelligas noo pupillaris: sed valet substiturio ab illa marre facta. i. quia illi filio suo substituit. Vel aliter & meliùs: cum præteririo matris & omnium ascendentium per matrem babeatur pro eahæredatione, vt Institu. de eahærcdat. liber. §. mater. & hæc bonorum possessio non detur eahæredato, vt ff. eod. non putauit. § 1. ideò contra testamenta fœminarum non datur, vt ff. eo. l. illud. §. ad restamenta. & sic ootat dominus meus in summa. C. de bonor. possess. contra tabul. Et quare præteritio matris habeatur pro eahæredatione, ratio redditur Institut. de eahæredat. liber. § marer. Tertium, quod iste filius vel nepos sit emancipatus, vt ff. eodem. l. non tantum §. si emancipat. & hoc quidam. sed non admitto sic indistinctè. nam si emancipatus tunc habet hanc bonorum possessionem vt necessariam. cæterùm si suus tunc habet etiam hanc bono. poss. licèt voluntariam, vt C. de liber. præterit. l. maaimum. & hoc est quòd dicitur ff. eo. l. 3. §. si emancipatus, in illis verbis, obscuris. nnn enim per rescissionem. s. patriæ potestatis, quæ rescinditur per emanciparinnem, qui ell iustus filius, sit non iustus filius, cum rescissio. i. emancipatio vel liberatio patriç potestatia faciat, subaudi quò magis admittatur ad contra tab. non quò minùs admittatur ad conrra tabul.

3 † QVAESTIO. Sed quæritur in eo quod diai, quòd filio in potestate constituto detur contra tabolas: nonne filius in potestate constitutus præteritus dicit testamentum ipso iure nullũ. vt Institut de eahæreda. libero. & ff. de liberis & posth u. l. Gallus. & l. inter cætera. & C. de liberis præter. l. vlti. si testamentum est nullum, quomodò ergo filio in potestate constituto & preterito datur contra tabulas: cum hæc bonorum possessio testamentum rescindat, quòd ipso iure nullum est: & quòd non est, rescindi non possit, vt ff. de iniust. & irrit. test. l. nã & si sub condirione. Respoodeo verum est, quòd testamentum sit ipso iure nullum, imò nullius momenti, in quo filius io porestate est præteritus. vt ff. de iniust. & irrit. test. l. 1. considerato iure ciuili: sed considerato iure pretorio testamentum tenet: sed oportet, quòd rescindatur: & sic habebit electionem hic filius, vtrũ velit succedere de iure ciuili, & dicere nullum: an de iure prætorio & rumpere per contra tabu. Sed dices quia ita stultus esset, qui posset dicere nullum, si vellet tnanibus sumptibus vexare, & per contra tabulas rumpere? arg. ff. de innsti. rest. l. 3. Respondeo: & si stultus sit tamen hoc potest facere: multotiens enim hoc inuenim⁹: nonnè stultus fuit ille, qui poterat petere mandare sententiam eaecutioni, & ipse actionem illam in factum, ea re iudicata vel causam iudicati nouauerit? vt C. de execu. rei iud. l. 1. imò licitum est nobis etiam quædam habere quæ inutilia sunt, vt ff. de serui. l. ei sundo. Item quod diai, quòd filius in potestate prætetirus dicat testamentum ipso iure nullum, si uatus est. Cęterùm si posthumus etiam de iure ciuili testamentum nascendo rũpat. vt ff. de libe. & posth. l. quòd dicitur. & l. Gallus. & C. de posthu. hære. instit. l. 1. Item de vtroq; attende, vt testamentum sit nullius momenti, si filius natus præteritus hoc proponat. Verũ si à bonis paternis abstinuit: licèt iuris subtilitas videatur refragari: attamen volũtas testatoris ea bono & æquo tuẽda est à prætore, vt ff. de iniust. & irrit. test. l. filio præterito. Item in posthumo si oatus vel ipse vel alius pro eo perat hoc. s. testamentũ esse ruptum. cæterùm si ante decedat, licèt iuria scropulositate nimiaq; subtilitate testamentum sit ruptum, de iure tamen pretorio consolidatur, vt ff. de iniust. & irrit. test. l. posthu. præteritus. & io bis duob. casib. bon. pos. secund. tabu. necessaria est: vt in superiori rubrica notaoi. Quartum, quòd filius sit præterius, id est, quòd nulla mentio de eo instituendo vel eahæredãdo facta sit: nam si sit institutus siue purè, siue sub cõditione, cum habeat secun. tab. cõrra tab. illi non datur, vt ff. eo. l. non tantùm. §. si quis ex liberis. Item si est exhæredatus similiter contra tab. non habet locum, vt ff. eod. l. non putauit. §. 1. C. eod l. a. 4

QVAESTIO. † Sed quæritur, quę sit ratio quare institutus filios non habeat cõtra tabu. Respondeo: in prædicta lege ratio redditur: quia eum sit institutus, quò bonum esset dari illi cõtra tabulas? certè nulla vtilitas: nam cum detur cõtra tab. contra testamentum, quomodò posset contra testamẽtum petere, in quo inuenitur institutus: & hoc attende nisi alius frater pręteritus, qui committat edictum: tūc institutus habet contra tabulas: & si non beneficio sui, habet tamen beneficio alterius. vt in prædic. l. §. si quis ea liberis. quasi hic sit intellectus: vt si sint duo filij vnus instituatur: alius sit præteritus: præteritus committat edictum, id est, habeat contra tabu. ea edicto pretoris: & sic propter hoc quod est valdè mirabile, institutus habet hoc beneficium, id est, quia potest dicere & proponere cõtra tabulas. Itẽ aliud mirabile: quòd siue præteritus proponat contra tabul. siue non, nihilominus institutus habet contra tabulas si vult. vt ff. eod. l. si post mortem. §. vltimos & l. Labeo §. vlt. & sic illa secũd. tabulas conuertetur in contra tabulas. sed hæc cõuersio illi non proderit: quia præstabit omnibus legata illo præterito non proponente contra tabulas, nec adeunte, vt ff. de legat. præstand. l. pen. de bono. posses. contra tabul. l. nunquam. ff. eodem. l. si post §. vlti. præterito enim adeunte postquam obtinuit in contra tab. si postea institutus adeat, non præstabit omnia legata, nisi liberis & parentibus, vt ff. de leg. præstã. l. si is qui. §. sed si scriptus. OPPOSITO. Sed opponitur ff. eodem. l. si duobus § sed & illud. vbi videtur, quòd omnibus legata præster pro illa parte pro qua institutus est. Sed respondeo: quòd ibi noluit proponere contra tab. sed voluit ex testamento habere, & ideò sibi pręiudicauit. Hodie autem his anfractibus non est locus: quia ex causa præteritionis si sit irritum testamentum omnibus legata præstantur, vt in Authent. posita in C. de lib. præteri. Authen. ea causa. vnde hodie non video eapedire, quòd institutus propter alium præteritum committẽtem edictum proponat contra tabul. nisi quò ad vnum: quia si institutus est ea minori parte per contra tab. reducetur illa portio ad virilem, vt ff. eod. l. non putauit. §. vltim. sicut hoc notat dominus meus in summa C. de 5 bon. poss. secundum tabu. QVAESTIO. † Sed an in præteritione causa sit inserenda: sicut in exhæredatione dicemus in rubr. de querela inofficiosi testamenti. Sed quod dixi de præterito, quòd detur contra tab. intelligas de præterito à patre vel ab ascendentibus per patrem: si autem à matre, vel ab ascendentibus per matrem, non habet contra tabulas: quia illa præteritio habetur pro exhæredatione. vt supra io hac bon. poss. notaui. Item quòd dixi de exhæredato attende ita verum si eahæredatio ritè facta sit. vt ff. eodẽ. l. non putauit. §. non quæuis. Sed quomodo ritè? Respondeo, quidam dicunt, quòd commisit causam quare debeat eahęredari: quòd non credo, quia tũc nullo iuuaretur remedio. & litera diaisset rectè. dicas ergo ritè, id est, purè. Cæterum si sub conditione sit filius eahæredatus, de quacũque conditione intelligas, tunc habet contra tabulas: licèt institutus sub conditione nõ habeat: & ratio redditur in l. sub conditione ff. eod. hoc de emancipato, & in potestate constituto idem. vt suprà ff. de libe. & posthu. l. & si pepercerit. §. filius. sed hoc plus in filio in potestate constituto: quòd si instituatur sub conditione casuali, nisi in defectum ipsius exhæredaret, non valeat institutio: licèt quando instituit ipsum sub conditiõe potestatiua non habeat necesse ipsum eahæredare in defectum ipsius, vt ff de hæredi. institut. l. suus. & l. iam dubitari, & C. de institut. sub conditio. fact. l. si pater. † 6

QVAESTIO. Sed illud quæritur: quare exhæredatus non habeat contra tabulas? Respondeo in l. illa, non putauit. in prin. videtur ratio reddi: sicut iure ciuili ne testamentum parentum turbent: sed si velint, possint querelã inofficiosi instituere: sed ratio illa nulla: quia de iure ciuili non habent contra tab. cum omnes bon. poss. sint de iure prætorio, vt Insti de bon. poss. Respondeo, illud non est per omnia similitudinarium: sed quò ad

quędam, sicut alibi. Perfecti estote sicut & pater vestee cælestis est perfectus: non est ibi per omnia sicut. & similiter ff. de pign. act. l. si cum venderet. §. vlti. Sed hæc est ratio: cum exhæredati de iure ciuili nullo alio modo tuibent testamẽtum partis nisi per querelam, & sic posset emancipato exhæredato per querelam succurri: bic noluit prætor esse largus, vt daret scilicèt cõtra tabulas, quæ datur tantum præterito: in qua bonorum possessione tantum testamentum redarguo, ex quo nõ inuenio me institutum neq; exhæredatum: sed in querela quando inuenin me exhæredatum, tunc & patrem meum accuso, quòd fecerit contra officium pietatis, &
7 etiam ipsum testamentum quod rescindatur. † QVAESTIO. Sed illud quæritur: quomodò emancipatn qui est iure ciuili incognitus, vt Instit. de exhære. lib. §. emancipatos. & de hæreditatib. quæ ab intestato. §. emancipati. datur querela inofficiosi testamenti, quæ est de iure ciuili? Respondeo hác quęstionem determinabimus statim in tractatu de querela inoffic. testamenti. Item quòd dixi de filio ritè exhæredato, ideo dico: quia si nõ ritè, vel quia sub conditione, vt dixi, vel quia tantum ab vno persona exhæredatur, habetur pro præterito. & ideo habet contra tabu. vt ff. de bono. poss. contra tabul. l. non putauit §. si ab vno. & ff. de libe. & posthum. l. & si pepereerit. §. filius eodem modo est vitiosa exhęredatio: quando post aditam hæreditatem exhæredat: scilicèt quisquis mihi hæres erit: filius meus exhæres esto. Nam boc est impossibile, vt post aditam hæreditatem sit exhæredatus tantum: nam cum ante aditam hæreditatem inueniatur pręteritus, ergo babet contra tabulas, vt ff. de libe. & posthum. l. & si pepercerit. §. filius. in fin. Sed quomodo quis exhæredat ab vna persona? Respondeo, quando dico sic: filium meum exhæredo tantum à Titio, Mœuium mihi instituo, vt ff. de liber. & posthum. l. 3. §. filius. Item intellige ritè exhæredatum, quando per alium scribitur exhæredatio exterùm si manu sua quis se exhæredem scribat pro nihilo
8 est, vt ff. eod. l. non putauit. §. si quis sua manu. † QVAESTIO. Sed quæritur quare est vitiosa: nonne potest ab vno gradu exhæredare, vt in l. prędict. quare non ergo ab vna persona? Respondeo, ratio est in promptu: quia quando exhæredat à gradu toto cõtra totum illum gradum habet querelam: sed quando ab vna persona exhęredat est inconueniens: quia iam idem gradus inueniretur diuersi iuris, scilicèt, quia contra vnam personã quæ est in eodem gradu haberet querelam à qua est exhæredatus: contra aliam haberet contra tabulas, à qua est præteritus. Sed vt pleniùs intelligas de exhæredatione & præteritiõe facta seu facienda, & de gradibus, ita distingue. Quòd fiat exhæredatio ante gradus, inter gradus, post omnes gradus, & etiam intra gradum. gradum appello institutionem & substitutionem. Fit exhæredatio ante omnes gradus sic: testator quando incipit testari, dicit sic, & sic incipit testamentum. filiũ meum exhæredo, Titium & Mœuium mihi hæredes instituo. ecce primus, si Titius & Mœuius mihi hæredes nõ erunt, Sempronius & Caius mihi hæredes sunt. ecce secundus gradus scilicèt substitutionis. Fit etiam exhæredatio inter gradus sic. Titium & Mœuium hæredes instituo, & filium meum exhæredo, si Titius & Mœuius mihi hæredes non erunt, Sempronius & Caius hæredes sunto: ecce secundus gradus scilicèt substitutionis. Fit exhæredatio post omnes gradus, sic Titium & Mœuium mibi hęredes instituo, & si hæredes non erũt Caius & Sempronius hæredes sunto: filium meum exhæredo. Et sic filius exhæredatus ante institutionem & substitutionem videtur exhæredatus ante omnes gradus, inter institutioné & substitutionem exhęredatus, videtur intra gradus exhæredatus. post institutionem & substitutionem exhęredatus, post omnes gradus videtur exhęredatus, vt habes C. de libe. prete. l. 1. & ff. de libe. & posthu. l. 3. ff. de bo. pos. contra tab. l. non putaui. Sed iura prædi. inter se variare videntur. nam l. illa de libe. & posthu. in ff. dicit, quòd si exhæredatio fiat siue ante gradus, siue post gradus, siue intra gradus, quòd ab omnibus gradibus videatur exhæredatus. l. autẽ. C. de lib. præte. dicit, quòd quando post omnes gradus fit exhęredatio, ita est exhęredatus ab omnibus, si testator hoc expressit. ff. de bo. pos. cõtra tab. l. non putauit. §. aliqua. & §. si ab vno. & §. si à primo. dicit quòd si filius fuit à primo gradu præteritus, à secundo exhæredatus, & qui sunt in primo gradu, non sint in rebus humanis, à secundo gradu incipimus, vt habeat querelam filius: quia contra tabulas non habet locum: hoc dicit ille §. à primo. & hoc quando mortui sunt illi qui erant in primo gradu, à quo filius fuit præteritus. Cæterùm si viuerent, & adire nollent, vel non possent, quia tempore sunt exclusi: tunc contra tabul. babent, vt in ff. de bon. posses. contra tab. l. non putauit. §. aliqua Sed nũquid contra secundum gradum habebit querelam? Respondeo non, & est ratio: quia substituti non possunt habere secundum tab. quandiu contra tab. possunt intentari, vt ff. de bon. poss. secund. tabu. l. æquissimum. in princ. & ff. de bon. poss. secund. tabu. l. illud. §. vlti. & si non possunt adire, querela inofficiosi non competit, vt ff. de inoffic. testam. l. contra. §. si conditioni & C. de inoffic. test. l. penul. Sed cùm aditio hæreditatis consistat in sola animi voluntate, quis posset contradicere substitutis, quò minus animo adeát? & sic cùm sit adita hæreditas, vt C. de iure delibe. l. si ania. quare non competit querela contra secundum gradum? & sic contra primum gradum habeat cõtra tabul. à quo est præteritus: contra secundum habeat querelam à quo est exhæredatus? Item fortior insurgit obiectio ff. de libe. & posthu. l. 1. §. vltim quæ tota contradicit. dicit enim, quòd si sit filius à primo gradu præteritus, à secundo exhęredatus: primo gradu perempto à quo fuit pręteritus, ab eo gradu exordium capimus, vnde filius exhæredatus est. Respondeo in primis: quòd quidam nescientes respondere obiectis admitterent, quòd cõtra primum gradũ à quo est præteritus filius, habeat contra tab. contra secundũ à quo est exhęredatus habeat querelam: & quòd legitur ff de lib. & posthu. l. 3. in §. vlt. intelligunt secũdum distinctionem quam notat. ff. de bono. posses. contra tab. l. non putauit. §. aliqua. & §. si ab vno. & § a primo. Nos autem qui subtiliter cũcta rimamur: vt omnia ista soluantur sic dicimus, quòd si facta est exhęredatio siue ante gradum, siue intra, siue post, quòd ab omnibus videatur exhęredasse, vt dicit l. 3. de libe. & post hu. siue testator exprimat, vt C. de libe. præte. l. 1. siue non: quia videtur expressum à iure: quòd autem legitur in prędicta l. non putauit & de libe & posthu. l. 3 §. vlt. dicimus cum Io. quòd ibi exhęredatio facta fuit intra gradum: tunc pręsumimus quia exhęredationem intra gradum inclusit, quòd tantùm ab illo gradu voluerit exhęredasse, alios pręteriisse. nec admitto quod voluit notare dominus meus & reprehere hoc: quia iam videretur exhæredare à persona, quòd est prohibitum: sed non est verum: quia exhęredando intra gradum ab illo toto gradu videtur exhęredasse, & non à persona sola, sicut superius dixi: vel dicas vt dixit dominus G. quòd l. illa tunc locum habet quando testator dicit se velle tãtum ab vno gradu exhæredare: tunc ab vno gradu est exhęredatus, ab alio pręteritus: alioquin si non exprimat tantũ ab vno, ab omnibus gradibus videtur exhęredatus. Illi autem oppositioni an possit adire substitutus cum aditio in sola animi volũtate cõsistat, sic respõdetur quod non, propter obstaculum bon. possess. contra tabu. Item quòd legitur in §. vlt. de liber. & posthu. in l. 3. intelligo, quòd primus gradus sit peremptus ipso iure, quando filius est in potestate, qui dicit testamẽtum ipso iure nullum. Ceterùm si emancipatus: tunc intelligo secundum distinctionem l. illius, non putauit. Hęc omnia vera sunt in filijs iam natis: cęterùm in posthumis secùs. nã pręteritus posthumus natus, gradũ illum rumpit nascendo etiam iure ciuili, à quo gradu pręteritus est: licèt gradus ille non rumpatur à quo est exhęred. vt ff. de libe. & posth. l. 3. §. vlt. & de illo posthumo intelligas quòd rũpat de iure ciuili nascendo, q natus esset vel futurus in potestate patris vel aui: alioquin si esset nepos filij emancipati, ille nascendo non rumperet de iure ciuili: cùm ipse & pater eius sint iure

ciuili incogniti:sed natus haberet contra tabu.per quã
oporteret illum rumpere:filius autem natus præteritus a
gradum illum à quo est præteritus ipso iure facit nul-
lum,vt C.de lib.præte.l.vltim.Vbicunq; ergo inuenies
quòd filius præteritus ab vno gradu habeat contra tab.
intelligas de emancipato : vel si vis intelligere de suo,
dicas quòd habeat si vult succedere de iure prætorio.
vt in prædi.l.vlt.C.de lib.præte.vel ea hære.vnde post-
humus si à primo gradu sit præteritus à secundo exhæ-
redatus,si illo tẽpore natus esset posthumus quo aliq;
sunt instituti à quibus est præteritus , totum testamen-
tum ruptum est.nam sublato gradu primo ipse posthu
mus facit sibi locum,quia succedit substitutis exclusis:
licèt econtrà sit secus , scilicèt quando à primo gradu
est exhæredatus,à secundo præteritus. nam tunc pri-
mus valet,licèt secundus rumpatur, vt ff. de liber. &
posthum.l.nam & si sub conditione.§.vlti.& l.2.§.vlti.
Quintum,vt tempore mortis tabulæ extent, & tales ex
quibus possit adiri hæreditas: subaudi de iure ciuili:
vel de iure prætorio bonorum possess.secundum tabu.
peti posset:nam si omnes instituti ante testatorem mor-
tui sint vel si hæres sit institutus,qui capax non sit , cõ-
tra tabulas non habet locum : quia inanis esset & sine
effectu, vt ff.eod.l.quòd vulgò.& quòd ibi dicitur con
tra legem esse dari bon.poss.contra tab . sic exponit ibi
dominus meus:cõtra legem.i.prætoris.q.d.prætor tue-
tur voluntatem testatoris,quando inducit bo. poss.se-
cund.tab.modò facit contra legem inducendo bo. pos.
contra tab.Vel aliter:ius prætorium est viua vox iur.ci-
uil.vt ff.de iusti & iur.l.nam.vnde contra ipsum ius ci-
uile est,quòd bo.pos.contra tab. detur contra testamẽ-
tum:quia ius ciuile vltimas voluntates tuetur:cùm ni-
hil sit,quòd magis hominibus debeatur, quã vt supre-
mæ voluntatis liber sit stilus,&c. vt C. de sacrosanct.
eccles.l.1.& in Authentic.de hære.& fal.col.1. Vel ali-
ter contra legem.i.contra voluntatem vel præter volũ
tatem defuncti,quæ lex est,vt in Authen. de nuptijs.§.
disponat.colla.4.OPPOSITIO.Sed mirum est, quòd bo-
nor.posses.contra tabul. non detur contra testamentũ,
quòd nullum est : cum alibi detur contra testamentum
quod nullum est,vt C.eod.tit.l.2.Respondet dominus
meus:refert,quare testamentum sit nullum:verũ fauo-
re alicuius:putà,quia natus est posthumus & ita ruptũ:
vel quia filius in potestate est præteritus:vt in prædic.
l.& C.de libe.præt.l.vlt.& tunc datur contra tab.ante
stamentum sit nullum,quia solẽnitatibus caret:vel nõ
superest,qui possit adire,vt diximus,in hoc casu bono.
poss.contra tab.non datur:vt in prædict.l.quòd vulgò.
Sextum , quòd filius præteritus si legatum sit sibi reli-
ctum,illud non agnoscat:siue sit legatum sibi,siue filio
vel seruo ipsius : si enim agnoscat , repellitur à contra
tab.vt ff.eo.l.non tantũ.§.vlt.& l.si post mortem.§.si in
adoptionem.& l.sub condit.§. vlti.& l.ex duobus.1.re-
sponso.Fallit tamen tempore harum legum in filio ad-
optiuo,cui dabatur contra tab.vt in princi.dixi:nam si
adijt hęreditatem in qua est institutus iussu patris ad-
optiui:tunc emancipatus habebit bo.pos.contra tabu.
& potiùs habebit hæreditatem ipse quam pater ado-
ptiuus,vt ff.eod.l si post mortẽ.§. si in adoptionem.Sed
quare hoc : Respons.quia tempore harum legum filius
transibat in potestatẽ patris adoptiui : & ideò si adibat
hæreditatẽ insolidum quærebat patri adoptiuo: hodie
autẽ non sic:quia non transit nisi cùm datur in adoptio
nem auo paterno vel materno.vt Instit.de adoptio. &
C.de adopt.l.vlti.Item hodie non quærit aliquid patri
adoptiuo:nisi in arrogato,qui quærit quò ad vsumfru-
ctum,quamdiu durat arrogatio,vt Institu.de acquisi.
per arrogationem.Sed mirum etiam est tempore harũ
legũ,quomodò prædicto. casu cùm filius sit institutus,
posteà emancipatus habeat contra tab.etiam si adiuit?
Respond. hoc contingit propter stultitiam patris illũ
instituentis : quia cùm sciebat illum adoptatum & ip-
sum instituebat,debebat scire, quòd si adiret patri ad-
optiuo quæreret . vnde debuit illum instituisse post e-
mancipationem factam à patre adoptiuo , vel si fuerit
emancipatus:nunc autem cùm emãcipatus inueniatur
nihil habere:quia adeũdo patri adoptiuo quęsiuit me-
ritò habet contra tabu.Sed hodie cum non quærat nisi
quò ad vsumfructum,non haberet propterea contra ta
bul.& ita not.dominus meus in princi. summæ.C.eod.
tit. Septimum , quòd filij tales sint,quòd possint hære-
des institui : alioquin si sint tales qui non posint hære-
des institui,eis non datur contra tab. quòd totum con-
sideratur tempore mortis testatoris,vt ff.eod.tit.l.non
tantum.§.liberi. Sed qui sunt, qui non possint hæredes
institui?Respon.hæretici, vt C.de hęret.& ma.l.cogno
uimus.& qui sunt deportati, vt C.de hære.institu.l.1.I-
tem damnati in metallum, vt ff.de his qui pro non scri-
pt.hab.l.si in metallum. Octauum,quòd tempora non
sint transacta:putà,annus vtilis,vt C.qui admit.ad bo.
poss.l.emancipata. & quòd sciuerint illum mortuum:
alioquin tempora quasi sint vtilia,non cedunt ignorã-
ti,vt ff.de iur. & fact. igno.l.1.& ff.de diuers.& tempo.
præscrip.l.1.& ff.quis ord.in bo.poss.seru.l.1. Sed mirũ
videtur,quòd hæc bon.poss.contra tab.competat infrà
annum vtilem.nam l.illa,si emancipata. non loquitur
nisi de bon. poss. vnde liberi,quæ datur ab intestato:&
non dicit de anno vtili:sed tantum de anno notat. Re-
spon.non cures.nam bene dixi de anno:omnium enim
bono. possess.tempora æqualia sunt:nam pro omnibus
quæ secund tab.siue contra tab. siue pro alijs omnibus
ascendentibus,datur annus vtilis in honorem sangui-
nis:alijs ex linea transuersali venientibus 100. dies vti
les:vt in l.prædic.& C.qui admit.ad bon. pos.l.2 & In-
stit.de bon.pos §.vlt.quòd annus sit vtilis hinc assumo:
nam 100.dies sunt vtiles, qui dantur venientibus ex li-
nea transuersali,qui non habent ita pingue ius,sicut a-
scendentes & descendentes : ergo annus erit vtilis, vt
ff.quis ord.in bon.poss.set.l.1.§.dies. & in princip. Nec
videatur tibi mirabile, si tantum beneficium tam bre-
ui tempore tollatur.Ratio est: nam cùm bonor. posses-
siones sint prætoræ:vt Institut. de bono.poss.& præto-
ris imperium sit annale,ideò sunt annales, vt Instit. de
perpe.& tempora.act.sed maximam gratiam fecit prę-
tor hic,& facit ius ciuile,cuius ius prætorium est viua
vox,vt ff.de instit.& tut. l.nam & ius. quòd cum annus
prætoris erat continuus , hic annus erit vtilis, qui ali-
quando extendi posset vsque ad quadriennium & for-
tè vltra:quia non numerantur dies, nisi quibus habue-
rim copiam prætoris: vt in prædict.l quis ordo.& verè
magna est gratia: nam & aliàs cùm auxilia iuris ciuilis
perpetua sint,querela tamen quinquennio tollitur, &
continuò,vt dicemus in rubr.de querela inofficiosi te-
stamenti.OPPOSITIO.Sed opponitur vt Institu.de per-
pe.& tempora.acti.nam ibi dicitur, quòd actiones quæ
dantur bono.possessori,& illis qui sunt loco hæredis,
perpetuæ sint. Respondeo,l.illa loquitur de actione in
rem , quæ datur bonor. possessori:sicut est possessoria
hæreditatis petitio & fideicommissoria,quę dantur il-
li cui restituitur hæreditas,qui est loco hæredis , vt ff.
quòd cum eodẽ.l.si filius.sicut habes in specialibus ru-
bricellis. ff.de poss.& fideicom. hęre. peti. Et si tu quæ
ras quare? Respondeo , quòd omnes actiones prætoriæ
in rem,sint perpetuæ,vt ff.de acti.& oblig l.in honora-
rijs,in fi.l.vna sola personalis.s.furti manifesti.perpe-
tua est,vt Instit.de perpe.& tempora.actio. Actor autẽ
vtetur his posi.POSITIO ACTORIS.Ego dico,quòd Ti-
tius fuit pater meus, vel auus meus: vel filius vel ne-
pos.Quare dico de filio vel nepote? Respondeo: quia
sicut datur filio vel nepoti præterito contra tab. testa-
mentum patris vel aui,sicut suprà diximus:ita econtrà da-
tur patri vel auo si sunt præteriti contra testamentũ fi-
lij vel nepotis emãcipatorum . nam si sunt in potestate
testari non possunt etiã consentiente patre. vt Institut.
quib.non est permis.fa.testamen.& hoc intelligas non
in bonis castrensibus & quasi : nam cum testamenta in
talibus non subiaceant querelæ,nec subiacebunt con-
tra tabul.vt C.de inoffic.testamen.l.vltim.C.de episc.
& cleric.l.cùm lege.& in Authent.ibi signata.presby-
teros. nec contradicit finis illius Authent. presbyte-
ros.vbi dicitur legitimam ferant partem per conditi-
onem ex lege:licèt alij dicant contra hodie iure nouo.

Item ego dico, quòd ille testator Seium in testamento hæredem instituit, & me præteriuit. Item sex menses sunt, quòd testator ille mortuus est. Econtrà Reus sic
10 ponat. † POSITIO REI. Ego dico, quòd talis fuit auus maternus. Item testator ille te exhæredauit vel instituit. Item reliquit tibi legatum, & tu agnouisti. Item transacti sunt quinq; anni, quòd testator mortuus fuit. In hac autem bonorum possess. sic petenda, sic cõcipiet
11 Act. libel. † LIBELLVS. Coram vob. Domi. Ar. Romanorum Senatore, vel coram T. Præside prouinciæ vel Iustitiario, vel Magistro iustitiario propono ego R. quòd cùm pater meus Titius fecerit testamentum, in quo sibi Sempronium hæredem instituit, & me præteriuit, quia nec instituit, nec exhæredauit: ideò à vobis peto mihi cõcedi bonor. poss. cõtra tab. per quam testamento patris mei rescisso possim posteà bona vendicare: & ad hoc propono officiũ vestrum: vel peto officio vestro illud mihi debere cõcedi. Quòd sic rectè cõcipiatur libel. dicit C. qui admit. ad bon. poss. l. vlt. & C. de cur. fur. l. vlt. & ff. de bon. poss. l. 1. §. si causa. Si autem fuit exhæredatus, & nõ ritè: vel fuit sibi relictum legatum, retentis omnib[us] dicat: & me præteriuit. quia nõ instituit, nec ritè exhæredauit, licèt mihi legasset, quod legatum non agnoui. Quòd sic rectè cõcipiatur libel. dicit ff. de bon. poss. cont. tab. l. non putauit. §. non quiuis. & l. 3. §. vlti. OPPOSITIO. Sed obijcitur inprimis sic: non videtur, quòd ista bon. posses. sit hodie necessaria. vnde superuacuè formatur libel. & petitur superuacuò, quod sic probo. hodie nouo iure sublata est differentia sexus emancipationis & patriæ potestatis, vt in Auth. de hæred. ab intesta. venien. coll. 9. si est sublata, sic infero: filius in potestate præteritus dicit testamentum ipso iure nullum, vt C. de lib. præter. l. maximum. Si ergò ipso iure nullum est, rumpi non potest, vt ff. de iniust. & irrit. testa. l. nam & si sub conditione. Respond. die vt dixi suprà de bonn. poss. Et hoc attende, quòd filius siue sit emãcipatus, siue in potestate, & sit præteritus, habeat cõtra tab. Et si tu quæras: est voluntaria, vel necessaria? Respond. in persona filij in potestate constituti, est voluntaria: quia habet aliud auxilium: quia si vult succedere de iure ciuili, dicet testamentum ipso iure nullũ, quod est tutiùs: si vult succedere de iure prætorio, habet contra tab. vt C. de libe. præter. vel exhære. l. vlt. & sic est voluntaria in persona filij in potestate cõstituti: in filio emancipato est necessaria: quia nullo alio remedio iuuari potest.
12 † QVAESTIO. Sed quæritur, quid magis expediat filio in potestate dicere nullum de iure ciuili: vel rumpere de iure prætorio per cõtra tab. cùm illo iure teneat? Respond. si dicit ipso iure nullum, hodie præstabit legata omnibus, vt Auth. ex causa præteritionis. quæ est in Auth. vt cùm, de appel. cogn. §. aliud quoq;. si per contra tab. nõ præstabit legata nisi liberis & parentibus, vt ff. de lega. præstan. de bon. poss. contra
13 tab. l. 1. & per totum. † QVAESTIO. In emancipato quid dices, si obtinet in cõtra tab. nunquid præstabit legata omnibus? Respond. ad hoc vt benè notes hanc materiam, attende diuersitates nostrorũ Doct. Dicit enim Dominus meus, & Dominus Io. & B. quòd cùm pater exhæredat, aut præterit filiũ, aut inserit causam in exhæredatione & præteritione, aut nõ: si inserit, aut est vera, aut falsa: si vera, filius quicũq; sit in potestate vel emãcipatus repellitur, & à querela inofficiosi testamenti, & à contra tab. si falsa, tunc expugnato testamento per querelam nulla legata præstãtur, vt ff. de inoffi. test. a. l. Papinianus. §. vlti. expugnato per cõtra tab. præstantur legata liberis & parentibus, vt dixi: & sic magis benignè ait prætor, quàm ius ciuile. Si autem non inseratur causa, hodie testamentum est irritum ipso iure quantũ ad institutionem hæredis: cætera firma permanẽt, quia omnibus legata præstabuntur: & secũdùm hoc vltimũ, quãdo causa non inseritur, dicunt ea causa præteritionis vel exhæredationis sunt irrita ipso iure. Secundùm primum, quando causa inseritur, sunt irrit. i. irritanda. similes expositiones sunt C. de legib. & consti. l. 1. & C. ex quib. caus. infam. irrog. l. si Possidonium. & l. improbum. Domino tamen M. & suis sequacibus visum est, quòd siue inseratur causa, siue non, dummodò inserta non sit vera, quòd testamentum sit irritum ipso iure ex causa præteritionis vel exhæredationis, quãtum ad institutionem. cætera namque firma permanent: & vtinam eius sententia hodie obtineret, & posset legibus defendi: quia iam sicut & ipse dicebat tit. de inof. test. & quicquid de bo. poss. hodie dicimus, tolleretur. Quidam tamen tenentes sententiã Domini mei aliquantulum discurdãt, & dicunt, quòd in præteritione non debeat inseri causa: tunc enim verè dicitur quis præteritus, cùm de ipso nulla mentio habita est: & quod dicit Auth. vt cùm de appel. cog. §. aliud quoque. quòd nõ liceat parentibus exhæredare filios, aut præterire, nisi causa ingratitudinis inseruerint in testamento: dicunt ipsi referri ad exhæredationem, nõ ad præteritionem. non enim debet distare sensu, quod verbo nõ distat, vt C. de lib. præte. l. 3. Quid enim esset aliud dicere: exhæredo filium meũ propter hac causam, quàm si diceret, prætereo propter hanc causam. vel fortè intelligatur in præteritione facta à matre, vel ab ascendẽtibus per matrem. quæ habetur pro exhæredatione, vt Instit. de exhær. libe. §. vlt. Sed durum est contra stimulum calcitrare. vnde magis iuri consonat opinio Domini mei. OPPOSITIO. Item adhuc instatur fortissimè: & probo quòd nõ sit necessarius libellus. Ita dicit, quod bonor. poss. competat, siue sit adita hæreditas, siue nõ: cõtra testamentum enim datur, vt ff. eod. l. illud. §. [illegible]. vnde si hæreditas non est adita, contra quem concipiã libellum, & ad quid, quare non adeò ab intestato? Respod. ab intestato adire non possum: quia quãdiu locus est testamentariæ institutioni, non est locus ab intestato: vt dicit regula iuris ff. de acquir. hæred. l. quãdiu. & si hæreditas est adita, planũ est quòd citabitur hæres, & dabitur libellus: si non est adita, nihilominùs hæres institutus citandus est: quia ea quæ causa cognita debet dari, vt ff. de bon. poss. l. 3. §. si tamen. ergò aduersarij sunt citandi, vt suprà diximus de bon. possess. & sic citabitur hæres, vt defendat si vult testamentum: si non, nõ compelletur. nam & aliàs contingit, quando petitur curator dari bonis, vt ff. de cura. bon. dand. l. 1. † QVAESTIO. 14
Sed nónne defendendo testamẽtum, videtur adire hæreditatem, quæ in sola animi voluntate consistit? vt C. de iur. deliber. l. si auiam. Respond. satis videtur quòd velit adire, nisi fortè protestetur sic de iure suo. Domine Iudex, ego delibero de adeunda hæreditate, sed non volo vt proptereà præsumar adire, eo quòd volo defendere testamentum: & sic ista protestatio faciet, vt non videatur defendere animo adeundi hæreditatem, arg. ff. de relig. & sumpt. fun. l. at si quis. §. sed interdum. & sic leges loqui videntur ff. de acquir. hær. l. pro hærede, & l. gerit. & C. vnde legi. l. non hoc. & C. de iur. delib. l. 1. & 2. in quibus legib. multa ponuntur exempla, per quæ videtur hæreditas adita: tamen non aditur, si non fuit animus adeuntis velle adire: quod meliùs fieri nõ potest, quàm per prædictam protestationem. Sed ostendo, quòd aduersarius citãdus non sit, & sic non debeat dari libellus: certum est, quòd quandiu locũ habet cõtra tab. secundum non habeat locũ, vt ff. de bon. pos. secundùm tab. l. illud. §. vlt. & de bon. poss. cõtra tab. l. æquissimum. §. 1. & assigno rationem quare hoc fiat. si ergò nõ habet locũ secund. tab. & sic institutus nõ admittatur, ad quid ergò citabit, & qualiter admittetur ad ad defendendum testamẽtum? cùm illa secund. tab. nõ videatur quòd nata sit. & si vellet adire, non posset: & sic nullum ius sibi competit. Item si hoc concedis, quid est quod dicit ff. de bo. poss. contra tab. l. illud. §. 1. quòd hæc bonorũ possess. competit, siue hæreditas fuit adita, siue non: & sic videtur quòd possit adiri hæreditas, licèt cõtra tab. debeat intẽtari. Respõ. argumentatio tua in superficie procedit, & est deceptoria: nam quòd tu dicis, quòd quãdiu intentatur cõtra tab. hæres institutus adire non possit. malè dicis de iure ciuili. nam illo iure adiri potest, & in hoc casu loquitur l. illud. §. 1. verùm considerato iure prætorio, quod non est aditio: quia quantũ facit aditio de iure ciuili, tantũ operatur bon. posses. cõtra tab. habita & concessa de iure prætorio:

tio:tunc procedit oppositio tua,& illo iure considera-
to dico citandum hæredem, cùm sua intersit testamen-
tum defendere, sicut dixi. † QVAESTIO. Si tu quæras qua
re iure prætorio non habet locum secundum tabulas,
quamdiu contra tabu. potest intentari? Respõsio est in
promptu. nam in danda bo.poss.secund.tab.de iure co-
gnitio est necessaria, vt ff.de bon. poss. contra tabu.l.3.
§.si eam.ad quid perditio hæc, quòd hæc detur, quæ for
tè posset dari sine fructu. vt arg.ff.de bo.poss. contra ta-
bu.l.quòd vulgò.& arg.ff.de inoffi.test.l.1.quia contra
tab.incontinenti rescinderet: & ideò expectatur euẽ-
tus illius bon.poss.quòd de iure ciuili non est in hære-
ditate adita:quia cùm illa in animi voluntate cõsistat,
nulla solennitas ibi necessaria est.vel aliter, contra ta-
bu.& secundum tab.ista sunt duo opposita & immedia
ta.& contrariorum hæc est natura:quòd si vnum sit ve-
rum aliud esse non possit:& propterea contingit quòd
probato vno, per consequentiam sit probatum & reli-
quum nam & posita se ponũt, & perempta se perimũt.
vt ff.de his qui sui vel alie.iur.sunt.l.1.& Instit.de obli.
quæ ex delict.nasc.circa princ. & ff.de procu.l.Pompo-
nius.§ 2.& ff.de except.rei iudi.l.si inter me. Est & ter-
tia ratio: si concederetur secund. tab. iam quodammo-
dò approbaretur testamentum,& sic fieret præiudiciũ
bon.poss.contra tab.quia iam quodammodo pronũtia-
retur in contra tabu.in qua pronuntiaretur testamen-
tum rumpeodum: & sic tum propter præiudicium: sicut
aliàs in petitione hæred. vt ff.de peti.hæred.l.si quis li
bertatem,& C.de peti.hæred. l.vlti.circa princip.item
quia sententia lata contra sententiam, non tenet. vt C.
quando prouo.non est nece.l.1 & C.sententiam rescin
di non poss.l.1.& sic secund.tab.non habet locum quã-
diu contra tab.potest intentari. Scio tamen quod quidã
volentes omnes istas quæstiones vitare, legant ff.de bo
no.poss.l.3. §.si causa &c. si iudex vult date bon. posses.
cum causæ cognitione, tunc aduersarius citatur, & pro
tribunali expeditur, & tunc seruus non interuenit: &
sic ponitur in illo §. si causa cognita. cæterùm si vult
dare sine causæ cognitione, tunc aduersarius non cita-
bitur, nec pro tribunali dabit, nec seruus interueniet.
Sed hoc mihi non placet: nam dico, quòd illud, si.non
notat conditionem sed causam.i.quia: vt aliàs ff.de tu-
te.l.muto.§.sub conditione. & extra. de elect. & elect.
16 pot.c.significasti. † QVAESTIO. Sed quæritur quæ sit ra-
tio quare bon.possess.contra tab.quæ datur filijs præte-
ritis competat siue hæreditas sit adita, siue non, vt ff.de
bon.posses.contra tab.l.illud.§.1. bonorum autem pos.
contra tab.quæ datur patrono contra testamentum li-
berti, non detur nisi hæreditate adita: vt in prædicta l.
illud.§.1.in fin.& ff de bo.liber.l.etiam.§.vt patronus.
& hoc idem in querela de inoffici.testam. quæ non na-
scitur, nisi adita hæreditate. vt ff.de in offic.testamẽ. l.
contra veterani.§.conditioni.C.de inoffic. testa.l pen.
cùm enim dentur omnes contra testamẽ. & illa rescin-
dant, deberent essent esse eiusdem conditionis : vt in
prædicta l.illud.& C.de libe.præte.l.vlti.& argu.ff.de
bon.posses.ex testa.mili l.vnic. Respon.ratio est iusta.
querela inofficiosi testamẽt.est de iure ciuili,& aditio
hæreditatis est de iure ciuili : vnde ideò expectat con-
ditionem, nec ante nascitur: quia si institutus non ad-
ijt, non est necessaria sibi querela : quia adibit ab inte-
stato & habebit omnia : si autem institutus adijt, tunc
potest conqueri, vt rumpat testamentum, cùm exhære-
datus sit. Bonorum autem poss.contra tabul.est de iure
prætorio. vnde de aditione non curauit prætor, quę est
de iure ciuili. Vel aliter, magis fuit largus prætor quã
ius ciuile. nam & aliàs hoc fecit de sua largitate, qui
subuenit tam egentibus, quam non egentibus. vt Insti-
tut.de bon.poss.& aliàs magis subuenit prætor prærorẽ
to:quia dat sibi Carbonianam : ius autem ciuile nõ dat
eam exhæredato, vt ff.de inoffic.testament.l.qui de in-
offici.& ff.ad Carbon.l.1.§.& generaliter.& §.Pompo-
nius. Vel aliter, querela inofficiosi testament. est subsi-
diarum auxilium, propterea quia quodammodò dam-
natur iudicium patris quasi furiosi, vt Instit.de inoffic.
testa.§.1.& 2. vnde cùm sit subsidiaria, (sicut & de do-
lo:) si aliud auxilium locum habet aut habere potest,
hoc cessat, vt C.de dolo.l.3. vnde quia scripto hærede
non adeunte habet auxilium illud adeat ab intestato,
ideò ante aditam hæreditatem non nascitur: quòd non
est in contra tabu. nam non est ita odiosa ista sicut & il-
la: minus enim peccat prætereundo, quam exhæredã-
do: vnde posset dici quodammodò hæc fauorabilis, il-
la odiosa: vnde si contra tab. datur siue adeatur hæredi-
tas, siue non, de iure est. OPPOSITIO. Sed opponedt eo
quod est Institut.de inoffic.testamen.in princi. vbi di-
citur tàm exhæredato, quàm præterito dari querelam.
Respondeo ibi loquitur de præteritis à matre & ab as-
cendentibus per matrem, quorum præteritio habetur
pro exhæredatione. vt Instit.de hære.libe.§.vltim.aliàs
præteriti habent contra tabu.exhæredati habent que-
relam. vt ff.de bono possess.contra tabu l. non putauit. 17
† QVAESTIO. Si tu quæras quare præteritus habet con-
tra tabul.& non habet querelam inofficiosi testamen-
ti.& quare exhæredatus habet querelam & non habet
contra tabulas? Respondent aliqui, quòd hæc ratio in
gremio naturæ consistat. Sed ego dico, quòd hæc ratio
est de iure ciuili. omnis pater habet necesse filium suũ
in potestate constitutum vel exhæredare vel hęredem
instituere. vt Insti.de exhære.libe.alioquin si præterijt
testamentum ipsius erit nullum: vt in prædict.tit.C.de
libe.præte.l.maximum. vnde exhęredatus in potestate
constitutus habet querelam, per quam quodammodò
patrem accusat: vel de patre conqueritur, quòd fecerit
contra officium pietatis, quòd eum exhæredauerit: &
sic per quandam consequentiam dicit testamẽtum de-
bere rescindi: at quando est præteritus, cùm testamen-
tum sit ipso iure nullum, quomodò posset habere con-
tra tab. qui testamentum de sui natura rescindit, quòd
rescindi non posset. cùm rescissum sit? vt ff. de iniu.&
irrit.testa.l.nam & si sub conditione.& ideò exhæreda
tus non habet contra tab. sed habet querelam. Præteri-
tus emancipatus non habet querelam duabus de cau-
sis: quia cùm sit querela de iure ciuili, & emancipatus
sit iure ciuili incognitus. vt Institut. de exhæredat.li-
bero.§.emancip.& Institu.de hæred.quæ ab intesta.de-
fer.§.emancipati. non posset illam habere. Est alia ra-
tio: quia quando pater præterit non peccat in faciẽdo,
vt ita loquar, sed in prætermittendo: vnde non accusa
tur iudicium illius quasi furiosi: sed dicitur contra te-
stamentum competere, vt ff.de bon. pos.contra tab.l.il-
lud.q.d.peto.testamentum rescindi in quo pater meus
me præterijt: quasi quòd in testamento illo minus sit.s.
quia non fuit filius institutus. † QVAESTIO. Sed quid si 18
emancipatus sit exhæredatus, quid fiet? omni videtur
destitutus auxilio: nam querelam non habet cũ sit iuri
ciuili incognitus, vt dictum est: contra tab. non habet,
vt ff de bon. pos.contra tab.l.non putauit. Respon emã
cipatus exhæredatus habet querelam, vt ff.de inoffi.te
sta.l.Papinian.§.1.& l.si proponas. quia de filio emãci-
pato loquitur ab illo vers. seq. hoc tamen faciet, quòd
primò petet bonorũ possess. quam quidam dicunt voca
ri gratia litis ordinandæ: vt in prædict.l.Papini.alij di-
cunt eam vocari vnde liberi, quasi veniat ab intestato,
vt ff. vnde liber.l.1.alij dicunt eam vocari septimam ex-
traordinariam. de qua habes Institu. de bon.poss.§.se-
ptima.quæ bonor.poss. non faciet illud nisi quod redi-
gat illum filium in locum suorum: & sic imponit in frõ
te eius signum tau : quòd signũ imposuit Angelus filijs
Israel, quando percutiebantur, ab Angelo percutiẽte:
quicunq; signabatur in frõte ab alio Angelo signo tau,
quod referebat crucẽ domini nostri, ipse erat reduct⁹
inter fideles, nec percutiebatur ab Angelo: sic & eman
cipatus per illam bonorum possess. datam sibi loco tau:
quòd verbum Hæbraicum tantum sonat, quantum in
lingua nostra litera t. redditur inter suos: & sic postea
habebit querelam, alio modo habere non posset, vt ff.
de bono.poss.l.sed cùm patrono.§.pen.in fi. & de inof-
fi.testa.l.Papinian.§.1.& l.si proponas.& Institu.de bo-
no.poss.§.septima. OPPOSITIO. Si tu opponis, quòd ho-
die sublata est differentia emancipationis & patriæ
potestatis, vt in Authẽ. de hæred. ab intest. Respondeo
secundum

secundùm nos verum est ab intestato, quia neuter alteri præfertur, sed ea testamento non, quia quilibet suo iure veteri succedit. OPPOSITIO. Item si tu opponas, quòd etiam iure veteri coniungebatur filius emãcipatus cum suo, vt ff. de coniungend. cum emancip. liber. l. 1. & per totum. & sic non sit necesse, quòd hæc bonorum possessio detur. Respõdeo: titulus ille totus intelligitur post istam bonor. poss. datam & concessam. i. postquàm, emancipatus reductus est in locum suorum, ante autem nõ: sed hodie tit. ille non habet locũ: quia rupto testamento res trahitur ad exitũ intestati, in qua successione neuter alteri præfertur, vt dixi. Hæc verba de tau. ideò ea posui, quia multi super verbis illis dubitauerunt: sicut Dominus Io. posuit super illa l. Papinianus. sed omnia prædicta optimè reposita sunt: quare aliud in querela, & aliud in cõtra tabul. quæ datur filijs. Sed quare aliud in contra tabul. quæ datur patrono cõtra testamentum liberti, si sit præteritus, vt non competat nisi hæreditate adita: bonorum autem posses. cõtra tabul. quæ datur filijs competat, siue sit adita hæreditas siue non, vt ff. de bon. poss. contra tabul. l. illud. & ff. de bon. liber. l. etiam. si. vt patronus. ad istud nõ est respõsum: sed respõdeat, qui potest. Sed ego respõdeo. s. quia nihil volo dimittere indiscussum. quod ideò aliud: nã bono. posses. contra tabul. quæ datur filijs, totum testamentũ rescindit: illa quæ datur patrono, totũ testamentum rescindit: illa quæ datur patrono, non rescindit testamentum nisi pro tertia, quæ debetur patrono, vt ff. de bono. poss. l. sed cum patrono. §. 1. C. de bon. poss. cõtra tab. quã præt. lib. publ. l. 1. & 2. & C. de bon. poss. cõtra tabu. liberti. l. 1. vnde cùm nõ rescindat nisi pro tertia, eapectatur aditio: quia si daretur ante aditã hæreditatem, iam patronus haberet tertiã: de alijs duabus partibus quid fieret? certè esset quoddam inconueniens: est & aliud, ideò noluit prætor illam dari patrono ante aditam hæreditatem, quia posset esse, quòd patronus totum haberet: scripto hærede nõ adeunte. QVAE-
9 STIO. † Itẽ ad hoc quæritur de eo quod legitur ff. de bonor. poss. contra tab. l. si duobus. l. si priùs. vbi mirabile est, quod dicit Legislator, quòd si priùs testamentũ sit iure perfectum, & in illo sit exhæredatus filius, & in secundo testamento perfecto sit præteritus, quòd contra testamentũ habeat contra tab. quomodo potest hoc esse? cùm enim primum testamentum teneat, in quo est exhæredatus: secũdùm sit nullum, & sic rumpi nõ possit, quomodo intentabit cõtra tabulas? Respondeo: idẽ §. in seq. l. ibi: si remoto &c. soluit oppositionem: quia refert qui sint instituti in secundo testamento imperfecto, filij testatoris, scilicet fratris illius præteriti, extranei. In primo casu, habet præteritus contra tabul. quare? quia illud testamentum imperfectum, quando instituuntur filij, & in primo testamento erant instituti extranei, tollit primum. In secundo casu filius præteritus non habet contra tabu. quia secundũ non tollit primum. & scripti non possint hæreditatẽ obtinere, vt in prædict. l. C. famil. ercis. l. vlt. & C. de testa. l. hac con-
10 sultissima. §. vlt. † QVAESTIO. Vltimò quæritur, quid operetur hæc bon. poss. cõtra tab. quod beneficiũ afferat isti præterito? Respõdeo: hoc operatur, quia rumpit testamentum, & parat sibi viã, per quam possit petere bona quæ fuerũt patris sui: & hoc secundùm diffinitionẽ bon. posses. quæ est ius persequendi &c. vt ff. de bonor. poss. l. 3. §. bonorũ. & sic poterit posteà petere bona non per hanc bonor. poss. sed per possessoriam hæreditatis petitionem, vt ff. de poss. hæred. petit. l. 1. & 2. & sic erit maximum beneficiũ isto præterito. OPPOSITIO. Sed opponitur: nam videtur, quòd per hanc bonorũ poss. omnia ista contingant filio emancipato, vt ff. de bono. poss. contra tab. l. emancipatus. §. 1. Respon. quòd ibi dicitur, quòd scriptus hæres cogendus præstare hæreditatem, & seruos hæreditarios, & ius totum transferre in filiũ quod accepit per bon. poss. subaudi, nõ per bon. poss. contra tabu. sed per possessoriam hæreditatis petitionem: & hic est verus intellectus: aliàs in nullo differret bon. poss. à petit. hæred. directa vel possessoria, quod non est verum: licèt quantum ad ius concordẽt, vt ff. de bon. poss. l. 3. §. 1. & sic not. sup. de bon. poss.

De bonorum possessione contra tabulas quæ datur patri, auo seu proauo, si sint præteriti, contra testamentum filij, vel nepotis, vel pronepotis.

Rubrica.

1 *Bonorum possessio contra tabulas, quæ datur patri &c. vt procedat, quot necessaria sint.*

2 *Filius si aduocatus fuit, an cessit bonorum possess. contra tabul.*

3 *Positiones Actoris & Rei in tali actione, & nu.*

Libellus in tali actione quomodo formetur.

Aduersarius in actione bonor. poss. contra tab. quæ datur patri &c. an citandus sit, & an libellus calumniam patiatur.

7 *Pater præteritus quare non dicat testamentum ipso iure nullum, sicut & filius, qui est in potestate, quando est præteritus.*

8 *Pater cùm in potestate non sit, quare quãdo proponit querelam inofficiosi testamenti, non petat primò bonorum possessionem gratia litis ordinandæ, vel aliquam aliam, antequàm querelam proponat.*

9 *Pater quare sit iure ciuili cognitus, filius autem emancipatus incognitus.*

EST & alia bonorum possessio contra tabulas, quæ datur patri præterito vel matri: quia licèt non sit eadem potestas, æqua tamen pietas vtrique debetur, vt ff. de cur. fur. l. furiosæ. contra testamentum filij emancipati, vel auo præterito contra testamentum nepotis emancipati decedentis sine liberis, vt ff. de offic test. l. pater. ff. si quis à patr. fue. man. l. 1. Idem & in proauo & pronepote. Quæ bon. possess. contra tabul, propter duo competit personis prædictis. Inprimis propter solatium tristitiæ, quibus est meritò consulendũ, vt ff. de inoffici. test. l. nam & si parentibus. & C. de his qui ante aper. tab. l. vnic. in fin. & arg. ff. de iu. dot. l. iure succursum. Secunda ratio assignatur ff. si quis à patr. fuet. manu. l. 1. quę est propter præmium emancipationis: sicut patronus propter præmium manumissionis, habet contra tabu. contra testamentum liberti, de qua proximè dicemus: nec videatur tibi mirabile, si inuenitur in prædict. titu. quòd filius dicatur à patre manumissus: & hoc etiam in Rubri. quia impropriè dicitur: nam filius dicitur emancipari, seruus manumitti, vt ff. quand. actio de pecul. est annal. l. 1. similiter impropriè ponitur verbum, manumitti, quantũ ad filios, vt ff. de offi. procon. l. 2. vel aliter ideò dicitur filius manumitti, quia filius quando emancipabatur olim propter iniuriosa rapismata deducebatur in quandã imaginariã seruitutem: vnde posteà meritò tũc dicebatur esse manumissus: hodie verò non fit. vnde dicitur emancipatus. i. à manu, quæ accipitur pro potestate dimissus: quòd manus dicatur potestas, habes ff. de iusti. & iur. l. manumissiones. quòd sic manumissio & emãcipatio fiebat olim, hodie non, habes C. de emanci. liber. l. vlti. † Quæ bonorum poss. contra tab. ad hoc vt prędictis personis competat, tot sunt necessaria. Inprimis, quòd hic sit pater, & ille filius. Secundùm, quòd sit legitimus & naturalis: aliàs si tantùm legitimus, vel tãtùm naturalis, hodie nõ haberet ista beneficia: multo minus haberet, si esset illicitus, vt C. de adopt. l. vlt. & in Authent. quib. mod nat. effi. legit. coll. 6. & est in C. de naturalib. liber. Authent. licèt. & in Authent. de incœst. & inutil. nupt coll. 3. & est signata C. de incœst. nupt. Authen. incœstas. Tertium, quod filius iste sit emancipatus. Quartum, quòd fecisset testamentum. Quintum, quòd patrem præterijsset: quare omnia ista sunt necessaria? ideò quia si fuisset in potestate, non potuisset condere testamentum, etiam patre consentiente, vt Institut. quib. non est permiss. facere testam. Item si non fecisset testamentum, sed decessisset ab intestato, pater hodie succederet, vt in Authent. de hæred. ab intest. coll. 9. licèt olim occupabat bona iure peculij, vt ff. de castren. pecul.

peco. l. 2. Item si fecit testamentum, & pater non fuisset praeteritus, sed exheredatus, non haberet contra tabul. sed haberet querelam inofficiosi testamenti: sicut datur filio, quando exheredatur à patre: quia conuerso mortalitatis ordine, ita pie prouidebitur patri, sicut & filio. vnde ait Bulga. Ordine turbato succedis Bulgare nato, vt ff. de inoffic. testam. l. 1. & l. nam & si. OPPOSITIO. Sed obijcitur: videtur quod patri praeterito detur querela inofficiosi testamenti, vt ff. de inoffic. testa. l. pater. Sed respondeo, sicut & ibi glossant Doctores nostri, vnde quod dicitur per querelam non inofficiosi testamenti sed per contra tabulas: & hoc duabus rationibus: prima & optima, quia sicut filio praeterito datur contra tabulas ita & patri, vt ff. de inoffic testam. l. si filio. §. vlti. & ff. si quis a patre suer. ma. l. 1. si autem pater sit exheredatus, tunc habet querelam: sicut & quando filius exheredatur, vt ff. de inoffic. testamen. l. 1. in l. autem illa, pater. non fuit pater exheredatus, sed praeteritus: quomodo habere posset querelam inofficiosi testamenti nullo modo. & quòd dicitur ibi querela, vulgari modo loquitur, id est, lamentatio. nam & qui contra tabulas intentat, conqueritur, & querelam mouet, non tamen inofficiosi testamenti: sicut & alibi vulgari more loquuntur Legislatores. ff. de iudi. l. qui prior appellat. & C. de probat. l. possessiones. Secunda est ratio, sed non bona: licèt sit assignata per Doctores ibi. scilicet quòd ibi non habeat querelam inofficiosi testamenti, quia cùm sit filiaria, vt Instit. de inoffi. testamen. §. tam autem. ex quo habet contra tabulas, & sic aliud auxilium, non habet querelam. Sed hoc nihil est: in primis, quia non posset habere querelam, vt dixi. secundò, quia posset suaderi, vt glossa. at Dominus meus Alex. quòd praeteritio filij inducat exheredationem, sicut praeteritio matris, vt Instit. de exhered. libe. §. vlt. & si ex eadem causa daretur contra tabulas, & querela & quòd ibi dicitur huic datur querela, quia nullo alio iure dicitur, ex ista causa iuuatur: sicut & simile actio quod metus causa datur, si nulla actio competit, vt C. quod met. causa. l. si per vim. §. vlti. sed tamen datur metum passo vtilis rei vendicatio, vt ff. quod met. cau. l. metum §. volenti. sed non dicitur alia: quia ex alio edicto non descêdit. sed hoc omisso, primum credo verius, quòd pater praeteritus habeat contra tabulas, & non querelam. & adeò vendicat sibi hanc bonor. poss. contra tabulas, avos contra testamentum emancipari nepotis, in quo inuenit se praeteritum, vt etiam si arrogetur a patre suo, siue durante arrogatione, siue soluta decedat, & praetereatur, locum habet haec bono. possess. vt ff. si quis a patr. sues. mancipa. l. 1. §. 1. Sextum est necessarium, quòd pater emancipet filium suum gratis, sponte, & honestè: si enim pecuniam recipit, siue sponte emancipet pecunia recepta, siue inuitus compellatur, vt ff. de condit. & demonstrat. l. si cui. in hoc casu praeteritus pater non habet contra tabulas, vt ff. si quis à patre fuer. man. l. 1. §. si parens. Item si compellitur emancipare filium propter causam inhonestam: quia imponit necessitatem peccandi filio vel [illegible] suae, idem est, scilicet quòd non habeat contra tabulas, vt C. de Episco. audien. l. si lenones. & ff. si quis à patr. fuer. ma. l. vlt. multum enim operantur ista duo, scilicet receptio pecuniae, vel compulsio delinquendi, vel alterum illorum. nam deponens recipiendo pecuniam pro deposito, perdit priuilegium, vt ff. depo. l. si hominem. §. quoties. & patronus similiter punitur, si recipit pecuniam à liberto: quia non habet contra tabulas, vt C. de bon. possess. contra tabulas liberti. l. vlt. & qui imposuit necessitatem peccandi, amittit ius quod habebat, vt C. de capt. & po[st]lim. l. foedissimè. & ff. si mao. ita ve. ne prostitua. per totum. Septimum, vt non recipiat à filio tantum, quod sufficeret ad tertiam partē debitam. si enim recipit tantum quantum satis est, & pacificatur ne iudicia filij inquietet. posteà praeteritus à filio bonor. possi. contra tabul. non habet, vt ff. si quis à patr. fuer. man. l. 1. §. si parens. quod enim ibi dicitur, quantum satis est: hodie intelligas de tertia, quia sicut augmentata est tertia in persona filij, quae olim fuit quarta, ita & in persona patris, vt in Authent. de trien. & semi. coll. 3. in fi. 1. col. licet quidam glossent ibi, quòd illud quod ibi dicitur, hoc obseruando in omnibus personis, qui de inofficioso &c. restringatur tantùm ad filios, nepotes & pronepotes, non ad fratres nec ad parentes: sicut habetur in Nouell. in eod. tit. qui liber Authenticus nō est. vnde durum est contra stimulum calcitrare: & beneficium Principis quod largissimè interpretari debemus, vt ff. de consti. Princip. l. beneficia. restringere: & si dominus fuit largus, seruus non debet esse auarus restringendo. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur, quòd propter hoc pater repellatur, & multis rationibus. In primis, quia istud pactum videtur cōtra bonos mores: quia de futura successione, & ideò reprobatur, vt C. de pact. l. vlt. quia siue fuit pactum de succedendo, reprobatur, vt ibi: siue de non succedēdo, etiam reprobatur, vt C. de collat. l. pactū dotal. siue de certo modo succedendi similiter non valet, vt C. de pact. conuen. l. haereditas. Licèt sint contraria argum. ff. de act. empt. l. si seruus. ff. sol. matrim. l. si verò. §. item quicquid. sed in legibus illis amittitur pactū illud de necessitate propter contractos praecedentes. Item directò contradicit C. de inoffi. testam. l. si quando & ff. de suis & legit. l. vlt. vbi, si filius rescerrasà patre recipiat, ne inquietet eius iudicia, nihilominùs habet exhaeredatus querelā, & praeteritus contra tabulas non obstante pacto: nec praeiudicatur sibi propter res quas recipit. & assignatur ratio: quia filij sunt ad paterna obsequia meritis prouocandi nō pactionibus adstringendi. sed respōdet Doct. nostri, quòd pactū istud ideò admittatur: quia licèt quodammodò videatur de futura successione, tamē toleratur, quia pater habuit tertiā sibi debitam, quod satis est: nam & iure Auth. de trien. & semis. §. 1. cuncque relicto titul. imputantur in tertiam. vnde meritò pater repellitur nō vi pacti, sed quia pater satis habet. & est pro hac solu. C. de inoffi. testam. l. cùm quaeritur. nam si aliquis habet quartam, hodie tertiā, repellitur à querela: ergò sola receptio tertiae repellit, nō pactū. in legib. autem alijs non habebat filius tantum quantū satis erat: ideò si proponat querelam vel contra tabul. non est mirū: & volunt iuuare solutionem hanc per illam l. si quando. §. generaliter. Sed haec solutio nihil valet: quia hodie si haberet vltra tertiā, si non dōnon haberet iure institutiōis, nihilominùs subuerteretur testamentū, vel haberet locū praed[ict]a aus[i]lia: si haberet minùs tertia, & iure institutionis ageret ad supplementum, vt in Auth. vt cùm de appel. cognof. coll. 8. & ff & alia solutio secūdùm eos: quòd omnes leges loquātur in filio, cui pactū non praeiudicat, propter rationē assignatam in praedi[c]t. l. si quando. nec etiā praeiudicat sibi, si aliquas res recipiat. haec sola l. si quis a paren. loquitur in patre: & quare aliud in patre al: as assignatur ratio: quia non ita debetur haereditas filij patri, sicut econuersò: nam vnica causa dat patri haereditatē filij, scilicet solatium tristitiae, vt suprà dixi. duae autē sunt causae, quae dant filio haereditatem patris, scilicet votū patris, & natura. votū: quia nihil aliud consistit in voto patris, nisi vt filios suos dimittat diuites, vt ff. de bo. liber. l. nihil. vnde multi miseri offendunt Deum, & animam suam amittūt, quod non est in filio. Nam filius ante diem patrios inquirit in annos, Victa iacet pietas. Est & alia ratio, scilicet charitas naturalis: nā ipsa natura suadet, vt primò decedat, & filius illi succedat: haec est charitas naturalis & ordinata, vt carnem suam quis non despiciat. sicut habes ff. si tabul. testa. nul. extab. l. scripto. in fin. & ff. de lib. & posth. l. 10 sois. Solutio: benè verum est, quòd nullum pactū de futura successione valeat: sicut dicunt iura signata contraria. & l. ista non dicit, quòd valeat, vel non valeat: sed dicit patrem repelli, ideò quia recipit, quod dicunt hodie corrigi: quia non habet iure institutionis. nisi. Octauū, quod tempora non praeterierint, scilicet anni vtilis, vt in superiori Rubri. no. Nonum, quòd filius ille nō fuer. miles: (de verò milite intelligas, nō de milite nostri temporis) si enim fuerit miles, cessat cōtra tabu. vt ff. si quis à patr. fue. ma. l. 1. Est & aliud necessariū, scilicet

nus quantum ad ius succedendi, vt ff. de suis & legitimis. l. intestato. & ff. de iur. patronat. l. si iurauero. & ff. de bon. liberto. l. quæ ex causa fideicommissi.
3 Quæstio. † Sed quæritur: quare qui iurat non est patronus, quantum ad ius succedendi? Respondeo: l. prædicta si iurauero. assignat rationem: quia iusiurandum non facit patronum, licèt aliud sit in sententia, vt in prædicta l. Sed ad hæc instatur, sacramentum facit patronum, vt ff. de ius vocan. l. adoptiuum. Item sacramentum habetur loco veritatis & rei iudicatæ, vt ff. de iureiur. l. sed & si possessori. § item si iurauero. & §. si cùm de hæreditate. ergò per sacramentum debet quis verè patronus constitui. Respondeo: licèt sacramentum delatum quoad alia faciat patronum: tamen quoad duo non facit, scilicet ad ius succedendi, & ad hoc vt possit illum reuocare in seruitutem. & est ratio: quia cùm ista duo cõcedantur patrono quandò verè manumittit & spontè, vt ff. si quis à patr. fuerit manumiss. l. 1. & ff. de bon. libert. l. 1. non tamen debent concedi alicui iuranti se patronum, quia de fictione iuris est, quod habeatur pro veritate, non tamen est verum, vt argumen. ff. de iureiuran. l. si duo patroni. §. 1. in sententia ideò aliud: quia ibi interuenit authoritas ius dicentis. vnde si aliud statuatur, non est mirum. Et sic nota de patronis, quòd ille qui gratis & sponte manumittit, habeat omnia iura patronatus plenissima, & quòd non vocetur in ius sine venia, vt ff. de in ius vocan. l. 1. & l. adoptiuum. & quòd cõtra eum non intentetur nec doli actio nec exceptio, vt ff. de doli except. l. apud Celsum. §. aduersus. & quòd possit imponere operas, vt C. de oper. liber. l. 1. & quòd sibi succedat vt dictum est. & quod possit alimenta ab eo petere si non habeat vnde se sustentet, vt ff. de alend. liber. l. si quis à liberis. §. pen. & quòd possit eum reuocare in seruitutem, vt ff. de libe. & eod. lib. l. si manumissor. & l. vltim. & C. de ope. libe. l. pen. Qui ex causa fideicomm. manumittit omnia iura habet patronatus: præterquàm quòd non reuocet in seruitutem, nec imponat operas, vt C. de oper. lib. l. 2. Pro quo autem fertur sententia, quòd sit patronus, ipsum credo omnia iura patronatus habere: tantùm operatur authoritas iudicantis. Et ille qui accepta pecunia manumittit, non habet contra tab. vt ff. de bon. lib. l. etiam. §. si quis nummos. & ff. si quis a pa. fue. manu. l. 1. §. si parens. Secundum, quòd libertus sit maior centenario, id est, quòd habuerit plusquam 100. aureos in bonis: si enim minus habet, licet ab intestato succedat patronus, impunè præterit patronum, nec habet patronus contra tabu. vt Institu. de success. libe. § sed nostra. Et quantum faciant 100. aurei, scias quòd septuaginta duo aurei accepto ferantur in libram auri, vt C. de suscepto. & archa. l. quotiens. lib. 10. Tertium, quòd faciat testamentum in quo aliquem sibi hæredem instituat. Quartum, quòd patronum prætereat. Quintum, quòd non habeat filium: filius enim siue sit institutus siue præteritus siue exhæredatus, dummodò iniustè patrono præfertur: si enim iustè, non nocet sicut hæc probantur Institu. de success. lib. si enim libertus ab intestato decederet sine filio, patronus insolidùm succederet. Item si esset institutus, cessaret contra tabu. quia datur tantùm præterito. Item si haberet filiũ. patronus excluderetur, vt in prædict. tit. & ff. de bon. liber. l. liberto. Quid dices de patre liberti vel de fratre, vel de filio fratris, an præferantur patrono? Respondeo, dominus meus notat in fine summæ de bon. libert. C. quòd pater liberti præferatur patrono: in fratre & filio fratris idem videtur etiam lex dicere, vt præferantur patrono. Institu. de gra. cog. §. illud. licèt quidam habeant rubricellam de seruili cognatione. quidam tamen dicunt contra, vt ff. de bonis libe. l. liber sine liberis. & ff. de suis & legit. l. intestato. & Institu. de success. libe. §. sin autem intesta. & Instit. de leg. pa. tu. Ego ipsius tamen sententiæ assentior, vt pater & frater præferantur patrono: & omnes leges loquentes quod patronus succedat liberto decedenti sine liberis, subaudi & sine patre vel fratre. satis enim euidenter ponit Instit. de gradi. cogra. §. illud. quòd frater excludat patronum: de filio fratris ibi non notatur, vnde durum est dicere, nec dominus meus notauit, licet filius fratris eadem iura habeat sicut & frater, vt in auth. vt fratrum filij quod quidam de æquitate admittunt. Sextum, quòd patronum non instituat, nec legatũ illi relinquet, nec donet causa mortis, nec donet inter viuos libertus patrono, vt sibi computet in debitã portionem: & adeò est hoc verum, vt si ex modica parte sis institutus, vel si legata non sufficerent, non proponat contra tab. sed agat ad supplementum condict. ex lege, sicut hæc probantur ff. de bo. lib. l. etiam si ius. §. totiẽs. & §. si patronus. & §. si debita. & §. vlt. & l. si ex modica. §. 1. & §. vlt. & l. nam. & Inst. de success. lib. Idem est & si filio patroni vel seruo aliquid sit legatum, & patronus agnouit. nam tunc repellitur à cõtra tab. sed agit ad supplementum, si non sufficiat ad tertiam, sicut in legato relicto ipsi patrono. Et quod dixi de mortis causa donatione, vel inter viuos: attende si post mortem liberti agnouit, alioquin si in vita liberti, non nocet, quia potuit sperare quòd libertus in testamento circa eum gratus fieret, sicut hæc omnia leguntur ff. de bon. libe. l. si verò. §. si patronus. & §. si seruo. Et hæc sunt vera, nisi sit minor qui posset restitui, propterea quia post mortem liberti agnouit, vt ff. de bon. lib. l. si verò. §. vltim. Septimum oportet, quòd sit adita hæreditas liberti: saltem ab vno ex hæredibus: alioquin ante aditam hæreditatem non competit, vt ff. de bon. libe. l. etiam. §. vt patronus. & §. libertus qui soluendo. & ff. de bono. possessio. contra tabul. l. illud. & quare hoc sit, & quare aliud in contra tabulas quæ datur filio, dixi supra de bono. possess. contra tabul. quæ datur filio. Octauum, oportet, quòd bona illa non sint quæsita in castris. nam in illis bonis habet liberam factionem testamenti, nec timet contra tabulas, vt ff. de bon. libe. l. etiam. §. patronus. & ff. de mili. testamen. l. si à milite. §. vlt. & l. sequenti. Nonum, quòd libertus ille non sit natalibus restitutus, vel impetrauerit à principe liberam testamẽti factionem, tunc enim cessat contra tabul. licèt non cesset quandò impetrauit ius aureorum annulorum, quòd hodiè non habet necesse petere, vt ff. de bon. libe. l. etiam. §. 1. & §. planè. Si enim liberam testamenti factionem consequitur à patroni filio per literas fortè ipsius, nihilominus filius patroni habet contra tabul. & sic libertus nõ consequitur liberam testamenti factionem, vt ff. de bonis liber. l. Paulus respondit ex hæreda. §. patroni filius. Sed quæritur quæ sit ratio? Respondeo: si vis addere literæ, posses ita dicere: quòd ibi filius patroni viuente patrono concessit testamenti liberam factionem liberto. vnde propterea libertus non consequitur liberam testamenti factionem. Cæterùm si patronus ipse concederet fortè secùs. Sed mirabilis esset iste intellectus: nam sic non haberet aliquid necesse relinquere filio patroni. vnde de filio loquitur patroni qui patronus erat, quomodò ergo respondebis? Respondeo: ideò illud contingit, quia concedere liberam testamenti factionem non est nisi solius Imperatoris: vnde alius priuatus si concedere non possit, non est mirum. Vel aliter concedere liberam testamenti factionem, hoc est, de iure publico, quòd nec pactis transfertur: nec mutatur, nec conceditur, sicut habes simile, nam pater filio non potest concedere testamenti factionem, vt Instit. qui. nõ est permis. face. testa. quia testamenti factio est de iure publico, vt ff. qui testa. fa. pos. l. testamẽti factio. Vel aliter, concedere liberam testamenti factionẽ, hoc est de futura hæreditate, pactio quæ cùm sit contra bonos mores, reprobatur, vt C. de pact. l. vlt. & non solet pacto transferri, nec concedi, nec mutari, vt argum. ff. de pact. con. l. hæreditas. Oppositio. Sed opponitur de eo quod habes in C. de inoff. testam. l. si quandò. vbi dicitur, quòd si aliquis impetrauit liberam testamenti factionem à principe, nihilominùs debeat testari secũdùm ius commune: ita & hic, licèt libertus liberam testamenti factionem a principe impetret, nihilominùs testari debet secundùm ius commune, scilicet vt patronus habeat tertiam: maxime cùm beneficia non concedantur in alterius iniuriam, vt C. de emancip. liber. l. nec auus. & C. de precib. Imper. offer. l. quoties. Respõ.

l. illa, si quandò loquitur quandò concessa est libera testamenti factio alicui intestabili. Vel aliter: si concedatur testamenti factio libera, hoc verbum non tollit solemnitatem testamenti de iure publico introductam, propter rationem redditam in C. de fideicōmiss. l. quæstionem. sed tollit vt libertus non timeat contra tabul. in quo potuit Imperator præiudicare patrono: & hoc quia ab eo habet, id est, à iure prætorio, quòd est viua vox principis & iuris ciuilis, vt ff. de insti. & iur. l. nam. vel quia patrono non infert damnum, sed aufert lucrū, quod conceditur, vt ff. de dam. infec. l. Proculus. & arg. ff. de acquir. poss. l. vlti. & quod tu opponis, non solent concedi priuilegia in alterius iniuriam. Respōdeo: verum est, non solent concedi de facili, sed si concedantur valent. Decimum, quòd patronus non amittat ius patronatus: tunc enim non habet contra tab. quod contingit multis de causis. In primis si denegat patronus alimenta liberto egenti, vt ff. de iur. patro. l. diuus Claudius. Item si adegit patronus libertum vel libertam ad iusiurandum ne nubant, dummodò nubere possent: alioquin si castratum, vel fortè sexagenarium faciat iurare ne nubat patronus, non punitur, & est ratio, quia non sunt vtiles illi liberti ad filios procreandos: quia quinquagenarius partus mirabilis est, vt C. de libe. hære. l. si maiori. sicut & aliàs qui vendidit mulum castratum non tenetur redhibitoria: quia muli non sunt apti ad generandum, vt ff. de ędil. edict. l. ædiles. §. iumentorum. hæc leguntur ff. de iur. patr. l. adigere. & l. qui contra. & est verum si habeat sociū patronus, quòd socius habebit insolidum ius patronatus, vt ff. de bo. lib. l. communi. Item si patronus fuerit deportatus & non restitutus, vt ff. de bon. liber. l. etiam. §. si deportatus. Item si libertus similiter fuerit deportatus. Item si patronus vel libertus fuerit crimine perduellionis damnatus, iura in filijs damnati nō auferuntur ex indignatione Imperatoris, vt de iur. patr. l. iura. licèt de rigore iuris amittant, vt ff de suis & leg. l. 1. & ff. de inter. & relega. l. 3. & similis benignitas facta est ab Imperatore aliā. ff. de bon. dam. l. cùm ratio. & ff. de inter. & releg. l. 1. & 2. Item amittit propter negligentiam suam, & propter probitatem serui si filius nō vindicauerit mortem patris, & seruus vindicauerit: indignus est habere illū libertū, & ille fiet liber, vt ff. de iur. patro. l. pe. in prin. & C. pro quib. cau. serui pro pre. acqui. liber. l. 1. & ff. de bon. libe. l. si necem. Item amittit si eo conniuente consortium fecerit cum ancillis vel colonis domini Imperatoris, vt C. de bon. lib. si liberti. Item amittit si exegit mercedem operarum, sed distingue, aut fecit ad preces liberti, cùm magis velit dare mercedem, quàm operas, & tunc patronus non amittit ius patronatus, aut patronus exigit mercedem ab inuito liberto, & tunc amittit, si exegit pro futura, sed si pro præterita non: quia accepit pretium opere, sed & pro futura non amittit, si facit ex necessitate, putà, quia nō habebat vnde se sustētaret: sicut probatur ff. de oper. liber. l. patronus. per totam l. & ff. de liber. agnosc. l. si quis à liberis. §. si quis. & C. de ope. lib. l. si qua pecuniam. & l. nec patronus. & l. 1. & ff. qui & à quib. manumi. non fi. l. 1. & hoc notat dominus

4 meus in summa de bon. liber. † QVÆSTIO. Sed quare amittitur ius patronatus exigendo pretium pro futura opera, nisi quandò ex necessitate, & pro præterita non amittitur? Respondeo: ratio est. nam cùm tempus sit præteritum vt pro illo non possit peti, licèt recipiam pretium, tamen mihi non præiudico, quia illo tempore præterito nihil contingit quòd patronus petere possit, cùm tempus sit præteritum. at quando pro futuris videor habere operas ex quo habeo pretiū, imò plus: quia tanti videor æstimasse ius patronatus, vt arg. ff. de fideicom. libe. l. generaliter. §. si quis alienum. ideo si aliquid contingit vel quòd moriatur libertus, vel quòd indigeam, omnia amitto. & facit pro hac solutione ff. de oper. liber. l. patronus. in fine. Sed licet sic dominus meus distinguat, vtrùm pro futuro tēpore, an pro præterito. quidam tamen in hoc discordant: vt si pro futuro tempore recipiat pecuniam patronus, quòd amittat ius patronatus quantum ad contra tab. & ita intelligūt leges, de oper. lib. l. si quam. et l. nec. & C. de bon. po cōtra tab. libe. l. fi. Si verò patronus exigat operas, amittat contra tab. nec inuenimus, quòd in aliquo alio puniatur, & sic plus punitur recipiendo pretium pro operis, quàm operas: quia recipiendo pretium videtur tanti totum ius patronatus æstimasse, vt dixi, vt probatur C de bon. poss. cōtra tab. libe. l. patronus. & ff. qui & à quibus ma. non lic. l. fin. & C. de oper. lib. l. si quam. Item amittit, si patronus remittat ius patronatus vel in testamento vel inter viuos. duo tamen iura sibi remanēt scilicet honor & reuerentia, & quòd reuocet illum in seruitutem, vt C. de bon. lib. l. vlti. & in auth. vt liberti de cætero. §. illud. coll. 6. Item amittit si libertum pœna capitis accusauerit, nisi hoc ex necessitate faciat. Sed dominus meus vt not. in summa tit. de bon. lib. intelligit hoc vltimum esse verum in filijs patronorum, siue eos accusent, siue eos petant in seruitutem & perseuerent vsque ad sententiam, & sint maiores 25. ann. & non faciant ex necessitate, vt ff. de bo. lib. l. qui cùm maior. & per totam l. & l. in seruitutem. In patrono autem dicit, quòd nō puniatur etiam si accusauerit libertum pœna capitis, vt ff. de fideicō. liber. l. si filius. §. crit. Sed lex illa parū facit, imò punitur & amittit ius patronatus, ipse patronus libertum accusans, vt ff. de iur. pat. l. cùm patronum. & ff. de bon. lib. l. quarto. Item amittit, si libertū petat in seruitutem, vt ff. de bo. liber. l. qui in seruitutē, & l. in seruitutem. Vndecimum est necessarium in persona filij, quòd nō sit filius exhæredatus. sicut enim exhæredato denegatur contra tab. vt ff. de bon. poss. cōtra tab. l. nō putauit. ita & denegatur ista contra testamentum liberti, si filius sit exhæredatus à patre, vt ff. de bo. liber. l. si ea patronis. §. sui. & l. quod si pater. & l. si patronus. per totam l. & l. si filius. in quibus legib. multa notantur de filio exhæredato & nepote, an possint habere contra tabul. ad libertorum suorum auitorum vel patronorum testamenta. & ad idem ff. eo. l. si filius qui patri. Item quod dixi de exhæredatione intelligas, sicut & in alia contra tab. si exhæredatio sit legitime facta, non enim quæuis exhæredatio remouet filiū à contra tabu. vt ff. de bon. poss. contra tabu. l. non putauit §. non quis. ita & hic. nam si filius sit exhæredatus nō mala mente parētis, sed quia fortè furiosus, vel impubes, & rogatus sit institutus illi restituere, exhæredatio talis non nocet: adeò, quòd etiam si pronuntiatum sit illum exhæredatū, vel perperàm sit exhæredatus, id est, non mala mente, non repellitur à contra tab. vt ff. de bonis liber. l. si patronus. §. si quis non mala mente. & §. si quis cùm esset. Et est quoddam mirabile, quòd licèt rebus iudicatis standum sit, vt in prædicto §. & stemus. tamen præsumimus pronuntiatum exhæredatum non mala mente: & sic dubia in benigniorem partem interpretantur, vt ff. de legi. & constit. l. benignius. Sed licèt exhæredatus à patre appellatur à cōtra tab. liberti: præteritus tamen non repelletur, vt ff. de bon. liber. l. Paulus respondit, exhęredatus. §. vlti. nisi præteritus sit filius à patre milite, in quo casu præteritio habetur pro exhæredatione. & hoc idem in matre & in ascendentibus per matrem, vt ff. de bonis liber. l. si patronus. & Instit. de exhæreda. liber. §. vltim. Duodecimum est necessarium in persona filij, vt habeat contra tab. contra testamentum liberti, scilicet vt sit legitimus & naturalis, aliàs non: licèt in matre sit secùs. nam vulgò quæsitus habet contra tabulas contra testamentum liberti, & est ratio, quia certa est mater: pater autem is est quē nuptiæ demonstrant, vt ff. de bon. liber. l. patronæ & ff. de in ius vocan. l. quia. & simile in querela inoffic. testa. vt ff. de inoffi. testa. l. si suspecta. §. de inofficioso. In hac autem bo. pos. fiant tal posi. ex parte actoris. † POSI 5
TIO ACTORIS. Ego dico, quòd Titius fuit seruus meus. Item ipsum manumisi. Item ipse libertus maior est centenario. Item fecit testamentum. Item in illo Sempronium hęredem instituit. Item me patronum suum præteruit. Item decessit sine liberis. Item omnia bona quæ habet ipse libertus quæsiuit negotiando. Econtra [illegible] fac. tal. posi. POSITIO REI. † Ego dico. quòd Titius [illegible] 6
seruus Męuij. Item ille ipsum manumisit. [illegible] quod

hr

fit actor verè patronus dicat, libertus ille fuit minor centenario. Item ego fui filius illius liberti. Item tu patronus amisisti ius patronatus, & facias positiones ex omnibus illis causis propter quas quis amittit ius patronatus, vt suprà in hac eadem rub. notaui. Item libertus in suo testamento reliquit tibi tertiam iure patronatus debitam. Item reliquit tibi legatum vel seruo vel filio suo, & tu agnouisti illud. Illud autem diligentiùs attende, quod hæc bono. poss. contra tabul. non rescindit testamentum liberti in totum, sed vsque ad tertiam quæ hodiè patrono debetur, vt C. de bo. pos. contra tab. lib. l. 1. sicut & illa contra tabul. quæ datur patri, vt ff. si quis à pa. fu. ma. l. Pomponius. in prin. licet contra tabu. quæ datur filio in totum rescindat, vt in superioribus rubricis notaui. Item et illud nota, quòd iure veteri dimidia debebatur patrono, hodie autem tertia, & sic illo iure quædam societas côtrahebatur inter patronum & libertum, vt ff. de bon. liber. l. 1. & Insti. de success. li-
7 ber. Concipiet actor libellum sic. † LIBELLVS. A vobis domine magister Iustic. vel domine potestas, peto ego R. concedi mihi bonorum possessionem contra tab. contra testamentum liberti mei T. pro tertia parte mihi debita de iure, qui cùm esset maior centenario in testamento suo me prçterierit, & Gaium sibi hæredem instituit. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit C. qui admit. ab bono. poss. l. vlt. & C. de cura. fu. in. l. vlt. & ff. si quis ord. in bono. poss. serue. l. ... & Insti. de success. libe. & C. de bono. possess. contra tabul. lib. l. 1. Si autem
8 relictum sit sibi aliquid dicat. † LIBELLVS. Peto suppleri, & concipiat sic libel. Coram vobis domine potestas propono ego R. quòd Titius libertus meus, qui maior erat centenario, fecerit testamentum, & talem sibi hæredem instituerit, & mihi viginti reliquerit, quæ ad tertiam non sufficiant, vnde cùm decem mihi ad tertiam illam non sufficiant, peto illa decem mihi ab hærede suppleri: & ad hoc propono condictionem ex lege, & hoc puto verius, vt supra notaui. Quod sic rectè concipi. libel. probatur Insti. de succes. libe. & ff. de bo. liber. l. etiam. §. si debita. Item illud nota pro ista tertia parte: quòd illa bona spectentur, quæ fuerunt tempore mortis liberti, vt ff. de bon. liber. l. etiam. § vlt. & l. si patronum ex debita. §. vlt. OPPOSITIO. Sed non videtur, quòd libellus sit necessarius: cùm enim tantùm à prætore impetretur quare habeo necessariò concipere libellum? Respondeo: imò in omnibus enim in quibus desideratur causæ cognitio necessarius est libel. vt supra de bono. possess. notaui. etiam si illa debeant officio iudicis expediri. OPPOSITIO. Sed opponitur, omnia quæ causæ cognitionem desiderant, per libellum non explicantur, vt ff. de regul. iur. l. omnia. & ff. de offic. procon. & lega. l. nec quicquam. §. 1. Respondeo: frater deciperis specie recti. quod ibi dicitur per libellum, nô noli intelligere per libellû, scilicet quòd scriptura sit tibi necessaria, sed per illum libellû, id est, breuiter quòd possit demandari: imò causa cognita & probata, & quòd non possit demandari & similia verba inuenies ff. de excusatio. tut. l. excusare. & C de prædi. mino. l. in minorum. Libellus autem hîc est necessarius: quia oportet vt sit hæreditas adita ad hoc vt hæc bonorum possessio competat, & sic veniet hæres & defendet, vt ff. de boo. liber. l. etiam. §. 2. & dixi suprà de bonor. possess. contra tabu. quæ datur filijs. † QVAESTIO. Illud autem quæritur, quare hæc rescindat testamentum tantùm pro tertia, vt dixi: illa autem, quæ datur filijs, rescindat in totum? Respondeo: quia illa magis fauorabilis & quia magis debentur bona patris filio, quam bona filij patri vel quàm bona liberti patrono, quæ non debentur nisi pro tertia.

Si exhæredatus sit aliquis de descendentibus, vel ascendentibus, vel frater consanguineus & vterinus datur eis querela inofficiosi testamenti. Rubrica.

1 *Vterinus an querelam habeat cum sit sublata differentia sexus, emancipationis & patriæ potestatis.*

2 *Vterini quare querelam non habeant, consanguinei autem sic.*

3 *Querela inoff. test. vt competat, quot exigantur.*

4 *Causæ plures quare in persona patris requirantur, vt possit filium exhæredare: pauciores autem in filio, cùm totum econuerso esse deberet.*

5 *Filius an iure iure veteri in supplementum agebat.*

6 *Positiones actoris & Rei in querel. inoff. test. test. et nu. 7.*

8 *Libellus in querel. inoff. test. quomodo concipiatur.*

9 *Querela in inoff. test. quare permittat variare, & negare quod primò affirmauit.*

10 *Testamentum inofficiosum qui dicit, quare legatum amittere debeat sibi in testamento relictum.*

11 *Legato accepto. quare testamentum inofficiosum dici non possit: falsum autem vel non iure factum sic.*

SED licèt tractemus de bonorum possessionibus, quæ omnes prætoriæ sunt, vt Insti. de bo. pos. possess. tamen inserere volumus de querela inofficiosi testamenti, licèt ipsa ciuilis sit, vt Insti. de in[off.] ... & ideò quia ferè idem operatur quod contra tab. ... nam testamentum rescindit, vt ff. de inoff. testa. l. Papinianus. §. si ex causa. Itê sicut illa datur præteritis, ... filio, quàm patri, vt supra diximus in superioribus rubri. ita & ista datur exhæredatis, siue enim filius exhæredetur à patre vel à matre: imò & si à matre præteriatur, vel ab ascendentibus per matrem, datur ei querela, quia matris præteritio habetur pro exhæ[redatione] vt Inst. de exhære. lib. §. vlt. siue pater, siue ... vel ascendentes exhæredentur à filio emancipato datur ei querela, vt ff. de inoff. test. l. 1. Et sic nota, quod querela detur omnibus descendentibus siue sint masculi siue fœminæ. si sint exhæredati. nam licet non ... potestas materna: eadem tamen reuerentia & pietas est præstanda matri sicut & patri, vt ff. de cura. fu. ... iulæ. Ex linea autem transuersali, etiamsi sint exhæredati, non habent querelas, nisi fratres qui sunt consanguinei & vterini: & tunc quando turpis persona ... est instituta, intelligas turpem non in persona, ... id est, infamem, siue de infamia facti intelligas ... de infamia iuris, vt ff. de inoff. test. l. 1. & C. de inoff. ... l. fratres. & intelligas de consanguineo fratre ... vel consanguineo & vterino. soli enim vterino ... datur querela, vt in prędict. legib. QVAESTIO. † Sed nunquid hodiè vterinus habet querelã: cùm sit sublata differentia sexus & emancipationis & patriæ potestatis, vt in auth. de hæred. ab intesta. col. 9. Respondeo: non habet, quia est sublata quantum ad successionem ab intestato, non quantum ad causam testamenti, sicut & in
4 superioribus rub. notaui. † QVAESTIO. Sed illud quæritur quare vterini non habent querelam, consanguinei sic? Respondeo, ratio est. vterinus enim ... cognatus, & cognati sunt iuri ciuili incogniti: cõsanguineus est agnatus qui iuri ciuili cognitus est. vnde si habeat querelam non est mirum, quæ est de iure ciuili. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd etiam consanguineo non detur, quia exhæredatio non cadit in extraneum sed in patrem solum, vt ff. de verb. obli. l. quidam. Respondeo ... proprié non cadat in extraneum, tamen ... ominus ... tet exhæredat fratrem vel præterit ... quia perinde habet præteritum à fratre sicut à matre pro exhæredato) habet querelam, vt dixi. & l. illa, quidam. si benè intel-
3 ligatur deceptione inducitur. Vnde † ad hoc vt querela inofficiosi testamenti competat tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit de linea descendenti, vel ascendenti, vel sit frater cõsanguineus. Secundum, quod ille qui descendit, non sit emancipatus: quia tunc oportet eum aliud petere remedium, scilicet bonorum possessionem, quæ vocatur gratia litis agnoscendæ, ... ximus suprà de bo. pos. contra tab. quæ datur filijs ... finem. Tertium est necessarium, quod ille qui decessit, fecisset testamentum in quo alium sibi hæredem instituat, & istum exhæredet, vel prætereat si est mater & frater, sicut hęc omnia probantur ff. de inoff. testa. ... & 2. & l. Papinianus. & Insti. de inoff. test. et Insti. de exhere.

lib.§.vlt.hoc etiam dico in milite, quia silentium militis habetur pro exhæredatione, vt ff.de bo.libe.l.si patronus testamento.& C.de mili.testa.l.sicut.non tamen datur querela.C.de inoff.test.l.de inoffi. & ff.eo.l.si instituta.& ff.de mili.testa.l.sicut.Quartũ,quòd filius vel pater vel frater non commiserit causas ingratitudinis: nam si commisit & verum est,cessat querela. Causæ autem propter quas filius possit exhæredare patrem sunt septem. Et causæ propter quas pater filium, sunt 14.quæ omnes enumerantur in auth. vt cùm, de appel.cogn.§. aliud quoque,colla.8. Causæ verò propter quas frater potest exhæredare fratrem sunt tres,vt in auth.de nup. coll.8.ingratitudinis.Quòd iustè exhæredati non habẽt querelam, legitur ff.de inoff.test.l.2. & Inst.de Inoff.testa.

4 †QVAESTIO. Sed quare plures causæ requiruntur in persona patris, vt possit filium exhæredare, pauciores autem in filio, cùm totum econuersò deberet esse, sicut diximus. cùm magis debeatur hæreditas patria filio, quàm econuersò,arg.ff.e.l.nam si. & ff.de bo.libe.l.pe. §.1.& ff.vnde liberi.l.scripto. Respondeo,hoc contingit non ratione bonorum,sed ratione personæ. Sed plures causæ requiruntur in persona patris: quia persona patris sancta & reuerẽda debet filio videri, vt ff.de obseq.à lib.pa.præstan.l.liberto. Item præceptum est domini. Honora patrem tuum,& matrem tuam,vt sis longæuus super terram.& alibi: qui maledixerit patri vel matri,morte moriatur: non tamen ista sunt dicta de filio, quòd persona filij debeat videri reuerenda patri, & quòd pater honoret filium, & quòd qui dixerit filio racha, morte moriatur. De fratre autem non curo rationem reddere: quia sufficiunt tres causæ numeratæ in auth.de nupt. & tunc si aliqua illarum erit vera,etiam turpi persona instituta cessabit querela: quia quando non est turpis,instituitur, etsi nulla illarum causarum interueniat,tamen cessat querela,vt suprà dixi. Quintum, quòd pater dicat eos ingratos in testamento quos exhæredat:nam si tantùm exhæredet,& nõ dicat eos ingratos,aut sibi aliquid relinquat, tunc non licet hæredi instituto illos ingratos nominare, vel talem quæstionem inducere:imò agerent filij ad supplementum, si aliquid hodie habent iure institutionis, vt in auth. vt cùm, de appel.cog.col.9.si autẽ nihil eis reliquit,& dicat eos ingratos, tunc hæredes instituti possunt probare causam ingratitudinis,aliàs non:& sic intelligimus quòd dicitur tunc vetera iura &c. sicut hęc colligũtur ff.de inoffi.testa.l.omnimodò.licèt quidam dicãt,quòd faciat mentionem in l.illa,omnimodo.de l.alia in eod. tit.l.liberi. sed semper præsumo, quòd filij grata obsequia patri præstiterint, nisi cõtrarium probetur ab hærede,& sic intelligo l.illam,liberi. & ff.e.l.nam & his. simile verbum habes ff.de leg.3.l.fideicom.§.si sic. & ff. de ma.testa.l.fetuos. Sextum, quòd hæreditas sit adita. ante enim non nascitur querela, vt ff. de inof.testa.l.Papinianus.§.si conditioni.vt C.de inoff.testa.l.pen. Septimum,quòd non prçterierit quinquennium continuũ ab adita hęreditate,vt C.de inoffic.testam.l.pen.§.vlti. Octauum scilicet quòd non fuerit sibi relictum legatum,& si fuerit,quòd illud nõ agnouerit,vt ff.de inoff. test.l.si pars iudicantium.§.vlti & l.nihil.& l.Papinianus.§.si conditioni.tunc enim repellitur à querela,nisi legatum illud alij debuit restituere, vt in prædi.l.nihil.§.si eùm filius. Nonum,quòd non præstiterit patrocinium alicui petenti legatum in testamento patris relictum illi clientulo,tunc enim cessat querela, vt ff.de inoffi.testa.l.vlt.Decimum,si tractamus quòd detur hęredi extraneo, quòd illa querela sit præparata, aliàs nõ competit hæredi extraneo, licèt ad suum transmittat querelam,etiam non præparatam vel comminatam, vt C.de inoff.test.l.pe.§.vlt. Et qualiter intelligatur pręparata vel comminata legitur ff.eo.l.posthumus.§ vlti.& l.quemadmodum. Vndecimum,quòd non sit sibi relicta legitima, vel si minus legitima hodiè iure institutionis, vt in auth vt cùm de appell.cog.§. aliud quoque. colla.8.aget ad supplementum, licèt olim quoquo relicti titulo computabantur in quartam: & excludebatur filius à querela,vt in auth.de trien. & semis.collat.3.& C.de inoff.test.l.cùm quęritur.QVAESTIO. †Sed nonne 5 etiã iure veteri filius agebat ad supplementum,vt ff de inoffi.test.l.si non mortis. quomodo ergo Iust[illegible] dicit,quòd ipse de nouo induait, vt C.de inoffi.te[illegible]a.l. pen. Respondeo:in l.pręd.l.si non mortis fuit additum à cõpositoribus noui iuris. Duodecimum,quòd aliud auxilium non habeat locum: si enim habet aliud,cessat querela,vt Insti.de inoff.test §.tam autẽ naturalea. Decimumtertium,quòd ille qui fecit testamentũ, non fuerit miles: tunc enim filius eius siue sit prçteritus siue sit exhęredatus omni caret remedio siue auxilio, vt C.de inof.test.l.de inofficioso. & de hoc suprà dixi,nisi fuerit veteranus: tunc enim datur querela contra tabulas ipsius,ff.eo.tit.l.contra. In hac autem querela facit act. tal.po.

6 †POSITIO ACTORIS. Ego dico,quòd Titius fuit pater meus. Item fecit testamentum,& Seium hęredem instituit. Item me exhæredauit. Item Seius hæreditatẽ adiuit. Item duo anni sunt, quòd pater meus mortuus est. Item si filius exhęredati vult proponere, dicat sic: pater meus hanc querelã fuit comminatus, vel præparauit. Econtrà reus sic ponat.

7 † POSITIO REI. Ego dico, quòd Titius fecit testamentum, & illo testamento tibi reliquit legatum. Item tu illud legatum agnouisti. Item tu pręstitisti patrocinium petenti legatum ex testamento,quod impugnare intendis. Item tu habes legitimã tibi debitam de iure. Item quinquennium transactum est ab hæreditate adita. Item pater tuus decessit sine præparatione vel comminatione querelæ. Cõcipiet act. sic libellum.

8 †LIBELLVS. Corã vobis domine senator conqueror ego R. de Titio patre meo,qui in testamento suo Gaium hæredem instituit.& me filium suum immerentem exhęredauit, vnde cùm ab ipso hærede sit hæreditas adita, peto ipsum testamentum rescindi per querelam inof.test. Eodem modo concipiet pater vel mater, si sint exhæredati à filijs. Quòd sic rectè concipiatur libellus dicitur Insti.de inof.test.& ff.de inof.test.l.1.2.3. 4.& 5. OPPOSITIO. Videtur autem libellus iste reprobãdus multis modis,& illo potissimè: quia querela nõ est actio nec accusatio. & quòd reprobetur libellus sic insisto:in libello in quo cõquereris de defuncto,qui ad manus adiutorium est vocatus,qui defunctus etsi vellet iniuriam committere,nõ posset, vt ff.si quis caut.l.si eũ. §.iniuriarum. Item proponis querelam quę non est actio,& sine actione nemo experitur,vt ff.de admin.tut. l.quotiens.§.item si temporali. & ff. quod metus causa. l.extat.quòd nõ sit actio sic probo. si esset actio,cùm sit ciuilis,perpetuò daretur, vt C.de constit.pecu.l.1.sed datur intra quinquennium, verùm hoc recipit instantiam.nam multæ sunt ciuiles & personales, & tamẽ citiori tempore tolluntur. nam actio iniuriarum quæ ex lege Cornelia descẽdit,ciuilis est, & tamen secundùm quosdam anno tollitur, vt notaui suprà in actione iniuriarum. Item si esset actio,qui obtineret,haberet cõmodũ, quod in hac nõ est, vt ff.e.l.posthumus.§.si quis. Item si esset actio,daretur hæredi, quod in hac non est, nisi comminata vel præparata sit, vt suprà dixi. & Inst. de perpe.& tempo.acti.§. non omnes. Item accusatio non est,quia in ea non agitur de crimine. Item si est accusatio, morte accusati vel accusatoris finiretur, vt C si reus vel accus.mor.fu.l.2. & l.vlti. quod hic non est: quia aliquãdo datur hęredi, si est comminata. Item accusatio non est, quia non intentaret eam filius contra patrem,quia lis nulla &c. vt ff.de iud.l.lis nulla. hanc tamen intentat, vt ff.e.l.filio.Itẽ non est accusatio,quia aliquando opponitur in modum exceptionis vt ff.e.l. Papinianus.§.filius. Item non est actio:quia certæ sunt actiones, quæ dantur filio suo nomine, vt ff.de act. o.& obli.l.in factum.inter quas hæc non enumeratur. Vnde multi dicunt, quòd querela teneat quoddam medium inter actionem accusationem propterea.ff.e. in multis legibus inuenies eam vocari accusationem, vt ff.e.l.posthumus.§ si quis instituta.& l.si instituta.et l.si suspecta. §.quamuis.& l.vlt.in multis legib vocatur actio, vt ff. eo.l.quẽadmodum.& l.si suspectã.§.1 & [illegible].1.& l.aduersus & in multis vocatur querel[illegible] vt ff. [illegible].contra veterani. & in multis alijs legibus eius tit. vnde respondeo: quòd

quòd his nō obstantib. libellus rectè concipiatur, licèt enim de defuncto videar conqueri, propter factū ipsius ipsum non conuenio, sed testamētum eius rescindi peto, & licèt non sit propriè actio, nec accusatio, vt dictū est: nihilominùs intentatur, nam & officium iudicis propriè non potest dici actio nec accusatio, & tamen intentatur. OPPOSITIO. Item adhuc intentatur: nam nō videtur, quòd hodiè querela habeat locum, quia ex causæ præteritionis vel exhæredationis fiunt irrita testamēta, vt in auth. ex causa. et C. de inof. test. et in corpore authen. vt cùm de appel. cog. Respôdeo, de hoc dic, vt notaui supra de bo. pos. contra tab. quæ datur filio. OPPOSITIO. Item adhuc instatur, quòd non sit necessaria querela, nec videatur quòd querela inofficiosi testamēti aliquid sit, nā qui proponit querelā, nihil aliud proponit, nisi petitionē hæreditatis, vt ff. e. l. quæ de inoff. in fi. vnde ergo tot sunt circuitus: veniam ergo & proponā petitionem hæreditatis, dicens me filium: & si ille excipiet de testamēto & dicat se in testamento institutum: ego possum replicare non curo, quia illud testamentum fuit inofficiosum. Respondeo: non est verum, quòd qui proponit querelā, quòd ponat petitionem hæreditatis, imò falsum est, quod sic probo, scriptus hæres qui adijt, hæres est & insolidū, licèt definat esse hæres per lata querela, vt ff. de vulg. & pup. substit. l. in substitutione. & ff. eo. l. eum qui. ergo alius insolidùm, vel ex parte hęres esse nō potest, vt ff. de reg. iur. l. quòd contra. §. vni duo. pro nobis est. ff. eo. l. Papinianus. i. respon. & § si filius & l. posthumus. §. si quis ex his. præterea hic non est hæres, qui proponit querelam, quod patet: ex testamento non, quia non est institutus: ab intestato non, quia adhuc testamentum tenet, vt ff. e. l. 2. nec enim locus est ab intestato, quamdiù locus est ab testamentariæ, vt ff. de peti. hære. l. 1. 2. & 3. ff. de re iud. l. quādiù. & ff. de acq. hær. l. quādiù. & sic nullo modo potest proponere petitionem hæreditaris. Item petitio hæreditatis proponitur contra eum qui pro hærede, vel pro possessore possidet, vt ff. de petit. hær. l. pro hęrede. & l. qui inter. & C. de peti. hęr. l. cogi. hic aūt institutus verè est hæres, & titulum habet. petitione hęreditaris ergo non tenetur. Si aūt obijciatur nobis, quòd duo sint iudicia secundū hoc, scilicet querela inofficiosi testamēti, & petitio hęreditatis. Respondeo: verū est, & licèt petitio hęreditatis sit noua actio quę statim cōmperit, ex quo obtinuit in querela exhęredatus, tamē statim mandatur executioni quasi de ea sit cognitū, sicut fit in actione in factum quę oritur ex re iudica. OPPOSITIO. Sed obijcitur nobis quod est C. eo tit. l. 1. cū ibi querela detur contra fideicommissarium, ac si pro hęrede vel pro possessore possideret. Respon. querela inofficiosi testamenti, sicut & petitio hæredita datur contra eum, qui possidet pro hærede, vel pro possessore, alio tamen respectu, quia in petitione hæreditatis titulus pro hærede non est verè titulus, sed in querela verè quidē titulus est: quia scriptus verè, interim est verus hæres, sed fingitur quanisi ad querelam non hęres, quia non videtur institutus, vt ff. de in in: eg. restit. l. nemo. & non videtur quis possessionem adeptus. qui ita habet vt restituere nōn possit, vt ff. de acq. poss. l. nō videtur. hoc notat dominus meus. ff. de inof. testa. l. qui de inofficioso. Sed sunt quidā errantes qui dicunt, quòd qui proponit querelam, proponat petitionē hæreditaris. facit pro eis ff. e. l. Papinianus. §. si filius. in fi. ibi quemadmodū ageret, si nō possideret sed peteret: ergo videtur vt proponendo querelā proponat petitionem hęred. Sed respondeo, testamento primo rescisso per querelā, proponet posteà petitionem hæreditatis. Item facit pro eis ff. eo. l. Papinianus. §. si ex causa. nam ibi dicitur rescissum est testamentum, & suus hętes erit. Sed respôdeo, rescisso testamento per querelam istud sequitur quod erit suus hæres proposita postea petitione hæreditatis. Item facit pro eis co. tit. l. Titia. vbi dicitur: si soror obtinuerit in centumuirali iudicio, & actum fuerit ibi querela & nullum aliud legimus centumuirale iudicium nisi petitionem hæreditatis, vt ff. de peti. hæredita. l. item veniunt. §. prlarè. & sic videtur quòd proponendo querelam proponat petitionem hęreditatis. Respondeo: ibi loquitur de querela quā appello cētumuirale iudiciū. Vel si vis intelligere de petitione hæreditatis, intelligas rupto prius testamento per querelā. Item facit pro eis ff. e. l. qui repudiantis, sed similis est sensus. Item facit pro eis ff. e. l. qui de inof. in fin. per quam l. videtur; quòd proponendo querelā proponat petitionem hæreditatis. & est simile ff. de dolo, l. 1. §. & si alia. & ff. de off. procons. & lega. l. legati. Sed respôdeo: qui de inofficioso dicit, & obtinuit subaudi, nullam aliam intentabit posteà nisi petitionem hęredi, quia querela pręparatoria est petit. hęredita. vel nullam aliam intentat, subaudi. quoad propositum, quia propterea intentat querelā vt rescisso testamento venire possit ad petitionem hæreditatis, licèt aliquandò habeat locum illud. Fallitur augurio spes bona sæpè suo. & vide rationem euidentem quę multum facit pro nobis: si illorum erronea sententia obtinuisset, cur facti essent diuersi tituli, sicut alias de codicillo & testamento, si idem essent frustra diuersa nomina his vocabulis mandarentur, vt C. de codicillis. l. idem. Item petitio hæreditatis est actio mixta, vt C. de petit. hæred. l. hęreditatis. quod in querela non est. Item illa res anocat, ista testamentum rescindit. item illa intenditur contra institutum, ista directò contra testamentū, vt ff. e. l. posthumus. §. si quis instituta. QVAESTIO. † Illud tamen quæritur, quare permittitur in hac querela alicui variare & negare, quod primo affirmauit, & econuerso: vt ff. e. cōtra. §. sed nec impuberis. Respondeo: hoc contingit propter varias personas agentium, & [illegible] lorum, de quorum testamētis agitur, sicut & alias ff. ad l. Aquil. l. nā sicut. §. si dominus. §. vlt. nam ibi ratione diuersarum personarū licitum est dicere, quod ille qui est mortuus fuerit seruus, & sic posset agi l. Aqui. & quod sit liber, & sic agi non possit: hoc etiā habes alias, quòd etiā ratione vsusfructus dicatur res extincta, ratione seruitutis dicatur res durare, vt ff. quib. mo. vsusfruc. amit. l. quid tamen. §. non tantùm. & ff. de seruit. vrb. prędio. l. seruitutes. §. si sublatum. & sic in illo §. sed nec impuberis. habet conuentus marellum ad omnem vêrum, nam si venit mater & proponat sic. substitutio pupillaris est testamentum filij mei, in illo testamento inuenio me præteritum, ergo de iure possum habere querelam, vt Inst. de pupil. substit. & Inst. de exhæreda. libe. §. vlt. excluditur mater: quia tunc haberet locum quādo filius fecisset testamentū, & matrem pręteriuisset: at hîc cùm pater fecerit testamentū filio suo, & expressim substituerit, licet iuris fictiōe dicatur pupillaris substitutio testamentum filij, tamen mater excluditur, quia expressa pupillaris admittitur cōtra matrem, vt ff. de vulga. & pup. substit. l. Lucius. & l. qui habebat. licèt in tacita sit aliud. præterquam in milite, vt notatur C. de impub. & alijs substi. l. precibus. & sic excluditur mater, frater patris & frater impuberis: hoc modo audiuit patris frater. i. patruus, quòd frater suus fecerat testamentum quod pupilli videbatur: dicebat frater meus me præterit, expugno testamentum, repellitur hîc frater, qui quādo frater instituit sibi filiū suū pupillum, & sibi pupillariter substituit, substituendo fecit honorem filio, nō autem imposuit illi onus, vt in ead. l. §. si quis impuberi. vnde frater præteritus non habet contra tabulas, nec etiam querelam, nisi quādo turpis persona est instituta, vt suprà dixi, audiuit frater impuberis, quòd testamentū fuit fratris, veniebat ad querelā, sed fuit repulsus, & propter illam rationem: quia fratri non datur querela, nisi quandò turpis persona instituitur, et quia illud testamentum patris est, vnde expugnet paternū, & sic expugnatur pupillare, alias non, vt in prędic. §. est enim vnum testamentum duarum hęreditatū, vt Inst. de pup. subst. † QVAESTIO. Item quæritur, qui dicit testamentum inofficiosum debet, amittere legatum sibi in testamento relictum, vt ff. e. l. contra. §. meminisse. si vsq; ad sententiam perseuerauerit alioquin stante destitit non punitur, vt ibi imò si testis fuit, & si adfuit, vel fideiussor fuit pro illo qui dicebat inofficiosum, vel falsum, vt ff. de his quib. vt indign. l. post legatū. §. ætati. Idem est & si iudicauit contra testa-

mentum, vt ibi. In aduocato cōtra, vt c.l.§.aduocatum. & in tutore idem quod in aduocato: quia & pro officio & nomine aliorum, vt e.tit.l.tutorem. Vnde quidam intelligunt idem in iudice, vnde glossant in l.illo §.ætati. quidam & præsidem indignum putant & e.s.bandi: & malè putant, quia excusantur per officium, sicut aduocatus, & tutor, sed fortè posset intelligi de iudice, quòd amittat legatum, quandò contra testamentum pronunciauit, sed si pro testamēto nōn credo ipsum puniendū.

11 QVAESTIO. † Sed illud quæritur, quare post legatum acceptum non possum dicere testamentum inofficiosum, falsum autem vel non iure factum possum dicere, vt ff.de his quib. vt indig. l. post legatum.§.1.cùm in vtroq; casu ego amittam legatum, vt dictum est? Respondeo: testamentum falsum abusiuè dicitur testamētum, vt ff.quemad.testa.aper.& describ.l.1. vnde propter receptum legatum non potui hoc facere, vt valeat istud, quod nihil est, vt solēnitas quæ deest, videatur suppleri in testamēto inofficioso quod legitimum est, vnū solùm superest, scilicet cōditio mei exhæredati quæ in continenti cessat, ex quo legatum recepi, vt dixi, & sic testamentum remanet in suo statu, & ideò contrauenire nō possum, quia videor comprobasse. OPPOSITIO. Sed contra hoc opponitur de quadam lege mirabili ff. de peti. here. l. postquā. nam ibi postquàm legatum recepi, possum hæreditatem petere. ecce vnum mirabile: aliud quòd licèt restituā legatum possessori hæreditatis, ille mihi caueat, quòd si non obtinuero, quòd legatum mihi reddat: sed ita demùm petam hęreditatē post legatum receptum, nisi manifesta sit mea calumnia: & sic tribus modis instatur. Primò sic, si legatum recepi, possum hæreditatem petere: ante enim quā petam hæreditatem, aut dicam testamētum inofficiosum, vel falsum vel irritum, vel minùs solemne, si volo dicere inofficiosum, non possum, vt dictum est, & sic in isto casu lex ista nō loquitur, si volo dicere falsum, legatū amitto, vt dictum est. quare ergò possessor caueret mihi de legato restituendo? certè nullo modo: cùm non teneatur mihi restituere, & sic nec cauere: & in casu isto lex ista nō loquitur. si volo dicere non iure factum, quod possum, nec legatum amitto quod recepi. vt in prædic. l.post legatum.§.1.& 2. quare legatum restituo, & ipse mihi cauet de illo restituendo, quare fit iste circuitus, qui euitari debet à iure? vt ff.de cond.indeb.l.dominus testamento & ff.si cui plus quā per l.falc.l.vidamus. & C.per quas perso.no.acq.l.vlti. & sic videtur quòd debeam retinere legatum, quod mihi in omnem euētum debet restitui, nā dolo facit qui petit quod restituturus est, vt ff.de doli except.l.dolo. in quo casu l.ista, postq̄. loquitur: & in hac quęstiōe vidi impeditum dominum meum, cùm esset illi oppositum in conuentu. Respōdeo quòd in vltimo casu loquitur lex ista & nō in alio: quare ergò restituit? dico ideò quia retinendo legatum & petendo hæreditatem, quodāmodò videtur sibiipsi contrarius: vel fortè defunctus legauerat rem non hæreditariam, sed rem ipsius possessoris, nō ipsi possessori, sed illi qui petit hęreditatem: vnde si in petitione hæreditatis obtinere: res apud ipsum nō esset remāsura, vnde si medio tempore res illa residet penes illum possessorem hæreditatis à quo est legata, non est mirum. OPPOSITIO. Sed illud quęro quare non amittat legatū, qui dicit testamentum non iure factum, vt in prędict. l. post legatum. ego ostendo, quòd debeat amittere, nam qui dicit testamentum non iure factum, dicit hæredem hæreditatem non posse obtinere, & sic nec ipsam adire: & per consequentiam dicit legata nō valere, nam ea quæ in testamento relinquuntur, ita demùm valent, si ex testamento adeatur hęreditas, vt C. de fideicom. l.eam quam. Item qui dicit testamentū non iure factum, dicit rem redire ad exitum intestati. Respondeo: quandò dico testamentum minùs solemne, nō pecco, nec tum mihi contrarius: imò dico testamentum factum & legata relicta, quę possunt in minùs solemni voluntate relinqui, vt in codicillis: vnde licèt dicam hęredem non debere obtinere hæreditatē, tamen cōtra legata nihil dico, quod in querela falsi contrariū est: quia quādò dico falsum nec hæredē dico institutum, nec legata relicta. OPPOSITIO. Sed videtur quòd idem sit in querela inofficiosi testamenti, sicut quandò ego dico irritū, vel minùs solēne, vt legatum mihi relictum non amittā: quia nō pecco circa legatā sed tantùm circa hæredis institutionē. Sed ideò ibi contingit, quia vt dixi suprà in querela inofficiosi: testatorem accuso quasi, quòd fuerit furiosus faciendo contra officium pietatis, vnde si legatū amitto de iure est. Hæc tanquā vtiliora tractaui de querela inofficiosi. reliqua quære sup. de bo. pos. cōtra tab. quæ datur filio præterito contra testamentum patris.

De bonorum possess. vnde liberi, quæ datur filio emancipato, quando pater decedit ab intestato. Et de bonorum poss. vnde parentes, quæ datur patri filio decedente ab intestato Et de bon pos. vnde nepotes, & vnde aui. & sic deinceps in linea ascendenti & descendenti. Rubrica.

1 *Verba vnde liberi, quid sonent.*
2 *Liberorum appellatione quid contineatur.*
3 *Rubrica specialis vnde parentes, quare posita non fuerit.*
4 *Rubrica vnde liberi, quare in plurali intituletur.*
5 *Rubricam talem quare legislator intitulauerit.*
6 *Verba vnde liberi, vnde agnati, vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor, secundum tabulas, & contra tabulas, an sint propria nomina bonorum possessionis.*
7 *Bonorum possess. vnde liberi, vt competat, quot necessaria sint.*
8 *Mater si ab intestato decedat, per quam bonorum possessionem illi filius succedat.*
9 *Libellus in bonor. poss. vnd. libe. quomodo fiat.*
10 *Bonorum possessio vnde liberi, an sit necessaria, vel voluntaria.*
11 *Quęstio domini Ottonis subtiliter soluitur.*

VIdimus de bonorum possessionibus quæ ex testamento competūt, & de querela inofficiosi testamenti: nunc ad bonor. poss. quæ ab intestato cōpetunt, stilum & materiā conuertamus. Sed quia inter illas prima est & dignior, vnde liberi: quia patre decedente ab intestato prima successio est liberorū, vt in auth.de hæred. ab intestato, col.9. & est ratio, quòd primò illi succedant: quia eadē persona censentur filij cū patre, vt C. de impub. & alijs substi.l.vlti.in fi.in fin. quod etiā intelligit dominus mens in vita patris, adeò quòd sola administratio illi desit: adeò quòd ille genitor & ille genitus nominetur, vt ff. de libe. & posth.l.in suis. & vocetur ad illa bona quasi ad propria, vt ff.de edict. suc.l.1.§.Largius.l. & quasi ad debita. & C.de codācil.l.vlt.& vocetur propter votum parentū & naturalē erga filios charitatē, vt ff.e.l.nā & si parētibus. & ff. vnde liberi.l.scripto. cū omnia nostra liberis nostris paremus, ff.de bon.lib.l nihil. cum dulciori nomine nō possint appellari quam liberi: cùm propter eos nostri memoriā in æuum relinquamus, vt ff.de verb.sig.l.liberorū.§.1.& §.vlti. vocàtur enim quasi ad debitū naturale, adeò quòd descriptionis onus nō timeant, vt C.li.10.de imponē. lucra.descripti.l.1. ratio enim naturalis patris facit filios successores, vt ff.de bo.dā.l.cū ratio. ideò de bo.pos.vnde liberi, videam⁹. † In primis quęritur, quid sonent ista verba, vnde liberi, defectiua enim videtur. 1
Respōn. optime faciemus, si hunc stilū teneamos: nā & prętor fecit, vt ff.si tab.testamen.nullæ extabu. l.1.verba autem illa sic intelligas, licèt defectiua: est enim quædam quasi interrogatio vulgaris: nam dicit aliquis alicui, vnde venis frater? Roma. vel si aliquis recitat aliquos rumores, & aliquis dicit, vnde tibi hoc? & ille dicit, quia ita vidi & interfui: vel si aliquis vadit dit pompatus, dicit aliquis, vnde tibi hoc? & ille dicit, quia diues: & ita hìc venit aliquis filius & vult succedere, patri ab intestato: dicit prætor vnde tibi hoc? respondit filius: domine ideò quia liber.i. filius, id est, ex qua causa petis bon. posses. tibi concedi? hoc sonat hoc verbum, vnde, & ille dicit ideò quia filius: vnde ita beoè sonat, vnde filij. quare ergò intitulatur vnde liberi? 2
Respon-

Respondeo: quia nomen liberorum est magis genara-
le, quàm nomen filiorum: quia comprehẽdit etiam ne-
potes. vt ff. de verb. sign. l. liberorum. & ff. de testa. tute.
l. si quia filiabus. & l. quod si nepotes. & sic dicendo vn-
de liberi, comprehendit filios nepotes & pronepotes.
vel si velles alludere vocabulo, poneres in persona
nepotis, vnde nepotes. Item pro nepote, vnde prone-
2 potes. QVAESTIO. † In superioribus quid dicis: appella
tione liberorum non continetur pater, nec auus, filio
ergo ab intastato decedente & emancipato olim (quia
si esset in potestate, pater non dicebatur succedere, sed
occupabat omnia iure peculij, licèt hodie ab intesta-
to filio in potestate succedat) non succedebat pater vel
auus, vt ff. de castrens. pecul. l. a. & in authen. de hæred.
ab intestato. col. e. Sed quæ erat ratio? Respondeo, quia
olim filiusfamilias quicquid acquirebat, totum acqui-
rebat patri, ideò pater non poterat illi succedere. ho-
diè autem cùm in aduentitijs sit proprietas filij, & in ca
strensibus, & quasi totum sit filij. vt C. de bonis quæ li-
beris. l. cum oportet. meritò pater succedit filio. Qua-
liter ergo & per quam bonor. possess. succedet? Respon
deo, per vnde parentes, vel per vnde agnati, vel per
vnde legitimi, quia qua ratione filius per vnde liberi,
eadem ratione pater per vnde parentes: auus per vnde
aui: proauus per vnde proaui. Item filius patri est agna
tus proximus. vt ff. de suis & legitim. l. filius. posset er-
go pater habere per vnde agnati. Item quia lex vocat
eum, posset ergo habere vnde legitimi, quæ datur omni
bus, qui per legem vocantur. vt ff. si tabulæ testament.
3 nullæ extab. l. vltim. ff. vnde legiti. l. 2. §. vltim. QVAE-
STIO. † Si tu quæras quare non fuit rubrica specialis
vnde parentes. Respondeo, propter duo: quia dicendo
vnde liberi, videtur per consequentiam vnde parentes
sicut dixi. vel aliter, ad ea quæ frequentiùs accidunt iu
ra adaptantur. vt ff. de legib. & constitutio. l. nam ad ea.
frequentiùs enim accidit, quòd patri morienti succe-
4 dat filius, quam econuersò. QVAESTIO. † Item quæri-
tur, quare intituletur in plurali, cum pro maiori parte
vnicus filius proponat semper hanc bonorum possess.
Respondeo, quædam in iure nostro in plurali numero
proferuntur, sicut hic: nam & quis dicitur habere fili-
os, etiamsi vnicum habeat filium: sicut & pugillares &
codicilli. vt ff. de verbor. signific. l. non est sine liberis.
& l. eum quem. Sicut & alias actio vi bonorum rapto-
rum, neg. gestor. quæ locum habent etsi vnicus bos rap
tus, & vnicum negotium gestum sit. vt ff. vi bon. rapt. l.
a. & ff. de negot. gest. l. ait prætor. Hoc etiam in inter-
dicto vti possidetis, quod etiam competit. & dicitur
vti possidetis, etiamsi vnus possideat. & alibi, indigna-
ti sunt discipuli propter effusionem vnguenti: cùm so-
lùm Iudam inuenimus indignatum. Et alibi: lapidati
sunt, cùm solùm Stephanum inueniamus lapidatum.
Eodem etiam modo in propositio has quæstiones repe-
te in alijs sequentibus bonorum possessionibus vnde
agnati, vel vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & v-
5 xor. QVAESTIO. † Item quæritur quare sic intitulauit
legislator? Respondeo, propter penuriam vocabulorũ
contingit: quia plura sunt negotia quam vocabula. vt
ff. de præscripi. verb. l. 3. sicut & in interdictis, vbi prop
ter penuriam vocabulorum à primis verbis sumpsit ru
6 bricam, vnde vi, vti possidetis, vtrobi. QVAESTIO. † I-
tem quæritur, an hæc verba, vnde liberi, vnde agnati,
vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor, secun-
dùm tabulas, & contra tabulas, sint propria nomina
bonorum possessionum? Respondeo sic. nam legislato
res ex ipso facto nomina actionum inuenerunt, sicut &
in omnibus quilibet studiosus per se inuestigare po-
7 test. † Vnde ad hoc vt ista bonorum possessio compe-
tat, tot sunt necessaria. In primis, quòd sit filius siue le-
gitimus, & naturalis, siue tantùm legitimus, id est, ad-
optiuus: durante tamen adoptione & olim, & hodie. vt
ff. si tabulæ testamenti nullæ extabunt. l. 1. §. prætor. &
C. de adoptionib. l. vltim. & ff. vnde liberi. l. 2. eodem
modo requiritur, quòd sit pater vel auus, vel proauus,
qui vult intentare vnde parentes, vel vnde legitimi,
vel vnde agnati. Secundum, quòd ille qui decessit, de-
cesserit ab intestato, alioquin si ex testamento non ha-
bet locum hæc bonorum possessio propter regulam,
quandiu locus est testamentariæ successioni, non est lo
cus ab intestato. & ff. si tabul. testam. nullæ extab. l. 1. §.
ita autem. & ff. vnde liberi. l. 1. & ff. de acquir. hæredi. l.
quandiu & de regul. iur. l. quandiu. Sed hæc ita sunt ve-
ra nisi institutus repudiasset: tunc enim quia post repu
diationem venire non potest, locus est ab intestato, &
huic bonorum possessioni, nec præiudicabit filius sibi
qui fuerit impubes, si medio tempore petijt Carbonia
nam. vt ff. si tabul. testamen. nullæ extab. l. 1. §. ita autem.
Tertium est necessarium, quando quis testatus decedit
ad hoc vt ista bonorum possessio locum habeat, quòd
filius sic præteritus proponat contra tabulas: vel si ex-
hæredatus est proponat querelam, alioquin si permit-
tat institutum adire. & tempora bonorum possessionis
contra tabulas transeant, hæc bonorum possessio non
habet locum. vt ff. si tabulæ testamen. nullæ extabunt.
l. emancipatus. Quartum, quod ille qui decedit, sit pa-
ter vel auus paternus: & hoc dico ideò, quia cuicunque
præterito datur contra tabulas, eidem ab intestato da-
tur hæc bonorum possessio. vt ff. si tabul. testamen. nul-
læ extab l. 1. §. prætor. at contra tabulas non datur filio
à matre præterito contra testamentum matris. vt ff. de
bono. poss. contra tab. l. illud. § ad testamenta. Sed quæ
est ratio, quare ista denegetur filio, si vult matri ab in-
testato succedere: quia quare filio denegetur contra ta
bulas contra testamentum matris, suprà de bonorum
poss. contra tabulas quæ datur filio notaui. Respond. il-
la posset esse ratio secundùm dominum meũ, quod de-
negetur filio hæc bonorum possessio contra tabulas cõ
tra testamentum matris, quia fœmina suos hæredes nõ
habet. vt ff. de suis & legitim. l. nulla. adeò etiam, quod
non possit pupillariter substituere. vt ff. de vulg. & pu-
pil. substi. l. 2. Et quare ergo ad bona patris habet, ad bo
na matris non, cùm & si non sit æqualis potestas, eadem
tamen reuerentia vtrique debeatur. vt ff. de curat. furi.
l. furiosæ. Respondeo, quia hæreditas patris magis de-
betur filio, quam hæreditas matris. vt C. de repu. hære.
l. vlt. QVAESTIO. Et sic secundùm hoc quæritur, si mater 8
ab intestato decedat, per quam bon. possessio. succedat
illi filius. & econtrà. Respondeo, per vnde cognati, vel
per vnde legitimi: non per vnde agnati: sed per vnde
legitimi, quia lex vocat istos. vt ff. vnde legitimi. l. 2. §.
vltim. & l. 3. & ff. vnde cognati. l. 1. Et sic secundùm do-
minum meum illud sicut est per omnia simile, vel simi
litudinarium: quod est ff. si tabu. testam. nullæ extab. l. 1.
§. rectè autem prætor. sic sicut datur contra tabulas, da-
tur & hæc. & sicut illa denegatur, denegatur & hæc.
Quibusdam tamen videtur contrarium, quibus non es-
set inconueniens consentire, quòd filius matri dece-
denti ab intestato succedat per hanc bonorum posses-
sionem vnde liberi. Nec obstat l. 1. ff. si tabulæ testamen.
nullæ extab. §. rectè autem prætor. nam ibi dicitur simi
litudinis causa. vt sicut datur contra tabulas præteri-
to: ita detur hæc ab intestato. & propterea notat simili-
tudinem illam propter filios qui obtinent primum gra
dum in successione, quia siue ex testamento, siue ab in-
testato primi succedunt ipsi, non tamen sequitur vt cui
cunque denegatur contra tabulas, denegetur hæc: quia
hoc esset valdè durum. similitudo enim non est per om
nia attendenda: sic & alias ff. de actio. pignor. l. si cum
venderet. nam ibi dicitur, quod dolus & culpa veniat
in pignore, vt in commodato, sed non est verum: quia
in pignore venit leuis, in commodato leuissima. vt ff.
commod. l. si vt certo. §. 1. & instit. quibus mod. re con-
trah. §. creditor. Item in illa authoritate: estote perfe-
cti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Quintũ
est necessarium, quod status filij mutatus non sit eo tem
pore quo incepit sibi competere hæc bonorum possess.
nam si mutatus est, non competit: si enim primò com-
petijt hæc bonorum possessio, & postcà mutet statum
propter mediam capitis diminutionem, nõ nocet, vt ff.
vnde liberi. l vlt. Sextum, quòd iste qui petit hanc bo-
norum poss. sit proximior, ita quod nullus eũ præcedat
nisi in quodam casu mirabili, vbi pater præcessit nepo-

tem tempore mortis aui, & tamen nepos nihilominùs
habet hanc bonorum possessionem: puta, quando scri-
ptus hæres deliberauit, filius exhæredatus moritur, in-
stitutus omittit, tunc nepos admittitur, qui videbatur
repellendus: quia tempore mortis aui pater eum præce
debat. Sed Vlpianus respondit, quod licet ipsum præce
deret, tamen quia dubium erat propter institutũ ne ad-
iret, patri non competit bonorum poss. ab intestato. vt
ff. de suis & legit. hæred. l. 1. §. pen. nunc autem quando
institutus omittit, inuenitur solus nepos & primus, ꝗ
meritò admittitur. vt ff. vnde cogna. l. 1. §. proximus. na
si hoc nõ diceremus, quomodò nepos iste auo succede-
ret, qui non est agnatus, subaudi, proximus: nam sine du
bio est agnatus. vt ff. de suis & leg. l. filius. Nec obstat ff.
vnde liberi. d. l. filius. quia ibi dicitur, filius proximus
cognatus, loquitur igitur de matre cui filius volebat
succedere, sicut hæc leguntur ff. vnde liberi. l. scripto.
& hoc dicit l. illa, vsque ad verbum, cæterùm, &c. ab il-
lo verbo sic procedit, quòd si sit exhæredatus nepos ni-
hilominùs posset institutus adire, & haberet nepos ea
sua persona querelam. ea persona enim patris non pos
set habere, quia hæreditas non fuit adita, & quando a-
dita, non fuit præparata: licèt hodie etiam non præpa-
rata transmittatur ad suum hæredem. vt ff. de inof. test.
l. Papinianus. §. si conditioni. & l. posthumus. & C. de io
of. test. l. pen. Quod autẽ sequitur in eadem l. quare, &c.
illud sonat quasi concludat, dicens ea quo scriptus hæ-
res non adiuit: & sic non obstet iure testati, id est, iure
testamẽti. meritò hic nepos adibit ab intestato: quia vi
detur obstitisse, scilicèt scriptus hæres: quia si adiuisset
ex testamento, obstaret huic nepoti: quia non posset ab
intestato venire propter regulam ff. de acq. hære. l. quã-
diu. oporteret enim primò testamẽtum expugnare per
querelam. Vel aliter, videtur obstitisse illi nepoti vt ab
intestato adire non possit, sed non obstat. Septimum, ꝗ
annus non sit transactus, qui datur in honorem sangui-
nis ascendentibus & descendentibus: sed illud nõ mul
tum curo: quia succederet sibi ipsi in vnde cognati. vt
C. qui admit. ad bon. pos. l. 4. & ff. de edicto succe. l. 1. §.
sed videndum. In hac bon. poss. concip. actor sic libel.
9 LIBELLVS. † A vobis domine senator magister iustit.
peto ego R. mihi à vobis concedi bonorum poss. vnde
liberi: per quam volo ab intestato patri meo Titio suc-
cedere. Quòd sic rectè concip. lib. dicit ff. si tabul. testa.
nullæ extab. l. 1. & ff. de bono. poss. l. 1. §. causa. & ff. quis
ordo in bon. poss. serue. l. 1. & C. de cura. furio. l. vlt. &
C. qui admit. ad bon. poss. l. vltim. Positiones autem A-
ctoris & Rei quis notare potest secundùm modum su-
10 periorum bonorum poss. QVAESTIO. † Sed illud quæri-
tur, an hodie ista bonorum possessio sit necessaria vel
voluntaria: non autem videtur multum expedire? Re-
spondeo, ista olim poss. bonorum in filijs emancipatis
erat necessaria, in suis erat voluntaria. vt Institu. de ex-
hæred. liberorum. § emancipatos. & Instit. de hæredit.
quæ ab intestato defer. §. emancipati. hodie autem cùm
sit sublata differentia sexus emancipationis & patriæ
potestatis. vt in authen. de hæred. ab intest. col. 9. est vo-
luntaria, si voluit proponere, si non, succedunt ab inte
11 stato. QVAESTIO. † Vltimò quæritur super l. qui se pa
tris, C. vnde libe. nam ibi nepos qui non vult succede-
re patri, sed vult succedere auo, dicit quòd non possit
nisi per bonorum possess. vnde liberi. vnde quæsiuit ibi
dominus Otto, an pater fuerit in potestate, an fuerit
emancipatus: occurrit instantia, respondeat qui po-
test, quare fuit motus ita dominus Otto: nam aut pater
fuit in potestate, & tunc ipso iure fuit hæres. vt ff. de su-
is & legiti. l. in suis. & sic bona perueniunt ad nepotem
tanquam paterna, non tanquam auita, etiamsi bonorũ
possessionem petat. Item si erat emancipatus nepos suc
cedat auo, siue se neget hæredem patris, siue non. quid
est ergo quod dicit l. illa, qui se patris. Respondeo: fili-
us ille erat emancipatus, vnde si nepos vult auo succe-
dere, potest. quia pater qui eum præcessit, auo non suc
cessit: quia si successisset, iam esset commixtio bono-
rum. & ita non posset iam auo succedere, si succederet
patri. negabat ergo nepos se patris hæredem fortè pro-
pter debita quæ filius ille contraxerat, & volebat auo
succedere: quod dubium videbatur. nam cum hæ
reditas aui deferatur nepoti per filium quasi per me-
dium. vt ff. de bon. libertorum. l. si ea patronis. & ff. de
interdict. & relegat. l. 3. tamen nihilominùs succedit
ea sua persona. & quod dicit negabat, &c. subaudi ma-
ximè: quia siue neget siue non, nihil ad rem. quare di-
cit, non nisi per vnde agnati, etsi tempora illa lapsa e-
rant infra quæ bonorum possessio vnde liberi, peti po
terat, quasi ipse sibi succederet, vt ff. de successorio edi-
cto. l. 1. Respondeo, iure veteri edictum successorium
non habebat locum in suis: licèt hodiè sit secùs. vt ff. de
successorio edicto. l. 1. §. sciendum. & Institut. de legiti-
mis agnator. success. sed hic nepos siue erat emancipa-
tus, & verum est, quod iure isto non poterat succedere
nisi per vnde liberi, quia ius verus non agnouit emanci
patus. vt Institut. de ex hæreda. liberorum. §. emancipa-
tos. & Instit. de hæredit. quæ ab intestat. deferun. §. emã
cipati. siue erat suus, & de iure ciuili poterat succede-
re. hodie autem siue suus, siue emancipatus posset de iu
re ciuili succedere. quia sublata est differentia emanci-
pationis. vt in authẽ. de hæred. quæ ab intestat. col. 9. &
quod dicitur ibi in d. l. qui se patris. non nisi per bono.
poss. vnde liberi. Respondeo, verum est de iure præto-
rio, licèt de iure ciuili secùs, vt dictum est. qualiter au-
tem succedat verùm in capita aut in stirpes, quære infr.
de bonor. possessione vnde cognati.

De bonorum possessione vnde agnati, vel vnde legitimi. Rubrica.

1 *Vnde legitimi in duplici differentia sunt.*
2 *Rubrica vnde legitimi, nihil de vnde agnatis continet.*
3 *Bonorum possessio vnde agnati vt competat, quot requi-
rantur.*
4 *Libellus in bon poss vnde agnati, quomodò formetur.*
5 *Bonorum possessio vnde agnati, quare agnatis pateat, cùm
ab intestato succedere possint.*
6 *Verba vnde agnati, quid sonent.*

SECVNDO loco post liberos veniunt ab intesta-
to agnati, qui sunt per virilem sexum coniuncti.
vt Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. & Instit. de
legit. agna. suc. ideò de hac bon. poss. videamus. Scien-
dũ est in primis, quod tam in ff. quam in C. intituletur
rubrica sic, vnde legitimi: & nunquam inuenies rubri-
cam vnde agnati: licèt in legibus positis sub rubric. in-
uenies hanc bonorum poss. vnde agnati, quare ergo in-
titulatur vnde legitimi? Respondeo, ideò quia lex 12.
tabu. vocat hos ad successionem, sicut ad tutelam. vt in
prædictis legib. & ff. de legit. tut. l. 1. † Et nota, quod hæc 1
vnde legitimi duplex sit: prima est vnde legitimi ag-
nati, de qua tractamus. & est alia vnde legitimi, quæ
est generalissima, & datur omnibus illis, qui aliàs ab
intestato veniunt ad successionem, siue sit patronus,
qui posset habere vnde patroni: siue sit mater, quæ pos-
set habere vnde mater, vel vnde parentes, si prætores
talia nomina inuenissent. vt ff. vnde legitim. l. 2. & l. ge-
neraliter. & secundùm hoc dicit vnde legitimi, scilicet
quod lex apponet talem possessionem vel successio-
nem, vt ff. de verbor. signif. l. lege. de hac non tractabi-
mus, quia non est specialis per se. † Item nota, quòd li- 2
cèt in C. intituletur vnde legitimi, nihil tamẽ sub ru-
brica ponitur de vnde agnati. & multotiens hoc cõtin-
git in C. vbi de eo quod ponitur in rubrica nil contine-
atur in legibus. sicut habes suprà de relig. & sumpt. fu-
nerum. & de aleæ vsu, & de aleatoribus, sub qua rubri-
ca nihil ponitur de aleatoribus. Item in C. de rebus cre
dit. & de iureiuran. sub qua rubri. nil ponitur de rebus
creditis. Si tu quæras quare hoc? Respondeo, quia for-
tè in translatione quæ fuit facta è græco in latinum. vt
C. de veteri iure enucl. l. tanta. & in consti. ffotum. om-
nes reipub. leges erant in græco sub illis rubric. & in
græco remanserunt, & in latino non habemus: nam do
minus Burgundio Pisanus sub titulo de relig. posuit l.
græcam

3 græcam de aleatoribus. † Vnde ad hoc vt ista bonorum
possessio competat, tot sunt necessaria. In primis, quod
ille decesserit de cuius bonis tractamus: quia non de-
bet quis esse sollicitus de hæreditate viuentis, vt ff. de
vulga. & pupil. substitut. l. 2. & ff. de donat. l. quidam. &
C. de cap. & postlim. reuers. l. nec nos. Secundum, quòd
sit mortuus ab intestato. vt ff. vnde legi. l. 1. quod quatu-
or modis contingit. vt Instit. de hæred. quæ ab intestat.
defer. & ff. de suis & legit. l. 1. si enim testatus moritur,
hæc bonorum possessio cessat. vt ff. si tabul. testamenti
nullæ extab. l. 1. Tertium, quòd nullus supersit de illis,
qui sui sunt: illi enim præferuntur, vt ff. si tabu. testam.
nullæ extab. l. 1. nisi repudiassent. vt ff. eo. l. 2. & l. inter.
Quartum, quòd iste agnatus sit, id est, per virilem sexũ
coniunctus, vt in prin. dixi. fallit tamen in quibusdam
personis, quæ licèt sint cognatæ, tamen admittuntur
vt agnati. vt in filio sororis germanę, vel consanguineę
vel vterinæ: quia licèt sint cognati, cum agnatis admit-
tuntur sicut agnati. vt C. de legit. hæred. l. lege 12. tab §.
vlt. Item frater emancipatus fratri. Item filius emanci-
pati: quia licèt de iure ciuili desierint esse agnati per
emancipationem, tamen vt agnati non succedunt ob-
stante emancipatione. vt ideò dicitur Instit. de legi ag
na. tut. quia agnatio plerunque propter fratres perimi-
tur capitis diminutione, & hoc per Anastasium maxi-
me quia fiebat emancipatio ex isto rescripto. vt C. de
legiti. tutor. l. frater. & in C. de legi. hæred. l. si ab eo. &
l. de emancipatis. & l. vlti. §. 1. Item frater vterinus, vel
soror insimul succedunt cum consanguineo sicut agna-
ti. vt C. de legi. hæred. l. vlti. §. pen. licèt hodie coniun-
ctus ex vtroque parente præferatur ei qui ex altero tã-
tùm parente coniunctus est. vt in authen. ibi signata. &
est authẽ. de consanguineis & vterinis fratribus. col. 5.
Sed hodie sublata est differentia emancipationis, non
curo de personis talibus, & de gradu cognationis trãs-
lato in gradum agnationis. quia ita succedit cognatus
sicut cognatus. vt in authen. de hæred. ab intestato. col.
9. Quintum, quod certum sit de illo qui mortuus est,
quod decesserit paterfam. vt ff. vnde legiti. l. 2. §. si quis
decesserit. Sextum, quòd sit proximior: siue sit solus, si-
ue cum alijs. vt ff. de suis & legit. l. 1. §. exhæredatos &
ff. vnde cognati. l. 1. §. 2. Septimum. quòd tempora bono
rum possessionis petendæ, quæ sunt centum dierum,
non sint transacta. vt C. qui admit. ad bonor. poss. l. vlt.
& Instit. de bon. poss. §. vlti. neque posset sibi ipsi succe-
dere: quia fortè alius agnatus eum præcederet. In hac
autem bonorum possessione actor faciat tales positio-
nes, & reus similiter, sicut & factæ sunt in alijs, Quod
talis sit mortuus. Item quòd ab intestato. Item quòd sit
i... agnatus. Item, quòd proximior. Et econuerso Reus
faciat contrarias positiones. Libellus autem sic conci-
4 pietur. LIBELLVS. † A vobis domine senator vel magi-
ster iustitiarie peto mihi concedi bonorum possessio-
nem vnde agnati, per quam volo succedere Titio agna-
to meo, qui ab intestato decessit: cum illi Titio sim ag-
natus proximior, & ... ille sine liberis decesserit, &
alijs descendentibus. Quod ... rectè ... concipiatur libel-
lus, dicit ff. si quis ... in bonorum possess. serue. l. 2. &
C. de curato. furiosi. l. vlti ... & de bonor poss. l. 3 §. cau-
sa. & ff. vnde legit. l. 1. & ff. de suis & legi. l. post consan
5 guineos. QVAESTIO. † Sed illud quæritur, quare hic
bonorum possessio ... petunt cognati. cum hodie ...
sint ab intestato succedere: quia si ... est differentia
emancipationis. vt in authen. de hæred. ab intestato.
col. 9 Respondeo, hodie bonorum ... est volun-
taria, & non necessaria: & olim similiter, vt diximus su
prà de bonorum possess. OPPOSITIO. Sed opponi-
tur videtur, quòd sit necessaria. vt Institut. de bonor.
possess. nam ibi dicitur, quod bonorum possessiones i-
stæ necessariæ sint. Respondeo, necessariæ sint quæ-
dam, vt suprà dixi de bonorum possess. & in qu... et
speciali rubric. notaui vel sunt necessariæ si vult ali-
6 quis succedere de iure prætorio, vt & al... C. de l...
præteritis. l. vltim. QVAESTIO. † Item quæritur q... o
nent ista verba, vnde agnati. Respondeo, vt in superio-
ri rubr. notaui.

De bonorum possessione vnde cognati.
Rubrica.

1 *Libellus in bon. poss. vnde cognati quomodò fiat, cum pluribus sequen.*
2 *Bonorum possessio vnde cognati, an sit necessaria vel voluntaria.*
4 *Agnati potius quàm cognati, quare succedant.*
5 *L. octaui. vnde cognati, quomodò intelligatur.*
6 *Vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati successio an in capita, vel in stirpes fiat.*
7 *Gradus in bonorum possessio. vnde cognati, quomodò formentur.*

TERTIO loco stabilita est bonorum possessio vn
de cognati, in qua bonorũ possessione eadem fe-
rè requiruntur, quæ & in superiori, vnde agnati.
vnde non differunt nisi, quia ista datur illis qui per fœ
mininum sexum coniuncti sunt, & ita si sint proximio-
res. & proximum intellige, etiam si solus sit: sicut hæc
habes ff. vnde cognati. l. 1. & ff. de suis & legi. l. post con
sanguineos. hoc tamen plus habet hæc bonorum pos-
sessio quod datur siue cognati sint, siue legitimi & na-
turales nati de legitimo matrimonio, siue non: pone,
quia spurius est qui succedit, & cui vult succedere: quod
in cognatis non est. vt ff. vnde cognati. l. si spurius. & l.
Modestinus. ff. de inoffic. testam. l. si suscepta. §. de inof
fic. & ff. ad municip. l. 1. nisi mulier sit illustris, cui est ve
tecundum habere spurium: hic fortè tali matri nõ suc-
cederet. vt C. ad S.C. Orphic. l. si qua. Quę lex in fine vi-
detur notare mirabile, quod in alia muliere, quæ non
est illustris, filius naturalis æqualiter succedat cum le-
gitimo: sed hodie credo correctum iure authenticorũ,
vt in authen. posita in C. de natural lib. lib. authen. licèt.
quæ est in corpore auth. quib. mod. naturales effi. legi.
col. 6. & de hoc dic vt notat dominus meus in summa
C de legitim. hæredi. Illud tamen verum est, quòd ma-
tri succedant filij etiam si ex diuersis matrimonijs nati
sint. vt ff. ad Tertullia. l. matris intestatæ. vnde quæcun-
que sunt dicta in superiori rubr. hic intelligantur repe
tita. Positiones Actoris & Rei facilimè quis comprehẽ
det sicut in superiori rubr. vnde liberi. Libellum autẽ
sic concipiet. LIBELLVS. † A vobis domine senator seu 1
magister iustitiarie peto ego R. mihi cõcedi bonorum
possess. vnde agnati. per quam volo succedere Titio cog
nato meo, qui ab intestato decessit: cum illi Titio fue-
rim cognatus proximior, & ille Titius sine ascendenti-
bus & descendentibus & agnatis decesserit. Quod sic
rectè concipiatur libellus, dicunt iura ibi posita in su-
periori rubric. & ff. vnde cognati. l. 1. & ff. de suis & le-
gi. l. post consanguineos. Mater filio ab intestato dece-
dente & econuersò, petent bono. poss. & formabunt li-
bellos. LIBELLVS. † A vobis domine, &c. peto ego ma- 2
ter mihi concedi bonorum poss. vnde cognati, per quã
filio meo ab intestato decedenti volo succedere: & sic
in hoc casu est voluntaria. de hoc dic vt suprà de bon.
poss. extraordin. notaui. QVAESTIO. † Sed illud quæri-
tur, an hodie ista bonorum possessio sit necessaria, vel 3
voluntaria? Respondeo, olim ista bon. poss. fuit necessa
ria: quia ius ciuile non cognoscebat cognatos, sed tan-
tùm agnatos, cum agnatio iuris ciuilis esset nomen. vt
ff. de gradibus cogn. l. iure. circa princ. vt Instit. de legi.
paren. tutel. & Instit. de legit. agna. suc. vnde de neces-
sitate prætor eis subuenit: & habet nudam prætoris in-
dulgentiam hæc bonorum possessio: nec enim à iure
ciuili originẽ habet, & illos ad successionem inuitat,
qui sunt iuri ciuili incogniti. vt ff. vnde cog. l. 1. in prin-
ci. & Instit. de succes. cogn. & ideò posui in libello qui
deces... sine agnatis: agnati enim excludebant cogna-
tos. vt Instit. de leg. agna. suc. Sicut & de iure Lombar-
do secundùm quod tantum agnati succedunt, secundũ
multos, & cognati nullo modo: imò deficientibus ag-
natis, admittuntur fiscum: sed errant iure illo, & credo
contrariũ. benè tamen hoc admitto, quod ita sit de iu-
re Lombardo sicut & iure Romano antiquo, vt agnati
præfe-

præferantur cognatis. nam quandiu aliquis ex agnatis
superest in vltimo gradu præfertur cognato, qui est in
primo gradu. sed illis deficientibus admitto etiam illo
iure cognatos. vt in Lombarda de success. l. 1. nam ibi
de omni parentela loquitur, quod par. os parenti vsq;
ad septimum gradum succedat. Item filia matri cognata
est, & tamen succedit. vt in Lombarda de success. l. si
4 quis longo. QVAESTIO. † Si tu quæras quare istis iuribus
succedunt potiùs agnati quam cognati. Respond.
quia magis erant vtiles masculi quam fœminæ ad pugnandum
de die, non de nocte: quia in pugna illa mulieres
sunt potentiores: & ideo masculi præferebantur &
nati ex eis. Hodie autem secundùm iura Codicis, secundùm
Iustinianum loquor, æqualiter succedunt masculi
& fœminæ: quia nolumus esse accusatores naturæ,
cur non omnes masculos generauerit, vel paterno vitio
hoc imputare, si vitium est vel prolem innocentem
grauare, cum enim natura vtrunque corpus edidit, vt
maneat suis vicibus immortale, & vnum alteriut semper
auxilio eguit, vt vno semoto necesse sit quod alterum
corrumpatur. vt C. de leg. hæred. l. lege 12. tab. vnde
hæc bonorum possessio vnde cognati, est volũtaria,
& hoc etiam iure nouissimo, secundùm quod sublata
est differentia sexus & emancipationis. vt in authét. de
hæred. ab intest. col. 9. Nec dicat aliquis, sicut in contra
tabulas diximus, quæ datur filio quod illa sit necessaria,
ergo & ista. & quod sit sublata differentia inter suos
& emancipatos, & inter agnatos & cognatos, quantum
in modo prælationis, scilicet quod vnus alteri nõ
præferatur: sed quilibet iure suo succedat: sicut notat
dominus meus in fin. summæ C. de codicil. non est verum.
quia in contra tabulas illud obtinet, at in istis nõ,
quia quo ad successionem ab intestato in omnibus parificatur,
& quo ad prælationem, vt neuter alteri præferatur,
& in modo succedendi. licèt ille sit agnatus, &
iste cognatus, dummodò sint in eodem gradu: licèt nõ
in eodem genere. vnde hodie proximior in gradu cognatus
præferretur agnato qui est vlterior in gradu. De
quadam tamen lege mirabili volo quærerere, quæ est
ff. vnde cognati. l. octaui. nam ibi dicitur, quod agnato
qui est in gradu octauo, licèt non extiterit hæres, bonorum
possessio deferatur: posteà dicit totum contrariũ:
nam dicit, quod non deferatur vt proximo agnato, quã
uis extiterit hæres. Sed ad notitiã l. illius scire debes, quod
agnati succedebant vsq; ad decimum gradum: cognati
vsq; ad sextum, nisi in sobrino & sobrina: & nati ex eis
qui succedebant vsq; ad septimum. vt Inst. de suc. cog.
§. vlti. licèt hodie secundùm dominum meum parificetur
agnati cognatis, vt diximus: ita succedebant cognati
vsq; ad decimum, sicut & agnati. & licèt P. & alij prudentes
contrarium dixerint, vt notat dominus meus in
summa C. de legit. hæred. in fin. vnde l. illam, octaui. valdè
obscuram sic intellige bon. poss. scilicet vnde cognati:
quia de illa tractamus, & sub illa rubrica ponitur,
defertur agnato octaui gradus, id est, qui est in gradu
octauo: licèt nõ extitit hæres per vnde agnati, quia forté
repudiatione vel tempore est exclusus, & quomodò
habet vnde cognati? habet quia sibi ipsi succedit. vt ff. de
successorio edicto. l. 1. §. sed videndum. Sed licèt deferatur
hæc bonor. possest. scilicèt vnde cognati: non tamé
defertur vt proximo agnato, sed defertur vt proximo
cognato, quàuis hæres extiterit, id est, esse potuerit per
vnde agnati: vel quamuis extiterit hæres, id est, existat
5 per vnde cognati. QVAESTIO. † Sed illud quæritur tépore
harum legum, & maximè secundùm sententiam P.
qui dixit cognatos non succedere nisi ad 7. gradum per
iura prædicta, quomodò lex illa stare potest? si enim erat
agnatus in octauo gradu: ergo & cognatus in octauo
quia omnis agnatus & cognatus habent se vt genus &
species. vt ff. de gradi. cog. l. Iurisconsultus, §. 2. quomodò
ergo omissa bon. poss. vnde agnati, poterat sibi succedere
per vnde cognati: cum agnatus ille qui & cognatus
erat, fuerit in octauo gradu, cognati non succedant
vltra septimum? Respondeo, quod opponis locũ
habet in his qui tantùm cognati sunt: at in illis qui sunt
agnati, & sic cognati, licèt bon. poss. vnde agnati tolla-

tur repudiatione vel tepore, tamé vnde cognati durat
vsq; ad gradũ 10. vsq; ad quem durat agnatio: & sic per
consequentiá cognatio. QVAESTIO. Item quæritur in l.
octaui. §. vlti. dicitur, quod debeat considerari tempus
mortis, & die illa debeat haberi ratio. ad quod respondeo
propter stultitiam instituti, qui volebat succedere
per vnde cognati, & omittere ex testamento: sed cõtingit
ei secundùm prouerbium. voluit cornua. amisit auriculas.
qui totum vult, totũ perdit. vt C. de inoffic. testam.
l. si quis suo. quia illam bon. poss. non potest habere:
quia à tempore mortis tempus centum dierum au
fugit infrà quod debuit petere. vt Instit. de bon poss. § vltim.
sed ille stultus dicebat illud tempus esse vtile, &
non currere nisi à tempore scientiæ. vt ff. de diuer. & tépor.
præscrip. l. 1. ego quod incepi scire illum cõsanguineum
meum esse surdum modo est mensis. contrarium
illi respõdetur, quòd à die mortis fiat computatio. nec
enim debuisset ignorare infirmitatem illius sui proximi
consanguinei. sicut aliàs C. de in integr. rest. tut. ff. de
tutela. sed stultus erat & stulta allegatio sua. quia probatum
non releuat probantem. vt C. de probat. l. ad probationem.
& sic consulo sibi, vt non omittat ex testamẽto,
& habeat illam modicam partem in qua est institutus
in pace: quia melior est bucellus panis cum gaudio,
quam totus panis cum tristitia: nam licet illum testatorem
probet surdum, nihilominùs tamé testari potuit,
secundùm quod distinguit C. qui testamen. face. poss. l.
discretis. † QVAESTIO. Vltimò quæritur vtrùm vnde liberi, 6
vnde agnati, & vnde cognati successio fiat in capita
vel in stirpes? Item vtrum qui prior in gradu, potior
sit in successione? Respondeo, istæ duæ regulæ locum habent
in successionibus, sed diuerso modo: in linea descendenti
& ascendenti non habet locum, quod prior
in gradu, potior sit in successione. nam nepos ex vno filio
succedit auo simul cum filio: in eadem tamen persona
& linea locum habet, vt ego filius prius succedam
patri meo, quã filius meus, & filius meus primò quam
meus nepos. Item alia regula locum habet, quia fit successio
in stirpes, & non in capita, verbi gratia, habui duos
filios ex vno, habeo vnum nepotem ex alio 10. mihi
decedenti succedunt in stirpes: tantùm habebit ille solus
nepos, quantum illi 10. & quare quia succedunt in
stirpes: ille in locum patris sui, & illi in locum patris
sui. In vnde agnati, & in vnde cognati, & sic in linea transuersali
locũ habet regula: vt qui potior est in gradu, potior
sit in successione, prærerquã in filio fratris hodie,
qui licèt in posteriori sit gradu, succedit simul cum patre,
& fit successio in capita, & nõ in stirpes. vt in auth.
de hæred. ab intest. & in auth. vt fratrũ filij. col. . & Instit.
de legi. agna. succes. & C. de legi. hæred. l. pen. & vt
ff. de grad. cogn. l. Iurisconsultus. Si tu quæras quare in
linea descendenti. Respondeo, ratio est: quia hæreditas
aui defertur nepoti per patrem. vt ff. de bo. liber.
l. si ex patronis. quod in agnatis non est: imò [illegible] e
meo defertur. & ideò fit successio in capita. QVAESTIO
Item & illud quæritur circa ista, secundùm iura ciuilia 7
oportet quod persona generata adijciat gradum. vt Institut.
de gradib. cognatio. secundùm iura canonica &
Lombarda secùs. nam persona generata [illegible] non adijcit
gradum. Sed duæ personæ generatæ gradum adijciunt.
Et sic vt melius sub breuitate intelligas [illegible]
in linea ascedenti nihil immutatur iure canonico [illegible]
iure ciuili. In linea transuersali est differentia. nam [illegible]
iure ciuili linea transuersalis incipit a secundo gradu.
vt ff. de gradibus cognatio. l. 1. circa [illegible] ter
regulam prædictam. quia iure Romano [illegible], quod
persona generans & generata faciunt gradum per se.
semper enim generantes personæ faciunt gradum
imparem: generatæ faciunt parem. verbi gratia, pater
& filius secundùm omnia iura sunt in primo gradu.
duos fratres carnales secundum A[illegible] Lombardos
in secundo dicimus esse g[illegible]orum
fratrum oportet, quod sint in quarto nam [illegible]
sum filio tuo in tertio gradu & [illegible]
[illegible]o: ipsi inter se in quarto, & sic d[illegible]
ae numeras iure Romanorum non per [illegible]

sio nisi consanguineis existentibus in quinto gradu: li-
cèt iura dicant, quod extendatur vsque ad decimum:
nam ille decimus secundùm iura canonica, & secun-
dùm iura Lombarda erit quintus. nam duo gradus lega
les, vnum canonicum gradum efficiunt. & sic secundū
illa duo fratres carnales sunt in primo grado. & sic li-
nea transuersalis incipit à primo gradu, sicut & ascen-
dens: filij eorum sunt in secundo, & sic de cæteris. & sic
illis iuribus consideratis, nunquam persona generans
facit gradum, nec persona generata adijcit gradum.
Sed personæ duæ per se faciunt gradū. nam si sumus tu
& ego fratres carnales, ego filio tuo carnalis ero in pri
mo, & tu meo: & sic non mutatur nec genus, nec gra-
dus. ipsi tamen inter se, scilicet filius tuus, & filius me-
us mutant gradum: qui erunt in secundo, & non genus:
quia sunt agnati. Et si tu quæras quare ius ciuile sic nu-
meret, & non ascendat vltra quintum gradum, qui est
decimus iure illo. & ius canonicum vsque ad septimū,
qui essent quatuordecim ciuili iure. Respondeo, quia
ius ciuile considerauit in gradibus illam rationem pro
pter successiones & tutelas. vt ff. de gradibus cognatio
num. l. 1. § sed admonendi. & l. Iurisconsultus. in prin-
cip. Ius canonicum considerauit in gradibus parente-
lam propter matrimonia contrahenda, quod non con-
siderauit ius ciuile. nam duorum fratrum vel sororum
liberi iungi possunt. vt Institut. de nupti. §. duorum. li-
cèt olim iure veteri lege Mosaica ita esset, & hodie est
mutatum. vt in decreto. 35. quæstio. 1. cap. 2. & 3. hæc om-
nia copiosè quære in decretis. 35. quæst. 5. c. ad sedem a-
postolicam. in ipso texto. sed licèt iure canonico vsq;
ad septimum gradum protenderetur parentelæ prohi-
bitio, hodie tamen per Conciliū Lateranense stat pro-
hibitio vsque ad quartum gradum. vt dicit constitutio
extra. de consanguinita. & affinita. c. non debet repre-
hensibile: & sic in affinitate vsq; ad quartum gradum,
vt ibi. Ius autem Lombardum secutum fuit ius canoni-
cum in numeratione graduum in linea transuersali, &
excedit ius Romanum in successione: quia defert suc-
cessionem vsque ad gradum septimum. vt in Lombard.
de successione, l. 1. QVAESTIO. Quid autem sit de affini-
tate, in rubr. seq. dicemus.

De bonorum possessione vnde vir & vxor. Rubrica.

1 *Astutia cuiusdam mulieris fingentis se testamentum face re, qualis fuerit.*
2 *Bonorum possessio vnde vir & vxor, vt competat, quot re- quirantur.*
3 *Positiones Actoris & Rei in bonor. poss. vnde vir & vxor, num. 4.*
5 *Libellus in bon poss vnde vir et vxor, quomodò formetur.*
6 *Bonorum possessio vnde vir & vxor, an sit necessaria vel voluntaria.*
7 *Bonorum possessio vnde vir & vxor, quare marito vel v- xori deferatur.*
8 *Affinitatis cognitio propter matrimonia necessaria est.*
9 *Mulier si ad secunda vota conuolauerit de iure canonico & Lombardo an succedat.*
10 *Beneficium tituli vnde vir & vxor, nunquid ad omnes extendatur, vel ad illas tantùm, in quibus sanguinis turba tio timetur.*

QVARTO & vltimo loco veniunt adinuicem ad
successionem maritus & vxor, quoties aliquis
eorum ab intestato decedit. vt Instit. de bonor.
poss. ideò dico ab intestato, quia ex testamento non est
dubium quin possint succedere: nam iudicium postre-
mum in se prouocari maritali sermone nō est crimino-
1 sum. vt C. si quis aliquem test. prohi. l. vlti. † Vnde audi-
ui de quadam muliere astuta, cuius moriebatur mari-
tus, & testamentum condebat, in quo nil vxori præter
dotem relinquebat, astuta verò fingens se ægrotam in-
trauit lectū, vocauit sacerdotem pro pœnitentia quasi
moreretur, & notariū pro testamento faciendo, in quo
maritum sibi in omnibus hæredem instituit: audiēs ma
ritellus rumores istos pœnitentia ductus vocauit nota
rium & testes dicens, mutare volo testamentum quo e-
go miser nil dimittebam vxori: & ipsa moritur, & cun-
cta mihi dimittit: ego volo ipsam hæredem instituere:
quod & fecit, & sic mortuus est maritellus, & vadat cū
maledictione Dei, & sepeliatur in inferno inferiori, cō
ualuit vxor, quæ nunquam fuit infirma: & sic habuit o-
mnia bona mariti. Ideo dico vobis, vt sciatis à talibus
fraudibus cauere vobis, & consulo vt nil dimittatis ve
stris vxoribus si iuuenes sint, etiā cum illa conditione,
si thorū vestrum honestè seruauerint: quia hanc condi-
tionem credo impossibilem, & quādo maritos accipi-
unt, obliuiscuntur priora: adeò quod etiā bona filiorū
primi matrimonij adijciant secundo marito. vt C. de
admin. tut. l. lex quæ tutores. Iure tamen Lombard. non
posset maritus vxorem hæredē instituere, si haberet fi-
lios ex primo matrimonio, nec aliquid illi quò ad pro-
prietatem relinquere, nisi quò ad vsumfructum, & pro
matrimonio filiorum. vt in Lombarda. de his quæ a vi-
ro vxori dan. vel relic. † Vnde ad hoc vt hæc bonorum 2
possessio competat, tot sunt necessaria. In primis, quòd
illa sit vxor, ille maritus. Secundum, quòd matrimoni-
um illud sit iustum: nam si iniustum, nec ab intestato
succedit, nec etiam potest hæres institui. Tertiū, quòd
illud matrimonium duret vsq; ad tempus mortis: cæte-
rùm si diuortium interueniat, non potest succedere.
Quartum, quòd matrimonium illud factū sit legitimè.
sicut hæc omnia probantur ff. vnde vir & vxor. l. vnic.
Quintum, quòd vxor vel maritus, de cuius successione
tractatur, decesserit ab intestato. Sextum, quòd ascendē
tes vel descendentes, vel agnatos nō reliquerit, solum
enim fiscum excludit. vt C. vnde vir & vxor. l. vnica. &
C. quor. bonor. l. vlti. & ff. de gradib. cogn. l. non facilè.
§. affines. Vnde actor facit tales positiones. POSITIO 3
ACTORIS. † Ego dico, quòd illa fuit vxor mea. Item le
gitimè contraxi cum ea. Item matrimonium illud du-
rauit vsque ad tempus mortis. Item illa mortua est ab
intestato. Item mortua est sine liberis, agnatis, cogna-
tis, & ascendentibus. Econtrà reus facit tales posi. POSI
TIO REI. † Ego dico, quòd illa fuit vxor Titij. Item Titi 4
us viuit. si hoc confitebitur actor, succumbet: quia non
potuit esse nupta duobus: & sic matrimoniū illud non
fuit. vt ff. de his qui not. infa. l. 1. & de adult. l. eum qui.
Itē si fuerit vxor dicas diuortium interuenit & legiti-
mè. Item fecit testamentū. Item filij, agnati vel cognati,
vel ascendentes supersunt. Concipiat actor sic libel. LI 5
BELLVS. † A vobis domine senator, seu magister iustit.
pero ego R. mihi concedi bonorum pos. vnde vxor. per
quam volo succedere vxori meæ ab intestato deceden-
ti sine descendentibus & ascendentibus agnatis & cog
natis. Quòd sic rectè concipiatur libellus, probant iura
prædicta. & C. de cura. fur. l. vlt. & C. qui admit. ad bo-
nor. pos. l. vlt. & ff. de bon. poss. l. 3. & ff. quis ordo in bo-
norum poss. seruet. l. 2. QVAESTIO. † Sed illud quæritur, 6
an ista bonorum poss. olim vel hodie sit necessaria, vel
voluntaria? Respondeo, quòd olim & hodiè est necessa
ria: quia nullo alio modo potest succedere. QVAESTIO
† Sed illud quæritur: quare ista bonorum possessio de- 7
fertur marito vel vxori cùm non sint de ascendentibus
vel descendentibus, vel agnatis, vel cognatis, vel de af-
finibus? nam per virum & vxorem affinitates incipiūt,
& coniunguntur. vt ff. de gradib. cognat. l. non facilè.
§. affines. Respondeo, ideò defertur: nam cum sint & fi-
ant duo in carne vna: vt extra. de biga. c. debitum. & de
diuort. c. gaudemus. & quia societas viri facit vxorem
dominam. vt ff. rerum amota. l. 1. & quia fuit socia diui-
næ & humanæ domus. vt C. de crimine expilatæ hęred.
l. aduersus. C. de furt. l. quamuis. & l. vlti. in fin. & pro-
pter partus pericula, & obsequia nocturna & diurna,
quæ maritis præstant: licèt aliquandò præstent alijs. vt
C. qui poti. in pign. hab. l. assiduis. de iure prætorio sa-
tis benignè fuit indultum, vt mulier marito decedenti
ab intestato succedat: & in solatium suæ tristitiæ, licet
aliquādo multū gaudeat, quod amiserit maritū, & si plo
rat, fictæ sunt lachrymæ: imò quandoque ludit post ma
ritum

ritum mortuum,& plorat prægaudio, & cum habeat
capillos ante oculos, latenter tunc respicit quem de-
beat eligere pro socio:& multotiens emittit vocem co-
operto vultu,capillis dilaceratis,& lachrymas non ef
fundit. Item quod maritus vxori succedere debeat, eæ-
dem sunt rationes,& alia:quia cuius fuit onus, ipsius
sit & emolumentum. vt Instit. de legit. paren. tutela. &
C. de furtis. l. vlti. sustinuit enim onera matrimonij. vt
ff. de iur. dot. l. dotis. & ff. famil. ercifcun. l. si maritus.
& C. de iur. dot. l. pro oneribus. ideò his oneribus con-
sideratis, benignus prætor in supplementum iuris ciui
lis hanc bonorum possessionem inuenit. Iure tamen
Lombardo, si maritus habeat mundium vxoris, siue su-
persint descendentes vel ascendentes, siue agnati vel
cognati, maritus succedit, qui per mundium sua fecit.
vt in Lombarda de successionibus. si sorores. in fin. ali-
às non. vt in Lombarda de eo qui sine vo. mu. l. penulti.
& vltim. Ego autem dico, quòd filij maritum & mun-
dualdum excludunt. vt in Lombard. de successi. l. vlti.
Item iure Lombardo secundum multos deficientibus
agnatis dicunt fiscum succedere, sed non credo, vt no-
taui in superiori rubrica. Quid dices de affinibus, qui
constituuntur propter huiusmodi matrimonium. nam
licèt non sint affines maritus & vxor, per eos tamen cõ
trahitur affinitas. vt ff. de gradib. cognationum. l. non
facilè. § affines. nunquid habet aliquam bonorum pos-
sessionem si ab intestato decesserit? Respondeo, non
inuenimus. Sed si hodie prætor esset, posset sibi suade-
ri, vt induceret illam, & vocaretur vnde affines: sed nõ
8 est nostrum eam inuenire vel concedere. † QVAESTIO.
Quid ergo prodest aliquid scire de istis affinibus? Re-
spondeo, prodest propter prohibitionem matrimonij,
vt si inter se contrahant, filij non erunt legitimi, vt di-
cit constitutio Lateranens. extr. de clandest. despons. c.
cùm inhibitio copulæ coniugalis. Et licet olim tria es-
sent genera affinitatis, hodie non remansit nisi vnum
genus, sub quo remanserunt quatuor gradus, sicut in ve
ra parentela. & sic hodiè persona addita personæ per
carnis propagationem mutat gradum, & non genus.
Cæterùm si per carnis copulam mutat genus & nõ gra-
dum, vt dicit constitutio Lateranens. concilij, extr. de
consanguinitate & affinitate, c. non debet reprehensi-
bile. Post omnes istos, scilicet agnatos & cognatos, li-
beros, & ascendentes, virum & vxorem, locus est fisco,
de quo quæritur. quare non habet bonorum possessio-
nem vnde fiscus? Respondeo, quia non est ibi necessa-
ria: quia de plenitudine potestatis inuenit bona illa va
cantia. accipit illa si vult. vt ff. de iure fisci. l. 1. §. an bo-
na. & C. libr. 10. de bon. vacant. l. 1. & 2. per totum. & C.
de petit. hęredi. l. 1. & ff. de petit. hæred. l. item veniunt.
§. pridiè. propter quod statutum est quadriennium, vt
si infra illud non petat, posteà non admittatur. vt C. de
quadriennal. præscript. l. 1. licet aliàs contra fiscum op
ponatur præscriptio 20. annor. vt ff. de diuers. & tempo
pora. præscrip. l. in omnibus. Sed licèt dictum sit, quod
vxor marito ab intestato decedenti succedat, intelli-
gas si nupserit infrà annum: tunc enim omnia amittit,
etiamsi aliquid ex largitate viri consecuta fuerit, & suc
cessionem amittit, vt C. de secun. nup. l. 1. Imò etiam vl-
trà tertium gradum iure cognationis non succedit, vt
ibi. aliàs autem vxor marito succedit, nisi fuerit mari-
tus de corpore curialium nauiculariorum, vel militis,
vel fabricensium. vt C. de hæredib. decurion. nauic. &
militum, & fabric. l. 1. 2. 3. 4. & 5. nam tunc illi præferun-
tur vxori & fisco, vt ibi. non autem intelligas hoc in ci
uitatibus: ciuitates enim nemini possunt ab intestato
succedere. vt C. de bon. vacan. l. 1. libr. 10. iure verò au-
thenticorũ in casu etiam liberis stantibus succedit ma-
ritus vxori & econuersò: putà, quando matrimonium
fuit sine dote, vel donatione propter nuptias, & con-
iunx præmoriens fuit locuples, tunc superstes pauper
succedit in quartam, si supersint tres filij, siue ex illo
matrimonio, siue ex alio, siue pauciores. Si verò plures,
tunc pro virili, scilicèt quò ad vsumfructum, proprie-
tate filijs reseruata. Si autem filij non supersint, licèt su
persint agnati & cognati, habebit etiam quò ad pro-
prietatem: & hæc in muliere. In marito contrà. vt in
authen. vt liceat matri & auiæ. col. 8. §. quia verò legẽ.
& est posita in C. vnde vir & vxor. auth eod. præterea.
Sed hodie idem in marito quod in vxore. vt authen. vt
fratrum filij. §. penultim. In alio etiam casu alius præ-
fertur vxori sicut socius imperialis liberalitatis. vt in
C. lib. 10. si imperial. liber. soc. mort. fue. l. 1. hæc omnia
notat dominus meus in summa C. vnde vir & vxor. 9
QVAESTIO. Sed quid dices hodie de iure canonico
& iure Lombardo, si mulier conuolauerit ad secundum
matrimonium, nunquid succedet? videtur quod sic: nã
dicit Apostolus: mulier ex quo à lege viri soluta est, nu
bat in domino cui vult. vt in decret. 7. quæst. 1. sicut & in
Lombard. infrà quod tempus mulieribus virum hab. l.
1. 2. 3. & vltim. Respondeo, verum esse illis iuribus con-
sideratis, quod mulier statim nubens, nullam pœnam
patiatur, nec quò ad infamiam, nec quò ad aliam. vt ex-
trà. de dot. restituen. post diuort. c. vltim. & extra. qui fi
lij sint legiti. c. per venerabilem. & in decret. 2. quæst. 3.
hinc colligitur. QVAESTIO. † Sed nunquid hoc bene- 10
ficium extenditur ad omnes, vel ad illas tantùm in qui-
bus turbatio sanguinis non timetur: putà, quia sunt ste
riles, vel ratione ætatis, vel frigidæ? Respondeo, ad om
nes beneficium illud extenditur. vt argum. extrà. de do
nat. cùm dilecti. & in decret. distinct. 3. ad eius verò. &
ff. de constit. princ. l. beneficium. & sic glosauerunt Do-
ctores in iure canonico Lauren. & Vincen. Sed certè si
audeo dicere stari deberet legi Romanæ in hac parte
honestiùs loquenti propter rationem legis. quia turba
tio sanguinis timetur. vt ff. de his qui not. infam. l. libe-
rorum. vel quia præsumitur quod impudicè vixerit cũ
priore marito, quæ non potuit per annum se contine-
re. vt in authent. de restitu. & ea quæ parit in 11. mense.
col. 4. sicut aliàs benigniùs loquitur lex quam canon,
scilicet quod aliquis non offendat domum moribundi
vsque ad 9. dies. vt in authen. vt defuncti seu funer. eo-
rum à creditori. non impedi. col. 5. canon tamen de ap-
pel. qua fronte. extrà non seruat tempus illud. Item ha-
bent argum. pro se si matrimonium secundum est legi-
timum, quod verum est, etiam iure nostro: ergo non de
bet puniri, quia quod legitimè factum est, nullam pœ-
nam meretur. vt ff. de concub. l. 1. & C. ad leg. iul. de a-
dult. Grachus. Respondeo, illud quod fit legitimè non
punitur, scilicet matrimonium, sed quod fit minùs le-
gitimè, illud punitur, scilicèt festinantia: vt & aliàs
qui vendit duobus, tenetur crimine falsi. vt ff. de crim.
fals. l. qui duobus. & tamen venditio tenet. vt C. de re-
scind. vendi. l. quotiens. Item qui obligat duobus, tene-
tur crimine stellionatus. vt ff. de act. pign. l. tutor. & l. si
quis in pig. & tamen tenet pignus in persona vtriusq.
vt ff. qui pot. in pigno. per totum. & tamen quia pecca-
uit volendo secundum contrahentem decipere, puni-
tur: ita & hic, licèt tempora hæc iure canonico non ad-
mittantur contra illud, Pœna potest demi, culpa per-
ennis erit.

De septima bonorum possessione extraord. Rubrica.

1 *Septima bonorum possessio quare sicut superiores, nomen non habeat.*

2 *Bonorum possessio extraordinaria, an sit necessaria vel voluntaria.*

3 *Libelli in bonor. possess. extraordinaria quomodò formentur, cum plur. seq.*

CVM iam per Dei gratiam tractauerimus de ordi
narijs bonorũ possessionibus, quæ tres sunt. duæ
ex testamento, scilicèt secundum tabulas, & con
tra tabulas, quætriplex. & sic incidenter diximus eti-
am de querela inofficiosi testamenti, quatuor ab inte-
stato, scilicet vnde liberi, vnde cognati, vnde vir & v-
xor, & vnde agnati. restat vt videamus de quadam sep-
tima bonorum possessione, quæ caret nomine & dici-
tur extraordinaria. Sed hæc quadruplex est. Prima no-
men habet, & vocatur Carboniana: Secunda quæ datur
mulieri nomine ventris. Tertia quæ datur gratia litis a-
gnoscendæ: de quibus dicemus in suis rubricis. Est &
quarta,

quarta, quæ sine nomine dicitur extraordinaria, quæ
ius tribuit sicut & prædictæ sex bon. posses. & competit
his qui tam ex legibus & ex senatusconsulto, & ex con
stitutionibus principum, & tam ex testamento, quàm
ab intestato veniunt. vt Instit. de bon. poss. §. septima. &
ff. vt ex legib. senatusvecons. bon. poss. detur. l. vnic. de
illa enim bonorum possessione tractatur ibi: de hac
1 primò videamus. QVAESTIO. † Sed in primis quæri-
tur, quare non habuit nomen sicut & superiores, & quę
dicatur extraordinaria: cùm superiores ordinariæ di-
cantur, & ius tribuant, vt ff. de bon. posses. l. 3. sicut & i-
sta à prætore, ita & illæ petantur? Respondeo, ideo nó
habet nomen certum, & est extraordinaria, id est, ex-
tra illum ordinem illarum rerum fuit inducta: & non
intelligas, quod alio modo dicatur extraordinaria,
quia quasi vaga & subsidiaria, nunc ex testamento, núc
ex legibus, nunc ex senatusc. nunc ex constitutionibus
competat: & sic nullum nomen potest ibi sibi imponi.
2 QVAESTIO. † Item quæritur, an hęc bonorum possessio
sit voluntaria, vel necessaria, olim & hodie. Respon-
deo, in quibusdam necessaria, in quibusdam volunta-
ria, sicut in exemplis infrà positis videre potes. De hac
enim septima extraordinaria non possumus ita seria-
tim tractare, sicut tractauimus de superioribus: sed no-
tabimus singula exempla in quibus competat: & in sin-
gulis formabimus libellos. Competit hæc bonorum
possessio ex testamento, vel ab intestato, & his quæ ex
legibus senatusvecons. & ex constitutionibus vocan-
tur. Ecce competit quādo quis vocatur ex legibus: ver-
bi gratia. Filius emancipatus fuit captus ab hostibus,
reuersus inuenit patrem mortuum ab intestato, iste fi-
lius nullo alio iure succedit, nisi per hanc septimam
extraordinariam, & videas viuam rationem: tempore
mortis patris non posset succedere, quia seruus erat:
seruus enim non potest succedere, nisi ex persona do-
mini. vt ff. qui testamen. facere poss. l. fin. & ff. de lega. 1.
l. debitor. § 1. Item fictio postliminij non posset isti pro
desse, per quam fingitur eum semper in ciuitate fuisse.
vt ff. de captiuis & postlim. re. l. vel retrò. quia fit eman
cipatus. & sic iuri ciuili incognitus. vt Instit. de hæred.
quæ ab intestato defer. §. emancipati. & Instit. de exhæ-
red. liberor. §. emancipatos. Idem exemplum & circa
idem quando competit ab intestato, quotiens quis vo-
caretur per legem, si emancipatio non obstaret, verbi
gratia: pater captus ab hostibus moritur in captiuita-
te, filius emancipatus succedit sibi per hanc bonorum
possessionem septimam extraordinariam, & non alio
iure: quia fictio legis Corneliæ quę fingit illum mortu-
um hora captiuitatis. vt Instit. quib. non est permiss. fa-
ce. test. §. vlt. & ff. qui testam. face. poss. l. lege Cornelia.
& ff. de bon. liber. l. si necem §. 1. non potest prodesse fi-
lio emancipato: qui est iuri ciuili incognitus, sicut di-
xi. Sic in his duobus exemplis hæc bonorum possessio,
& olim & hodie necessaria est, nam alio iure non po-
test succedere, cum tempore mortis pater ille fuit ser-
uus, & sic non potuit habere successores. vt C. commu.
de success. l. seruus. Nisi velles dicere, quòd hodie eti-
am in istis casibus sit voluntaria, quia hodie sublata
est differentia emancipationis, vt in authen. de hæred.
ab intestato. col. 9. quod non credimus, quia est sublata
quantum ad modum prælationis, vt suus non præfera-
tur emancipato, non tamen in modo succedendi: vt no
taui suprà in rubric. vnde agnati, & vnde cognati. & sic
vides exempla, quotiens competat hæc bonorum pos-
sessio. & ab intestato quotiens aliqui vocarentur legi-
bus, id est lege 12. tabularum, iure postliminij. & l. Cor.
si emancipatio non obstaret. Concipies autem sic libel-
3 lum. LIBELLVS. † A vobis domine senator, vel iusti.
seu magister iustit. peto ego R. mihi concedi bonorum
possessionem illam septimam extraordinariam: quæ
datur illis qui ab intestato vocantur ex legibus: per
quam volo succedere patri meo, quem ab intestato de-
cessisse inueni, cùm ab hostibus redij: vnde cùm fue-
rim emancipatus, & sic iuri ciuili incognitus: & sic fi-
ctio iuris postliminij mihi non profit, illam bonorum
possessionem mihi concedi peto, per quam bonorum
possessionem habitam & concessam, volo bona quæ
fuerunt patris mei, vendicare. Item alius libellus in le
ge Cornelia. LIBELLVS. † A vobis domine magister iu- 4
stit. peto ego R. mihi concedi bonorum possessionem
septimam extraordinariam, quæ datur illis qui ab inte-
stato vocantur ex legibus, per quam volo ab intestato
patri meo decedenti apud hostes, succedere: cui bene-
ficio & fictione legis Corneliæ non possum succedere
cùm fuerim emancipatus, & sic iuri ciuili incognitus:
per quam bonorum possessionem habitam & conces-
sam posteà volo bona quæ fuerunt quòdam patris mei,
vendicare. Quòd sic rectè concipiatur libellus, probāt
iura prædicta. & Institut. de bonorum possess. §. septi-
ma. Ideo posui in libellis de emancipatis: quia si essent
in potestate, tunc succederent in illis, & hanc bonorū
possessionem haberent vt voluntariam, non vt necessa
riam. vt C. ex quibus caus. maior. l. vltim. & C. de capti-
uis & postlim. l. 1. & ff. de capti. & postlim. l. diuus. Item
habes illud exemplum, in quo hæc bonorum possessio
competit illis qui vocantur ex lege duodecim tabula-
rum. Ecce patronus liberto decedenti ab intestato, &
sine liberis, vocatur ad bona ipsius, & succedit in solí-
dum. vt Institut. de success. liberorum, & diximus co-
piosè de hoc suprà de bonorum possess. contra tabul. li-
bert. quæ patron. compet. & si vult patronus habere
bonorum possessionem, & succedere de iure prætorio
poterit hanc septimam extraordinariam, quę alibi vo-
catur, vnde legitimi: id est, quia lex vocat patronum ad
talem successionem, non vnde legitimi, id est, agnati.
vt ff. vnde legitimi. l. 1. & ff. de verbor. significat. l. lege.
sed in hoc casu & olim & hodie voluntaria est. Sed eo-
dem modo posset quis notare in agnatis, qui vocantur
per l. 12. tabul. vt Institut. de legit. agna. suc. sed non cre
do, quia illi habent specialem, scilicet vnde agnati. quod
non est in patrono, quod habeat aliquam specialem,
quæ proprio nomine censeatur: licet habeat vnde legi
timi, quam vnde legitimi, credo hāc esse septimam ex-
traordin. Concipiet autem patronus sic libel. † LIBEL- 5
LVS. A vobis domine senator peto ego R. mihi concedi
bonorum possessionem, septimam extraordinar. per
quam volo liberto meo ab intestato decedenti, & sine
liberis succedere. Quod sic rectè concipiatur libel. pro
bant iura proxima. Videamus exempla in personis illo
rum qui vocantur ex Senatuscons. illa exempla habes
in matre & filio, mater enim filio per Tertul. senatusc.
succedit. vt C. ad S.C. Tertullian. l. 1. & per totum. & ff.
ad Tertullia. l. 1 & 2. & per totum. filius matri succedit
per Orphicianum, vt C. ad S.C. Orphicia. per totum. &
Institut. ad Senatuscons. Tertullia. & Orphicia. licet ip
si inter se habeant sicut & patronus vnde legit. vt quia
per leg. vel Senatuscons. vocantur. vt ff. vnde legi. l. 1. &
supra vnde legitimi, notaui. Vnde posset sic formare li
bel. LIBELLVS. † A vobis, &c. peto ego R. mihi concedi 6
bonorum possess. septimam extraordin. per quam volo
matri meæ ab intestato succedere. Et mater dicat econ-
uerso. LIBELLVS. † A vobis, &c. peto ego mater mihi 7
concedi bonorum possessionem septimam extraordin.
per quam volo filio meo ab intestato decedenti succe-
dere. Quod sic rectè formetur libellus, probant iura
proxima. & Instit. de bonor. posses. §. septima. & in hoc
casu hæc bon. poss. & olim & hodie voluntaria est. Mul
ti tamen miseri de iure Lombar. non admittunt, quod
mater succedat filio, ideò quia non inuenitur in iure
Lombar. hoc inductum: & adducunt l. in Lomb. de suc.
recolimus. & sic secundùm eos ista Senatuscons. rece-
dunt: & hæc septima bonorum poss. similiter recedit,
quæ datur matri. Contrarium tamen credo: nam ego
inuenio, quòd filia succedat matri, & soror sorori. vt in
Lombard. de suc. si quis longo. & l. sorores, quę filia ma
tri cognata est. ergo eadem ratione mater filiæ vel filio
succedit. Item omnis parentela succedit vsque ad sep-
timum gradum, vt in Lombard. de suc. l. 1. ergo & ma-
ter filio quæ est in primo. vt ff. de grad. cog. l. iuriscon.
Sed non curo de hac bonorū possessione multum quan
tum ad personam matris: quia posset habere vnde cog-
nati, vel vnde legitimi. sicut in superiorib. rub. notaui.

Nunc videamus exempla quādo competat his qui vo-
cantur ex testamento, vel ab intestato ex constitutioni-
bus: ecce ex testamento & ex constitutionibus compe-
tit. verbi gratia: mater fecit testamentum, filios natos
quos habebat, hæredes instituit, decessit in puerperio,
nascitur filius, præsumitur institutus ex coniectura
maternæ pietatis seruatæ in filios iam institutos, quæ
prius decessit, quàm potuisset testamentum mutare. vt
C. de inoffic. testamen. l. 1. & in hoc casu est necessaria.
Quod autem dico istum vocari ex constitutionibus at-
tende, non quòd constitutiones ipsum vocent ad suc-
cessionem: sed ideò quia constitutiones istum casum
8 inuenerunt. Concipiet ergo libel. sic. Libellvs.† A vo-
bis domine, &c. peto ego tutor talis infantis mihi con-
cedi bonorum possessionem septimam extraordinari-
am, per quam vult succedere matri ex testamento, quæ
testamentum mutare potuit morte præuenta, cùm in
puerperio decesserit, & alios sibi filios hæredes institu-
erit. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicunt iura
proxime posita. & Institut. de bonor. possessionib. §. se-
ptima. & ff. vt ex legibus senatusveconf. l. 1. Item alia
exempla habes quando datur illis, qui veniunt per cō-
stitutiones ab intestato: ecce filius arrogatus patri ar-
rogatori succedit ab intestato per constitutionem di-
ui Pij, per quam testatus compellitur illi dare quar-
tam. vt ff. de adoptionib. l. si arrogato. & ff. de inoffic. te-
stamen. l. Papinianus. §. penulti. Item hodie etiam per
constitutionem vocatur filius adoptiuus ab intestato
ad successionem patris adoptiui. vt C. de adoptin. l. vlt.
Vnde istis hæc bonorum possessio competeret: sed in
personis istorum erit voluntaria. Vnde concipiunt sic
9 libel. Libellvs.† A vobis domine, &c. peto ego R.
mihi concedi bonor. poss. septimam extraordinariam,
per quam patri meo Titio arrogatori, seu ab intestato
adoptiuo decedenti volo succedere. quòd sic rectè cō-
cipiatur libellus, probant iura proximè posita. & Insti.
de bonor. possess. §. septima.

De Carboniana bonorum possessione. Rubrica.

1 *Carboniana possessio quare ita dicatur.*
2 *Carboniana possessio quare inuenta fuit.*
3 *Carboniana possessio vt competat, quot necessaria sint.*
4 *Carboniana possessio quare detur impuberi, & non puberi.*
5 *Quæstio status quomodò intelligatur.*
6 *Quæstione status si non directa, tamen quasi status cui sub ueniatur.*
7 *Beneficium Carboniana quomodò locum habeat.*
8 *Quæstio si de bonis tantùm moueatur, nunquid per Carbo nianam differatur.*
9 *Mater si accusetur lege Cornelia de falsis propter partū suppositum, an status quæstio differatur.*
10 *Bonorum quæstio si moueatur, & status, de quibus bonis intelligatur.*
11 *Status quæstio si non differatur. si matri propter impuberem obijciatur, nunquid sententia lata contra matrem il li impuberi præiudicet.*
12 *Status quæstio an differatur pro legato relictū in testamē to patris tanquam filio.*
13 *Quæstio si bonorum paternorum & status fiat & differatur, nunquid fiat missio in bona materna & fraterna, bonorum paternorum gratia.*
14 *Carboniana quare non detur alicui descendenti ex linea fœminina.*
15 *Mater si ab intestato decedat filio succedere volenti, & quæstio filiationis & bonorum moueatur, nunquid Carbo niana locum habebit.*
16 *Exhæredatus quare Carbonianam non habeat.*
17 *Exhæredatio cum elogio facta quare non teneat.*
18 *Institutus quare Carbonianam non habeat, licèt per constitutiones status quæstio in tempus pubertatis differatur.*
19 *Ille qui intentat Carbonianam, non solum oportet eū agnoscere Carbonianam, sed oportet eum accipere bonorum possessionem vnde liberi.*
20 *Satisdationis forma in Carb. bon poss. qua sit.*
21 *Prætore quòd studeant impuberem missum in possessionem constituere possessorem, quid prosit: & nunquid opus sit secundo decreto, vt per hoc verus possessor efficiatur.*
22 *Possessor in Carb. bon. poss quomodò constituatur, & qua actione.*
23 *Libellus in Carb. bon. poss. quomodò formetur, cum plu. sequen.*
24 *Missus in possessionem simul cum pupillo cui faciebat controuersiam, & ex liberis erat: licèt non satisdet. detur curator bonis, contra quem actiones intentet, & quas actiones.*
26 *Exhæredatus quare debeat Carbonianam, si non petat cō tra tabulas bonorum possessionem, sed petat ab intestato, vnde liberi.*
27 *Impubes si Carbonianam accipiat, & institutus secūdùm tabulas. & ambo in possessione sint: licèt præteritus non potuerit contra tabulas & ab intestato, vnde liberi, quomodò illa procedere possint.*

Explicito tractatu bonorum possessionis om
nium quæ ius tribuunt, videamus amodò de alijs
tribus bonorum possessionibus, quæ ius non tri-
buunt, sed facti sunt. Et ecce in primis de Carboniana
ponamus, quæ in possessione ius tribuit, licèt aliæ in
proprietate, de quibus suprà diximus. & illæ dantur ra
tione agnationis vel cognationis: hæc tantùm ratione
filiationis, sicut infrà dicemus. Qvæstio.† Videa- 1
mus ergo in primis de nomine, quare dicatur Carbo-
niana. Respondeo, à nomine conditoris. Carbo enim
fuit prætor sicut & Publicius, qui Publicianam indu-
xit. vt Instit. de actio. §. sed istæ. Qvæstio.† Sed quę 2
ritur, quare fuit hæc inuenta, nonne sufficiebant pri-
mę: nunquid est voluntaria vel necessaria? Respondeo,
necessaria est, & fuit inuenta propter impuberes, qui-
bus mouetur quæstio status: vel quia nō fuit filius, vel
quia seruus: & mouetur quæstio bonorum. Et voluit
prætor duo potissima inducere beneficia, quòd hic im
pubes petat hanc bonorum possessionem Carbonianā,
& erit sic in possessione interim, & vtetur & fruetur re
bus fortè alienis, & diminuet causa vescendi, & prop-
ter studia, quia interim poterit esse in possessione, &
propter suas necessarias impensas, sicut infra dicemus.
Est & aliud beneficium: quia quæstio illa differtur vs-
que ad tempus pubertatis. vt ff. ad Carbon. l. Carbonia-
num. §. 1. & §. missum. & l. sed & si is qui. § an autem ve-
scendi causa. & l. de bonis. §. non solum alimenta. & C.
ad Carbonian. l. 1.† Sed ad hoc vt ista competat tot 3
sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit impubes, id
est, minor quatuordecim annis, si est masculus: & muli-
er minor duodecim annis tam in masculo quod fœmi-
næ datur. vt ff. ad Carbonia. l. 1. §. 1. puberi enim non da-
tur: imò & si obrepserit vt impubes, & impetrauerit
quasi impubes, cum esset pubes, illi non prodest. vt ff.
ad Carb. l. Carbonia. § puberi. imò statim ex quo pubes
factus est, etsi sit data illi hæc bon. poss. statim tamen fi
4 nitur emolumentū ipsius, vt in prædicto §. Qvæstio.
†Sed quare datur impuberi & non puberi? Respondeo,
voluit prætor impuberi prouidere propter teneram æ-
tatem ipsius: sicut & aliàs in iure nostro in multis casi-
bus iura impuberi succurrunt: cùm talis ætas videat, i-
gnoret, & etiam in casu illo in falsa moneta subuenit
illis. vt C. de fals. monet. l. 1. Item & circa constituti-
diui Pij, quæ prouidet impuberi arrogato de danda
quarta. vt ff. de adopti. l. si arrogator. & de inoffic. testa.
l. Papinia. §. si quis impubes. Item & circa præscriptio-
nem, quæ propter infirmitatem ætatis minoribus im-
puber bun

pubertibus ipso iure nõ currit:sed incipit currere postquam ad annos peruenerit, qui ad solicitudinem pertinent curatoris, id est, postquam fuerit pubes. ff. de præscript. triginta annor. l. sicut in rem. & l. cùm non-st. i. Item & eadem ratione cõtingit, vt tutor detur impuberi, qui ipsum habet in potestate: & inuitum, curator puberi non datur, nisi volenti. vt Institut. de curat. in princi. Item & eadem ratione contingit vt impubes obligetur naturaliter tantùm, pubes ciuiliter & naturaliter, si non habeat curatorem. vt ff. de nouatio. l. 1. §. vlt. & C. de in integr. restitu. min. l. si curatorem. vnde non est mirum si prætor in hac bonorum possessione concedenda magis subueniat impuberi, quàm puberi. Et adeo prouidetur impuberi quod siue agat alio possidente, & petat Carbonianam siue possideat & moueatur contra eum controuersia, vt statim dicemus. poterit petere Carbonianam. vt ff. ad Carbon. l. Carbonianum. §. parui refert. Secundum, quòd huic impuberi siue agenti siue possidenti moueatur quæstio status & bonorum, alioquin si status tantùm, vel bonorum tantùm, non habet locum beneficium Carboniani, nec quò ad missionem, nec quò ad hoc vt differatur quæstio status in tempus pubertatis. sed habent locum constitutiones, scilicet quantum ad hoc vt differatur quæstio in tempus pubertatis, non autem vt fiat missio, si non possideat, sed si possideat, proderit ei possessio: quia quæstio differetur: & hoc per constitutiones Imperiales, quas non habemus, sed illarum tenorem: nisi fortè dicas constitutiones Imperiales, quæ habentur in C. eo. tit. vel hoc ex interpretatione prudentum. sicut hæc probantur ff. ad Carbon. l. Carbonianum. §. quamuis. & l. de bonis. §. ita demum. & ff. de ventre in poss. mitten. l. vbicunque. § interdum. & sic dicas si verum amas: vt & alias respõdet legislator ff. de condi. & demonst. l. cùm ita. QVAESTIO.

5 † Quòd autem dicimus de quæstione status, quæritur quomodò intelligatur? Respondeo, largissimè: siue dicatur quòd non fuit filius, siue quod fuerit suppositus, siue quod seruus dicatur, vel hic impubes, vel pater eius: & sic successorem habere non possit. vt C. communia de success. l. seruus. & ff. de verb. sign. l. paterfa. in omnibus istis casibus dicitur, quòd moueatur quæstio status. vt ff. ad Carbo. l. 1. in princ. & §. sed & si quis.

6 non tamen ex liberis. & § si mater. QVAESTIO. † Item dicitur quæstio status etsi non directa, tamen quasi status. & ideò subuenitur impuberi per simile decretum Carbonianum: putà si dicatur impubes non iure arrogatus, & sic non habebit impubes directum beneficium Carbonianum, sed vtile. Eodem modo habebit vtile beneficium Carbonianum, si impubes dicatur datus in adoptionem, & propterea dicatur patris naturalis ad eum hæreditatem non pertinere, & filius iste impubes hæreditatem naturalis patris vendicet, & se adoptatum neget, locus erit huic edicto Carboniano vtiliter: & ista duo exempla ponuntur ff. ad Carbon. l. si impubes. in respons. & 2. Sed in hoc vltimo exemplo hodie non credo competere Carbon. quia propter adoptionem, cùm non transeat in potestatem patris adoptatis, nisi detur auo paterno vel materno in adoptionem, in quem transeunt & ciuilia & naturalia iura, non admittit filius successionem patris naturalis, vt C. de adopt. l. vltim. at iure isto cum per adoptionem transibat, m... itò fiebat quasi controuersia status. & sic naturalis patris non posset hæreditatem habere, vnde locus erat Carboniano. Item dicitur etiam quæstio status etsi non directa, saltem simi..tudinaria: puta quæstio est de patria potestate quam dicit aliquis ad se pertinere ex persona ... : putà, decessit filius, quem in potestate me... fuisse dico: existit impubes qui eum patremfamil. & se eius esse hæredem dicit. idemque exemplum ponitur, & si quæstio sit de patria potestate, quam dicit aliquis se habere in persona impuberis filij & nepotis nati & concepti ante emancipationem filij: impubes verò dicit se conceptum post emancipationem. vt ff. ad Carb. l. decessit. Item est & si quæstio sit de patria potestate: & dicitur quæstio status, & differtur, & habet locum Carbonianum non directum, sed vtile: putà, si nepos dicat se retentum in aui potestate, & dicat patrem emancipatum: & sic patri iungi desiderat per illud edictum de coniun. cum eman. libe. vt ff. eo. l. 1. § si quis nõ ab aliquo. Item & si testator negauit illum esse tunc ex liberis: non tamen scripsit eum exhæredem, nihilominùs dicitur quasi controuersia status. vt ff. ad Carb. l. 1. §. si quis non ab aliquo. in fin. QVAESTIO.

7 † Sed in omnibus istis exemplis quæritur quomodò locum habeat beneficium Carbonianum. nam licèt moueatur quæstio status vel directa, vel quasi: tamen Carbonianum cessat, nisi moueatur quæstio status & bonorum simul, vt suprà dixi & probatur ff. ad Carbon. l. Carbonianum. § quamuis. & l. de bonis. §. ita demùm. In prædictis autem exemplis mouetur quæstio status, & non bonorũ & sic debet cessare Carbonianum. Respondeo, imò si benè consideras in omnibus prædictis exemplis vtraque quæstio deducebatur & bonorum principaliter, & status secundariò vel econuersò, status principaliter, & bonorum secondariò. cæterùm si tantùm de statu & non de bonis fiat quæstio nec principaliter, nec secundariò, tunc cessat Carbonianum. vt ff. ad Carbon. l. de bonis. §. ita demùm. vbicunque enim quasi status vel verè status controuersia vertitur, & per consequentiam bonorum differtur quæstio per Carbonianam: si verè status per directam Carbonianam, si quasi status per vtile Carbon. vbi autem tantùm status vel quasi & non bonorum: tunc per Constitutiones, vel per interpretationem prudentum differtur, vt suprà dixi. QVAESTIO.

8 † Sed quid si de bonis moueatur quæstio tantùm, numquid differtur per Carb. vel consti. Respondeo, non: vt ff. ad Carbon. l. 1. §. si quis filium suum. & de hoc statim copiosè dicemus. Sed quæritur quæ sit ratio? Respondeo, in promptu est: nam prætores habuerunt respectum ad statum impuberis principaliter, & secundariò quò ad bona: vnde si vtraque quæstio mouetur, voluerunt quæstionem differri. Item constitutiones voluerunt illam differri similiter vbi quæstio status tantùm mouetur: at vbi quæstio sola bonorum mouetur, non esset ratio quare deberet differri, cùm propter bona nullum præiudicium circa statum possit impuberi afferri. Et hæc omnia quæ dicta suum locum habent, quicumque sit ille qui controuersiam mouet, siue sit extraneus siue pater, siue frater siue fiscus. vt ff. e. l. 1. §. si quis

9 non ab aliquo. & §. sed & si quis. QVAESTIO. † In prædictis exemplis de vno quæritur, scilicet de eo quod legitur ff. ad Carb. l. 1. §. si mater. nam in illo §. in prin. dicitur, quod si mater accusetur leg. Corn. de fals. propter partum suppositum (in quo casu l. Corn. de fals. locum habet. quæ enim maior falsitas est, quàm vt non filius supponatur pro filio, in quo multotiens peccant dominæ, & maximè nobiles & diuites) status quæstio differatur. quia status pupilli reuocatur in dubium: & metus potest esse ne minùs idoneè defendatur, & concordat secundùm vnam lecturam ff. e. tit. l. 1. In secunda autem parte illius §. dicitur, quòd si mater rea postuletur, quæstio non differatur. quia verisimile est quod mater in illo recenti tempore optimè causam defendet. sed si apparebit per sententiam partum suppositum, denegabuntur actiones hæreditariæ illi impuberi licet scriptus fuerit ac si institutus non fuisset. & cõcordat C. ad leg. Cornel. de falsis. l. 1. & sic videtur maxima contrarietas accusata matre crimine partus suppositi, quæstionem differri & non differri. Vel solue contraria. Respondeo, referre quotiens quæstio mouetur, vtrùm principaliter moueatur contra impuberem, & sic secundariò matri per quandam consequentiam. (quia ex quo dico te suppositum, satis matrem tuam diffamo de illo crimine, non tamen quòd illam accusem) tunc differtur quæstio. Et in hoc casu loquitur prima pars illius §. si mater. & C. eod. tit. l. 1. & quod ibi dicitur si ri... ac pro, &c. & filio tuo, id est, tibi per quandam consequentiam nomine filij tui, cui principaliter quæstio mouebatur de partu supposito: quia dicebatur seruilis, scilicèt mater sua filiũ serui supposuit. & hoc est quod dicit l. 1. C. eod. in fi. quæstionẽ seruitutis in tempus pubertatis differri. si autẽ principaliter mater accusetur

rea crimine partus suppositi, & per consequentiam impubes, non quòd impubes accusetur, tunc non differtur quæstio: & in hoc casu loquitur finis illius §. si mater. & C. ad legem Corn. de fals. l. 1. & pro hac distinctione habes ff. eod. l. si impubes. §. si mater. Scio tamen quod quidam volunt distinguere referre quo crimine mater rea accusetur, verùm crimine partus suppositi, vt tunc differatur quæstio. & in hoc casu loquatur prima pars illius §. si mater. an accusetur de adulterio, & tunc non differatur: quia potest esse quod mater esset adultera. & partus non esset suppositus. & habent leges pro se. ff. ad leg. Iul. de adult. l. miles. §. defuncto. & ff. e. l. Titia. sed prima solutio est melior: quia hæc vltima est contra l. 1. C. de fals. & est contra illum §. si mater. nã ibi in vtraque parte loquitur §. vbi crimen partus suppositi intentabatur. OPPOSITIO. Sed opponitur de hoc quod habes ff. de ventr. in poss. mit. l. 1. §. sed ea quę in poss. & l. si ventris. vbi si mouetur quæstio matri principaliter, quòd non sit prægnans ex illo marito mortuo, tamen differtur quæstio. Respondeo, Imperator illud ex benignitate rescripsit: sicut & aliàs ipse idem diuus Adria. ea benignitate rescripsit contra iura communia. vt ff. de bon. damnat. l. cùm ratio. & ff. de iure patron. l. 3. vel aliter ibi quia loquitur de muliere prægnãte, quæ maius consequitur priuilegium propter ventrem, & illum qui gestatur in ventre, quàm propter impuberem iam natum. sicut in eo § dicitur. Sed quæritur quare? Respondeo: quia partus ille etsi non nascatur patri, nascitur tamen rei publicæ. vt §. ille dicit in fi. alibi tamen iura minùs prouident nascituro, quàm nato. nam natus in potestate, præteritus dicit testamentũ ipso iure nullum, nasciturus rumpit. vt C. de liber. præterit. l. vltim. & C. de liber. & posthum. l. 3. & 2. & vltim.

10 QVAESTIO.† Item quod diximus, si moueatur quæstio bonorum & status, quod differatur: sed quæritur de quibus bonis intelligimus? Respondeo, de bonis paternis & maternis, & fraternis, & cuiuscunque agnati vel cognati. vt ff. ad Carbon. l. de bonis. §. 1. & 2. & ff. de ventre in poss. mit. l. vbicumque. §. ita demum. OPPOSITIO. Sed el quod dico de fraternis bonis, opponitur quod habes ff. ad Carbo. l. Carbon. § si is qui status. in fin. & l. si impubes. §. si pupillus. nam in legibus illis dicitur, quòd quia non de paternis bonis fit controuersia, sed de fraternis, vel bonis liberti paterni, non fit differenda cognitio: & sic videtur quod edictum Carbon. vel constitutiones loquantur vbi de bonis paternis cõtrouersia fit, quod tunc cognitio differenda sit, & status quæstio moueatur: aliàs non. Respondeo, licèt illę duæ leges illum superficialiter videantur exprimere intellectum, scilicet vt pro fraternis bonis non habeat locũ Carbonianum, nec constitutiones: ita tamen intelligas quod etiam pro illis bonis habeant locum, & quod dicit l. illa, Carbonianum. §. si is cui status. in fi. non enim &c. glosat ibi dominus meus mala ratio. scilicèt quia non de paternis, sed de fraternis, &c. sed illa est ratio & bona, quòd non differatur, scilicèt quia tantùm de bonis fiebat controuersia: & ideò nõ differtur siue sint bona paterna, siue fraterna. vt ff. eod. l. 1. §. siquis filium. legis enim latores aliquando malas rationes assignãt. argum. ff. de his qui not. infam. l. liberorum. quia ibi dicit, prohiberi matrimonium infrà annum propter turbationem sanguinis. & si sit aliqua in qua hoc non timeatur: quia non concipit, nihilominus prohibetur nubere. Verùm est enim quòd in lege illa, Carbonianum. in prædicto §. de fraternis bonis agebatur: & tamen non propterea differtur, quia fraterna, sed quia tãtùm de bonis, vt dictum est. Ad l. illam, si impubes. §. si pupillus. quomodò respondebis? refert dominus meus & glosat quod non sit illa bona ratio. quia de paternis nulla controuersia fieret, &c. sed melius dixisset, quia agit impubes, & non conuenitur. licèt de paternis bonis tantùm non fieret controuersia: tamen quæstio status tempus pubertatis differtur, nõ ex Carboniano, sed ex Constitutionibus: vt supra dixi per d. l. Carbo. §. quamuis. & §. missum. & in l. illa, si impubes, §. si pupillus. OPPOSITIO. Sed obijcitur domino meo de eo quod habes ff. eod. l. Carbonianum. § parui. vbi dicitur quòd parui refert & nihil refert. similis litera & expositio est. ff. de condict. furt. l. parui. vtrùm petitor sit impubes. an possessor is qui controuersiam petitur. nam si quæstio status moueatur, quæstio illa differatur per constitutiones, vt dixi. Respondet dominus meus & glosat ibi, parui refert vtrùm sit petitor. & glosat ille, scilicèt possessionis Carbonianæ, an possessor, &c. Vel melius respondebis ad illam l. si impubes. §. si pupillus. non differtur, subaudi per Carbonianum: sed per Constitutiones. vt eod. tit. l. Carbon. §. quamuis. & hoc est. quod dicitur, non paternis bonis, &c. quasi dicat, quod non sit quæstio bonorum, sed status tantùm, id est, filiationis. quia dicebatur sic, si ater de bonis liberti non facimus tibi quæstionem: quia si te probabis filium patroni, admitteris ad bona liberti. & sic tantùm de filiatione mouebatur controuersia. ideò non differretur per Carbonianum: sed per Constitutiones, vt dictum est. Vel non differtur, quia expediebat pupillo non differri. vt ff. eo. l. Carbo § causæ cognitio. OPPOSITIO. Sed his omnibus fortissimè contradicit l. ff. eo. l. de bonis. vbi dicitur, quòd si de bonis maternis fit cõtrouersia, decretum Carbonianum non interponitur, sed differtur quæstio in tempus longissimum, scilicèt vsque ad tempus pubertatis. Item in eadem lege dicitur, quod si de paternis & maternis, & fraternis fiat quęstio, quòd differretur vsq; ad tempus pubertatis. Idem in eadem lege dicitur, quòd ita demum differatur, si sit controuersia status & bonorum. nam si status tantùm, non differtur: imò statim explicatur, & sic l. ista, de bonis. contradicit omnibus quæ superius dicta sunt. Respon. multi breuiter se expediunt, & dicunt sic: quòd si quæstio status & bonorum sit, differtur per Carbonianum. si verò tantùm bonorum, differtur per Constitutiones. si verò tantùm status, differtur similiter per constitutiones. & hoc per l. istam, de bonis. & ff. ad Carb. l. Carbonianum. §. quamuis. & ff. de vent. in poss. mit. l. vbicumq; sic ergo intelligunt l. istam, de bonis. si de bonis maternis, scilicet tantum, fit controuersia, decretum Carbonianum non interponitur: quia tantum de bonis & non de statu est controuersia, sed dilatio differt negotium in tempus pubertatis per Constitutiones. & hoc dicit litera sequens vsque ad versiculum, planè, &c. & verba illa sequentia sic glosant, planè si de maternis & paternis, vel fraternis sit controuersia, subaudi & de statu, hæ cõtrouersię differentur in tempus pubertatis per Carbonianum. & quod dicit litera inferius ita demum explicat, & magis apertè ponit. Vel aliter dicas, si de paternis & maternis vel fraternis sit quęstio tantum, quęstio differtur per Constitutiones: & ideò dubitatur, quòd debeat differri per Carbonianum propter quæstionem paternorum bonorum: sed non ita: quia vbicumque quæstio altera sola mouetur, nõ differtur, sed quãdo vtraque: & hoc dicit litera seq. ita demum, &c. & quod dicit in fin. quòd si quæstio status fiat tantùm, quod iudicium non differatur: sed statim explicandum erit, dicunt per Carb. sed differtur per constitutiones: vel statim explicatur si vtile erat pupillo, vt dixi: tamẽ esset satis istorum plana sententia, nisi l. 1. §. si quis filium. euidenter obstaret: per quam l. dicit dominus meus: si quæstio sit tantum bonorum, quòd non differtur etiam per Constitutiones, vt superiùs dixi: & notat in summa tit. illius. Sed ipsi respondent ad § illum, si quis filium. quod non sit differenda per Carbonianum subaudi. & hoc dicit litera sequens in eo. §. & Carb. cessat, sed differtur per Constitutiones: vel expediebat pupillo, vt dictum est. Si autem vis defendere sententiã domini mei, vt si quæstio sit tantùm de bonis, quòd non differatur quæstio etiam per Constitutiones: quomodò respondebis l. de bonis? Respondeo, & defendo sententiam domini mei sicut fidelissimus discipulus more Celsi, qui sententiam sui Doctoris Sabini defendit. vt ff. de arbitr. l. dicere. alias qualem. & non impugnando, sicut quidam faciunt, quorum sentẽtia ex toto cessaret, & ab aula recederet, si scripta domini non essent. & dico sic l. illa, de bonis. ita intelligitur, scilicet si contro

uersia

uersia fit de bonis maternis non tantù, sed de statu, non habet locum Carbonianum, sed differtur quæstio in tẽpus pubertatis: scilicèt per Constitutiones, & per interpretationem prudentum. Sed quare non habet locum Carb. Respondeo. propter regulam traditam ff. eod. l. 1. § & generaliter. nam cuicumque denegatur contra tabulas denegatur & Carbo. sicut inf à copiose dicemus de hac ead. rubr. sed contra tabulas denegatur contra testamenta fœminarum. vt ff. de bon. poss. contra tab. l. illud. §. ad testam. ergo denegatur & Carbonia. Si de paternis, vel fraternis & maternis fit controuersia, subaudi, & de statu, tunc differtur per Carbon. & hoc dicit litera sequens, planè, &c. & sic ratione paternorum bonorum materna bona habent beneficium, quod quęstio differatur. & quod dicit litera inferior, ita demùm &c. intellige esse locum, quando status & bonorum paternorum solummodò, vel maternorum & paternorum quæstio fiat, &c. cęterùm si tantùm status, tunc expone, vt dictum est. OPPOSITIO. Sed his qui tenent primã sententiam opponitur, quomodò datur Carbonianum propter bona materna. & opponitur per illam rationem quam superiùs posuimus per illum §. generaliter. Sed ipsi respondent, quòd non per Carbonianum, sed per constitutiones. OPPOSITIO. Sed adhuc instatur. dicis suprà, quòd si matri moueatur quæstio suppositi partus, quod quæstio non differatur. vt ff. e. l. 1. §. si mater. & l. si impubes. §. si mater. Sed ostendo quod debeat differri similiter. ff. e. l. Car. § idem Iul. quęrit. scilicèt si duo impuberes patiantur cõtrouersiam, & vnus pubuerit, expectatur pubertas alterius: & sic differtur ne aliquod præiudicium fiat impuberi, propter puberis personã. sicut & ff de appel. l. à sententia. ergo multo magis debet differri quæstio status, si fiat matri. quia maius præiudicium affert filio sententia lata cõtra matrem, cuius est portio viscerum. vt ff. de ven inspi. l. 1. quàm sententia lata contra fratrẽ, & sic debet differri, vt hæc habeat mater per filium quod ex sua persona habere non potest, sicut & de fratre dixi: vt & aliàs ff. quæ res pig. obl. pos. l. Aristo. Vel si nõ differtur assig. rationem quare aliud sit in matre magis quam in fratre? Respõdeo: & dico nõ differri quęstionem propositam contra matrem propter filium, quia præsumptio iuris est: & fortè de iure, quia illa mater quæ bene est instructa, & nouit rei veritatẽ, & est maior 25. anno. & timeat periculum capitis, quòd causam illam benè defendat sicut in § illo, si mater. ff. e. Prima ratio ista assignatur, quod in fratre non est: quia licèt sit pubes, est tamen minor & veritatem rei nõ nouit: & ideò si differatur, non est mirum: prætereà licèt partus dicatur suppo[illegible] & probetur, non tamen fratri illi puberi immine[illegible] periculum capitis, sed tantũ supponenti. vnde quæstio esset maior vt veritatem sciat, si esset possibile: non tamen est præsumptio, quòd ita bona fide defendat, sicut mater cui periculũ capitis

11 imminet, sicut dictũ est. QVAESTIO. † Item quęritur. esto quòd nõ differatur quæstio: si obijciatur matri propter impuberem, nunquid sententia lata contra matrẽ præiudicat illi impuberi? videtur quòd sic: nã si post cognitionem apparuit partum esse suppositum, denegantur puero hæreditariæ actiones. vt ff. eod. l. 1. §. vlt. Item & sententia lata contra fratrẽ aliquod præiudiciũ afferre: impuberi fratri. vt ff. e. l. Car. §. ibidem. ergo multò fortius matris. Item iusiurandum præstitũ à matre, vel debitũ, prodest & præiudicat partui. vt ff. e. l. cũ mulier. Tamen videtur quod nõn pręiudicet: nam res inter alios acta, &c. & C. res inter alios acta. & C. qui. res iud. non oo. Item iusiurandũ delatum matri vel à matre, neque prodest, neq; nocet filio. vt ff. de iureiur. l. 3. §. pen. Respon. dominus meus notat in summa tit. istius. in fi. & in prædict. §. quòd sententia nõ præiudicet, neq; iusiurãdum & quod dicitur in §. illo, si mater. intelligitur quando quæstio fuit illa contra impuberem: & sententia cõtra ipsum lata. Et quod dicit ibi, post euentum cognitionis, subaudi habitæ contra impuberem. Ad l. illã cum mulier. respondeo. quòd ibi loquatur de bon. pos. danda matri prægnanti vel deneganda: non autem loquitur de partu. vnde sacramentũ prodest matri ipsi & obest. Et salua pace domini mei durum est cõtra stimulum calcitrare. nam benè videtur ex mente literę illius §. si mater. quòd quando mater accusatur de partu supposito, quòd non differatur quęstio propter impuberẽ: & sentẽtia lata contra matrẽ, quod partui vel filio pręiudicet: & sic non habes contrarium in l. 3. ff. de iureiu. quia cum l. cùm mulier. ff. e. concordat. ergo secundùm hoc quomodò respondebis ad l. 1. de iureiur. Respond. quod aliud est in iureiurando, quod cũ remittatur ex præsumpta animi voluntate defertur & refertur, vnde meritò filio non præiudicat. at quando datur sentẽtia, quę datur cum causæ cognitione, meritò pręiudicat. ad l. illam, cum mulier. satis responsum est. vel l. de iureiurã. loquitur de petitorio, hęc in possessorio. QVAESTIO.

Item in eo quod diximus, quod habet locum pro omnibus bonis tam paternis quã maternis & fraternis: imò etiam pro legatis relictis in testamento patris tanquam 12

filio: & si moueatur quæstio status, differtur. vt ff. eo. l. 1. 13

§. pen. & l. Carb. §. 1. in fin. QVAESTIO. † Item quæritur: an si sit quęstio bonorum paternorũ, & status & quęstio differatur, & fiat missio ex Carboniano in bonis paternis, nunquid fiat missio in bonis maternis & fraternis, gratia bonorũ paternorum? Videtur quod sic. nam multotiens ratione vnius rei etiam habetur ratio & mẽtio alterius, cuius per se non fieret: sicut in rebus mobilib. in interdicto vnde vi, quæ ratione rei immobilis veniunt. vt ff. de vi & vi ar. l. 1. §. illud itaq;. & §. si fundus. & not. dominus meus C. in summa famil. ercisc. & arg. ff. eo. l. si impubes. §. si pupillus. Respon. nõ admitto quod in bonis maternis & fraternis fiat missio: licèt fiat missio in paternis. separata sunt enim & discreta iura istorum bonorum. vt ff. de his quib. vt indig. l. tutorem. nã potest esse quod fuit filius illius dominæ, & frater. & tamen non sit filius defuncti, & ecõuersò. Tertium est necessarium, quòd aliquis sit natus de legitimo matrimonio & indubitato sub personis legitimis, & custodito partu, vt sic successione legitima probata detur Carb. vt C. eo. tit. l. 1. Sed si ita simpliciter intelligeres: iã nullum esset beneficium Carboniani, quod ita probo: Si enim de necessitate debet ista ꝓbare, quare iste qui peteret Carbonianum, non peteret directam pet. hęred. si veniret de iure ciuili, vel quorum bonor. si veniret de iure prętorio. vt C. quor. bono. l. 1. Item ad quid prodest isti Carb. nam non differtur quæstio in tempus pubertatis ex quo habet necesse probare se filium. Item quid obesset quęstio filiationis ex alia parte opposita, cùm iste plenè probasset se esse filium? Respondeo. l. illam sic intellige, ne forte erres, quia multos in errorem duxit. l. illa loquitur in duobus casibus: vel quando maritus denunciauit vxori, quod non erat ex eo prægnans. tunc quia matrimonium fuit dubitatũ, non quod dubitaretur de virib. matrimonij. sed quia dubitabatur ex quo esset prægnans: quia multi aliquando nutriunt pupillos alienos vt aues, debet probare ille qui intẽtat Car. quod partus fuerit custoditus sub personis etiam legitimis, subaudi, obstetricib. & sic probata legitima succes. intentet Carb. Si autem hæc controuersia mouetur à marito donec viuit vel à proximioribus, qui deberẽt ab intestato succedere, scilicet quod non sit prægnans ex illo marito, debet mulier pati quod inspiciatur venter suus, & custodiatur partus, secundùm quod volunt iura. alioquin si non patiatur ventrem inspici, neq; partum custodiri, partus editus non habebit Carbo. vt ff. de ventre inspi. & custodi. l. 1. §. si cui ventrem. & l. edictũ. & sic intelligi potest l. 1. C. eo. ti. & de hoc diximus alias suprà de offic. iudicia quo alim. pet. Potest & alio modo l. 1. C. eo. tit. intelligi, scilicèt quod talis sit intellectus: scilicèt, quòd illi detur Carbonianũ, licèt negetur filius: quod probauit sub personis legitimis matrimoniũ indubitatum, scilicet quod ille habuerit matrẽ suam pro vxore, & illa illum pro marito, & sic per consequentiam restat probatũ partum fuisse custoditũ. & sic per consequentiam probabit successionẽ legitimã. Sed nonnè ista probare sufficeret etiã in directa hęreditatis petit. quia alio modo non posset probare filius nisi quòd fuerit in possessione filiationis. vt arg. ff. de do-

na.l.donationes.& C.de nupt.l.si vicinis scientib.& ff.
de quæstio l.1.§.3.& propterea dicitur: si probabis te fi-
lium quod non sit potestatiua. vt ff.de condit.& demō.
l.Lucius.Respond.sic: si ibi probat plenè, hic autem se-
miplene,& sufficit si non possit plenè probare. vt ff. ad
Carb.l.causaiū.§.causæ. sed prima exceptio magis pla-
cet. licèt dominus Io.aliter glosauerit. ff.de ven. inspi.
l.editum. Quartum est necessarium, quòd aliquis sit ex
linea virili descendens. cæterùm si ea fœminina, nō vi-
detur quod cōperat licèt detur tam masculo quā fœmi
næ ex virili seau descendenti. vt ff.e.l.1. & propter aliā
rationem cuicumq; denegatur contra tabu. denegatur
& Carboniana ista. At contra tab. denegatur contra te-
stamentum fœminarum. vt ff.de bonor. possess. contra
tabul. l. illud. §. ad testamenta. ergo denegatur & ista.
vt ff.eo.l.1.§.& generaliter. & quare contra tab. denege
tur ad testamenta fœminarum suprà not. de cōtra tab.
24 quę datur liberis. QVAESTIO. † Et sic quęritur quare nō
detur Carboniana alicui descendenti ea linea fœmini-
na? Respondeo, illa est ratio quę est contra tab. vt suprà
notaui.& dicam apertiùs, ideò non datur, quia hæc Car
bo. non datur eahęredato, sed pręterito, vt statim dicā:
ergo ideò non datur. nam aut iste filius est institutus à
matre,& sic non habet Carb. aut fuit præteritus, aut ex
hæredatus: quia ista duo in matre paria sunt. vt Insti.de
eahæred. libero.§.vlt. sed licèt non habeat Carb. filius
propter bona matris vel aui materni, differtur tamen
quæstio per constitutiones si moueatur quæstio filiati-
onis, id est, quod non fuerit filius defunctę: siue etiā mo
ueatur quæstio bonorum. vt ff.eod.l.de bonis,& de hoc
dic vt notaui in hac eadem rubr. suprà eo. Sed hæc regu
la quæ hic traditur, scilicet vt cuicumq; detur cōtra ta-
bul.& Carbon. & cuicumque denegetur contra tabul.
Carbonia. subaudi si moueatur quæstio status bonorū,
vt dictum est, vt ff.e.l.1.§.& generaliter. & ff.de vent. io
poss.mit.l.1.§.1.& § si ita. Regula tamen ista fallit ex te-
stamento,& ab intestato. ea testamento fallit, vt ff.eo.
l.1.§.Pompon. vbi posthumo instituto datur Carb. si ne
getur filius: sed illius tantùm partis habebit Carbo. in
qua est institutus: sic vides quòd habeat quis Carb. quis
non habet contra tabu. nam instituto non datur contra
tab. sed præterito, vt diximus suprà de contra tab. hoc
exemplum habes ff.eo.l.1.§.Pompon. Item in alio casu
fallit regula ea testamento. puta si aliquis sit eahæreda
tus cum elogio: putà, eahæredo filium meum in adulte-
rio conceptum, hic non habet contra tab. quia eahære-
datus. vt ff.de bon.poss.contra tab. l. non putauit. & ta-
men habet hanc, sicut hoc exemplum notatur ff. eo. l.1.
§ Pomponius. in illo versic. idem ait. Fallit in tertio ca-
su ex testamento: putà, si dico, quicumque dicit se fili-
um meum, eahæres esto. hic scriptus non habebit con-
tra tab. sed tamen habebit Carbonianā, si moueatur il-
li quæstio status & bonorum. & hoc eaemplum habes
ff.eo.l.1.§.Pompon. sub illo versi. idem est. Item in quar
eo casu fallit ex testamento: putà, filius est exhæredatus
in talibus tabulis, ea quibus bon.poss. secundùm tabu.
dari non pot est de iure prætorio: certè habebit Carbo.
licèt non habeat contra tab. si negetur filius. vt ff.eod.l.
si impubes.§ interdum. Ab intestato deficit regula: pu-
tà quia negatur esse verum quod in testamento scriptū
est. scilicèt impuberem vel posthumum institutum: &
dicitur non filius, habebit locum Carb. licèt contra ta-
bu. non habeat locum. hoc exemplum habes ff.eo. Car-
bonianum. in princ. Item deficit ab intestato: putà si ve
nit per vnde liberi, vel vnde agnati: quibus non datur
contra tabul. tamen si moueatur quæstio bonorum &
status, datur Carbon. vt ff.eod.l.de bonis.§.huic autem.
25 QVAESTIO. † Sed quæritur, mater decedit ab intesta-
to filio volenti succedere, mouetur quæstio filiationis
& bonorum, nunquid habebit Carbonianam? Videtur
quòd non: quia non datur nisi ea virili sexu descenden-
ti. vt ff.eod.l.1.§. non tantùm. Item pro bonis maternis
decretum Carbonianum non interponitur. vt ff.ad Car
bon.l.de bonis. in princ. Sed quare non detur in hoc ca-
su Carb. certè non videtur ratio quare non detur: quia
quare denegetur ex testamēto bona est ratio: sicut red-
ditur in contra tabu. sed quando ab intestato ratio illa
cessat. Respondeo, etiam ab intestato non datur, & est
ratio: hæc bonorum poss. Carb. adaptata est ea testamē
to ad contra tabu. vt cui vna & reliqua, & cui denege-
tur vna & reliqua, vt dictum est. adaptata est ab intesta
to ad vnde liberi: & cui detur illa & ista, & econuerso.
vt ff.eod.l.Carbonia. in princ. at vnde liberi denegatur
ad bona matris, ergo & illa. & de hoc dic vt notaui su-
prà de bon.possess. vnde liberi. Sed secundùm illos qui
dicunt dari vnde liberi ad bona matris, vt ibi notaui,
fortè secundùm eos datetur & Carbon. & quod dicit
l.de bonis. in princ. ff. eod. subaudiretur ea testamen-
to, & nō ab intestato. Quintum est necessarium, quòd
filius iste impubes non sit eahæredatus, nam tunc non
habebit Carb. nisi quando cum elogio eahęredatus est,
vt dixi: quia tunc habet. vt ff. eo. l.1. §.Pompon.& ff.de
inoffic. testa. l.qui de inofficioso. Item quòd non sit in-
stitutus. vt in prædicto §.Pompon.& l.cum fine benefi-
cio. ergo locum habet quotiens quis est præteritus vel
eahæredatus cum elogio, vel si veniat ab intestato. Ne-
que obstat l.qui de inof. ff.de inoff. testam, vbi dicitur,
quod totiens ea indulgenda est, quotiens filius esset hę
res, subaudi, ab intestato de iure ciuili: aut bonorum
possessor de iure prætorio: vel per contra tab. vel ab in
testato. QVAESTIO. † Sed quæritur, quare exhæredatus 16
non habet Carb. Item quare institutus non habeat simi
liter Carb. sed tantùm præteritus vel veniens ab inte-
stato. nonnè tam exhæredato, quàm etiam instituto po
test moueri quæstio status seu filiationis & bonorum?
certè sic. quare ergo non habet Carbonianum? Respon
deo, eahæredatus ideò non habet Carbonian. quia non
de statu filij, neq; de iure ipsius, sed testatoris iure quę-
ritur. vt ff.eo.l.si impubes.& l.1.§. si quis filium. Item est
& alia ratio: prætor habet odio eahæredatos. vnde non
putauit prætor eahæredatione notatos ad bon.poss.cō-
tra tab. admittendos vt ff.de bon.poss.contra tab. l.non
putabit. nec etiam putauit eos admittendos ad Carbo.
quia cuicumque denegatur contra tab. & ista: vt suprà
dixi per l.1.§.& generaliter. ff.e. Item quod dixi, quòd
exhæredatus nō habeat Carb. intellige hoc esse verum,
quando eahæredatio tenet. cæterùm si ipso iure non te
net, licèt quis sit eahæredatus, nihilominùs habet Car
bo. putà, quando cum elogio eum eahæredauit, sic di-
cendo: illum exhęredo, quem scio ex adulterio natum:
vel ita quisquis est, qui se filium meum dicit, eahæres
esto. vt ff.eo.l.1.§.Pompo. QVAESTIO. † Sed illud quæri- 17
tur, quare exhæredatio facta cum elogio, id est, cum cō
uitio non teneat: cum alibi legatur, quod exhæredatio
facta cū conuitio non valeat, putà non filius meus, la-
tro, gladiator, non nomina[illegible]ea adulterio natus. vt
ff.de lib.& posth.l.& si pepercerit. Respon. eahæreda-
tio est nulla facta cū elogio seu conuitio, & est aliqua:
nulla est si probetur ille filius testatoris esse: quia testa-
tor noluit exhæredare filium, sed eatraneum: quia di-
xit eum non filium, & ea adulterio natum: quæ verba
in extraneum non cadunt, vt ff.de verb. obli. l.quidam.
& tunc hoc probato quòd sit filius, censetur eahæreda-
tio nulla: quia eo ipso quod propter hanc causam exhę
redat, probatur præsumptione iuris & de iure, patrem
circa talem causam errasse, & per errorem assignasse.
vt ff.de lib.& posthu.l.si posthu.§.vlt.& l. idem est. Est
& aliqua illa eahæredatio: scilicet interim donec se probet filium: quia probabit præsumptiuè, scilicet quod
fuerit in possess. filiationis, vt suprà dixi in hac eadem
rubr. & est arg.ff.ad Carb.l.quod Labeo, in fine. quantū
autem ad Carb.bon.possess.dandam, exhæredatio nul-
la censetur facta cum conuitio, quia pater ipse videtur
mouere sibi quæstionem filiationis, vnde de iure est,
quòd habeat Carbonianam, si mouebitur quæstio bo-
norum. vt ff.eod.l.1.§. si quis non ab aliquo. Item in se-
cundo exemplo, scilicet quisquis dicet se filium me-
um, exhæres esto: ideò exhæredatio nulla. vt in fine il-
lius §.Pomponius. quia testator quando dicit: quisquis
dicit se filium meum, exhæres esto, de extraneis intel-
lexit, non de filio, quasi diceret: quicumque extraneus
dicit se filium meum, ille sit exhæres. cæterùm si filius
dicat

dicat se filium, & est filius, illum noluit exhæredare testator: & hoc dicunt verba vl. illius §. Pompo. quę talia sunt: quia non est filius exhæredatus. Multotiens enim legislatores verba testatoris sic similiter interpretantur, vt arg. de manu test. l. si quis locuples. in fi. & C. de condi. inser. l. cùm patrem. In casu tamen exhæredatus etiam sine elogio habet Carbonianam, vt ff. eo. l. si impubes. §. interdum. 18 †QVAESTIO. Si tu quæras quare institutus non habeat Carbonianam, licèt differatur quæstio status in tempus pubertatis per constitutionem, vt ff. eo. l. Carb. §. quamuis? Respondeo: ratio assignatur in ipsa litera, quia scriptus hęres de iure ciuili potest petere induci in pos. olim per edictum diui Adriani: hodiè per condic. ex l. C. de edic. diui Adri. tol. l. fi. hæc ratio redditur ff. eo. l. t. §. Pompo. & l. cùm sine beneficio. & l. Carbo. §. quamuis. & sic vbi locum habet ordinarium auxilium, non est recurrendum ad extraordinariũ, vt ff. de minor. l. in causæ. & sic no. quòd Carbonianum beneficium subsidiarium est: vt si aliud beneficium locum habeat, quòd non competat, sicut in querela inofficiosi testa. vt Inst. de inof. test. §. tametsi. Sed licèt dixerim, quòd institutus nõ habeat Carb. intelligas hoc esse verum quandò institutio tenuit. cæterùm si ostendam quòd institutio non teneat, quia tabulæ testamenti nõ erãt solennes, nihilominùs talis institutus habebit Carbon. quia ipse potest mitti in poss. beneficio condictionis ex l. fi. C. de edict. diui Adriani. & ideò habet Car. vt ff. eo. l. 1. §. si quia filium. Sextum est necessarium, quòd annus non sit transactus, qui annus, vt credo, vtilis est: sicut & annus ad petendam bonorum possessionem vnde liberi. & sicut sunt 100. dies vtiles, qui dantur venientibus ex linea transuersali, vt Instit. de bono. poss. §. fin. & C. qui admit. ad bono poss. l. 4. qui annus incipiet currere à die motæ controuersiæ, licèt annus ordinariè bonorum poss. petendæ incipiat currere, ex quo scit aliquis patrem suum mortuum, vt probatur ff. eo. l. Carbonia. §. fin. & sic ex illo §. fin. colligitur quòd hæc bonorum possessio dicatur extraordinaria, & quare dicatur extraordinaria suprà in prin. notaui. 19 †QVAESTIO. Sed quæritur quid est quod dicitur ff. eo. l. Carbonia. §. fin. quòd ille qui intentat Carbon. non solum oporteat eum agnoscere Carbonianam, sed oporteat etiam accipere ordinariam bon. posses. scilicet vnde liberi. & sic videtur, quòd septimũ esset necessarium, scilicet quòd petere ordinarium simul cum Carboniana: & sic occurreret istud dubium: in Carboniana desideratur semiplena causæ cognitio, vt statim dicam, vt ff. eo. l. Car. §. causæ cognitio. in ordinaria desideratur plena causæ cognitio, vt ff. de bon. poss. ff. l. 3. § causa. & sic semiplenè probat se filium propter Carbonianam, & plenè probat se filium propter bon. possessionem vnde liberi, & in eadem instantia. Item si hæc concedas instatur ex eo quod habes ff. eo. l. si impubes. §. si nam vbi impubes petit solam Carbonianam institutus petit secundùm tabulas. quæ bonorum possessio ex qua habet locum, non habet locum vnde liberi ab intestato, vt ff. de acquir. hære. l. quamdiù. & sic vides, quòd impubes potest petere Carbonianam, & si ordinarium non petat. Respondeo: quotiens impubes petit Carb. aut vult esse sola possessione cõtentus, vt interim possideat, & fruatur fortè rebus alienis, & percipiat inde alimẽta, tunc non habet necesse petere aliam ordinariam: in quo casu loquitur d. l. si impubes. §. vlt. & l. sed & si is. & C. eo. l. 2. aut impubes vult actiones mouere, & res petere à possessoribus: in quo casu non sufficeret, si tantùm petiuisset Carbonianam, & fuisset sibi cõcessa: imò etiam debet petere ordinariam, & in hoc casu loquitur l. Carbonia. §. fina. ff. eo. & hæc induxit §. superior in ca. l. Carb. §. missum. Septimum est necessarium, quòd in hac Carboniana concedenda interueniat causæ cognitio: aliàs enim non datur, vt ff. e. l. 1. in prin. sed hæc cognitio causæ duplex. Prima semiplena, scilicet quandò petitur Carb. ad hoc vt fiat missio: quia si aliquid modicũ faciat pro impubere dabitur Carboniana, vt ff. eod. l. Carbon. §. causæ cognitio. Secunda causæ cognitio est plena, scilicet quandò debet differri in tempus pubertatis: tunc enim benè prætor debet esse circumspectus, verùm expediat pupillo differri, & tunc differat, si nõ expediat: quia fortè habet testes paratos, qui fortè senes sunt, vel qui possunt ex tunc fidem mutare, vel propter alias iustas rationes: certè aut stulti aut iniqui prætoris erit causam pubertatis differre cum summo incommodo eius cui iura voluerunt consulere, vt ff. eo. l. Carbo. §. duæ. Octauum est necessarium, quòd impubes iste satisdet, sed hoc est ita necessarium si non vult esse tantùm in possessione, sed vult actiones mouere vel res hæreditarias petere: tunc enim præstita satisdatione actiones intentabit, & res vendicabit, & debita exiget, & collationem bonorum & dotis & omnium illorum quæ conferuntur petet, vt ff. eo. l. penul. aliàs si non satisdat, stabit in possessione: ita quòd neque actiones intentabit, sed tantùm erit in possessione, & contentus debet esse hæc prærogatiua, quòd prætor ipsum tantisper possessorem constituit, vt ff. eo. Carbo. §. missum. & C. eod. l. 1. Item & alia est necessaria satisdatio, scilicet quòd possit vti frui: quia licèt diximus suprà quòd in hoc prosit Carbo. vt quis interim possideat & vtatur & fruatur rebus fortè interdum alienis, vt C. e. l. 2. tamen ita distinguas, hic qui mittitur in possess. per Carb. aut alias habet vnde posset se sustentare, aut non. In primo casu si satisdet, vtetur & fruetur, aliàs non, sed viuat de suo. In secundo casu indistinctè vtitur, & sine satisdatione, vt ff. eod. l. sed si is qui controuersiam §. an autem vescendi. & hæc est distinctio vtrùm habeat de suo aut non. sic alibi quandò non mouetur controuersia status vel filiationis, sed mittitur in possess. vxor, filius vel filia, nepos vel neptis propter contumaciam hæredis non cauẽtis, vt ita diminuat fructus causa vescendi, si non habeat aliquid de suo, aliàs non, vt ff. vt in poss. lega. l. penult. In casu tamen missus in possess. propter nimiam contumaciam possessoris hæreditatis: putà quia dixit veniam ad illum iudicem, sicut ad asinum: & hoc dicit versutia nimia, ille qui agebat petitione hæreditatis vt lucrifaciat fructus, vt ff. ex quibus caus. in posses. ex l. Fulcinius. §. fina. & in alio quandò mulier mittitur in possess. ventris nomine, vt ff. de vent. in poss. mitt. l. 1. §. penul. & fi. sicut de hoc pleniùs in sequen. rubri. dicemus. †QVAESTIO. Sed circa prædicta multis modis quæritur prius de qua satisdatione loquatur legislator, id est, quæ erit forma satisdationis? 20 Respondeo: dominus meus nn. in summa istius tit. scilicet quòd satisdat de restituendis bonis si apparuerit illum non esse filium, & habetur arg. ff. de col. bonor. l. prætor. §. emancipatus filius. Domino Pyleo videbatur quòd deberet satisdare de vtendo fruendo arbitrio boni viri, ad similitudinem fructuarij, vt ff. vsufruct. quem ad ca. l. 1. & ff. de vsufruct. l. 1. sed mirum esset si ita propter hanc satisdationem ad instar fructuarij posset intentare actiones & res vendicare: fortè de vtendo fruendo posset admitti, si illa tantùm præstaretur satisdatio: quod non admitto propter opinionem domini mei qui de alia satisdatione loquitur. Sed domino meo sic opponitur: videtur valdè mirabile, vt propter hanc satisdationem scilicet quòd restituat &c. possit res petere, & actiones intentare. Quomodò actiones tam reales quàm personales incipiunt illi competere? Responderi posset, quia faciunt duo, quòd nequit vnum: & quæ non prosunt singula, multa iuuant, sicut & aliàs C. de testam. l. sancimus. quòd hoc contingat operatur & Carb. possess. & satisdatio præstita, sub qua continentur fideiussores & pignora, vt C de verb. sig. l. sancimus. & arg. ff. de coll. bon. l. 1. §. iubet. Nec obstat ff. de pręto. stipu. l. prætoriæ. quia ibi dicitur, quòd non fungatur vice satisdationis auri vel argenti depositio, id est, non cogitur fungi, quasi dicat: quòd non teneatur vel cogatur dare pignora, sed satis sit quod det fideiussores: cùm faciliùs quis fideiussores inueniat, quàm pignora: & melius sit pignori incumbere quã in personam agere, vt ff. de superficie l. 1. & iam erit ei cautum qui mouet controuersiam impuberi. vnde impubes seu tutores ipsius mouebant actiones pręstita satisdatione, nõ tanquàm possessores vel quasi possessores,

non tanquàm satisdantes vel quasi satisdantes, sed mo-
uebunt quasi curatores bonis cõstituti. & hoc est quod
dicitur ff.e l. sed & si is.§.1. Quia aut satisdat impubes,
& tunc actiones intẽtabit & alia habebit, vt statim di-
ximus. Aut aduersarius satisdat, qui mouet controuer-
siam, & tunc omnia illa habebit si sit de liberis: quia a-
liàs licèt propter satisda. habeat administrationem, nõ
tamen vtetur & fruetur. Item licèt habeat administra-
tionem & act. inteoter: non tamen habebit copiam in-
strumentorum hæreditariorum, vt instruatur & præiu
dicetur pupillo, imò illa deponuntur. Aut satisdat v-
terque scilicet, & qui mouet controuersiam, & impu-
bes: & sic vterque habebit illa commoda sicut distinctũ
est. Aut neuter, & tunc dabitur curator bonis, qui res
petet, & actiones intentabit, sicut hæc leguntur in prę-
dict. l. sed & si is qui. & arg. induco, quòd tanquàm cu-
rator datus bonis intentabit actiones, vt ff. de cur. bon.
21 l.1.§. si fructus. & l.1.§.1. cum duobus. † QVAESTIO.
Item adhuc quęritur quid iuuat quod dicitur, quòd stu
deant prætores istum impuberem missum in poss. con-
stituere possessorem, nunquid opus erit secundo decre
to. vt per hoc efficiatur verus possessor, sicut in damno
infecto? vt ff. de dam. infect. l. si finita. §. Iulianus. vel e-
rit possessor ita quòd non possideat, sicut quandò mu-
lier mittitur in possessionem nomine ventris. ff. de ac-
quir. possess. l. possideri. §. fin. & quod dicitur ibi in fin.
quòd missus ex causa damni infecti, vsucapiat tempo-
re longo, subaudi, quandò mittitur ex secundo decre-
to. Respon. aliud hîc quam in causa damni infecti: hîc
enim possessor à principio constituitur & verus: non
enim mittetur in possess. propter contumaciam alicu-
ius, sicut fit in omnibus illis vbi quis in possessionem
mittitur, sed propter controuersiam bonorum motam
mittitur impubes in possessionẽ, ita quòd verus sit pos
sessor. vt ff. eod. l. Carbonianum. § missum. at in damno
infecto nõ statim actori datur possessio propter domi-
nium vel causam dominij, scilicet vsucapionem, cuius
euentus speratur, & etiam satisdatio: quæ si non inter-
uenit, secundum decretum interponitur, quod secun-
dum decretum vel dominium trãsfert, si fuit dominus
ille in cuius bo. pos. missus fuit, vel si non fuit dominus
parat causam vsucapionis, vt ff. de damno. infect. l. si fi-
nita. §. non autem. & de acqui. poss. l. possideri. §. fi. in fi.
Item aliud in muliere missa in posses. nomine ventris:
quia per totum tit. & etiam per rubricam ipsam vide-
tur, quòd mulier non possideat, sed sit in possess. ita e-
nim intitulatur de ventre in possessionem mitten. sicut
de hoc latiùs dicemus in rubrica sequenti. At in hoc ti-
tulo per totum dicitur, quòd prętores dant Carbon. bo
norum possessionem, vt ff. eodem. l. Carbonianum. §.
causæ in fin & § duæ. in princip. quod ergo legitur ff.
eod in l. illa Carbonia. §. missum. quòd studeat prætor
possessorem constituere, non intelligas, quòd de nouo:
quia statim ex quo fuit data possess. Carboni. incontti-
nenti fuit factus possessor, sed studet prætor possesso-
rem constituere, id est, constitutum tueri in adepta iam
22 possessione non in adipiscenda. † QVAESTIO. Sed quo-
modò tuebitur, & qua actione? Respondeo: tuebitur
ipsum per actionem in factum, si de illa possessione de-
ijciatur vel molestetur vel inquietetur: quæ actio in fa-
ctum ex hoc edicto descendit, vt ff. ne vis fiat ei l. si quia
missum. § cùm prætor ventrem. & §. vlti. & per hanc a-
ctionem tantùm tuebitur in possessione rerum corpo-
ralium, vt arg ff. quor. bon. l. 1. quia iura non possiden-
tur. ff. de acquir. rer. do. l. seruus. §. incorporales. & de
vsucap. l. sequitur § si viam. In hac autem bon. possess.
non est necesse, quòd fiant positiones actoris vel Rei:
quia & semiplena fit causæ cognitio, vt suprà distinxi.
& quia nulla potest opponi exceptio, si est impubes,
quin non detur Carboniana. Concipiatur autem libel-
23 lus sic. † LIBELLVS. A vobis domine senator peto ego
R. impubes filius quondam Titij, qui me in testamento
suo præterijt, vel qui ab intestato decessit: cui volo suc
cedere ab intestato, tanquàm proximiori vel rumpere
testamentum per contra tabulas, vel dicere ipsum testa
mentum ipso iure nullum, cùm fuerim præteritus. ob

ijcitur mihi controuersia ipsorum bonorum, & filiati-
onis: vnde cùm sim impubes, peto ego R. mihi concedi
Carbonianam possessionem per quam & possessor con-
stituat, & controuersia mota differatur vsque ad tem-
pora pubertatis meæ. Et quòd sic rectè concipiatur li-
bellus dicit ff. ad Carbo. l. Carbn. §. quamuis. OPPOSI-
TIO. Sed opponitur, quòd non sit necessarius libellus.
nam ex quo aduersarius non auditur, quin detur im-
puberi Carboniana: quare libellus datur: cùm dicant
iura offeratur ei qui ad iudicium vocatur libellus, vt in
authen. offeratur C. de lit. contesta. Respondeo, refert
vtrùm impubes possideat, & sibi possidenti moueatur
controuersia status & bonorum, tunc non credo neces
sarium fore libellum: si alius possideat, & tunc libellũ
necessarium esse. Et si tu dicas quomodo pupillo possi-
dente potest peti hæc Carboniana bon. possessio? Re-
spondeo, petetur non vt mittatur in possessionem quã
habet, sed vt differatur quæstio in tempus pubertatis:
talia enim beneficia in modum exceptionis opponun-
tur, sicut in querela, vt ff. de inoff. test. l. mater. Si autem
moueatur quæstio status & pupillus non possideat con
cipiet lib. sic. Si enim possidet, libellus non est necessa-
rius, vt dixi. † LIBELLVS. A vobis domine Iusticiarie pe 24
to ego R. quòd cùm patri meo ab intestato decedenti
volo succedere: & Titius moueat mihi quæstionem sta-
tus, dicendo me non esse filium ipsius, vel me esse ser-
uum, quatenùs talem quæstionem propositam contra
me vsque ad tempus meæ pubertatis faciatis differri.
Vel peto per vos tali meo aduersario contradicendi vs
que ad tempus pubertatis silentium imponi. Et quòd
sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. eo. l. Car. §. quam-
uis. OPPOSITIO. Sed ostendo apertè, quòd impubere
agente in nullo illi prosit hanc quæstionem in tem-
pus pubertatis differri, licèt possidenti prodesset, vel
si in aliquo prodest, dicas mihi in quo. quòd sic osten-
do. Iste impubes agit vel petitione hæreditatis, quæ
sibi competit, vel ex testamento, vel ab intestato, vt ff.
de petitio. hæredita. l. t. 2. & 3. & C. de codicil. l. fina. vel
etiam petit bonorum possessionem secundùm tab. quia
institutus, vel contra tab. quia præteritus, vel ab inte-
stato vnde liberi: vel saltem intentat interdictum quo-
rum bonorum: in omnibus istis aut aduersarius objicit
et quæstionem status: & tunc differtur per constitutio-
nes vsq; ad tempora pubertatis, vt in d. l. Car. §. quam-
uis. aut non objicit: & tunc procederetur. Sed objicie-
tur, quomodò dicis quòd differatur. nam si non probat
se filium, ex quo ab altera parte negatur, neque ad bo-
norum possessionem, neque ad petitionem hæreditatis,
neque ad interdictum quorum bonorum admittetur,
vt C. quo. bonor. l. 1. Item cùm bonorum possessio de-
tur causa cognita, vt ff. de bono possess. l. 3 §. causa. & in-
ter alias causæ cognitiones hoc tractabitur, an sit filius
ex legitimo matrimonio natus, vt ff. vnde vir & vxor,
l. vnica. ergo vnum sequetur de duobus, quòd dilata
quæstione status differatur quæstio principalis, quæ à
pupillo proponebatur. & sic nullum commodum erit
illius impuberis, imò incommodum. Item si princi-
palia non differtur, quomodò in alia procederetur, ni-
si iste probet se filium? vt ff. eod. Carbonia. §. missum. &
§. si quis liber. certè nullo modo. Vel dices, quòd pro-
cedet iudex actore suam intentionem non probante:
cùm actor quod asseuerat probare debeat, vt C. de pro-
tio. l. actor. & ff. de probar. l. ei qui dicit. Respondeo,
dicunt quidam: in qua opinione est dominus meus,
quòd quæstio ista non procedat, nam quandò impu-
bes conuenitur, tunc differtur quæstio per Carbonia-
nam, si vtraque moueretur, si altera, putà status vel bo-
norum secundùm quosdam, quòd constitutiones. exte-
rùm si pupillus agat non differtur: & sic glosant ipsi. C.
de ordine cogn. l. 1. Vnde tam libellum quàm quæstio-
nem propositam dicunt ineptè conceptam. Sed contra
eos est apertè quod legitur ff. eod. l. Carbonia. §. parui.
vbi dicitur, quod parui referat, verùm aliquis sit pos-
sessor, an petitor. semper enim videtur, quòd quæstio
sit differenda, sed ipsi respondent illi §. parui, vt suprà
in hac rubrica diximus. Nobis autem videtur durum

contra

contra stimulum calcitrare. & contra illum §. parui. nã iam secundùm eos, impubere agente etiam per Carbonianam non differretur quęstio status & honorum, si essent cõtraria omnia iura quæ superiùs allegauimus. Respondemus ergo & dicimus, quòd quæstio status differatur: & sic certè differentur & alia iudicia. nõ enim potest quęstio, status differri & alia quæstio expediri, propter multa inconuenientia, quæ sequentur, vt diximus, & propter argument. leg. ff. de procuratorib. l. in rem. & C. de iur. delib. l. quidam elogio. Si tu dicas, quę vtilitas erit pupillo? Respondeo: differentur tempora bonorum possessionis, & tempora petitionis hæreditatis, quia in omnibus in quibus protelatur admonitio sine temporali damno litigatoris procedere debet, vt ff. de iud. l. 2. §. fin. & licèt differatur petiti principalis, tamen pupillo non nocet, quia potest esse, quòd sit aliàs diues propter bona paterna: vel si videtur sibi non expedire differri non petat, & sic procedet vtraque. Hæc quæstio & responsio notatur quãdo non mouetur quæstio bono. sicut suprà distinxi in Carbo. enim non procederet quęstio, quia licèt differatur quæstio status & bonorum: tamen maximum commodum habet pupillus, quia interim vtitur fruitur, quia mittitur in possess. quòd in altera illarum quęstionum nõ est, vt ff. de vent. in pos. mit. l. vbicunque. & ff. eo. l. de bonis. §. 1. quia ibi dicit explicandum erit iudicium per Car. sed per constitutiones differetur, vel explicandum si pupillo erit vtile, sed licèt differatur per consti. non tamen fiet missio, vt in pręd. l. vbicunque. OPPOSITIO. Sed his omnibus obijcitur quod legitur C. de ordi. iudi. l. 1. nam in l. illa quocunq; modo ponatur casus siue in possessorio siue in petitorio, quęstio status differtur, & in quæstiõe principali proceditur, sic insurgunt omnes illæ inconuenientię quas suprà de quęstione notaui, vel illi legi erit sic respondendum, sed licèt in lege illa vario modo per multos notetur, tamen sic respõdeo, quòd si vis casu l. illius notare in possessorio, non est locus alicui oppositioni, neq; his quę dicta sunt l. illa in aliquo contradicit, & quod dicit non potest cognoscere, non contingit propter vitium pręsidis, sed propter pupillum, qui petebat quęstionem status & bonorum per Carbonianum. in tempus pubertatis differri. Item quod dicit examinare &c. subaudi semiplenè scilicet an sit filius, vt suprà diximus. & quod dicit. quòd de hæreditate, id est, possessione hęredit. pronúciet, & sic plana est lex illa. Si autem vis quod ponatur casus in petitorio, dicas duobus modis. Primò quòd pupillo agente & perueniente non differatur quęstio, sed tantùm pupillo conuento, vt supra dixi, sed hoc non placet, per l. Car. §. parui ff. eo. vnde dicas, quòd vtraque differatur scilicet quęstio status, & quæstio principalis: & verba sequentia, quoniam, non de ea scilicet quæstione status incidenti, sed de hæreditate pronunciat, scilicet differendam illam cognitionem, licèt aliter ibi B. notauerit: quia ibi non pronunciat de incidenti, ideo quia ciuilis incidet in ciuilem, quod nõ placet. sed primus est verus & sanus in-

25 tellectus. † QVAESTIO. Item adhuc de quibusdã dubijs quęritur. legitur ff. eo. l. si is qui. §. 1. quòd ille qui mittitur in possessionẽ simul cum pupillo, cui faciebat controuersiam. & erat ex liberis quòd licèt nõ satisdet dabitur curator bonis, contra quem actiones intentabit. Sed quęritur, quas actiones? si tu dicas hæreditarias, vt quidam glosauerunt, hoc esse non posset quia illæ non possunt intentari antequàm satisdet, vt suprà dixi per Car. §. missum. & l. pe. ff. e. Si de alijs loquitur, dicas mihi quæ sint illæ actiones? Respondeo: notat dominus meus in pręd. l. quòd non intentabit actiones hęreditarias, quia nõ posset: & si posset, fieret præiudiciú pupillo petituro hæreditatẽ, sed intentabit actionem ex con tractu habito cũ defuncto, in quo casu & hodiè potest institui iudiciú, nec dicitur fieri præiudiciú petitioni

26 hæreditatis, & vt C. de petit. hęred l. fi. † QVAESTIO. Item quęritur legitur ff. e. l. si impubes. §. interdũ quòd exhęredatus habet Carbonianã, si non petat contra ta. bonorú poss. sed petat ab intest. per vnde liberi. & quare: quia negat tabulas testamenti patris tales esse, vt secundùm eas bonorum possessio dari possit, & dicatur esse non filius, quomodo potest hoc esse, vt habeat contra tabulas quæ nullo modo posset dari exhæredatos sed tantùm querela inofficiosi testamenti, vt ff. de bon. Pos. contra tab. l. non putauit. In prin. & l. si post mortẽ. §. exhæredati. Itẽ quomodo posset petere ab intestato vnde liberi. cùm testamentũ teneat, & illa competit ab Intestato: & sic contradicit regula ff. de acqui. hęred. c. quamdiù. Item & contradicit alio modo, exhæredatus nullo modo habet contra tabu. neq; Car. vt suprà dixi. Item si non habet Car. neque contra tab. ergo neque vnde liberi ab intestato, vt suprà in rubr. vnde liberi, notaui arg. ff. si ta. te. nul. ext. l. 1. & sic in nullo casu videtur quòd l. illa, si impubes §. interdum. starẽ possit? Respondet: dominus meus duobus modis, & primò sic, quod hic fuit filius exhæredatus, & non ritè, quia sub conditione. vnde perinde habetur ac si exhęredatio facta nõ esset, vt ff. de bo. pos. contra ta. l. non putauit. §. nõ quæsiuis. & ff. de libe. præte. vel exhæ. l. 3. § purè. vnde exhæredatus hic & habet contra tab. & habet Car. & hoc est quod dicit litera sequens in illo §. interdum. quia negat tabulas tales esse, ex quibus bonorum possessio secundùm tab. dari possit. Item posset habere etiam ab intestato vnde liberi: quia fuit in potestate præteritus: hi autem emancipatus exhæredatus propter beneficium præteriti, qui fuit in potestate, quòd testamentum dicit ipso iure nullum, vt C. de libe. præteri. vel exhære. l. si verum. quia ab intestato non habebit contra tab. vt ff. de libe. præteri. l. fi. Item & alio modo respondeo: quia hic fuit exhæredatus legitimè, & intentauit contra ta. vel vnde liberi, & fuit admissus: quia nemo eum repulit, sicut ff. de inoffi. testa. l. posthumus. sicut etiam de coll. dot. l. filius. † QVAESTIO. Item quæritur, legitur 27 ff. eo. l. si impubes. §. fi. quòd & impubes accipiat Carb. & institutus secundùm tab. & ambo erunt in possessione, licèt præteritus non petierit contra ta. vel ab Intest. vnde liberi: quomodo possũt illa procedere? in primis Car. bo. pos. facti est, & nullum ius tribuit, bonorũ pos. secundùm ta. iuris est, & ius tribuit, quia est ius acquirendi &c. vt ff. e. l. Car. §. missum. & ff. de bo. pos. l. 3. illa quæ est iuris secundùm tabulas nõ est facti, quandò ergo ille qui habet Car. erit in poss. cũ illo qui accipit secundùm ta. Respondeo, de iure est, quòd vterque sit in pos. & secundùm tab. non impedit Car. nec econtra: quia licèt secundùm ta. ius tribuat, nihilominùs etiã dilata quęstione per Car. in tempus pubertatis, institutus erit in pos. simul cum impubere: alioquin dura videretur conditio instituti, vbi propter Carb. quod datur impuberi omni destituatur auxilio. Item adhuc instatur quomodo institutus potuit petere secundùm ta. cùm contra ta. poterat intentari? certè non potest, vt ff. de bon. pos. secundùm ta. l. 2. §. 1. & ff. de bo. pos. contra ta. l. illud. §. vl. notaui suprà de bo. pos. secundùm ta. & de bo. pos. contra ta. Respondeo sic, quia ille præteritus nõ fuit filius, & hoc est quod dicitur in litera in prędic. l. si impubes. in fine, si filius nõ est: vel aliter, si filius pręteritus non est: nõ superest. sequitur in litera hanc nõ accepisse, forte quia tẽpore fuit exclusus, tunc licèt cõpetierit cõtra ta. nihilominùs secundũ ta habet locũ, vt ff. de bo. pos. secundũ ta. l. 2. §. 1. Itẽ adhuc opponitur quod dicitur in illo §. vel ab intestato, potũit aliqua bo. pos. locum habere: tùm in eo. §. dicatur, quòd quidã fuerunt instituti. Itẽ dicatur quòd filius fuit pręteritus scilicet alius, & sic nunquã videtur quòd ab intestato potuit locũ habere, vt ff. de acq. hęre. l. quàdiù. Respondeo: potuit ab intestato locum habere forte, quia fuit filius pręteritus in potestate, qui testamentum ipso iure nullum dicit, vt ff. de libe. præteri. l. fi. & ita demũ est nullum testamentú & succedit ab intestato, si præteritus ille hoc petat: alias nõ. & sic in prædic. §. scripti hęredes potuerũt habere secundũ ta. quia pręteritus nõ petit ab intestato: quòd potuit dicere testamentũ ipso iure nullũ, vt dixi. Itẽ non cessat quęstio in eo § certũ est, quòd Car. est inducta ad exemplum bo. pos. contra ta. quia cui competit vna & reliqua, vt ff. eo. l. 1. §. & generaliter. & l. Carbon. §. 1. ergo sicut contra tab. tollit secundùm tab. quia quamdiu

quandiù illa locum habet, secundùm tabulas cessat, vt statim suprà dixi. Ita & Carboni. debet tollere secundùm tab. & sic institutus non debet esse in possessione cum isto qui petit Carb. sed in prædict. § dicitur totum contrarium. Respondeo quæstio tua non procedit. nam benè verum est, vt cui detur contra tab. detur & Carb. non tamen sequitur quòd sint eiusdem efficaciæ vel effectus, vt possit præterea inferri hoc operatur contra tabulas: ergo & hoc operatur Carboniana, & econtrariò. nam diuersi sunt effectus istarum, sicut patet per ea quæ in istis rubricis notaui. Et sic nota quòd dicit dominus meus tres casus, in quibus quis habet Carbonianam. & institutus secundùm tab. non obstãte quòd præteritus habeat contra tab. & sic §. ille, vlt. l. si impubes, potest loqui de duabus tantùm personis: pone quòd pater in testamento quosdam instituit, filium præteriuit, qui dicebatur filius. hic præteritus, si petat Carbo. propter quæstionem sibi motam. etsi non petat contra tabul. vel ab intestato vnde liberi. similiter admittetur cum institutis hic ad Carbonia. ille ad secundùm tabu. sed quomodo datur illi Carboniana quia in illo §. dicitur, si non esset filius. Respondit dominus meus, verè non erat filius. sed tamen modica præsumptio non sufficeret in contra tab. vt ff. de bono. poss. l. 3. §. causa. nam hic talis cùm verè non sit filius: & si acciperet in contra tab. ipso iure esset nulla datio bono. pos. vt ff. de leg. prçstand. l. filium. §. si quis bo. pos. Secundus casus quando ille præteritus verè erat filius, sed nõ accepit bonorum possessionem contra tabu. puta quia tempore erat exclusus, vel qualitercunque. ad quam posteà admitti non potest, vt ff. de bono possess. contra tab. l. æquissimum §. 1. Tertius casus est, quando filius præteritus in potestate constitutus potuit dicere testamentum ipso iure nullum, vt dixi: tamen noluit, licèt iuris subtilitate testamentum sit nullum, & ex bono & æquo illam voluntatem tuebitur prætor, vt ff. de iniust. & irrito testamento. l. filius. si enim ille præteritus dicit testamentum ipso iure nullum, tunc secundùm tabulas non habet locum: & sic in istis tribus casibus, licèt contra tab. competeret, nihilominùs habet locum secundùm tabulas. Hæc de Carboniana bonorum possestione nota tanquàm vtilissima, & difficilima: cætera curiosis inuestiganda relinquo, & hodiè & olim hæc Car. est necessaria.

De bonorum possessione extraordinaria quæ datur mulieri nomine ventris. Rubrica

1. *Bonorum possessio extraordinaria quare inuenta sit.*
2. *Bonorum possessio extraordinaria quando locum habebit.*
3. *Bonorum possessio extraordinaria vt competat, quot requirantur.*
4. *Bonorum possessio extraordinaria quare præterito detur, exhæredato autem non.*
5. *Mulier in bon. poss. vent. nom. si aliunde habeat, vnde se sustentare possit, an alimenta requirantur.*
6. *Nascituro quare magis prouideatur.*
7. *Libelli in bon. possess. vent. nom. quomodo concipiantur. cum sequen.*

Videamus de bonorum possessione quæ extraordinaria est, sicut & Carboniana, quæ facti est: quæ datur mulieri nomine ventris, vt interim sit in possessiõe, & percipiat omnia necessaria. donec certum sit, an partum vel abortum faciat. vel certum sit eã non esse prægnantem, vt ff. de ventre in poss. mittenda,
1 l. 1. in fine de hac bonorum possessione §. 7. †QVAESTIO. Sed in primis quæritur quare ista bo. pos. fuit inuenta? Respondeo propter summã vtilitatem, scis enim quòd qui gestatur in vtero habeatur pro iam nato, vt ff. de sta. ho. l. qui in vtero. & ff. eo. l. vbicunque. & ideò iustum fuit vt interim in possessionem mittatur venter, & alatur, vt infra dicemus. †QVAESTIO. Sed quando habe-
2 bit locum hæc bonorum possessio? Respondeo: quando mulieri mouetur controuersia, quòd non fuit vxor vel non est prægnans, vel non obijcitur quçstio datur mulieri, si enim moueatur quçstio tũc summaria cognitio fiet, & sic venter in poss. mit. & ex quibus causis datur Car. ex ijsdem datur & ista. & sicut ibi summaria cognitio, ita & hîc, vt ff. eo. [illegible] §. si ea. quç tamen non [illegible] intelligas quòd sicut in Carboniana differtur quçstio vsque ad tẽpus pubertatis, vt in superiori rubrica dixi, quod ita differatur in hac: quia in hac non differtur nisi partum, vt in hac rubrica dixi. †Vnde ad hoc vt competat tot sunt necessaria. In primis, quòd illa fuerit vxor. Secundum, quòd maritus sit mortuus. Tertium, quòd mulier ista sit prægnans verè, neque sufficit dicere se prçgnantem esse: si enim verè prægnans non sit, non tenet datio bono. poss. vt probatur ff. de ventr. in poss. mit. 1. §. 1. imò si aliqua recepit de bonis defuncti, cum fuit missa: & non fuit prægnans de suo proprio consumit, vt ff. eo. l. 1. in fi. Quartũ, quòd sit prægnãs tempore mortis testatoris, & illo tempore quo petitur ista bon. poss. vt ff. eo. l. 1. § 1. Quintum, quòd venter non sit exhçredatus, tunc enim hæc bon. poss. non petetur, vt ff eo. l. 1. §. 1. toties. sed erat hoc iure isto, hodiè autẽ cùm posthumus exhæredati non possit, neque suo vitio, quia causam ingratitudinis cõmittere non potest, neque alieno: nõ credo exhçredationem necessariam quominus possit hodiè petere hanc bo. pos. vt C. de inoff. test. l. si quis suo. in fi. nam etiam iure antiquo si fuerit exhæredatus & non ritè non repellebatur à contra tab. vt ff. de bon. poss. contra tab. l. non putauit. §. non contrarius, nec etiam taliter exhæredatus repellebatur ab ista, si autem sit prçteritus, & hodiè & olim datur ei, vt optime distinguit ff. eo. l. 1. §. si vẽter ab institutis. sed tempore harum legum ita demùm venter exhçredatus excludebatur ab hac bo. pos. si certum erat ventrem exhçredatum esse, sed si dubium esset propter exhæredationem nõ repellebatur: verbi gratia, exhæredauit quis sic, si filius vnus mihi nascetur exhçres sit, non obstante hac exhæredatione nihilominùs venter in possessionem mittetur, sed quare? quia potest nasci filia, vel plures nati. Item et si esset exhçredatus & sub cõditione potestatiua hoc modo, quia fuit institutus sub cõditione potestatiua, & in defectũ illius exhçredatus, quia aliter nõ teneret, vt ff. de hçre. insti. l. non dubium. & ff. de lib. & post. [illegible] l. 1. §. purè. sicut hæc leguntur. ff. eo l. [illegible] §. sed si incertum [illegible] & §. si sub cõditione. & §. sed & si quis OPPO[illegible] Sed mirum videtur in primo exemplo, quòd si nat[illegible] fi-lia, quòd non inuenitur exhæredata: nonne sub masculino continetur & fœmininũ, vt ff. de leg. 2. l. si [illegible] quare ergo filia non inuenitur exhçredata? Respondeo exhæredatio est odiosa, & ideo restringenda, vt ff. de lib. & posthu. l. cùm quidam. & ideo sub masculino nõ continetur fœmininum, alioquin si esset fauor, puta institutionis, vt instituo filium qui mihi nascetur, tunc filia nata succederet sicut et filius, quia fauores ampliamus, vt argumen. C. de bo. vac. l. 1. & ff. de constitution. princ. l. beneficia. Sed quod diximus de exhæredatione ventre repellendo tempore harum legum ab hac bo. poss. intelligas quando est exhçredatus ab institutis & [illegible] veniunt. cæterùm si mortui erunt, nõ repelletur etiam si à substitutis esset præteritus, vt ff. eo. l. [illegible] §. si venter ab institutis. †QVAESTIO. Sed illud quçritur, quare præ- 4
terito datur hæc bo. pos. exhæredato non, vt in prædi[illegible] l. Respondeo, exhçredatus iuri prætorio fuit [illegible] prçsumptione habita pro parente, quòd iustè fuerit [illegible]-sus & odio præsumpto contra filiũ, quòd causam [illegible] sionis commiserit, vnde de exhçredato prætor non curauit. sicut & a[illegible]ás: idem in cõtra tab. vt ff. de bo. po. contra tab. l. non putauit, & sicut alias in Car. vt ff. de inoff. test. & ff. ad Carbo. l. 1. § Pomponius. præteritus autem habet istam & Carbo. & contra tab. quia tunc fuit n[illegible] ligentia patris, non odium filij præsumptum sicut su-prà de cõtra tab. & suprà ad Car. in simili quçstione notaui. Sed quòd dixi, quòd debeat probar[illegible] qu[illegible] it vxor, subaudi tempore cõceptionis, non autem tempore mortis: quia aliquando potest esse quòd tunc f[illegible] vxor, & tempore mortis est, fortè facto diuortio [illegible] iure ciuili, & canonico in casibus alijs in quibus iure cano-

nico

bico locum babet : & ideo prætor de tempore mortis
non feeit mentionem vaotis, scilicet prægnantis, vt ff.
eo.l.1.§.prægnantem.& §.rectissimè. Sextum, quòd ven
ter qui debet mitti io possessionem nō sit ex filio eman-
eipato. quòd ita intelligas: si habui filium, & illum e-
maneipaui, & posteà nurus mea concipiat, nunquàm
mittetur in poss.bo.aui. verùm si fuit conceptus ante e-
maneipationem, mittetur: quia natus parri cōiungitur,
& generaliter vbicumque natus patri iuogitur per il-
lam rub. de coniungendis liberis cum emancipato (li-
cèt quidam dicant illam rubricam hodiè locum nō ha-
bere) venter admittetur ad pos. vt ff.eo.l.1.§. etiam ea e-
mancipato.& §.si pater. imò si medio tempore pater ca-
piatur ab hostibus, & moriatur auus, mittitur venter
in posses.bo.soceri, vt ff.eo.l.1.§.filius ab hostibus. imò
in fauorem partus ne ante vitam necetur, subuenimus
ventri ea benignitate in casu, vt ff.eo.l.1.§.sed & si quis
ventrem ea hæredasset.& hoc de venrte illius qui est le
gitimus filius & naturalis. Sed quid de adoptiuo satis
ponit §.si filius io adop.ff.eo.l.1. & facias differentiam
ioter patrē naturalem & adoptiuum, sed cùm dicat in
pos. vtriusque admittendum, hodiè admitterem patre
adoptiuo eatraneo decedente ab intestato. cæterùm ex
testameoto & non instituente ventrem, sed prætereun
te non admittetem. vt C.de adop.l.fi. Septimum, misso
ventre in poss. dabitur aliqnandò curator ventri, ali-
quandò bonis: & sic erunt plures curatores, aliquandò
vnus dabitur ventri & bonis, qui curator datus bonis
dabit omnia necessaria illi dominę vsque ad illud mo-
dicum tempus, donec certum sit quòd partum vel abor
tum faciat, & secundùm dignitatem mulieris & quali-
tatem ista sunt constituenda, vt legitur ff.eo.l.1 §. quo-
5 tiens.& l.2.& 3.& 4.& 5. †QVAESTIO. Sed circa partē
istam duo quæruntur. In primis l.dicit, quòd interim
etiamsi mulier habeat aliunde vel dotem, vnde se su-
stentare possit, nihilominùs habeat alimenta, vt ff.eo.
l.curator. contradicit, in eo tit. l.eatraneo. quòd ita de-
mùm dentur alimenta, si mulier non habeat vnde se su-
steotet. hoc idem legitur ff. vt in pos. leg. l.penult. Re-
spondeo: l.illa, curator. rationem assignat: quia circa a-
limenta prouidetur partui potiùs, quàm mulieri l.illa,
extraneo. loquitur in posthumo extraneo instituto, cui
ita non prouidetur sicut suo, neque in alimentis, neq;
in alijs. l.peoul. vt in pos.leg non cootradicit: quia ibi
prouidetur ipsi personæ missæ in poss: quando non ha-
bet vnde aliunde se pascat, & ita noo contradicit. OP-
POSITIO. Item alio modo opponitur. legitur ff.eod.l.t.
circa prin. quòd debeant conscribere, id est, simul con-
sentire omnes creditores illi curatori vendenti, & sub-
scribere, sicut faciūt clerici in venditione rei ecclesia-
sticæ. alibi dicit lex, quòd nō oporteat illos consentire:
imò ratum est quod ille distrahit, vt ff.de cur.bo.dan.
l.2. Respondeo: l.illa loquitur de vero curatore, qui est
electus ad bona distribuenda, vt satisfaciat creditori-
bus. hæc autem loquitur de constituto curatore vētri,
in quo casu licèt alius curator constituatur bonis pro-
pter timorem illius curatoris, & propter timorem mu-
lieris ne malè bona consumat, non distrahet nisi quod
necesse est distrahi. OPPOSITIO. Item tertio opponitur
legitur ff eo.l.si ventris. quòd si quæstio adulterij mo-
ueatur mulieri missæ in possessionem nomine ventris,
quęstio illa differatur, ne aliquod præiudicium fiat na-
to. contrarium legitur ff.ad Carb.l.1.§.fi. quia ibi dicit,
quòd non differatur. & sic C.ad l.Corn. de fal.l.1. Item
alibi legitur, quòd mulier si de adulterio accusetur, nō
differatur quæstio propter filium, & si cōdemnetur de
adulterio filio non pręiudicet: quia potest esse quòd il-
la sit adultera, & ille fuerit filius defuncti, vt ff.ad l.Iul.
de adul.l.miles.§.defuncto. Respondeo: de hac materia
plenè notaui io superiori rub.de Carb. Sed ista contra-
ria sic soluuntur, ff.de ventre in poss. mit.l.si ventris. lo
quitur in nascituro, leges alię loquuntur in iam nato:
& sic casu isto magis prouidetur nascituro, quàm nato.
Alibi econtrà: magis nato quàm nascituro. nam natus
pręteritus facit testamentum nullum ipso iure, nasci-
turus rumpit, vt C.de lib.pręte.l.fi. & C.de posthu.hęr.
insti.l.1. Vel aliter. in l.illa, si ventris. rescripsit diuus
Adri. sed malè, secundùm fortè fecit gratia mulieris il-
lius: quia species mulieris eum decepit, vt & aliàs ff.de
orig.iur.l.2. †QVAESTIO. Et si tu quęras quare in casu 6
isto magis prouideatur nascituro? Respondeo: ratio est
in promptu, nam hic si differatur, non magnum pericu
lum est: quia modicum est tempus donec pariat, vel fa-
ciat abortum: ibi si differretur esset magnū tempus. sci-
licet vsq; ad tempora pubertatis. Et quia faciles sunt
positiones, positionibus nō insisto. Libellum autem sic
concipies. †LIBELLVS. A vobis D.megister iusti. peto 7
ego R.mulier nomine ventris mitti in possessionem bo
norum Titij quondam mariti mei, ex quo sum pręgnās:
& mihi constitui alimenta secundùm dignitatem meā
per vos, & familiæ meæ secundùm qualitatem & facul
tatem bonorum. †LIBELLVS. Vel aliter. A vobis &c. pe- 8
to e.M.mulier Titij quondam de quo sum prægnās con-
cedi mihi bonorum possessionem nomine vētris de bo-
nis omnibus quę fuerūt olim Titij: & secundùm digni-
tatem meam mihi & familiæ meæ de alimentis proui-
deri peto. Quòd sic rectè concip. lib. dicitur Inst.de bo.
poss.§.septima.& ff.eo.l.1.§.1.& 2. & §.quoties. & l.2.3.
& 4. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur libellus
benè conceptus, nam si mulier petit in pos. mitti nomi-
ne ventris, non petit bonorum pos. sed petit missionem
in bonis: quę missio debet fieri offi. iud. vt noi. suprà de
officio iudi. quo bona possidenrut, ergo malè intenta-
tur hæc bo.poss. Respondeo: si loquaris de bo.poss. quæ
ius tribuit, sicut superiores. benè opponis. si autem lo-
quaris de ista & Carb. quæ facti sunt, & nullum ius tri-
buunt, rectè petit mitti in possessionem bonorum, &
dari sibi bono.poss. nomine ventris, sicut in libel. posi-
tum est.

De bonorum possessione, quæ datur ex edicto diui Adriani, vel per conditionem ex l. vlt. illius tituli. Rubrica.

1 *Bonorum possessionis ex edicto diui Adriani, quæ ratio sit.*
2 *Possessio quare in hereditate non sit, cùm hereditas domina locum sustineat.*
3 *Edictum diui Adriani an sit vtile.*
4 *Petens an necessariò de dominio probare habeat.*
5 *Possessio licèt non descendat ad heredem, nisi specialiter apprehendatur, an in suo locum habeat.*
6 *Instrumentum an fidem faciat si repertum à tabellione nō fiat, & instrumentum rasum inueniatur, vel interlineatum vel abolitum.*
7 *Instrumentum eodem die confectum si per duos proferatur, quis iura potiora habeat.*
8 *Missio in bonorum possess. vsque ad quod tempus peti possit.*
9 *Libellus in bon poss. ex edict. D. Adr. quomodo formetur.*
10 *Institutus sub conditione, an missionem ante conditionis euentum petat.*
11 *Fideicommissarius si hereditatem possideat, legatarius autem hereditatem petat, vel scriptus, vel ab intestato veniens: an illi excipiatur, & an legitimus contradictor dici possit.*
12 *Edictum diui Adriani à petitione hereditatis, in quo differat.*
13 *Edictum diui Adriani quid ab interdicto quorum bonorū differat, cùm vtrumque sit possessorium adipiscendæ possessionis.*
14 *Edictum diui Adriani in quo differat à bonorum possessione secundas tabulas.*

VLtimò nobis videndum occurrit post bonorum possessionem, de quibus sufficientissimè tractauimus, qualiter alicui heredi venienti ex testameoto vel ab intestato, siue testamentū sit solenne siue nuncupatiuum, succurratur circa habendam possessionem rerū hęreditariarū defuncti: nam licèt aliquis vo-

cetur ad hæreditatem de iurociuili, & hæreditatem a-
deat, quæ in sola animi voluntate consistit, vt C. de iur.
deliberan. l. si autam. possessionem tamen hæres nõ ha-
bet, nisi illam specialiter apprehendat, vt ff. de acquir.
1 possess. l. cùm hæredes. † QVAESTIO. Si tu quæras quæ
sit ratio? Respondeo: in euidenti est, possessio non est
in hæreditate, & ideò propter aditionem non potest in
nos transferri. Iura autem cùm in hæreditate inue-
niantur illa incõtinenti transeunt, vt in prædict. l. cùm
hæredes. & ff. si quis testat. liber esse iuss. fue. l. 1. §. Scæuo-
2 la. † QVAESTIO. Item si tu quæras: quare possessio non
sit in hæreditate, cùm hæreditas locum dominæ susti-
neat, vt ff. quod vi aut clàm. l. denique. §. si ex socijs. in
fi. & C. depositi l. cùm hæredes. Item hæreditas vicem
defuncti sustinet, vt ff. de acqu. rer. do. l. hęreditas. & ff.
de hęred. inst. l. non minus. & Instit. de hęre. insti. Item
cùm hęreditas sustineat personam hęredis, vt ff. de no-
ua. l. nouatio. in fi. Itẽ hęreditas habeatur pro domino,
vt ff. de acq. re. do. l. hęreditas in multis. Respon. duplex
est ratio quare possessio nõ sit in hęreditate. Prima, nam
cùm hęreditas sit res, quæ possidetur, possessionem ha-
bere non potest, neque in se continere: nam nil posses-
sus habet, quia quisquis habetur, habere nulla potest:
se non possidet, ergò nihil. arg. ff. de verb. obl. l. stipula-
tio ista habere licere. §. hi qui. & §. habere. & hæc ratio
redditur ff. si quis test. liber esse ius. l. 1. §. Scæuola. Se-
cunda ratio est, ideò possessio non est in hæreditate, nã
cùm possessio facti sit, vt ff. ex quib. caus. ma. l. denique.
in his quę facti sunt, hæreditas non sustinet vicem de-
functi, neque hæredis, neque dominæ, neq; domini: &
ideò rei hęreditariæ non fit furtum, vt ff. de fur. l. hære-
ditariæ. quia cùm furtum sit contrectatio rei alienæ in-
uito domino: velle & nolle facti sunt, vt ff. de tributor.
l. 1. hęreditas autem non possit habere ea quę facti sunt,
scilicet velle & nolle, hæreditarię rei non fit furtum. et
hac ferè ratione seruus hæreditarius vsumfru. stipula-
ri nõ potest, vt ff. de stip. seruo. l. vsumfructum sine per-
sona. cùm ergò sit necessarium hæredi apprehendere
possess. ideò videamus qualiter illi succurratur. Scien-
dum est quòd omnis hæres qui succedit, aut succedit
ex testamento, aut ab intestatò. Item aut ex testamento
nuncupatiuo, aut solenni, vt ff. de petit. hære. l. 1. 2. 3. &
4. C. de testam. l. hac consultissima. & C. de codi. l. fina.
vnde si succedit aliquis ab intestato de iure prætorio
datur illi interdictum quorum bonorum directum. si
de iure ciuili, secundùm quosdam habet illud interdi-
ctum vtile. idem est si quis succedat ex testamento nun-
cupatiuo: si autem succedat quis ex testamẽto solenni,
tunc subuenitur illi vel per condict. ex lege Iustiniani
legis dico vlti. C. de edict. diui Adr. vel subuenietur illi
per edictum diui Adria. quòd etiam hodiè locum ha-
bet, licèt sit eius sublata iniquitas, quantum ad vicesi-
mam, quam compellebatur hæres dare fisco, & quan-
tum ad alia inutilia. Quidam tamen dicunt quòd veni-
enti ab intestato de iure prætorio succurratur per in-
terdictum quorum bonorum. Si autem quis succedit
de iure ciuili vel ab intestato, vel ex testamento nuncu
patiuo, tunc subuenietur ei per condi. vtilem ex l. vlti.
Iusti. de edicto diui Adri. vel per vtile edictum diui A-
dria. Quid autem differat edictum Diui Adria. à petit.
hęre. & à bonorum poss. secundùm tab. & ab interdicto
3 quorum bonorum, dicemus in fi. † QVAESTIO. Sed illud
quęritur: nõ videtur quòd edictum diui Adria. vel con
dictio ex l. vlt. illius tit. si vtile vel vtilis. vnde tractare
de illis non expedit ab adita hęreditate, quæ in sola a-
nimi voluntate consistit, vt dictum est: quis prohibet
hęredem apprehendere possessionem rerum hęredita-
riarũ? certè videtur quòd nullus. interdicto enim quo-
rum legatorum prohibet hæres quò minùs legatarius
apprehendat, vt in speciali tit. notaui. suprà de interdi-
cto quorum legat. sed in hoc edicto diui Adrian. vel in
condic. ex lege vlt. & interdicto quorum bonorũ, quis
prohibet hæredem volẽtem accipere possessionem sua
authoritate? certè nullus, quare ergò vadit ad iudicem:
quare vult concipere libellum, quare vult vexari ina-
nibus sumptibus contra consilium l. 1. ff. de inoff. testa.

cùm nonnullas moras exceptio habeat iudicis, vt ff de
legat. seu fideicommiss. nomi. ca. l. etiam. cùm euentus
litis dubius sit & incertus, vt ff. de pecul. quod debetur.
& multi sumptus fiãt in iudicio, vt ibi. & inter sit no-
stra litem sumptibus nõ vexari, vt ff. de minori. l. in mi-
noribus. Respondeo duobus modis. In primis, quòd tu
opponis locum habet nemine possidente: at si aliquis
possidet tunc habet locum & edictum diui Adriani. &
condictio ex l. vlti. illius tit. & hoc est quod dicit l. illa
vlt. mittatur quidem in possessionem rerum, quæ testa-
toris mortis tempore fuerunt, non autem quę legitimo
modo ab alijs detinentur. si autem aliquis cõtradictor
&c. Vel aliter, esto quòd nullus possideat, tamen tutiùs
fecerit, si auctoritate prætoris, & per edictum diui A-
dria. & per condict. ex l. vltim. & dicam, domine iudex
licèt possim auctoritate mea bona apprehendere, quæ
fuerunt testatoris: tamen de auctoritate vestra per edi-
ctum diui Adria. vel per condict. ex l. vlti. illius tit. vo-
lo apprehendere. & habes simile in creditore, qui licèt
ex conuentione possit intrare possessionem pignoris,
tutiùs tamen fecerit si auctoritate prętoris, vt ff. de pig.
l. 3. sed in hoc vlt. casu non est multũ vtile. † QVAESTIO. 4
Sed illud quæritur de eo quod dicit, quòd mitteretur
in poss. rerum quæ fuerunt testatoris tempore mortis:
ergò necessariò habebit probare qui petit de dominio,
quia per hæc verba, meum, tuum, suum, alterius domi-
nium denoto, vt ff. de rei ven. l. nõ solùm. §. meum. & ff.
de religio. & sump. fun. l. 2. §. 1. & ff. de leg. 3. l. si quis ser-
uos. & ff. ad Treb. l. si legatus. §. si quis bona. Respõdeo:
non est necesse, sed quod dicitur, fuerunt testatoris, lar-
gè & vulgari modo locutus fuit legistator, sicut dicunt
multi. ista sunt mea, scilicet quę etiã à me tenentur sal-
tem cõniuentibus oculis, vt ff. de manu. l. is qui se suis.
intelligas ergò largissimè, quòd siue fuerunt testatoris
quoad dominium siue quoad poss. siue quòd tenuerit,
locum habet edictum diui Adria. & sic omnia ista di-
cuntur, quòd fuerunt testatoris, vt aliàs in petit. hæred.
ff. de peti. hære. l. non tantũ. & l. item veniunt. † QVAES- 5
TIO. Itẽ quæritur: in eo quod diximus suprà, quòd pos-
sessio non descendat ad hæredes nisi specialiter appre-
hendatur, an hoc locum habeat in suo? & certè prima
facie nõ videtur. nam in suo hærede videtur, quòd pos.
coniunctim descendat ad hæredes, vt ff. ex qua cau. ma.
l. cùm miles. Item in suis hæredibus continuatio domi-
nij perducitur, non vt videatur hæreditas ad eos deue-
nire: quia olim domini fuerunt. nam & viuo patre do-
mini existimantur: adeò quòd post mortem patris non
videantur hęreditatem percipere, sed magis libera bo-
norum administrationem consequi. vt licèt non sint hæ-
redes instituti, tamen domini sunt. ff. de liber. & posth.
l. in in suis. Item Seruius æstimauit naturalem poss. pe-
nes filiũ fuisse viuo patre, vt ff. de vsucap. pro hærede.
l. 2. §. filium. Respondeo: quantum ad hoc, idem intelli-
go in extraneo quòd in suo: vt possessio nũquàm in eos
transeat, nisi apprehendatur. Neque obstant leges alle-
gatæ. nam l. illa, cùm miles. loquitur in vsucapione, &
sic intellige possessionem, id est, vsucapionem, quę me-
diante possessione completur, vt ff. de vsuca. l. sine pos.
illa coniunctim descendit ad hęredes, id est, quia hæ-
res potest implere vsuca. quæ fuit à defuncto incœpta,
vt ff. de vsuca. l. incœptam. Vel aliter, poss. coniunctim
descendit ad hæredem, ita si hæres apprehenderit pos-
sessionem, & velit vsucapere, rectè possessionem testa-
toris computabit ad vsucap. suam: quia poss. test. hære-
di prodest, quasi medio tempore non fuerit ab alio ap-
prehensa, vt ff. de vsuca. l. pos. arg. ff. de acq. pos. l. Pom-
po. §. fina. Item l. in suis. loquitur de fictione iuris, quæ
fictio nõ potest operari hoc, vt illud quod facti est, in-
ducat. nam fictio postliminij quę est maior fictio, quam
sit in corpore iuris: tamen ad illud quod facti est, putà
possessionem non pertinet, vt ff. ex qui. cau. ma. l. deni-
que. Item l. illa 2. §. filium. ff. pro hęrede. intelligitur de
naturali possessione, ratione cuiusdam vsus promiscui
quem filius habet in bonis patris, sicut & vxor natura-
liter possidet dotem, & est domina, vt C. de iur. do. l. in
rebus. & sic de illa naturali quam habebat quis iure na-
turali

turali primæuo. nam illo iure non poterat dici res aliqua mea, nisi quoad vsum & vtilitatem: non ergò intelligas de illa naturali, id est, de iure gentium: quia illa erat penes patrem: de qua si intelligeres, iam sequeretur, quòd duo insolidum possiderent, quod est contra iura, vt ff. de acquir possess. l. possideri. & ff. commo. l. si vt. §. duobus. Item illud attende, quòd ita demùm fiat missio per cõdictionem ea l. vlti. vel per edictum D. Adria. si testamentum non sit abolitum, non cancellatũ, nec aliqua parte sui vitiatum, vt C. eod. l. fi. Sed contradicit eo. tit. l. 2. in qua dicitur, quòd licèt filius dicatur præteritus, vel testamentum dicatur inofficiosum vel falsum, vel alij vitio subiectum, vel quia testator fuerit seruus, non obstent vitia talia, quominùs scriptus hæres in possessionem mittatur. Respondeo, non est contra: nam l. vlt. loquitur de vitio visibili, quod meritò obstat. l. 2. loquitur de vitio inuisibili, quod vitium obstare non debet. OPPOSITIO. Sed opponitur C. de pet. hæred. l. liber. nec ne fuerit testator ante omnia inquirendum est. Item si quæstio falsi proponitur, de illa primò debet cognosci, vtpote de maiori præiudiciali, nisi opponatur causa morandæ solutionis, vt C. de ordin. iudic. l. 1. & vlti. & C. ad leg. Corn. de fals. l. 2. Respondeo: prædicta locum habent, quoties petitorium intentatur: an in possessione secùs. Et si tu quæras, quæ sit ratio? Respondeo: tale possessorium iudicium hoc habet in se priuilegium, vt nulla quæstio opposita ipsum impediat, vt arg. ff. de don. inter vir. & va. l. si maritus. & arg. C. locati & conduc. l. si quis conductionis. & arg ff. de doli excep. l. dolo facit, qui petit &c. quæ lex in possessorio locum non habet, sed hæc ita sunt vera, nisi velit ille qui obijcit, inuisibilia vitia incontinenti probare, tunc differtur missio: maximè cum per hanc missionem tractemus de possessione adipiscenda, non recuperanda, vt arg. ff. ad exhib. l. 3. §. ibid. & ff. ad Car. l. Carbo. §. causæ. & ff. vt in poss. lega. l. si is à quo. & sic ex istis colligimus illa quotidiana argumen. quæ sunt pro pane quærendo. vt instrumẽto cancellato, vel interlineato, vel abolito nõ credatur: nisi interlineatio sit repetita in fine instrumenti, sicut multotiens faciũt tabelliones, qui dicunt, suprà interlineatũ est tale verbum, & suprà tale verbum abrasi. †QVAESTIO. Quid autem si talis repetitio non fiat à tabellione, & instrumẽtum rasum inueniatur, vel interlineatum, vel abolitũ, nunquid tale instrumentum faciet fidem? & videtur quòd sic: secundùm quod distinxit Legislator ff. de his quæ in testamẽ. delen. l. 1. & l. cancellauerat. & l. proximè. & argumen. ff. de bono. possess. secund. tabul. l. 1. § si linum. & §. si rosæ & argum. C. de testament. l. publicati. & l. sancimus. & argument. C. de transact. l. si ex falsis. nam sola pars illa vitiatur, vt ibi. Respondeo: quidam distinguunt vbi sit rasura, verùm in ea parte, vbi est vis negotij, & tunc nocet: an non: putà in narratione negotij, & tunc non nocet, vt extrà, de fide instrumen. c. ex literis. & argumen. sunt pro hoc ff. de manumiss. testam. l. qui habebat. & ff. de statu homi. l. Imperator. & argum. in decret. de consecrat. distin. 4. c. si nõ satisfaciat, in fin. Alij dicunt totum vitiari, si aliquid reperiatur falsum, vel rasum, vel vitiatum, vt argumẽ. ff. de reb. dub. l. si is qui. §. verùm. & sicut vitiatur ratione rasuræ, sic vitiatur rescriptum: etiam illo exemplo forte, si manifestum contineat in Grammaticæ artis constructione peccatum, vt extrà de rescript. ad audientiam. In danda autem possessione sit in dea causus, vt primò admittat institutum, quàm substitutum, vt C. eodem l. 1. nisi in casu, vt ff. de hæred. institut. l. si pater. Item si duo contendant inter se, ille admittatur, qui potiora iura allegauerit, vt C. eod. l. fin. putà, quia vnus ostendit primum testamentum: alius posterius, ille qui posterius ostendit. l. obtinet, vt C. de testamen, l. hac consultissima. & ad Trebel. l. si quis priore: †QVAESTIO. Quid si ambo eodem die confectum proferant instrumentum, quis habebit potiora iura? videtur quòd vterque admittatur, vt ff. de rebus dub. l. qui duos. sed Dominus meus in summa tit. istius dicit euidentiorem esse rationem, quòd neuter admittatur, vt ff. ad Trebell. l. si eum. & ff. de rei vendicat. l. Pomponius. §. fina. & hanc quæstionem plenè notatam pro & contra inuenies suprà de bonorum possessione secund. tabul. †QVAESTIO. Sed illud quæritur: vsque ad quod 8
tempus possit peti hæc missio? Respondeo: vsque ad annos triginta, quæ cùm petatur per condict. ex lege. & omnis condictio personalis sit, durat vsque ad annos triginta, vt C. de constitut. per l. 2. Idem dico & si petatur per constitutionem Diui Adriani. quia omnis constitutio Imperialis est ciuile auxilium, ergò perpetuum: sed hoc ita nisi petatur missio possidente illo qui titulum habet, in quo casu cùm tollatur petitio hæreditatis decennio, & tollitur hæc petitio, vt C. eodem. l. fina. in fine. Et sic nota, quòd quanto tempore tollatur petitio hæreditatis, tollatur & ista petitio. OPPOSITIO. Si tu opponis: quomodò datur petitio ista, vel petitio hæreditatis contra titulo possidentem, cùm contra iura sit, vt ff. de petit. hæredita. l. cogi. Respondeo: non datur de ordine & regulari iure. in casibus tamen datur, vt in legibus prædictis. & est ratio quare in casibus illis detur. & est ratio quare non detur contra titulo possidentem, vt notaui suprà de petitione hæreditatis. vnde dicit B. cùm petitio hæreditatis excedit suos terminos, scilicet quia datur contra titul. possidentem, meritò excedit ratione suis terminis, scilicet quòd tollitur spacio decem vel viginti annis hic. In hac condictione ex lege vel ex edicto Diui Adriani non curo facere positiones. Libellum autem sic concipiam. † LIBELLVS. Coram vobis Domine Iu- 9
sti. propono ego R. quòd talis me hæredem instituit, vel tali ab intestato successi: vnde peto in possessionẽ bonorum quondam ipsius mitti: ad hoc propono condictionem ex l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollen. vel propono edictum diui Adriani. Et quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit l. fina. C. de edict. Diui Adriani tollen. OPPOSITIO. Sed opponitur: videtur quòd possit missio peti ex edict. Diui Adriani: nam vt dicit illa Rubrica, tollitur hodie illud edictum: sicut & intitulatur de nudo iure Quirit. toll. & C. de lege fu. cad. tollen. & C. de cad. tollen. l. vnica. Respondeo: imò hodie locum habet: licèt enim dicatur in Rubric. tollendo, non intelligas, quòd ex toto tollatur, sed tollitur eius solennitas. sicut aliàs habes de caduc. tollend. vt C. de cadu. tollen. l. vnica. fiet ergò missio hodie vel per edictum Diui Adria. vel per constitut. Iustin. scilicet per condict. ex l. fin. C. de edict. Diui Adria. QVAE- 10
STIO. † Sed illud quæritur: an institutus sub condict. petat missionem antè conditionis euentum? videtur quòd sic, vt ff. de bonor. possess. secund. tabul. l. nam & si sub conditione. Sed respondeo: quòd illud de iure prætorio & in bonorum possessione secundùm tabul. istud autem de iure ciuili. Et si tu quæras, quæ sit ratio quare illud concedatur, istud non? Respondeo: bonorum possessio secundùm tabul. iuris est. vnde si medio tempore pendente conditione institutus sub conditione habeat illam, non est mirum: maximè cùm institutus erat talis, qui remota institutione poterat ab intestato succedere. nam conditione deficiente, remanes hæres ab intestato. & hoc idem dicemus de eo mittendo in possessionem, si esset talis persona, quæ ab intestato succederet. at quando petitur missio in bona, cùm illa facti sit, iam durũ esset quòd aliquis ad quem hæreditas non pertinet, debeat vti rebus alienis. †
QVAESTIO. Item quæritur: si fideicommissarius hæreditatem possideat, legatarius aũt hæreditatem petat, 11
vel scriptus, vel ab intestato veniens: putà in codicillis, qui rogatus erat illi hæreditatem restituere; & ille excipiat, dolo facit, quòd petis hæreditatem quam mihi restiturus es, an sit audiendus: & an possit dici legitimus contradictor: & an possit dici quòd habeat iura competentia? videtur quòd sic, vt ff. de doli excep. l. dolo. & ff. de regu. iur. l. in condemnatione. Sed respondeo, quòd audiatur, si vellet incontinenti probare: quia tractatur de adipiscenda possess. vt aliàs ff. vt in possess. lega. l. si is à quo. & aliàs non credo ipsum repellendum: quia iura allegata in possessorio locum nõ

32 habent, nisi vt dictum est. † QVAESTIO. Vltimò quæritur: quid differat edictum Diui Adriani à petitione hæreditatis? satis liquet. nam petitio hæreditatis est petitorium, istud possessorium. Item illud ad corporalia & incorporalia pertinet, vt ff. de petit. hæredita. l. item veniunt. & l. non tantùm, istud ad corporalia: quia tractatur de possessione quærenda, quæ facti, vt ff. ex quib. caus. mai. l. denique. possessio autem in corporalibus tantùm habetur: quia incorporalia non possidentur, vt ff. de acquir. rerum domin. l. seruus. §. incorporales. & ff. de vsucap. l. sequitur. §. si viam. sed fortè non argutè posset ad incorporalia extendi: cùm in illis sit quasi possessio. Item petitio hæreditatis non datur, si opponatur dictum indiuisibile: putà, quòd testator fuerit seruus: vel testamentum dicatur falsum. istud autem nihilominùs datur etiam si opponatur, dummodò non sit visibile, vt C. de petit. hæredit. l. liber. & C. de e-
33 dict. Diui Adria. tol. l. 1. & l. vlt. † QVAESTIO. Item quid differt à quorum bonorum: cùm vtrumque sit possessorium & adipiscendæ possessionis? Respondeo: illud prætorium. istud ciuile: & illud annale, istud perpetuum. Item quidam assignant differentiam, quòd in illo debet probare se hæredem, vt C. quor. bono. l. 1. & 2. & ff. quor. bonor. l. 1. in hoc autem non. hoc autem non approbo: quia in isto etiam oportet se probare hæredem, vt C. de edict. Diui Adria. tol. l. vlt. Item illud datur succedentibus de iure prætorio directum, istud autem directum datur succedentibus de iure ciuili. Sunt autem similia: quia sicut per istud, sic & per illud corporalia auocantur: & si de iuribus diceres, non errares. Item vtrumque est vniuersale, vt ff. quorum bono. l. 1. & C. de edict. Diui Adri. l. vlt. nam ibi dicitur, quòd pro parte detur. † QVAESTIO. Item quæritur: quid 34
differat à bonorum possessione secundùm tab. Respondeo: illa non datur, si speretur aliquis nasci, vt ff. de bonor. possess. contra tab. l. illud. & ff. de bonor. possess. secund. tab. l. 1. Istud autem nihilominùs datur, vt C. de edict. Diui Adria. tol. l. 1. Item bono. possess. secun. tab. tribuit ius, vt ff. de bonorum possess. l. 3. hæc autem facti est. Hic de bonorum possessionibus copiosè tractaui, propterea quia tractatus propter subtilitatem iuris dubius est: neque est benè expeditus illarum tractatus, neque per summam, neque per glossulas antiquorum. Nunc autem stylum nostrum ad Senatusconsulta, quæ quodammodo vice actionum funguntur, per ordinem tractemus, vt nihil videamus de actionibus, vel de his quæ ad actiones pertinent, omisisse: vltimò de constitutionibus, quæ violentias puniunt, quæ ad actiones pertinent, tractaturi.

Explicit Tractatus de Bonorum possessionibus.

TRACTATVS SEPTIMVS DE SENATVSCONSVLTIS.

De Senatusconsulto Velleiano. Rubrica.

1 *Senatusconsult. Velleian. vt procedat, quot requirantur.*
2 *Velleiano an de iure Longobardo hodie locus.*
3 *Senatusconsultum Velleianum an fauorabile vel odiosum sit.*
4 *Senatusconsultum Macedonianum, an etiam sit fauorabile vel odiosum.*
5 *Senatusconsultum Velleianum qua de causa inductum fuerit.*
6 *Exceptio Velleiani vbi olim & hodie mulieri competit, quæ exceptio sit.*



RACTATVRI de Senatusconsultis, quæ cum summa prouidentia inducta fuerũt, centum fuerunt numero: licèt sint hodie reducta ad vnum, quod sustinet vicem omnium, vt ff. de peti. hæredita. l. item veniunt. §. præter hæc. & C. de petit. hæredit. l. vltim. ff. de inoffi. testamen. l. titia. & argum. ff. quod cuiusque vniuersi. l. item eorũ. Primò de Velleiano, quod est fauorabile, videamus & breuiter: quia Dominus meus satis prolixè tradit in summa: & breuiter de omnibus tractare præuidi, cùm ipsorum tractatus hodie non sit multùm frequens, nec in exercitio, sed ideò de eis inserui, vt omnium notio haberetur. Velleianũ igitur Senatusconsultum à Marco Silleiano & Velleiano, & ab alijs factũ subuenit mulieribus, non quãdo principaliter contrahunt, sed quãdo pro alijs intercedũt, vel fideiubendo, vel constituendo, vel mandando, vel quocunque alio modo: dummodò alienam obligationem suscipiant, vel pro alijs se obligent: siue personas suas, siue bona sua. adeò autem subuenit, vt sunt tutæ mulieres ipsæ & bona earum: ita etiam, quòd si nouãdi animo interuenissent, non obligentur ipso iure, sed actio instituatur magis contra veterem debitorẽ, quàm restituatur. hæc omnia probantur ff. eo. l. 1. 2. & 3. & C. eo. l. & 2. † Vnde ad hoc vt locum habeat hoc Senatusconsul. oportet quòd interueniat mulier pro alio, & se obliget, sicut dixi. In casibus tamen cessat exceptio Senatusconsul. Velleiani, scilicet si certiorata renunciauit: aliàs ignoranti renunciatio non præiudicat, vt ff. eod. l. vlt. § vlt. C. quando mulier tu. offic. fun. potest. l. vlt. C. eo. l. vlti. & ideò tabelliones dicunt Domina, tu habes Velleiani beneficium, quod te ab obligatione aliena excusat: scias hoc vel scire debes, & te facio certam, vis renunciare isti beneficio? illa dicit, volo & renuncio. & sic intelliguntur leges prædict. quæ dicunt, renunciationem præiudicare, per argum. l. ff. de transactio. l. qui cum tutoribus. Item cessat si donauit, vt C. eod. l. 1. & ff. eo. l. sed si ego. quia auarissimum est genus mulierum, sicut & sacerdotum: & donare eas, est contra sexus naturam, vt ff. de don. inter vir. & vxo. l. si stipulata. idò quia istud rarissimè contingit: ideò senatus in hoc casu nò subuenit: sed ad illud quod frequentiùs contingit, scilicet quia fideiubeant, vt in d. l. sed si ego. & ff. de legi. & consti. l. nam ad ea. Item cessat si pro creditore suo intercessit, vt C. eo. l. 2. Item si proprium negotium gerat, vt principalis: adeò quòd si volẽs gerere tutelam filij promisit tutori, ego dabo tibi quod tu debes filio meo: secùs si diceret tutori administra, ego dabo tibi quod filius meus tibi debet, quia tunc intercedit: quia recepit alienam obligationem in se, vt C. eo. l. si mater. & ff. eod. l. tutor. vnde Bul. S. & T. distinctiam remouent in his contractibus. Item cessat. si dolus mulieris interuenerit, vt ff. eod. l. 1. & C. eo. l. si sine. & l. fœminis. Item cessat, si successit ei pro quo intercessit, vt C. eo. l. mulierem. inutilis enim obligatio per aditionem hæreditatis fit vtilis, vt ff. de sol. l. Stichum. §. aditio. Item cessat, si pro dote intercesserit, vt C. eo. l. si dotare. & l. vlt. Item cessat, si pro libertate intercessit, vt C. eod. l. veterum. Itẽ cessat, si secundò post bienniũ confiteatur se fideiussisse, vt C. eo. l. si mulier perfectæ ætatis. Item cessat, si in rem suam se obliget, vt C. eo. l. 2. Item cessat, si animo decipiendi interuenerit:

rit: ponit exemplum, scilicet quādo sciuit se securam, & pro alio interuenerit, vt ff.eo.l.si securam.l.si decipiendi.ff.eod.quod exemplum sanè intelligitur, quando creditor ignorabat illam tutam. cæterum si sciebat, ipse seipsum decepit, non ab alio decipitur, vt arg.ff. de reg.iur.l.nemo videtur fraudare.& ff.de rei vendi.l. nam si Actor.& ff.eo.l.si fideiussor.& sic intelligitur l. s.C.eo.tit.si id contrahentes non ignorarent. Item cessat, si pro intercessione aliquid accepit, vt C.eo.l.antiquæ. Item cessat similiter, si intercedat instrumēto publicè confecto, & à tribus testibus subsignato, vt C.eo. l.antiquæ §.vlti. sed in hoc vltimo exemplo diuersitas notatur. nam ex illo §.voluit notare M.& sui sequaces, quòd mulier hodie non teneatur, nisi intercedat in instrumento publicè confecto, & à tribus testibus subsignato, etiam si intercedat pro dote, pro libertate: vel in omnibus illis casibus, vbi cessat.& ideò dicebat l.illam, antiquæ.in fi.corrigere omnes leges præcedentes, quæ dicūt, mulieres obligari: & sic habebat l.antiquę. vltimam totius tit.in libro suo. & hoc iure secundùm eum. hodie autem iure nouissimo mulier non tenetur: sicut ecclesia etiam si intercedat instrumento publicè confecto, & tribus testibus subsignato, nisi probetur quòd pecunia sit versa in vtilitatē mulieris, vt in Auth. vt nulli iudi.col.8.§.& illud.& sic omnia iura corrigātur, quæ dicunt mulierem teneri in aliquo casu: & sic secundùm eum non habet locum hodie Velleianum.& hanc sententiam secuti sunt multi: & præcipuè P.qui dum in cathedra legeret, dixit de domino Henrico de Baila, cuius glossæ inueniuntur signatæ per Ir.qui nobilis erat & potēs in ciuitate Bonon.& tunc temporis regebat: homo ille erat in partibus vbi habitat Velleianum. Vnde dominus Henricus, qui erat in contraria opinione de nocte assiliuit Dominum P.& sic timore illius recessit de Bononia, & iuit apud Montem Pessulanum. Domino B.& Domino Io. & Domino meo visum est, quòd locū habeat hodie Velleianū: & mulier efficacissimè teneatur in omnibus prædictis casib. in quibus cessat Velleianum, etiam si non intercedat in instrumento publicè confecto, & à tribus testibus subsignato. in illis autem casibus, vbi mulier obligabatur olim: sed iuuabatur per Velleianum, hodie ipso iure seruatur illæsa, nisi intercedat in instrumento publicè confecto, & à tribus testibus subsignato: tunc enim obligatur, sed obstat exceptio. & sic intelligitur l.illa antiquæ. neque dicimus vltimum §.corrigere principium l.illius. neque l.illam, antiquæ.habemus vltimam in libris nostris: imò est antepe. duæ constitutiones sequūtur: vna quę de libertate loquitur, alia quæ de dote. neque contradicit sententiæ nostræ & Doctorum nostrorum, Auth. vt nul.iudi. quia tunc locum habet, quando mulier se obligat pro marito, non pro extraneo, arg.ff. de iudi.l.cùm prætor.& ff.de mino.patri. & C.de procur.l.maritus.& est ratio: quia mutuis amplexibus se inuicē spoliarent, vt ff de don.int.vir.& vx.l.3. & quia facilius se pro marito obligat, quàm pro extraneo: & ideò voluit Legislator eam non obligari, nisi vt dictum est. & hanc rationē assignat Dominus Vber.in casibus. † QVAESTIO. Sed quid dices, nunquid de iure Longobardo sit hodie locus Velleiano? Respondeo cū distinctione: nam illo iure siue principaliter mulier contrahat, siue pro alio interueniat: siue sine authoritate mundualdi, mulier non obligatur, vt in Lombard. qual. muli.ali.permissum sit.l.1.si verò cum authoritate mundualdi, tunc siue pro marito, siue pro alio interueniat, dicunt mulierem teneri, vt in prædict.tit.l.2. siue res dotales alienet, siue alias. & est ratio iure illo: quia cùm iure illo propter fragilitatem sexus prouideatur mulieribus in mundualdo, cuius authoritate contrahunt, & aliter non obligentur, non est iniustū, si cum ipsius authoritate obligentur: & sic neq; malè contrahitur cum illis, sicut aliàs cū tutoribus, vt ff.de euict. l.illud. & sic iure illo quæstio mota de facto nō videtur habere locum, quando mulier vendidit rem propriam cum authoritate mundualdi, vt pretiū daret pro debito mariti: quia venditio tenet, vt dictum est. Neque obstat l. pen.ff.ad Velleia. §.pen.nam & iure Romano loquitur ille §. quando mulier erat in fraudem erat intercessura, aliàs non, vt ff.eo.l.si fideiussor. Hodie fortè iure Authenticorum §.ille corrigitur: quia pro marito mulier non obligatur, vt dictum est. Item hodie iure Authenticorum in certis casibus mulier non obligatur, neque sibi præiudicat: putà in donatione propter nuptias, in qua ita præiudicatur mulieri, si secundò post bienniū se obliget, & maritus sit soluendo. & sic dicit Authen. aliàs autem si maritus se obligaret in donatio. nullū fieret mulieri præiudicium. Item in dote & rebus dotalibus nullo modo sibi præiudicat: etiam si millesies, & etiam post biennium se obligaret: & etiam si maritus sit soluendo. sic dicit Authen.& multò fortiùs hæc in dote valebūt, vt in Auth.col.5.vt mobilia ante nup.dona. §.vlti.& verbū illud quod est positū in Auth. posita in C.ad Velleian. siue à me.in fin. secùs in donatione. vel verbū idem in dote est Irner.non Principis. Item attende rebus dotalibus. s. immobilibus, & quæ dantur inæstimatæ. nam illæ verè dicuntur dotales, vt l.1.C.de rei vxo.act.§.cùm autem. In rebus autem mobilibus & immobilibus æstimatis, in quibus maritus efficitur summæ pretij debitor, vt C.de iur.dot.l.quoties. non habet locū Auth neq; etiam prohibitio l.Iuliæ fundi dotalis, quia mobilia vsu consumūtur, vt Inst.quib.alien. licet vel non.& ff.de iu.dot.l.plerunq;.& ff.de fun.dot.l.1.& per tot. † QVAESTIO. Sed illud quæritur: an Senatuscōsultum Velleianū sit fauorabile, vel odiosum? Respondeo, fauorabile: adeò quòd exceptio post sententiam opponatur, & soluti repetitio detur, vt ff.ad Macedo.l. tamesi non opposita.ff.de condi.inde. l.quæ exceptio. † QVAESTIO. Sed quæritur: quare magis dicitur fauorabile, quàm odiosum? nam licèt sit inductum ratione fauoris, est tamen inductum ratione odij creditorum. Et eodem modo quæritur de Macedoniano, an sit odiosum, vel fauorabile? Et respondeo, odiosum: quia odio creditorum fuit inductum, adeò quòd denominetur à Macedon. pessimo fœneratore, qui dedit causam Senatui condendi: Velleianū autem denominatū est à conditore propter sui fauorem, vt ff.ad Maced.l.1. & ff.ad Velleian.l.2. adeò quòd exceptio Macedoniani dicatur odiosa. vnde licèt post sententiam opponatur, tamē solutū non repetitur, vt ff.ad Maced.l.tam.& ff de condi. indebi.l.qui exceptionem. † QVAESTIO. Sed nōnne inductū est fauore filiorūfamilias: quare ergò magis iudicatur odiosum, quàm fauorabile? Respondeo: & nota hanc rationem pro omnibus similibus. nihil est statutū in iure nostro quòd contineat fauorem, quin ex alia parte contineat odiū, & econuerso. & idem in exceptionibus. sed considera duo: Inprimis, quæ fuerit causa, quæ mouerit Legislatorem. Secundò, quòd principaliter in Velleia. solus fauor mulierū induxerit senatores ad constis. senatus, & ideò iudicatur fauorabile: licèt illud Senatusconsul. sit odiosum creditoribus. Isē in Macedoniano econuerso, solùm odiū creditorū fuit in causa, quare illud Senatusconsul. fuerit inductum, & ideò iudicatur odiosum: licèt fauor proueniat fil. fam. Hoc etiam videtur in vsucap & præscript. vsucapio fauorabilis iudicatur: quia solus fauor eam induxit, ne rerū dominia essent in incerto: licèt odiū sit ex alia parte, quòd tam citò quis amittat dominiū præscriptio iudicatur odiosa: quia solùm odiū non potentiū illam introduxit, licèt fauor sequatur quoad possidentem: quia habet exceptionem contra dominum, vt Instit.de vsucap.& C.de edict.D.Adria.toll.l.vlti.& C. de anna.excep.l.vlt.in fin.& C.de præscript.30.anno.l. si quis emptionis. Item alia similia habes vbicunq; per præualentiam res vna trahit ad se aliam, vt Inst.de rer. diuis.& ff.de acq.rer.dom.l.adeò Hoc etiam in contractibus, in quolibet contractu desideratur bona fides, vt C.de act.& obli.l.bonam fidem. sed quidam contractus dicūtur bonæ fidei, quia maior bona fides desideratur in eis: & magis bona fides in eis præualet, vt Instit.de act.§.actionū. sic omnis homo mendax. sed illū mendacem dices, qui magis abūdat in vitio illo. Idem in commessore & potatore. Idē in melancholico, sanguineo,

vel cholerico: qui dicetur vel sanguineus, vel cholericus, vel flegmaticus, secundùm quòd magis humor abundat. † QVAESTIO. Item illud quæritur: exceptio 6
Velleiani, vtrùm illa sit exceptio actionis competentis contra mulierem, & sic dicas mulierem obligatam: an sit exceptio intentionis: & sic dicas mulierem non obligatam? Respondeo, & dico esse exceptionem actionis: & dico mulierem obligari, sed non cum effectu. vbi verò contra Senatusconf. interuenit, tunc mulier non obligatur, & est exceptio intentionis, nô actionis: & tamen actio instituitur, & non restituitur: sicut restituitur quando mulier interuenit animo nouandi, vt ff. ad Velleian. l. quamuis. §. si mulieri hæres. & §. si cùm essem. & l. debitrix. Item fauor Velleiani, qui producitur, subuenit fideiussori, etiãsi interuenerit animo nouandi. in fideiussore autem filij fa. contra. vt ff. ad Velleianum. l. si mulier. & ff. ad Macedo. l. sed etsi. §. non solùm. Et si tu quæras, quæ sit ratio? Respondeo: quia in Velleiano habet actionem creditor contra Reũ principalem, & restitutoriam vel institutoriam, vt in prædictis legib. in Macedo. si fideiussor non teneretur, côtra nullũ haberet creditor actionem. & quod dico de institoria, non intelligas de illa, de qua tractatur in tit. de de institutoria, ratione euentus: quia illa quæ principaliter intentabatur contra mulierem, siue ex stipulatu, siue alia, & illa intentabitur contra illũ, vt ff. ad Velleia. l. quamuis. §. si cùm essem. eodem modo dico de restitutoria. & non intelligas, quòd fiat ista restitutio officio iudicis. sicut tractauimus de restitutione danda maiori, vel minori: sed intelligas hanc restitutionem fieri ipso iure, vt ff. ad Velleia. l. debitrix. §. si senatus.

De Senatusconsulto Macedoniano, Rubrica.

1 *Exceptio Senatusconsulti Macedoniani: vt competat, quot necessaria sint.*

2 *Exceptio Macedoniani nunquid locum habeat, si creditor esset bonus, qui sine vsuris mutuaret, neque Macedonianum esset.*

3 *Pater si non solebat ministrare, licèt esset diues, nunquid exceptio Macedoniani cesset.*

4 *Filius si in scholis malè consumpsit, an Macedoniani exceptio cessare debeat.*

5 *Filiusfamilias in scholis si habeat patrem pauperem, qui neque consueuit ministrare, nec ministrat, quia nõ potest, nunquid si in scholis recipiat mutuum, locum habeat exceptio vsque ad probabilem quantitatem.*

6 *Debiti parte si soluat pater, vel det pignora pro parte debiti, nunquid in reliquo cesset.*

7 *Lex qua dicit, quòd pater filio succedens habeat exceptionem Senatusconsulti, quomodo cum alijs legibus variantibus concordari possit.*

8 *Filiusfamilias an possit exceptioni Senatusconsulti renunciare.*

SICVT superiùs Senatusconsultum est fauore inductum, sic & Macedonianum ratione odij creditorũ est inductũ, vt ff. eo. l. 1. & ibi tractatur de illo Macedoniano, & de causa odij ipsius. † Vnde ad hoc vt locũ 1
habeat exceptio Macedoniani, tot sunt necessaria: Inprimis, quòd aliquis sit filiusfamil. Secundum, quòd recipiat mutuò à creditore pecuniam: vel id quod cõstat pondere, numero, vel mẽsura: vel res alias æstimatas: putà, equum, vel talia. Tertium, quòd nõ habeat peculiũ castrense vel quasi: quia tũc censetur vice patrisfam. in solo enim contractu mutui locũ habet Macedoniani, & non in alijs contractibus, nisi fiat in fraudem Senatusconf. vt ff. eo. l. 1. §. vlti. & l. 2. & l. si filius. & l. sed Iulian. §. mutui. † QVAESTIO. Sed si quid si creditor es- 2
set bonus, qui sine vsuris mutuaret, & non esset Macedonianũ, nunquid habet locũ exceptio Macedoniani? Respondeo, sic: omnem enim creditorem odiosum reputo. & Macedonianũ non fuit causa finalis, sed impulsiua: sicut de Calfurnia dicitur, quæ fuit causa impulsiua: dedit enim causam edicto de postulando, vt ff. de postulan. l. 1. & ff. eod. l. sed & Iulianus. §. siue autem. & nota, quòd semper considero tempus numerationis pecuniæ, vtrùm sit aliquis filiusfam. vel paterfam. licèt enim quando stipulatus fuit de pecunia sibi numeranda, vel conuenit, fuerit filiusfam. tamen si tempore numerationis inueniatur paterfamiliâs, cessat Senatusc. õsultũ. & sic econuersõ, vt ff. eo. l. si filius, in fi. cum legib. sequent. & non inspicitur principiũ, sed finis, vt C. qui potiu. in pig. hab. l. diuersis. & ff. qui pot. in pig. hab. l. potior. §. 1. contra arg. ff. de fideiuss. l. si debitori. ff. qui pot. in pig. hab. l. qui balneum. & l. potior. §. videamus. licèt l. illa, si debitori. loquatur de æquitate. vbi dicitur humanitatis intuitu. l. illa, qui balneum. loquitur in contractu, qui per consensum perficitur, sicut est locatio: vnde meritò pignus tenetur. l. illa, potior. in illo §. videamus. non obstat: quia contractus consummatus erat, quia pecunia mutuò data erat: licet pignus sub conditione datũ fuerit. Quartũ, quòd non sic agat, sic contrahat, vt videatur cuilibet pater fam. tunc enim cessaret, alias locũ non habet, vt ff. eo. l. si quis patremfam. & C. eod. l. Zenodorus. & sic arg. extra. de parochijs. coram. Multa enim sunt, quæ faciũt cessare Senatuscõsultũ Macedonianum. Inprimis, si filiusfam. contrahat vel fideiubendo, vel alias, præterquam in mutuo, vt dixi. Item si habeat peculiũ castrense vel quasi vt dixi. Item si agat vt paterfamil. vt dixi. Item si mentiatur, & dicat se patremfam. & creditor potuit iustè credere. vt C. eod. l. 1. sicut & alias punitur ipse filius, si dicit se patremfamil. quia conuenitur insolidũ, vt ff. quòd cũ eo. l. sed si ex parte. §. interdũ. Item si pro dotanda sorore sua vel filia recipit mutuũ, vt ff. eodem. l. sed & Iul. a. §. sed & si filius. ff. de in rem verso. l. 2. ideò. § fin. Item si filius sit institor de voluntate patris, vt ff. eod. l. sed & Iulianus. §. interdũ. Item si dum esset in scholis, recipiat pecuniam mutuò vsq; ad illam quantitatẽ, quam pater solebat ei subministrare, vt ff. eodẽ. l. sed & Iulianus. §. quòd dicetur. & de in rem verso. l. quatenus. §. 1. † QVAESTIO. Sed quid si pater nõ solebat subministrare, licèt esset diues: quærit Dominus meus, nũquid cesset? certè sic: quia negotium vtiliter gestũ tenetur pater habere ratum, vt ff. de nego gest. l. Pomponius. & ff. de in rem verso. l. quatenus. §. 1. QVAESTIO. Sed quid si filius in scholis malè consumpserit, sicut multi faciunt. Respondeo: in necessarijs expensis. putà, in vestimentis & calciamentis & talibus cessat exceptio, & in alijs voluptuarijs expensis locum habet, atq; d. l. quatenùs. † QVAESTIO. Sed quid si filiusfamilias habeat patrem pauperem, qui neq; consueuit subministrare, nec subministrat, quia non potest: nunquid si in scholis recipiat mutuum locũ habeat exceptio vsque ad probabilem quantitatẽ? Respondeo: non habeat locum exceptio. quia licèt pater nõ subministret, non curo. quia subministraret illi si haberet. vnde causa fauoris facit cessare. Item cessat, si mutuã pecuniam solui creditori patris, qui non repellitur exceptione, vt ff. eo. l. sed & Iulianus. §. si filius. Item cessat, si in vtilitatem patris illam pecuniam vertat, vt C. eod. l. 2. & ff. eod. l. si filiusfam. Item cessat, si fortè mercatus pecuniam sub vsuris creditori spopõdit. nam origo obligationis inspicitur, & nõ titulus actionis, vt C. ad Macedon. l. si filiusfamil. Item cessat, si permittente patre mutuũ contrahatur, vt C. eod. l. si permittente. & ff. eo. l. si amen. vnde glossauit Irn. quando exasperatur Senatusconf. si sine patre detur filiofam. pecunia mutua: tantò magis mitigatur, si eius voluntate mutuũ contrahatur. unde magis gaudet Deus super vno peccatore, &c. Item cessat, si iussu patris detur mutuum, vel mutuetur filio pecunia, vel in scholis, vel in legatione, in probabiles vsus, quos paterna pietas non recusaret, vt C. eodem. l. Macedoniani. Item cessat, si filiofam. existenti in castris detur mutuò pecunia: quia præsumptio iuris est, quòd in nullam aliam causam expendat, nisi in causam militiæ, vt C. eod. l. vlt. §. vlti. Item cessat, si pater contractum ratum habeat: quia ratihabitio retro trahitur, & mandato comparatur, vt C. eod. l. vlt. Item cessat, si facta paterfam. soluit, vel si dederit pignora vt ff. eod.

ff.eod.l.sed Iulianus.§.vlti. & l.sed si pater,in princ.&
hæc vera sunt,quando soluit in totum,vel in totú de-
6 dit pignora sufficientia qnoad debitum. † QVAESTIO.
Sed quid si soluit partem debiti,vel dedit pignora pto
parte debiti,nunquid cessabit in reliquo? iura prædi-
cta variare videntur. nam in solutione dicit d.l.sed &
Iulianus,in fin.quòd cesset. & sic videtur, quòd etiam
in reliquo cesset, vnde residuum peti potest.sed in pig-
nore dicit l.illa,sed & si pater. qnòd cesset vsq; ad pi-
gnorũ quantitatem.ergò in residuo obstat Senatuscoo.
in hac opinione est Dominus meus,sicut ibi notat.Et si
tu quæras secundùm eum, quæ sit ratio: respondetur,
quòd plus sit soluere,quàm cauere per pignora. vt hic,
& ff.eodem.l.vltim.aliàs autem idem est cauere,quàm
soluere,vt C.ad leg.Falci.l.vlt.& ff.de doo at.l.si patro-
nus. sed magis placet B.sententia, quam improbat Do-
minus meus, vt exceptio Macedoniana cesset vsque ad
quantitatem solutam, & vsque ad quantitatem pigno-
ris.& l.illa,sed & si pater.non aduersatur,quia non est
ibi sic: sed est ibi sed &. Illud autem nota , quòd siue
pecunia extet,siue consumpta sit,locum habeat excep-
tio,vt ff.eo.l.sed & si pater.§.hoc senatus. Item locum
habet exceptio siue priuatus mutuet , siue ciuitas , vt
Neapolis,Mutina,& Padua: quæ ciuitates loco priua-
torum funguntur,vt ff.eod.l.nihil.& ff.de verb.signifi.
l.eum qui vectigal.& l.inter. Item etiam nepotes loco
filiorum famil.habentur,dummodò illi sint in potesta-
te,vt C.eo.l.si filius.& ff.eo.l.filium. Item quòd neque
contra patrem possit intentari actio de peculio.C.eod.
7 l.fin.† QVAESTIO. Sed quæritur circa iura quæ variare
videntur. nam lex dicit,quòd pater filio succedens ha
beat exceptionem Senatusconsul.vt ff.eo. l.sed & Iuli-
anus §.quemquam. Item lex in eod.tit.l.creditor.& ff.
de fideiuss.l.qui contra Senatuscons.dicunt,quòd fide-
iussor à patre non possit recipi post mortem filij nomi-
ne illius pecuniæ, quæ filiofamil. contra Senatuscons.
data fuit : quia nulla obligatio superest ciuilis vel na-
turalis,cui fideiussor accedat:nec contra patrem actio
ciuilis vel naturalis potest intentari:neque vlla est hæ-
reditas,cuius nomine fideiussor accipi possit , vt ff.de
mino.l.deniq;.§.Pompon. posse patrem quasi hæredem
filij in integrũ restitui. nam in actione de peculio non
datur patri restitutio. quia nó fuit prætoris propositũ
maioribus subuenire,vt ff.de minor. l.deniq;. §.sed v-
tiùm. Respodeo,l.deniq;.§.Pomponius. loquitur quã
do filius habet bona ad patré non pertinẽtia,inquibus
pater succedit,& ideò restituitur: in alijs legib.loqui-
tur quãdo filius habet bona peculiaria, quæ ad patrem
pertinent,in quibus pater nó succedit vt hæres,sed oc-
cupat illa bona iure peculi., vt ff.de castrens.pecul.l.1.
OPPOSITIO. Item obijcitur : pro pecunia data mu-
tuò actio contra patrem non intentatur, vt dictum est,
sed ff.eod.l.creditorem. legitur, quòd post mortem fi-
lij fideiussor à patre rectè accipiatur nomine actionis,
quæ contra patrem de peculio intentatur. & sic vide-
tur,quòd pro mutuo detur actio de peculio contra pa-
trem. Respondeo,l.illam,creditorem.intellige in alijs
casibus,non in Macedon.& sic cessat contra reiectis o
8 mnibus alijs,quæ ibi notantur.† QVAESTIO. Item quę-
ritur,an possit filiusfamil. huic exceptioni renuncia-
re? & multi admittunt, quòd sic , sicut in superioribus
diximus. & quia licitum est cuilibet iuri suo renũcia-
re,&c.vt C.de pactis.l.si qnis in cóscribendo.& de mi-
nor.l.si iudex. Dominus meus,cuius opinioné sequor,
notat,non posse filiũ renunciare : cùm non in sui fauo-
rem,sed in odium creditorum sit inducta,vt in superi-
ori exceptione dixi.Item noto,quòd hęc exceptio pro-
sit filiofamiliás & fideiussoribus , nisi interueniat ani-
mo donandi, quod propter odium est : licèt in fauora-
bili,scilicet Velleiani,sit secùs:& ibi propter priuile-
giú,quia totã obligationem senatus improbat,vt ff.ad
Velleian.l.si mulier. Et potest poni hæc exceptio post
sentẽtiam,licèt sit odiosa.& sic odiú prorogatur:quod
aliàs est contra. ff.de liber.& posthum.l.cùm quidam.
soluti tamen non datur repetitio propter odium,vt ff.
eod.l.sed & Iulianus.§.vltim.& l.quia.& l.tametsi. Sed
nónne naturalis oritur ex mutuo dato filiofamil. cer-
tè sic,vt in prædict.l.quia. qnare ergò illa naturalis nó
transit in patrem, vt in prædict. l.qui contra Senatus-
consult.ff.de fideiuss.& ff.eod.l.creditorem.cùm & na
turales actiones transeant in hæredem,vt ff.ad Trebel.
l.quamuis. & l.facta.§.si sub conditione. & l.si eius
pupilli.& argu.de fideiussoribus.l.fid·.ussor obliga §.
fideiussor.& ff.de condit.& demon'..l.qnibus.§.domi-
nus. Respondeo,nó obstat : quia verum est,quòd filius
naturaliter obligetur: & quòd naturales actiones trã-
seant in hæredes:licèt abusiuè dicantur actiones natu-
rales,vt in prædict.l.fideiussor.cùm actiones omnes fe
rè sint de iure ciuili,vt ff.de orig.iur.l.2.in fin.1.colum.
adeò transeunt , quod etiam hæres cum effectu tenea-
tur,vt ff.de solutio.l.Stichum.§ adijcio. at in patrem
ideò naturalis non transit, quia non est hæres:sed occu
pat bona iure peculij,vt supra dixi.

De Senatusconsulto Plauciano.
Rubrica.

1 *Nunciatio Senatusconsulti Plauciani quare infra dies 30. fiat.*
2 *Nunciatio Senatusconsulti Plauciani quid prosit.*
3 *Filium quòd ex alio natus sit, quomodo probetur.*

SVbsequenter post odiosum Senatusconsultum, &
post aliud fauorabile videamus de Senatusconsul-
to Plauciano, quod est pro parte odiosum & pro
parte fauorabile:odiosum pro maritis: fauorabile pro
filijs:sed magis iudico illud fauorabile. Inuentum fuit
hoc Senatuscons.ex summa necessitate: nam sæpè con-
tingit,quòd non bona gratia matrimonium separetur:
iure fori loquor , vel etiam iure poli. licèt matrimo
nium non separetur: tamen aliquandò propter discor-
dias maritus & vxor separatim habitant. & vxor dicit
se prægnantem: ne fortè duo mala contingãt,primum
ne maritus negando ex se esse prægnantem non debeat
agnoscere filium: quod esset malum. Secundum,quòd
mulier fortè posset partum supponere,sicut multæ fa-
ciunt: & hoc esset pessimum,quod falsus filius reputa-
retur pro filio verò. ideò Senatusconsultum sic præui-
dit,vt mulier post diuortium iure isto , vel postquàm
fuerit in discordia cum marito, quòd separatim habi-
tent,iure Canonico denũciet marito se ex eo esse præ-
gnantem: & denunciet hoc infra 30.dies. sicut hæc ha-
bes ff.de liber.agnoscend.l.1.in princip. † QVAESTIO. 1
Sed illud quæritur,quare ista nunciatio sit? Item qua-
re infra triginta dies? Respondeo:ideò sit nunciatio, vt
mulier si appareat prægnans , non possit maritus dice-
re,vel vehementer præsumere,quòd non sit ex eo præ-
gnans. ideò dico de diuortio, quia si maritus vel vxor
se maritali affectione pertractent , non habet locũ Se-
natuscons.Plaucianum. De 30.diebus ponit, quia benè
potest mulier scire in fine mensis, an sit prægnans , vel
non,propter menstrua : nam si hodie diuertit, & post
duos menses vult nunciare quòd sit prægnans mulier,
non auditur sine causæ cognitione,in qua quæritur for
tè,si mulier est minor,vel errauit: quia credidit nó es-
se: sicut aliquando contingit, vt ff.eod.l.1.§.si mulier.
& ff.de acquiren.hæredit.l.cùm quidam. & habet hoc
locum siue mulier quando diuertit, non fuit prægnãs:
quia non erat certa, scilicet,quòd deberet denunciare
se prægnantem : siue fuit prægnans de quinque vel sex
mensibus,quando decessit a marito: semper denuncia-
re debet infra mensem, etiamsi esset prægnans de octo
mensibus, adeò vt si non denunciet infra triginta dies
illos continuos numerandos à die diuortij, etiã si par-
tus nascatur in nono mense. & sic infra vnum mensem
post diuortium Senatusconsult.Plaucianum cessat. si-
cut hæc leguntur ff.de liber.agnoscend.l.1.§.si mulier.
Sed quare mulier,quę semper stetit cum marito,& fuit
prægnans,ponamus per octo menses,in quibus in pace
steterunt, vult denunciare marito,quòd sit ex eo præ-
gnans infra triginta dies: nónne præsumitur? Respon-
deo: ideò nunciatur ab illa, vt maritus benè possit mé-
ses numerare,& rationé facere intra se tractãdo dome-

stica thori & secreta vxoris: & à quo tempore cessauerint menstrua vel non: & alia, quæ referre pudoria sunt: an sit ex eo prægnans. † QVAESTIO. Item quæritur, quid prosit ista denũciatio? nam ostendo, quod nihil. nam siue denunciat, siue non, nihilominùs poterit pater negare illum esse filium, & partui nullum præiudicium fiet, etiam si denunciatio fuit omissa, vt ff. de liber. agnosc. l. 1. §. eleganter. Respondeo, imò denunciatio prodest. nam si denunciatio facta est, licèt filius nascatur post diuortium, compellitur pater ipsum agnoscere, & dare alimenta: & si non dabit alimenta, coërcetur pro motu iudicis, vt ff de lib. agnosc. l. 1. §. 1. Et facta sic denunciatione, præstabit alimenta pater. si verò miserit custodes ad custodiendum ventrem, vel denũciẽt, quòd non sit ex eo prægnans: & tunc nato filio nõ præstabit alimenta, nisi probetur filius, vt ff. eod. l. 1. §. 1. in fi. & probabitur filius summariim, vt ff. de lib. agnoscend. l. 1. §. idem Iulianus. & l. si quis à liberis. † si vel parens. si enim pater mittit custodes, siue neget illam vxorem, siue confiteatur, sed neget prægnantem ex eo, rectè mittit, & non fit præiudicium illi, dummodò id protestetur ad cautelam. quia etiamsi non protestetur, non præiudicat sibi, quasi inde videatur curam habere mittendo custodes, vt ff. eodem. l. 1. § eleganter, in fi. Illud autem nota, quod quando huiusmodi diuortiũ interuenerit, mulier debet denunciare marito se ex eo esse prægnantem, & denunciabit ipsi marito, se ex eo esse prægnantem infra illos triginta dies: si maritũ inuenerit: vel si non denunciabit domi, domum accipe propriam. siue hospitiũ in ciuitate, siue in municipio, vt ff. eod. l. 1. §. 1. & ff de iniur. l. lex Cornel. & ff. de verbor. significat. l. in lege. & argumen. ff. de excusat. tut. l. scire. ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. Et sic nota, quòd denunciatio incipiat à muliere infra prædictos triginta dies, scilicet vt denunciet domino: sum ex te prægnans. facta hac denunciatione iam meritò incumbit vel mittere custodes, vel denunciare quòd non sit ex eo prægnans. quod alterutrum si fecerit, filium natum non compellitur agnoscere: alioquin si vtrumque omiserit, natum quantum ad alimenta agnoscit, vt ff. eodem. l. 1. §. 1. & 2. Sed ista omnia locum habent quantum ad hoc vt agnoscatur filius, sicut vt alimenta illi nato præstentur. non autem locum habent quantum ad causam principalem ipsius filiationis, an sit filius, vel non: siue fiat denunciatio à muliere, siue non: siue maritus mittat custodes, siue non, nihilominùs causa principalis tractabitur, scilicet verùm sit filius, vel nõ: & est adeò illud verum, vt licèt pater in alimẽtis præstandis agnoscat illum suum filium, non tamen proptereà necesse habet illum suum hæredem habere: immò poterit probare contrarium, scilicet quòd ex alio natus sit: licèt maximum præiudicium afferat pro filio confessio patris, quæ erat facta in alia causa, vt ff. eod. l. 1. § Iulianus. † QVAESTIO. Sed quomodo probabit, quòd filius ille sit natus ex alio? certè videtur non posse: nam quando adulter ille, de quo dicit illum natum, non accessit cum testibus ad adulterium committendum, & quando essent ibi multi, quomodo probare possent, quòd filius ex illo concipiatur: cùm illud non videatur, neque sciatur hora conceptionis: proptereà Legislator putauit conditionem illam, si filius probauerit se filium non esse potestatiuam, sed quasi impossibilem, vt ff. de conditionib. & demonstr. l. Lucius. Respondeo: probabit indirectè: nam probabit quòd absens fuit decem annis, reuersus inuenit prægnantem vxorem. vel si erat præsens, non erat potens in opere & sermone: non poterat intentare actionem de tigno iniuncto, nec legere titulum de concussionibus: vel quia infirmus, vel quia maleficiatus, vt ff. de his qui sui vel alieni iuris sunt. l. filium. & ff. eodem. l. 1. §. si quis ex longo tempore. licèt enim pater confitebitur, quòd mulier sit ex eo prægnans, non proptereà cõstabit illum esse suum hæredem, vt ff. eodem. l. 1. §. idem Iulianus. causa tamen filiationis tractabitur plenè, & non summarim, adeò quia sententia ibi lata faciet ius generale, si pro filio pronunciabitur, & pa-

tri erit filius, & omnibus fratribus consanguineus. si verò contra, nulli erit coniunctus, vt ff. eod. l. 1. §. fin. & l. sequen. sicut sententia facit ius generale in causa inofficiosi testamenti, vt ff. de inoffic. testamen. l. post humus. & l. contra. §. vltim. & in causa status, vt ff de statu homin. l. ingenuum. & in causa pupillari, vt ff. de iureiurand. l. eum qui. §. in popularibus, & in causa publici criminis, vt ff. de accusat. l. si cui. Qualiter autem alimenta petantur à filio, hic non tracto. quære supra de officio iudicis, quo alimenta petuntur. Et quære de materia ista alias suprà de præiudiciali actione in rem per quam quæritur, an aliquis sit filius, vel non.

De Senatusconsulto Adriano facto sub temporibus Diui Adriani. Rubrica.

1 *Filius natus, vt non nascatur in potestate patris, quomodo esse possit.*
2 *Filius si ex concubina nascatur, & in domo, quid iuris.*
3 *Pater si mortuus sit, & auus non superstit, in cuius potestatem nepos recasurus sit.*

EST & aliud Senatusconsultum, cuius nomen non habemus: quia fortè missi fuerunt illi qui ediderunt, quorum nomina non sunt scripta, vel omissa sunt per incuriam scribentis: sicut in multis Senatusconsultis videbis: factum tamen fuit temporibus Diui Adriani, & fortè propter nomen tanti Principis, nomẽ Senatoris fuit omissum: vocemus ergò istud Senatusconsult. Adriani: sicut multotiens fit. namq; & ius ciuile Flauianum appellatur, non quod aliquid de suo posuerit Flauius, sed quia suo tempore ius illud patuit populo, & per hoc fuerit suum. & hoc etiam de iure papirio, vt ff. de origin. iuris. l. 2. § posteà cùm Appius. Istud Senatusconsultum Adrianum pertinet ad liberos, qui constante matrimonio nascuntur, vt illos pater habeat necesse omnibus modis agnoscere, vt ff. de liber. agnoscend. l. siue. §. quia Plautianum. & iusta fuit prouisio senatorum: vt ex quo in pace steterunt maritus & vxor toto tempore quo fuit prægnans, licèt dicat iste miser, quòd non sit filius suus, vt illum compellatur agnoscere, quantum ad alimenta. Item ita demùm habet locum hoc Senatusconsultum, (& idem credo de Plauciano) si illi qui nascentur, vel agnascentur, sint sui hæredes. cæterùm si in potestatem non sint recasuri, ad illos non pertinent, vt ff. eodem. l. 1. §. vltimo. † QVAESTIO. Quare ista dubia sunt: nam quomodo posset esse, quòd filius natus non nascatur in potestate patris? Respondeo, potest esse, quòd non nascatur in potestate patris: putà, quia ex damnato coitu, vel ex incœstu seu nefario: illi sic nati non sunt alendi, vt in Authent. quibus mod. natural. efficiun. sui. §. vltim. collatio. 7. † QVAESITO. Quid si nascatur ex concubina vnica, & in domo? Respondeo: isti tales etsi non nascantur in potestate, tamen agnosci debent & ali, vt in Authentic. quib. mod. natural. efficiun. sui. §. si quis igitur habens, collatione septima. Item illud attende esse verum, vt agnoscatur filius quoad alimenta, siue nascatur filius viuo patre, siue post mortem patris auo superstite, in cuius potestatem est recasurus: compellitur enim auus nepotem agnoscere, id est, dare illi alimenta: adeò quòd possit agi cum auo præiudiciali iudicio, vel præiudiciali actione. Sed quid erit illud iudiciũ præiudiciale, vel quæ actio præiudicialis? Respondeo: ista verba sanè sic intellige, est agendũ cum auo de partu agnoscendo præiudicio. i. petam alimenta pro isto filio per hoc Senatusconsultũ, & dicam auo cognosce hunc partum. & est ista cognitio præiudicialis, id est, fauorabilis: quia si modicum faciat pro filio, pronunciabitur pro eo: vel præiudicialis, id est, omnibus quæstionibus mouendis præiudicans: quia licèt auus dicat non fuit mater tua vxor filij mei, vel non fuisti ex eo genitus, semper auus dabit alimẽta nepoti: quæ petũtur officio iudicis deseruiẽte huic Senatuscõsulto. & hoc sonãt verba, quæ

sa. quæ in prædicta l. siue ponuntur: quia si hoc ipsum,
13 &c. † Item illud nota, quòd si pater sit mortuus, & auus non supersit, in cuius potestate nepos sit recasurus, hoc senatusconsultum esset. & hoc idem credo de Plauciano, quòd cessit: quia non superest persona à qua possint alimenta peti. vt ff. eod. l. siue §. illud tenendum. Item quid si iste filius viuente patre & auo intentauit petitionem hæreditatis? certè licitum est possessori conuento dicere vel excipere quod non fuit filius illius cuius hæreditatem petit: & tunc quæritur plenissimè virum sit filius vel non, vt ff. ad Carbonian. l. Carbonianá. §. missum. verùm consulitur isti filio, vt si viuente patre intentauit actionem præiudicialem in rem, per quam vendicabat se in filium: vel patrem suum in patrem suum in patrem dicendo illum esse suum patrẽ: dicendo agnosce me filium, cùm sim in potestate tua: vnde proponto præiudicialem in rem (de qua diximus supra de actione præiudiciali in rem, per quam quæritur an aliquis sit filius, vbi de hac materia inuenies) & aduersarius obijciat non est filius. si pater ille mortuus est, & filius iste sit impubes, petat Carbonianam, vt ff. eod. l. siue §. pen. ff. ad Carbonian. l. 1.

De senatusconsulto Sillaniano. Rubric.

1 *Senatusconsultum Sillanianum, vnde denominationem sumpserit.*

2 *Senatusconsultum Sillanianum vt competat, quot requirantur.*

3 *In Morte clandestina serui domino opem ferre nequaquã possunt.*

4 *Serui impuberes & ancillæ nondum viripotentes propter mortem domini: vt non torqueantur, excusari debent.*

5 *Surdi, muti, cæci & furiosi, & similes personæ à tortura excusari debent.*

6 *Senatusconsultum Sillanianum locum habet circa duo.*

7 *Quæstio in S. C. Silla ad quid necessaria, sit si constet eum occisum. & sic scelere interfectum.*

8 *Mandator quis fuerit quandoq; inquiritur, licèt constet aliquem interfectum fuisse.*

9 *Esse sub eodem tecto quomodo intelligatur.*

10 *Serui nunquid excusantur, si timuerint ne morerentur, dum iuuarent dominum.*

11 *Serui qui opem domino non dederint excusantur, si infirmi fuerint.*

12 *Maritus si fortè vxorem in adulterio deprehensam occiderit, vel econtrà, serui excusantur.*

13 *Aliquis si dolo malo celauerit, vel receperit aliquem seruum de illa familia, qui alicuius facinoris noxius erit, perinde tenebitur ac si noxius fuerit.*

14 *Actio aliqua an competat, siue seruum in libertate eripiatur quia mortem domini detexit accusando interfectorẽ non autem in eum crimen retorquendo, quia fortè seruus accusabatur.*

15 *In Senatusconsult. Sillanian. an seruus vel æstimatio debeatur.*

16 *Seruus prohibitus manumitti, licèt aliàs manumitti non possit: si domini interfectorem accuset, & probauerit, manumitti debet.*

17 *Lex sicu[illegible] fauorabilis seruo detegenti mortem domini: ita est odiosa ipsi fugienti ante aperturam tabularum.*

18 *Accusatori semper de bonis accusati prouidetur.*

19 *Seruus si mortem domini detexerit, libertati donatur.*

20 *Testamentum si aliquis, qui dicitur occisus fecerit: vel codicillos: non debet aperiri nec in totum, nec in parte, antequàm de familia quæstio habeatur.*

21 *Testamentum vel codicilli quare aperiri prohibeantur in totũ vel in parte, antequàm quæstio de familia habeatur.*

PRODITVM est senatusconsultum Sillanianum de summa prouidentia, per quòd prouidetur dominis, patribus, matribus, & omnibus ferè vt securi sint, tam à familia quàm ab extraneis per quandã consequentiam, non vt periculum euenire non possit, sed vt serui, qui sunt de familia dominis opem ferant: & sic si prouide dominis prouidetur, & dominus vt securæ sint, vt ff. ad Sillanian. l. 1. in princip. † Est autem 1
illud senatusc õsultum denominatum à conditore Silla, sicut & multa alia. Sed cùm essent senatores centum numero, vt ff. de petit. hæredit. l. item veniunt. §. præter hæc. & de inofficio testament. l. Titia. & C. de petit. hæredit. l. vltim. in princip. vbi appellatur petitio hæreditatis centumuirale iudicium, id est, actio inducta à senatoribus, qui erant centum numero, cur denominatur ab vno. Respondeo: ideò quia fortè ille dignior erat inter illos. Vel ab alijs erat sibi commissum quòd senatum sic ordinaret præterquàm in Macedoniano, quòd non denominatur à conditore: sed à creditore, in cuius odiũ fuit introductũ, vt suprà ad Macedonianum notaui. Hoc senatusconsultum locum habet quando dominus occiditur, & familia sibi opem ferre potuit, & non tulit: vt illa familia capite puniatur. & sic vt istud sciatur per tormenta familię veritas inquiretur, vel seruorum seu libertorum in testamento manumissorum, vt ff. eodem. l. si quis in graui. §. si ex stipulatu. in fina. & §. si quis habet. & ff. eodem. l. 1. § occisorum, & §. potuisse. Vnde ad hoc † vt istud senatusc õ- 2
sultum locum habeat, tot sunt necessaria. In primis, quòd sit dominus, vt ff. eodem. l. 1. §. 1. & 2. intellige dominum siue pro parte siue insolidùm, vt ff. eodem. l. 1. circa princip. & §. domini appellatione, vt argumen. ff. de verbor. significat. l. rectè. & ff. de ritu nuptiarum. l. illud. intellige siue sit dominus pleno iure, siue habeat proprietatem: vsufructuarius enim & bonæ fidei possessor, & creditor domini appellatione non continentur, vt ff. eodem l. 1. circa principium. item appellatione domini intellige etiam liberos, id est, non solùm ipsum dominum, sed etiam liberos eius, siue sint in potestate, siue sint emancipati: & pater dominus intelligitur quò ad seruos castrensis peculij: maritus & vxor adinuicem, quantum ad seruos eorum: licèt serui vxoris non sint viri, neque econuersò. sed quia est cõmixta familia & vna domus, ideò dicuntur domini, vt ff. eodem. l. 1. in tota prima columna, vsque ad §. occisorum. argument. ff. rerum amotarum. l. 1. & C. de furt. l. quamuis. & C. de crimine explic. hæreditat. l. aduersus, & argument. ff. de iure dotium. l. quamuis. Et prodest illam argumentationem notare pro eo quod sæpè quæritur quis sit dominus dotis: & pro vasallis nostris. Sed licèt dixerim filium appellatione domini contineri: intelligas etiã de adoptiuo, non tamen cõtinebitur si alij in adoptionem detur, vt ff. eodem. l. 2. §. in eo qui est adopt. sed licèt adoptiuus intelligatur appellatione domini, non tamen alumnus, vt in eodem. §. Et prodest istud notare pro illis qui sunt afiliati ab aliquo quando dat tibi filiam suam pro vxore, & afiliat te: licet sit contra ff. de verborum obligationib. l. quidam. Sed licet quò ad seruos patris filius habeatur loco domini, non tamen ita in seruis matris: vt in præd. § Sed si tu quæras quæ sit ratio. dominus meus ita ibi glosat. quia filius est de patris, non matris familia. vt Institut. de legit. agnat. tutel. & quia in potestate esse oportet: vt in prædicto §. vltima ratio & etiam prima reprobatur à multis quia filius emancipatus continetur appellatione domini. sed optima est, quasi dicat dominus meus, ille intelligitur dominus seruorum illius qui personã illam posset habere in sua familia, id est, in potestate: quòd in muliere non est, vt ff. de suis & legitim. hæredib. l. nullam. & de bonorum possess. contr. tabul. l. illud. §. ad testamenta ferend. sicut & aliàs in substitutione pupillari, vt ff. de vulgari & pupillari substitut. l. 1. Secundum est necessarium, quòd dominus sit necisus: intelligas occisum ense, vel gladio peremptũ, aut

cæsum, vel iugulatum, vel strangulatum: vel præcipitatũ, vel saxo, vel fuste, vel lapide percussum, vel alio modo necatum. cæterùm si veneno vel alio clandestino modo, sit dominus interfectus senatusconsultum Sil-
3 leianum non habet locum. † Et est ratio: quia in morte clandestina serui dominis opem ferre non possunt, vt ff. eodem. l. 1. §. occisorum. nisi venenum per vim infusum esset: tunc enim locum habet senatusconsultum, vt ff. codẽ. l. 1. §. planè. verum si dominus seipsum occidit, non metu criminis, sed tædio vitæ: vel propter impatientiam doloris, non est locus senatusconsulto nisi
4 fecerit hoc coram seruis. vt in prædicto §. † Excusantur tamen serui impuberes, & ancillæ nondum viripotentes: scilicèt, vt non torqueantur. terreri tamen consueuerunt ferula vel habena, vt veritatem dicant, vt ff. eodem. l. 1. §. impuberes. vt in distinct. 50. eiusdem tituli excipiuntur. Excipiuntur etiam serui clausi sine dolo
5 malo, & qui sunt infirmi. † Item & qui sunt surdi, & muti, & cæci, & furiosi: surdum & mutum excuso à clamore: non tamen à visu, si videret dominum occidi. cæcum excuso à visu non ab auditu. si audiuit dominũ interfici, quare non clamauit? ff. eodem. l. si quis in graui. in princip. §. subuenitur. simile argumeto. ff. de vacatione muner. l. sextumdecimum. §. corporis. Et sic se-
6 natusconsultum Silleianum † locum habet circa duo: si mors non sit clandestina torquentur serui, vt dictum est: & antequàm vindicetur mors testatoris, hæreditas adiri nnn potest: quòd in clandestina totum contrarium est, vt ff. eodem. l. 1. §. planè. & §. si quis non metu. Tertium est necessarium quantum ad hoc vt serui torqueantur, quòd cõstet dominum scelere interfectum,
7 vt ff. eod. l. 1. §. si quis non metu. † QVAESTIO. Sed quærit dominus meus, ad quid fiet quæstio illa. nam si constat eum occisum, & sic scelere interfectum, ad quid fieret. si non constaret, non fieret: vt dicit prædictus §. in quo casu potiùs debet fieri per tormenta seruorum quæstio. Respondeo: bene constat, quòd aliquis sit scelere interfectus: non tamen constat quis fuerit interfector.
8 Item † bene constat aliquando quis fuerit interfector: tamen fiet quæstio & inquisitio quis fuerit mandator, vt ff. eod. l. & si certus. & l. prius. Quartum est necessarium ad hoc vt senatusconsulto locus sit, vt serui torqueantur, & puniantur capite, si potuerint opem ferre, vt sint vel fuerint quando dominus fuit occisus sub
9 eodem tecto, & sic potuerint opem ferre. † Sed qualiter accipitur sub eodem tecto? Respondit sæpiùs legislator & sic esse iudicatum, vt nõ esse necesse, vt sint sub eadem contignatione: sed in illo loco vnde potuissent vocem domini exaudire, vt ff. eodem. l. 1. §. hoc autem
10 senatusconsultum. QVAESTIO. † Quid si timuerint ne morerentur dum dominum iuuarent, nunquid excusantur? certè non: debent enim salutem domini propriæ saluti præponere, vt ff. eodem. l. 1. §. hoc autem senatusconsultum. & §. potuisset. Idem forte in milite, qui cùm potuit præpositum suum protegere vel defendere, & non defendit, capite punitur: non tamen credo, quòd debeat salutem præpositi sui propriæ antepo-
11 nere, vt ff. de re milita. l. 3. § vltim. & l. omne. §. vltim. † Quintum, quòd serui illi fuerint sani qui opem potuissent ferre: aliàs excusantur, vt ff. eodem. l. si quis in graui. in princip. sicut excusantur quando dominus vulneratus purgauit seruorum officium in vltima sua voluntate: nam tunc sollicitudo hæredis obtinere debet, vt pietas facta seruis à domino non tollatur, scilicèt ne torqueantur: ne ad pœnam veniant serui, quos absoluit dominus ipse, vt ff. ad Silleianum. l. 1. §. vltim. sed licèt bonum testimonium domini prosit seruis: malum tamen non nocet: nam si dominus moriens dicat, vim mortis latam à seruo, non creditur illi, nisi eum probauerit, vt ff. eod. l. si quis in graui. §. 1. † Item excusantur serui si fortè maritus vxorem, vel econuerso in lecto cubantem nocte occidit. Item si occidit eam in adulterio deprehensam: quia in primo casu non potest imputari seruis, cũ in camera domini nõ taceãt: & quomodò potest seruus scire quid faciat maritus de nocte
12 cum domina in camera? † & stultus esset ille dominus qui seruum faceret de nocte cubare in camera cum vxore sua: quia aliquando barba sua malè peteretur. in secundo casu excusantur: quia non debuerant resistere iustum dolorem persequenti, vt ff. eod. l. si quis in graui. §. si maritus. Excusantur etiam serui si cùm domini eorum aggressionem paterentur, cum omnibus subuenire non possent, si vni subuenerunt. Item si magis subuenerunt domino quàm dominæ vel econuersò, vt ff. eod. si quis in graui. §. non cùm omnes domini. † Illud 13
autem nota, quòd si aliquis dolo malo celauerit vel receperit aliquem seruum de illa familia qui illius facinoris noxius erit, perinde tenebitur ac si fuerit noxius legis Corneliæ de sicar. vt ff. codẽ. l. si quis in graui §. si quisquam eorum. † Item nota, quòd siue seruus eripia- 14
tur in libertatem: quia mortem domini detexit, accusando interfectorem: non autem retorquendo crimen in eum. quia fortè accusabatur seruus: sicut & aliàs argumẽ. ff. de pœn. l. si fortè. siue etiam occidatur seruus: quia fuit conscius mortis domini: vel quia potuit domino opem ferre: quòd si ille seruus mihi ex stipulatione debebatur actio nulla mihi competit. sicut & alia. ff. de verborum obligati. l. qui seruum, & ff. de legat. l. quid ergo. §. si hæres. verum si alio modo seruus promissus manumitteretur vel occideretur iniustè quia sub eodem tecto non fuerit, & sic opem domino ferre non potuerit: tunc mihi creditori erit vtilis actio ad æstimationem serui, vt ff. eo. l. si quis in graui. §. si ex sti-
pulatu. † Sed quid petetur nunquid seruus vel æstima- 15
tio: lex videtur velle, quòd seruus sit petendus, vt ff. de verbor. obligation. l. seruum. §. sequitur. hic autem videtur, quòd æstimatio sit petenda. vnde multi adhærẽtes huic legi, petunt æstimationem in libellis quando res eorum mortua est. Respondeo: in l. illa, seruum. loquitur legislator de actione directa, quæ datur ad ipsum seruum petendum. hic autem loquitur de vtili actione, quæ datur ad pretium. Vel aliter l. illa, seruum respicit naturam obligationis & principium iudicij: lex illa respicit finem & sententiam iudicij: quasi dicat vtilis actio erit creditori ad æstimationem, id est, quia iudex condemnabit debitorem non ad restitutionem serui, sed ad æstimationem: sicut aliàs ff. de dol. l. arbitrio. & tunc iudex debet condemnare ad rei restitutionem, quando res extat, vt ff. de rei vendi. l. officium. & l. qui restituere. nec est mirum quod aliquando aliud petamus: & aliud consequamur, vt & alias ff de
verborum obligationib. l. in executione. Item adhuc 16
tertium nota, quòd seruus prohibitus manumitti l[...]cet aliàs manumitti non possit, vt C. si mancipi. ita fuerit. alienat. vt manu. l. ea. tamen si accusat interfectorem domini, & probauerit, manumittitur, beneficio legis, vt in prædicto §. & sic plus operatur lex quam minister eius: licèt alias sit argument. contra ff. de arbitr. l. Celsus. & ff. de iur. patronar. l. si libertus. † Item nota aliud, quòd sicut lex est fauorabilis seruo detegẽti necem domini: in quo casu legitimam habet personam standi in iudicio, vt ff. de iudici. l. vix. & [...] de precibus Imperato. offerend. l. [...] & illi libertatem concedi[...] ita lex odiosa est seruo fugienti ante aperturam tabularum, vt licèt illi sit relicta libertas in testamento domini: tamen sibi non prosit: quia perinde de ipsis sicut & de seruis supplicium sumitur: & est æquissimum non obstante indulgentia dominorum: quam quisque pleniorem esset expertus, eo grauiorem sceleri suo pœnã mereatur, vt ff. eod. l. si quis in graui. §. de his. imò plus, quòd ipsi ex vinculis causam dicent, etiam si aperto testamento liberi inueniantur: & sic puniuntur ac si non esset eis relicta libertas: & accusatori dabuntur d[...]ni aurei, id est, decem de bonis damnati. si autem non i[...]ueniantur liberi in testamento, tunc dabuntur accusatori quinque aurei pro quolibet seruo, qui cædem c[...]miserunt, vel etiàm fugerunt iudicio meo, nõ pro quolibet seruo qui fuerit sub eodem tecto: & [...] quinque aurei dabuntur de bonis occisi: quia de b[...]ni[...] seruorũ non possunt dari: quia seruus non dicitur habere bona vt ff. de verborum significat. l. paterfamil. si a[...]em non inueniantur in bonis occisi, tunc dabuntur de publico.

vt eodem.ff. l.lege Cornelia. Et sie nota, quòd hic ex vinculis causam d[illegible]ent. & hoc idem aliàs in seruo cōmittente delictum, si non defendatur, ex vinculis causam dicet, vt ff. de custodi.& exhibit.reorum.l.2.aliter est in libero homine accusato: quia licèt ponatur in vinculis: vel quia fideiussorem dare nō potest: vel quia est tale crimen, quòd fideiussori non committatur, vt ff.de custod.& exhibit.reor.l.1.& l.diuus non tamen in vinculis causam dicet: imò liber à vincolis examinabitur, & causam dicet, & in iudicio se defendet, vt ff.
18 de quæstionib.l.diuus.§.cognitorum. † Item in prædictis vnum dignum nota, quòd accusatori prouideatur de bonis accusati. simile C. ad l. leg. Iuliam maiesta.l. quisquis. in fin. Item quòd de publico detur pretium, vt Authent.de mandat.principum.collatio.3. & in Authē. de iudi.collatio.6. si ergo dominus occiditur & palam, auxilium debet illi ferre familia armis, manibus, clamoribus & obiectu corporis: quod cùm non fecerit, merito de ipsa familia supplicium sumitur, vt ff.eodē. l.cùm dominus.& hoc quantum ad familiam: quantum autem ad hæredem talis pœna imponitur, quòd si adeat hæreditatem illius quem constat publicè occisum, antequam sumatur quæstio de familia, & ante supplicium sumptum. ab eo auferatur hæreditas, tanquàm ab indigno & applicetur fisco, vt ff. eodem. l.necessarios. §.non aliæ.& l. si sequens.§. vltim. & sic ipse palam occisum priùs debet vendicare, non eose vel gladio, sed accusando.& posteà adire. In morte clandestina priùs poterit adire, & posteà vindicare: alioquin si posteà non vindicauerit, auferetur ab eo hæreditas tanquàm ab indigno, vt ff. eodem. l. necessarios. & l. vltim.& l. hæres.& l.propter veneni.& licèt teneatur vindicare, vsque ad sententiam, non tamen appellare, ff.eodem.l. propter veneni.§.vltim. Et sic nota argumen quòd causa appellationis sit alia à principali Item quòd procurator causam appellationis exercere non teneatur, vt C.de procuratio.l.inuitus.& C. ne cui liceat in vna eademque causa tertiò prouocare. Sed licèt hæres non possit adire antequàm vindicet, vt dixi: tamen querelam inofficiosi testamenti potest intentare & mortem vindicare, vt ff.eodem.l.ex inofficioso.& hoc attende in primo hærede, quòd si vindicet, possit adire: cæterùm si substitutus vindicet non propterea illi applicabitur hæreditas, vt ff.eod.l.si sequens. sed nihilominùs applicabitur fisco. † Item nota, quòd si seruus de-
19 texerit mortem domini, quod libertati donetur: imò etiam si communis sit, partem socius consequitur de bonis occisi: quòd intelligo vt ff.eodem. l.1.l.seruus.&
20 l.domino. † Ex hoc senatusconsulto oritur aliud beneficium, quòd est notatu dignum: nam si aliquis qui dicitur occisus, fecerit testamentum vel codicillos, non debet aperiri nec in totum nec in parte antequàm de familia quæstio habeatur. quis autem dicatur aperire, & quæ tabulæ dicantur clausæ, habetur ff.eodem.l.si quis in graui.§ edicto cauetur: qui contra fecerit, punitur in centum aureis: quorum dimidia pars datur accusatori, & dimidia fisco: & erit contra eum actio in factum, quæ popularis est, vt ff.eodem.l.lex Cornelia.
21 §.ea hoc edicto. QVÆSITO. Sed quæritur quare prohibetur aperiri testamentum vel codicilli in totum vel in parte, antequàm quæstio habeatur de famililia, Respondeo sicut ipse legislator, ne hæres propter suum compendium familiæ facinus occultaret. vt ff.eo. l.si quis in graui.§ si pupillus. Excusatur tamen qui a[illegible] [illegible]uit testatorem occisum: vel si sciuit, aperuit sine dolo: putà per rusticitatem vel per imperitiam ignorans edictum prætoris: vel senatusconsulti, vt ff.eod.l.si quis in graui. §.edicto. sicut & aliàs excusatur quis a pœna edicti propter rusticitatem, qui corrupit album prætoris, vt ff.de iuri[s]dict. omnium iudic[um] si quis id quòd. Hæc de isto senatusconsulto notaui: [illegible] quia copiosè quære in summa domini mei de his quibus indignis.

De senatusconsulto Pisoniano. Rubrica.

1 *Senatusconsultum Pisonianum quandò locum habeat.*

SED † circa prædictum senatusconsultum Silleianum sunt duo alia senatusconsulta: vnum vocatur Pisonianum, & locum habet quandocunque seruus obnoxius pœnę venditur alicui. vt si seruus pœnis subdatur, quòd emptor ne afficiatur iniuria, poterit petere pretium à venditore, & venditor teneatur illi reddere, vt ff.eo.tit.l.senatusc.Pisoniano. 1

De senatusconsulto Taurino & Lepidano. Rubric.

1 *Senatusconsultum Taurinum & Lepidanum quando locum habeat.*

EST † & aliud senatusconsultum, quòd vocatur Taurinum & Lepidanum: quòd factum fuit à Tauro & Lepido consulibus quod locum habet in determinatione temporis: vt licèt alia crimina & ipsorum accusationes vsq; ad vigesimum annum durēt. vt C.ad leg.Corn.de fals.l.querelam. tamen in casibus prædictis, & de cognitione aperti testamenti de qua in superiori senatusconsu. fecimus mentionem, durabit accusatio & actio illa in factum vsque ad 100. aureos vsque ad quinquennium, & erit continuum. Et hæc erunt vera si sint hæredes extranei. cæterū si sui qui parricidium commiserunt, possent lege Pompeia de parricidijs accusari: & illi perpetuò accusabuntur, vt ff. eod.l.in cognitione.& quæ sint illæ personæ legitur ff. ad leg.Pomp.de parricid.l.1.& l.sed sciendum & simile in l.Pompeia.de parrici.continetur, vt ff.ad leg. Pōpeia.de parricid.l.vlt.& sic deterior est conditio suorum, quam extraneorum.& ratio est, quòd duriùs cum eis agatur, quia grauius deliquerunt. 2

De senatusconsulto Trebelliano. Rubr.

1 *Senatusconsultum Trebellianum quare potiùs denominatum fuerit à Trebellio, quàm ab alijs.*
2 *Senatusconsultum Trebellianum vt locum habeat, quot necessaria sint.*
3 *Quid sit quod dicitur, ab intestato aliquem rogari nō posse vt hæreditatem restituat.*
4 *Institutus quare adire recuset, cum inde commodum habeat.*
5 *Institutus vt adeat, per quem cogatur.*
6 *Institutus qualiter cogi debeat.*
7 *Hæres rogatus restituere, si fuerit contumax: neque de pignoribus captis & multa imposita curet, quid faciat fideicommissarius, cui ipsa hæreditas restitui debet.*
8 *Institutus quo iure adire compellatur.*
9 *Hæres si possessor sit rei ipsa illum cui debet restituere hæreditarias res, possidere, quandam tamen rem hæreditariam possidebat: nunquid ad rem illam singularem restituendā illum fideicommissarius conuenire possit.*
10 *Fideicommissarius quo iure hæredem pro re singulari restituenda conuenire possit.*
11 *Testator si reliquit alicui rem singularem & rogat vt alij restituat: ille verò vel non vult agnoscere legatum vt illi restituat, vel agnoscit, & restituere non vult, quam actionem habeat contra eum: siue sit institutus hæres in testamento siue tantum fuerint codicilli.*
12 *Restitutionis verbalis effectus qui.*
13 *Actiones quanam sint quæ transeunt: vtrum illæ directæ quæ fuerūt in persona hæredis: an vtiles: modo sint in personam fideicommissarij.*
14 *Sepulchri ius quare in fideicommissarium non transeat.*
15 *Fideicommissarius quare agat, & vtilibus actionibus conueniatur.*

16 *Actiones*

16 *Actiones temporaria quare ex Trebelliane esse soleant. & euictionis potestas tollat intellectum restitutionis fideicõmissario indebitè restituto.*

17 *Hæres quare pro quarta Trebellianica respondere teneatur.*

18 *Hæres secundus si sit rogatus restituere tertio, an secundus Trebellianicam detrahat.*

19 *Res aliqua si ad quartam non sufficiat, an hæres petere possit sibi suppleri.*

20 *Hæres an teneatur creditoribus & legatarijs respondere.*

INtroductum est & aliud senatusconsultum Trebellianum, quòd senatusconsultum capsarij Bononiæ, Parisijs, & Neapoli. de facto, licèt non quò ad ius optimè sciunt. de hoc senatusconsulto habea Institu. de fideicommissar. hæredita. & ff. ad Trebellian. & C. ad Trebellian. per totum. Hoc senatusconsultum factum fuit Anneo Seneca, & Trebellio consulibus, temporibus Neronis, vt ff. eodem. l. 1. in principi. QVAESTIO.
1 † Sed illud quæritur quare potiùs fuit denominatim istud senatusconsultum à Trebellio, quam ab alijs? Respondeo: propter duo. primò quia Trebellius fuit maximus inter eos: vt in ead. l. habetur, & licèt in ff. postponatur nomen Trebellij in Institut. de fideicommiss. hæredi. præponitur. secundò propter vitandam eufoniam, id est, malam sonoritatem. malè enim sonaret senatusconsultum Anneum seu Senecianum. Et locum habet senatusconsultũ quoties quis decedit & aliquẽ sibi hæredem instituit, & rogat ipsum hæreditatem restituere, poterit quartam retinere hæres institutus, & tres partes restituet, vt ff. eodem. l. 1. §. penult. & vlt. & l. 2. & l. si hæres ab eo. §. si totam. & Institut. de fidei-
2 commiss. hæreditat. & C. eodem. l. 1. 2. 3. & 4. † Sed ad hoc vt locum habeat hoc senatuscõsultum, multa sunt necessaria. Primum, quòd rogatus sit quis restituere hæreditatem siue ex testamento, siue ab intestato: sed quando ex testamento quis rogatur, oportet quòd primò instituatur, qui rogatur, alioquin nullum esset testamentum sine hæredis institutione, vt Institut. de fideicommiss. hæreditat. circa princip. & §. præterea intestatus, vt ff. eodem. l. 1. §. hoc autem senatusconsultum. & C. eod. titu. l. & sine scriptura. Secundum, quòd ille roget qui testari potest: vnde filiusfamilias nisi de castrensi vel quasi rogare non posset, vt eodẽ. l. 1. §. in fi-
3 lij quoque famili. QVAESTIO. † Sed quæritur quid est quòd dicitur, quòd ab intestato quis rogari potest vt hæreditatẽ restituat, si ab intestato decedit quis: quòd contingit quatuor modis, vt Institut. de hæredi. quæ ab intesta defe. quomodò rogatum eredam aliquem non inuenio hæredem? Respondeo, dicitur quia rogari ab intestato: quando quis non fecit testamentum: sed fecit codicillos in quibus hæreditas relinqui directò nõ potest: tamen rogari potest veniens ab intestato, vt hæreditatem restituat, vt C. de codicil. l. hæreditatem. & Institut. de codicil. & C. de fideicommiss. l. eam quam. vel quando quis fecit testamentum & non de iure, moritur intestatus, & rogare potest, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. filius. nec facio vim quia rogetur, verum sit priuata persona, vel habeat dignitatem: & verum: ciuitas, collegium seu corpus: in omnibus enim illis locum habet senatusconsultum, vt ff. eod. l. recusare. §. meminisse. & §. si fisco. & §. item si municipes. & l. ille à quo. §. tempestiuum. & l. omnibus. sed quando fit restitutio ciuitatibus, locum habet Apronianum senatusconsul. vt in prædicta l. omnibus. & non fiet restitutio ciuitati, quando quis rogatus est ciuitati restituere per senatusconsul. Trebellianum: sed per Apronianum, vt dixi. Tertiò, quòd rogetur vt hæres. Quartò, vt totam hæreditatem vel aliquam partem hæreditatis sit rogatus restituere, non si res singulas, vt ff. eod. l. mulier. §. vlti. & l. cogi poterat. §. 2. & quòd dicitur in l. itatamen §. qui ex Trebellian. & in §. vltim. illius l. si mulier. si cui portio hæreditatis &c. intelligas non sub nomine portionis: sed erat talis res, quæ faciebat partẽ hæreditatis. Effectus autem istius Senatusconsulti Trebelliani sunt. Primus, vt quis cogatur adire. Secundus, vt restituat, & si non spontè, cogatur restituere. Tertius, vt transeant actiones in fideicommissarium. Quartus, vt possit quartam retinere. Quintus, vt si hæres institutus qui restituit agat vel conueniatur in solidùm, quòd repellatur, & repellat agentem per exceptionem, vt non conueniatur, vel non agat nisi pro quarta. Videamus ergo de singulis, primò de primo effectu: scilicèt quod quia compellatur adire habes Instit. de fideicommiss. hæredi. ferè circa medium tit. & ff. eod. tit. l. nam quòd. & l. quia poterat. & l. ille à quo. §. tempestiuum. & l. cogi. in princ. & §. si quis hæres institutus. & in multis legi-
bus illius tituli. QVAESTIO. † Sed circa istum primum, 4
quædam quærũtur. Primò quare institutus recusat adire, cùm habeat inde cõmodum: scilicet quia potest retinere quartam si spontè adit: quam amittit. si coactus adit: vt in prædictis legib. & infra dicemus. & maximè si faciat inuentarium per quod non conuenietur vltra vires quartæ, vt C. de iure delibe. l. scimus. licet quidã minus bene dixerint, quòd etiam sine cõfectione inuentarij non conueniatur vltra quartam, vt Insti. de fideicomm. hæredita. & ff. eodem. l. cogi. sed non est verum: nam si non fecerit, conuenitur pro illa quarta & in solidùm quantum ad quartam omnium onerum testatoris in quo potest esse dura hæredis conditio: quia in quarta illa Trebellianica sunt fortè centum. In quarta autem bonorum omnium testatoris sunt forte mille. si autem faciat inuentarium, non conuenietur pro omnibus oneribus testatoris, nisi pro illis centũ, quæ inueniũtur in illa quarta. & sic vno modo saneior est ligas l. 1. ff. eodem § is qui quadringẽta. Ratio, quare aliquis nolit adire multæ & variæ sunt hominum voluntates ea quæ assignantur ff. eodem. l. quia poterat. & l. sed & quis
magna. † QVAESTIO. Secundò quæritur per quem co- 5
gatur. Respondeo per superiorem. par enim parem nõ coget nisi se suæ iurisdictioni subijciat, vt ff. eodem. l.
ille à quo. §. tempestiuum. † QVAESTIO. Tertiò quæri- 6
tur qualiter cogatur? Respondeo, captis pignoribus, vt Institut. de satisdatione tuto. §. vltimo. & ff. de ventre inspi. l. 1. §. post edictum, & ff. de liberis agnoscend. si quis à liberis. §. ex his. vel indicet sibi multam, vt ff. si
quis ius dicent. non obtempera. l. vnic. † QVAESTIO. 7
Quartò quæritur, pone quòd hæres rogatus restituere sit contumax: non curat de pignoribus captis, non curat de multa imposita: quia fortè diues, quid faciet fideicommissarius cui hæreditas debet restitui? Respondeo, hodie in casu isto & in alijs quatuor Iustinianus prouidet, quòd ipso iure transeant actiones: sicut in alijs duobus casibus: putà si præmoriatur hæres qui debet restituere nullo hærede relicto: vel si à primo in secundum restitutio debebat fieri, vt C. ad Trebellian. l. sancimus. §. vltim. Item & in alio casu vbi rogatus alienauit: quia non habet actionem quam transferat, vt Authentic. contra rogatus. C. eod. Item quando rogatus est restituere vni purè & alij sub conditione. si vniuersam restitueret illi cui purè adueniente conditione ipso iure transeunt actiones, vt ff. eod. l. 1. §. sed & quoties. Circa istum primum effectum nota duo. vnum pro hærede restituente: quia nullum sentiet onus. aliud contra eum: quia quartam Trebellianicam non deducet, vt ff. eodem. l. quia poterat. adeò quòd si vult pœnitere postquam compulsus adiuit, nunquam quartam retinere possit, vt ff. eodem. l. nam quòd. § qui compulsus. nisi sub conditione sit rogatus restituere, & pẽdente conditione compellatur, potest illa pendente pœnitere, & quartam deducere, vt ff. eodẽ. l. si duo patroni. §. qui fideicommissariam. in fin. Sed ad hoc vt cõpulsio ista fiat, oportet quòd ista interueniant, scilicet quòd ille petat, cui restitutio facienda est, & in quem possunt actiones transire: non ergo procurator, nisi habeat speciale mandatum secundum quosdam. Item & ille compellet cui restitutio totius hæreditatis vel maioris vel alicuius partis facienda est cæterum si fideicommissum aliquod vel res singularis sit restituenda, non habet locum compulsio. vt ff. eod. l. nam quòd.

§. non

§.non omnis. & l.cogi poterit. §. & generaliter. sed li-
cèt ille possit petere compelli hæredem in quam actio
nes possunt transire, vt dixi: tamen in persona instituti
aliud seruatur: quòd licèt capere non possit: vel capere
possit, sed non solidum, nihilominùs tamen compella-
tur vt restituat: cum nihil oneris apud eum remansurũ
sit, vt ff. ad Trebellian. l. cogi poterat. §. hi qui solidum.
QVAESTIO. † Quintò, quæritur quo iure compellatur
adire? Respondeo: quidam dicunt actione ex testamẽ-
to: quia & contra non hæredes sæpè datur: sicut & con-
tra eum qui confessus est se hæredem, vt ff. de interro.
actio. l. de ætate. §. 1. putat tamen dominus meus officio
iudicis, vt ff. eod. l. ille à quo. §. 1 tempestiuum. Nunc de
secundo effectu: scilicèt quòd postquam adiuit & spõ-
tè debeat restituere, non tamen vult restituere, com-
pellatur restituere, sicut compellitur adire: vt in præ-
dicta. l. quia poterat. & in pluribus titu. illius. De com-
pulsione, à quo & qualiter compellatur, suprà dixi.
Nunc videamus qualiter fiat restitutio, & qui tenea-
tur restituere, & an aliqua remaneant penes hæredem
restituentem. Fit restitutio duobus modis. re & verbo:
sicut ponuntur exempla ff. eodem. titul. l. restituta. &
attende diligentiùs in restitutione quæ fit re duo. vt re
stituantur totæ res hæreditariæ vel aliqua. Item quòd
hac mente ille velit restituere, & ille suscipere: non
si ex alia causa putauerit se possidere, vt in d. l. restitu-
9 ta. cauetur. † QVAESTIO. Quærit tamen dominus M. in
l. illa, restituta. sic. pone quòd hæres passus sit te ipsa il-
lum cui debet restituere hæreditarias res possidere:
quandam tamen rem hæreditariam possideret, nun-
quid ad rem illam singularem restituendam possit il-
lum fideicommissarium conuenire? Respondit domi-
nus Ioan. quòd sic: non rei vendicatione nisi verbo fu-
isset facta restitutio, vt argum. ff. eod. l. balista. & de pe-
tit. hæredita. l. quòd si in diem. §. 2. vsque in fin. & l. eti-
am. §. idem. & ff. de fideicommiss. hæredita. peti. l. 1. &
ff. de hæredib. institutien. l. actionem. & l. qui filius. §. vl-
tim. & C. de petit. in. hæredita. l. si scripti. in quibus le-
gibus cauetur, quòd etiam pro singulari competat &
petitio hæreditatis directa & fideicommissaria, & a-
ctio ex empto: licèt vniuersitas ematur: & etiam Trebel
lianũ pro re singulari, scilicèt pro fructibus: vt in præ-
10 dicta l. balista. QVAESTIO. † Sed licèt dominus Ioannes
dixerit, quòd possit fideicommissarius conuenire hæ-
redem pro re singulari restituenda, quæritur tamen
quo iure conueniat illum. Respondeo per Trebellia-
num. OPPOSITIO. Sed opponis: non habet locum pro
re singulari sicut suprà, & in hoc eodem senatuscon-
sulto notaui. Respondeo, non habet locum pro re sin-
gulari quoties à testatore res singularis legatur, & ro-
gatur quis eam restituere alij: sed contra hæredem eti-
am pro re singulari locum habet Trebellian. vt si roge-
tur hæres totam hæreditatem restituere, vel quotam
partem: postea si rem aliquam singularem retineat lo-
cum habet Trebellianic. vt dixi: & optima sunt similia
quæ de petitio. hæredita. directa & fideicommissaria,
11 & actione ex empto inducta sunt. QVAESTIO. † Sed in-
cidens quæstio potest esse: pone quod testator reliquе-
rit rem singularem tibi, & roget vt alij restituas, putà
Titio: tu vel non vis agnoscere legatum vt illi restitu-
as, vel agnoscis & non vis restituere, quam actionem
habebit Titius contra te: siue sit institutus hæres in te-
stamento: siue tantùm fuerint codicilli? Respondeo:
credo primum legatarium compellendum vel officio
iudicis, vel actione in factum, vel condictione ex l. Im
perator. de legat. 2. sed diuerso modo compellen-
dum nam si agnouit legatum, compelletur restituere:
si non agnouit, compelletur actionibus suis cedere. &
quam actionem cedet, scilicet actionem illam, quæ sibi
competit: vel ex testamento hypothecariam, & rei vẽ-
dicationem, de quibus habes mentionem C. commu-
nia de lega. l. 1. ff. de lega. 2. l. cùm filios. §. varijs. hoc ha-
bes ff. de lega. 2. l. Imperator. & argument. ff. de lega. 1. l.
si seruus legatus. §. cùm testator. & §. qui margaritam.
& ff. ad Trebellian. l. ex facto. §. non tantùm. Sed con-
tradicit ff. ad Trebellia. l. namque. §. vltim. Sed respon-
deo: non compelluntur authoritate Trebelliastica: vt
in legibus illis. compelluntur autem alio iure: vt iudi-
cis officio, sicut supra dixi. & secundum hoc intelligo
l. illam, ex facto. §. non tantùm. nec moueatis de vltim.
§. illius. l. mulier. & de eo quod ibi dicitur de portione
hæreditaria: quia suprà in principio huius senatuscõ-
sul. dixi. † De restitutione quæ debet fieri verbo: nota 12
mirabiles effectus. Primò, quia solo verbo fit restitu-
tio. & est quoddam mirabile, vt solo verbo transeant
actiones & iura in fideicommissarium: vt in prædicta
l. restituta. & non videatur mirabile: nam & aliàs quod
minus est, propter solam aditionem, quæ tantùm ex a-
nimi mei voluntate procedit. vt C. de iure deliberan.
l. si auia. omnia iura hæreditaria incontinenti transeũt
in hæredem, vt ff. de acquirend. possess. l. cum hæredes.
Non est ergo mirum, si actiones, quæ sunt quæsitæ hæ-
redi per aditionem: siue spontè adeat: siue compulsus:
si actiones illæ transeant in fideicommissarium facta
restitutione verbo: nam & aliàs facta cessione actiones
siue reales, siue personales transeunt, vt C. de hæredit.
vel action. l. vtim. & l. emptor. hoc etiam in contractu
innominato, vt C. de actionib. & obligationib. l. nomi-
nibus in dotem. hoc idem in legato nominis, vt C. de
lega. l. est legato. hoc idem & in hæreditate vendita, vt
ff. de hæredi. vel action. vendi. l. 2. Sed de hac restituti-
one attende, quòd ita demum valet, si hæres sit institu-
tus purè, cæterùm sub conditione & ante restituat, nul
la est restitutio, vt ff. eod. l. sed alio. §. vltim. ne actiones
transeant. & quare ratio redditur: quia non ita restitui
tur, vt testator voluit: & quia ille qui restituit, nullum
ius habet ante conditionem: sed si restituit ante condi-
tionem, & conditio extiterit ipso tantum habente, tunc
transeunt actiones, vt ff. eo. l. sed & si ante diem. Nunc
de tertio effectu videamus, scilicèt quòd actiones tran
seunt in fideicommiss. facta restitutione re vel verbo,
vel quando ipso iure transeunt in tribus casibus, quos
supra notaui: & certum est quod actiones transeunt vt
in prædicta l. restituta. & l. postulante. primo respon-
so. & l. qui totam. in fin. & in pluribus legibus eiusdem
titu. & Institut. de fideicommiss. hæredita. QVAESTIO. 13
† Sed quæritur quæ actiones transeunt, vtrum illæ di-
rectæ quæ fuerunt in persona hæredis: an vtiles in per-
sona fideicommissarij? Respondeo, directæ non tran-
seunt: illæ enim remanent in persona hæredis, & non
possunt ab ossibus hæredis separari: vtiles ergo tran-
seunt, & sic fideicommissarius conuenietur vtilibus
actionibus, & intentabit vtiles. ille enim qui fuit hæ-
res, non desinit esse hæres, vt Institut. de fideicommiss.
hæredita. §. 1. & ff. de minoribus. l. ait prætor. § restitu-
tus. & argument. ff. de peculio. l. quis ergo casus. & ff.
eod. l. si hæres institutus Titio. & propter directas acti-
nes quæ remanent in persona hæredis dicitur, quòd hæ
res habeat exceptionem si conueniatur à creditoribus
seu legatarijs vltra quartam: vt suprà in hoc eodem se-
natusconsult. diximus & infrà dicemus: & sic intelli-
ge omnia iura quæ dicunt actiones transire in fideicõ-
missarium, scilicet vtiles: siue transeant facta restituti-
one: siue ipso iure. omnes enim actiones transeunt, si-
ue sint ciuiles siue honorariæ: siue etiam sit naturalis
obligatio, vt ff. eo. l. quamuis. & l. si eius pupilli §. 1. hæ-
res enim habet exceptionem si conueniatur, vt ff. eod.
l. 1. § quamquam. Si ergo habet exceptionem: quid est
quod dicitur, ff. eod. l. facta. §. si hæres scriptus. postquã
hæreditatem restituit, si de hæreditate controuersiam
patitur, & victus fuerit: aut liti cesserit: durent actio-
nes in fideicommissarium semel trãslatæ. Respondeo:
ibi hæres stultus fuit: potuit enim creditores agentes
exceptione repellere, vt dixi: sed non voluit, sicut &
de stultis contingit, vt C. de annal. exceptio. l. si quis ex
multis. & de inoffi. testam. l. post humum. tamen illa sen-
tentia non multum nocebit hæredi: quia actiones du-
rant in fideicommissa. vt in prædict. §. Item nota, quòd
facta restitutione incontinenti dominium rerum hæ-
reditariarum transeat in fideicommissarium: etiam si
non

non appræhendat possessionem: hoc ita si restituatur
hæreditas: verum si soluatur quantitas vel æstimatio:
putà: mihi agenti ex stipulatu, non transfertur in me
dominium: vt hæc leguntur, ff. eod. l. facta. §. primo. Sed
licèt dixerim, quòd omnes obligationes & actiones
transeant: multa tamen sunt, quæ remanent penes hæ-
redem, quæ non trāseunt vllo modo: vt iura sepulchro
rum, vt ff. eod. titu. l. quia perinde: sed intelligo siue se-
pulchrum fuit hæreditarium vel familiare: vtrunque
enim transit in hæredem, vt C. de religio. l. ius sepul-
chri. quòd autem dicatur familiare, & quòd hæredita-
14 rium legitur ff. de religio. l. vel quòd. QVAESTIO.† Sed
quare non transit ius sepulchri in fideicommissarium?
Respondeo, ratio est cùm fideicommissarius non sit
hæres, nisi quò ad effectum: sed ille primus remaneat
hæres, vt dixi. & sepulchrum hæreditarium seu fami-
liare transeat in hæredem. Item cùm nulla sit hæredis
vtilitas viuentis, sed iam mortui, & illa modica, non
est curandum si in fideicommissarium non transeat. I-
tem non transit in fideicommissarium facta restitutiōe
operarum obligatio: sed remanet penes hæredē: intel-
ligas quando filius hæres est, & rogatur hæreditatem
restituere. non autem credo in extraneo hęrede roga-
to restituere, vt ff. eo. l. si patroni filius. & quòd dicitur
de operis, intelligit dominus meus de Fabrilibus quæ
nō transeunt ad extraneum hęredem, vt C. de oper. lib.
l. libertl. & ideò non transeunt in fideicommissarium,
qui nec hæres est, licèt hæredis loco habeatur, vt ff. eo.
l. postulante §. vltim. & ff. quòd cum eod. l. si filius. Item
non transeunt omnia quæ hæres suo periculo habuit:
puta si consecutus sit vsuras ex pecunia hæreditaria,
quam mutuauit, si opera & industria sua fruct⁹ habuit
ex fundo hæreditario, & non fuit in mora restituendi
hæreditatem, vt ff. eodem. l. postulante. §. penult. & vlt.
& est ratio, vt ibi assignatur: quia in vsuris periculum
est hæredis in in sorte: in fructibus impendit operam.
Item non transeunt in fideicommissarium, sed rema-
nent penes hæredem omnia illa, quæ sunt ex bonis te-
statoris. illa enim sola transeunt, quæ sunt in bonis. &
propterea dicitur ff. eodem. l. 1. §. s. quòd illæ actiones
transeant, quæ dantur hæredi & in hæredem. qualiter
autem res dicatur in bonis esse, legitur ff. de acquir. re.
do. l. rem in bonis. & ff. de verb. sign. l. bonorum. §. in bo
nis. Præterea actiones ex maleficio, quæ non sunt in bo
nis: sed ex bonis, pone quòd post mortem testatoris an-
te restitutionem hæreditatis damnum fuit datum ser-
uo hęreditario: vel pignora recepit hæres pro pecunia
hæreditaria, quam mutuauit ipse hęres: non quam mu-
tuauit defunctus: nam tunc licèt non transeant, com-
pellitur tamen & pignora cedere per authoritatē Tre-
bell. vt ff. eodem. l. qui ita §. si damnum. & l. si hæres pe-
cuniam. & sic per ista soluitur. vnum quæritur, quòd
notari cōsueuit. quare actiones ex maleficio, & pigno-
ra non veniant in restitutionem Trebellianicam. alibi
tamen non est differentia, si sit in bonis res vel ex bo-
nis: quò ad hoc vt debeat dari actio: vt in vi bonorum
raptorum & in actione furti, vt ff. vi bo. rap. l. prætor. §.
in hac actione, & ff. si is qui test. liber esse ius. fuerit. l. 1.
§. hæc autem actio. temporalis, id est, ad tempus penes
fideicommissarium. vnde natus posthumus, & donec
filius obtinuit, vnde euicta hæreditas constat fideicom
missum indebitum. Illud autem notandum est, quòd li-
cèt hæres decedat qui rogatus erat restituere, si hære-
dem habeat vel successorem, & non restituerit tempo-
re vitæ suæ, teneatur hęres vel successor restituere, vt
ff. eo. l. quaninis. & l. pupilli. § si quia rogatus: si non ha-
bet hæredem ipso iure transeunt actiones, vt C. eod. l.
15 sancimus. QVAESTIO.† Sed illud quæritur quare fidei-
commissarius agat & conueniatur vtilibus actiōibus,
vt dixi: emptor enim nominis vel hæreditatis conueni
tur directis, sed agit vtilibus. quòd conueniatur dire-
ctis, legitur C. de pact. l. post venditionum. vbi dicit, ꝙ
creditores mouent actiones suas, sed illis cōpetant di-
rectæ. quòd ipse emptor agat vtilibus, habes C. de hęr.
vel act. vend. l. postquam. & l. emp. & l. vlt. Respondeo,
fideicommissarius agat & cōueniatur vtilibus, illa est
ratio: quia directæ non possent separari ab hærede, vt
sup. proximè dixi: & ideò fideicommissarius agit & cō
uenitur vtilibus: quia habetur loco hæredis, & est hæ-
res quo ad effectum, vt ff. eo. l. facta. §. vlt. & ff. quòd cū
eo. l. si filius. in emptore autem ideo contingit: quia cō-
tra eum creditor habet directā: & facto debitoris cre-
ditorum petitio seu actio, nec tollatur nec mutetur, vt
C. de pact. l. debitorum. at quod emptor non agat vtili,
ratio est: quia directa mansit in persona venditoris.† 16
QVAESTIO. Sed vnum quæro quid est quod dicitur ff. e.
l. si patroni filius. §. actiones, quòd actiones temporarię
esse soleant ex Trebellian. & potestas euictionis tollat
intellectum restitutionis, fideicommisso indebito cō-
stituto. Respondeo, pone sic: testator vel ventrem præ-
terijt vel filium iam natum: & alium hæredē instituit,
& institutus adiuit, patitur controuersiam ab alio ag-
nato nomine ventris: vel à filio exhæredato, hæres ni-
hilominus restituit, nascitur posthumus filius natus a-
gendo obtinuit, actiones illæ quæ fuerunt translatæ in
fideicommiss. fuerunt temporales, id est, ad tempus pe-
nes fideicommi. donec natus fuit posthumus, & donec
filius obtinuit: vnde euicta hęreditate constat fideicō.
indebitum: & sic euictio tollit intellectum restitutio-
nis, scilicèt quia non intelligitur hęreditas restituta.
de primis duobus exemplis melius est in filio nato iā,
quia primum calumniam patitur. Nunc de quarto effe-
ctu videamus, scilicèt de retentione quartæ. Et scien-
dum est, quòd aut hæres spontè adijt & restituit: & tūc
retinet quartam etiamsi petat tempus ad deliberandū,
& posteà restituat: aut compellitur adire & restituere,
& tunc nullam quartam detrahet, vt ff. eodē. l. 1 §. vlti.
& l. 4. & l. restitutæ. & l. sed si alio loco. & l. omnes. & in
multis legibus tit. illius. sed hanc quartam detrahet de
omnibus bonis vniuersaliter, & integraliter: sicut e-
nim quatuor partes: vna erit hęredis, tres erunt fideicō
missarij. licèt in l. falc. fiat per minutias deducti in quar-
tæ, vt Instit. ad legem falcid. & ff. ad leg. falci. l. 1. & plu-
ribus legib. tit. illius. Sed quæ est ratio? Respondeo: hic
hęres cum vno contendit: & sic fit diuisio, vt dixi: Sed
ibi contendit cum pluribus: vnde si de singulis dedu-
cat, non est mirum. Sed qualiter fiet ista diuisio? Respō-
deo: sicut & aliarum rerum, si poterunt concordare ec-
ce bene: alioquin petent arbitrium secundum quod di-
ctat natura iudicij communi diuidundo, vt ff. commu.
diuidun. l. communi diuidundo, & Institu. de offici. iu-
dic. & C. commun. diuidū. l. 3.† QVAESTIO. Solet quærā 17
quare pro quarta Trebellianica hæres respondere te-
neatur, vt dictum est: pro quartæ falcidiæ nō teneatur,
vt Instit. ad legem falcidiam, & Instit. de fideicommis-
sa. hęred. Respondeo: dicunt quidam licèt minus benè,
quòd ideò contingat, quia Trebellianica habet vnum
emolumentum, quòd habeat quartam insolidum: ideò
si habeat onus, nō est mirum: in l. falcidia, habet onus,
quia deducit quartam per minutias: nam particularis
exactio non minima habet incommoda, vt ff. famil. er-
ciscun. l. planè. ideò si habeat illud emolumentum, nō
est mirum: vt argum. ff. de iureiuran. l. eum qui. sed hæc
ratio non est bona, sed illa sola: videlicèt quòd in quar
ta legis falcidię deducenda primò detrahatur æs alie-
num: posteà falcidia de legatis: vnde si æs alienum est
detractum, hęres habet illam liberam ab omni onere
æris alieni, vt C. ad leg. falci. l. quæ imponenda, quòd in
quarta Trebellianica contrarium est: quia primum hę-
res adijt, posteà restituit, & tunc demum deducit quar-
tam, seu retinet: & ideò si creditoribus respondeat, nō
est mirum. Alię autem sunt differentię inter istas quar-
tas, quas inuenies in summa domini mei & ad Trebel-
lianum & ad legem falci. & quę sint illa quę in quartis
illis computantur. QVAESTIO.† Hanc quartam de- 18
trahit primus, hęres si sponte restituit hęreditatem fi-
deicommissario. Sed quid dicemus de secundo, si secū-
dus est rogatus restituere tertio, detrahet etiam secun
dus? Respondeo: si primus detraxit, detrahet secundus,
alias non, ff. eo. l. 1. inde Neratius. l. ex asse. & l. facta. §.
si cùm suspecta. Cessat autem istius quartæ retentio tri-
bus de causis. Prima si coactus adijt, vt ff. e. l. nam quòd.
§. quā

§.qui compulſua. Secunda, propter priuilegium teſtan tis, quia miles, vt ff.eo.l.Marcell.§.qui ſuſpectam. Tertia, vt dicunt quidam: quando princeps inſtitutua: ſed l.non dicit, licèt dicat quod princeps remittere cõſueuerit, vt ff.eo.l.ſi legarus.§. vlti. Nunc autem de quinto effectu videamus. ſcilicet quod hæres nec conuenire nec conueniri poſſit vltra quartam: imò ſi cõueniatur vltra, vel conuenit, exceptione repellatur:& repellat agentem, vt ff.eod.l.t.§.quanquàm. ſed licèt habeat exceptionem quãtum ad creditores, ſcilicèt quod ipſum pro quarta conueniant & non vltra: legata tamen & fideicommiſſa à ſolo fideicommiſſario petantur: niſi hæres plus habeat ſua quarta, & para fideicomm. non ſufficiet ad legata, vt C eo. l.vlti.& ff.eod.l.1.§.is quis quadringenta.& §. vlt. In eo autem caſu quando hæres deductis legatis iuſſus eſt hæreditatem reſtituere, tunc datur electio hæredi: vt aut nulla legata deducat, & caueatur ſibi à fideicommiſſario quod defendatur aduerſus legatarios: aut legata deducet de hæreditate. ſed hæc vera ſunt, niſi teſtator onus legatorum nominatim hęredi iniungat, ff.eod.l.Marcel. Sed hęc vera ſunt quãdo hęres quartam deducit. ſi autem rem aliquam ſingularem etiam ſi quartam faciat, in nullo creditoribus reſpondebit: quia rem illam non habet vt hęres, ſed vt legatarius, vt Inſtitu.de fideicommiſſ. hęredi.§.ſi quia aliqua re.† QVAESTIO. Sed quid ſi res illa non ſufficiat ad quartam, poteſt ne petere ſibi ſuppleri. Reſpondeo:
20 poteſt, vt ff.eo.l.1.§.ſi hęres percepto.† QVAESTIO. Sed an teneatur creditoribus & legatarijs reſpondere? Reſponden: quòd non, vt ff.eo.l.1.in ſi. poſſet tamen diſtingui ſecundum quoſdam, vtrùm habeat ea defuncti voluntate quartam, & ſic teneatur legatarijs: an non, vt tunc non teneatur: putat tamen dominus meus idem in vtroque caſu: & magis eſt ſubueniendum hęredi, quando ea voluntate defuncti detrahit quartam, vt ff.ad legem falcid.l.Titia. nam ibi de quarta Trebellianica loquitur. Dominus meus ſic diſtinguit, vt pro ea parte quam petit ſibi ſuppleri, teneatur creditoribus, pro alia non, quia pro legato eam habet, vt Inſtitu.eo.§.ſed & illud intereſt. hoc not. dominus meus in ſumma tit. iſtius. Reliqua copioſè quęre in prędicta ſumma: ego tamen quædam ſumpſi ex illa vt potui & quædam vtilia hic tractaui quæ in illa ſumma non inuenies.

De ſenatuſconſulto Pegaſiano. Rubrica.

1 *Senatuſconſultum Pegaſianum quo tempore factum fuerit.*

1 OLIM † fuit quoddam ſenatuſconſultum Pegaſianum, quòd factum fuit tempore Veſpaſiani, Augusti, Pegaſo, & Puſione conſulibus: & fuit factum poſt ſenatuſcon. Trebel. Verùm mirabiliter Iuſtinianus ordinauit: quia ſubſtulit Pegaſianum & introduxit Trebellianum, quòd fuit antiquius: & quicquid boni fuit in Pegaſiano totum tranſtulit in Trebelli. & fecit ſecundum quod ſibi placuit: nam econuerſo debuit fieri, cum quia Pegaſianum poſterius: tum quia & retentio quartæ & tranſlatio actionis ex illo ſenatuſconſulto Pegaſiano fiebant: ſicut hæc omnia leguntur Inſtitu.de fideicomm. hæredi. Simile fecit Iuſtinianus, qui remouit actionem recepticiam, & induait actionem de conſtituta. vt C.de conſtitu. pecun.l.s. Remouit actionem rei vxo. & induait acti. ex ſtipulatu. transferendo quicquid vtilitatis erat in actionibus primitiuis: cùm ita benè ſonet actio recepticia & rei vxo. ſicut ſonat actio ex ſtipulatu, & de conſtituta, vt C. de rei vxo.act.l.vnic.& ideò cùm hoc ſenatuſconſultum hodiè locum non habeat: ideò circa illud non inſiſto.

De ſenatuſconſulto Tertulliano. Rubri.

1 *Senatuſconſultum Tertullianum vt locum habeat, quot requirantur.*
2 *Fratres ex altero tantùm parente coniuncti, an ex ſenatuſconſulto Tertulliano cum patre & matre ſuccedant.*
3 *An ſi ſupereſt, & frater ex vtroq; parente coniũctus, an æqualiter ſuccedant, vel quis cui præferatur.*
4 *Libellus in S.C. Tertulliano, quomodo fiat.*

INVENTVM eſt ſenatuſconſultum aliud quod vocatur Tertullianum, quòd factum fuit temporibus diui Adriani, conſule Tertullo. licèt primò D.Claudius de hoc tractatum induxerit: & ideo fuit inuentũ: quia l.11.tabu. agnatos cognatis præferebat, matrem à ſucceſſione filij, & filium à ſucceſſione matris ex toto repellebat, niſi iuuaretur de iure prætorio: poſteà diuus Claudius dedit matri ſucceſſione filij, & fuit primus Tertullius: poſteà dedit ſucceſſionem matri ingenuæ: ſi haberet ius trium liberorum: libertinæ ſi haberet ius quatuor liberorum: hodiè per Iuſtinianum datur ſucceſſio matri ingenuæ & libertinæ: ſiue ſit tereniaa, ſiue non: vt hęc leguntur Inſtitu. ad Tertullianũ. a
† Vnde ad hoc vt iſtud ſenatuſcon. locum habeat, multa ſunt neceſſaria. Primum quòd illa ſit mater, quę vult ſuccedere: ſiue ſit ingenua ſiue libertina: ſiue cõtraxit matrimonium: ſiue ſit concubina: ſiue etiam ſit meretrix, dummodò non ſit illuſtris mulier: quia tunc illa non ſuccederet filio niſi eſſet natus ex legitimo matrimonio: & eſt ratio: quia mulieribus illuſtrib[9] ſatis iniurioſum eſt ſpurios nominare: quibus obſeruatio caſtitatis præcipuum debitum eſt, vt ff.eo.l.1.& s.in prio ei.& Inſtitur.eod.titul.& C.ad ſenatuſconſul. Orficianum.l.ſi qua illuſtris.ſed l.illa, ſi qua illuſtris. videtur loqui quando illa perſona illuſtris filios habebat ex iuſtis nuptijs quæſitos: imò etiam mater ſerua tempore mortis, filijs ſuccedet: ſi fortè mora facta fuit in pręſtãdam fideicommiſſaria libertate vel ſi apud hoſtes edidit, & cum eo redit vel redempta eſt. mater autem quę aliquo tempore fuit ancilla, dummodò aliquo tempore fuit libera, vel quando concepit, vel quando parit, ſuccedit filio: dummodò illo tempore quando vult ſuccedere inueniatur libera, vt ff.codẽ.titu.l.2.§. filius.& C.de his qui.vt indig.l.pen. Secundum, quòd filius ille decedat & pubes: alioquin ſi impubes excluderur mater, ſi infra annum non petijt illi tutorem, ſicut optimè diſtinguitur ff.eo.l.2.§.ſi mater tutorem. vſque ad ſi.& ibi de hac materia in ipſo textu plenè inuenies: & etiam omnes quæſtiones quæ notari poſſent ff. qui petãt tu.l.s.& l.vlti. Et quod dicitur C.eodẽ.tit.l.1. quòd mater filio infanti ſuccedat, intellige, vel quando habet tutorem. id eſt, quando mater petijt, aliàs non ſuccedet. Item adhuc ita attende iſta eſſe vera, ſi mater nõ petijt tutorem, quòd repellatur à ſucceſſiõe filij, ſi filius moriatur impubes: alioquin ſi moriatur pubes, non repellitur propterea mater, vt C. eodẽ. l.matres quæ puberes. ſed quę eſt ratio? Reſpõdeo talis: quòd quando moritur in pupillari ætate præſumitur mortuus, propter negligentiam, quòd non habuerit tutorem. Tertium eſt neceſſarium, quòd filius pubes moriatur ab inteſtato: alioquin ſi ex teſtamento: aut mater eſt inſtituta, & ſic de iure ciuili ei ſuccedit: aut eſt præterita vel exhæredata, & tunc habet alia auxilia, ſcilicet querelam, vt ſuprà de querela inoffici.teſtam. notaui, quòd enim hoc ſenatuſcon. locum habeat ab inteſtato dicit ff. eod. l.2. §.ſi mater tutorem.& l.ſi quis inteſtatus. & C.eod.tit.l. vlti.& Inſti.eod.tit. Quartum, quòd filius, qui moritur non habeat filium vel aliquos deſcendentes: filij enim defuncti ſeu deſcendentes matri præferuntur, & olim & hodie, de aſcendẽtibus autem ſicut de patre & auo, quicquid fuerit olim: hodie ſimul ſuccedit mater & pater filio defuncto ſine liberis: parentes, id eſt, pater & mater, ſi ſoli ſint, id eſt, ſine fratribus, ſuccedunt. de venientibus ex linea tranſuerſali videtur hodie. quicquid fuerit olim, quòd ſi ſuperſint fratres ex vtroq; parente coniuncti, ſiue ſorores, quòd ſuccedant æqualiter cum eiſdem hæreditate æqualiter cum eiſdem hæreditate æqualiter pro virili portione inter eos diuidenda: ita quòd pater nullum vſumfructum habeat in portionibus illorum filiorum, vt in Authent.de hæredib.ab inteſta.col.9. §. conſequens autem.& eſt poſita in C.eo.tit.Auth. defuncto. vbi nulla ſecundum nu-

ptiarum fit mentio. verbum est le. non princi. quasi di. le. ita loquitur istud Authen. quòd mater succedat, vt non fiat mentio secundarum nuptiarum, id est, quia si mater seu pater conuolauerit ad secundas nuptias: iure seruantur illa iura, quæ sunt in Authent. de nupt. coll. 4 §. hinc nobis. si enim esset verbum principis, omnia illa iura de nuptijs quæ loquuntur de hac materia tollentur: cum istud Authent. sit posterius. † QVAESTIO. Sed quid si sint fratres ex altero tantum parente coniuncti? non credo illos cum patre & matre succedere: quia Authen. de fratribus ex vtroque parente coniunctis facit mentionem: sic locum habet lex, quæ si in vno casu permittat, in alijs vetat, vt ff. de iudici. l. cum prætor. & C. de procur. l. maritus. QVAESTIO. † Quid si superest auus & frater ex vtroque parente coniunctus succedunt æqualiter, vel quis præfertur? Respondeo, dominus M. voluit vt fratres coniuncti ex vtroque parente excludant auum, & argomentatur sic, fratres simul succedunt cum patre & matre, vt dixi: at cùm pater & mater excludant auum, ergo fratres excludunt auum. Domino tamen Al. visum est contra, & dicit æqualiter admitti oportere cum auo. & argumenta Domini M. per talem instantiam tollit: filij naturales ab intestato excludunt consanguineos quantum ad duas vncias. sed vxor excludit filios naturales. ergo vxor consanguineos excludit: quòd non est verum: sicut hec leguntur in Authent. quib. mod. na. effic. sui. & est in C. de naturalib. lib. Authen. licèt. Mihi videtur verior sententia Domini Al. & hac ratione: quia cùm tàm auus quam frater ex vtroque parente coniunctus sint in secundo gradu defuncto, de iure est quòd vterq; ad successionem admittatur. & argum. Domini M. non impedit. nam lex maximam gratiam facit fratribus, qui eos insimul cũ patre & matre admittat, qui sunt in primo gradu. Item instantia domini Al. nõ est bona. nam vxor non præfertur filijs naturalibus, sed eos excludit. q. d. vxor non succedit ab intestato marito suo, vt C. quor. bonor. l. constat. sed ideò excludit: quia si defunctus habuit vxorem filij non erunt naturales tales qui possint succedere: sed erunt omninò illiciti: & sic his consideratis hodie nouo iure constat quòd omnia quæ in l. vlt. C. ad Tertul. leguntur, corrigantur. Sed licèt hodie mater succedat filio per Tertul. vt dixi, intelligas hoc esse verum nisi persona defuncta reliquerit filium nepotem, vel aliquem descendentem: tunc enim illi præferuntur matri & olim & hodie, vt Institu. eo. tit. & C. eo. & ff. eod. l. 2. & in prædicta Authen. defuncto. Verùm quòd legitur ff. eod. l. 2. quòd filius adoptiuus emancipatus matri præferatur: intelligas, quando erat filius legitimus & naturalis: & fuerat emancipatus à patre. bene scis, quòd alio modo honestè in potestatem redire non possit, nisi per adoptionem. ff. de adopt. l. qui liberatus. de quo filio dicit l. quòd non videatur translatus, sed redditus: & per imaginem naturæ veritas nõ obumbratur, vt ff. de liberis & posthu. l. filio. alioquin si de alio adoptiuo emancipato velles intelligere, non esset verum: quia hodie filius adoptiuus extraneus emancipatus ab intestato nullum ius habet ad bona patris, vt C. de adopti. l. vltim. Item attende, quòd ita demum filius filij matrem excludat, si sit natus vel nasciturus: quamdiu enim speratur de filio, quòd succedat: putà quia capitur ab hostibus, & speretur rediturus, mater non succedit: vel quandiu speratur, vt filius nascatur interim mater non succedit: imò etiam si fuit missa mulier in possessionem nomine ventris, & posteà nascatur filius, & decedat, non nocet matri. hoc etiam bonorum possessiõe accepta nomine furiosi, si ante decedat, quam fiat sanę mentis: quia mater admittitur. aliud est si tutor petierit nomine infantis: quia tũc matri nocet, non autem si petierit Carbo. hoc habes ff. eo. l. 2. §. liberi defuncti. & § si bonor. & §. si quis ex liberis. Item filius ita demum præfertur matri, si hæres existat. cæterùm si omittat matri non nocet: non enim debet habere nudum nomẽ hæredis, sed plenum re ipsa, ad hoc vt mater excludatur, vt ff. eo. l. 2. §. liberi. & §. si quis ex liberis. Itẽ ita demùm succedit mater filio, si filius nõ fiat libertus alicuius. nã si fiat seruus, quia fuit captus ab hostibus: vel patitur se venundari ad pretium participandum, & postea fiat libertus, mater nunquam eã succedit, vt ff. eo. l. 2. §. si filius vel filia. Ita demum succedit mater, si non patiatur maximam capitis diminutionem: propter mediam enim vel minimam, successio matri non aufertur. & hoc est quòd dicit l. quòd vetus hæreditas, id est, quæ defertur agnatis ex leg. 12. tabul. pereat capitis diminutione etiam minima, prętérquàm inter fratres, vt Institut. de leg. agna tu. §. fin. C. de leg. tu. l. frater. nouæ verò hæreditatea quæ ex l. prætoria vel Iustiniani hodiè, vel quæ per senatuscons. deferuntur capitis diminutione minima & media non perimũtur, vt ff. eod. l. 1. § capitis dimi. & Instit. ad senatuscõ. Orfici. † In hoc autem senatusconsul. concipiet mater sic libellum LIBELLVS. Peto ego M. mater Titij filij defuncti à Sempronio hæreditatem, quæ fuit ipsius mortui filij, & ab intestato per Tertul. senatus. success. & intento peti. hęreditatis. Sed non multum curo de isto libello: quia sufficit, si dicat cui ab intestato successi. &c. dic vt sup. de peti. hær. not.

De senatusconsulto Orficiano. Rubr.

1 *Senatusconsultum Orficianum vt procedat, quot necessaria sint.*

2 *Hæreditas patris quare potius debeatur filio quàm matri.*

SICVT mater succedit filio per Tertullianum: sic econuersò filius & filia matri succedit per Orficianum senatusconsultum, quòd factum fuit temporibus diui Marci, Orficio & Rufo consulibus, vt Instit. eo. tit. Sed † ad hoc, vt locum habeat istud senatusconsultum, multa sunt necessaria. In primis, quòd illa fuerit mater: & ille filius, siue mulier illa sit ingenua siue libertina, vt diximus in superiori senatusconsul. siue filius iste sit legitimus & naturalis, siue naturalis tantũ: imò etiam vulgò quæsitus: dummodò mulier illa nõ sit illustris, cui filius quæsitus vulgò non succedit: & hoc intelligas quando solus superest filius ille vulgò quæsitus: verum si superest filius legitimus & naturalis, ille præfertur, vt C. eod. tit. l. si qua illustris. & ff. eod. l. 2. & Institut. eod. & in Auth. quib. mod. natu effici. sui. quæ est posita in C. de natur. lib. Auth. licèt. Secundum est necessarium, quòd mater illa moriatur ab intestato, vt Insti. eod. & C. eod. tit. l. 1. Tertium, quòd filius ille in tempore quando succedit inueniatur integri status: cæterùm si inueniatur seruus, & postea liber fiat, non succedit. licèt in deportato sit secus: quia licet tempore illo quando debet succedere sit deportatus, tamen si posteà restituatur, succedit, vt ff. eo. l. 1. §. filius. &. hoc facit beneficium restitutionis: quia quantum potuit nomen deportationis in malo, tantùm nomen restitutionis in bono. vt C. de sen. pas. & resti. l. 1. & vlt. si non sic deportatus: quia insula non fuit illi assignata, vt ff. de le. 3. l. 1. si tamen sit capitaliter damnatus: vel locauerit operas suas vt pugnaret bestia: licèt de iuris rigore excluderetur. tamen ex humana interpretatione admittatur, vt ff. eo. tit. l. 1. §. qui operas. Habet etiam filius plus in successione matris: quòd si dicat etiam nolle se adire, nihilominus potest pœnitere vsq; ad annum: & poterit adire, dummodò alij agnati non adierint. sed quare possit pœnitere, & vsque ad annum, ratio redditur: quia verba sunt extensiua, quando dicit se nolle: quia bonor. possess. filij annalis est, vt ff. eo. l. filius. In hæreditate paterna repudiata filius auditur vsque ad triennium: dummodò alius qui admitteretur medio tempore non adiuerit, vt C. de repu. hæred. l. fi. & est ratio quare tempus prolixiùs concedatur pro hæreditate paterna, quia vt dicunt doctores nostri, hæreditas patris magis debetur filio quàm hæreditas matris: adeò quòd intelligitur dominus in vita patris, vt ff. de liber. & posthu. l. in suis. QVAESTIO. † Sed quæritur quare plus hæreditas patris debeatur filio, quam matri? certè nõ video, nisi qđ placuit de iure positiuo legislatoribus tẽpus ampliare. Sed est mirũ, quòd dicitur in illa l. filius. 2

quòd

quòd verba illa, nolle, sint extensiua: hæc vera sunt, si ita inueniantur scripta: sed quantum ad prolationem verborum vulgariter prolatorum, qualiter filius posset proferre verba, quæ viderentur extensiua. nam si filius dicit nolo hæreditatem adire, cum sit verbum præsentis temporis, quam extensionem habet? verbum enim infinitiui modi .s. nolle, si est extensiuum non est mirum: cùm modus infinitiuus omne tempus præsens præteritum & futurum comprehendat. Respond. etiá in vulgari, si filius dicit nolo adire: nihilominus habet illud verbum extensionem. q.d. nolo adire modo, posteà adibo, hoc etiá idem habeas econuersò in verbo, velle: nam in contractibus si quis promittat Stichum aut Pamphilum quem volet: etiam si semel vult dare Pamphilum, poterit mutare voluntatem, & dare Stichum: licèt si contineatur, quem voluero, non poterit posteà variare, vt ff. de verb. obli. l. si ita stipulatus. & ibi assignatur ratio prædicta: quia prima verba sunt exténsiua, & trahunt significationem a præsenti indicatiuo, quòd tractum habet: & ideò potest variare at cum dico, si voluero, illud futurum subiunctiui trahit significationé à præterito subiunctiui: & ideò variare non potest. In legatis autem secus: quia siue dicat testator lego Stichú aut Pamphilum quæ hæres meus volet: siue etiam dicat quem voluerit, ex quo semel elegit variare non potest. & hoc ideò, quia transiuit dominium in legatariú, vt ff de leg. 2. l. fideicom. §. si sic. & hoc notant Doctores nostri ff. de verb. oblig. l. si ita stipulatus. In hoc autem senatusconsul. concipiet filius sic libellum. LIBELLVS. Ago contra Titium qui possidet hæreditatem, quæ fuit Bertæ quondam matris meæ cui ab intestato per senatusconsu. Orficianum successi: vnde ab ipso hæreditatem peto. Sed quicquid sit, rectè proponitur libellus sicut notaui suprà de petit. hæredita.

De Senatusconsulto Rubriano. Rubri.

1 *Senatusconsultum Rubrianum vt veniat, quot exigantur*

2 *Libellus in S.C Rubriano, quomodo formentur.*

3 *Libertas si non fuit relicta, & obreptum fuerit pratori, quod relicta esset, & prator pronuntiauerit libertatem deberi, libertas non competit.*

4 *Iudex semper debet adijcere in sua sententia, quando pronuntiauit libertatem deberi: vtrum ille qui fuit absens, iusta de causa absens fuerit: an ex voluntaria, vel ex malitia.*

INVENI etiam quædam senatusconsulta quæ sunt pro libertatibus prodita: & ideò illa non omittam: & sunt 1. Rubrianum, Vitrasianú, Damusianum, Articuleianum, & Iuncianum. Et primò videamus de Rubriano. factum est illud senatusconsultum temporibus diui Traiani, Rubrio Gallo & Pisone consulibus. & sic à Rubrio vocatum est Rubrianum. & habét locum quoties fideicommissaria libertas relinquitur: & ille qui debet hanc præstare latitat: certè vocabitur per prætorem: & si venerit præstabit libertatem: si non veniet, habebit libertatem seruus, ac si directò esset manumissus, vt ff. de fideicommissa. liber. l. cùm verò. §. subuentum.
3 † Vnde ad hoc vt istud senatuscons. locum habeat, tot sunt necessaria. In primis, quòd libertas fideicommissaria relinquatur, & ab eo qui relinquere potuit: putà testator seruum habeat cui fideicommissariam libertatem reliquit: siue præstandam ab hærede: siue à legatario, vt ff. de fideicom. libe. l. cum verò. §. vlt. si autem sit relicta fideicommissaria libertas seruo alieno, tunc si legatarius fuit rogatus manumittere, & agnouit legatum, tenetur illi libertatem præstare, si erat dominus serui. Si autē non erat, ita tenetur si dominus serui vult seruum vendere: alioquin neq; hæres, neque legatarius compellitur: sicut optimè distinguit Marcel. ff. de fideicō. liber. l. generaliter. §. si quis alienum. & C. eo. l. deberi. Secundú est necessarium, quòd testamétum illud non sit ruptum: putà agnatione posthumi: tunc .n. neq; directè, neque fideicommissariæ libertates debentur, vt ff. eo. l. generaliter. §. ex testam. si autem testamétum non sit ruptum ipso iure, sed rumpendum posteà: putà per querelam tunc fideicomm. liber. nihilominus præstari debet, etiam si intra quinquennium dicatur inoffi. testamentum 20. tamen aurei sunt à quolibet præstandi hæredi: licèt in directis libertatibus sit aliud: quia illi non præstantur, vt ff. de inoffi. testa. l. Papian. §. vlt. & l. vlt. & l. si autem. Sed quare aliud in fideicom. quam in directis? Respódeo: quia fideicommissariæ duos habét auctores, scilicèt testatorem & hæredem: directæ vnú tantùm. s. testatorem. Tertium est necessarium, quòd ille qui debebat præstare fideicommiss. sit absens & latitet: cæterum si sit absens ex iusta causa, quòd in dubio semper præsumimus, non habet locum senatusconsul. vt ff. eod. l. cùm vero. §. vlt. & l. si eum seruum. §. 1 & §. si quis seruú. sed licèt non latitet, nec absens sit, sed præsens: non vult tamen venire, idem erit: vt in prędict. l. si eum seruum. §. 1. Quartum, quòd seruus sit hæreditarius, quem rogatus est manumittere, & sit quis absens: cæterùm si seruus non esset hæreditarius, non haberet locum senatusconsultum: sed haberet locum AEmilianú seu Vincianum, vt ff. eodem. titul. l. si eum. §. si quis tertium. Quintum, si ille qui debet præstare fideicommiss. libert. non sit præsens, sed absens, etiam si non latitet, euocari debet à prætore denuntiationibus, edictis & literis: & non intelligas quòd omnia ista sint necessaria .s. quòd fiat denuntiatio viua voce, posteà per edicta, & demum per literas: & sic, quòd omnia ista triá debeant interuenire, sed sufficit aliquod illorum, vt ita citetur & peremptoriè, sicut in alijs causis, & sufficit edictum seu denuntiatio emissa ad domum, vt ff. de iudi. l. ad edic. & ff. quæ senten. sine appel. rescind. l. 1. & C. de annal. except. l. vt perfectius. & si non sit talis citatio, nó habet locum senatusconsultum Rubrianum, vt ff. de fideicommis. liber. l. cùm vero. §. penu. & vlti. & l. si eùm seruum. §. 1. Sextum, quòd illo citato non comparente causa cognita prætor pronuntiet libertatem deberi, vt ff. eod. l. cùm verò. §. subuentum. Item locum habet hoc senatuscō. siue fideicomm. libertas erat præstanda purè siue sub conditione: & conditio extiterit, nisi hæres pręstet impedimentum quò minùs conditio existat: tunc enim seruus libertatem habebit, & hæres libertum amittet: quamuis alio iure sit habiturus eum: quòd sic intellige: quia si non præstitisset impedimentum verè conditio existeret, ipse haberet eum libertú quò ad omnia ac si ipse manumisisset eum: modo remanebit patronus, vt filius defuncti. Sed in hoc etiá alio modo punitur: quia si accuset libertum pœna capitis, aut petat illum in seruitutem, amittit bono. poss. cōtra tab. quam non amitteret, si non præstitisset impedimentum, etiam si accusaret libertum, vt ff. eo. l. si filius. §. erit Rubricano. OPPOSITIO. Sed non videtur, quòd sit aliqua pœna. nam est ius commune, quòd quicunq; petit libertum in seruitutem, vel accusat eum pœna capitis, amittat bonorum possessionem contra tabu. vt ff. de bon. liber. l. qui cùm maior. Respondeo: alij puniútur, non eoipso quòd accusent, vel petant in seruitutem: sed ità si vsque ad sentétiam procedatur: vt in prædict. l. qui cùm maior. hic autem punitur eoipso, quòd petit vel accusat, etiam si vsque ad sentétiam non processis. Multi tamen sunt qui & si fideicommissariam libertatem præstare debeant: tamen hoc senatusconsulto non comprehenduntur, sicut infantes, furiosi capti ab hostibus, & multi alij: de quibus habes mentionem ff. eod. l. neque. sed tunc habebit locum senatusconsultum Damusianum: vt in prædict. l. & infrà dicemus de illo senatuscon. specialiter. Quædam tamen quæruntur quæ sunt dubitatione digna. In primis an necessarius sit libellus ex parte illius qui petit libertatem? & pluribus videtur quòd sic. vt sic concipiatur libellus.
† LIBELLVS. Coram vobis domine prætor, domine iudex, domine magister iusti. conqueror ego R. quòd cú talis mihi in testamento suo fideicommissariam libertatem reliquisset, & vos feceritis citari Titium hæredé ipsius, qui mihi fideicommiss. liber. præstare debet, & non cóparеat, peto à vobis mihi libertaté præstari, vel 2

pronunciati mihi libertatem deberi.* Quòd sic rectè
concipiatur libellus dicit ff.eod.l.cùm verò.§.sobuen-
tum. OPPOSITIO. Sed tàm libello, quàm sententiæ iudi-
cis sic opponitur, quomodò petetur à iudice libertas
præstati vel deberi, & quomodò pronuntiabit iudex
libertatem deberi? nam non dicit à quo: & sic videtur
sententia incerta: nam cùm dico satisfiet tibi: & non di
co à quo, certè ista constitutio est nolla, vt in Authent.
vt cùm, de appell.cog.§.vlsi.col.7. & est posita in C.de
constitu.pec. Item seotentia incertum cootinens nolla
est, vt C.de sentent.quæ sin.cert.quantit.profer. Respó
deo: bona est petitio, siue dicas quòd debeas fieri viua
voce, siue per libellum, oon facio ibi maximam vim,
scilicèt quòd, daretur libellus: nam ea quo aduersari-
us noo comparet, qui peremptoriè citatus est vt suprà
diai, iudex optimè pronuntiat libertatem deberi: oe-
que iotelligas à se, nec ab hærede, oec respicit tempua
futurum, sed præteritum.q.d. ego pronuntio istum li-
berum, & libertatem sibi debitam, subaudi, ex testamē
to, scilicèt à testatore: & perinde habeiur ac si esset di-
rectò manumissus, vt ff.eod. l.cùm verò.§.subuentum.
& de boc vide optimam l.dicit testator legatario, volo
vt talem seruum tibi legatum manumittas & si non ma
numiseris, volo qoòd sit liber: inutiliter adijcitur i-
stud volo quod sit liber: quia ex primis verbis recipit
libertatem ea testamento, vs ff.eod.l.inuitus.§.vlti. Si-
mile babes aliàs in alijs sententijs: nam si indca pronū-
siat rem meam esse dum agerem rei vendicatiooe, non
dat mihi dominium: sed quòd fuit dubium declarat, vt
ff.de rei vendica.l.ex diuerso.§. vbi fundom. Idem in
seruitote si pro me pronnntiet io confessoria, non eno
stituit seruiturē, sed illà quæ fuit io dubio declarat, vt
5 ff.si seruit.veodicet.l.sicoti.§.distant.† illud autem oo-
sa quod si libertas non fuit relicta, & obreptum fueris
prætori quòd relicta esset, & prætor pronuntiauerit
libertatem deberi, libertas nō competit: & sic oon de-
betur libertas ea sententia, sed ea testamento, vt diai.
hoc babes ff. eod. l.cùm verò.§.subuentum. OPPOSI-
TIO. Sed opponitur: si libertas præstita fuerit quasi de-
bita ea codicillis, licèt codicilli sint pronuntiati falsi,
oihilominus præstita valet, nec renocatur, vt C. de fi-
deicommiss. libert.l.quamuis hoc idem babes Institut.
qui ma.poss.vel ono: quòd si libertas sit pręstita siue ve
ra siue falsa fuerit causa non retractetur. Item boc idē
habes ff.de eaceptio. rei iudica. l. 1. vbi licèt testamen-
tum dicatur ruptum, irritum aut nō instum, nibilomi-
nus libertas petitor quod plus est. hoc idem C.de ioof-
fic.testam.l.cum duobus. Sed contra ista insurgunt alia
iura, quæ dicunt, quòd libertas non debeatur: imò ipso
iure non valeat si testamentum rescindatur per quere-
lam, vt ff.de iooffic.testament.l.Papinian.§.si ea causa.
hoc idem. C. de petitio. hæredi.l.vltim.§.si autem li-
bertas.babita distinctione temporis: vt si iotra annum
obtineat ille qni agit petitione hæreditatis libertates
euanescant: si autem post annum, tunc libertates & di-
rectæ & fideicommissariæ competant: oisi testamētum
falsum probetur. Ad soluenda ista contraria diligen-
ter attēde, licèt multa scripta sios à doctoribus oostris:
quia forte posset etiā aliquis benè petitus de facili er-
rare, & videas diligenter io quo casu quælibet l.loqua
eor: licèt de eadem materia loqni videatur. Dicimus
ergo, quòd si sit obreptum prætori: vel si testamentum
sit falsum, vel rumpatur per querelam, quòd libertates
relictę non valeant. ista iura sunt vera & immutabilia:
Noo obstant cootraria. oam quòd legitur Institut. qoi
manomit.non poss. qoòd siue vera siue falsa fuerit cau-
sa &c. ita eaponimos, siue vera, id est iusta, siue falsa, id
est iniusta, quòd libertas data nō retractetur: alioquin
si esset causa falsa, retractaretur: vt in prædictis legib.
sicut & traosactio & sententia retractaotur, & etiam
testamentum: quæ ex falsis instrumentis vel rumore vi
res sompserunt, vt C.de transact.l.si ex falsis.& C. si ex
falsis instru. indic.l.falsam.& ff.de hæred.instito.l.Pa-
cumæuius.& argument. ff.de eacus.tuto.l.testameoto.
Item l.quamuis. C. de fidei. liber. oon obstat, quia ibi
libertas fuit data ab homioe & fortè à legatario, qui
fuit dominus manumissi illius: leges nostræ loquūtor,
scilicèt l.illa, de iooffic.testam.& de peti.hæredi.de li-
bertate imponenda per legem quòd impeditor si appa
reat falsum testamentum seu inoffic. & sic citiùs impe-
ditur factum legis, quàm factum ministri legis, vt aliàs
ff.qui sine ma.ad liber.perue.l.1.& 3.nam ibi si detur vt
manumittas, & me dantem pœniteat per legem liber-
tas oon imponitor: imò renocatur, verum si manumi si-
sti, etiam post pœnitentiam manumissio tenet, vt aliàs.
ff.de seruis ea port.l. quæsitum. Item si libertus alieoet
in fraudem legis, vt seminorem ceotenario faciat, ip-
so iure alienatio oon tenet: cæterùm si in faudem homi
nis, scilicet patroni alienatio tenet: sed oportet quòd
reuoccetur, vt ff.de iore pat.l.libertus. Item & si in sol-
oenda pecunia dies ab arbitro ooo appooatur, poterit
pœna purgari. si autem dies apponatur, pœna oon pur
gatur, vt ff.de arbitr.l.si dies. §. fin.l.Celsos.& io l.ista,
cùm verò.§.subuentom. qoare libertas non tenet, & si
fuit obreptum prætori. Respoodeo, qoia bic non datur
libertas à prætore, sed à testatore. Item in l.illa, quam-
uis. non est maaimum damoum hæredis: quia babebit
50.aureos ab illo liberto, qui fortè quaodo fuit seruus
non fuit dignus pretio maiori. Item l. 1. de eacept.rei
iudic.non obstat: qoia in illa l. oon fuit pronuntiatum
inofficiosum sed ruptum: putà, agnatione posthomi:
irritum, quia noo fuit adita hæreditas: iniustum, quia
solemnitatibus caruit: & ideò merito legata debebun-
tur: àt quando testamentom est falsom, nollum est, vt
ff.quemadmod.testa.aper.l.1.& ff.de verbor. signific.l.
Paulus. Item quando resciouditur per querelam, simili-
ter nullum fingitur suisse, vt ff.de vulg.& pupil.subsit.
l.io substitutione.& de inoffic.testam.l.eum qui.§.vlt.
vel io l.1.de excep.rei iodic. contingit, quòd hæres col-
luserat quando egit: vel fortè, quando non egit hæres,
sed legatarius. vnde alijs legatarijs noo præiudicas.
& boc dicit principi. l.illius. & dicit dominus me-
os, quòd hæc solutio æqoitate gaudeat: causa enim le-
gatariorum ex testamento & ab hęrede pendet, vt ff.de
pigno.l.si superatus.de collu.hæredis habes optimum
arg.ff.de leg.1.l.si seruus plurium. Item l.cum duob.de
inoffici.testam.noo obstat: quia ibi contiogit propter
duo: & quia pro parte suit rescissum testamentum: &
pro alia parte non: vnde pro illa parte qua non fuit re-
scissum, debet præstari libertas: & quia res est indiui-
dua, oportet quòd insolidom præstetur, soluta parte
pretij illius serui quanti æstimetur illi cohæredi, quā
obtinuit ab illo qui libertatem præstat, vt ff.de lega.2.
l.cùm filius.§.2. OPPOSITIO. Sed oppooitur, rupto te-
stameoto agnatione posthumi fideicommissariæ liber-
tates non debentur: neque locum babet senatusconsul
tum Rubriao.l.generaliter.§.ea testameoto. quomodo
ergo tàm fatuè loquitur l.1.de eacept.rei iudic. in qua
dicitur: quòd si testamentum ruptum sit, quòd libertas
peti possit &c.& etiam alia legata. Respondeo, opor-
tet de necessitare, quòd intelligas vel agente legatario
& non hærede: vt dicit princ.& finis.l.illius. vel quao-
do egit hęres & collusit: alias secus, vt diai: QVAESTIO.
Sed illud quæritur. quare diai in libello, quod propo-
oam coram quolibet iudice illum libellum? Respon-
deo, noo oisi coram illo, quia habet cognitionem merī
vel miati imperij. & propterea verba senatus de præ-
tore loquontur in l.cùm verò.§.subuentum. ff. eo. cau-
sa eoim liberalis maximum esposcit iudicem, vt C.de
peda.iudi.l.placet. magistratus autem municipales de
hoc non cognoscent, vt ff.ad municip.l.ea quę.& l.ma-
gistratus.† In fine huius senatusceōsulti nota quod sem- 4
per iudex debet adijcere in sua sententia, quando pro-
nuntiat libertatem deberi: verùm ille qui fuit absens,
iusta de causa fuerit absens, an ea volūtaria, vel ea ma-
litia: vt per hoc sciatur cuius sit libertus iste, cui liber-
tas competit: si ex iusta causa, erit libertus absentis: si
ea malitia erit libertus orcinus, ac si esset in testameo-
to directò manomissus, vt ff.eo.l.si legatario. §.vlti.

De Senatusconsulto Vitrasiano. Rubri.

1 *Senatusconsultum Vitrasianum, quando locum habeat.*

2 *contra Socios cohæredes dabitur actio alijs cohæredibus ad similitudinem actionis in factum, quæ ex re iudicata oritur.*

EST & aliud senatusconsultum, quòd vocatur, Vitrasianum, quòd factom est temporibus diui Pij consule existentete Vitrasio, à quo credo vocari & denominari senatusconsul. Vitrasianum. Hoc senatusconsultum locum habet, quoties plures hæredes sunt instituti: & inter illos est vnus de hæredibus infans, qui fari noo potest: qui non fuit rogatus manumittere, sed alij cohæredes rogati fuerunt: quia contingebat quædam difficultas propter partem infantis quam habebat in serun, quam vendere non poterat, & sic impediebatur libertas, statuit senatuscósultum Vitrasianum, & hoc etiam diuus Pius Cassio Destro rescripsit, vt partes seruorum quibus est data libertas iusto pretio æstimeotur: & sic seruus manumittatur ab his qui rogati sunt illum manumittere: & isti qui manumittút dabunt illi infanti eorum cohæredi, & alijs etiam cohæredibus partem pretij & isti erunt obligati: ita
1 poterit agi cum eis ac si ageretur ex causa iudicati, vt ff. eod l. cum quasi. §. si plures. Item † locum habet hoc senatusconsultum etiam in alijs casibus in quibus impediebatur seruus si fideicommissaria libertas ei relinquitur purà, quando hæres, qui debebat manumittere, erat furiosus vel solus, vel si alios habebat hæredes qoi rogatierant manumittere, & furiosus nó erat rogatus manumittere, qui non possunt excusari si dicant: nos sumus in tali coudicione, quòd uon possumus manumittere propter furiosum cohæredē nostrum, qui mutus & surdus est: certè in omnib⁹ istis casibus subuenit senatusconsultum Vitrasianum, vt sic procedatur, sicut de infante diximus. Item subuenit prædictum senatusconsultum & in alijs casibus: putà, quádo rogatus erat hæres manumittere, & ille ab hæreditate abstinuit. Itē & si minor 25. ann. fuit hæres institutus qui adiuit, & posteà abstinuit, qui rogatus est manumittere: io omnibus istis casibus non erat qui manumitteret. & sic impediebatur libertas illius, qui debebat manumittere, subuenit hoc senatusconsultum Vitrasianum, vt ille fiat liber, & prætor pronuutiet eum liberum. & nó erit libertus illius, qui debuit manumittere: sed erit libertus orcinus, vt ff. de fideicommiss. liberta. l. cum quasi. §. in furiosi. In casu tamen excogitaro non suboenitur libertati per senatusconsultum Vitrasianum. sed per rescriptum diuorū Marci & Seueri. Verbi gratia: duo sunt instituti hæredes, vnus moritur sine hærede, alter abest ex iusta causa: perinde subuenitur, vt ille fit liber, ac si ille solus debuisset manumittere, qui ex iusta causa abest: dum ramen hæres decedentis non sit vel tēpus deliberandi transeat: quia forté deliberare vult ff. eo l. cum quasi §. vltim. Item & alij casus ootantur in quibus per senatuscoosultum Vitrastanum subuenitur fideicommissariæ libertati: vt putà, solus hæres qui fari non potest, qui rogatus erat mauumittere, vel pupillos habens tutorem, & tutor nnn vult mauumittere. In his casibus etiam diui fratres, forte Marcus & Seuerus, de quibus prope diximus, subuenerunt, vt perinde fit liber, ac si pupillus manumisisset tutore aurhore. Sed quomodo erit liber? hoc modo, adibit prætoré, & prætor pronunciabit libertatem deberi: adeò vt si quidam ex rogatis sint præsentes, alij latitent, alij sint absentes iusta de causa, & persona infantis intercedat, & præsentes se excusent, forte propter personam infaotis: propter abseotes & latitantes optimum remedium adinuenet diuus Pius vt iste liber efficiatur, & sit libertus infantis & absentium ex iusta causa & præsentium, vt ff. eo. l. cum quasi. §. 1. & 2. Et nota, quòd lex illa tota loquatur de Vitrasiano senatusconsulto. In hoc senatusconsulto intelligeres libellum & ipsam sententiá prætoris, & ferè omnes quæstiones quas in superiori no-
2 tauimus. Vnde † oota quòd est dignum notatu: quòd cótra socios cohæredes dabitur actio alijs cohæredibus, ad similitudinem actionis in factum, quæ oritur ex re iudicata & erit similiter in factum: & est datiua, oon natiua. sicut & aliæ. C. de transac. l. cùm mora. & ff. de pact. l. iurisgentium. §. 3. Sed qualiter æstimabitur seruus? Respond. forte secundum l. si duob. C. de communia de leg. vel secundum. l. 1. C. de commun. ser. maou. vel forte arbitrio iudicis.

De senatusconsulto Dasumiano. Rubr.

1 *Senatusconsultum Dasumianum in quibus casibus locum habeat.*

INVENTVM fuit & de summa necessitate aliud senatusconsultum quòd vocatur Dasumianum: à Dasumio consule, quòd factum fuit temporibus diui Adriani: vt puto. argum. ff. eod. titu. l. in fideicommissa-
rijs. † Et locum habet in his casibus: ecce rogatus erat 1
quis manumittere, siue hæres siue legatarius: erat absens iusta de causa: de iure communi contra absentem iusta causa procedi noo potest. & si procederetur, daretur restitutio, vt ff. de damn. iofect. l. si finita. §. si forte. Item in casu isto non poterat dari restitutio, maximè contra libertatem iam competentem: quia nec etiam minor restituitur contra libertatem iam competenté, vt C. si aduers. liber. l. 1. & 2. & ff. de minorib. l. verum. in hoc caso subuenit senatusconsul. Dasumianum vt iste seruus perinde fiat liber, ac si ipse manumisisset eū, vt ff. de fideicommiss. liber. l. non tantum §. senatus cósult. & §. abesse. Sed cuius erit libertus? Respondeo: absentis ex iusta causa: quia oon debet ei eripi libertus, qui fraude caret, vt ff. eodé. l. neque infaotes. §. 1. io fin. Sed coutradicit ff. eod. l. in fideicom. vbi dicitur, quòd fiet liber, & libertos defuncti: sed intelligo l. illam in eo qui oon est abseus ex iusta causa, sed ex voluntaria. Item etiam in alijs casibus locum habet hoc senatuscósultum, putà, si est infans qui debuit mauumittere, furiosus, ab hostibus captus: vel ille qui tenetur causa religionis, aot alia houesta vt veoire non possit. Item si aliqua calamitas rei familiaris, aut capitis, aut periculum famæ, aut similis causa moretur. Item si est pupillus, qui tutores non habet, aut habet & forte vna de illis causis teneutur tutores: vel forte per malitiam sunt absentes: in omnibus istis casibus habet locú senatusconsultum Dasumianom: & forte illis libertus non eripietur. ff. eod. l. ueque infantes. & in hoc differt istud senatusconsultum à superiori, quòd etiam de infante & furioso loquatur: quia illud loquitur, quando illi cum alijs sunt admixti: & quando non erant rogati manumittere, sicut ibi dixi: vel si in aliquo casu concordens, nó est absonum. Illud autem nota, quòd si aliquis per procuratorem defendatur, videatur ex iusta causa abesse: & ideò libertus ei non eripietur. q.d. pronuntiabitur liber ille seruus: verumtamen erit libertus illius qui defenditur.

De senatusconsulto Articuleiano, Rubrica.

1 *Senatusconsultum Articuleianum quando factum fuit.*

NVNC de senatusconsulto Articuleiano videm⁹:
quod senatusconsultū factum fuit, vt puto tē- 1
pore diui Adriani: quia expressim cuius tempore fuerit factum non habemus, seu non inuenimus. & à conditore Articuleio: denominatur: & omnia habēt locum, quæcunque diximus in prædictis senatusc. Propter vnum tantùm fuit factum hoc senatusc. ecce rogatus erat aliquis manumittere, hæres vel legatarius, qui non suberat illi præsidi, in cuius prouincia fuerat testator, vel de qua prouincia erat seruus ille, qui libertatē petit: & sic uon poterat compellere illum qui debebat manumittere quia extra territorium ius dicenti impunè non paretur, vt ff. de iurisd. omn. iudi. l. vltim. & sic de iure communi impediebatur libertas: subuenit istud senatusconsult. vt fauore libertatis cognoscant præsides & de libertate pronuntient: licèt hæres noo sit de sua prouincia, vt ff. de fideicommiss. liberta. l. non tantùm. §. Articuleiano.

De Senatusconsulto Iunciano. Rubri.

1 *Senatusconsultum Iuncianum, quando locum habeat.*
2 *Abesse semper ex iusta causa quis praesumatur, nisi cõtrarium apparuerit*

EST & aliud senatusconsultum, quòd vocatur Iũcianum, & factum est fortè temporibus diui Pij: quia quo tempore factum fuerit non inuenimus: factum autem fuit AEmilio Iunco & Iulio Seuero consulibus: sic à Iunco vocatum est Iuncianum.
1 Et habet † locum quoties quis relinquit fideicommissariam libertatem seruo, qui non erat suus: vt siue hæres siue legatarius qui rogatus est manumittere sit præsens, & nolit manumittere: siue sit absens ex iusta causa: siue latitet: quia qui præsens est, & non vult manumittere pro absente habetur: sicut hæc probantur ff. de fideicommissa. liber. l. si enim seruum. §. si quis seruum.
2 & l. non tantum. §. sed & si non hæreditarium. † Illud autem nota quòd quia dicatur ex causa iusta abesse, si est non apud ædem suam & domicilium: & semper præsumitur quis ex iusta causa abesse, nisi apparuerit contrarium, vt ff. de fideicommi. liber. l. si cùm seruum. §. si quis. & §. vlt. & omnia ferè quæ dicta sunt in superioribus senatusconsultis proximis, hic intelligantur repetitia.

De constitutionibus quæ eripiunt seruum in libertatem, & primò de constitu. Iustiniani. Rubrica.

1 *Constitutionum multiplicium authores.*

SICVT & ista quinque senatusconsulta libertati subuenerunt: ita subuenerunt 7. constitutiones Imperatorum. (& vnum aliud senatusconsultum, cuius nomen non habemus) per quas ad libertatem per-
2 uenit aliquis sine manumissione. † Prima est constitutio domini Iustiniani. Secunda est constitutio Imperatoris diui Adriani. Tertia constitutio est diuorum fratrum Marci & Commodi, scripta in semestribus. Quarta constitutio est diuorum fratrum Marci & Commodi, missa ad Aufi. Victorinum. Quinta constitutio est diuorum fratrum Seueri. & Antonini, missa ad Vibium Maximum. Sextum est edictum diui Claudij. Septimum edictum diui Vespasiani. Octauum est senatusconsultum, cuius nomen non habemus. Meritò ergo de his cõstitutionibus in serui: vt sicut prima quinque senatusc. libertati subueniunt, sic & ista. Videamus ergo de singulis. Et primò de constitutione Iustiniani, quando habeat hoc locum: habet locum constitutio Iustiniani in multis casibus qui numerantur in constitutione ipsius Iustiniani. C. de lati. libe. tol. l. vnic. Primus modus dicitur quando dominus seruum ægrotum non collocauit in venerabilem Xenonem: neq; alij eum commendauit: neq; soluta salaria ei præbuit, cõstitutio ipsa Iustiniani eripit eum in libertatem: vt in prædict. l. §. sed & scimus. Secundus modus, quando ancillã alienauit, ne prostituatur: & emptor posteà prostituit, per legem Iustini. in libertatem eripitur: vt in eo. l. §. simili modo. Tertius modus est, quando seruus pileatus antecedit cadauer domini: vel corpus defuncti domini sui ventilat, ipsa constitutione in libertatem eripitur: vt in eo. l. §. sed qui domini funus. Quartus si testator manumittat seruum in testamento, & adijciat illum velle esse latinum, superuacua erit illa adiectio, & erit ipse liber. vt in eod. l. §. illo proculdubiò. & sic sola adiecto vitiatur. vt ff. de verbor. oblig. l. quæ extrinsecus. & de aqua quoti. & æsti. l. 1. item Labeo. Quintus modus, vt si dominus superauerit seruum in iudicio, & alius pro ipso seruo pretium obtulit domino, & dominus receperit, incontinenti fit ciuis Romanus: vt in ea. l. vnica. §. illud etiam satis. Sextus, vt si dominus ancillam suam collocauerit matrimonio alicui libero: & dotalia instrumẽta sint confecta, statim ancilla libertatem cõsequitur, vt in eo. l. vnic §. sed & si quis alicui. Septimus modus est, vt si dominus seruũ suũ nominauit apud acta filiũ, incõtinenti fit liber: vt in ead. l. §. simili quoq; modo.

De constitutione diui Adriani. Rubrica.

1 *Ancilla si ipso iure libera est, ex quo prostituitur, quare iudicium coram vrbis præfecto ordinetur.*
2 *Ancilla quæ prohibetur prostitui, in taberna esse non potest.*
3 *Libellus in Constitut. D. Adrian. quomodo procedat.*

SECVNDA constitutio est diui Adriani quoties ancillam tibi vendo: vel alio quocunque cõtractu tibi trado sub hoc pacto, ne prostituas illam statim illa prostituta incontinenti erit libera ipso iure, non liberanda per sententiam, adeò quòd si venditor seruauit sibi manus iniectionem, & posteà prostitutioni cõsentiat, nihilominùs fiat libera, vt C. si man. ita vænie. ne prosti. l. imo si seruauit sibi manus iniectionẽ, si prostituta esset: & illa prostituta manus iniectionem vendiderit, ancilla erit libera, vt ff. qui sine ma. ad lib. proue. l. Imperator. adeò est libera ipso iure, quòd etiam si verba apponantur: vt si prostituta esset sit libera illa verba nihil prosint ad libertatem obtinendam, vt C. tit. l. mulierem. quare ergo illa verba ponuntur? Respõdeo: causa melioris intellectus: nam & si non apponantur illa verba, bene intelliguntur, vt aliàs ff. de manu. vind. l. manumissio per lictores. QVAESTIO. † Sed quæritur si ipso iure ancilla libera est ex quo prostituitur 1
quare ordinetur iudicium coram præfecto vrbis, vt in l. 1. C. si man. ita vænie. ne prostituat. & qualiter ordinetur iudi. in l. 2. tit. illius. Respondeo: in l. 1. ideò adhibetur cognitio: non vt pronontietur ancilla liberanda, sed pronũtietur libera: sed ad hoc adhibetur cognitio illa vt sciatur an dominus qui seruauit sibi manus iniectionem, consenserit prostitutioni, nec ne. vt si consenserit non abducat, sed pronuntietur ancilla libera. Itẽ adhibetur cognitio propter aliud, vt sciatur an illa ancilla fuerit prostituta: in l. 2. ideò adhibetur cognitio, quia ex alia parte negabatur ancillam venundatam fuisse sub tali pacto, ne prostitueretur, non ad hoc vt pronuntietur liberanda. † Illud autem nota quòd ancilla 2
quæ prohibetur prostitui, non possit esse in taberna: quia quoties aliquid prohibetur & id prohibetur per quod peruenitur ad illud, vt C. eo. l. vlt. & quare prohibeatur esse in taberna, ratio est: quia in illo loco dum miscentur vina incitatur luxuria: iuxta illud: Nolite inebriari vino in quo est luxuria: & adulteria solent exinde sæpius & prostitutio prouenire, vt C. de adul. l. quæ adulterium. Et concipietur libel. secundum quosdam sic. LIBELLVS. † Coram vobis domine prætor pro- 3
pono ego talis, quòd cùm Titius dominus meus vendidit me ancillam suam Seio, ne me prostitueret: qui a se ius me prostituit peto per vos me liberam pronuntiari. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit C. si man. ita fuerit alie. ne prosti. l. 1. Vel quidam dicunt quod fiat ista petitio viua voce: de quo non multũ curo. & dic vt in superiori rubr. nota. de senatus. Rubriano.

De constitutione diuorum fratrum Marci & Commodi, scripta in semestribus. Rubrica.

1 *Constitutio diuorum fratrum, quando locum habeat.*

TERTIA constitutio succedit: scilicet diuorũ fratrum Marci & Commodi, scripta in semestribus: & semestres ideo dicuntur: quia Imperatores nostri per sex menses dabant operam bello, & per sex mẽses dabant operam iuribus. hoc verbum has Inst. de excusa. tuto. §. item diuus Marcus. Et locum habet hæc cõstitutio, quoties do, vendo, vel ex alio contractu trado tibi seruum ea lege: vt cùm haberet 15. annos sit liber: licèt factum manumittentis non comprehendatur: tamen quo complebitur 25. annus: incontinenti ipso iure erit liber. vt C. si man. fue. ita alie. vt manu. l. iusta. & licèt posteà manumittatur per hominem, tamen nihilominùs ipso iure liber fuit: vnde illa manumissio in nullo præiudicat: sicut & aliàs natalibus nõ officit manumissio: vt in prædi. l. & Inst. de inge. §. vlt. adeò quod si post

si post 25. annos nascatur filius ancillæ qui debuit manumitti, ingenuus nascitur: vt in prædic. l. iusts. in fin. & sic constitutio ista facit aliquem liberum ipso iure: licèt nulla manumissio sequatur. quòd enim ad donatos & venditos seruos locum habeat constitutio prædicta, dicit l. 1. C. si man. ita sue. alie. vt ma. & hoc idē credo de omnibus constitutionibus. † Et nota diligenter, quod hæc constitutio tunc locum habet, vt dixi: quando factum manumissoris non comprehenditur, vt posui exemplum: verum si factum manumissoris comprehendatur: verbi gratia, do, vel trado tibi seruum vt emptor ipsum manumitteret: tunc locum habet sequens constitutio, vt in ea notatur: & hæc est differētia inter illa. Qualiter concipiatur libellus, dic vt supra.

De constitutione diuorum fratrum Marci & Commodi, missa ad Aufidium Victorinum.

Rubric.

1 *Tempus certum si non comprehendatur, infrà quod aliquis manumitti debet, quando dicatur manumittentem esse in mora.*

2 *Manumitti si aliquis debeat & sub pœna & infrà certum tempus, licèt non manumittatur in pœnam non committit.*

QVARTA constitutio eorumdem diuorum fratrū Marci & Commodi, missa ad Aufidium Victorinum, succedit. Quæ cōstitutio locum habet quotiens do, trado tibi, vel vēdo seruum vt manumitteres: si non manumisisti, locum habet constitutio diuorum Marci & Commodi, missa ad Aufidium Victorinum: & facit ipsum ipso iure liberum, vt C. si man. ita sue. alie. vt manu l. 1. QVAESTIO. Sed quæritur: quid differat ista constitutio à superior.? Respondeo in hoc: quia superior locum habet quando factum manumittentis non comprehenditur, verbi gratia: do tibi seruum & cùm habuerit annos 25. volo, quòd sit liber. hæc autem constitutio locum habet quando factum manumittentis debet interuenire. verbi gratia: Do tibi seruum meum, vt manumittas: si non manumisisti, locum habet constitutio præfata. & de his duabus constitutionibus loquitur legislator in duabus legibus quæ videntur inter se cōtrariæ. hoc habetur ff. qui sine ma ad liber. per. l. 1. nam in l. illa legitur: quòd si seruus sit venditus, vt intra certum tempus manumitteretur, etsi emptor & venditor sine hærede decedant, nihilominùs tamen libertas seruo competit, etiamsi venditor mutauerit voluntatem. at in eod. tit. l. 3. legitur: quod si vendo seruum vt intra certum tempus manumittas: ita demum libertas competit si venditor in eadem voluntate permanserit. Respondeo, illæ duæ leges non loquuntur de illis duabus constitutionibus: sed de vna: scilicet missa ad Aufidiū Victorinum, qua factum manumittentis comprehendebatur in quo ergo casu loquitur. l. 1. Respondeo: loquitur quando libertas fuit præstita ab homine, qui debuit manumittere: tunc pœnitentia venditoris libertatem à manumittente præstitam non impedit. libertatem autem præstitam vi & beneficio legis impedit. & in hoc casu loquitur l. 3. tit. il. iur. & facit pro hac solutione. ff. de ser. export. l. quæsitum. Vel in l. 1. prius libertas competijt & postea mutauit voluntatem: in l. 3. contra. Vel in 1. l. loquitur quado sine hærede decessit tam venditor quam emptor: & sic notat ibi dominus meus, sed prima responsio melior. QVAESTIO. † Sed quid si certum tempus non comprehendatur, infra quod debeat manumitti quando dicemus istum manumittentem esse in mora? Respondeo: optimè distinguit Paulus ff. qui sine manu. l. vlt. vt in præsente spacium duorum mensium: in absente quatuor. † Item illud nota, quod si aliquis debebat manumitti & sub pœna & infra certum tempus: licèt non manumittat, in pœnam non committit. sed quare? quia lex repræsentat factum illius, & facit eum liberum: sicut econuersò: promittis non manumittere seruum, & si manumiseris, dare decem nomine pœnæ. certè licet manumittas: pœna tamen non committitur. sed quare: quia manumissio iuris est. vnde cùm non potuit manumitti, pœna non cōmittitur, vt C. si man. ita sue. alien. vt ma. vel econtrà l. penul. & vltim.

De constitutione diuorum fratrum Seueri & Antonini, missa ad Vrbium Maximum.

Rubrica.

1 *Constitutio diuorum fratrum Seueri & Antonini vt locū habeat, quot necessaria sint.*

2 *Libellus in Constit. diuorum fratr. Seuer. & Anton. quomodo concipiatur.*

3 *Quæstio constitutionis diuor. fratr. Seuer. & Anton. tali coram quo vertatur.*

QVINTA constitutio succedit .s. diuorum fratrū Seueri & Antonini, missa ad Vrbium Maximum: quæ constitutio non facit aliquem liberum ipso iure: sed liberandum per sententiam. † Vnde ad hoc vt locum habeat hæc constitutio, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit seruus. Secūdo, quòd aliquis emat ipsum à domino ipsius serui. Tertium, quòd ille emptor sit imaginarius, id est, quòd de suo pretium nō soluat. Quartum, quod seruus ematur de suis nummis: suis dico, quantum ad conniuentiam oculorum. q. d. ex quo video te rem aliquam habere ex oculis conniueo, quod res illa sit tua. sic intelligit legislator: alioquin si strictè intelligeres, non posset esse: quia ista verba, meum, tuum, suum, illius, alterius, proprietatem respiciunt, & domino dant actionem, vt ff. de lega. 3. l. seruos. & ff. de rei vendic. l. solum. §. meum. & ff. de relig. l. 2. §. 1. & ff. ad Trebelli. l. si legatus. §. si quis bona. quæ omnia in seruum non cadunt: cùm seruus nihil habeat, nec habere possit: quia quemadmodum paterfamilias non habet peculium, ita nec seruus bona, vt ff. de verbor. signifi. l. paterfamilias: quia nihil possessus habet: quia quisquis habetur habere nulla potest: sed nō possidet: ergo nihil. quòd verbum, suis nummis, largissime intellige siue aliquis amicus serui dederit: siue alijs modis qui numerantur. ff. de manu. l. is qui se suis nummis. intelligas suis nummis, dummodò non emptoris. Quintum, quod ab initio istud agatur: vt imaginarius sit ille emptor, id est, vt nomen suum tantum accommodet, & nihil de suo impendat: adeò quòd siue dicatur vt eum manumittat siue non, nihilominùs competat libertas. Sextum, vt seruus sit talis qui possit ad libertatem peruenire, aliàs non erit liber: puta, si ille seruus debeat exportari vel prohibitus erat manumitti. Septimū, quòd seruus ille, qui venditur fuerit totus venditoris: alioquin si emptor fuit dominus pro parte: vel quia habuit vsumfructum: licèt emerit partem alteram, cùm constitutio non habet locum: nec etiam habet locum constitutio si duo serui redempti erunt: vno seruo redempto, ex proprijs nummis emptoris: alio ex nūmis ipsius serui. In primo non habet locum constitutio: in secundo sic. sicut hæc omnia probatur. ff. de manu. l. is qui se suis nummis. & hic est casus, vbi seruus iudicio potest interesse: licet alias de iure communi sit contra, vt C. de iudici. l. seruus. & hic est casus vbi auditur seruus contra dominum, vt ff. de iudici. l. vix ex certis. verùm caueat sibi seruus, nam si non probauit quòd intendit, in opus metalli dabitur, nisi dominus velit ipsum sibi restitui, vt ff. de ma. l. si quis dicat. Cùm enim ex hac constitutione non fiat seruus liber ipso iure, sed sit per sententiam liberandus: rectè concipietur libellus contra dominum suum illum emptorem, sic. LIBELLVS. † Coram vobis domine prætor propono ego talis contra C. dominum meum, quòd cùm me emisset à domino meo Sempronio 50. quæ ego illi subministraui: & sic fuerit imaginarius emptor: peto vt me manumittat: & ad hoc propono constitutionem diuorum fratrum Seueri & Antoni. missam ad Vrbium Maximum. Quòd sic rectè concip. libel. dicit. d. l. is qui suis nummis. & ff. de iudici. l. vix certis ex causis. multi tamen apponunt in libello & sic dicunt. Ego T. propono contra Seium dominum meum, qui cùm me emerit pro 10. à Sēpronio domino meo, quę ego illi subministraui, hoc actio inter me & ipsum quod deberet me manumittere,

& non manumisit: peto quòd me manumittat: ad hoc propono &c. & ad probationem huius libelli inducût iura prædicta: sed hoc non dico necessariò ponendum: quia fortè hoc non fuit expressum, nec actum, & quia etiãsi non esset actû, nihilominùs potest petere vt manumittatur, vt in l. prædicta, in versic. siue autem exprimatur. OPPOSITIO. Sed huic libello sic oppono: legitur quòd seruus non habeat communionem iuris ciuilis vel prætorij edicti, vt ff. qui testam. face. poss. l. qui testamento. §. seruus. Item quoad iure ciuile seruus habetur pro mortuo, vt ff. de reg. iur. l. quod attinet. at constitutio prædictorum fratrû est de iure ciuili: quomodò ergò dabitur ei qui est iuri ciuili incognitus: sicut aliàs in querela inofficiosi testamenti, quæ cùm sit de iure ciuili non datur emancipato, qui est iuri ciuili incognitus: vt not. suprà de querela inoffi. testam. & de bo. pos. cont. tab. Respõd. quod oppońis, locû habet de iure communi: illud tamen casualiter inducitur propter fauorẽ libertatis: prætoris enim libertati fauent, vt ff. de alie. iud. mut. caus. l. quia. & libertas fauorabilis res est, vt ff. de re iudi. l. libertas. & hoc dicit d. l. vix certis ex causis. & sic per ista soluitur quæstio alia, an seruus audiatur contra dominum. † Illud autem nota, quod locum habeat constitutio prædicta siue fiscus, siue ciuitas, vel priuatus cuiuscunque sexus vel ætatis sit: siue masculus sit, siue mulier minor, vel pupillus, qui emit. ff. de manu. l. 4. §. nihil autem interest. †

4 QVAESTIO. Item quæritur, coram quo vertatur ista quæstio? Respondeo, coram iudice, qui habet cognitionem meri vel mixti imperij. Romæ coram præfecto vrbis: in prouincia coram præsidibus: non ergò coram magistratib. municipalib. quia hæc causa maiores iudices exposcit, vt ff. de minor. l. si quis dicat, & ff. ad municip. l. ea quæ. & l. magistratus. & C. de ped. iud. l. placet.

De edicto Diui Claudij. Rubrica.

1 *Seruus quare fit liber ipso iure, qui est habitus pro derelicto, si sibi ægroto alimenta non dentur.*

SExtum beneficium, videlicet edictum diui Claudij succedit: quod locum habet, si patronus seu dominus seruum ægrotum non aluit, sed ipsum in infirmitate pro derelicto habuit: tunc ex edicto Diui Claudij competit ipso iure libertas. ff. qui sine ma. l. seruo. sed hæc libertas sic contingebat. s. latina: quia toto tẽpore vitæ erat liber: postea verò in morte ipsius succedebat patronus: quod hodie emendatum est per Iustinianum: vt ipso iure sit liber in vita & in morte: quod edictum Diui Claudij legitur C. de latin. liber. tol. l. vnic. §. sed & scimus. aliàs si seruus non sit ægrotus: licèt dominus non alat eum, nõ fiet liber ipso iure: licèt dominus ius quod habet, amittat, & hoc quidam argu. ff. pro derelict. l. Sempronius. nam ibi fuerunt denegata alimenta à Thedidi & Sempronio, qui se dicebat patronum: & tamen Thetis illa ancilla fuit posteà manumissa à Lucio Titio patre suo, qui dedit alimenta nutrici pro Thetide: dicitur ibi quod teneat manumissio: si ergò fuisset libera ipso iure, manumitti nõ potuisset, sed contrarium obtinet, quòd siue sit ægrotus, siue non, & Dominus seruû non exhibeat, ius quod habet amittat, & seruus fiat liber. hoc idem in filio in potestate constituto, quòd fiat sui iuris: & sic pater ius patriæ potestatis amittit: & est ratio, quia quomodò suum dicere poterit, quem manus impia pereûtem contempsit, hoc & in adscriptitio & colonariæ conditionis homine, adeò quòd si aliquis nutriuit eum, & profitetur se habere velle ius in illo, vt C. de infan. expo. l. 2. & l. vlti. hoc idem in liberto, quem patronus non aluit: quia & Diuus Claudius induxit, quòd amittat ius patronatus, & consequatur libertus liberam facultatem testandi, vt ff. de iur. patrona. l. Diuus. & C. de infan. expo. l. vnusquisque. & ff. de bon. lib. l. si patronus non aluit. & ff. de libe. agn. l. alimenta. secùs tamen est in validis mendicantibus, vt C. de valid. mendic. l. 1. lib. 11. QVAESTIO.

2 † Quæritur autem quæ sit ratio, quare seruus sit liber ipso iure, qui est pro derelicto habitus, si [illegible] ægroto alimenta non dentur: & ille seruus, qui accusatur crimine capitali, si dominus eum non defendat, licet non absoluatur, propterea non fit liber, vt ff. de statu homi. l. seruus. & ff. qui & à quib. ma. libe. non fi. l. [illegible]le seruu[illegible] § item nec ille. & ff. de publ. iudi. l. sciendum. Respondeo: in alimentis denegatis facit hoc pietas denegata, quòd sic dominus puniatur. At in illis legibus prædictis contingit propter maleficium quod dicebatur a seruo commissum: licèt enim domino permittatur defensio serui, vt ff. de accus. l. si seruum. tamen non compellitur: vnde si relinquat cum fortunæ, propterea nõ fit liber, vt serui caueant sibi ne delinquant, ponendo spem in defensione patroni: vel si patronus non defenderet, & fortè per iniuriam iudicis absolueretur, iam accusatione sui delicti consequeretur libertatem: nam iura nolunt, quod sit in pœna præmium, vt ff. solut. matrimon. l. si ab hostibus.

De Senatusconsulto Claudiano. Rubrica.

1 *Senatusconsultum Claudianum quando locum habeat.*
2 *Libellus in S. C. Claudiano, quomodo fiat.*

SEptimum beneficium ponitur & sine nomine: sed fortè posset appellari Sillianum seu Claudianum quæ tractant de vindicanda domini nece, vt [illegible]iximus suprà de Senatusconsulto Sillania. † Hoc Senatusconsult. locum habet, quoties seruus instituendo actionem vindicauerit necẽ domini: & sic puniuntur malefactores, qui dominum occiderunt: certè seruus iste meruit præmium libertatis, non ipso iure, vel ipso facto, sed per sententiam: verum necesse est, quod adeat prætorem, & ex eius sententia libertatem mereatur, vt C. in quibus caus. serui pro præt. liber. accus. [illegible] & hic est vnus de casibus illis, vbi seruus in iudicio põt esse, vt C. de precib. Imper. offer. l. 1. & ff. de iudic. l. vix certis. & proponet fortè libellum: sed non multùm curo, vel viua voce, cùm non habeat aduersarium. LIBELLVS.

2 † Et dicet sic: Domine Prætor, a vobis peto mihi libertatem præstari, cùm vindicauerim necem domini mei quia interfectores suos accusaui, & fuerunt per sententiam damnati: & sic pronunciabit prætor illû liberandum, & libertatem dabit. Hoc etiam contingit in alijs tribus casibus, quòd seruus libertati donabitur, sed nõ per Senatusconsultû, sed per constitutionem. In primo casu per constitutionem Constantini. s. si ser[illegible] [illegible]lerit in publicum illos qui adulterinam monetam exercent, vt C. in quib. caus. seru. pro præt. libe. acc[illegible] serui. Secundus casus est etiam per constitutionem eiusdem Constantini, si seruus raptum virginis detulerit in publicum: si etiam erit pactione transmissum, vt C. eo. tit. l. si quis seruus. Tertius per constitutionem Gratiani. s. si seruus detulit in publicum desertorem militiæ, vt C. eod. tit. l. si desertorem.

De constitutione Imperatorum Theodosij & Valentiniani. Rubrica.

6 *Libellus in constitut. Impp Theodos. & Valent quomodo concipiantur.*

EST & alia constitutio Imperatorum Theodosij & Valentiniani, quæ in mirabili casu subuenit ancillis & filiabus in potestate constitutis, quotiescunq; pater vel dominus imponit necessitatem peccandi [illegible] inuitis, quòd eas supponit: vt tam [illegible] quam ancilla implorare possint suffragium Episcopi, vt ab omni miseriarû necessitate absoluantur, vt [illegible] de Episc. aud. l. si lenones. quæ constitutio non fac[illegible] anc[illegible]am liberam ipso iure, sed liberandam [illegible] nec filiam sui i[illegible]is ipso iure, sed emancipandam. Sed quo[illegible]la, l. lenones, non dicit. vnde multi prudent[illegible]s glossaue[illegible] e-mancipandã a patre filiam, & manum[illegible]tendã anc[illegible]am à domino. Et sic nota vnû de casibus spe[illegible]iali[illegible]us, [illegible] quo pater compellitur emancipare filiam: & dom[illegible]u manumittere ancillã: aliàs non, vt Inst. quib. mo. ius pat[illegible] po. sol[illegible]

Pot.sol.§.vlt.& ff.de adopt.l.non potest. & C.de emancip.liber.l.nec auus.& habent argum. pro se ff.si quis à pat.sue.manu.l.vlti. Alij dicunt,& etiam glossauerũt, quòd Dominus Episcopus iuuante Præside prouinciæ pronunciabit filiam sui iuris: & ancillam liberam: & hoc dicunt,quòd contineatur in lege,quòd liceat illis Episcopi defensorisque implorato suffragio omni miseriarum necessitate absolui. Item cõtinetur in eadem l.quòd non solùm amittant potestatẽ quam habuerint: imò etsi restiterint parentes seu domini: in hoc defensor implebit suffragium Episcopi,quòd patiantur pœnam exitij,& damnentur in metallum publicum,vt C. lib.11.de specta.scent.& leno.l.vlti.si ergò absoluũtur, & amittunt po[illegible]m &c. ergò non per emancipationem.Sed primi respondent absoluuntur emancipatione: & sic potestatem patriam & dominicam amittunt per emancipationem à se factam,& videtur prima æquior opinio. Sed licèt pater & dominus puniantur,sicut dixi,quòd amittant potestatem quam habebant in filias & ancillas,& dentur in exilium & metallum, vt dixi: tamen alij lenones capite puniuntur, vt in Auth. de lenoni.coll.4. Et sic secundùm varietates sententiarum diuerso modo formabuntur libelli.Secundùm pri-
1 mam opinionem dices sic. † LIBELLVS. Peto ego R.filia Titij à vobis Domine Episcope quatenus compellatis Titium patrem meũ. vel ecõuerso,ego ancilla,compellatis Titium dominum meũ, qui mihi inuitæ imposuit necessitatem peccandi: quia me tali supposuit, & sic fuit leno meus: quòd me emãcipet,& me manumittat: & ad hoc imploro suffragium seu officium vestrũ. Secundùm aliorum sententiam concip.sic. † LIBELLVS. Peto ego R.filia vel ancilla Titij à vobis Domine Episcope liberari à patria potestate seu dominica:cùm ipse Titius pater vel dominus meus necessitatem inuitæ mihi imposuerit peccandi, & me tali supposuit, & sic fuit leno meus: & ad hoc imploro suffragium vestrũ. Quòd sic rectè concipiatur libellus,dicunt iura prędicta.C.de Episc.audi.l.si lenones.& C.libr.11. de specta. l.vlt.

De constitutione Diui Vespasiani. Rubrica.

1 *Constitutio Diui Vespasiani quando locum habeat.*

1 OCTAVVM succedit in fin.edictum Vespasiani. Quod locum habet,quãdo aliquis vendit ancillam sub eo pacto, ne prostituatur: & siue dicatur,quòd esset libera,siue non: statim ea prostituta, fit libera,vt dixi suprà de constit.D.Adria. verùm si emptor sic vendidit alij siue simili pacto purè, nulla facta mentione de non prostituenda.Item secundus emptor tertio: vel fortè vadat ancilla vsque ad millesimũ emptorem: & emptor nouissimus prostituat ancillã,constitutio prædicta D.Adriani,in casu isto non subuenit ancillæ prostitutæ: ideò Diuus Vespasianus induxit edictum suum, vt propter primum pactũ appositum, si ancilla prostituatur, nunc ab isto vltimo fiat libera ipso iure,& fit liberta prioris venditoris,qui primò legem imposuit,quod est mirabile,vt ff.de iure patron.l. Diuus Vespasianus.& C.si emancipa. ita suer.alien.ne prostit.l.1.& ff.de iudic.l.vix certis & C.de lat.lib.l.vnic.& sic nota propter fauorem libertatis: imò potiùs propter odium prostituentis, quod pactũ appositũ de non prostituendo ita rem afficiat,quòd statim fiat libera,si contrà fiat,sicut & alia pacta de non manumittendo,quæ propter odium sunt ita rem afficiũt, quòd manumitti non possit,vt ff.de seru.expor.l.si venditor.

De Senatusconsulto Iuniano vel Domiciano. Rubrica.

1 *Senatusconsultum Iunianum quo tempore factum fuerit.*

2 *Pœna serui vel liberti in actione tali, quæ erit: cùm & seruus remaneat sicut fuit, & libertus sicut fuit.*

EST & † aliud Senatusconsultum, quod fuit temporibus Domiciani: Iuniano consul, quod imponit pœnam collusoribus, & afficit præmio detegentem collusionem: verbi gratia, quidam erat seruus,proclamabat in ingenuitatem,dominus suus patiebatur: & sic fuit pronunciatus ingenuus per tale colludium: cùm in rei veritate seruus esset: voluit Imperator Domicianus, & voluit senatus ne nimia indulgẽtia Dominorum amplissimorum ordinem inquinaret. q.d. ista modo si sic remanẽt ingenui promouentur ad dignitatem,& sic inquinaretur ordo amplissimus:ideò statuit pœnam in illum qui pronũciatus est ingenuus. vt sit seruus,sicut & fuit: & præmio afficiatur ille, qui detexit collusionem, quòd ille fiat seruus illius, vt ff. de collus.deteg.l.1.& hoc idem statuit ferè in hominibus libertinæ conditionis. ideò dico ferè,quia libertus non fiet seruus,sed remanebit libertus:non obstãte sententia lata pro ingenuitate, & fortè illius qui collusionem detexit,vt C.de collusio.detegen.l.vltim. QVAE-
2 STIO. † Sed in quo erit pœna serui vel liberti: cum & seruus remaneat sicut & fuit: & libertus sicut & fuit. Respondeo,in hoc: quia non consequitur votum suũ, quòd sit ingenuus,& redit ad suam conditionẽ: quòd autem sit libertus detegentis collusionem legitur ff.de in ius vocan.l.adoptiuum.§.patronũ. Et sic nota,quòd illa collusio debeat detegi, quæ detectio debet fieri infra quinquennium continuum, nisi fortè differatur istud propter ætatem illius,de cuius collusione tractatur, vsque in tempus pubertatis, vel ex alia clausula, quòd quinquennium habeat quis ad incipiendam causam, non perficiendam,vt ff.eodem tit.l.1.quæ sententia semel permittitur retractari, & non pluries,vt ff. eodem.l.vltim. Illud autem nota, quòd antequàm detegatur collusio interim habeatur loco ingenui,quoad omnia,is pro quo sententia de ingenuitate lata est, vt ff.eodem. l. si libertinus. collusione autem detecta erit libertus,sicut & fuit: sed alterius domini, vt diximus. & dicit hoc etiam l.prædicta,si libertinus. Item nota, quòd licèt sententia pro ingenuitate ingenuum faciat illum,pro quo lata est apud omnes,vt ff.de stat.hom.l. ingenuum. tamen si pro collusione detur, non prodest illi,vt dictum est. Item non prodest, si sit litigatum etiam sine collusione cum non iusto contradictore,vt ff. eod.l.cùm non iusto:pluribus tamen occurrentibus ad detegendam collusionem ille præfertur, qui est maioris æui,& cuius magis interest,vt ff.eo.tit.l.vlt.in fi.

De Senatusconsulto facto sub temporibus Diui Marci. Rubrica.

1 *Senatusconsultum factum sub temporibus Diui Marci, quid prohibeat.*

2 *Spectacula qualiter fiant.*

3 *Seruus alienus quare nec in spectaculis, nec alibi manumitti possit.*

INueni & quoddam aliud Senatusconsultum factum temporibus D.Marci,cuius nomen habemus,† quod 1
prohibet,ne quis Actorem vel seruum alienũ in spectaculo edat: & si fecerit illud, habebitur pro infecto, vt C.qui manu.non poss.l.Diuo Marco.subaudi,quantum ad ius: quantum ad factum, non potest haberi pro infecto: factæ enim causæ infectæ fieri non possunt nulla iuris constitutione, vt ff.de capt.& postlimi.reuers. l.in bello.§.factæ. OPPOSITIO. Sed opponitur de seruo proprio, quòd non possit manumitti in spectaculo: quare hoc est? cùm ego videam quòd quis manumittere possit coram prætore in transitu: vel corã eo eunte ad balneum,vel ad theatrum, vt Instit.de liberti.§. multa. nam in manumissionibus non attenditur, quòd fiant iudice sedente pro tribunali, vt in prædicto titul.de libertin. Respondeo, à Senatusconsulto, & à D. Marco prohibetur illa manumissio fieri in spectaculo, id est, quæ fit exclamatione populi. q.d. in spectaculis consueuit conuenire populus,& clamat aliquãdò tanquàm insanus: manumittatur talis: certè si fiat manumissio,nulla erit: & quòd ita sit, habes ff.qui & à quib. manu.lib.

2 mai.lib. non fiant. l.si priuatus.† Qualiter autem fiant
spectacula, legitur C.lib.11.de spectaculis.l.1.& per to-
tum: & ponitur exemplum de ludis, quæ fiunt Romæ in
agone. Cæterùm si quis non ad clamorem populi, sed
de plano venirет ad prætorem stantem in spectaculo,
& vellet coram eo manumittere, benè posset: sed ibi
ad populi non: quia vanæ voces populi non sunt audi-
endæ, vt C. de pœn. l. decurionum. verùm iustæ voces
eorum, quæ raræ sunt, audiuntur, vt C.de officio recto.
3 prouinc.l.iustissimos.† QVAESTIO. Item quid est quod
dicitur de seruo alieno, quòd non possit manumitti in
spectaculis: nam ille etiam alibi non potest manumit-
ti, vt C.de his qui à non domi.ma. per totum. Respon-
deo: Legislator posuit illum casum pro indubitabili.
q.d. quòd quis nec seruum propriũ manumittere pos-
sit, sicut nec alienum: nec intelligo sicut quidam sim-
plices, qui intelligunt de seruo Actore, quasi alium ser
uum posset manumittere: sed non est ita. Item in eo-
dem Senatusconsulto inductũ erat, vt minores 20.ann.
non possint manumittere: & si factum fuisset, irritum
constitueretur, vt C.qui manu.non poss.l.si mino. licèt
hodie illud sit sublatum: quia hodie ea quo testari pos-
sunt, ea quo habent quatuordecim annos: & liberta-
tem relinquere possunt, vt in Authenti.de spon. larg.
specialis sit contractus, collat.9.

De Senatusconsulto Volusiano.
Rubrica.

1 *Pœna serui nunquid locum habent, si aliquis iustè litem mouerat: & tamen aliqui sic conueniant.*
2 *Libellus in S.C.Volusiano, quomodo fiat.*

SVccedit & aliud Senatusconsultum, quod vocatur
Volusianum: & locũ habet hodie frequenter, pro-
pter malitiam hominum, quando multi conueniũt
simul improbè in lite alicui mouenda: vt quicquid ex
condemnatione in rem ipsius redactum fuerit, inter
eos communicaretur: hi tales incidunt in Senatuscon-
sultum Volusianum, vt l.Iul.de vi priuata.teneantur, vt
ff.ad leg.Iul.de vi priuat. l.ex Senatusconsulto. quæ l.
imponit pœnam tertiæ partis bonorum, vt ff.ad legem
Iuliam, de vi priuat.l.vltim. & Instit.de public.iudic.
§.item lex Iulia. & ff.de accusat.l.hos.§.omnibus. quæ
pœna imponitur propter rei restitutionem: nam rem
sic extortã, tenentur restituere, vt ff.de concuss.l.1.nam
& isti tales crimen concussionis committunt, vt ff. de
concuss. l.vltim. quod crimen pœnam extraordinariã
imponit: quia pœna ordinaria non est statuta, vt ff.de
effract.& expil.l.1. tenetur etiam crimine falsi, vt ff.ad
legem Cornel.de fals.l.1.§.1.quæ criminaliter imponit
pœnam deportationis & publicationis omnium bo-
norum: ciuiliter pœnam dupli, vt ff.ad legem Cornel.
1 de fals.l.1.§.vltim.& penult. † QVAESTIO. Quid si il-
le iustè mouerat litem: & tamen aliqui sic conueni-
unt, nunquid habent locum pœnæ prædictæ? Respon-
deo, sic: quia lex ita scripta est: vt aliàs ff.qui & à quib.
man.libe.non fi.l.prospexit. In hoc autem Senatuscon
2 sulto concipiuntur sic libelli. † LIBELLVS. Vobis Do-
mino M.Pisanorum potestati conqueror ego R.de tali-
bus qui conuenerunt cum tali, vt mihi litem inferret,
ita quòd quicquid ille exigeret, totum illud esset inter
eos commune: vnde cùm illi à me exegerint decem,
vel vendicauerint domum: peto illa decem, vel do-
mum illam ab illis mihi reddi, & eos mihi in duplum
condemnari. Quòd sic rectè concipiatur libell. si aga-
tur ciuiliter, dicit l.1.de concuss.& ad legem Cornel de
fals.l.vltim. Si autem criminaliter velles accusare re-
tenta forma l.illius.ff.de accusat.l.libellorum.& suprà
notaui qualiter concipiantur libelli, poterit quis de
facili formare libel.& not.bo dante Domino, in libel-
lo de criminalibus: quem dante Domino, & vita comi-
te, infrà componemus.

De Senatusconsulto Liboniano.
Rubrica.

1 *Senatusconsultum Libonianum, quando locum habeat.*
2 *Pignora vel fideiussores, si testibus data fuerint, vt testifi-centur, an eis soluta pecunia videatur.*
3 *Testi si iuretur, an corruptus reputetur.*
4 *Testator si dixerit tabellioni scribenti testamentũ suum, relinquo talem domum, audientibus testibus: an scriptor ille scribere possit, quòd ipsi scriptori tale legatum relictũ fuerit.*
5 *Extraneus si sibi legatum ascribat, & subscribat posteà testator specialiter, an ille extraneus in Senatusconsultũ incidat.*
Libellus in S C Libon quomodo f
6 *Accusatio in dicto Senatusconsulto, an sit publica, vel pri*
7 *uata.*

INuentum est & aliud Senatusconsultum, quod vo-
catur Libonianum, de quo habetur mentio in ipsa
Rubri.ff.ad leg.Corne. de fals. & de Senatusconsul-
to Liboniano. † Quod Senatusconsult. locum habet in 1
multis casibus, vt statim dicemus. Verùm nota in
ff.ad leg.Cornel.de fals.leges inueniuntur multæ, quæ
loquuntur de Senatusconsulto, & nomen Senatuscons.
non ponunt: sed semper intelligas de Senatuscons. Li-
boniano.& hoc Senatusconsul.denominatur à nomine
conditoris sui, qui Libonius dictus est. Locũ habet ho-
die frequenter: verbi gratia, quoties quis recipit pecu-
niam propter aduocationem instruendam. Item prop-
ter testimonia instruenda. Item si societatem fecerint
ad obligationem innocẽtium, vt diximus suprà de Se-
natuscons.Volusia.& hoc Senatuscons.Libonianum, lo
cum habet siue pecuniam acceperint, siue etiam pacti
fuerint, vt ff.ad leg.Cornel.de fals.l.1.§.1. Et sic nota o-
ptimam leg.pro eo, quod quotidiè quæritur de facto:
volo probare testes pecunia corruptos: sufficit si pro-
bo solam promissionem: putà probatur, quòd dixi te-
stibus, testificemini pro me sic, & ego promitto cuili-
bet vestrũ decem, & sic sola promissio inducit corrup-
telam: & sic intelligitur ff.de re iud.l.diuus Adrianus.
& sunt arg.ad hoc ff.de qui not.infam.l.furti.§.pactus.
& l.quoniam.& C.de abolit.l.2. & in Authẽ.vt lit.iur.
col.9. §.si quis autem. & est in C.de pœn.iudic. qui ma.
iudic.Auth.nouo iure. & ff.de testib.l.testium.in ver-
sic.illo, quòd neq; lucri &c. Econtrà, videtur quòd so-
la datio inducat corruptelam: nam lege Iulia repetun-
darum tenentur, qui dum in magistratu erant, pecuniã
receperũt, vt ff.ad leg.Iul.repet.l.& l.lege Iulia.& l.ea-
dem.& l.lex Iulia.l qui contra. & l.vlt.nam in omni-
bus legibus illis verbum, acceperit, ponitur. Idem ff.
de calum.l.1.2.& 3.& ff.ad leg.Iul de adulte. l.mariti.§.
plectitur.ff.de iur.fisc.l.in fisci. ff.quod met caus. l.1 ait
quidem & ff.de condict ob turp.caus.l.2.sed si dedi.&
ff.de his qui not.infam.l.furti.§ qui iussu. Videtur ta-
men ex saniori intellectu debere assumi, vt sola pro-
missio inducat corruptelam, per Authent. vt litig iur.
ad hoc vt hodie tractatur homines ne corrumpantur.
Et sic assumo hic, quòd idem sit cauere quod soluere, vt
aliàs in C.ad leg.Falcid.l.vlt.& ff.de donar.l.patronus.
licet contrariũ sit arg. propter odiũ creditorum. ff. ad
Maced.l.vlt.& ff.de condi.ob turp.caus.l.si ob turpem.
Quidam tamen voluerũt notare, vt sola promissio non
inducat corruptelam: quia cùm ex tali promissione nõ
possit agi, nullum lucrũ videntur testes sentire QVAE- 2
STIO. † Quid si data sint pignora vel fideiussores testi-
bus, vt testificentur? videtur vt eis videatur soluta pe-
cunia: quia datio fideiussorũ vel pignorum pro solu-
tione habetur, vt ff.de muner.& honor. l.rescripto. §.
debitores. maximè in pignoribus, quæ possidentur &
detinentur: in quibus retinendis, licèt data sint ex cau-
sa turpi melior est conditio possidentis, vt ff.de condi.
ob turpem caus.l.4. in casu tamen isto non puto datio-
nem fideiussorum haberi pro solutione, cùm sit causa
odiosa: & ex ea licèt posset agi, obstaret tamen excep-
tio: testem tamen non credo corruptum. QVAESTIO.
† Quid si iuro testi? Respondeo: corruptũ reputo. nam 3
cùm declinem in illam opinionem, vt sola promissio
indu-

inducat corruptelem, multò plus facit hic sacramentum. Sed mirum est quod dicitur, quòd qui ob instruendam aduocationem pecuniam recipit, quòd teneatur hoc Senatusconsulto: nónne tota die legum Doctores & Iurisperiti recipiunt salaria sua, & faciunt allegationes, & instruunt Aduocatos minùs benè scientes, sicut & ego multoties feci: quare ergò essem puniendus? Respondeo, nō loquitur Senatusconsultum de instructione iuris, sed de instructione facti: sicut faciunt quidam pessimi, qui de facto instruunt, & dicūt, dicas ita, cùm in rei veritate aliud sit, & sic Senatusconsultū talem instructionē punit: cùm talis instructor falsum committat, cùm nihil aliud sit falsum, quàm immutatio veritatis, vt in Authen. de fide instru. §. 1. col. 6. Item locum habet Senatusconsultū, quando aliquis in testamento militis legatū sibi asscribit, vt ff. ad legem Cornel. de fals. l. 1. §. ad testam. dicitur aliquis sibi asscribere legatum, quando aliquis scriptor, vel Notarius, vel tabellio, vocatur ad scribendum testamentum alicuius, quod noluit lex Cornelia. Item Senatusconsultum dicit, qui scribit aliorum legata, sibi legatum asscribat: sed licèt hoc sit in scriptore, in dictante testamentū contrarium est, vt C. de testamē. l. dictantibus. Sed quæ est ratio? Respondeo, talis: dicens testamentum potest dicere, vt legatum suum scribatur: quia altè loquitur audiente testatore, & audientibus testibus: & sic nulla fraus posset interuenire: at ille qui scripsit, cùm illa quæ scribit, nullus audiat, posset multoties sibi legatū asscribere, quē nūquàm voluit testator illi legare. QVAESTIO. † Sed quid erit in casu isto: ponamus, quòd testator dicat, tibi tabellioni scribenti testamētum meum, relinquo talem domum, audientibus testibus: nónne ille scriptor posset scribere, quòd ipsi scriptori fuit relictum tale legatum: quid delictum esset: quid fiet si de alia manu scribatur: nónne iam vitiatur testamētum: quia iam non erit istius formæ quantum ad literam? Respondeo: vnicum inuenitur remedium: refert quis sit ille, qui scribit testamentum: nam aut est filius in potestate constitutus, vel seruus, aut emancipatus, vel extraneus. In primo casu, vt excusatur à pœna, & possit capere legatum, testator debet subscribere generaliter in fine testamenti. In secundo casu debet subscribere specialiter, vt dicat testator: Ego Lucius hoc testamentum factum per manum talis tabellionis, specialiter subscribo, pro legato, quod talis sibi asscripsit me volente, & me sibi legante, vt ff. ad legem Corn. de fals. l. 1. §. inter filiū. l. diuus. §. item senatus. & l. filius. Licèt in filiofamil. & seruo etiam sinè subscriptione euitaretur tantùm pœna, legatum tamen non consequeretur, vt in prædict. l. filius. In alio extraneo subscribente, si certum esset de iussu testatoris, quòd hoc testes audierunt: in hoc casu excusatur à pœna, legatum amittit, vt in prædict. l. filius. §. vltim. OPPOSITIO. Sed huic, quod diximus in dictāte, videtur posse opponi quod legitur C. de his qui sibi in testam. asscri. l. 2. Sed quòd ibi dicitur, intelligitur, vel quando ille qui dictauit, ipse idē scripsit. Vel quod dicit ibi dictasse, id est, scripsisse. Et quod diximus de filio emancipato, hodie iure C. secùs est. vt C. de his qui sibi asscri. in testam. l. 1. & assignatur ibi optima ratio, quare filius non punitur: imò hæreditatem habebit: quia cùm sit futurus successor petendo bonorum possessionem, perindè habetur ac si manu patris scriptus fuisset hæres, functo patre dulci officio. OPPOSITIO. Sed opponitur: creditor scribens si asscribat sibi debitum, vel si vxor scribens testamentum asscribat sibi dotem, quod incidat in Senatusconsultum, quòd aut petant veniam, & abstineāt à legato: aut actionem amittāt, vt ff. ad leg. Corn. de fals. l. si quis legatum. §. vlt. quare ergò punitur creditor & mulier, cùm aliàs essent recuperatori sua? Respondeo: creditor & vxor ideò puniuntur: quia creditor erat in diē: & vxor similiter ad diem debebat recipere dotem, scilicet annua, bima, trima die. vnde cùm purè & antè diē asscribāt, meritò incidunt in Senatusconsultum: quod in filio emancipato non est. cæterùm si debitum esset purum, & incontinenti restituendum (& idem dico de dote, quę incontinenti erat restituenda propter pactū) non crederem neque creditorem, neque mulierem teneri. Sed licèt incidant in Senatusconsultum, hi qui sibi in testamento asscribunt etiam dictante testatore, tamen ob ignorantiā iuris excusantur à delicto: & hoc hic est casus. vbi ignorantia iuris excusat à delicto: & contingit, si profitetur ille, qui asscripsit se à legato discedere, pœna remittitur, vt C. de his qui sibi in testamento asscri. l. senatus. & sic venia petita hoc facit: aliàs non, vt C. ad leg. Corne. de fals. l. diuus. §. 1. Ab hoc Senatusconsulto, si aliquid sibi asscribat, nō excusatur quis, quia maritus, ideò quia miles: vel commilito nō excusatur, si fuerit asscripta libertas, vt C. de his qui sibi in testamen. asscripse. l. quæ in testamento. & l. quod adhibitus. & l. vltim. Item sicut incidit in Senatusconsultum qui sibi legatum asscripsit: ita incidit & qui asscribit his quos habet in potestate, vt ff. ad leg. Corne. de fals. l. de eodem. & l. diuus. §. 2. Excusantur tamen multi, licèt sibi asscribant: pone, quòd testamentum non fuit perfectum: sed licèt non iure faceret testator, fortè quia falsum, nihilominùs habet locum Senatusconsultum, vt ff. ad legem Corne. de fals. l. si quis legatū. Excusatur etiam ille, qui legata à se testamento data manu sua codicillis ademit. Item & filius qui paruit patri, & qui minor est 25. ann. vt ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. senatus. Excusatur & mater, cui per seruum suum dictante filio legatum est asscriptum. Item excusatur etiam filia, quæ dictante matre legatum sibi asscripsit, vt ff. ad leg. Cornel. de fal. l. Diuus. §. pen. Et excusatur seruus, qui libertatem sibi relictam asscribit, ita se dominus subscribat per se, vel per alium: quod in liberis personis non est, vt ff. eodem. l. Diuus. §. item senatus. † QVAESTIO. Sed nónne si extraneus sibi legatum asscribat, & subscribat posteà testator specialiter, ille extraneus non incidit in Senatusconsultum. l. vt ff. eodem. l. 1. §. inter filium. quare ergò dicit Legislator, quòd aliud in extraneis est? Respondeo: ideo aliud, quòd in seruis sufficit sola subscriptio generalis: in extraneis debet esse specialis: vt superiùs dixi. & sic intelligitur l. Diuus. §. item Senatusconsultum. Item excusatur impubes. ff. eodem titul. l. impuberem, in princip. Excusantur etiam multi, & multa incidunt, vt in l. illa, impuberem. & l. illa, si quis legatum. Quòd si de hac materia, quando aliquis sibi asscribit in testamento, vis plenè scire, quære in summa Domini mei. C. de his qui in testamen. sibi asscrib. Hæc tamen exempla tantùm prosecutus sum, quæ pertinent ad Senatusconsultum Libonianum. Sed quicquid dicas de hoc Senatusconsulto, hoc scias, quòd omnes isti qui incidunt in hoc Senatusconsultum, ita tenentur, sicut qui incidunt in legem Corneliam, de falsis. & ideò puniuntur, nec excusantur propter ignorantiam iuris, vt ff. eodem. l. diuus. §. 1. de æquitate tamen venia petita à Principe, & profitentibus quòd à legato discedat, pœna remittitur, vt C. de his qui sibi in testamen. asscribunt. l. senatus. quòd intelligas quantum ad ista exempla, quando sibi asscribunt: in quibus locum habet Senatusconsultum Libonianum: non in alijs casibus, in quibus istud prædictum Senatusconsultum locum haber, vt dixi. In hoc Senatusconsulto posset concipi libellos ab accusatorib. vt dicit l. illa ff. de accusatorib. l. libellorum. vt dicat. † LIBELLVS. Ego R. accuso T. qui hoc anno, mense Decembris, in ciuitate Beneuentana, in domo tali, existente Rectore Domino Io. Iudice, regnante Domino B. Papa, & Domino F. Imperatore, Ierusalem & Siciliæ Rege, sibi legatum asscripsit, scilicet tale, in testamento Titij, quod testamentum scripsit ipse. vnde peto ipsum puniri lege Cornelia, de falsis: & per Senatusconsultum Libonianum: quem libellum profiteor ego R. dedisse, & subscribo, quòd si in probatione defecero, me pœnam calumniæ subiturum. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit ff. de accusat. l. libellorum. † QVAESTIO. Sed illud quæro, an ista accusatio sit publica, vel priuata? Respondeo: Dominus meus nunquàm admittit legem Corneliam, de falsis, esse publicam, etsi in duobus casi-

casibus. In vno de falsa moneta, vt C. de falsa monet. l. 1. Et in alio, quando de testamento falso agitur, vt Instit. de public. iudic. vnde si ista accusatio est priuata, quomodo ergò locum habet subscriptio? Respondeo, benè: nam in omnibus priuatis criminibus, vbi agitur criminaliter, oportet quòd quis se subscribat, vt ff. de priuat. delict. l. vltim. nec enim quia quis se subscribit, ideò publicum crimen est, vt ff. de furt. l. vltim. Si ergò lex Cornelia de fals. non est publica accusatio, quare ponitur Rubrica in tractatu publicorum iudiciorũ? Respondeo: hóc frequenter inuenimus. nã inuenietis econuersò: nónne actio de sepulchro violato est publica, vt ff. de sepul. viol. l. sepulchri. & tamen ponitur in ponitur in tractatu priuatorum delictorum: quia sub Rubrica de priuat. delict. & nónne sub titu. de vi & vi & vi arm. ponitur l. illa, vim facit. quæ loquitur de vi turbatiua lcẽ & sub rubrica C. si per vim vel alio mod. in possess. tueri. ponitur l. 1. quæ loquitur de vi expulsiua. Quidam fortè trahunt ad publicam accusationẽ, quando videlicet quis in testamento sibi afferibit: quidam quòd ad causam pertineat testamenti.

De Senatusconsulto Turpiliano.
Rubrica.

1 *Senatusconsultum Turpilianum vt locum habeat, quot requirantur.*

2 *Senatusconsultum Turpilianum nunquid locum habeat, si priuatum crimen intentetur, & qui accusat etiam lite contestata ab accusatione discedat.*

3 *Senatusconsultum Turpilianum nunquid locum habeat, si tantùm libellus detur, & ab accusatione cessetur.*

4 *Abolitio si interueniat, an pœna Senatusconsulti Turpiliani cesset.*

5 *Libellus accusatorius si tantùm datus fuerit, & accusati nomen nondum receptum inter reos, quoniam lis contestata non est, nunquid dictum Senatusconsultum locum habeat.*

6 *Abolitio in huiusmodi Senatusconsul. inuito accusato, vel eo volente, an impetrari possit.*

7 *In Senatuscons. Turpilian. ad hoc vt aliquis incidat, quãdo desistere dicatur.*

8 *In Senatuscons. huiusmodi si quis incidat, qua pœna puniatur.*

9 *Accusatio in crimen Senatusconsulti Turpiliani, an erit publica vel priuata.*

10 *Libellus in Senatusconsul. Turpilian. quomodo formetur.*

11 *Accusatione desistere dicitur in huiusmodi Senatuscons. qui infra tempus à iudice præfixum non processit.*

NVNC de Senatusconsulto Turpiliano videmus, quod hodie frequenter occurrit. Est autem hoc Senatusconsultũ à conditore sic appellatum: sicut & cætera. Et locum habet hoc Senatusconsultum circa multos. Sed ad hoc vt locum habeat, tot sunt ne-
a cessaria † Inprimis, quòd aliquis intentet publicũ crimen. Secundum, quòd dato libello accusatorio, fiat contestatio litis, vt nomen accusati recipiatur inter reos. Tertium, vt ille qui accusauit, nulla impetrata abolitione desistat: quem talem appellamus tergiuersatorem, quasi vertentem terga. hæc probantur C. eod. ad Turpilian. l. 1. & ff. ad Turpilian. l. 1. §. tergiuersari &
b l. quæsitum. Sed circa ista quædam quæruntur. † QVAESTIO. Inprimis, quare primitus de crimine publico: quid si priuatum crimen intentetur: & qui accusat etiam lite contestata discedat ab accusatione, nunquid hoc Senatusconsultum locum habet? Respondeo, non: sed officio, id est, extraordinariè coercetur pro arbitrio iudicis, considerata conditione personæ & qualitate delicti, vt ff. eo. l. si quis. §. si stellionatus. & l. in pri-
c uatis. & ff. de effract. l. 1. † QVAESTIO. Item quare dicitur de litis contest. nónne si tantùm libellus detur & desistat, habebit locum Senatusconsultum? Dominus meus notat in Summa, quòd non, vt ff. eod. l. quæsitum. & l. pen. non enim petijt, sed petere voluit: & sic non accusatur, sed accusare voluit, vt ff. rem ratam habe. l. ampliùs. Idem in l. Iul. de adulter. vt C. ad leg. Iul. de adulte. l. sine metu. Idem in liberto, vt euitet pœnam. l. an reorum, vt ff. de in ius voc. l. quamuis. & l. libertus. & ff. de adulter. l. miles. §. si socer. Domino tamen Io. visum est contrarium, vt locum habeat Senatusconsult. Turpilianum, etiamsi lis non sit contestata, sed tantùm libellus porrectus: & probat per talia iura ff. eod. l. in Senatuscõsul. §. qui post inscriptionem. & C. de calum. l. fallaciter. & argumen. ff. iudic. solui. l. cùm quærebatur. sed arg. ibi posset contrà assumi C. eod. l. 1. Aequior & humanior videtur illa sententia, vt demùm lite contestata si quis desistat, quòd puniatur Turpiliano: nam cùm tractemus de pœna, illam mitigare debemus. vt ff. de pœn. l. interpretatione. Nec obstat l. illa, Senatuscõsul. §. qui post. quam inducit Dominus Io. quia inde colligitur argum. à contrario sensu legis: qui contrarius sensus non assumitur pro lege: quia leges contradicũt. Item l. illa, fallaciter. C. de calum. non cõtradicit: quia locum habet in illo, qui per calumniam euidẽtem accusat: & hoc est quod in illa l. sequitur, quòd non prosit illi publica vel priuata abolitio, id est, siue sit concessa generalis à Principe: siue specialiter ab illo petatur etiam si ad liberandũ. Sed Dominus Io. legibus inductis apertè aliter respondebat: sic l. illa, quæsitũ. non obstat: quia non obiecit crimen, sed dixit se obiecturum, licèt libellum dedisset: sicut & aliàs C. de donat. inter virum & vxor. l. si maritus. vbi crimen non obijciebatur, sed erat comminatum: aliàs si esset obiectum, obstaret. In l. illa, sine metu. C. de adult. contingit propter priuilegium personæ: quia maritus: de cuius calumnia non quæritur, vt infrà dicemus. Item l. libertus. de in ius voc. non obstat: quia patrono non fuit datus libellus, sed Principi seu Præsidi. Item ibi contingit: vt in prædict. l. quamuis. † QVAESITO. Item quare dicit de abolitione: Respondeo: quia si abolitio interueniat. pœna Senatusconsulti Turpil. cessat. Verùm ista abolitio duplex est: generalis seu publica: de qua loquitur Rubri. specialis de generali abolit. in C. quæ etiam dicitur publica, vt C. de calum. l. pen. Et est specialis etiam abolitio seu priuata: de qua loquitur l. prædict. C. de calum. & C. de abolit. prima conceditur à solo Principe tribus de causis, vel ob diem insignem: putà natalis sui: vel ob publicam gratulationem: quia fortè natus sit filius Principi, vel ob rem prosperè gestam. quia victoriã habuit de inimicis, vt ff. eod. si quis repetere. §. vlt. & l. vlti. Priuata abolitio seu specialis dicitur, quæ specialiter vel à Principe, vel à Præside, vt ff. eod. l. aut priuatim. & C. de abolit. l. 2. Et est tertia abolitio, quæ debet fieri per legem: putà, accusatore, vel accusato mortuo, vel alio modo impedito, quòd accusare non possit, vt ff. eo. l. aut priuatim. & C. si Reus vel accus. mort. fuer. argum. C. si penden. appel. mors interuen. Prima abolitio est talis naturæ, quòd licèt omnes accusationes fingentur abolitæ, id est, ac si datæ vel factæ non essent: tamen accusatori si vult datur facultas repetendi Reum intra viginti dies: & erunt vtiles isti dies: quia non computabuntur, nec incipiẽt currere nisi post illas ferias repentinas, quæ sunt inductæ à Principe propter illas tres causas, vt habes ff. ex quib. caus. mai. l. sed & per prætorem. Item non computabũtur nisi dies illi, in quibus accusator potuit adire præsidem, vt ff. eod. l. aut priuatim. §. 30. & sic generalis abolitio licèt aboleat accusationes, vt dixi, possunt tamen repeti posteà. In speciali autem abolitione impetrata & concessa, nunquàm crimen poterit posteà repeti: nisi Dominus Imperator de nouo concedat, vt C. de abolit. l. 1. Si tu quæras, quæ sit ratio diuersitatis? Respondeo, facilis est: quia quando specialiter impetratur abolitio, & tibi conceditur: nunquàm contra factum tuũ venies nisi Principe concedente. at quando interuenit generalis abolitio: tunc nullum factum interuenit in illa abolitione impetranda. & ideò si tuo iure repetas infra

infratriginta dies accusationem sine imperratione facienda principi, hoc de iure procedit. Et hic vnum dignum nota, quòd propter generalem abolitionem crimina & accusationes, quæ videbantur abolitæ possint repeti: sed non omni tempore, sed coarctatur tempus
5 infra 30. dies, vt dixi. † QVAESTIO. Sed illud quęritur, an si libellus accusatoris datus sit tantùm: & nomen accusati nondum sit receptum inter reos: quia lis non est contestata, vt ff. ad Iul. de adul. l. si maritus. §. præscriptiones. Et ponamus quòd hodiè fuit datus iste libellus, cras interueniat abolitio generalis, nunquid generalis abolitio pertinebit ad istam accusationem, in qua datus est tãtùm libellus, vt illam aboleat? & videtur quòd non: nam ante lit. contestatam tam in ciuili quàm in criminali res dicitur integra, vt in auth. de litig. §. si verò apud initium. & in criminali videtur idem. nam abolitio generalis non pertinet ad hoc genus criminis. scilicet, quandò tantùm libellus datus est, vt ff. eo. l. Lucius. quomodo enim abolitio potest abolere illam accusationem quæ nondum nata est. At econtrà videtur, quòd generalis abolitio pertineat ad illas accusationes, in quibus tantùm libellus datus est, vt C. ad l. Cor. de fal. l. si docueris. Respondeo, confiteor de plano, quòd abolitio pertineat siue libellus sit datus tantùm, siue nõ. Nec obstat d. l. Lucius. quia illa l. verè sic intelligitur, nam l. illa non dicit verùm generalis abolitio pertineat ad illas accusationes, in quibus tantùm libellus datus est vel non. Sed hoc quærit & dicit, an si dato libello in crimine falsi, posteà generalis abolitio interueniat quæ sustulit illam accusationem, si accusator non repetat accusatum infra 30 dies, an accusator incidat in Turpil. Respon. M. quòd non. hoc est, quòd vltima verba, abolitio reorum quæ publicè indulgetur, ad hoc genus criminis non pertineant. q. d. non punitur, qui destitit propter abolitionem generalem: quia abolitio ad hoc pertinet, vt criminum accusationes extinguat: nõ ad hoc, vt aliquis non persequens puniatur: quia iam eadem l. inducit, quòd criminis accusatio videatur extincta: & sic ille qui accusauit non cogetur in accusatione procedere, & quia non cogetur cur puniretur, cùm possit desistere. OPPOSITIO Item opponitur legitur in C. ad senatusc. Turpil. l. 1. quòd ille demùm incidat in senatusconsultum Turpil. qui causa publici criminis ordinata, scilicet inscriptionibus depositis, & dato fideiussore de exercẽda lite præsente accusato, & sub custodia officij facto, non impetrata abolitione ab executione criminis desistit: & sic videtur inconuenientia, quia etiam ex sola datione libelli videtur quis in Turpil. incidere, si ab accusatione desistat, & sic facit multum pro sententia domini Io. quam suprà notauimus in hoc eodem senatusconsulto. Sed qui tenent contrariam opinionem respondent, quòd in l. illa erat vltra processum, scilicet quia lis erat contestata. & sic supplent: & hoc colligunt ex fine l. illius. ab executiõe criminis desistit: ergò erat in crimine processum. Item videtur alius intellectus illius l. vt dicas, quòd propter solam dationem libelli, si quis desistat, non incidit in Turpil. sed si sit vltra processum: putà, quòd fideiussores fuerunt dati ab accusatore, & accusatus sit detentus in custodia: etiã si lis non sit contestata, si quis desistat, incidit in Turpilianũ: & hoc fortè ideò, quia habetur illud pro quasi litis cõtestatione, sicut & aliàs in ciuili simile inuenitur. C. vbi in rem actio. l. 2. & vbi de crimine agi oportet. auth. qua in prouincia.
6 † QVAESTIO. Itẽ quęritur de eo quod dicitur in l. 1. C. eo. quòd impetrata abolitione poterit quis sine pœna recedere, nec incidat in Turpilianum: nunquid ergò poterit impetrare abolitionẽ inuito accusato, vel eo volente? quia de speciali impetranda abolitione loquitur. Respondeo: con sentiente illo accusato, debet specialis abolitio impetrari: si autẽ generalis abolitio interueniret, ibi non esset necesse, quòd aduersarius consentiret: in speciali enim abolitione petẽda debet aduersarius esse pręsens, vt C. de aboli. l. 2. verùm aut accusatus tantùm fuit datus custodiæ, & tunc eo inuito impetratur abolitio: aut fortè accusatus sustinuit carcerẽ, tormẽta, verbera, vel catenas: tunc non impetratur abolitio inuito accusato; verùm quandò accusatus traditus est custodiæ infra 30. dies accusator poterit petere abolitionem inuito accusato: post illos dies nunquàm petet abolitionem accusator inuito accusato. Si verò sit in accusatione processum, quòd testes sint producti, verberibus tormentisq; vexati: quia fortè inueniebantur vacillantes, tunc etiamsi vterque voluerit accusator & accusatus, abolitio non conceditur, sed in crimine procedetur, vt hæc omnia leguntur C. de aboli. l. fallaciter. Verùm crederet quis quòd quilibet possit impetrare abolitionem, qui est accusator, & ab accusatione desistere, sed non est ita: is enim demùm impetrat abolitionem qui per errorem aut temeritatem aut calorem ad accusationem prosiluit. Si autem per calumniam, vt corruptus pecunia etiam ab aduersario, desistat: iste talis non poterit abolitionem impetrare, vt C. de abolit. l. 2. & l. vlt. & C. de calumnia. l. fallaciter. & sic non potest impetrari abolitio propter vitium personæ: sicut non potest impetrari propter magnitudinem criminum, putà in l. Iul. maiesta. Item in patria oppugnata vel prodita. Item in l. Iul. peculat. de sacramentis desertis. quidam intelligunt de sacramentis militiæ: alij de omnibus sacramentis propter periurium: & in omnibus criminibus vbi probationes ab vtraque parte requiruntur, vt in crimine falsi, vt C. de aboli. l. vlti. §. vlt. & ff. ad l. Corn. de fals. l. vbi. Sed hæc vera sunt de abolitione denegandа, quandò quis prosequitur accusationem criminis, quasi vnus de populo, & contra aliquem extraneum. verùm si ille qui accusauit prosequatur iniuriam suam vel suorum, vt si non prosequatur, accuset tamen suos cognatos: in his casibus omnimodò abolitionem petere potest accusator, vt C. de aboli. l. 2. in fin. & facit hoc vindicta proprij doloris, & coniunctio sanguinis, sicut aliàs diximus: nam difficillimum est iustum temperare dolorem, vt ff. ad l. Iul. de adulter. l. si adulterium. §. Imperatores. ignoscendum enim est ei qui se vlcisci voluit prouocatus, vt ff. de bon. lib. l. qui cùm maior. §. libertus. nam & iustus dolor maritum à pœna homicidij liberauit, vt C. ad l. Iul. de adulte. l. Gracchus. Illud autem nota inter generalem abolitionem, & specialem: nam post generalem licèt crimen videatur esse sopitũ: tamẽ potest repeti infra 30. dies, vt suprà dixi. Si autem specialiter impetratur abolitio, nunquàm crimen sopitum repetitur, nisi à principe fuerit impetratũ, quòd liceat crimen repetere: & sic videtur impetrari abolitio abolitionis, vt C. de abolit. l. 1. Et sic nota, quòd neq; per abolitionem generalem, neque per specialem, crimen ipso iure extinguatur, sed quodãmodò exceptione. nã si ipso iure crimen esset extinctum nunquàm posset per principem resuscitari, sicut nec per pactum de petendo, vt ff. de pact. l. si vnus ex argen. §. pacta. & §. illud. Hoc etiam in ciuili contingit, quòd actio semel extincta nunquàm resuscitetur, vt ff. de sol. l. qui res. §. aream. † QVAESTIO. Sed illud quęritur, quandò aliquis
dicitur desistere ad hoc vt incidat in Turpi. Respõdeo, 7
ille dicitur desistere qui ex toto deposuit animũ agendi, & nõ ille qui distulit, sed qui renunciauit in totum, vt ff. de iud. l. destitisse. & ff. de mino. l. destitisse. & ff ad Turpil. destitisse. Illud autem nota, quòd omnes in Turpilianum incidant excepta muliere & minore, nisi petierint abolitionem, vt ff. eo. tit. l. 1. §. is accusator inuulit. in fi. & l. mulier. OPPOSITIO. Sed opponit, & primò de muliere. nã videtur, quòd mulier incidat in Turpilianom, si ab accusatione sine abolitione desistat: etiã si suam vel suorum iniuriam prosequatur, vt C. eo. tit. l. si fœmina. Respondeo: lex illa loquitur quandò mulier desistit ab accusatione, pacto contra vetitum. id est, recepta pecunia, tantùm sonant illa verba. Simile habes, confiteri videtur crimen, qui paciscitur pecunia data, vt ff. de his qui no. infa. l. quoniam. & l. furti. & sic hæc mulier propter pecuniã amittit priuilegium quod habet à iure, sicut & aliàs amittit mulier priuilegiũ Velleianum, vbi pecuniam recepit & intercedit, vt C. ad Velleianum. l. antiquæ. Alij intelligunt l. illã, si fœmina. quæ dicit, quòd mulier incidat in senatusconsultum

Turpilianum, quandò mulier pacisceitur contra vetitũ, id est, quandò transigit vel paciscitur super his criminibus, super quibus non licet pacisci vel transigere, vt C. de transact. l. transigere. sed prima expositio melior. OPPOSITIO. Itẽ adhuc opponitur, quòd multi sint qui etiam si desistant sine abolitione in Turpilianum nõ incidant. nã omnes illi de quorum calumnia agi non permittitur, in Turpil. non incidunt, etiamsi sine abolitione desistant, vt ff. eo. l. in senatusc. § eos. quare ergo dicit, quòd omnes incidant in Turpilianum, excepta muliere & minore, vt suprà dixi. Respondeo, omnes incidunt in Turpilianum de quorum calumnia agi potest, excepta muliere & minore. at illi de quorũ calumnia agi non potest, illi in Turpilianũ non incidunt. QVAESTIO. Sed quæritur, qui sint illi? Respondeo: pater, si agat de morte filiæ, vt ff. de pub. iud. l. generi seruus. OPPOSITIO. Sed opponitur ff. ad l. Iul. de adul. l. pater. Sed tamen in l. illa, pater. nõ agebat de morte filiæ, sed de adulterio accusabat adulterium, vnde in illa accusatiõe nõ habet priuilegium, licèt habeat maritus, vt ff. ad l. Iul. de adul. l. 2. §. vlt. quia iustiore & maiori dolore affligitur maritus, quã pater in adulterio vxoris. in morte autẽ, si filia maritata dicatur occisa maiorem dolorẽ habet pater, quàm maritus: & ideò accusat pater homicidam sine metu calumniæ, quod in marito nõ est: quòd accuset occisorem vxoris sine metu calumniæ. Item si testator, qui vulneratus fuit mortiferè & dixit: talis me vulnerauit: si hæres persequitur, sine calumnia accusabit, vt C. de calumnia. l. mater. sine metu autem calumniæ accusat filius de morte patris, vt C. de calum. l. calumniæ. Itẽ sine metu calumniæ accusat maritus, quandò accusat iure mariti intra 60. dies, alioquin si posteà accusat iure extranei pœnam calum. nõ euitat, vt C. ad l. Iul. de adult. l. iure mariti. & l. abolitionem. & ff. ad l. Iul. de adul. l. 2. §. vlti. & C. ad l. Iul. de adul. l. quamuis. Item sine metu calumniæ accusat fortè patronus, vt ff. de obse. à lib. patro. pręs. l. licet. & ff. de bo. liber. l. qui cũ
8 maior. †QVAESTIO. Sed licèt diximus, quòd quis incidat in Turpilianum: quid erit, qua pœna punietur? Respondeo, 5. lib. auri, vt ff. de præuaricato. l. 3. in fi. sed cui applicabitur? Respõdeo, agenti & non fisco, nisi lex dicat. & sic intelligo C. de mod. mulc. l. mulctarum.
9 †QVAESTIO. Sed quęritur, an accusatio de hoc crimine erit publica, an priuata? Respondeo, priuata: ille enim solus aget, qui accusatus erat ab illo accusatore, vt ff. de præua. l. præuaricationis. §. fi. sed licèt multi sint, de quorum calumnia non agitur, tamen si præuaricantur, infames sunt, vt ff. de præua. l. si ex cuius. Itẽ illud nota, quòd non solùm accusatus desistens sine abolitione puniatur senatusconsulto Turpiliana, verumetiam punitur ille, qui accusatorem submittit, aut instigat, aut qui mandat alicui, & instruit eum ad accusationem capitalem, dando probationes, allegando accusationes. punitur etiam accusator submissus qui tale ministerium suscepit, & ita puniuntur si desistant sine abolitione. cæterùm si crimen fuerit probatum, nullus istorum punitur ff. eo. l. 1. §. incidit. & l. in senatus. §. 1. quia peccata nocentum nota esse expedit & oportet, vt ff de iniur. l. eũ qui nocentem. Item ita punitur ille qui desistit ante sententiam sine abolitione, sicut & desisteret post sententiam, quę fuit appellatione extincta vt ff. eo. l. 1. §. vlt. Sed quę erat dubitatio in casu isto? Respondeo, illa, ex quo sententia lata erat, satis videbatur, quòd crimen peregisset accusator vsq; ad finem. sed non est ita: quia ex quo appellatio interuenit, perinde habetur ac si sententia lata non esset: & sic appellatio extinguit pronunciatũ: & omnia sunt in eo statu in quo fuerant ante sententiam, vt C. de de appel. l. 4. Verùm quia istud verbũ valdè examinatur. & frequentatur in causis, ideò illud examinabo: hic dicitur, quòd per appellationis remedium pronunciatum extinguatur. exponimus, id est, suspendatur, vt C. de transact. l. si causa cognita. & hoc de necessitate oportet te dicere, & secundùm varios intellectus sententia extinguitur, & sententia suspenditur. nã aut iudex appellationis pronuntiat pro vel cõtra, id est aut confirmat primã sententiam, aut infirmat. In vtroq; casu sententia prima extinguitur, hoc est, quòd ex vltima tantùm agetur, vt ff. de re iud. l. vlti. & ff. de his qui not. infa. l. furti. §. 1. in fi. & ff. ad Trebel. l. si quis priore. & arg. ad idem ff. de iniust. rup. test. l. si ex hæredato. §. 1. Si autem ille qui appellat, appellationẽ non prosequitur: & sic perinde habetur ac si nõ appellasset, tunc sententia prima stat in suo statu, & ex illa agitur, vt C. de tempo. appel. l. vlt. circa fi & arg. C. de re iud. l. ad solutionem. & sic propter istos duos effectus sententia dicitur aliquandò extingui, aliquandò suspendi. Et vide optimum simile. legatum ab adita hæreditate acquiritũ ignoranti, vt ff. de fur. l. à Titio. ff. de lega. 2. legatis. & ff. quemadm. seruit. amitt. l. si per partes. hoc verum est si vult legatarius habere legatũ, alioquin si repudiet, fingitur à principio non acquisitum, vt ff. de his quę in fraud. pa. l. 1. in fi. 1. col. Hoc idem in contractu mutui, sicut lex optimè notat exempla tam in mutuo quàm in legato. ff. si cert. peta. l. proinde. & ad idem sunt arg. ex prædict. l. furti accipe. §. 1. domino tamen meo H. non insubtiliter visum est aliud, licèt ferè ad idem tendat, & glosauit in tit. ad Turpilianũ l. 1. in fi. super illo verbo, appellationis remedio pronunciatum extinguitur. hoc modo extinguitur. i. suspenditur, quia cùm in pendenti sit an sentẽtia cõfirmetur vel infirmetur, dicimus ipsam sententiam pendere. prętereà si dicatur ipso iure nulla: consequens est quòd dicatur id cõfirmari, quod nihil est. Item si is qui prouocauit, appellatiõis causam non exercuit, actione iudicati contra eum agitur, ergò nõ est ipso iure sententia nulla, et si sententia irrogauit infamiã, retrò infamis est, vt ff. de his qui nu. infa. furti. Item cùm sententia prolata est, actio iudicati nata est à tempore latæ sententiæ: & res iudicata ab eo tempore dicitur, vt ff. de re iu. l. 1. si itaque ipso iure sit nulla, postea nõ renascetur, nã obligatio semel extincta, posteà nunquàm renascitur, vt ff. de solu. l. qui res. §. area. Nos autem dicimus sicut dicit dominus & præceptor meus H. quòd quantum ad iuris effectum pertinet, ipso iure sit nulla sententia: confirmari tamen possit per sententiam secundã. nam & vẽditio dolo initia ipso iure nulla est, confirmari tamen potest, vt ff. de dol. l. elegnater. & cum falso procuratore iudicium nullum, nec controuersiæ aliquæ dici solent, vt C. de procu. licet. & tamẽ confirmatur ratihabitiõe, vt C. de iud. l. licet. arg. ff. rem ratã ha. l. Paulus. Item testamẽtum primum rumpitur per secundum: tamẽ si secundas tabulas quis inciderit, primæ quę ruptæ fuerunt, vires sumunt & valebunt, vt C. de testam. hac consultissima. & Insti. qui. mo. test. infir. & ff. de bo. poss. secund. tab. l. pen. Item pręscriptio litis contestatione interrumpitur, tamen si actor desistat, vires assumit ac si lis contestata non esset, vt ff. de diuer. & temp. præscr. l. inter quatuor. Item testamẽtum rumpitur per captionem testatoris, tamen si reuertatur, post liminio testamentũ vires assumit: & si moriatur ibi similiter vires assumit fictione legis Cornelię, vt ff. de iniu. rup. test. l. si quis ex hęredato. §. quãuis enim. et Inst. qui. mo. test. infir. sic appellatio effectũ sententiæ ipso iure tollit: si tamen appellator desistat effectus sentẽtiæ, qui fuerat ipso iure nullus, remanet. vt C. de temp. ap. l. vlt. Quòd aũt appellatione secuta sit ipso iure nulla sententia, nõ autem in suspenso, ex eo probatur, quòd aliquis accusatus & cõdemnatus in crimine capitali statim fit pœnę reus, & eius status per capi. diminutionẽ immutetur, ita quòd testamẽtum primum rumpatur, & aliud de nouo condere non possit, verùm si condemnatus appellet, & vetus testamentum valet, & nouum condere potest, nec status eius pendet, vt ff. de iniust. & irri. test. l. si quis ex hęredato. § hæ autem omnes. licèt statim ex quo dãnatus est, & ciuitatem & libertatem amiserit, vt ff. de pœn. l. quidã & l. qui vltimo. Sicubi autem inueniatur sententiã per appellationem suspendi, intelligi debet respectu finis & exitus. nã appellatione interposita omnia debent esse in statu pristino, vt ff. nihil inno. ap. pen. l. 1. & C. de appel. l. 3. vnde consequens vt sententia nõ sit in pendenti: cùm omnia quę statum habent, nõ dicantur esse in pendenti. In hoc senatuscons. concipie
10 act. sic libel. LIBELLVS. Corã vobis domine pętor magister

Bistet iusticiarie proponit R. contra H. qui cùm enm accusasset lege Iul. de vi publi. & lit. contest. ab accusatione sine abolitione discessisset, & sic in Turpilianum senatusconsultum inciderit: cuius est pœna 5. librarum auri: petit ipsum sibi in prædictam pœnam condemnari per vos, & illam pœnã petit sibi dari & solui. Quòd sic rectè concip. lib. dicunt iura. C. ad Turpil. l. 1. & ff. de præuari. l. præuaricationis. Sic concipies libellum, si es in ea opinione, vt locum habeat senatusconsultũ quandò quis ab accusatione discedit sine abolitione post litem contestatam: cæterùm si es in opinione domini Io. vt solo dato libello quis incidat, de lit. contesta. in libello non adijcies. OPPOSITIO. Sed huic libello sic opponitur, non videtur quòd pœna rectè petatur accusatori solui sed fisco. nam mulctarum seuera compendia fisco applicari iubemus, vt C. de mod. mulcta. l. mulctarum. & sic multi ponunt in libello: peto ipsum in 5. libras auri condemnari. OPPOSITIO Sed huic libello magis opponitur si sic dicas: videtur libellus incertus, quia nescitur cui quis sit condemnandus. Item si ponatur, peto ipsum fisco condemnari: nõ videtur quòd admittatur, quia non est procurator fisci. Respondeo, benè stat in libello, quòd accusator petat sibi illam pœnam dari & solui: semper enim hoc admitto vt pœna pecuniaria soluatur iniuriato. nam hoc esset valdè durum, vt si me accusabas & fuisset in accusatione processum, ego fuissem punitus si accusatio vera fuisset: & modò cùm accusator desistit, mirum esset, quòd pœna daretur in publicum, & sic daretur fisco. benè enim admitto, quòd vbi pœna aliqua statuitur in iure, & agatur ea illa actione populari, ita quod non intersit agentis nisi quantum vnius tantùm de populo, tunc pœna si detur fisco, sustineri potest: imò aliquandò dimidiatur inter fiscum & agentem: & aliquandò inueniuntur iura quæ dicunt totam illam pœnam præstari agenti & non fisco, vt ff. ad Sillania. l. lege. nam ibi 5. aurei dantur accusatori. Item lex dicit alibi, quòd illa pœna insolidũ detur fisco. nam 10. aurei qui imponuntur per legem agrariam dantur in publico, vt ff. de termi. mo. l. agraria. & mulctarum seuera compendia fisco applicari iubemus. & C. de mod. mul. l. mulctarũ. alibi dicit lex quòd dimidiam fiscus, dimidiam spoliatus accipiat, nam ablata inciuiliter à consiliarijs & assessoribus in quadruplum restituuntur, cuius quadrupli dimidiam recipit spoliatus, & dimidiam fiscus, vt C. de accesf. l. consiliarios. In quæstione ista varia notauerunt Doctores, nam quidam voluerunt quòd istæ tales mulctæ seu pœnæ pecuniariæ diuidantur per l. illam, consiliarios. & ad similitudinem thesauri in alieno inuenti, vt ff. de iur. fisc. l. non intelligitur. §. vlt. & in hac opinione fuit dominus meus Cyprianus, dominus Or. dat totum accusatori seu agenti, nisi leges in quibusdam casibus aliud dicant. & sic dicit, nónne in hac populari ille dicitur creditor, qui illam intentat, vt ff. de verbor. signific. l. si cui. si ergo est creditor, ergo sibi debetur commodum actionis, nec obstat l. agraria. ff. de term. mot. quia quod ibi dicitur, quòd datur in publico: ita ea ponit, id est, cuilibet de populo agenti: & sic secundùm prædicta in omnibus accusationibus, quæ mulctam imponunt, vt sunt populares, posset hæc quæstio notari, de quibus singulariter prosecuti sumus in suis responsis suprà in hoc eodem opere, & inducitur argumen. pro domino Or. nónne in actione furti, vi bonorum raptorum, inducuntur mulctæ, & tamen non dantur fisco, sed agenti ex actionibus illis? † Illud nota in fin. quòd ille

12 videatur etiam destitisse, qui infrà tempus præfinitum à iudice in accusando non processit, vt ff. ad Turpilia. l. ab accusatione. §. destitisse. & C. qui accus. non poss. l. si ea quæ. & arg. ff. de op. leg. l. mancipiorum. Item etiam videtur destitisse, qui infra tempus præfinitum a lege in accusatione nõ processit, scilicet infra bienniũ, quod proditum est ad finiendam criminalem accusationem, licèt triennium sit statutum in instantia ciuili, vt C. vt infrà cert. temp. cri. quæst. ter. l. 2. & 3. & C. de iudic. l. properandum. Veruntamen videtur verum quòd licèt dictum sit, quòd puniatur qui destitit pœna 5. librarum auri, tamen videtur quòd alia pœna imponatur, nam l. 1. C. vt infra cert. temp. dicit quòd mulctetur in quarta parte bonorum. l. 2. eo. tit. dicit quòd debet dari in exilium, & sic quæritur an etiam omnes istæ pœnæ simul interponantur? quòd esset durum: vel quæ magis imponatur. Respõ. de iure & generaliter pœna Turpilia. imponitur accusato, scilicet 5. libræ auri. aliquãdò tamen durius contra accusantem proceditur, & non imponit iudex illam pœnam, sed maiorem, putà quandò multis grassantibus opus est exemplo: vt pœna vnius metus sit multorum, vel fortè ille qui modò destitit consueuit multos accusare, & homo superstitiosus erat, in quibus casibus iudex maiorem pœnam imponit, & imponere potest, vt ff. de pœn. l. absentem. §. pen. & de custod. & exhibit. reor. l. diuus. & C. ad leg. Iul. repet. l. 1. & ff. de pœn. l. hodiè. & l. in seruorum. & sic imponunt pœnam quartæ partis bonorum, non intelligas quòd vtranque pœnam imponat, pœnam autem exilij tunc imponit, quando ille accusator erat homo leuis cui damnum famæ non sit iniuria: tunc imponitur pœna exilij retentis illis, scilicet quando multis grassantibus, &c. vt C. vt infra cert. temp. l. penul. hæc de Turpiliano tractasse sufficiat.

De senatusconsulto Largiano. Rubr.

1 *Senatusconsultum Largianum in quibus locum habeat.*

SVnt & quædam alia senatusconsulta, quæ hodiè locum non habent, quia sublata sunt, sed vt nihil antiquitatis penitùs ignoretur, vt Insti. de testamen. ideo illa inseramus. † Est enim Largianum senatusconsultum. 1 quod locum habebat quando latina libertas locum habebat. verbi gratia erat aliquis toto tempore vitæ suę liber, tempore mortis erat seruus, & sic dominus accipiebat omnia bona ipsius: & sic eodẽ tempore concurrebat mora & seruitus. omnia ista hodiè sublata sunt, & ipsum etiam senatuscõsultum Largianum sublatum est, quia ex quo aliquis liber est, fit ciuis Romanus: & fit liber in vita & in morte, vt C. de lati. liber. l. vnica. §. 1. & §. vlti. De ista autem materia quære suprà in hoc eodem opere de cõstitutione Iustini. vbi de hoc plenè notaui: de hoc etiam senatusconsulto Largiano tollendo, sicut odioso, habes in autheo. vt liberti de cætero. collatio. 6. §. 1.

De senatusconsulto Sabiniano. Rubr.

1 *Senatusconsultum Sabinianum, in quibus locum habeat.*

ERat & aliud senatusconsultum, quod vocabatur Sabinianum, quod hodie sublatum est, & meritò. † habebat enim locum circa filios adoptiuos ad- 1 optandos per tres mares, & illos eosdem per tres emancipationes emancipandos, & duas manumissiones. Sed licèt non sit vtile, bonum tamen est quòd sciatur, qualiter fiebat adoptio per tres mares, videlicet hoc modò. ego adoptabam istum filium, & tu iterum adoptabas, & postea veniebat ad tertium, qui eum volebat habere filium adoptiuum, & ipse adoptabat, & sic videbatur quòd patria potestas patris naturalis esset sublata, ex quo per tot manus adoptio iam processerat. Similiter fiebant tres emancipationes illius filij adoptiui, & duæ manumissiones. sed hodiè omnia ista sublata sunt, & ideo immorari nolo, & sufficit vnica adoptio & vnica emancipatio, vt C. de adoptio. l. cùm in adoptiuis. & l. vlti. & de libris fortè istius Sabini fuit delata quæstio ad Iustinianum, vt C. de acquiren. possess. l. ex libris.

De senatusconsulto Claudiano.
Rubrica.

1 *Senatusconsultum Claudianum, in quibus locum habeat.*

ERat etiam aliud senatusconsultum quod vocabatur Claudianum, quod & hodiè sublatum est. Et habebat locum † quotiens aliqua mulier inge- 1 nua cupidine capta alicuius serui vel adscriptitij rem

cum eo habuarat: vel de facto cum eo contraaetat contubernium seu consortium: hęc talis mulier misera fiebat serua, & fortè illis cuius erat seruus, & hoc fiebat per senatuscõsultum Claudianum, quòd hodiè locum non habet: nunquàm enim propterea mulier fiet ancilla, vt C. de senatuscoosult. Claudiano. l. vnica. & de liberal. caus. l. libera. sicut nec econuersò liber homo nõ fit seruus, si sortiatur contubernium ancillæ, vt C. de liberal. caos. l. si liber. seruus tamen ille vel ascripeitius castigabitur à domino, & si non castigabit ipsum, tunc damnum sentiet dominus, quia fiet seruus vel asscriptitius fisci, vt locum habeat regula, quod ab indigno aufertur, fisco applicabitur, vt ff. de inoffic. testam. l. Papioianus. & de donat. inter vir. & vaor. l. cùm hic status. circa fin. & hoc quidam & malè. imò hóc damnum sentiet dominus, amittet dominium ipsius serui, quia fiet liber. & hoc non propter odium ipsius serui, sed propter odium domini, qui vel permisit illum cootrahere tanquàm liberum: vel sciuit, & nõ contraait, vel ipse dominus facit hoc matrimonium & liberi nati erunt legitimi, et matrimonium ioter illos erit, vt in authen. de nnpt. colla. 4. §. si verò decretum. & §. si verò ab ioitio.

De sanatusconsulto Clamantiano. Rubr.

1 *Senatusconsultum Clementianum vt locum habeat, qua requirantur.*

2 *Senatusconsultum Clementianum nunquid locum habeat, si pupillus habeat vsum, vel vsumfructum, vel seruitutem, vel habeat ius in re sicut emphyteuta, seu superficiarius.*

3 *Creditor si fuerit pupillus vel minor, & habeat pignus conuentionale vel prætorium, nunquid possit res illa vendi, qua est obligata, etiam decreto non interueniente.*

4 *Senatusconsultum Clementianum an locum habeat in iuribus, qua minori competunt.*

5 *Minor qua cum maiori solennitate resoluatur, & qua sit diuersitatis ratio.*

FACTVM est sanatu scõsultum à Tertullio & Clemente consulibus: tampore Imperatoris Seueri: & oratio fuit recitata in senatu illo, de qua dicemus. Vnde potest vocari istud senatuscoosultum vel Tertullianum vel Clementianum: vocemus ergo istud senatusconsulium Clementianum: licèt possit vocari Tertulliaoum ad differentiam alterius seoatuscoo. Tertul. de quo superiùs tractauimus, & est valdè vtile circa prædia pupillorum & minorum noo alieoanda, & loquabatur seoatuscons. in prędijs tantùm rusticis & suburbanis, vt vendi non possent à tutoribus seu curatoribus sine decreio, nisi propter æs alieoum, vt ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel eura. l. 1. §. 1. nisi testator cauerit in testamenio vel codicillis, quòd prędia illorum vendantur, vt io prædicta l. in princip. Posteà fuit facta coostitutio à Constantino quæ prohibuit prædia vrbana vendi, & etiam mobilia nisi superflua: & quæ seruando seruari non possunt, vt C. de administr at. tutor. l. lex quæ
1 tutores. & C. de pręd. mino l. ob æs. †Quod senatuscon. adhoc vt locum habeat tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis sit pupillus vel minor 25. annis. Secundũ, quòd ille pupillus vel mioor habeat prędium rusticum vel vrbanum vel suburbanum, vel res aliquas mobiles
2 & corporales. †QVAESTIO. Sed quæritur quid si pupillus habeat vsum vel vsumfructum vel seruitutem, vel habeat ios in re sicut emphytenta seu superficiarius, nunqoid in bis habet locum senatusconsulum? Respondeo, habet: licèt non ea verbis, sed ex sententia, vt ff. de reb. eor. l. sed & si pecunia. §. si ius habet pupillus. & §.
3 nec vsus. & §. vlti. & l. vlti. & l. sequ. & l. magis. in prin. †QVAESTIO. Quid si creditor sit pupillus vel minor & habeat vel pignus eonuentionale, vel prętoriũ, nunquid poterit res illa vendi quæ est obligata etiam non inietueniente decreto? Respondeo, sic. licèt eoim pignus remittatur, nihil immutatnr de obligatione principali. simila etiam in muliera, quæ etiam constante matrimonio potest remittere ius hypothecarium, oec babet locum auailium Velleiani, vt C. ad Velleia. l. etiam. si autem ius domini habeat, & sic mioor factus est dominus, tũc habet locum oratio, vt ff. de reb. eor. qui sub tute. vel cura. l. magis. §. si fundus. Idem est si fundum habnit pupillus emptum bona fida pro quo sibi competeret publiciana, ad illud etiam pertinet oraiio, vt io prædicta l. magis. §. 1. †QVAESTIO. Quid dices in iurib' 4
quæ competunt minori: nunquid in his locum babet senatuscon. Respondeo, nõ: illa enim alieoari & transferri possunt sine decreto, vt ff. de edict. suc. l. 1. §. tutor. si enim locum haberet senatuscõsultum, nunquàm posset minor iuribus renũtiare sine decreto, sicut dictum est & dicemus. Teitium est oecessarium ad boc vt alienatio teneat, quòd debitnm subsit, vt C. de præd. mino. l. ob æs alienum. & est ibi, tantùm, quod quidam sic strictè intelligunt, id ast, quòd propter æs alieoum possit alienatio fieri, nõ propter aliud. alij intelligunt etiam pro similibus causis: putà, pro dotanda sorore nata ex eodem patre: quia hoc est loco æris alieoi, quia ipsam dotare tenetur, vt ff. de administ. tuto. l. cùm plures. §. cùm tutor. Item admittunt pro necessitate famis, si non habeat pupillus quòd mãducet, certè hoc admitterem: quia est plus quàm æs alienum, vnde dieunt qnod dicitur lea illa, ob æs alienum: eaempli causa ponitur. & illud, tantùm, non determinat præcedens, scilicet ob æs alieoum tantùm, sed subsequens scilicet tantùm cansa cognita, scilicet quòd causæ cognitio debeat interuenire. quæ autem sit cognitio habes ff. de reb. eor. qui sub tuta. vel cura. sunt. l. magis. & l. si fundus. & ferè per totum. Sed durum est tibi cõtra stimulum calcitrare. nam in l. ob æs. ponitur verbum tãtùm ob æs alienum. Item in ipsis verbis orationis sic habetur, quòd si æs alienum tantùm erit, tunc venditio permittitur, vt ff. de reb. eor. qui sub tutela vel cura sunt, l. 1. §. 1. Item in eo. tit. l. magis. sic habetur io §. si ęs alienum. quòd ita demùm alieoatio prædij minoris permittatur, si æs alienum immineat. & est hoc adeò verum, vt si obreptum sit prætorà de ære alieno quod subesset, & non subest, & fiat venditio, in rei veritate ipso iure nulla est, adeò quòd poterit minor rem illam directa actione veodicare, & babere actioem persooalem tutelæ contra tutoreoi, vt in prædicta l. magis. §. pen. Quartum est nacessarium, quandò debet fieri venditio propter æs alienum, vt sit tutor præsens, & qui in verirare sit tutor. Item sit præseos prætor seu præses, & non intelligas quòd alter tantùm sufficiat, vt C. si propt. publi. pensitat. l. vlt. & ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cura. l. qui neque. Item non intelligas quòd sufficiat authoritas cuiusque iudicis muoicipalis, vt alià s. sed oportet, quòd authoritas illius iudicis interueniat, qui habeat cognitionem miati vel meri imperij quia interponere decretum & authoritatem circa venditionem prædij minoris est de miato imperio, vt notaui in principio libelli in rubrica illa. quà possint esse iudices ordinarij, &c. alij enim iudices nõ possunt decretum ioterponere. Vnde propterea multà quandò impetrant officium iudicis à domino Papa vel à domino Imperatore faciunt apponi quòd possiot decretum interponere in veoditiooibus talibus: & cautè faciuot quia alià s noo possent, vt ff. ad municipal. l. ea quæ. & l. magistratus. In solutione tamen facienda à debitore minoris sufficit solius prætoris authoritas, seu tutoris vel curatoris, vt Inst. quib. alien. lic. vel oon. & de minori. l. ait prætor. & etiam est aliud ibi: quia contra venditionẽ restituitur, si probauerit se læsum: contra solotionem factam à debitore cum tutoris vel prætoris authoritate non restituitur, vt C. si aduers. vendit.
& in prædicta l. ait prætor. †QVAESTIO. Sed quæritur, 5
quæ sit ratio diuersitatis io vtroque? Respondeo: sic assignant præceptores nostri, quòd solutio fit ab inuito & ex necessitate, emptio autem fit ex volũtate: & ideò si restituitur minor, quòd maior solẽnitas interueniat non est mirum: & adducuot argumentum ff. de verbo. signific. l. debitor. ff. de legat. 2. l. fideicommissa. §. si debitor. ff. de minorib. l. quòd si minor. OPPOSITIO. Sed oppo-

opponitur eis sic, nónne iudicium redditur in inuitum? vt ff. de verb. obli. l. inter stipulantem, in fine primæ columnæ. certè sic. Quare ergo minor restituitur contra rem iudicatam? vt C. si aduers. rem iudicat. contra solutionem nō restituitur factā a debitore sibi, licèt ipse restituatur contra solutionem factam à se alij, vt C. si aduers. solut. Respondeo: in iudicio licet reddatur in inuitū, quare detur restitutio, ratio est: quia potest esse quod minor omiserit allegationes competentes, ideò restituitur, & non ideò restituitur, quòd ille aduersarius inuitus conuenitur: at si in solutione facta minori à debitore & cum tutore seu præside non posset minor lædi: quia recipiendo à debitore pecuniam, vtitur iure communi, & sic non videtur circumscriptus, vt C. de in integ. restitu. l. non videtur. & sic non restituitur, si posteà amittat, nec tunc restituitur, quia quod legitimè factum est, non debet aliquo euentu superueniente posteà resuscitari, vt C de administrat. tut. l. sancimus. & non euentus damni, sed inconsulta facilitas restitutionem indulget, vt ff. de mino. l. verum. Quintum, quòd interueniat causæ cognitio, quæ habetur in l. illa, magis. per totam legem. & in l. illa, si fundus. Sextū, quòd pecunia illa pro qua venditur prędium, in veritate soluatur creditori, & propter hoc datur viator, qui renuntiet prætori solutam esse, vt in prædicta l. magis. §. illud quæri potest. Septimum, quòd non sit obreptum prætori in aliquo de quibus mandat oratio: alioquin venditio rescindetur, vt in prædicta l. magis. §. penult. & l. quamuis. Octauum, quod prædium illud sit insolidum minoris seu commune, vt ff. de reb. eor. qui sub tutel. l. qui neque. §. vlti. Sed hoc ideò dico, quia si prædium sit commune pro indiuiso cum maiore: alieuari potest maiore prouocante ad diuisionem, vt C. de præd. minor. l. inter omnes. & in prædicta l. magis § vltim. & hoc est quod dicunt quædam verba obscura quæ ponuntur in prædicto titu. in l. qui neque. §. vltim. nam quod excepit omitto, scilicet vt possit fieri prædiorum diuisio maiore socio prouocante, propter hoc excipit, vt communio perimatur diuisione secuta, non vt augeatur difficultas communis, in quo augeretur certè in hoc: quia iam necesse haberet prædium commune cum creditore haberi, cum quo competit communi diuidundo, & competit etiam cum debitore, vt ff. commun. diuid. l. communi diuid. Hoc breuiter sui prosecutus de hoc senatusconsulto ad notitiam ipsius, quia vtile est. Cæterùm copiose quęre in summa domini mei C. de pręd. mino. & C. si aduers. vend. Verùm vnum non omitto, quod hodiè per constitutionem Frederici, si minor iuret & vendat nunquàm posteà audiatur, siue interueniat curator, siue prætor, siue non. & hæc est vera sententia, licèt hanc non tenuerit dominus R. vt dicit constitutio, sacramenta puberum. & ibi sicut glosauit, sacramento interueniente accedente decreto, officio nō vtere: decreto non interueniente tuo iure vtere. prętor enim non tibi suum, sed suū denegat auxilium. sed sententia B. locum habuit ante constitutionem per l. 1. C. si aduers. venditio. sed cùm constitutio illa, sacramenta puberum. hodiè de nouo sit facta, admittimus: vt adijciat hoc, vt si siue decreto sit facta venditio a minore, & iuret quòd teneat: nec aliquo modo contrauenire possit. Verùm quia constitutio illa est valdè vtilis, ideo ipsam in hoc opere inserendam prævidi.

Constitutio Friderici Imperatoris. Rubr.

1 *Constitutio Friderici Imperatoris de quo sacramento loquatur.*
2 *Forma iuramenti constitutionis Friderici, qua sit.*
3 *Iuramentum verbotenus factum, an idem sit.*
4 *Fides vel pacis osculum an iuramento æquiualeat.*
5 *Impubes si iurauerit, & sine decreto vendiderit, nunquid contrauenire possit.*
6 *Impubes an teneatur seruare sacramentum suum sponte indistinctè in omnibus præstitum.*
7 *Contractum appellatione quid veniat.*
8 *Obligatio quo casu ex vna tantum parte oriatur.*
9 *Minor si testamentum fecerit, & iurauerit se illud seruaturum: nunquid mutare possit.*
10 *Dictio, generaliter, quid significet.*
11 *Constitutio nunquid locum habeat, si super rebus nō suis, putà si rem alienā alijs vendat, vel donet, vel permutet, vel det in dotem.*
12 *Pubes an obligetur, si iuret aliquid facturum vel daturum*
13 *Sacramenta per vim & metum extortum, quantum ad effectum nullum est.*
14 *Iuramentum per vim vel metum obligationem non inducit.*
15 *Minor aliquis si vendidit, & in venditione vltrà dimidiam deceptus fuit, iurauit tamen quod non veniret contra: nunquid si velit intentare quidpiam, audiatur.*
16 *Minor quomodo maior censeatur, & quomodo contraueniat, cum nemo contra factum suum venire possit.*
17 *Minor si fecit pactum de futura successione, & iurauit se non contrauenturum, nunquid possit.*
18 *Minor si rem aliquam vendidit, & iurauit quod habebit ratam illam venditionem, & omnes alias, & omnes contractus quos facturus est, nunquid contra aliquos contractus venire possit.*
19 *Minor si quidpiam remisit & iurauit, quòd non veniet contra, nunquid audiatur.*
20 *Minor si contra legem Aeliam Sentiam libertatem præstitit, & iurauit, nunquid contrauenire possit.*
21 *Constitutio Friderici an locum habeat, siue cum decreto, siue sine decreto minor contrahat.*
22 *Minor si iuret aliquid se facturum vel daturum, causa tamen vel contractus non præcedat, nunquid obligetur.*
23 *Minor si vendidit, & in venditione illa est deceptus non vltra dimidiam, sed in imo: non tamen in minimo, & iurauit, quòd non veniet contra: nunquid si petat iustum pretium suppleri, audiatur?*
24 *Minor si iuret contra aliquem contractum, quòd nullo iure veniet: nunquid audiatur, si aliquo iure veniat contra.*
25 *Minor si iuret petente curatore, quod ab eo rationem nō exiget, sicut sæpè contingit de facto: nunquid veniat contra.*
26 *Minor si fecit pactum cum fratribus pro hæreditate patris adhuc viuentis & iurauit: nunquid veniat contra.*
27 *Minor si iurauit se non subiturum munera ciuitatis, nunquid si vtilis sit, admitti debeat.*
28 *Minor si ante constitutionem Friderici vendebat sine decreto, an dominium transferre poterat.*

SAcramenta. Quæritur de quo sacramento loquatur? Respondeo: Doctores omnes intelligunt de sacramento corporaliter præstito: puta, iurat minor 1
sic. † *Forma iuramenti.* Ego Titius iuro corporaliter ad sancta Dei Euangelia non cōtra hanc venditionem inventurum, vt C. si aduer. vend. l. 1. & C. si min. se maior. dix. l. 3. in fi. & propter hoc tota die tabelliones contrahentes faciunt iurare corporaliter ad sancta Dei Euangelia. QVAESTIO. Sed quid si † verbotenus iurauit, & dixit, ego Titius iuro tibi per Deum viuum & verum, quod contra hanc venditionem non veniam? Respondeo: neque veniet cōtra iure ciuili, nec iure canonico, nam contra verbale iuramentum non venit minor, nisi in vnico casu, scilicet quando vult probare contrariū per instrumentū, scilicet se maiorem: licèt quādo corporaliter, nullo modo veniat contra, vt C. si minor se maior. dixer. l. 3. QVAESTIO. † Quid si dederit fidem? Quid si dederit osculum pacis? Quid si iurauit sic. viuit dominus. Quid si iurauit sic, viuat anima mea, vel similia interuenerint: nunquid est iuramentum? Respondeo: est iure canonico omnibus prædictis modis [illegible]

 etiam

etiam si dicatur, in verbo veritatis: & etiam si iuret per
reliquias sanctorum, vt in decret. 22 quæstio. 1. c. & iu-
rabunt. & c. si aliqua causa. & c. habemus. & c. si pecca-
tum. & in eadem causa, quæstio. 5. c. qui periurat. & ex-
tra, de sponsal. c. consuluit. & c. præterea. & in Lom-
barda. de his qui veniunt infra treugas. de homicid.
liber homo. Vnde posset dici, quod de iure canoni-
co nulla sit differentia inter simplex verbum & sacra-
mentum, vt in decret. 22. q. c. iuramenti. & quòd omne sa-
cramentum seruandum est, quod non vergit in interitú
salutis æternæ, vt extr. de iureiu. c. si verò. Quòd minor
non debeat contrauenire satis videtur probabile, licèt
quidam de rigore iuris ciuilis nullo modo excludant
minorem nisi corporaliter iurantem: & hoc capiunt ex
verbis ipsius cõstitutionis. Sacramenta puberú spontè
facta, id est, præstita. *Puberum*, id est, qui compleue-
runt decimumquartum annum, vt Instit. de tu. & cu. li-
cèt aliter dicatur pubetes à pubere vocati, id est, à cor-
poris parte pudenda nũcupata: quia primò in illa par-
te lanuginem ducunt, vt ext. de despon. impu. c. pube-
5 res. † QVAESTIO. Quid do impubere, si iurauit & ven-
didit sine decreto: nunquid poterit venire contra? Re-
spondeo, pleriq. prudentes admittunt quòd possit con-
tra venire, non obstante illo sacramento. & hoc ex ver-
bis ipsius constitutionis colligunt: quæ dicit, sacra-
menta puberum q. d. de impuberibus contra est: & est
argu. ad hoc ff. de iudi. l. cùm prætor. Item habent alia
iura pro se, nam legitur in iure canon eo quòd pueri
iurare ante 14. an. non cogantur, & si iurant, non teneat
sacramentum, vt in decret. 22. q. 5. c. paruuli. & c. pueri.
& in ead. causa. q. 3. & in Lõbarda. qualiter quis se. de.
l. vt infantes. & ff. de iureiur. l. iusiurandum. § pupillo.
Alij distinguunt, refert de quo impubere loquamur: si
de illo pupillo, qui non sit doli capax, locum habent
iura allegata, quia eius ætas quid videat, ignorat, vt C.
de fal. mo. l. 1. ff. de iureiur. l. qui iurasse. Cæterùm si pu-
pillus sit doli capax, sicut in multis in quibus malitia
supplet ætatem, vt C. si min. se ma. dixer. l. 3. tunc licèt
iurare non cogatur, tamen si iurauit, non veniat con-
tra, propter iusiurandum, non propter constitutionem
illam, sacramenta puberum. & hoc sic probant. Iste pu-
pillus doli capax, sciens videtur fallere. vnde si veniat
contra, committit periurium, cùm inueniam quòd om
ne crimẽ cadat in personam impuberis, præter crimen
adulterij, seu fornicationis. tale enim crimen post pu-
bertatem incipit, vt ff. ad l. Iuli. de adulte. l. si minor.
Item videò, quòd pupillus propter suum maleficium
deportetur, & sic tutela finiatur, vt Instit. quib. mod. tu.
fi. in casu tamen inuenimus quòd sacramentum impu-
beris teneat, & tunc de doli capace intellige. qui casus
talis est, si impubes iurauerit se daturum operas, qui
iurare potuit, dabitur actio operarum in ipsum pube-
rem, vel ex stipulatu, si promiserit, & formiter iuraue-
rit, vel in factum, si fuerit histrio, vel nummiculator:
aliàs dabitur actio contra ipsum factum puberem, vt
ff. de libera. causa l. vlti. & ff. de oper. liber. l. vt iusiuran
di. & ille est casus solus in iure ciuili, vbi ex iureiuran-
do non delato datur actio, licèt delato iureiurando de
iure communi detur actio, vt ff. de iureiuran. l. nam po-
steà, §. vlti. & l. si duo. *Spontè.* ideo dicit propter se-
quentia verba quæ ponuntur in eadem constitutione.
per vim autem vel metum &c. & præterea istud verbũ
ponunt tabelliones in instrumentis, quòd talis spontè
non vi, non coactus, non dolo inductus. *Facta*, id est
præstita, quia corporaliter iurauit, vel præstita, ver-
6 botenus, secũdùm quod superiùs distinxi. † QVAESTIO.
Sed nũquid pubes tenebitur seruare sacramentũ suum
spontè prçstitũ indistinctè in omnibus? diceret aliquis
quòd sic: quia lex ista indistinctè dicit. quid ergo si con
tractus sit talis, qui de iure non valet? ibi sacramentum
interpositum nullum enim, vt C. de leg. & constit. l. nó
dubium. & ff. de pact. l. iurisgentium. §. si paciscar. & ff.
de leg. 1. l. si quis inquilinos. & C. de nup. auth. quod eis.
Respódeo, nó tenebitur in hoc casu seruare, quia quan
do minor iurat, quòd non veniet contra tanquã minor:
& sic quodãmodò sacramẽtum repræsentat [illegible]
iorem. vbi aũt maior potest venire contra [illegible]
set, vt dixi: quis vnquã sani capitis hoc denega[illegible]
nori, certè nullus, vñ melioris conditionis esset [illegible]
quã minor, saluis quæstionibus, quas infra notab[illegible]
† *Super contractibus*. primò quæritur quid intellig[illegible] 7
hic nomine contractuum: & de quibus? certè si verbo
vis adhærere, contractum accipies, vnde vltrò citro-
que nascitur obligatio, vt ff. de verbor. signific. Labeo.
sic in his quæ aguntur vel geruntur non videtur quòd
locum habeat constitutio. quæ sint illa quę aguntur vel
geruntur dicit l. prædicta, Labeo. † QVAESTIO. Quid er- 8
go dicemus de donatione, vbi ex vna parte tantum ori-
tur obligatio. vt Instit. de donat. & C. de dona. l. sanci-
mus. & l. si quis argentum. vbi obligatur ille qui recipit
donationem ad antidora. vt ff. de petit. hæred. l. sed &
si lege commissoria. §. consuluit. Quid de transactione
ex qua oritur tantùm exceptio? vt C. de transact. l. cùm
proponas. Quid de quasi contractibus, qui contractus
non sunt, vt Institu. de obliga. quæ ex quasi contractu.
quid de actionibus descendentibus ex maleficio vel
quasi: quæ adeò tolluntur per pactum de non petendo,
quòd nunquàm posteà per pactum de petendo resusci-
tentur, vt ff. de pact. l. si vnus ex argẽtarijs. §. pacta quæ.
si ergo tolluntur per pactum nudum, ergo per iusiuran
dum, cùm in omni iureiurando saltem pactum nudum
interueniat, vt ff. de iureiur. l. vlti. certum est, quòd ita
non sint cõtractus. Item quid de obligationibus descen
dentibus ex varijs figuris causarum, secundum quos-
dam, qui credunt, quòd aliquæ sint obligationes quę ex
varijs figuris descendant: quod non credimus, vt nota-
ui supra de condictione furtiua. Item quid super acti-
onibus realibus: putà, rei vendicatione vel publicia-
na. Certum est, quandò his actionibus agimus, cum eo
agimus, qui nullo iure nobis obligatus est, vt Instit. de
action. circa princip. & sic de multis posset quæri: quid
dicemus? Respondeo, hoc nomen, contractibus, ge-
neralissimè sumimus pro omnibus obligationibus
descendentibus ex contractibus vel quasi: ex malefi-
cio vel quasi, & etiam pro realibus. & similem significa
tionem habemus de hoc verbo, contractus. C. de fid.
instrument. l. contractus. simile etiam valde accedit
quod habemus ff. de iudic. l. omissam obligationem. si-
mile etiam in authent. qua in prouincia qui deliquit,
vel de quali re reus sit &c. QVAESTIO. † Item quid si 9
minor fecit testamentum, & iurauit se illud seruatu-
rum: nunquid poterit mutare propter illud sacramen-
tum? Respondeo, potest: & hæc dico propter tria. Pri-
mò, quia nemo cauere potest, nec etiam sibi legem in-
dicere, ne leges in suo testamento locum habeant, vt ff.
de legat. 1. l. nemo. Secundò, quòd ambulatoria est vl-
tima voluntas vsque ad supremum vitæ exitum, vt ff.
de donation. inter virum & vxorem l. cùm hic status.
cùm nihil sit quòd magis hominibus debeatur, quàm
vt supremæ voluntatis liber sit stilus, & licitum quod
iterum non redit arbitrium, vt C. de sacrosanct. eccles.
l. 1. Tertiò, quia constitutio præsens loquitur de his
contractibus, ex quibus vtrinque obligatio contrahi-
tur, vel saltem ex aliqua parte tantùm, vt in donatio-
nibus, & transactionibus, & stipulationibus. at in te-
stamento ex nulla parte obligatio inducitur. † *Re-* 10
rum. Hoc verbum, res, generale dominus Impe-
rator elegit, vt alias ff. de reb. credit. l. 1. §. rei. & Vltra-
montani dicunt etiam sic generaliter: ista est vna res,
in vulgari suo, licèt alibi nomen rei stricte ponatur,
vt ff. de rei vendicat. l. si rem. C. vbi in rem actio. al[illegible]s
sumitur aliquantulum large. ff. de verbor. & rerum
significatio. nam ibi etiam in ipsa rubrica ponitur de
verbis significantibus: & de rebus significatis. † *Sua-* 11
rum. Quid si super alijs rebus non suis: putà, si
rem alienam vendit, vel donat, vel permutat, vel dat
in dotem, vel in similibus: nunqui[illegible] habet locum
constitutio? prima facie non videt[illegible] [illegible]am verba ista
meum, tuum, suum, ipsius. alter[illegible] [illegible] domino donant a-
ctiones, vt ff. de rei vendicatio. l. non solum. [illegible]
& u.

& ff. de legat. 3. l. seruus ff. ad Trebellian. l. si legatus. §. si
quis bona ff. de religios. & sumpt. fune. l. 1 §. [illegible]
Sed in contrarium respondemus, & dicimus obligari
minorem, sicut & quilibet maiorem: & quod dicit, suarum.
generaliter sumitur: vel saltè dicitur res sua quò
ad obligationem: quia se obligat. sicut & aliàs dicitur
iudex facere litem suam, quæ fuit aliena. & dicitur facere
suam, quia deliquit male sententiando. vt Instit.
de obligat. quæ ex quasi delict. nascun. ff. de iudic. l. si filius.
vel dicitur saltem res sua, id est, ipsius minoris,
quantum ad conuenientiam oculorum. ff. de manumissio.
l. is qui suis. & ff. de iudic. l. qui se. Et alibi etiam habes
simile. lex Corneliana de iniurijs habet locum, si
quis dicat domum suam vi introitam. sed accipitur domus
sua, siue sit locata, siue conducta, vel gratis habita.
vt ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. 1. & 2. Quid de actionibus?
Respondeo idem. vt ff. ad Trebellia. l. si legatus. §. si
quis bona. *Non retractandu.* Ista verba quare ponuntur?
nonne sufficisset, si dixisset, sacramenta puberum
sponte facta super contractibus inuiolabiliter custodiantur.
videtur ergo quòd tunc sacramenta puberum
seruentur, quando iurant se non irritare contractum:
vt litera dicit. † Quid ergo si iuret aliquid facturum,
12 vel daturum? non videtur quòd pubes obligetur: quia
non iurauit, vt constitutio dicit. Respondeo, verba illa
ideò ponuntur, quasi quod illa sit forma sacramenti:
quod iuret minor, quòd contractum illum non retractabit,
id est, non veniet contra: imò adijciet plus, iuro
me seruaturum, & non retractaturum: eo enim ipso
quod iurat non retractare, iurat per consequentiam se
seruaturum. nam si retractaret, non seruaret: si seruat,
non retractat. & sic hoc expressum prodest. & hoc colligo
in similibus ferè verbis. nam si in loco quodam domus
Gaij Seij seruitus debebatur Annio, vt in eo loco
aliquid positum non haberet, rectè agit Annius contra
Seium non esse ei ius ita positum habere. & sic licèt
negatiua verba proponat: tamen illis negatiuis videtur
affirmatiuam proponere, scilicet confessoriam, hoc
est, mihi ius esse te prohibere. vt ff. si seruit. vendic. l. si
quando. §. cum in domo. Item & qui promittit vacuam
possessionem tradi, non promittit factum nudum: scilicèt,
solummodo tradere possessionem: sed promittit
causam bonorum, & sic tradere vt possessio ab eo non
auocetur vt ff. de verborum obligat. l. in conuentionalibus.
§. final. vt ff. de verborum significat. l. bonorum.
& sic quando promittit & iurat quod contractum non
retractabit, videtur iurare, quod debeat seruare. nam
& lex Iulia de adulterijs dicitur de adulterijs puniendis.
& dicitur lex Iulia de pudicitia seruanda. vt ff. ad
legem Iuliam de adulter. l. 1. & l. reos. Nam & similia
verba intelliguntur, sub negatiuis affirmatiua, & econuersò.
lego illi decem, si te hæres meus meruerit, id est,
non offenderit. vel sic: lego illi decem, si te hæres meus
non offenderit, id est, si meruerit. vt ff. de lega. 1. l. fideicommissa.
§. sic. & ff. de fideicommissaria libertate. l. fideicommissaria
libertas. & si prohibeo Titio vt non
inferat tibi violentiam volenti ingredi possessionem
talis fundi, videor te in possessionem inducere. vt ff.
de acquirenda possess. l. permisceri. §. vltim. Contraria
quædam sunt argumenta. nam si pronunciatur rem tuam
non esse, nunquam propterea pronunciatur rem
esse meam, licèt econuersò sit verum. vt ff. de procurat.
l. Pomponius. & ff. de exceptio. rei iudicat. l. 1 inter
me. & ff. de iureiurand. l. sed & si possessori §. 1. & si pro
nunciatur pro aliquo quod non sit seruus parenti: nō
propterea videtur pronunciatum vt sit liber. vt ff. de
libera causa. l. diui fratre § 1 & 2. *Inuiolabiliter.* scilicet
quantum ad actionem si contractus talis fuit, qui
pareret actionem: vtputà, qui vestitus fuit: vel quantum
ad exceptionem, si tantum exceptio inducebatur,
quia erat pactum nudum. vt ff. de pactis. l. iurisgentium.
§. 1. & 2. quod enim inuiolabiliter custodiantur
quantum ad actionem, & quantum ad exceptionem, di
cunt iura ff. famil. ercisund. l. inter cohæredes. §. 1. &
ff. de acquirend. rerum domin. l. statuas. & ff. de legat. 3.
l. cum quis decedens. §. nuptam. *Custodiantur.* à quo
vel à quibus? Respondeo, ab illo impubere, qui sic iurauit,
vt non retractaret, vel si vult retractare de facto,
iudex inuiolabiliter custodiat, non audiendo minorem.
Per vim scilicèt compulsiuam, de qua tractatur
in titulo quod metus causa *Vel metum.* vel, pro &, id
est, per metum. detracta est hodie vis mentio. vt ff.
quod metus causa, l. 1. & l. continet. & l. metum. *Etiam
a maioribus, ne querimoniam maleficiorum faciant commissorum.*
de huiusmodi pactis mirum est, quod hic
statuitur. nam si fiat pactum de non agendo, ipso iure
sublatæ sunt illæ iniuriæ, adeò quòd nullæ reliquiæ remaneant:
adeò quod etiam per pactum de petendo non
resuscitentur. vt ff. de pactis. l. si vnus ex argentarijs. §.
pacta. quo modò ergo dicit in litera sequenti *Extorta
nullius sit momenti.* scilicèt quantum ad effectum:
non intelligas ipso iure, quia alioquin tolleretur ea to
to ille titulus ff. & C. quod metus causa. Sed & si dicas,
quò ad effectum, quomodò beneficium prætoris potest
actionem primitiuam de maleficio ipso iure sublatam
restaurare? Respondeo, potest: nam causa supplēdi
ius ciuile, ius honorarium fuit inuentum. vt ff. de iustitia
& iure. l. ius autem ciuile. & ideò dico quò ad effectum,
vt tollam errorem quorundam qui dicunt,
quòd hodie per istam constitutionem non habeat locum
titulus quod metus causa, vnde glosant, nullius
sunt momenti, subaudiunt, ipso iure. Exposita litera,
quasdam quæstiones extra literam videamus. † Vide- 13
tur in primis ex litera colligi, quòd sacramentum per
vim & metum extortum nullum sit, quantum ad effectum.
vt in hac constitutione. & est argument. extr. de
offic. delegati. c. peruenit. & extr. de his quæ vi metusve
causa fiunt. c. perlatum. & extrà. de restitut. spoliat.
l. sollicitè. & extrà. quod metus causa. c. 1. & vltim. &
in decret. 15. quæstio 6. c. authoritatem. Contraria tamen
sunt argumenta, extrà. de iureiurand. c. si verò, & in decret.
22. quæstio. 5. c. qui compulsus. & extra. de restitut.
spoliat. c. accepta. & c. conquæstus. sed illa argumenta,
si benè videantur, non faciunt ad illud pro quo inducuntur.
vnde ita dicas, dicebat Vg. cuius opinionem
sequitur Tancredus, quòd sacramentum vi seu metu
extortum neminem obliget, tanquam diuina voce prætor
edixit, quod metus causa factum est, ratum non habebo.
vt ff. quod metus causa. l. 1. Verumtamen Alanus,
& quidam alij notauerunt, quòd si is qui metu iurat,
habet animum adimplendi, quod tunc obligetur: aliàs
non. argument. extra. de baptismate. c. maiores. Tertij
dicunt, quòd semper est obligatorium sacramētum
metu extortum, quia est voluntarium: licèt metus præcedat.
15. quæstion. 1. c. meritò. quasi spontanea solutio
tollat proximam causam turpitudinis. vt C. quod metus
causa. l. 3. Sed prima sentētia magis placet, vt sacramentum
metu extortum obligatorium non sit, dummodo
sit talis metus, qui cadat in constantem virum.
vt extra de renunciatio. c. cùm interpretatione Pomponij.
& extrà. de iureiurando. c. peruenit. quod locum
habet in promissorijs iuramentis: secùs in assertorijs,
ad quæ falsa facienda nullus debet aliqua conditione
duci. vt 32. quæstione quinta. c. ita. & extra. quod metus
causa. c. sacris. in quo casu intelligitur quod legitur 22.
quæstio. 5. c. si quis conuictus. & 15. quæstio. 1. c. meritò.
& est simile in decretali illa domini Alexandri, de iureiurando.
c. si verò. non enim vult dare materiam peierandi:
quòd faceret, si præcise diceret, quòd iuramentum
metu extortum non obligaret: quia metus posset
esse vanus. sic absoluit Tancredus. † Et sic est notatu di- 14
gnum, quod iuramentum propter vim & metum obligationem
non inducat, sicut nec in alijs casibus: imò
dicatur illicitum Primò, propter id quod iuratur: quia
malum: puta, iurauit quòd nunquam ad concordiam
veniret. vt 22. quæstione 4. c. qui sacramento. Secundò,
propter modum iurandi: quia temere, quia non habet
tres comites, quos debet habere iuramentum, scilicèt,
veritatem, iustitiam, & iudicium, vt 22. quæstio.

a.c.animaduertendum.vel quia malè iurat, vel incau-
tè,non putans hoc esse peccatum. Item si puer vel puel
la in domo patris iurauerit patre contradicente post-
quam audiuerit.vt 22.al às 20.quomodo 4.c.tribus. Ter
tio,propter causam ob quam iuratur,quia turpis: vt de
Herode ponitur exemplum,qui dedit propter iusiuran
dum caput Ioannis Baptistæ puellæ saltanti. vt 13 quæ-
stio. 4. c. vnusquisque. vel si iuraueris te facturum ho-
micidium: vt in ead.causa. quæsti.4. c.quod Dauid,&c.
iurauit Dauid. nam in malis promissis rescinde fidem,
in voto muta decretum. quod incautè vouisti, non fa-
cias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimple-
tur. vt in ead. causa. quæstio.4. c. in malis promissis. &
argu.ad idem ff.de verbor. obligat. l. generaliter. & l.
vltim. Quartò,propter id quod iuratur, vt si per falsos
deos.vt 22.quæstio.1.c.monet. Quintò,propter tempus
in quo iuratur vt si in quadragesima, sed hoc de facto
non seruatur. vt 22.quæst.1.c.decreuit. Sextò, propter
personam eius cui iuratur, vt si clericus laico. sed hoc
non obseruatur,maximè in contractibus. vt 22. quæsti.
5. c.nullus ex ecclesiastico. Septimò,propter personam
quæ iurat, vt pupillus.vt 22.quæstio.5.c.pueri. Octauò,
propter zelum iurantis, vt si iurat de impunitate ante
15 electionem. vt 8.quæstio.1.talia. QVAESTIO. Item quæ-
ritur, pone quòd minor aliquis vendidit, & in vendi-
tiõe fuit deceptus vltrà dimidiam, iurauit tamẽ quod
non veniret contra: nunquid auditur si velit intenta-
re conditionem ex l. illa, rem maioris. C. de rescind.
venditione? Respondeo, potest, non obstante iuramen
to,nam iuramentum ad hoc præstatur, vt non veniat cõ
tra tanquam minor, & sic facit eum maiorem, vnde cũ
maior posset habere beneficium l.illius, si non iurasset.
ita & minor: cum enim minor si non iurasset, & vendi-
disset, si esset deceptus vltrà dimidiam, haberet duo be-
neficia: nam prætextu minoris ætatis posset rem vendi
care, vt diximus superiùs: & posset etiam de iure com-
muni habere remedium legis illius, rem maioris. sacra
mentum ergo interpositum hoc operatur, vt benefici-
um iuris specialis amittat, non iuris communis, & sunt
bona similia. vt ff. de condit. institut. l. quæ sub condi-
tione. §. si quis sub. & de conditione & demonstratio.
l. hæc scriptura. & si duæ seruitutes mihi competant,
scilicet vt altius non tollas: & vt stillicidia mea recipi-
as, licèt ego remittam vnam seruitutem: scilicet, quod
altius tollere te permittam, nihilominùs alia vti pos-
sum, scilicèt vt stillicidia mea recipias. vt ff. de seruitu-
tibus vrbanor prædiorum. l. si domus. & ad idem ff. de
16 seruitutib. vrbanorum prædiorum. l. si mihi. † QVAES-
TIO. Item quæritur, quomodò ipse minor censetur ma-
ior: & ipse veniat contra? cum aliquis contra factum
suum venire non possit, & si de iure non teneat. vt ff. de
adoptio.l.post mortem. & ff.de seruituti. rusticorum
prædiorum. l. per fundum. Respondeo, benè potest:
nam & sibi ipsi quasi succedit, sicut altàs ff. de edicto
17 success. l.1. QVAESTIO. † Item quid si minor fecit pa-
ctum de futura successione, & iurauit se non ventu-
rum contra, nunquid auditur? Item quid si minor ven-
didit, & ad illum contractum fuit dolo inductus, &
iurauit se non venturum contra: nunquid audietur?
Item quid si fecit pactum cum patre de bonis paternis,
vt non succedat: & iurauit, quòd non veniet contra:
nunquid audietur? Respondeo, in his quæstionibus &
similibus dico minorem audiendum, vbicumque eti-
am maior auditur, si non iurasset: ibi minor auditur e-
tiamsi iurauit: cum iuramentum non faciat aliud, ni-
si quod facit eum maiorem, vt dixi: at quilibet maior e-
tiam si in contractibus illis iurasset, veniet contra: quia
contractus illi à iure reprobantur. vt C. de pactis. l. de
quæstione tali. & ff.de dolo. l.eleganter. & C.de inoffi-
cioso testamen. l. si quando. ergo & sacramentum. quia
vbicunque contractus à iure reprobantur, ibi & sa-
cramentum non ligat, vt C.de legib. & constitutio. l.
non dubium. Nec obstat ff. si quis a parente fuerit ma-
numiss. l.1.§.penultim. quia lex illa corrigitur per l. il-
lam. si quando. C.de inofficioso testament. vel ibi con-
tulit tantùm, quantum satis erat, vel loquitur in patre

paciscente & recipiente, non in filio. † QVAESTIO. 18
Item quid si minor rem aliquam vendidit, & non iu-
uit quod habebit ratam illam venditionem, & omnes
alias, & omnes contractus alios quos facturus est: nun
quid veniet contra aliquos contractus? Respondeo v-
tique. nam istud sacramentum ad alias personas, & ad
alios contractus non porrigitur. vt ff. de pactis. l. si v-
nus. & C. res inter alios acta. & non solet quis obligari
absenti. vt ff. de confess. l. certum. & de inter. action. l.
vltim. & mulier si in vno contractu renunciet Vellcia
no, in alijs contractibus non nocet sibi. vt C. ad Vel-
leianum. l. iubemus. QVAESTIO. † Item quid si minor 19
seruitutem remisit & iurauit, quod non veniet contra.
nunquid audietur? Respondeo, non: licet sit decep-
tibile argumentum, quòd seruitutes non sint in bonis.
vt ff. de vsufructuar. legat. l.1. sed verum est, quod non
sint in bonis corporalibus, vel vt per se censeantur:
sunt tamen in bonis incorporalibus, & quod alijs adhę
reant. istud enim verbum, rerum, quod in constitutio-
ne ponitur, verbum generalissimum est, vt supra dixi.
QVAESTIO. Item quid † si minor præstitit libertatem 20
contra legem Aeliam Sentiam, & iurauit, nunquid ve-
niet contra? Respondeo sic, quia datio libertatis nulla
est: ergo nec sacramentum. vt Institutio. qui manumitti
possunt, vel non. QVAESTIO. † Item quæritur, an habe- 21
at locum hæc constitutio, siue cum decreto, siue sine
decreto minor contrahat? Respondeo, & dico, quod
sic. nam C. si aduersus vendi. l.1. loquebatur, quando cũ
decreto. ad hoc ergo vt lex illa noua aliquid adijciat.
vt argument. ff. de legat. 1. l. si quando. & ff. ad municip.
l. 1. dicimus, quòd constitutio locum habeat etiam
quando minor contrahit sine decreto, & sine curato-
re, siue habeat curatorem, siue non. & sic quantum ad
hoc propter iuramentum. l. si curatorem habens. C de
in integrum restitutio. capit correctionem. licèt qui-
dam voluerunt intelligere legem istam nouam secun-
dùm distinctionem l. illius, 1. C. si aduersus venditio.
nam non est nouum, quòd posteriores leges ad prio-
res trahantur. vt ff. de legib. & constitutio. l. non est no-
uum. de hac quæstione vtrùm cum decreto, vel sine de-
creto constitutio ista loquatur, notaui in fine superio-
ris Senatusconsult. QVAESTIO. † Item quæritur, po- 22
ne quod minor iuret aliquid se facturum vel daturum,
causa tamen vel contractus non præcedat, nunquid
obligatur? Respondeo, non. & ideo non sine causa
fuit legislator super contractibus. quasi diceret, quod
contractus seu causa debeat præcedere: alioquin ne
dum minor, imò nec maior obligaretur, etiamsi verba
vestita interuenirent: imò obligationem [illegible] po
test per condictionem sine causa. vt ff. de condictio. si-
ne causa, l. qui sine. & agenti ex illa obligatione obsta-
ret doli exceptio. vt ff. de dol. except. l. multo fortiùs
hic, vbi & minor est, & nudum pactum. ex solo enim iu
reiurando sibi non delato, nisi vt supra dixi, non oritur
actio: sed tantùm nudum pactum interuenit. vt ff. de iu
reiurand. l. vlti. ex quo nudo pacto non obligatur quis
vt posit agi contra eum, licet tamen naturaliter obli-
getur. vt ff. de pactis. l. iurisgentium. hic autem non na-
turaliter, nec ciuiliter obligatur. quia nuda [illegible]
facit aliquem debitorem. vt ff. de donatio. l. nuda. & [illegible]
de acquirend rerum domin. l. nunquam. † QVAESTIO. 23
Item quæritur, aliquis minor vendidit, & in ven[illegible]
ne illa est deceptus, non vltrà dimidiam, [illegible] m[illegible]
non tamen in minimo, quia tunc non daretur re[illegible]
tio. vt ff. de in integrum restitut. l. scio. & iurau[illegible]
non veniet contrà: fortè res valebat 30. vend[illegible] ipsam
pro quindecim, nunquid si petat suppleri iu[illegible] re-
rium, audietur? videtur quòd sic, argumen. ff. de [illegible]
tronatus. l. adigere. §. stipulatus. quia est in potestate
conuenti soluere pretium: & sic minor pe[illegible]
non incurret, & sic seruat sacramentum. quia [illegible] hoc
videtur habere ratum contractum. Cont[illegible] ta-
men putant Doctores nostri: quia sicut [illegible] est sa-
cramentum representat ipsu[illegible] maiorem [illegible] cum
maior non audiretur, ergo nec iste [illegible]
tium intellectus, quòd neq; hoc modo contraue[illegible]

c[illegible]m

uam pretium loco rei succedat: vnde petendo supplеci pretium videtur, quodammodò retractare contractum. & sic potiùs tractamus mentem & sensum quàm verba. vt ff. de adimen. lega. l. 3. & C. de fideicommiss. l.
24 cum virum. † QVAESTIO. Item quæritur: iurat minor, quòd contra illum contractum nullo iure veniet, nunquid audiatur si aliquo iure veniat contra? Respondeo non. licèt sit argumen. contra ff. si quis cautio. l. sed & si quis. §. quæsitum. vnde tabelliones nostri temporis faciunt specificationes in instrumentis, tu non venies cõtra prætextu minoris ætatis. Item si velles dicere, quòd cesesset vendita minus dimidia, &c. & de similibus: &
25 sic cautè faciunt. QVAESTIO. † Item quæritur, si minor iurauit petente curatore, quòd ab eo non exiget rationem: sicut sæpè de facto contingit, nunquid veniet contra? Respondeo, & dico quòd sic. quia ipsi non potuit obligari ipso authore. vt ff. de authoritate tutor. l. a. & maximè de his quæ inueniuntur penes illum curatorem. vt ff. de administrat. tutor. l. quidam decedens. & ff. de liberat. leg. l. Aurelius. & l. Aurelio. & l. non solùm. & ff. de pactis. l. tres fratres. & ff. de negot. gestis. l. Pomponius, si negotium. & ff. mandati. l. creditor. §. Lu-
26 cius. QVAESTIO. † Item quid si fecit pactum cum fratribus pro hæreditate patris adhuc viuentis, & iurauit, nunquid veniet contra? Respondeo, sic. quia contra bonos mores. vt C. de pactis, l. vltima. ff. de donatio.
27 l. quidam. QVAESTIO. † Item quid si minor iurauit se non subiturum munera ciuitatis, nunquid si est vtilis admittetur? Respondeo, hanc quæstionem friuolam esse reputo: quia minores non possunt subire munera ciuitatis, etiam si velint. vt ff. de decurio. l. spurij. §. minores. & ff. de muner. & honor. l. ad rem publicam. In minore tamen est quæstio: & dicitur secundùm duplicem intellectum, quòd prætor solet ei facere gratiam iurisiurandi, id est, non compellet: vel si compellit, faciat ei gratiam, quod non sit periurus. vt ff. qui satisda-
28 re cogantur. l. vltima. QVAESTIO. † Vltimò quæritur antè istam constitutionem, si minor vendebat sine decreto, an dominium transferebat? Respondeo & dico, quòd non: imò poterat minor vendicare directa rei vẽdicatione, etiam si decretum esset interpositum: & non essent omnia seruata, quæ in decreto necessaria sunt: & habet nihilominùs actionem contra tutorem. vt ff. de rebus eorum qui sub tuto. vel cura. sunt. l. magis. §. vlti. Hæc tanquam vltima in constitutione præsenti tractare præuidi: & alia addenda studiosis & perspicacibus derelinquo.

De senatusconsulto, cuius nomen non habemus, quod prohibet matrimonium inter pupillam & tutorem.

Rubrica.

1 *Filiusfamilias si fuerit tutor vel curator: nunquid pupilla vel adulta contrahere potest cum patre tutoris vel curatoris.*

SENATVSCONSVLTVM aliud inueni, cuius nomen non inuenio, sed maximam continet æquitatem: prohibet enim matrimonium contrahi inter pupillam tutorem, & adultam & curatorem. vt C. de interdicto matrimon. inter pupil. & tutor. l. 1. & vltim. & penultim. & si contrahit, tale matrimonium est nullum: & filij etiam legitimi non sunt, vt in prædictis legibus. & ff. de ritu nupt. l. non est. QVAESTIO. Sed illud quæritur, quæ sit ratio istius prohibitionis: Respondeo, quia si matrimonium contraheret cum pupilla sua, iam pupilla illa non exigeret rationem administrationis, & sic daretur materia malè administrandi. vnde ne istud contingeret, ideò istud prohibetur. vt ff. de ritu nuptiarum. l. libertum. §. senatus. & l. non solùm. §. sed & videamos. Vnde ad hoc vt locum habeat hoc senatusconsultum, tot sunt necessaria. In primis quòd illa sit pupilla: vel minor vigintiquinque annis. Secundum, quòd ille fuerit tutor legitimus testamentarius, vel datiuus, an autem sit datus causa notitiæ, vel si datus sit ventri: & siue administret siue non, non curo. sicut de illis habetur ff. de ritu nupt. l. si quis tutor. per totam legem. & l. non solùm. imò etiam tutor qui falsis se excusationibus excusauit: imò & in casu qui tutor nõ est, tamen periculum non ad eum spectat: putà, pupilla rapta ab hostibus, & tamen prohibetur matrimonium contrahere cum pupilla posteà reuertente, vt in prædicta l. si quis tutor. Cæterùm si quis non sit tutor: sed pro tutore negotia gessit, vel aliàs negotia pupillæ vel adultæ gessit, vel si fuerit fideiussor tutoris, vel fortè fuerit magistratus, qui nominauit tutorem, istè benè possunt contrahere, vt C. de interdict. matrimon. l. vltima. & ff. de ritu nuptiarum. l. si quis. QVAESTIO. Sed quæritur, quare aliud circa illum, qui pro tutore gessit. nam non videtur, quòd isti possint contrahere: nam hæc est ratio prohibitionis illius matrimonij, ne fortè contracto matrimonio non exigatur ratio administrationis. vt ff. de ritu nuptiarum. l. liberum. §. senatus. sed qui pro tutore negotia gerit, tenetur reddere rationem administrationis. Item tenetur etiam negotiorum gestorum actione. vt ff. de eo qui pro tutor. l. 1. & ff. de negotijs gestis. l. cùm pater. ergo cum eadem ratio, idem ius, vt argument. C. de constitut. pecun. l. vltim. & ff. de iniusto & irrito testamen. l. 3. & ff. de fideicommiss. liber. l. cùm quasi. §. in furiosi. Respondeo, notauit Py. hoc ideò contingere propter odium: odiosum enim fuit istud senatusconsultum propter odiosos tutores, & curatores: sicut Macedonianum propter veros creditores, vnde si restringatur, non est mirum: cùm odiosa sint restringenda. vt ff. de liberis & posthu. l. cùm quidam. nec in talibus procedimus de similibus ad similia. vt argument. ff. de pœn. l. interpretatione. vel rationes legum non sunt semper sufficientes, vt hic. & aliàs ff. de his qui notan. infam. l. liberorum. Itẽ sicut prohibet hoc Senatusconsultum matrimonium contrahi inter pupillam & tutorem adultam, & curatorem: sic prohibet etiam cum filio tutoris & curatoris, & cum nepotibus ipsorum. vt ff. de ritu nuptiarum. l. senatusconsultum. tutor autem & curator filiam suam pupillo & adulto dare possunt, vt C. de interdict. matrimon. l. curatorem. & ff. de ritu nupt. l. libertum. §. tutor. QVAESTIO. Sed quæritur quæ sit ratio? Respond. in promptu est: nam quare prohibeatur in primo casu rationem assignaui, quæ ratio in secundo casu non habet locum, licèt enim pupillus vel adultus habeat filiam tutoris vel curatoris, nunquam propter vxorem prætermittit, quin exigat rationem, nisi fortè sit aliquis maritellus qui adeò vxorem diligit, quod contrà ipsius voluntatem nihil faceret: sicut scio de quibusdam: & in eius locũ habet authoritas: propter hoc derelinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: de iure tamen communi quilibet maritus qui est verè maritus, non timet vxorem suam, sed ab vxore timetur. Item quod dico de filio tutoris & curatoris, hoc idem intelligas de hærede extraneo. vt ff. de ritu nuptiarum. l. si libertum. §. 1. QVAESTIO. Sed † quid si filiusfamilias fuerit tutor, vel curator, nunquid pupilla vel adulta contrahere potest cum patre tutoris vel curatoris. Respondeo, non: fratri (aliàs filio) tamen suo poterit nubere. vt ff. de ritu nuptiarum. l. non solùm. §. sed & si filius. Sed licèt hoc senatusconsultum prohibeat matrimonium: in casibus tamen tribus seu quatuor matrimonium rectè contrahitur, quos notabimus: Sed vnum nota, quòd ista prohibitio duret etiam post completum vigesimumquintum annum: donec compleatur olim vtilis annus, hodiè continuum quadriennium. vt C. de interdict. matrimoni. l. si patris. Sunt enim casus, in quibus matrimonium contractum tenet. Primus, quando tutor vel curator reddidit rationem administratæ tutelæ vel curæ: & transactus sit annus vigesimusquintus, & etiam continuum quadriennium. vt C. de interdicto matrimonio. l. si patris. Secundus, quandò pater hoc voluit: quia antequam decederet, dare voluit in vxorem illi tutori,

tutori, hoc etiam & de alio, quia par affectionis causa suspicionem fraudis remouet, & summæ auitæ affectionis intuitu huiusmodi nuptiæ concedendæ sunt. vt ff. de ritu nuptia. l. non solùm. §. de illo. & C. de interdict. matrimo. l. si patris. Tertius, quando quis impetrauit à principe. vt C. de interdict. matrimon. l. si tutor. & sicut prohibetur matrimonium, sic etiam prohibentur sponsalia. vt ff. de ritu nuptia. l. oratio. Et licet matrimonium sic contractum non teneat, nec liberi sint legitimi, vt diximus, tamen & patitur aliam pœnam: quia accusari potest de adulterio. vt ff. ad legem Iuliam de adult. l. qui pupillam.

De senatusconsulto Auiolano, vel Pausiano, quod prohibet ne ea quæ sunt ædium, quis vendat, leget, vel distrahat.

Rubrica.

1 *Senatusconsultum Auiolanum vnde nomen traxerit.*
2 *Vendi vel legari an possint ea quæ in domibus sunt.*

1 FACTVM † est & aliud senatusconsultum, Auiolano & Pausiano consulibus, temporibus diui Vespasiani: quod potest vocari Auiolanum seu Pausianum, quod prohibuit ne ea quæ sunt ædium, quis vẽdat vel leget, vel distrahat causa negotiandi, & pœna imponitur contra facienti: nam ille qui emit, cogitur duplum quanti emit fisco inferre, venditione irrita facta, quantum ad venditorem, nam si pretium dedit vẽditori emptor, ab illo recuperat: & locum habet siue domus fuerit venditoris, siue aliena. vt ff. de contrahẽ. emptio. l. senatus. & C. de ædific. priua. l. negotiandi. & ff. de legat. 1. l. cætera. & l. senatus. Item hoc senatusconsultum habet locum in vrbe Romana, siue in alijs ciuitatibus, vt ff. de lega. 1. l. cætera. §. hoc senatus. Item pertinet hoc senatusconsultum, non tantùm ad ædes, sed etiam ad balnea, & ad aliud quodlibet ædificium: & ad tabernas vel popinas extenditur, vt ff. de legat. 1. l. cætera. §. hoc senatusconsultum non tantùm ad ædes. QVAE-
2 STIO. † Item de multis rebus posset quæri, an possint vẽdi vel legari quæ sunt in domibus: putà, de columnis, de marmoribus, de tegulis, & de tignis, de hostijs, de Bibliothecis, id est, locis vbi reponebantur libri, vnde dicitur biblia volumen librorum: theca, id est, positio. de cancellis fragmentorijs, id est, locis quibusdam, vel ornatorijs, id est, tabulis pictis, & de statuis, tunc habet locum senatusconsultum, vt nec vendi, nec legari possint: aut non adhærent, aut non sunt affixa, & tunc vendi aut legari possunt. vt ff. de leg. 1. l. cætera. in prin. & §. item hoc prohibetur legari. Sed licèt ista sic prohibeantur, tamen si dominus in eadem ciuitate de vna domo in aliam velit prædicta transferre, potest. idem & transferre de vna ciuitate in aliam, vt C. de ædific. priuat. l. negotiandi causa. & l. si quis post hanc. & ff. de legat. 1. l. cætera. §. sed & si quis ad opus. in fin. OPPOSITIO. Sed huic opponitur de eo quod legitur C. de operi. pub. l. nemo. nam ibi dicitur, quòd non sit licitum alicui prædicta facere sine conscientia principis: & qui contra fecerit, punitur pœna 7. libr. auri. Respondeo, non obstat quòd lex illa nõ loquatur de rebus proprijs illius transferentis, sed de rebus quæ erant ciuitatis, vel de rebus quæ erant destinatæ alicui vsui, quasi hic sit intellectus l. illius. fuit aliquod opus in ciuitate Beneuentana: putà, theatrum, volo cæmenta illius extrahere, & facere aliud: vel in eadem ciuitate, vel in alia, sine scientia principis, certè non possum: sed licet detrahere possim de vna ciuitate in aliam, vt dixi, vt possim legare ad opus ciuitatis meæ in qua habito: tamen ad opus alterius ciuitatis in cuius territorio non sum, nihil legare possum. vt ff. de legat. 1. l. cætera. §. si quis ad opus. Item licèt mihi hoc concedatur, quòd possim extrahere de vna domo in aliam, vt dixi, legare tamen non possum, vt legatario sit licitum: & quare, assignatur ratio: quia non est legatarius vtriusque domus possessor futurus: idem etiam si domus communis legetur vtrique, & alteri domus aliqua specialis: non potest de communi transferre ad specialia marmora etiam de mandato testatoris: veruntamen æstimatio præstabitur. vt ff. de legat. 1. l. cætera. §. item quæri potest. & §. si a duobus. Item si quis de ciuitate vellet accipere marmora, & ponere in prædium rusticum, & facere ibi magnum palatium, punitur: quia locus ille publicabitur. vt C. de ædifi. priua. l. si quis post hanc. Sed quare ista prohibentur? Respondeo, ne ruinis vrbis vel loci, putà castri vel villæ, deformetur aspectus. vt C. de ædifi. priua. l. negotiandi, imò illi qui habent domos ruinosas, compelluntur per præsides illas reficere, vt C. de ædifi. priua. l. singularum.

De senatusconf. cuius nomen non habemus, quod deferat accusationem adulterij primò marito, secundò patri, posteà cæteris.

Rubrica.

SI Mulier aliqua † committat adulterium, sicut sæpè de facto contingit, poterit de adulterio accusari, & videtur quod istud crimen sit publicum: vt Institut. de public. iudic. §. item l. Iulia. & ff. de public. iudic. l. 1. veruntamen senatusconsultum, cuius nomen non habemus, statuit vt primò detur accusatio marito, secundò detur patri mulieris, posteà fratri, patruo & auunculo. extranei autem procul ab accusatione adulterij prohibentur. vt C. ad legem Iuliam de adulte. l. quamuis. & ff. ad legem Iul. de adult. l. is cuius. §. ex senatus. Sed licèt quidam sic admiserint, quòd senatus sic loquatur: verius tamen credo, quòd senatus hoc tantùm induxit, scilicèt quod maritus & pater à die diuortij infrà sexaginta dies vtiles possit maritus primò, posteà pater filiam, quam in potestate habet, accusare adulterij: & si infra istos dies non accusat, vlterius non audietur: vt in prædicta l. is cuius. & C. ad legem Iul. de adulte. l. abolitione. quod autem de fratre, patruo & auunculo adijcitur, non est per hoc senatusconsultum: sed per constitutionem Constantini, vt in prædicta l. quamuis. quod autem illi dies sint vtiles, legitur ff. ad ad legem Iuliam de adulter. l. miles. §. 60. C. ad leg. Iul. de adulter. l. vltim. & l. iure mariti. Sed licèt quidam notauerint, quod criminis adulterij accusatio tantùm detur certis personis per d. l. quamuis. tamen veriùs puto, quòd etiam post illos alij admittantur: quasi talis sensus sit, quod cùm crimen adulterij sit publicum, primò competat illis accusatio. & quod dicit litera. extraneos autem procul, &c. intelligas interim: non autem intelligas, nunquam admittantur, & similiter habes alibi: si aliquis egit vi bonorum raptorum, dicitur, quòd denegetur ei accusatio, l. Iuli. de vi priua. subauditur interim, quamdiu agit priuata accusatione vi bonorum raptorum, & sic intelligamus ff. vi bonorum raptorum. l. prætor. §. hoc edicto. & C. quando ciuilis actio criminal. præiudicet. l. vnica. Istud sufficiat tetigisse ad notitiam istius Senatusconsulti: alia quæ sunt de accusatione adulterij in libello accusatorio reseruabimus: & quære in summa domini mei ad legem Iuliam de adulter.

De senatusconsulto cuius nomen non habemus, quod vetuit pecuniam ludere.

Rubrica.

INVENI & aliud † senatusconsultum, cuius nomẽ non habemus: & est vtile, & habet locum frequenter. multi sunt hodie ita faciles, qui quãdo aliquid dicunt ita esse, & ex alia parte negatur, dicunt posteà inter se, ponamus pignus quod ita est: & sic aliquandò multi simplices multa amittunt. & aliquando imperiti iudices sic contrahentes condemnant: vnde senatuscõ. prohibuit pecuniam ludere, id est, ponere huiusmodi pignora, siue pecuniam, siue aliud quid sit, vt nomen pecuniæ largè sumatur. vt & alibi. C. de constit. pec. l. 1.

adeò

adeò vetuit hoc Senatuscons. vt non detur actio, nisi in duobus casibus, quando causa vescendi, & quando causa virtutis ostendendæ. vt ff. de aleator. l. 2. & l. quibus. & l. quod in conuiuio. quæ exempla excepta quidam malè intelligunt. & sic causa vescēdi: putà, si dicat quis ego pono decem solidos quod ego comedam plus quā tu. iste intellectus malus est, quia iam inuitarentur homines ad ingluuiem. sed ita intelligas, causa vescendi: putà, dico aliquid esse verum, negas tu, ponamus pignus, vel decem solidos. ponimus, & pro commodo vt quicunque obtinuerit. isti decem solidi ponantur in conuiuium, tunc senatuscon. admisit: quia illa pecunia ponitur in conuiuio, & hoc est inductum causa recreationis. Item aliud exemplum satis leue: ponamus decem, quòd ego curro plus quàm tu: quòd ego iaciam pilam plus quàm tu, quòd ego te saliendo, vel luctando vincam. & hoc ideò vt homines fiant virtuosi. vt in prędictis legibus.

De senatusconsulto cuius nomen non habemus, quod proditum est de seruis fugitiuis.

Rubrica.

1 *Multa in seruis fugitiuis quæ sit.*
2 *Senatuscon. de seruis fugitiuis an locum habeat, si serui fugitiui gerant se pro liberis.*
3 *Seruos fugitiuos recipientes quare mulctentur.*
4 *Ignorantia an admittatur, si ille qui seruū fugitiuum suscepit: dicat se ignorasse illum fuisse seruum: vel colonum alterius, & fugitiuum.*
5 *Pœna diuersa quare imponantur seruos fugitiuos recipientibus.*

Est & aliud senatuscon. cuius nomen non habemus, quod vtilitatem continet, & locum habet in seruis fugitiuis, quo senatuscō. prodita sunt multa. Primum, ne fugitiui recipiantur siue a dominis prædiorum, siue villicis, vt sunt castaldiones, siue à procuratoribus possessionum, vt sunt baiuli, siue bailiui. Secundum, quòd mulcta statuatur in recipientem. vt ff. de seru. fugiti. l. 1. 1 QVAESTIO.† Sed quæ erit mulcta? quidam glosant ibi, pœnam l. quicunque. C. de ser. fugiti. alij dicunt mulcta extraordinaria pro motu iudicis, ex quo statuta non fuit, vt argum. de effract. & expilat. l. 1. sed & primum magis placet. Tertium est, quòd de æquitate procedit, vt si ille qui recipit fugitiuum reddat domino, vel exhibeat illum fugitiuum coram magistratu infrà 20. dies, liberetur à mulcta, & senatus dat veniam ab illa actione in antè actum, id est, propter actum præteritum. vt ff. eod. l. 1. § is autem. quidam autem glosant antè actum, id est, illo tempore quo fuit factum senatuscons. quasi dicat, quod hodie non daretur, sed non credo: imò etiam hodie locum habet illa humanitas senatus infrà prædictos dies, qui erunt continui, & non vtiles: quia semper in iure nostro accipio tempora continua, nisi dicantur vtilia. vt ff. de his qui not. infa. l. genero inquit mortuo. vt ff. de diuers. & tempor. præscriptio. l. 1. Quartum, vt licitum sit domino fugitiui serui inquirere domus senatorum, militū, aut paganorum: hoc etiam induxit fama. Item quoddam senatuscon. factum à Modesto consule, vt vnus magistratus mittat literas ad alium magistratū illius prouinciæ, in qua prouincia latitat fugitiuus, vt iuuet dominum volentem inquirere fugitiuum, qui magistratus si non iuuerit, punietur pœna 100. solid. qua etiam pœna punietur ille qui non patitur domum suam inquiri. & hoc fuit inductum per epistolam diuorū Marci & Commodi, vt ff. eod. l. 1. § hoc autem senatuscons. & l. diuus. quod dicit de solidis, intelligas de aureis. semper enim hoc est in iure, vt solidus pro aureo computetur: quorum 72. accepto feruntur in libram auri. vt C. lib. 10. de suscepto. & arca. l. quoties. Illa autem mulcta cui dabitur? glosatur ibi, quòd fisco. C. de mod. mulctā. l. seuera. vel fortè dimidiabitur, agenti pars, & para fisco: vel tota dabitur agenti: vt de hoc notaui suprà ad senatuscon. Turpil. Diuus etiam Marcus & senatuscon. plus addiderunt, quòd potest dominus domum intrare Cæsaris, & senatoris, & paganorum, & potest scrutari cubilia & vestigia occultantium, id est, loca secretissima. scio enim quosdam qui sub lectis, sub vegetibus habent loca secreta in quibus abscondunt. vt ff. eo. l. diuus. & hic est casus vbi scrutantur cubilia maioris, & minoris, alias turpe est, quod scrutentur. quia turpe est pōpa carere diuitias, & rei familiaris detegere paupertatem. vt C. quando & quib. quarta pars debeat. l. 2. libr. 10. QVAESTIO.† Quid autem si isti fugitiui gerant se pro liberis? nihilominùs habet senatuscons. vt ff. eo. l. fugitiui. imò grauius coercentur ipsi fugitiui, vt ibi. nisi fortè longo tempore steterit in possessione libertatis, & bona fide, & paratus sit suscipere liberale iudicium, sicut fecit Spartanus. vt ff. de acquirend. possess. l. possideri. §. si seruus. 2 Verùm quia hic de mulcta imponenda isti, qui recipit fugitiuum tractamus: & iura in parte ista variare videntur, quidam enim maiorem, quidam aliam pœnam imponunt: ideò de illis videamus. Distingue tamen personam fugientis, & non inuenies aliquod contrarium, nam in diuersis fugitiuis iura loquuntur. & sic quælibet l. loquitur in domicilio suo. Ecce si fugit seruus alicuius priuati, & suscipitur: locum habet pœna l. quicunque. C. de seruis fugitiuis. quòd restituat eum cum pari alio vel 20. solid. & punietur semel, si semel susceperit: secundò & tertiò si totiens peccauerit: quæ pœna dabitur domino fugitiui. vt in prædicta l. quicumque. Si autem seruus sit reipublicæ alicuius ciuitatis: tunc punitur in duodecim solid. id est, aureis, & defensor negligens qui non requirit dabit duo vicaria mancipia. vt C. de seruis fugitiuis. l. mancipia. sed lex illa non loquitur in occultante: sed in sollicitante, quòd fugeret. Si autem sit seruus fisci, qui fuerit occultatus, punietur in 12. libr. argenti. vt C. eod. l. si quis seruum fiscalem. Si autem sit seruus, ita quòd tributarius vel inquilinus: quod intelligo de ascriptitio, censito seruo: tunc qui celauerit vel receperit fugitiuum 12. lib. argenti fisco inferet: & illum cum altero simili domino reddet. vt ff. de agricol. & censit. libr. 11. l. seruos. vel dico poni tributarios, id est, inquilinos, vt in lege illa habetur. Si autem sit colonus Tracensis, qui eum suscipit, punitur in libris duabus auri, quas soluit domino illius coloni, & illum restituit cū toto peculio & cognatione sua. vt Codicis lib. 11. de colon. Tracensi. l. vnica. Si autem sit colonus Illyricianus, ille qui eum recipit, pro motu iudicis punitur, pœna illa fisco soluenda: domino autem tenebitur reddere operas, & damnum totum, & ipsum colonum in quadruplum reddet, vt C. libr. 11. de colon. Illyricia. l. vnica. Si autē colonus sit patrimonialis ipsius Cæsaris, ille qui illum recipit, punitur in vna libra auri, & colonus restituitur. vt C. lib. 11. de fugitiuis colon. patrimonial. l. quisquis. QVAESTIO.† Sed illud quæritur, quare tales 3
pœnæ imponuntur recipientibus prædictos fugitiuos? Respondeo, ratio assignatur in l. seruo. C. de agrico. & censi. quia quilibet isto metu deterritus, seruum à se incognitum propulsabit, & nullum recipiet, & voluntas fugiendi non erit seruo. nemo enim dominum suum deseret: sciens nunquam locum sibi latendi esse derelictum, sed aut cognitum sibi ingenium vnusquisque suscipiet, aut eum qui se liberum simulauerit a se submouebit, metuens ne fiat obnoxius pœnis constitutis. QVAESTIO.† Quid si ille qui suscepit illum, dicat se ig- 4
norasse illum fuisse seruum, vel colonum alterius, & fugitiuum, nunquid eius ignorantia admittetur? Respondeo, non: nam non est ignorantiæ locus: nam ad criminis rationem illud solum sufficit, quòd incognitum sibi seruum tenuit, vt Cod. lib. 11. de colon. Illyric. l. vnica. QVAESTIO.† Item quæritur, quare ita diuersę pœ- 5
næ imponantur, vt suprà dixi? Respondeo, in iure nostro semper inuenitur, quod multotiens, vbi debuit maior pœna imponi, quòd imponitur minor, & econuersò, vel ratione locorum & personarum, conditio est in causa.

De

De senatusconsulto Aemiliano seu Albiano, quod proh bet donationem inter vir. & vxor.

Rubrica.

1 *Donatio quare inter virum et vxorem prohibeatur, inter procum autem & concubinam nequaquam.*

2 *Senatusconsultum Aemilianum vt locum habeat, quot requirantur.*

3 *Donatio quomodò retrò agi dicatur.*

VTILITATIS etiam causa proditum est Senatusconsultum, quod factum fuit tempore Antonini Imperatoris, ante mortem diui Seueri patris sui, & auctores fuerunt istius Senatuscon. Flaccus Aemilianus Mima, & Albinus consules. denomine mua ergo istud senatuscon. causa vitandæ malæ sonoritatis senatuscon. Aemilianum, vel Albinum. Quod senatusconsult. habet locum in donationibus prohibendis: ne fiant inter maritum & vxorem constante matrimonio: & admisit cęteros casus, in quibus donatio fieri potest. vt ff. de donati. inter virum & vxorem. l. cum status. in princ. Quę autem fuerit ratio probibitionis notatur ff. eod. l. .& 2. & 3. Prima ratio, ne amore mutuò se inuicem spoliarent. Secunda, ne non studerent circa educationem liberorum. Tertia, quia sæpè matrimonium dissolueretur, dum non donaret, qui posset. Quarta, quia iam essent matrimonia vænalia. Quinta, fuit causa honestatis & multiplex: vt honestum amorem animorum vir & vxor conseruarent, vt famæ tam coniunctarum personarum consuleret, & vt concordia, quæ semper debet esse inter maritum & vxorem, non videatur pretio conciliari. sicut C. de instit. sub condict. l. reprehendenda: & vt sic melior pauperior, & deterior di-
1 tior fieret. QVAESTIO. † His rationibus sic consideratis omnibus in vnum soluitur quæstio, de qua vidi virum prudentem impeditum, quæ sit ratio quare donatio prohibeatur inter virum & vxorem: vt dictum est. donatio autem inter amasium & concubinam valeat. vt ff. de donat. l. affectionis. & l. donationes. & ff. eod. l. 3. §. videamus: præterquam in militibus. vt C. eod. titu. l. si ancilla. imò plus, potest quis meretrici donare. vt in prædicta l. nam si sola prima ratio consideraretur, non esset ratio, quia de ordine & regulari iure plus aliquis diligit concubinam: vel etiam aliquando vilissimam meretricem quam vxorem. sicut sciunt illi qui in talibus debachantur, & sicut prohibetur donatio inter virum & vxorem, sic etiam prohibetur donare & socer cum socero, socrus nurui: socer genero. vt ff. eod. titu. l. cum hic status. §. oratio. item & qui in eiusdem potestate sunt, probibentur sibi donare, vt ff. eodem. l. 3. §. qui in eiusdem. & accipias verbum, potestatis, tam pro filijs quam pro seruis. vt ff. eod. l. 3. §. verbum, potestatis. Et quare inter istos donatio prohibeatur, omnes
2 prædictæ rationes possunt assignari. † Vnde ad hoc vt istud senatusconsultum locum habeat, tot sunt necessaria. Primum, quòd sit matrimonium, & per verba de præsenti. consensus enim per verba de præsenti, non concubitus facit matrimonium. vt ff. de regul. iur. l. nuptias, & ff. eod. l. cum hic status, §. si mulier. si enim per verba de futuro, quæ sunt sponsalia, contrahatur, donatio non impeditur. vt ff. eod. l. si sponsus. Sed mirum est, quòd donatio ista concedatur, cum diligat sponsus sponsam magis fortè quam maritus vxorem: sed rationes omnes prædictæ iunctę simul hanc quæstionem tollunt. Secundum est necessarium, vt etsi per verba de pręsenti matrimonium contrahatur, quòd illud non retractetur: aliàs donatio valeret. vt ff. eod. l. 3. §. videamus. Sed exemplum quod ibi ponitur, si liberta contrahat cum senatore, quòd matrimonium sit nullum: & sic donatio valet: hodie illud exemplum etiam iure authenticorum sublatum est. vt in authentic. vt liberti de cæterò non indigeant aureos habere annulos. & etiam iure canonico. Tertium, vt donatio fiat inter viuos, ad hoc vt prohibeatur. cæterùm si fiat causa mortis: tunc donatio valet, quia excurrit in id tempus quo maritus & vxor esse desinunt, nisi medio tempore fuerit reuocata. vt ff. eodem tit. l. si eum seruum. §. vltim. & l. quia. omnis enim donatio mortis causa facta valet inter eos. vt ff. eod. l. sed interim. sed ibi est quoddam mirabile verbum, quando itaque donatio non retro agitur, emergunt vitia. quod verbum sic intelligimus, tunc donatio non retro agitur, quando ita fit, vt tunc demùm valeat cum mors fuerit subsecuta: & tunc emergunt vitia, quasi diceret, regula vitiatur: quod vitium est quàdo aliquis casus occurrit, in quo regula nòn habet locum, & sic exceptio regulæ dicitur vitium regulæ. vt ff. eod. de regul. iur. l. 1. ratio enim est in omnibus contractibus, vt spectetur initium. vt ff. mandat. l. si procuratorem. hoc etiam in quasi contractibus. vt ff. de negot. gest. l. Pomponius. in negocijs: hic ergo vitiatur regula, cum donatio causa mortis sit contractus. vt Institut. de donatio. & C. de donatio. l. si quis argentum. §. penultim. ergo secundùm regulam deberet considerari tempus contractus, verùm valeret, vel non valeret. sed illud tempus non consideratur: quia illo tempore non posset valere, cum matrimonium constet. Respondeo, ideò regula vitiatur, quia quòd inspiciatur tempus cōtractus, & principium in contractibus, locum habet in contractibus veris & habitis inter viuos. at iste contractus similis est legato. vt C. de donat. causa mortis. l. vlt. & sic non potest locum habere regula. vt ff. quand. dies legat. ced. l. sed si post. §. vlti. & l. vlt. & ff. de don. causa mortis. l. vlt. & ff. de verb. oblig. l. si filius. sed licèt senatus donationem prohibear, vt dixi: non procedit donatio non infirma ipso iure, sed infirmanda, quia potest reuocari, quare hoc dico? quia si esset ipso iure infirma, non posset confirmari expressim vel tacitè, sicut dicit lex posse confirmari. vt ff. & C. de donat. inter virum & vxor. l. donationes & ff. eod. l. cum hic status. alias non posset confirmari. quia obligationes quæ proprijs viribus non consistunt, prætoris imperio, nec officio iudicis confirmantur. vt ff. de actio. & obligat. l. obligati-
ones. QVAESTIO. † Sed illud quæritur, quomodò dicatur retrò agi donatio? Respondeo, retro agitur: alias si 3
fiat inter viuos agitur, id est, contrahitur quantum ad fructus: non autem quantum ad dominium. vt C. de donat. inter vir. & vxor. l. donationes. Sed licet senatusc. prohibuerit donationem inter viuos: alios tamen contractus non prohibuit, scilicèt venditionis, permutationis, & mutui. vt ff. eod. l. si sponsus. §. circa. Item nota, quòd licèt prohibuerit etiam donationes inter viuos: tamen in certis casibus admisit: & sunt casus isti 18. Primus, vbicunque ille qui donat non fit pauperior, & ille qui recipit non fit ditior, valet donatio. pone, si donet aliquem locum causa sepulturæ. vt ff. eod. l. si sponsus. § concessa. Secundus, si donet vxori aliquid ad oblationem Dei. Tertius, si donat locum pro opere publico, quod promisit, faciendo. Quartus, si donat vt ædem publicam dedicaret. Quintus, si donat vt consecraretur. Sextus, si donat aliquid pro vxore in ædes sacras, vt Deus conseruet illi maritello vxorem suam. vt ff. l. & si sponsus. §. concessa. Et sic per ista probari possunt, quòd Vlpianus fuit Christianus, & posset esse cum fuerit de vltimis Iurisconsultis: cùm inueniam Marcellum, qui fuit anterior. vt probatur C. de condict. inde. l. penultim. nam ibi Vlpianus Marcellum suo sermone correxit, & ille Marcellus præsumitur, quòd fuerit Christianus. nam ipse dixit, quòd si quis abstulit rem quæ fuit donata Deo immortali, tenetur l. Iul. peculatus. vt ff. ad legem Iul. pecula. l. lege Iulia pecula. Pomponius enim qui fuit de antiquis, inuenitur quod fuerit tempore Tiberij, sub quo natus est Christus. vt ff. de hæredi. instit. l. si pater. in fin. & l. sequen. quę l. Pomponij est. Septimus, si maritus institutus repudiet hæreditatem, quæ ad vxorem deuenit, vel quia substituta vel ab intestato volebat succedere. Item si repudiet legatum, & vxor vel erat substituta in legato, vel erat hęres, & est ratio. quia maritus non fit pauperior qui non acquirit, sed qui de suo patrimonio deposuit, ff. eod. si sponsus. §. si hæres. Octauus, quādo maritus vxori rogatus hæreditatem restituere: vel econuersò, insolidùm restituit

restituit quarta non deducta ea certa scientia, non per errorem, quod ideò valet, quia nihil de suo soluit: sed pleniorem fidem testatoris sequitur. sed magis fidem exoluit, quàm donat: neque enim de suo proficiscitur, sed quod de alienô plenius restituit. Idem est etiam si quis maritus sit rogatus restituere hæreditatem aliqua re deducta: & ipse iosolidùm restituar. & generaliter vbicumq; de suo nô diminuit, vel si diminuit, ille tamê qui recipit non sit locupletior, donatio valet. vt ff. eod. l. si sponsus. §. si hæres. Noous, quando pecuniam a marito donatam vxor dedit pro sportulis sui cognati noñ valet, quia mulier fit locupletior. vt ff. eod. l. si spoosos. §. si mulier. Decimus, quando maritux dedit peconiam propter vnguenta vaoris, vt sibi pulchrior appareret. O miser maritelle quare in talibus eapendis: certè multæ credunt pulchriores apparere, sed sunt turpiores, & viliores apparent. vt ff. eod. l. quod autem. §. 1. Vodecimus, scilicet si fiat mortis causa, vt suprà diai. & ff. eo. l. si eum seruum. §. vlt. Duodecimus, si vaor vtator seruis viri, aut vestimeotis, aut domum viri gratis inhabitauerit. vt ff. eod. l. si vir vaoris. Tertiusdecimos, quando maritus soluit vectigal pro vaore: & est ratio, quia oon videtur donare qui necessarijs ooeribos succurrit. vt ff. eod. l. si quis pro vaore. Quartusdecimus, si aliquid in pueros ex ancillis dotalibus natos expêdit, vel in doctrina, vel io alimenta, & meritò valet, quia ministerijs eorum vtitur. vt ff. co. l. si id quod. §. sed si quidê in pueros. Quiotusdecimus, si pecuoiam ad diem debitam purè soluat: licèt in medio tempore habeat cômodum repræseotationis. vt ff. eo. tit. l. sed & si vir. §. qood si vir vxori. Sextusdecimos, quaodo ea operis ancillarum viri vaor de sua lana fecit vestimentum: pro operis ancillarum oihil marito soluit. vt ff. eod. l. sed & si vir. §. si vaor. Septimusdecimux, quando vaor donat marito gratia adipisceodæ dignitatis, quateous ad digoitatem necessarium est. vt ff. eo. l. quod adipiscendæ. & l. nam. Octauusdecimus, si fiat ab vaore dooatio viro eailij c... sa. vt ff. eod. tit. l. inter virom. Hæc brêuiter ad notitiam istius senatuscnn. notaui: alia quære in summa domini mei C. de dnna. inter virum & vaorem. Sed licèt iure Romano donatio impediatur: credo etiam & in iure Lombardo impediri similiter, vt in Longobard. de his quæ à viro in vaorem dantur. l. 1. alios autem côtractus inter virum & vxorem lex Longobard. non admittit. quare? quia mulier est in potestate mariti, id est, in mundio. & sic cootractus non valet, sicut inter pupillum & tutorem. vt in Longobarda qualiter mulier alie. per. & sic ff. de auct. tut. l. 1.

De senatusconsulto quod prohibet matrimonium inter senatorem & damnatam publico iudicio, & quod prohibet matrimonium inter seruum & libertam.
Rubrica.

1 *Senatori prohibetur ducere, aut retinere aliquam damnatam crimine publico in vxorem.*

VLTIMÒ † est inuentum quoddam mirabile Senatusconsultû, cuius nomen non habemus: quo prohibetur senatori ducere, aut retinere aliquâ damnatam publico iudicio in vaorem. vt ff. de rit. nuptia. l. palam. §. senatus. Sed de hoc ooo multum curo: quia hodie matrimonia iure poli, & oon iure fori censentur. Vnde propterea matrimonium cootractum nô dissoluetur, nec prohibetur contrahendum. similiter & de hoc etiam senatusconsulto quo prohibetur, ne liberto nubat filia senatorix, non multùm coro: de quo habes vt ff. de donat. inter virum & vaorem. l. 4. §. videamus. qoia & iore canonico, & iore authent. vt liberti de cæterò aureis non iodigeant aoulis. colla. 6. omnia ista sublata sunt. 1

Senatusconsultorum Tractatus finis.

TRACTATVS OCTAVVS DE CONSTITVTIONIBVS, QVIBVS VIOLENTIAE PVNIVNTVR.

1 *Raptor, quòd sit fur manifestus & fur nec manifestus, an contraria sint.*



EXPLICITO Tractatu Seoatusconsultorum, quæ collegi in hoc opere, cum in diuersis titulis dispersa sint: nunc ad constitutiones, quæ violentias puniunt, transeamus. Verùm, quia sunt actiones, ioterdicta, & edicta, & constitutiones quæ violentiam puniont. Primò, de actionibus, & breuiter. Secundò, de edictis. Tertiò, de constitutionibus dicamus. Item quia quædam constitntiones loquuntur de oon vacante possessione, ideò de illis primò videamus: posteà videbimus de constitutionibus, quæ loquuntur de possessione vacante. Contra violentum proditæ suot actiones istæ, scilicèt ciuilis, furti nec maoifesti. Item prætoria, furti manifesti. Item actio vi bonorum raptorû. In omnibus enim istis violentia committitur ablatiua: omnis enim raptor fur est nec maoifestus: & si in furto nec manifesto committitur violentia ablatiua: multò fortiùs ergo in furto manifesto. vt Instit. vi bon. rapi. §. vlt. & ff. vi bon. rapt. l. 1. Item omnis raptor fur maoifestus æstimandus est. vt ff. de furt. l. si vendiderô. §. cû raptor. sed videndum inter se contraria, quòd † raptor sit fur maoifestus, & fur nec manifestus. Respondeo, fur maoifestus est fur, quia cootrectat rem alienam inuito domino. manifestus, quia seipsum publicat. vt ff. vi bô. rapt. l. prætor. oon tamen illo modo quo fit fur manifestus. scilicèt apprehensione antequam perueoiat ad locum destinatum, & insequutus cum clamore. vt Instit. de obligat. quæ ea delict. nasc. Considerata tamen pœna, tenetur furti nec maoifesti. Vel dicitor fur nec manifestus alia significatiooe: ea quo aliquis istorum modorum non interuenit. De his rationibus non curo prosequi, quia de his omnibus inuenies speciales rubr. suprà de actiooe furti manifesti. & suprà de actiooe furti nec manifesti. & suprà de act. vi bon. rapt. Est & alia actio, quæ punit violentiam. scilicèt actio quod met. causa. sed ibi de violentia compulsiua. vt ff. quod met. causa. l. si mulier. de boc similiter non multum curo. quia suprà in tractatu speciali in hoc opere de hac actione notaoi. Sunt interdicta quæ violentiam puniunt. Primum interdictum vnde vi, quod locum habet in rebus immobilibus, & locum habet pro violentia eapulsiua vt notaui suprà de interdicto vnde vi, in speciali rubr. Secundum interdictum vti possidetis, quòd locum habet in rebus immobilibus, & pro vi turbatiua. de quo notaui suprà de interdicto vti possidetis, io speciali rubrica. Tertium fuit inuentum interdictum vtrobi, quod etiam locum habet pro violentia turbatiua: vt notaui suprà de interdicto vtrobi. in speciali rubr. Quartû est proditum interdictum quod vi aut clam, quod locum habet etiam pro rebus immobilibus, & pro vi inquietatiua. de quo notaui suprà in speciali rub. quod vi aut clam. Quintum ioterdictum est de operis no. nun. quod locum babet pro operis futuris, ne fiant contra nun-

tiationem factam, vel per prætorem, vel per lapilli iactum, vel nudo sermone, de quo diximus suprà in speciali rubric. de operis noui nunciatio. Sextum proditum est interdictum, ne vis fiat ei qui in possessionem missus est, per quod subuenitur illi qui cum esset missus in possessionem, & non possideret, cui per interdictum vnde vi, non poterat subueniri: de quo diximus suprà in speciali rubrica, ne vis fiat ei qui in possession. missus est. Septimum est edictum diui Marci, de quo quia nunc diximus plenè, nunc videamus, & posteà statim dicemus singulariter de omnibus cõstitutionibus, quę puniunt violentos.

De edicto diui Marci. Rubric.

1 *Edictum diui Marci vt competat, quot necessaria sint.*
2 *Positiones Actoris & Rei in edicto diui Marci,* nu. 3.
4 *Libellus in edicto diui Marci quomodò formetur.*
5 *Creditor occupando bona debitoru, quare puniatur.*
6 *Edictum diui Adriani, an locum habeat: si creditor debitoris rem accipiat, vel si authoritate propria intrauit.*
7 *Debitor si resistat creditori volenti possessionem rei alicuius accipere ratione pacti, an violentiam committere videatur, & an creditori resistere possit.*
8 *Debitor si vendidit rem suam, in qua creditor poterat per pactum sua propria authoritate intrare, an possit propter illud pactum intrare existente penes illum emptorem.*
9 *Creditor vt sua propria authoritate intrare possit, an debeat cognosci ordine iudiciario dato libello: lite cõtestata, vel an de plano expediatur.*
10 *Debitor contra petitionem creditoru petentis se mitti in possessionem, an audiendus sit.*
11 *Pignus an dicatur prætorium vel conuentionale, si iudex mittat creditorem in possessionem secundum conuentionis tenorem.*
12 *Debitoris vnam rem si creditor occupauerit, an debitũ totum amittat, an verò in re illa tantùm puniatur.*
13 *L. extat. quare fuit posita sub titulo, quòd met. caus. cum ibi in lege illa de metu tractetur.*
14 *L. extat. quare non ponatur sub titulo, ff. ad le. Iuliam de vi priuata.*
15 *Edictum diui Marci an locum habeat, & actio quod metus causa.*
16 *Creditor siue rem mobilem siue immobilem occupet, an edictum diui Marci locum habeat.*
17 *Edictum diui Marci, an locum habeat: siue dolus interueniat, siue* non.
18 *Actio vi bonorum raptorum, an in re mobili locum habeat.*

DIVVS Marcus consultissimus princeps volens punire voraginem, malitiam, & auaritiam creditorum, & subuenire debitoribus ne à creditoribus iniuriosè vexentur: timent enim debitores creditores suos plusquam febrem, statuit & induxit suum edictum, quod est generale in personis omnium creditorum: & dixit sic. Quicunque creditor habet aliquam actionem contra aliquem debitorem suum, bonum & optimum est vt ciuilibus actionibus experiatur, & sic faciat sibi debitorem per iudicem condemnari. si autē creditor non vult cum debitore ordine iudiciario contendere, licèt authoritate propria rem debitoris occupat, vel rem seu pecuniam à debitore sua authoritate accipit, rem occupatam seu pecuniam acceptam restituit, & ius crediti non habebit, quia actionem amittet, sicut hæc probantur ff. quod met. causa. l. extat. & ff. ad
a legem Iuliam de vi priuat. l. creditores. Vnde † ad hoc vt istud senatusconsultum locum habeat, tot sunt necessaria. In primis quòd ille sit creditor, & alius debitor: ista enim sunt duo relatiua, quod vnum sine alio esse non potest. Secundum, quòd creditor authoritate
propria rem illius debitoris occupet, vel inuadat. ideò
dico si authoritate propria: quia per pactum non tene-
tur, vel si auctoritate iudicis. vt C. de pigno. l. 3. & C. ad
legem Iuliam de vi pub. l. 3. hæc probantur ff. quod me-
tus causa. l. extat. & ff. ad legem Iul. de vi priua. l. credi-
tores. In hoc autem edicto actor breues poterit facere
positiones. POSITIO ACTORIS. Ego dico, quòd tu 2
es creditor meus. Item dico, quòd tu mutuasti mihi 10.
lib. Item tu authoritate propria talem rem meam occu
pasti, seu inuasisti. Econtra reus sic ponet. POSITIO REI.
Ego dico, † quòd quando mutuaui tibi 10. libras, tu pro 3
misisti mihi illas reddere vsque ad mensem. Item si nõ
redderes, conuenimus, quòd authoritate propria mihi
liceret rem tuam accipere, seu possessionem rei tuæ
authoritate propria ingredi. In hoc edicto concipietur a-
ctor sic libel. LIBELLVS. † Conqueror ego R. de M cre 4
ditore meo, qui cum mutuasset mihi 10. libr. authorita-
te propria rem meam talem inuasit, seu occupauit. vn-
de peto ipsum per edictum diui Marci in amissione cre
diti puniri, & rem prædictam quam occupauit, siue in-
uasit mihi ab eo restitui. Quòd sic rectè conci. libellus,
dicunt iura prædicta. ff. quod met. caus. l. extat. & ff. ad
Iul. de vi priuat. l. creditores. Sed circa hoc edictum, &
contra hunc libellum multa opponuntur. † QVAESTIO. 5
In primis quæritur, quare creditor puniatur sic, occu-
pando rem debitoris? Respondeo, ideò: quia sic autho-
ritate propria dixit sibi ius: nam optimum est, vt si acti-
ones habet creditor, actionibus experiatur: & debitor
debet in possessione morari, & debitor debuit esse pe-
titor. vis enim commissa est ex quo id quod creditur de
beri sibi putat, per iudicem non reposcit, nec enim ve-
recundiæ dignitati, aut pietati conuenit quicquam nõ
iure facere. hæc ratio redditur in l. creditores. ff. ad le-
gem Iul. de vi priua. & ff. quod metus causa. l. extat. id-
eò enim iudicialis vigor est in medio constitutus, vt
nemo sibi valeat sumere vltionem, nec ius sibi dicere,
vt C. de Iudæis & cælicol. l. nullus. OPPOSITIO. Se-
cundò quæritur, quod non videatur quòd libellus be-
nè concipiatur propter duo: primò, quia creditor esset
puniendus in quo deliquit, vt infrà dicemus. creditor
peccauit rem debitoris occupando, & sic debet in rem
puniri, vt si fuit mobilis, debet eam in duplum, vel in
triplum, vel in quadruplum restituere: si fuit immobi-
lis, debuit eam rem reddere, & aliam pœnam sentire:
vel alterum tantùm. vt ff. de public. & vectigal. l. licita
tio. §. quod licitè. quare ergo punitur in credito: quia
dixit diuus Marcus, ius crediti non habebit? Respon-
deo, diuus Marcus ideò talem pœnam induxit, quia cõ
siderauit causam vel rem propter quam ista violentia
committitur: creditor enim propter creditum seu pe-
cuniam datam mutuo rem debitoris occupauit. & hoc
est verum: vnde meritò pœnam imposuit, quasi vitium
sit in radice seu in causa originali, scilicèt in credito:
& ideò si talem pœnam induxit, de summa æquitate
processit. OPPOSITIO. Secundò, non videtur libel-
lus benè cõceptus, quia petis eum puniri in amissione
crediti, quod non videtur, vt procedat: quia diuus Mar-
cus constituit, quòd ius crediti non habebit. vnde vide-
tur, quòd sit ipso iure punitus, non puniendus. Respon
deo, licèt verba videantur ad istum intellectum posse
suppiniari, tamen si consideras verba sequentia: quis-
quis igitur probatus mihi fuerit, & c. quæ ponuntur in
eisdem legibus, benè concipitur libellus sic: cum non
sit ipso iure punitus, licèt sit per sententiam puniẽdus.
QVAESTIO. † Item quæritur, si creditor paciscatur cum 6
debitore, sic frequenter de facto contingit, quod si de-
bitor in solutione cessaret, quòd licitum esset credito-
ri authoritate propria rem debitoris accipere, vel in
possessionem rerum debitoris intrare, nunquid si rem
debitoris accipit: vel si authoritate propria intrauit,
habet locum edictum diui Marci? Respondeo, non. vt
C. de pignor. l. creditores. licèt autem vim facere non
videatur, tutius tamen est, si fecerit authoritate præto-
ris, vt ibi. verum si pactum non interuenisset, nec autho-
ritas iudicis, & creditor authoritate propria ingre-
diatur, tunc violentiam committit, & habet locum edi
ctum

ctum diui Marci.vt in prædictis legibus.& C. ad legem
Iul.de vi public.vel priua.l.in possessione. OPPOSI-
TIO. Item quæritur circa ea quæ dicis, quod videntur
contraria.nam si pactum interuenit,quòd creditor pos-
sit rem debitoris accipere:si accipit, non videtur vim
facere,nec incidit in edictum.& posteà dicis, quòd tu-
tiùs fecerit si authoritate prætoris.vt in prædicta l. cre
ditores.C.de pign.si autem non facio vim ego creditor
sic ingrediendo, quid operatur ibi auctoritas prætoris,
nunquid si non interuenit videor violentiam commit-
tere?certè ita videtur. & sic ponitur quod creditor cō
mittat vim,& non committat,sic rem debitoris ingre-
diendo per pactum.Respondeo,quod dicitur, authori-
tate prætoris. consilium non mandatum est. multotiēs
enim legislator dat consilium: & mandatum nō impo-
nit.vt ff.de inoffic.testa.l.2.ff.de rei vend.l.is qui desti-
nauerit.& C.de ordine iud.l.1. & C.de pig.l.debitores.
& in auth.de fide instrum.§.si quis autem vult cautè po
nere. OPPOSITIO. Sed opponis, legis virtutes quatuor
sunt:Imperare,vetare,permittere,punire.vt ff. de legi.
& constit.l.legis virtus:non inuenitur, quod dare con
silium sit de virtute legis.Respondeo,verum est, quòd
illæ quatuor sint virtutes legis,id est,quibus necesse ha
bet homo obedire consilio aut non. & ideò non posuit
legislator consilium pro virtute legis.QVAESTIO.I-
tem quæritur ad quid prodest consilium illud?Respon.
multum,quia posset esse,quòd creditori possess.capien
ti debitor resisteret,& possent venire ad verbera.vnde
boni prætoris est lites minuere.vt ff. si cert. peta.l.qui-
dam. & non debet prætor pati illos ad arma & rixam
venire,quos sua potest iurisdictione compescere.vt ff.
de vsufruct. l. æquissimum. ideò lex tanquam prouida
7 dedit tale consilium.QVAESTIO.† Item quæritur, an si
debitor resistat creditori volenti possessionem rei ali-
cuius accipere,ratione pacti, videatur violētiam com-
mittere,& an possit creditori resistere? videtur quòd
sic:quia vim vi repellere omnia iura permittunt, vt ff.
vnde vi,l.1.§.vim vi.& ff.de iustit.& iur.l.vt vim.& ad
leg. Aquil. l. scientiam. Respondeo, non puto debito-
rem in casu prædicto posse resistere: quia tūc resistere
potest,quando violentia ex altera parte committitur:
sed vt diximus,ex parte creditoris propter pactum vi-
olentia non committitur, vnde leges allegatæ non pro-
sunt:sicut aliàs excusatur creditor, quando resistit vbi
iustam causam allegat, sicut ponitur exemplum ff. ne
8 vis fiat ei qui in poss.l.1.§.si quis. QVAESTIO.† Sed quæ-
ritur si vendidit debitor rem suam, in quā poterat cre-
ditor per pactum intrare sua propria authoritate, an
possit propter illud pactum intrare modo re existente
penes illum emptorem? & videtur quòd sic. argum. ff.
pro soc.l.ideoque.& ff.de seru.export.l.Titius.& ff. de
pac.l.si tibi.§ pactum.& ff.de vsufruct.l.si pendente. I-
tem ea quæ obsunt & prosunt venditori,eadem obsunt
& prosunt emptori.vt C.de euict.l.emptori.Puto tamē
contrà.scilicèt quòd non liceat creditori ingredi pos-
sessionem sua auctoritate, & quòd dicis pactum noce-
re emptori,quod nocuit venditori : respondeo, verum
est si rem & personam afficiat,aliàs non.vt ff.de contra
hend.empt.l.vltim.Item ad l.ideoque pro socio. respō
deo,quod alteri socio parata erat exceptio: & ideò pa-
ctum obest emptori. istud enim pactum rem non afficit
sed personam.vt C.de condi.causa data. l. ea.l. QVAES-
9 TIO.† Item quæritur an istud, vt creditor debeat sua au
thoritate intrare, debeat cognosci ordine iudiciario
dato libello, lite contestat. vel de plano expediatur?
Credo quod de plano expediatur.vt argum.ff.ne vis fi-
at ei qui in poss. miss. l.si quis missum, alibi non de pla-
no,sed dato libello hæc expediuntur.vt argum.ff.si mu
lier ventris nomi.in possess.missa fuerit.l.1. Istam quæ-
stionem ideò noto propter verbum legis, quod poni-
tur in l.illa,creditores.quod tutiùs fecerit creditor, si
10 auctoritate prætoris.QVAESTIO.† Item quæritur, si
est creditor coram iudice, & petit authoritate iudicis
in possessionem immitti : ideò quia tutiùs est, vt dixi:
& debitor exponat, domine iudex non debetis audire
ipsum,quia ego probabo solutionem : vel fortè aliud
opponat,quo probato repelleret creditorem agentem
seu petentem,an debitor sit audiendus? Respondeo, si
debitor vellet incontinenti probare, audietur : aliàs
non.vt ff.ad exhibendum.l.3.§.denique. & C.de com-
pensatio.l.vltim.QVAESTIO.† Item quæritur, si iudex 11
mittat creditorem in possessionem secundùm tenorem
conuentionis,an illud pignus dicatur prætorium, an
conuentionale? Respondeo,conuentionale est.vt ff.de
rei vendicat.l.ex diuerso.§.petitor. & ff.si seruitus vin
dic.l.sicuti.§.distant.& ff.de vsur.l.si stipulatus.& ff.de
noua.& delega.l.cum enim pactum.& l.præcedenti.iu
dex enim non dat pignus per se, sed datum confirmat.
OPPOSITIO. Sed opponitur & videtur quòd ista con-
uentio sit ipso iure nulla facta cum debitore, vt possit
sua authoritate intrare.nam si fiat pactum, vt de dolo
non agatur,tale pactum non valet. Item si fiat conuen-
tio ne agatur iniuriarum non valet.vt ff. de pact. l. si v-
nus. §. pacta. ergo nec istud pactum valere debet, per
quod si committitur violentia, non videtur quod pos-
sit agi.Respondeo,nulla est oppositio: quia ex quo con
sensit debitor, vt creditor sua possit authoritate intra-
re,iam videtur voluisse, vnde iniuriam pati non vide-
tur,cùm semel voluerit, vt ff. de aqua pluuia arcend.l.
in diem.nec etiam si pœniteat & mutet consilium, ob-
est creditori:cum nemo possit mutare consilium suum
in alterius iniuriam.vt ff.de regul. iuris.l.nemo potest.
Item istud pactum non est turpe, scilicèt quod credi-
tor possit sua authoritate intrare, verum si illud dedu-
ceretur in pactum:vt si violentia committeretur a cre-
ditore,non agatur,illud esset turpe.vt ff.de pact.l. si v-
nus.§.illud.& §.pacta.nam turpe est pactum, ne deposi
ti agatur.Item hic nullum damnum sustinet debitor, si
creditor propria authoritate ingrediatur: quia etsi ha-
bet pignus,ad cautelam sui habet.vt Instit.quib.mo-
dis re contrah.obligat.§.vltim. ibi autem patitur dam-
num,ne de dolo agat vel iniuriarum. QVAESTIO.Item
quæritur,† an si vnam rem debitoris occupet creditor, 12
debitor totum amittat, an puniatur tantùm in re illa?
Respondent quidam, vtique, quòd totum debitum a-
mittat.argumen.authentic.Vt non fiant pignorat. col-
lat.5. nam ibi qui alium pro alio pignorat, ab actione
cadit.& idem habes in authentic. Vt nulli iudic. lice.
loc.seruat.habere.collat.9.§.quia vero. & Codicis lib.
11.vt nullus ex vicar.pro alien.vicar.l.vnica.& argum.
ff.de incend.ruin.naufrag. l. quod naufragium. §. sena-
tus.& argumen.ff.de aqua quotid.& æstiua.l.1.§.Treba
tius.& ff.de bonis liber. l. in seruitutem. 1. responso. ff.
ad Sillanian.l.si quis in graui. §. de his. Sed dominus
Ioan.contra. amittit enim creditor ius suum tantum
quod habet in re illa,vel pro re illa quam recuperauit.
vt argumen.ff.de his quibus vt indign. l.in scriptum.&
l.hæres.& l.hæredi.& ff.quorum legat.l.1.§. penulti.&
§.si duæ.& ff.de noxal.l.seruum pro delicto.§.1. & C.de
pœn.l.scimus.& ff.de furt. l. vulgaris. & C. de lega. &
constit.l.non dubium,& ff.de vulgar.& pupilla. subst.
l.ex facto.§.Iulia.Ar.contra ff.de legat.1. & in auth.nr.
posita in C.de fideicommiss.hoc amplius. & C. de cap.
& postlim.l.fœdissimè. Quibus legibus & authentic.
Vt non fiant pigno. & authentico. Vt nulli iudi. sic re-
spondit dominus Ioan. quòd prostituere ancillam re-
demptam,pignorare liberum hominem, alium pro a-
lio pignorare,ista grauissima sunt, vt offendere etiam
voluntatem testatoris,& ideò si grauissime puniatur a-
liquis,non est mirum,vt argum.C.de inoffic. testamen.
l.si quis in suo.sic notauit dominus meus in l.illa extat
enim decretum.QVAESTIO.† Item quæritur quare l.il- 13
la,extat.fuit posita sub titul.quod metus causa.cum ni
hil in d.illa tractetur de metu.Respondeo, etsi non tra-
ctetur de metu,tamen tractatur de vi:& si non de com-
pulsiua,saltem tractatur de alia vi,quæ committitur v-
bicumque aliquis sua auctoritate reposcit,quod debu-
it per iudicem reposcere.vt in prædicta l.dicitur.Item
& propter aliud, si debitor compellatur à creditore,
quod soluas : non tamen habet locum quod met. cau-
sa,quod damna exigit. & ideò meritò diuus Marcus il-
lud edictum induxit.vt ff.quod vi aut clam. l. & si par-

14 tus.§.vlt.† QVAESTIO. Item quæritur: quare non pona-
tur l. ista, extat. sub tit. ad legem Iul. de vi priua. Respon
deo, facilis est responsio, quia cùm violentia commit-
tatur, vt dictum est: si sub illa rubr. ponitur, non est mi-
15 rum. † QVAESTIO: Item quæritur, an locum habeat e-
dictum diui Marci: & locum habeat actio quod metus
causa. Responsum est, quòd non: quia actio illa quod
metus causa, damna exigit. vt ff. quod metus causa. l.
16 sed & partus. QVAESTIO.† Item quæritur, an locum ha
beat siue rem mobilem siue immobilem occupet credi-
17 tor? Respondeo sic. QVAESTIO. † Item quæritur, nun-
quid locum habeat hoc edictum: siue interueniat do-
lus, siue non? Respondeo ita, quia constitutiones & edi
cta sibi ignorare non licuit. vt C. de legib. & constitu. l.
18 leges. QVAESTIO. † Item nunquid in re mobili locum
habeat actio vi bonorum raptor. Respondeo, non. quia
nec rapinam voluit committere creditor: & fortè cre-
didit sibi licere: cum voluntas & propositum distin-
guant maleficia. vt ff. de furt. l. qui iniuriæ causa. Nota
ex l. illa, extat. ista notabilia quatuor. Primum, quòd a-
ctio sit proponenda. facit ad idem ff. de administr. tuto.
l. quoties. §. item si temporali. Secundum, quòd nullus
debeat dicere sibi ius auctoritate propria. vt C. de Iu-
dæ. & cœlic. l. nullus. sed contra ff. de furt. l. qui vas. nã
ibi non punitur. Respondeo, ibi accepit vt iudici osten
deret, hic accepit vt sibi haberet. Tertium, vt iudici sit
facienda fides. vt C. de condict. ob turp. caus. l. 1. Quar-
tum, vt puniatur quis in eo in quo deliquit. de his plu-
ra ar. not. suprà. hæc sufficiant super edicto diui Marci,
alia studiosi inueniant.

De constitutione, si quis in tantam.

Rubrica.

1 *Constitutio, si quis in tantam, vt locum habeat, quot requirantur.*

2 *Libellus in constitut. si quis in tantam, quomodo formetur. nu. 3.*

4 *In constitut. si quis in tantam, si quis petat violentiam inferentem puniri per iudicem in amissione dominij, quid prosit si ille dominium amittat: cui dominium applicetur.*

5 *Dominium quomodo iudex adiudicare possit.*

6 *Pupillus an constitutione, si quis in tantam. puniri debeat.*

7 *Adultus si violentiam commisit, an per constit. si quis in tã tam puniri possit.*

8 *Adulto vel minori, vel pupillo doli capaci an detur restitutio, ac si ipsorum nomine petatur.*

9 *Mulier an constitutione si quis in tantam, teneatur. Seruus, num. 10. Monachus, num. 11 Magistratus, num. 12. Patronus & parens, num 13. Furiosus nu. 14.*

15 *Furiosus per dilucida interualla an constitutione, si quis in tantam, obligatus sit. Et quid si furoris tempore deiecit: & factus sanæ mentis, rem illam teneat, & numer. 16.*

17 *Furiosus sanæ mentis factus, insolidum tenetur.*

18 *Furiosus, si tempore furoris deiecit, an actione in factum conueniri possit.*

19 *Aliquis de familia furiosi si aliquem deiecit: & possessio illa peruenerit ad furiosum, seu ad eius curatorem, an teneatur.*

20 *Prodigus, cui bonis interdictum est: an constit. si quis in tã tam, obnoxius sit.*

21 *Mente captus, an constitutione si quis in tantam, ligetur.*

22 *Colonus, inquilinus, commodatarius, & alia persona: an constit si quis in tantam, ligentur.*

23 *Constitutio, si quis in tantam. an loquatur de rebus mobilibus & immobilibus, vel de alterutra, vel de vtrisque.*

24 *Religiosus aliquis si de loco suo expellatur: nunquid constitutio si quis in tantam, locum habeat.*

25 *Ecclesia detentori, qualiter consulendum sit.*

26 *Inuasor ecclesiæ qualiter puniatur.*

27 *Constitutio si quis in tantam, an in seruitutibus locum habeat.*

28 *Constitutio si quis in tantam, an quòd ad fiscum superflua sit.*

29 *Constitutio si quis in tantam, an locum habeat: si quis animo & corpore possideat, vel si corpore tantùm, vel animo tantùm.*

30 *Constitutio si quis in tantam, an locum habeat in datione libelli, vel post libellum. & ante litem contestatam.*

31 *Constitutio si quis in tantam, an post sententiam locum habeat.*

32 *Possessionem alicuius si aliquis intret, vt illum expellat, & auctoritate iudicis competentis an excusatus sit.*

33 *Dictio, violenter, quomodò intelligatur.*

34 *Constitutio si quis in tantam, an locum habeat, si nullus restitit, quando aliquis intrauit, & apprehendit possessionem.*

35 *Constitutio si quis in tantam, an de qualibet violentia intelligatur.*

36 *Possessionem qui intrat & credit sibi licere, an constitut. si quis in tantam pœna excusetur.*

37 *Constitutio si quis in tantam, an locum habeat, siue dolus interueniat, siue non.*

38 *Violenter deiectus, quo iure restituendus veniat, & nunquid ipso iure, vel per sententiam. 39.*

40 *Dominium in constitutione si quis in tantam, cui applicandum sit, & qualiter rerum alienarum intelligatur, et num 41.*

42 *In constit. si quis in tantam, quid æstimetur, nunquid possessio sola, vel proprietas, vel vtrumque.*

43 *Vniuersitas an in constitutione si quis in tantam, teneatur.*

44 *Maritus nunquid constitutione si quis in tantam, teneatur: si expellat vxorem de possessione alicuius rei, vel econtrà si vxor maritum.*

45 *Prælatus alicuius ecclesiæ si aliquem de possessione deijciat quomodò satisfaciat.*

46 *Capitulum alicuius ecclesiæ, vel clericorum conuentus, si aliquem expulerit, nunquid constitutione si quis in tantã, teneatur.*

47 *Monasterium si aliquis intrauit, qui constitutione si quis in tantam tenebatur, nunquid ipsum monasterium teneatur, & nunquid ad pœnam conueniatur, & numer. 48.*

49 *Debitor si creditorem expellat, nunquid constitutio si quis in tantam, locum habeat.*

50 *Debitorem si creditor alicuius rei possessione expulit, nunquid constit. si quis in tantam, puniatur.*

51 *Creditor si expellatur ab alio quam à creditore, nunquid agat, & qualiter creditore agente condemnatio fiat.*

52 *Proprietarius si fructuarium expellat, nunquid constitu. si quis in tantam obligetur.*

53 *Fructuarius si proprietarium expellat, nunquid constit. si quis in tantam locum habeat, & in quo.*

54 *Fructuarius si ab alio expellatur, nunquid illi fructuario ad vsumfructus æstimationem condemnetur.*

55 *Constitutionis si quis in tantam beneficio, an expulso fructuario proprietarius agere possit.*

56 *Constitutionis si quis in tantam remedium an fructuarius habeat si proprietarius expellatur.*

57 *Vasallus si dominus expulit, vel econtrà: an expulsus constitutionis si quis in tantam, beneficium habeat.*

58 *Expellentes se inuicem, in quo puniantur.*

59 *Constitutio si quis in tantam, an locum habeat, si quis spiritũ am volebat acquirere possessionem, & prohibitus fuerit*

ne

ne acquireret.

60 *Constitutione si quis in tantam, an gaudeant qui sine traditione dominium acquirunt: si inueniantur in fundo & expellantur, vel non admittantur.*

61 *Constitutionis si quis in tantam beneficium an habeat. si bannitores dent alicui tenutam, & dicant sic, nos mittimus te in possessionem istius domus, & iste si missus expellatur, cum esset in tenuta rerum illarum: vel vadens non admittatur.*

62 *Iudex si dare voluerit veram possessionẽ per bannitorem: si ille inueniatur in tenuta aliarum rerum, vel vadens non admittatur, an constitutionis si quis in tantam remedium habeat.*

63 *Bannitor si ostenderet & diceret: vide omnium istorum bonorum tibi possessionem assigno, nunquid acquiretur.*

64 *Beneficium constitutionis si quis in tantam, nunquid prædonι vel inuasori, vel alij iniustè possidenti concedatur.*

65 *Constitutionis si quis in tantam priuilegio nunquid possim gaudere, si voluit priuare possessione, qui me possidere ignorauit.*

66 *Constitutio si quis in tantam nunquid locũ habeat, si quispiam se possidere crederet bona fide, & aliquem possidentem expulit. quare crederet violentiam committere, quoniam ipsum possidere ignorabat.*

67 *Fugitiuum si quis ceperit, nunquid constitutione si quis in tantam puniendus veniat.*

68 *Constitutio si quis in tantam, nunquid talis & tanta contra hæredes: qualis & quanta contra defunctum competat.*

69 *Appellare an possit quispiam à constitutione si quis in tantam, si condemnatus fuerit.*

70 *Constitutionis si quis in tantam vigore, si quispiam appellet: nunquid iudex appellationis de possessione restituenda vel non, cognoscere debeat.*

71 *Constitutio si quis in tantam generalis, nunquid cum aliis specialibus concurrere possit.*

72 *Constitutiones speciales cum locum habeant, ad quid generalis inuenta fuerit.*

73 *Constitutio si quis in tantam, an cum interdicto vt concurrere possit.*

SVCCEDIT & alia constitutio contra violentum
2 quæ est famosissima: & vocatur, si quis in tantam.
† Quæ cõstitutio ad hoc vt locum habeat, tot sunt necessaria. In primis, quòd aliquis rem aliquam possideat, mobilem vel immobilem non curo, sicut infrà dicemus. Secundum, quòd aliquis rem illam per violentiam occupet, si est mobilis: si est immobilis, quòd innadat, id est, quod possidentem expellat. vt C. vnde vi. l. si quis in tantam. Institut. vi bonor. rapt. Positiones facilimæ sunt, & libellus satis planus, vt sic concipias. † LIBELLVS. Ago ego Rofred. contra M. qui me per violentiam de possessione talis fundi expulit: vnde peto possessionem ipsius fundi mihi restitui, & cum sit ipsius rei dominus: peto ipsum in amissione dominij eiusdẽ rei per vos domine iudex condemnari. Si autem non sit
3 dominus, dicas sic. LIBELLVS. † Peto possessionem rei illius mihi restitui, & in æstimationem rei illius mihi ipsum condemnari: ad hoc propono condictionem ex l. si quis in tantam. quidam tamen aduocatus Laicus barbarizando proponebat: ego propono sisula tanta. Quod sic rectè concipiatur libellus, dicunt iura prædicta C. vnde vi. l. si quis in tantam. & Institut. vi bon. raptor. OPPOSITIO. Sed huic libello sic opponitur: petitur in libello quòd possessio restituatur: & quòd violentus si fuit dominus condemnetur in amissione dominij: si non, in æstimationem rei condemnetur: quare peto mihi possessionem restitui per hanc constitutionẽ: hòc possum petere p interdictũ vnde vi: imò & plus: per interdictum peto scilicèt, quod fiat mihi restitutio omnium damnosum. vt ff. vnde vi. l. 1. §. rectissimè. ad quid ergo perditio hæc? per constitutionem istam damna nõ consequar: & potest esse, quòd plus valeant damna, quàm rei valeat dominium. Respondeo, interest nostra plures actiones habere. vt argumen. ff. de liber. leg. l. 3. & quædam etiam interest nostra habere, licet inutilia sint. vt ff. de seruitut. l. si fundo. ideò si illa diuersa contra violentum sint prodita, non est mirum. Ecce hodie violentia commissa est contra te, tu deliberas quo iuris auxilio velis agere, verùm per interdictum, aut per constitutionem si quis in tantam. & aliquandò potiùs expedit agerè interdicto, aliquandò potiùs constitutione, si quis tantam. maximè si violentus de possessione
priuauit, & aliquando damna non sunt illata. † QVAESTIO. Item quæritur, tu petis in libello ipsum puniri 4
per iudicem in amissione dominij, quid proderit si ille amittat dominium, cui applicabitur dominium? Respondeo, si dominium amittitur, hoc procedit de iure, vt violentia puniatur: & applicabitur passo violentiam, vnde multi propter istud adijciunt in libello: & illud dominium per vos domine iudex adiudicari peto:
& certè non malè adijcitur in libello. QVAESTIO. † Sed 5
quæritur, quomodò iudex poterit adiudicare dominium? Respondeo bene: iudices enim adiudicando dominium adijciunt. vt in communi diuidundo, & familiæ erciscundæ. vt Institut. de offic. iudic. Item & cessitores transferunt dominia. Item & flumina. vt ff. de acq. rerum domin. l. ergo. §. fin. Super constitutione tamen ista multa quæruntur super singulis verbis l. illius, &
primò super hoc verbo, si quis, &c. QVAESTIO. † Quæ- 6
ritur an pupillus hac constitutione puniatur? Respondeo, aut est infans, aut maior infante: puta, proximus pubertati. In primo casu non tenetur. In secundo, sic: & hoc his rationibus: quia eius ætas quid videat, ignorat. vt C. de falsa moneta. l. 1. & de regul. iur. l. pupillus. Item sciens fallere non videtur. vt ff. de iureiurando. l. qui iurasse. Item ipsum excusat innocentia consilij. vt ff ad leg. Corn. de sicar. l. infans. Item in eum dolus non cadit. vt C. ad leg. Corn. de falsis. l. impuberem. In secũdo casu tenetur: quia omne crimen cadit in personam impuberis, præter crimen adulterij. vt ff. ad legem Iul. de adult. l. si minor. Item propter delictum impuberis tutela finitur. vt Institut. quibus mod. tutel. fin. au. Item optimè facis ff. de furt. l. impuberem. & C. de pœn. l. 1. 101 punitus. & ff. de doli except. l. apud Celsum. § si quis vero tutor. OPPOSITIO. Sed circa impuberem & doli cap[illegible]cem, seu proximum pubertati opponitur duobus modis: nam non videtur, quòd teneatur etiam proximus pubertati. nam licitum est illi ius ignorare. vt ff. de probat. l. cum de indebito. Item talis a pœna constitutionis excusatur. vt C. de episcop. audient. authen. sic a-ptius. Respondeo, speciale est in illa authentic sicut & multa specialia sunt in illa authentica. & hoc ide[illegible] propter hæreditatem paternam, quæ sibi sicut propri[illegible]bita est, vt C. de impone lucra. descript. l. 1. & ff. de success. edict. l. 1. §. largius. & C. de Codicil. l. vltim. & ff. de liber. & posthum. l. in suis. Vel [illegible]liter, ideò ibi contingit in illa authentica propter delictum quod fuit commissum in omittendo: hic autem tractatur de delicto commisso in faciendo, & ideo punitur. OPPOSITIO. Item & secundò opponitur: non videtur quod debeat puniri, nam talis ætas non videtur habilis ad tale delictum committendum: & sic excusatur. pone, quòd aduersarius est maior. An est præsumptio quòd minor 14. annis illum expelleret? non videtur. vt argum. ff. quod me. caus. l. non est verisimile. & argum. ff. ad legem Iul. de adult. l. si minor. Respondeo, potest vim committere per alium, & eius mandato, vel licet de facili non possit cadere in impuberem, cadere tamen potest quia forte potest esse, quod pupillus proximus pubertati fortior sit, quam aduersarius: pone, quod m[illegible]r est: quòd senex est, vel fere fœmina, sicut de mul[illegible] possont notari exempla: quia sufficit terror armorum. [illegible] ff. eod. l. 3. Si autem velles intelligere pupillum, [illegible], aliquem maiorem, qui ideò dicitur pupillus, q[illegible]tre caret. vt ff. de verborum significa. l. pupillum. [illegible]

riosus habetur loco absentis seu quiescentis, vt ff. de iur. codicil. l. 2. Item habetur pro ignorante & pro inuito, vt ff. de ritu nupt. l. in eod. §. hoc caput. Item coram furioso non intelligitur aliquid fieri, etsi præsens sit, vt ff de arbi. l. diem proferre. §. coram. Item consensum non habet furiosus, & ideò matrimonium nō contrahit, vt ff. de ritu nupt. l. oratione. nec etiam sponsalia. vt ff. de sponsa. l. furor. his ergo legibus & argumentis dicemus furiosum non teneri. & quod in hac l. dicitur furoris &c. similitudinis causa ponitur. quotiens enim facit, quod facere non debet, dici potest furiosus, id est, faciens opera furiosi: non autem intelligas, quòd verè furiosus sit. & similia notabis in lege, & in iure diuino. nam quandò damnatur testamentum vt inofficiosum, damnatur sicut furiosi: non tamen dicitur, quòd furiosus fuerit ille qui testatus fuit, quia tunc testari non posset, vt ff. de inoffic. testam. l. 2. & C. de codicil. l. nec furentem. & in diuinis dicitur. Domine ne in furore tuo arguas me &c. & Ioh etiam dixit: Quis hoc tribuat vt protegas me donec pertranseat furor tuus &c. nunquid Deus est furiosus? absit. sed similitudinis causa ponitur. q. di. noli Deus facere in me, quæ

55 faciunt homines irati & furiosi. † QVAESTIO. Sed circa furiosum quædam dubitabilia quæruntur. pone, quòd furiosus est aliquis per dilucida interualla: nunquid tenebitur hac constitutione? Respondeo, refert quo tempore committat: verùm tempore furoris, & tunc excusatur, an illo tempore interualli, quo furor non tenebat eum, in quo casu tenetur, vt in legibus prædictis. ff. de offic. præsid. l. congruit. & l. diuus. & ar.

56 ad idem C. de curat. fu. l. vlti. † QVAESTIO. Item quæritur: quid si furiosus tempore furoris deiecit: factus sanæ mentis rem illam teneat, an teneatur? Respondeo, tenetur possessionem restituere, sed non per beneficium constitutionis istius, sed per actionem in factum subrogatam in locum interdicti: vt ff. eo. l. 1. §. vltim. vel actione in factum generalissima, vt ff. [...] scripti verbis. l. quotiens. nec debet cum aliena iactura locupletari, nec trahere priuilegium suum ad in quantum compendium. nam & aliàs impubes commodati non tenetur, nec etiam furiosus. sed si rem teneant vel locupletiores facti sunt, vtili actione tenentur, vt ff. de condict. indebi. l. nam natura. & C. de vsuca. pro emptore. l. fi. & ff. commod. l. 1. in fin. & l. sed q. & l. sed & mihi.

57 † QVAESTIO. Sed quæritur. videtur, quòd tunc sanæ mentis factus in solidùm teneatur. nam detinendo videtur ratum habere re ipsa, & sic ratihabitio confirmat ea quæ ab initio gesta sunt, & mandato comparatur, vt C. ad Maced. l. vltim. & ff. vnde vi. l. 1. §. quotiens. Respondeo, non est verum. nam tunc ratihabitio trahitur retrò, & confirmat negotium si fuit aliquod, & ponit ratum haberi: aliàs non, vt ff. de his qui no. infam. l. quid ergo. at istud maleficium nullum fuit, vt superiùs dixi: & sic non potuit ratum haberi. nam & obligationes quæ proprijs viribus non consistunt, prætoris imperio non confirmantur, vt ff. de action. & obligatio. l. obligatio-

58 num. † QVAESTIO. Item quæritur, an furiosus si deiecit tempore furoris, possit conueniri, saltem illa actione in factum, de qua suprà diximus. Respondeo, conuenietur curator, si habet: si non habet petetur ei dari, vt C. de cura. furio. l. vltim. ff. de lega. 2. l. Licinius lo-

59 custa. § penultim. † QVAESTIO Item quæritur: si aliquis de familia furiosi aliquem deiecit, & possessio illa peruenerit ad furiosum, seu ad eius curatorem, an teneatur? Respondeo, tenetur de eo quod ad eum peruenit, vt argum. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. quid igitur. &

60 §. familiæ. † QVAESTIO. Item quid de prodigo, & maxime si sit bonis sibi interdictum? Respondeo, tenetur. In maleficijs enim non excusatur, sed tantùm in ciuilibus, in quo non est absimilis furioso, vt C. de in integr. restitut. l. si curatorem habens. & ff. de verbor. ob-

61 ligatio. l. is cui bonis. † QVAESTIO. Item quid de mentecapto. Respondeo: idem quod in furioso, vt & alias parificantur. ff. de cu. l. vltima. C. de impuber. & ali. substitut. l. vltima. *Peruenit audaciam.* QVAESTIO. Quæritur quare posuit illa verba? Nónne sufficisset, si dixisset si quis alienam possessionem inuaserit? Respondeo: non potest quis inuadere possessionem alicuius: & non incidere in constitutionem præsentem, vt quia creditor ingreditur ea conuentione pignus. debitores sua authoritate, ille quidem non tenetur, vt C. de pignoribus. l. 1. & notatur suprà de edict. diui Marci. Item & si aliquis possessionem suam incontinenti recuperat, vt ff. de vi & vi arma. l. qui poss. Nota ex hac litera furiosum audacem esse, & certè verum est. in decuplo enim audax furiosus, quàm si non esset furiosus, sicut de multis de facto vidi. similitudinis ergo causa ponitur istud verbum, *& in tantam audaciam*: sicut & verbum, furoris. quasi diceret, sicut furiosus propter furorem sui corporis excedit audaciam: sic & ille qui authoritate propria non mandato iudicis, non aliqua iusta causa munitus possessionem alicuius inuadit. Vt vel consecutiuè legas, vt & illud: Natus est homo vt moreretur. & illud. si autem actor affuerit, vt reus multiplici dilatione fatigetur, vt C. de iudic. l. properandum. §. 1. & alibi. vt iustificeris in sermonibus tuis &c. Vel melius notat modum, vt C. de his qui sub modo l. vltim. quasi dicat: ideò venit ad tantam audaciam. vt istud faceret, scilicet quòd possessionem &c.

Possessionem. Quæritur: an idem sit in detentatione, si aliquem expello de detentatione quam habet non de possessione: purà expello seruum alicuius vel filiumfamilias: hi enim non possunt possidere, sed tenent, vt ff. de verbor. obligat. l. stipulatio ista habere licere. §. hi qui. ff. de acquir. possess. l. possessio. §. qui in aliena. Respondeo: locum habet constitutio, non in personis illorum, sed in persona patris vel domini, quorum possessio videtur interuersa, quia dominus & pater ex personis illorum possidebant, vt in prædicta l. & ff. de acquir. possess. l. quicquid. & l. si id quod. §. 1. vnde illis expulsis cùm amittatur illa naturalis quam habebam ego pater vel dominus ex personis illorum, amittitur & mea ciuilis, vnde habeo interdictum vnde vi: quia videor ego expulsus, vt ff. de acquir. possess. l. peregrè. §. quibus explicitis. & ff. de vi & vi armat. l. 1. §. fina. & de hoc nota suprà in tractatu interdicti vnde vi. & sic pater vel dominus intentabit condictionem ex lege ista, si quis in tantam. non autem filius vel seruus, vt ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quòd seruus. † QVAESTIO. Item quæritur 62
quid de colono? Item quid de inquilino. Item quid de commodatario. Item quid de depositario? Item quid de his qui de precario tenent? Item quid de sequestro, quandò res apud eum deponuntur: nunquid si expellantur, possunt habere beneficium constitutionis istius? Item quid de scholari, qui conduxit hospitium, si expellatur, vel a domino, vel ab alijs: nunquid iuuari poterit beneficio l. istius? Item quid de illo qui missus est in possessionem causa rei seruandæ? Respondeo: omnes prædicti cùm non possideant, si deijciantur, non habent beneficium constitutionis istius. Ista enim illa possessori subuenit: propterea dicit, vt possessionem rerum. & c. quòd autem omnes prædicti non possideant, patet: colonus enim nec viuo nec mortuo domino vllam habet possessionem, vt ff. de vsucap. l. non solùm. §. quod vulgò. & ff. communi diui. l. cōmuni diuidundo. §. neque. Item nec inquilinus possidet neque colonus, vt C. commun. de vsucap. l. 1. & arg. ff. locat. & conduct. l. maritus. aliàs l. cùm in plures §. messem. Item depositarius & commodatarius non possident. nam rei commodatæ & proprietatem & possessionem retinemus, vt ff. commo. l. rei. & rei depositæ proprietatem & possessionem retinemus, vt ff. deposi. l. licèt §. rei. Item qui precariò habet, non possidet, nisi actum sit specialiter vt habeat possessionem, vt ff. de precar. l. & habet. §. eum qui. & propterea dicitur, quòd non sit digna venire ad iudicij vigorem, vt ff. communi diuidun. l. commu. diuid. §. inter prædones. Item propterea dicitur, quòd ille vincit interdicto vti possidetis, qui nec vi nec clàm possidet ab aduersario, vt Inst. de interdi. & C. vti possidet l. vnica. & ff. vti possidet l. 1. Item sequester non possidet, vt suprà diximus, nisi specialiter actū sit. ff. de poss. l. interesse. Item scholaris, cum sit inquili-

nus non poſſidet, vt dixi. Item qui mittitur in poſſ. non
poſſidet, vt ff. de acquir. poſſeſſ. l. poſſideri. §. vlti. & l. ſi
quis ante conduxerit. §. 1. & ff. quor leg. l. 1. quæſitum. Si
ergo iſtis non ſubuenitur per conſtitutionem, ſi quis in
tantam. qualiter eis remotis à detentatione illa eis ſub-
uenietur? Reſpondeo: miſſo in poſſ. ſubuenitur ex illo
edicto ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſus eſt: alijs fortè ſub-
uenitur officio iudicis, vt arg. C. lib. 11. in quib. cau. co-
lo. cenſi. l. 1. vel ſubuenietur illis actione in factum, vt
ff. de præſcri. ver. l. quotiens. Item in perſona coloni
inquilini inuenimus remedium, quòd agat contra do-
minum actione ex locato conduc. vt dominus contra il
lus qui expulerunt agat: & ſic recuperabit poſſeſſio-
nem dominus, & ipſi poſteà detinebunt, vt ff. loca. &
conduct. l. cùm in plures. §. meſſem. & ff. ad l. Rhod. de
iac. l. 2. §. 1. Et ſic fortè in commodatario & depoſitario,
ſed non idem, quia dominus tenetur tradere rem com-
modatario vel depoſitario, niſi fortè vſque ad certum
tempus factum fuiſſet commodatum, vel niſi depoſitũ
factum fuiſſet gratia depoſitarij: tunc agitur illo reme-
dio ſicut dixi, quia iuuari non decipi beneficijs nos o-
portet, vt ff. commod. l. in commodato. §. vltim. Hæc ve-
ra ſunt quotiens ab extraneo expelluntur colonus ſeu
inquilinus, licèt quidam dicant, quòd habeat vtilem
condictionem ex l. iſta. vt dicant poſſeſſionem, id eſt,
detentionem. & adducunt in argum. C. lib. 11. de agri-
col. & cenſit. l. ſi coloni. ſi autem expellantur à domi-
no, qui eis locauit: tunc habent actionem ex conducto
contra ipſum per quam intereſſe ſuum conſequuntur
vel tenutam recuperabunt, vt ff. locat. & conduct. l. ex
23 conducto. *Rerum.* †Quæritur an de immobilibus
vel de alterutris vel de vtriſque? Reſpondeo, de rebus
mobilibus loquitur & de immobilibus, vt Inſtit. vi bo-
no. rapt. & in hoc quod de mobilibus loquitur fuit in-
ducta in ſupplementum interdicti, quòd non habet lo-
cum pro rebus mobilibus, ſed tãtùm pro immobilibus
24 principaliter, vt ff. de vi & vi arm. l. 1. §. ſi quis de naue.
†QVAESTIO. Item quid dicemus de rebus ſacris. Item
quid de rebus religioſis: nunquid ſi expellatur aliquis,
habet locum conſtitutio præſens? Reſpondeo: in per-
ſonis priuatorum nõ habet locum obiectio: laici enim
rem ſacram & religioſam poſsidere non poſſunt, vt ff.
de acquiren. poſſeſſ. l. qui vniuerſas. & ff. de rei vendic.
l. quæ religioſis. & argum. ff. communia de ſeruit. l. ca-
ueri. & argum. ff. de contrahen. empt. l. æde. vnde cùm
non poſſim ego laicus poſsidere, licèt detineam: ſi re-
mouear ab illa detentione non habeo beneficium con-
ſtitutionis iſtius, quæ tantùm poſſeſſori ſubuenit, ſicut
ſuperiùs diximus. Item nõ habet locum propter aliam
cauſam: quia cùm dominus debeat dominium amitte-
re qui inuaſit, & non inuenio aliquem dominum rei ſa-
cræ ſeu religioſæ: quia iſti clerici prælati ſeu rectores
dicuntur procuratores, non domini, vt extra. de dona.
c. fraternitatem. & eſto quòd eſſent domini, tamen ma-
lum eſſet, quòd eccleſia amitteret dominium rei pro-
pter delictum illius, cùm delictum prælati in damnum
eccleſiæ non debeat redundare, vt argum. C. vnde vi l.
meminerint. & in decre. 16. queſt. 7. c. ſi Epiſcopum. &
extra. de præſcript. c. fin. l. 6. Item ſi non eſſet dominus,
non poſſet in æſtimationem condemnari, quia res ec-
cleſiaſtica æſtimationem non recipit, nec religioſa ri-
tè recipit ſeruitutem, vt ff. commu. prædior. l. caueri.
& ſic laico poſſidente, ſiue detinente rem ſacram ſeu
religioſam, & laico alio vel clerico (non curo) ipſum
25 expellente, non habet locum conſtitutio præſens.
†QVAESTIO. Sed qualiter iſti detentori cõſuletur: for-
tè patronus erat eccleſiæ, vel fortè ſepulchrum ſuum
erat. Item qualiter punietur ille malefactor. non enim
debet remanere maleficiũ impunitum, vt ff. de fideiuſ.
l. ſi ſiq. iis à rec. & de ſol. l. Stichũ aut Pamphilum. & ff.
ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. Reſpondeo, ſatis vide-
tur, quòd ſuccurratur iſti, vel act. in factum vel offic.
iudi. vt ſunt dixi. & eſt argum. ff. de rei vendi. l. quæ re-
ligioſis. & de re ſacra, maximè mobili poſſet ille male-
factor accuſari crimine ſacrilegij, vt ff. ad l. Iul. pecu. &
de ſacrileg. l. lege. & l. ſacrilegij. Si autem clericus poſ-
ſideat, & laicus illum expellat: tunc habet locum cõ-
ſtitutio præſens, quia clericus poſſidere poteſt, & eti-
am vtiliter vendicare ſaltem nomine eccleſiæ, vt C. de
rei vendi. l. ſancimus. & argumen. ff. de rei vendica. l. in
rem actio. §. loca ſacra. †QVAESTIO. Et licèt habeat lo-
cum conſtitutio: quæritur qualiter punietur ille inua- 26
ſor? Reſpondeo: non poteſt puniri in illo quod admi-
niſtrat dominium: quia nec dominus eſt, nec eſſe po-
teſt, & ideò in æſtimationem rei condemnabitur. Sed
quomodo æſtimabitur res ſacra? Reſpondeo, nõ æſtima-
bitur in eo quòd ſacra, quia non recipit æſtimationem,
ſed æſtimabitur ſicut ſi eſſet res alicuius priuati, & ſic
fiet condemnatio. †QVAESTIO. Item quæritur quid erit
de ſeruitute, nunquid locum habet conſtitutio? non vi- 27
detur, quia non poteſt quis de ſeruitute mero iure de-
trudi, vt ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſi viam. Verùm iura
pro & contra poſſunt induci: vnde illa, quia ſunt vti-
lia referamus. videtur enim quòd pro iuribus compe-
tant vtilia interdicta: & ſic conſtitutio iſta vtilis. nam
pro ſeruitute interdicta veluti poſſeſſoria prodita ſunt.
vt ff. de ſeruitu. l. quotiẽs. competit enim veluti vti poſ-
ſidetis, vt ff. ſi ſerui. vendi. l. ſicuti. §. Ariſto. Item inter-
dictum de itinere, actuque priuato competit ſi aliquis
poſſedit ius fundi, vt ff. de itine. actuq; priua. l. vlt. Item
ſi aliquis expellatur ab vſufru. quod eſt ius vtendi fru-
endi, habet interdictum vnde vi. vt ff. de vi & vi arma.
l. idemque. §. vnde vi. & l. ſi proprietatium. Item dici-
tur, quod ius poſsidetur, nam hęreditas, quę eſt ius poſ
ſidetur, vt ff. de bon. poſſ. l. 3. §. hæreditas. Item traditio
vel patientia inducit officium prætoris, vt ff. de ſeruit.
ruſt. præd. l. 1. §. traditio. nam ſicut patientia inducit of-
ficium prætoris, vt ſeruitus conſtituatur, & conſtituta
habeatur: ſic in patiẽtia habetur pro expulſione, vt in-
ducat interdictum vnde vi. quòd enim iura poſſidean-
tur, id eſt, quaſi poſſideantur, habes in decre. 2. q. 2. nul-
lus. 16. q. 4. volumus. & extra. vt li. pen. c. à memoria. &
de elect. c. querelam. & de cauſa poſſ. & propie. c. cùm
eccleſia ſutrina. ex quibus omnibus colligitur, quod
iura ſint reſtituenda ſpoliatis. & quòd à iure poſsit quis
reſtitui, ſicut à iure pręſentandi, à iure recolligẽdi red-
ditus, iure poſſidendi & defendi: in quæſtione autem
ſunt atq. pro hoc. ff. de iniur. l. ſanè. ff. vti poſsidet, l. fin.
& ff. de aqua plu. ar. l. 1. in fi. Cõtraria ſunt ar. quòd iura
non poſſint poſſideri, ff. de acq. rer. do. l. ſeruus. §. incor-
porales. & de acq. poſſ. l. poſſideri. in princ. nomina e-
nim non poſſidentur, vt ff. ad Trebel. l. cùm hæreditas.
& ff. de vſucapio. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſufruct. l. 1.
& ff. de ſerui. vrba. prædio. l. ſi ædes meæ. quia ſeruitu-
tes ſeu iura verè poſsideri non poſſunt. ex quibus legi-
bus pro & contra inductis ſoluitur quæſtio illa, ſi ali-
quis habeat ius recolligendi pedagium, & poſteà pro-
hibeatur, & alius modò recolligat, an dicatur poſſeſſi-
one priuatus, an non: & an habet locum hæc cõſtitutio.
tio. & de hoc dic vt not. ſuprà de interdict. vnde vi.
Apud fiſcum. Ex hac l. notatur, quòd fiſcus parificatur
cum priuato, & hoc ſemper, vt ff. de petit. hæredit. l. itẽ
veniunt. §. petitam. & C. de peti. hæredi. l. 1. vbi inuenio
fiſcum habere priuilegium. †QVAESTIO. Sed quæritur: 28
an hæc conſtitutio ſit ſuperflua quoad fiſcum: nam lex
videtur aliam pœnam imponere. ff. de iur. fiſc. l. auſer-
tur. §. fin. nam ibi punitur in quadruplum, qui rem ali-
quam in fraudem occupat: ſubaudi, per furtum, alio-
quin in duplum, vt ff. eod. l. §. qui aliquid. vel an vtra-
que pœna locum habeat, vt non tollatur vna per aliã,
vt aliàs C. de ſep. viol. qui ſepulchrum. & ff. de actio. &
obliga. l. quoties. Sed reſpondeo, vt ſimus mites in pœ-
nis imponẽdis. ff. de pœn. l. interpretatione. et dicimus,
quòd aut fraus interuenit: & tunc locum habeat pœna
illa. aut ſine fraude alienam rem occupaſti, quæ ad fiſ-
cum pertinet, & tunc locum habet l. iſta, & ſic videtur
illa eadem l. hoc admittere in §. 2. OPPOSITIO Sed vi-
detur quòd ſuperuacuò ponitur de fiſco. quis enim eſ-
ſet tãtæ ſuperbiæ, tumidus faſtigio, & ira ſtu ius vt pro
curatorem fiſci auderet de poſſeſſione alicuius rei ex-
pellere? Reſpondeo, verſi eſt, quòd non debeat hoc ali-
quis præſumere, tamẽ aliquis eſt aliquando ita præſum
ptuoſus,

pruolos, quòd benè expellit procuratorem fisci, & de
pluribus possent eaempla notari in Tuscia & in Lombar.
& per imperiũ:& ideò dicit, in tãtam furnris &c.
Vel apud quaslibet homines. Quęritur an locum habeat
specialis constitutio C. de paga. l. christianis. quæ de
specialibus personis loquitur? Responden sic, sanctio
omniũ legum, quæ generalem pœnam imponit, vt ista
cõstitutio, si quis in tantam. oñ pertinet ad illam, christianisque
de specialibus personis loquitur, & specialem
pœnam imponit, vt ff. de pœn. l. saoctio. & argu. ff.
de verb. obligatio. l. doli. & multæ quæstiones nntantur
circa illud verbũ, sicut infra dicemus. *Constitutarum.*
29 † Nonquid intelligimus si corpore & animo quis possideat,
vel si corpore tantùm, vel animo tantùm? Respondeo,
vt sine calumnia procedat, intelligimus si aliquis
possideat vel corpore, quia insistit in fundo, &
intelligas in possessore, & non io detentatore: quia coloous,
inquilinus, commodatarius, depositarius, etsi
corpore teoeant, nnn tamen pnssident, vt superius dixi,
siue aliquis possideat animo locum habet constitutio.
potest enim quis ab illa possessione eapelli: putà,
quia vadens non admittur, vel alio ingressio, suspicor
me posse repelli, io quibus casibus pnssessionem perdo,
si non alias, qnam aoimo tenebam, vt ff. de acquir.
possess. l. clàm possidere. §. fina. & l. sed & si nolit. & ff.
de vi & vi arma. l. 1. §. deijcitur. & §. eum qui animo. &
l. idemque. §. vnde vi. secundùm quòd vno modn ponitur
ibi eaemplum. Quidam tamen minùs benè dicuoe,
quòd non habeat locum cnnstitutio ista in casu
isto: qoia locum babet interdictum, licèt malè dicaoe,
vt infrà dicemns. Quidam alij voluerunt distinguere,
verùm ego sciebam illum animo possidere, vel non, vt
io primo casu teneat, in secundo non: & sic fuit de facto
Bonnniæ iudicatum. Sed nullam distinctionem
istarum approbo: quia etsi à principio nesciebam illum
aoimo pnssidere, tamen si te veoientem non admitto:
vel ille suspicatur se posse repelli, ipsum possessione
priuo. vnde scieotia mea nihil ibi operatur.
Idicas ergo si veromamas, vt primò respondi, vt & aiàs
ff. de condict. & demonstra. l. cùm ita. nunquàm tamen
admitto id, quòd aliquis ex persona sua posset
corpore & animo possidere, vt dicatur habere ciuilem
& oatoralem, licèt vtiunque interueniat, scilicet
corpus & animos ad operaodum, vt ff. de acquir. possess.
l. quemadmodum. si ea persona alterius & aoimo
suo potest habere, sicut per colonum, vt ff. de acq. possess.
l. peregrè. §. quibus caplicitis. & ff. de vi & vi arma.
l. 1. §. fina. & de hoc dic, vt nos suprà de interdicto vnde
vi. *Ante aduentum iudicialis arbitri*, id est, sententiæ.
alioquin litera esset vitiosa: dicere enim illũ iudicem
esse & arbitrũ, esset oppositio in adiecto: quia ista duo
io idem subiectum oon cadunt: quia aut est quis arbiter,
aut iudea, licèt aliquandò æquiuocè ponantur, vt
ff. de proba. l. si arbiter. & ff. de re iudic. l. à diuo Pio. in
princ. & ff. qui satisda. cog. l. arbitro. & ff. de appel. l. ex
30 coosensu. QVAESTIO. † Item quæritur an locum coostitutio
habeat ante dationem libelli, vel post libellum,
ante litis cnntestatiooem? Respoodeo, licèt litera
videator velle, quòd locum habeat post libellum &
ante seotentiam, tameo locum habet ante litem contestat.
& ante libellum. Item & post libellum & aote seotentiam,
& illa verba, ante eoentum, etiam compreheo
duot omne tempos ante sententiam à tempore violentiæ.
q. d. si aliquis inuaserit possessionem alicuius rei
aotequàm iudea præcipiat, id est, faciat auctoritate sua
& oon iudicis: non tamen intelligas, quòd res sit deducta
io iudicium, & sententia debeat expectari, licèt etiam
in casu illo locum habeat, vt diai. & est similis locutio
in diuinis. Inuenta est Maria, habens in vtero de
spiritu sancto, antequàm cooueniren: nunquàm tameo
Maria & Ioseph conuenerunt. Quidam tamen voluerunt
dicere quòd post litem contest at. locum noo habeat
constitutio hæc, sed illa C. finium regun. si constiterit.
sed illa locum habet specialiter in quæstione finium
regundorum, sicut iosià dicemus. QVAESTIO.

† Item quęritur an locum habeat post sententiam? Re- 31
spondeo, vtique. & sic eapone, vt dixi, nec admitto vt
quidam dicunt, quòd locum habeat tuoe constitutio
mèmineriot: quæ cõstitutio, quandò babeat locum infrà
dicemus. QVAESTIO. † Item quęritur: si aliquis in- 32
tret possessinnem alicuius vi illum expellat & auctoritate
iudicis competentia: an sit eacusatus? Respondeo
sic, vt ff. de acq. poss. l. iustè. & C. de pign. l. 3. & ff. de reg.
iur. l. qui auctore. quod sic intelligo, quòd iuste præcipiat:
putà, quia manu militari hoc fecit fieri, vt ff. de
rei ven. l. qui restituere. & ff. ne vis fi. ei. qui in poss. l. 1.
§. 3. & l. 3. vel dic quòd potest creditor intrare authoritate
sua ea coouentione pnssessionem pignorum. iudex
pręcipit, quòd authoritate sua intret, vt prędi. l. de pig.
& in similibus casibus: alioquin si iniustè præciperet,
oon eacusaretur ille, quia nec ioterlocutio præsidis,
nec imperiale rescriptum potest mutare statum possessionis
absentis, vt C. si per vim vel alio modo, l. nec imperiale.
& quòd sit ita distingoendum, probant ista iura.
ff. de reg. iur. l. factom à iudice. & de iniur. l. iniuriarum.
§. qui iure magistratus. & ff. qnòd metus caus. l. 3.
Violenter. † Quæritur quomodo intelligitur, violen- 33
ter? Respoodeo, id est, sua authoritate, sicut diai suprà
de edic. dioi Marci. nec curo si intetueoerunt arma vel
oon interuenerunt: sed illud tantùm considero, an violentia
sit commissa. QVAESTIO. † Sed quid si oullus re- 34
stitit quandò intraui et apprehendi possessinnem, quia
foriè ille miser aosugit: nunquid habet locum coostitutio
ista? Respnndeo, sic: quia sufficit quòd aliquis ingrediatur
possessionem, & alius possessionem amittat,
vt ff. de vi & vi arma. l. idemque. §. qui armati. Sed
in l. illa ff. quod met. caus. l. metum. §. t. dicitur quòd
non videatur vi deiectus qui profugit, & deijci non expectauit.
Item contra videtur ff. de vsucap. l. nõ solùm.
§. si domious. vbi dicitur, quòd qui profugit, qnamuis
fundum nemo ingressus fuerit, vi deiectus videtur. sed
l. illa loquitur in vsucap. complenda, io qua continna
pnssessio desideratur, vt C. de vsucap. traosfor. l. vnica.
verùm quantũ ad constitutionem præseutem, vel qoantum
ad interdictum vnde vi, vel quantum ad actinoem
quod metus caosa, licèt quis profugiat, vi deiectus noo
videtur, nisi alius possessionẽ apprehẽdat. QVAESTIO.
† Item quæritur: an de qualibet violentia intelligatur? 35
Respoodeo, ooo oisi de eapulsiua, vt ff. de vi & vi ar. l.
si vi me. dicimus eoim quantum ad rem immobilem: si
autem de re mobili quæris, etiam locum habet io vi ablatiua,
vt Iostit. vi bono. rapt. in vi compulsiua ooo habet
locum, quia ibi habet locum actio quòd met. causa.
de qua diximus soprà in speciali rubr. QVAESTIO. † Itẽ 36
quęritur: pone, quòd iste qui iotrat possessionẽ credat
sibi licere, an excosetur à pœna? Respondeo, nõ, vt Inst.
vi bon. rap. &c. OPPOSITIO. Sed oppooitur: iuris ignorantia
oemini nocet damnum vitare volẽti, vt ff. de ior.
& fac. ig. l. regula iuris. Respondeo: hic non eacusatur
propterea, quod ignorat quasi ius naturale vel constitutioois,
quam ignorare non debet: oam de naturali &
diuino & gentium iure & pręcepto decalogi sic habetur,
non concupisces rem proaimi tui. QVAESTIO. † Itẽ 37
quæritur, ounquid habet locum cõstitutio ista siue dolus
interueoiat, siue oon? Respõdeo, ita secuodùm oos,
licèt quidam dicaot, quòd tunc habeat locom quandò
sioe dolo vis fuerit facta, quia cùm fnerit facta hæc cõstitutio
in supplementum interdicti pro rebus immobilibus:
& in supplemeotum actioois vi bonorum rap.
pro mobilibus: ergò dicunt ipsi locum babet hæc constitutio
quaodò sine dolo: quia quandò cum dolo locũ
habet interdictum vnde vi pro immobilibus et actione
vi bonorum raptorum pro mobilibus, vt ff. de vi & vi
ar. l. 1. §. si qnis de naue. & Inst. vi boo. rapt. io hac opin.
fuit Placent. Sed nos contra: oe melioris conditionis
essent dolosi, quàm noo dolosi, quòd essent contra l. ff.
de noaa. l. noo solũ. & ar. ff. quod vi aut clàm, l. Seruios.
sed Placent. respõdebat nõ est melioris cõditionis dolosus:
imò deterioris io alio: quia ille potest criminaliter
accusari: nõ dolosus oon poterit. OPPOSITIO. Sed

oppo

opponitor ff.de his quæ in frau.cre.l.ait prætor.§.si de-
bitorem. Sed respōdeo illud toleratur propter fugam:
& qnia nnn habebat copiam iudicis,aliàs contrà, vt C.
de Iudæ.& cœli.l.nullus. Item & propter aliud,quia si
debitnr fugeret & ipsum nō possem capere iam ipsum
conuenire non possem: & sic amitterem pecuniam de-
bitam,& sic violentia illata nō punitetur. OPPOSITIO.
Item npponitur ff.de fur.l.qui vas.in prin. nam ibi qui
vas furi abstulit, tamen de illa violentia non punitur.
Respōdeo:quod ibi dicit,abstulit.impropriè pnnitur,
id est,aceepit. similis eapositio habetur ff.de pet.hære.
l.& postquàm.& ff.de leg.2. l. si duobus vel ibi abstulit,
vt indici deferret, non vt sibi haberet, vel ibi fur ideo
non agi de illa violentia,quia fur est odiosus siue odi-
bilis. OPPOSITIO. Itē oppnnitor de eo quod legitur C.
quādo liceat sioe iudice se.l.1. Respondeo, ibi statuitur
propter odium ipsius delinquentis, quia itinera pub-
lica frequentabat, vt dicitur in illa l. OPPOSITIO. Item
oppooitur C.de exactorib.tributor.lib.10.l.missi. Item
opponitur C.de meta.& epide.libr.12.l.deuotum. Re-
spondeo,in legibus illis ratio assignator, quare aliqnis
possit sibi ius dicere,nec puniatur. OPPOSITIO. Item
opponitur de eo qnod legitur C.in quib.cau.pig.ta.cō-
trah. l. fin.& ff.de dam.insec.l.oon vtiq;. & C.in qnib.
cau.pigo.fact.contra l.1.l. si ooo inducta. Respoodeo,
hoc est propter tacitom pignus qood habet à iure, qoi
rem locat,& propter odium illius conducentis, & nnn
soluētis. *Inuaserunt* ergo locum videtur habere hæc
constitutin tantùm io immnbilibus,quia immobilia dī
cuntur inuadi,immobilia occupari, vt Insti.vi bnnor.
rapt.Respondeo:verum est,quod verbum,inuasir,pro-
priè ad immobilia pertineat,sed oihilominùs etiam io
mobilibus locum habet hęc constitutio,vt diximus su-
prà.inuaserit, intelligas siue ipse siue alius, mandato
soo,siue oomine suo,ipso ratum habente, vt ff. de vi &
vi armat. l. 1.§. quotiens. & l. idem. §. si procurator.
*Dominus quidem constitutus possessionem quam abstulerit re-
stituat possessori.* Videtur ergo propter ista duo verba
possessinnē & possessori,quòd constitutio præsens non
loquatur in detētatore,sed in possessore,sicut superiùs
38 diximus.†QVAESTIO.Sed illud quęritur quo iure resti-
tuetur? Respondeo:condictione ex hac lege,quia quo-
tieos cautū est per legem quod agere possumus,nec cau
tum est ea lege, qua actione agamus, tunc condictinne
ex lege agimus, vt ff.de condict.ex lege.l.1.& hoc est si
volt agere per cōdictionem ex lege ista.si autem per io-
terdictum,fiet restitutio possessionis per interdictū vo
de vi, vel per actionem io factum subrogatam loco ip-
sius,vt ff.de vi & vi ar.l.1.§.& §.rectissimè.& Inst.de io-
terdictis §.restituendæ. *Et dominum huius rei amittat.*
39 † Sed quæritur: nnnquid ipso iure an per sententiā? Re-
spoodeo: per senteotiam, vt arg.C.de aposta.l.1.C.de
hæretic.l.quicuoq;. & similem verbi expositionem ha-
bes extrà.de ætate & quali.ordin.c.1. vbi dicitur, quòd
abbates,præpositi (qoi presbyteri noo sunt) fiant, aut
prælationē amittant,aut honnres.Item simile verbum,
clericus qni comam outrit,anathema fit,id est, excom-
monicatus.& sic erit cann n fereodæ senteotiæ, oon la-
tæ.vt eatrà.de vita & honest.cle.c.si quis ex clericis.&
30.dist.per totum. ponitur istud verbum in quolibet.c.
anathema sit. Et hoc verbum, licèt quidam dicaot ipso
iure,& habent ar.ff.de pob.& vect.l.cnmmissa. & ff.de
acqui.rer.dom.l.ergo.§.alluuio.& C.ad l.Iul.maiest.l.
qnisquis.& C.locari & conduct.l.fi. & in auth.de litig.
§.omoem verò.col.8.& in auth.de leno.§. si quis autem
inscriptionem.sed esto quòd per senteotiam sit punien
dus: ita iotelligas si petitum sit io libello,aliter non. Et
qualiter libellus eoocipiatur notani suprà in hac eadē
constitutinoe. Qualiter condemnabit iudex? dices sic.
Forma sententiæ. Cognitis causæ meritis *Titium Seio* ad
restituendam possessionem rei talis,et in amissione do-
40 minij rei ipsius condemno. QVAESTIO. † Item quæri-
tur,cui applicabitur istud dominium? Respoodeo:illi
cui violentia est commissa : alioquin si non applicare-
tor illi, ille noo priuaretur. Nam noo videtur amis-
sum, qnod alteri quæsitom nō est, vt ff.ex qnib.cau.ma
l.denique. iden dicn in sententiā adijciendum : Con-
demno, & dominium ipsius rei Seio adiudico. *Si
verò rerum aliarum possessionem inuaserit.* alienarū quan-
tum ad inuasnrem, & quantum ad possessorem. † Sed
qualiter intelligitur alienatum? Respōden, quod idem 41
est quòd nullum ius habeat io re illa, & propterea se-
quitur ęstimationem earum rerū restitnere,id est, red-
dere,hoc est,soloere. oam verbnm,reddendi,&c. vt ff.
de verbo.signific.l.verbum reddendi. *Compellat* per
condict.ex lege ista, officio iod.seruiente hnic condic.
Sed cui cōpellet restituere? Respondeo,ei qui violen-
tiam passus est:& sic eodem modo condemoabit in sen
teotia iudea,sicut in amissione dominij. & dic sic Titi-
om Seio in restituenda possessione rei talis, & æstima-
tione rei ipsius,quæ est 20.condemno.QVAESTIO.†Sed
illud quęritur,quid æstimabitur: nunquid possessio so- 42
la vel proprietas vel vtrunque? aliud enim est pretium
proprietatis, aliud possessionis, vt ff. vti pnssidet. l. si
duo.in fin.Respnodeo,remotis alijs respoosionibus di-
co sic. qnòd in casu isto æstimabitnr ius quod habebat
possessor,qui passus est violentiam: nam si fuerit domi-
nus faciam æstimari rem plenn iure, si haboerit ius in
re,fortè feudatarius erat, vel emphyteuta, vel credi-
tor: & illud ius æstimabo si fuerit possessor tantùm:
æstimabo pretium possessionis scilicet quanti iote-
fuit istum possedisse, quod aliquandò multum eape-
dit: quia fortè iste vsucapiebat, cùm haberet titulnm.
vnde quia est interrupta possessio non poterit vsuca-
pere,quia naturalis interruptio omnibus prodest, vt ff.
vt ff.de vsuc.l.naturaliter. oportet ergo quòd ista æsti-
metur, non eoim sola possessio æstimanda est, quæ re-
stituitur,sed omnis eausa. vt ff.de rei vendi.l.præterea.
pristina enim causa est mihi restituenda, quam habitu-
rns essem,si noo fuissem deiectus, vt ff.de vi & vi ar.l.1.
§.qni vi deiectus est.& §.non solùm. & l. interdicto. a-
lioquin ipsius iuris, putà qnod habet creditor æstima-
bitur snlummodò ipsa possessio. Et simile vides in a-
ctione furti, in qua fit æstimatio aliqnandò ipsins rei,
aliquandò possessionis, aliquandò ipsius iuris, putà,
quod habet creditnr: quia non agit in summa pignoris,
sed in summa debiti, si debitor ipse surripiat, vt ff.de
fur.l.1.§.fi. & l.creditori.æstimamus iudicia nnn ex eo
quod quis possidet, sed ex eo iure quod possessor ha-
bet, vt ff. si pars hęre.pe.l.1.Quædam eatra literam quę-
runtur.QVAESTIO. † In primis quæritur,nunquid vni- 43
uersitas tenetur hac constitutione? Respondeo, sic: sæ-
pissimè enim & de facili aliquem de possessione eapel-
lunt istæ vniuersitates, sicut videre potes per exem-
pla in eiuitatibus Tusciæ & Lombard. quæ paucos sibi
vel oullos vicinos relinquunt. vniuersitas enim me-
tum inferre potest , vt ff. qnod metus causa.l.metum.
Sed qualiter ista per violentiam possunt ab vniuersita-
te committi.impossibile videtur,quòd tota vniuersitas
interueoiat, vt ff.de acqui.possess.l.1.in fio. & ff.de ori.
iu.l.2.in 2.col.licèt cùm maior pars interuenit,tota in-
teruenisse videatur , vt ff.ad municip.l.quòd maior.&
ff.de reg.iur.l.aliud.§.refertur.Si tu nbijcias, quid au-
tem mnnicipes dnlo facere possunt. subaudi, de facili.
vt ff.de dolo.l.sed & si ea dolo.§.1. vel aliter,ibi loqui-
tnr de dolo latenti.illum enim dolum non committunt
municipes,quia nō possunt aliquid ita cogitare de ali-
quo decipiendo, quin aliqois nō sollicitet aduersariū.
at quandò violentia committitur, licèt committatur
& dolus. Vt ff. de vi bono.raptor.l.3.& ff.quòd metus
cau.l.metum.& l.si cum exceptione.§. eum qui metum
fecit. loquitnr hîc de dolo patenti,qui de facili ab vni-
uersitate, vt dixi committi potest. QVAESTIO. † Item
qnæritur. nunquid maritus tenetur hac cnnstitutio- 44
ne si eapellat vaorem de possessinne alicuius rei, vel e-
contrà, si vxor maritum:& non mireris, qnia multi ta-
les miseri maritelli inueniuntur. *Respondeo.* lo-
cum habet quaotum ad restitutionem pnssessionis,
non autem qnantum ad pœnam: quia nulla actio pœ-
oalis datur ioter eos matrimooio coostante , vt C.
de

45 de furt.l.1.QVAESTIO. †Item quæritur, an prælatus alicuius ecclesiæ aliquem de possessione deijciat? Respon
46 deo ita,& vt de suo soluatur.QVAESTIO. †Item quæritur: si capitulum alicuius ecclesię, vel conuentus clericorum aliquem expulerit, an teneatur hac constitutione? Respon. vtique non, vt teneatur ecclesia, sed ipsi de proprio patrimonio tenebuntur, vt C.de sacros.eccle.
47 l.iubemus. QVAESTIO. † Sed pone quòd aliquis intrauit monasterium, qui hac cõstitutione tenebatur. nunquid monasterium tenebitur? Respondeo, ita: eatenùs quateoùs ad monasterium peruenit, vt arg. ff. de pecu. l.licèt.§.ea causa.& Insti.de acqui.per arrog. Sed nunquid tenetur ipse monachus? Respondeo, vtique: nam obligationes etiam ex maleficio cum capite ambulant, vt ff.de ca.dimi.l.tutelas.§.a. non enim propter monachationẽ obligationes primò competentes extinguuntur: nam & causa fit cum monacho in auth.C.de episc. & cleri.authen.causa, quæ fit cum monacho. & in authen.de sanctiss.episcopis.§. reuerendissimi. collatio.
48 9.1. QVAESTIO. † Sed nunquid conuenitur ad pœnam? Respondeo, ita puto. Sed quæritur: de quo satisfit? Respondeo, de bonis quondam monachi. QVAESTIO.
49 † Item quæritur, si debitor expellat creditorem: nunquid locum habet hæc constitutio? Respondeo, sic:& ipse rem restituet creditori, & amittet dominium: &
50 sic creditor fiet dominus. QVAESTIO. †Item quæritur, quid si debitorem creditor de possessione rei alicuius expulit, nunquid hac constitutione punietur? Respondeo, dicunt quidam quòd non: quia locum habet constitutio specialis scilicet edictum diui Marci, de quo diximus in superiori constitutione: & hoc credo verum, vt ff.de pœn.l.sanctio. Alij dicunt, referre de quo creditore loquaris: an de chirographario, tunc habet locum hæc constitutio: an de creditore qui habet pignus vel hypothecã, in quo loquitur edictum diui Marci, quia amittit ius crediti in re illa. sed primum verius
51 puto. † QVAESTIO. Quid si creditor expellatur ab alio quàm à creditore, nunquid aget & qualiter fiet condemnatio creditore agente? Respondeo: refert de quo creditore loquaris, an de creditore habẽte pignus conuentionale: & tunc creditor aget, quia possidet, & fiet condemnatio in personam violenti, aut vt possessionem restituat sibi, & soluat æstimationem quãtum creditori, id est, pro quanto pretio creditori res illa obligata erat, vel æstimationem totius rei, & etiam ipsius proprietatis, vt notaui suprà in hac eadem constitutione. Si autem sit creditor, qui habet pignus prætorium: tunc licèt habeat ille hypothecariam, vt ff.de pig. act.l.nõ est mirum.& C.qui po.in pig.ha.l.3. & C.vt in poss.legat.l.3. non tamen habeat possessionem, vt ff.de acquir.possess.l.possideri.§.fin. & suprà dixi. non haberet constitutionis beneficium, sed illud edictum. ne
52 vis fiat ei &c. †QVAESTIO. Quid si proprietarius expellat fructuarium? potest enim fructuarius expelli, vel ratione iuris quod habet, ratione naturalis possessionis, vt ff.de vi & vi arma.l.idem.§. vnde vi. nunquid habebit constitutionis istius beneficium? Respõdeo, proprietatem quã habet amittit, & possessionem restituit
53 fructuario. †QVAESTIO. Item quid si fructuarius expellat proprietarium, nunquid habet locum hæc constitutio, & in quo? Respõdeo, habet: & punietur fructuarius in illo iure quod habet, vterque enim possidet, scilicet proprietarius & vsufructuarius. l. vt ff. vti possi-
54 detis, si duo. † QVAESTIO. Quid si fructuarius ab alio expellatur? Certum est, quòd ipse potest agere, & condemnatur ille illi fructuario, & condemnabitur in æ-
55 stimationem vsufr. QVAESTIO. † Sed nunquid expulso fructuario poterit agere proprietarius beneficio constitutionis istius? Respondeo: quæstio ista etsi notata sit à Doctoribus nostris, ipsam friuolam reputo: quia expulso fructuario non videtur proprietarius expelli. Si ergo non expelletur, non habet beneficium istius constitutionis. Licèt quidam moti argumento ff.de furt.l. omnes.§.si seruus. dicant, quòd aget fructuarius: aget & proprietarius, licèt hoc ibi ideo contingat propter seruum, qui est res mobilis, qui non potest contrectari pro parte, imò in solidũ. vnde tam proprietarius, quàm fructuarius agit. at in possessione rei immobilis secùs: potest enim fructuarius expelli à sua possessione naturali, & proprietarius non expelletur à sua ciuili, nec ab illa quam habet vt proprietarius, fructuarius enim non possidet nomine proprietarij, quia tunc locum habet, quòd expulso fructuario, proprietarius videatur expulsus, sicut in colono & inquilino. de quibus suprà diximus, vt ff de acquir.poss.l.peregrè.§.fin.& de vi & vi arm.l.1.§.fi. sed fructuarius nomine proprietarij non possidet, ideò non debet dari aliquod auxilium pro-
prietario. † QVAESTIO. Sed econtrà quæritur, an si expellatur proprietarius, an fructuarius habet remediũ constitutionis istius? Respondeo eodem modo, quòd non, sed tantùm proprietarius agit. quidam tamen minùs intelligentes dicunt, quòd fructuarius aget per l.si de fundo.ff de vi & vi arm. Sed lex illa rectè intelligitur, si de fundo proprietarium prædo expulit: subaudi, & fructuarium, sic vterque fuit expulsus. vnde meritò agit, alioquin non ageret: agere enim non potest nisi ille qui deijcitur, sed nullus deijcitur, nisi qui possidet, vt ff.eod.l.1.§.interdictum autem hoc nulli. & hic est verus intellectus illius l.si de fundo. alioquin si expulso proprietario fructuarius fuit negligens vti suis, & sic amisisset per sui negligentiam vsumfructum, quare deberet teneri prædo illi fructuario: imò debet suæ negligentiæ imputare, & habet locum regula iuris, 56
quod quis sua culpa &c. † QVAESTIO. Item quæritur, si dominus vasallum expulit, vel econtrà, an habeat expulsus beneficium huius constitutionis. Eadem quæstio notatur in superficiario & proprietario, & etiam in eo qui conduxit ad non modicum tempus? Respondeo, omnes isti deiecti habent beneficium constitutionis istius: & quia possident, & quia habent ius in re, adeò quia vtilis vendicatio eis competit, vt ff.si ager vectig. vel emphyt.pet.l.1.2. & 3. de rei vendic.l.superficiario. & l.prætereà. & ff.de superficieb.l.1.§.quod au- 57
tem ait prætor.§.quod autem.& §.fin. †QVAESTIO. Sed quæritur, si isti se expellant in quo puniantur? Respondeo: si dominus expellat vasallum amittit dominium, si vasallus expellat amittit ius quod habet. Item in alijs, & satis credo sufficere quoad pœnam, vt possessionem restituant, & in iure quod habent puniantur, 58
quòd illud amittant, vt dixi. QVAESTIO. †Item quæritur: volebas acquirere possessionem, & te prohibui, ne acquireres, an habeat locum hæc constitutio? Respondeo, non: quia sicut dixi, constitutio semper subuenit possidenti, hic autem prohibitus nondum habuerat possessionem: imò, etsi habuisset, & non ita vt retinere posset, non videtur quòd haberet beneficium constitutionis istius, vt ff.de acquir.posses.l.non videtur. Sed illud intelligo quantum ad illum à quo habet possessionem: sic vt illam retinere non possit, nõ autem quantum ad extraneum, si extraneus fuit, qui expulit: nam & prædo possidet, licèt non ita, vt ab eo auocari non possit, vt ff.de vi & vi arma.l.1.§.qui autem a me.& tamen si ille expellatur habet interdictum vnde vi. & sic constitutionem hanc. hæc responsio probatur ff. vti 59
possid.l.1 §.fina. & l.iusta. QVAESTIO. † Item quæritur, benè scitis, quòd certi sint casus in quibus dominium quæritur sine possessione, seu sine traditione, vt verius loquamur: putà, retentione vsusfructus, vt C.de donat.l.quisquis. Item si dono instrumenta, vt C.de donat.l.1. & C.quæ res pign.oblig.poss. l.eum qui emptiones agrorum.& ff.de legat.3.l.qui Chyrographum. Item si ostendo fundum de turri, perinde habetur ac si pedem finibus intulisset. Item si me constituo tuo nomine possidere. Item si trado tibi claues coram cella vinaria, vt ff. de acquiren. possess. l.1.§. penult. & l. quòd meo.§.1.& §.si venditionem. & l.quarundam. & ff. de contrahen. emptio.l. clauibus. & ff. de rei vendic.l. quædam mulier. nunquid isti tales si inueniantur in fundo & expellantur, vel non admittantur. venientes habent beneficium constitutionis huius? Respondeo vtique: in omnibus enim prædictis legibus. si rectè consideres, videtur possessio acquisita: nam retinere, 60

tinere, est idem quod tradere: nam vbi retinetur vsusfructus, perinde est ac si facta esset traditio. Item ostendere fuodum, perinde est ac si pedem finibus intulisset. Item assignatio clauium pro traditione habetur. Item sic constituere facit alium possessorem, quòd ita attende, si ille possidebat, qui constituerit se alterius nomine possidere, alioquin si nõ possideat, licèt millies constituat se pro alio possidere: nunquàm facit te possessorem, quia nemo plus iuris ad alium transferre potest, quam ipse habet, vt de regul iuris, l. nemo. & ff. de acq. rerum dom. l. traditio. ergo nec hic possessionem, quæ licèt facta sit, aliquid tamen mutuatur à iure, vt ff. ea quib. cau. ma. l. denique. In alijs autem casibus vbi dominium sine possessione quæritur ab adita hæreditate, vt ff. de acqui. posses. l. cùm hæredes. non quæritur possessio, nisi quandò naturaliter apprehendimus, vt ff. de acquir. poss. l. cùm hæredes, vt in legato, cuius dominium sine possessione quæritur ab adita hæreditate, vt ff. de furt. l. a Titio. & ff. de legat. 2. l. legatum. ff. de publicia. l. 1. & in similibus non credo locum habere benefi-
61 cium huius constitutionis. † QVAESTIO. Item quæritur, & de hoc fui de facto consultus apud Perusium. erant isti bannitores: dant alicui tenutam, & dicunt sic, nos mittimus te in possessionem istius domus: pro ista domo, & pro omnibus alijs rebus Titij: nunquid iste sic missus si expellatur, cùm esset in tenuta rerum illarum, vel vadens non admittatur, habet beneficium constitutionis istius? Respondeo, non: propter duo. Primò, quia non fuit admissus, oportet enim quòd re ipsa fiat missio, vt ff. de pign. act. l. non est mirum. Secundò, quia etsi est missus, non haberet hoc beneficium, quia non possidet, licèt sit in possessione, vt ff. de acquiren. poss. l. possideri. §. fin. & l. si quis ante conductam. §. 1. & ff. quorum lega. l. 1. & sic cùm possideat non habet beneficium constitutionis istius, vt superiùs dixi, sed iuuaretur beneficio illius edicti, ne vis fiat ei qui in possess. missus.
62 QVAESTIO. † Sed nunquid si iudex voluit dare veram possessionem per illum bannitorem, putà quia creditor poterat ea conuentione intrare: tutiùs tamen vult facere authoritate iudicis, vt C. de pign. l. creditores. vel manu militari vult præcipere, quòd res assignetur illi qui obtinuit in rei vendi. vt ff. de rei vend. l. qui restituere. præcipit iudex bannitori, vt assignet Titio possessionem rerum Sempronij: bannitor Titio dicit, vt dixi, assigno tibi possessionem huius domus pro ista domo, & pro omnibus alijs rebus: nunquid si inueniatur in tenuta aliarum rerum, vel vadens non admittatur, habebit remedium istius constitutionis? Respondeo, non: nisi pro illa domo in cuius possessionem fuit missus: aliarum enim rerum possessionem non dico quæsitam. OPPOSITIO. Sed instatur, nónne sufficit aliquam partem intrare ad hoc vt totius fundi & amplius videatur tibi possessio quæsita, vt ff. de acq. poss. l. possideri. §. 1. amplius. & si ostendo tibi fundum de turri: perinde habetur ac si pedem in finibus intulisses? vt in eo. tit. l. quod meo. §. si venditorem. Respondeo, si essent omnia prædia simul coniuncta ita quòd nihil esset medium, tunc dico quòd esset possessio omnium quæsita: etiam si assignetur possessio vnius tantùm: & in illo casu loquitur l. illa possideri. licèt fundi sola destinatione patrisfam. constituantur, vt ff. de legat. 1. l. quod in rerum. §. penul. cæterùm si diuisa sint prædia, & in diuersis locis sita, non sufficit vt assignetur possessio vnius, vt aliorum possessio videatur quæsita. QVAESTIO.
63 † Sed quid si bannitor ostenderet & diceret, vide omnium istorum tibi possessionem assigno, nunquid acquiretur? Respondeo, non: quia non habet ipse in se possessionem quàm assignet, sicut diximus in vera possessione, & ille bannitor sic illam per visum transferre non potest, nisi per traditionem. OPPOSITIO. Sed opponitur, quomodo per traditionem transferet possessionem quam non habet ille bannitor? Item quomodo iudex ex mandato posset ei possessionem transferre, cum illam non habeat? Respondeo. potest: & hoc beneficio iuris propter publicum ipsorum officium, vnde & possessionem transfert & dominium quod plus est, vt ff. de acquir. re domi. l. quid ergo. & ff. de rei vend. l. ex diuerso. & ff. si serui. vendic. l. sicuti. §. Aristo. & ff. de acqui. poss. l. iusta. & l. si quis vi. §. 1. QVAESTIO. † Item 64
quæritur, nunquid iniustè possidenti: putà prædoni, vel inuasori detur beneficium cõstitutionis illius? Respondeo & dico quòd refert à quo expellatur & quandò: si enim à vero possessore & incontinenti non habet beneficium, quia non videtur vis illata, cum suam vi retinere possit possessionem, vt ff. de vi & vi arm. l. 1. §. vi possidere. & l. qui possessionem. si ab extraneo, tunc habet locum, vt superiùs pro parte diximus, & locum habent illæ pœnæ, vt superiùs diximus. Aut fuit dominus, aut non, aut habuit ius in re, aut non, vt tunc amittat dominium vel eius æstimationem soluat. QVAES- 65
TIO. † Item quæritur, quid si voluit te priuare possessione cùm ignores te possidere, quia ex longo tempore obliuio sequitur, vt ff. de vsucap. l. furtum. §. 1. nunquid habet locum beneficium *Constitutionis* istius? Respondeo, vtique: si constat illum verè possidere, licet vbi est obliuio, haberet locum constitutio, cùm quærebatur, vt in illa constitutione diximus. QVAESTIO. † Quid 66
si crederem me possidere bona fide, & te possidentem expuli, & non credebam violentiam committere, quia te possidere ignorabam, nunquid habet locum constitutio hæc? Respondeo, ita: vt auferatur materia & occasio delinquendi, aliàs lata inueniretur per quam posset elidi pœna cõstitutionis istius, si talis excusatio locum habeterit. *Quod.* † Quid si fugitiuum capiam, nunquid 67
puniar? Respondeo, sic: quia possessionem apprehendo, quæ apud dominum est, vt ff. de acqui poss. l. 1. § per eum. & C. de ser. fugit. l. 1. & C. de prob. l. vis eius. Quædam etiam quæruntur extra literam, & mota sunt per Doctores nostros, quæ non omittamus. Et in primis quæritur, quid de parente & patrono dicemus? Respondeo, vt suprà in hac eadem constitutione respondi, sed domino Io. visum non fuit, quòd ista cõstitutio teneat illos, quia dicit hanc continere criminis atrocitatem: quia pudorem non suggillat, & quia in ea non habetur mentio doli, sed salua pace & authoritate tanti viri prior responsio placet, licèt enim & illa fuerit causa, nihilominùs tamen fuit & alia, vt ff. de obsequi. l. honori. & ideo non datur, vt ff. de obsequi. à liber. l. licet. Itẽ quid si tutor vel curator nomine minoris hoc faceret? Item quid si potestas nomine vniuersitatis quam regit? Item quid si prælatus nomine ecclesiæ, nunquid tenebitur minor aut vniuersitas seu ecclesia? Respõdeo nõ: vt diximus in constitutione, meminerint. quia delictũ tutoris, & illorum, in ipsorum. quos regunt dãnum nõ redundat, vt superiùs dixi. Quid ergo si dolo fecerint, locum habet constitutio, meminerint, contra illos: si sine dolo locum habet constitutio præsens? Sed in quo punientur isti, putà curator, tutor, prælatus, potestas? Respon. siue minor, pupillus, vniuersitas, siue ecclesia sint domini vel nõ, semper punientur illi in æstimationẽ, vt ar. in auth. vt litig. iur. §. 1. & ff. quòd quisq; iur. l. 3. §. 1. & ff. si quis ius dicent. nõ ob. l. 1 §. si semper procurator. & C. de dig. lib. 12. l. quotiẽs. Sed quid si posteà res illa peruenerit ad minorem pupillum, vniuersitatẽ vel ecclesiam? Respon. tunc tenetur de eo quod ad eos peruenit, vt ff. commo. l. 3. & superiùs dixi. Item nunquid pœna præstita per tutorem, curatorem, potestatẽ, prælatum, possunt repetere nomine pupilli, adulti, vniuersitatis, vel ecclesiæ? Respond. sic, quia non nomine suo, sed ad pupilli commodum expetiuntur, vt et ar. ff. solu. mat. l. socer. §. 1. Item nunquid propterea tutor à tutela, curator à cura poterunt remoueri tanquàm suspecti? Respon. vtiq; vt ff. de suspect. tu. l. 3. §. Scæuola. & §. vlt. Sed nunquid sic remouerunt infames? Respon. nõ quia non expressit propter dolum, sed fortè ob culpam, vt ff. de suspec. tut. l. hæ enim. & ff. de pœn. l. si præses. Si ergo sunt remouẽdi super hoc, quomodo possunt agere pro illis quos regunt? Respon. possunt: quia non sunt remoti sed remouendi, vt ff. de rei vendi. l. non ideò. & ff. de condi. fur. l. si seruus. & ff. qui satisda. cog. l. pen § si fundum. & ff. de sol. l. quòd si fortè. Et quod dictum est de

his

his perſonis:intelligas idem in omnibus adminiſtrato
ribus,& curatoribus aliarum perſonarum, vt furioſi,
68 prodigi,& aliorum.† QVAESTIO. Item quæritur: nun-
quid hæc conſtitutio talis & tanta cõtra hæredes: qua-
lis & quanta contra defunctum, competat? Reſpõdeo:
non credo niſi lite conteſtata cum mortuo, vt ff. de act.
& oblig. l. conſtitutionibus. & argu. C. de hære. actio. l.
1. & ff. de po. l. quòd tumultus. de eo autem quod ad eos
peruenit tenentur, & ſine culpa, vt ff. de calum. l. in hæ-
redem. Quid ſi volui te priuare cum ignorarem te poſ-
ſidere? Reſpondeo, hæc quæſtio friuola eſt: ſed quia
fuit formata eam nolui dimittere: & reſpondeo me te-
69 neri. QVAESTIO.† Sed iſtud quæritur: an quis condẽ-
natus ex iſta conſtitutione appellet? Reſpondeo, ita: &
hoc omnes admittunt: non enim tantum poſſeſſio auo-
catur: quia tunc ſicut ab interdicto momentaneæ poſ-
ſeſſionis quis non appellaret, ita nec hic, vt C. ſi de poſ-
ſeſ. & eius momen. fuerit app. verum quia continet pœ
nam, ideo quaſi petitorium appellatur: imò vt verius
loquar, mixtum eſt auxilium cõſtitutionis iſtius. ſ. poſ
ſeſſorium recuperãdæ poſſeſſionis, & petitorium quò
70 ad pœnam.† QVAESTIO. Sed eſto, quòd appelletur: nũ-
quid iudex appellationis de poſſeſſione reſtituẽda vel
non, cognoſcet. Item ſi non cognoſcet, nunquid manda
bitur executioni quantum ad poſſeſſionem: vel differe
tur executio donec iudex appellationis cognoſcat. Itẽ
de quo cognoſcet: vtrum tantum de pœna vel de vtra-
que? Item qualiter feret ſententiam? Reſpondeo, quæ-
ſtiones iſtæ ſæpè de facto emergunt: & ſæpiùs ſuper ta-
libus fuit cõſultus ego R. Beneuentanus conditor præ-
ſentis operis. Vnde omiſſis aliorum dictis, ſi contrariũ
inuenitur, ſic reſpondeo duobus modis. Primò vt di-
cas, quòd licèt à ſententia ſola lata in poſſeſſorio appel
lari non poſſit: tamen quia hæc eſt mixta cum petito-
rio, poteſt ab illa appellari. vnde ſecũdum hoc appel-
latio interpoſita vtriuſque effectum ſuſpendet: & iu-
dex appellationis de vtroque cognoſcet: & ſuper vtro-
que pronunciabit. Et ſic ſecundum hoc plana eſt reſpõ-
ſio, nec recipit dubitationem: niſi in eo quòd ratione
petitorij mutet naturam ſuam, & poſſit propterea ap-
pellari: ſed non videtur mirum: quia hoc eſt in exem-
plis pluribus. nam ita dicimus in poſſeſſione ciuili &
naturali: vt ſi ſola ciuilis ſit: illam nunquam amitto, ni-
ſi ſciens: quando eſt adiuncta naturali, tantam corru-
ptionem capit, quòd illam amitto ignorans, vt ff. de ac-
quiren. poſſ. l. peregrè. §. fin. & l. ſi rem. & ff. de vi & vi
argu. l. 1 §. quòd ſeruus. & §. pen. Item ſi de cauſa cogno
ſcat illuſtris & non illuſtris: propter perſonam illu-
ſtris, & hoc conſequitur non illuſtris, vt ab eo non ap-
pelletur, vt C. de appel. l. præcipimus. Sed iſta exempla
videntur ſuadere, vt potius non debeat appellari pro-
pter poſſeſſorium, quam appellari propter petitoriũ:
vt ſic petitorium trahat corruptionem ad poſſeſſoriũ:
& vt in prædictis exemplis. ſed non ita: bene ſcis quòd
maius eſt petitorium quam poſſeſſorium, vt ff. de acqu.
poſſ. l. poſſideri. §. in amittenda. & l. ſi quis vi. §. differẽ-
tia. vnde de iure procedit vt petitorium ad ſe trahat
poſſeſſorium, & imitetur ad hoc naturam ipſius petito
rij, quam ſi per præualentiam. ar. Inſt. de re. diui. §. ſi ta-
men, & ff. de acqui. re. do. l. adeò. & hoc eſt quòd cõſue-
uit notari in ſolutione contrarij, ff. de pact. l. ſi vnus, §.
pactus ne peteret. Vel aliter, appellatio interponitur
ſup petitorio: ſuper poſſeſſorio lata ſentẽtia, interim
non debet fieri præiudiciũ per minorẽ quæſtionẽ, vt ff.
de iud. l. per minorem, & ff. de in integ. reſtit. l. ſcio. id-
eò ſi ſuſpendatur poſſeſſorium modico tempore nõ eſt
mirum. Sed quid erit: ecce iudex pronunciabit in peti-
torio: pone, quòd confirmet, planum eſt quòd condem
natio prima & ſecunda mandabitur executioni. ſed po
ne quòd infirmet, verbi gratia, fuiſti condemnatus per
primum iudicem actori agenti, & per hanc conſtituti-
onem ad reſtitutionem poſſeſſionis & amiſſionis do-
minij quando fuiſti dominus, vel ad ſoluendũ ſeu præ-
ſtandum æſtimationem, quando nõ fuiſti dominus, ap-
pellaſti: iudex appellationis, vel dicet, bene appellatũ
& malè iudicatum: vel dicet, infirmo primã ſententiã

vel dicet, abſoluo. quid fiet de ſententia lata in poſſeſ-
ſorio? certe neceſſe habes dicere, quòd videatur & ſu-
per eodem pronunciaſſe: ne alioquin pro parte prima
remaneat. Vnde propter iſtas calumnias melior eſt re-
ſponſio, vt non diuidatur continentia cauſæ: quoniam
eadem inſtantia eſt & de eadem re: ſed duplici bene-
ficio eadem lege ſuccurritur: quia per eandem conſtitu
tionem agitur: quia eadem inſtantia, idem libellus, vni
ca conteſtatio, vnæ probationes, vnica ſententia: licèt
diuerſa contineat. arg. C. de ludi. l. nulli.† QVAESTIO.
Vltimò quæritur: quid differat iſta conſtitutio ab alijs 71
conſtitutionibus quæ violentiam puniunt de quibus
ſpecialiter dicemus in ſuis rub. Reſpond. hæc genera-
lis, quælibet illarum ſpecialis eſt. & ſic vide quòd ab
illa. C. de pagan. l. Chriſtianis differt. quia illa ſpecia-
liter loquitur in illo caſu. Ab illa, ſi conſtiterit. C. fin.
reg. differt, quia ille ſpecialiter loquitur in quæſtione
finium regundorum. Ab illa meminerint differt, quia
illa loquitur quãdo quis auctoritatẽ reſcripti ſiue ſen-
tentiæ aliquid inuadit. ab illa non abre differt: quia il-
la loquitur quando cauſam habet à me aliquis, & vſq;
ad ſententiam non reſtituit, ſicut in illa dicemus. Ab
illa, inuaſor. eo. tit. quaſi nihil differt, vt infrà in illa di
cemus, niſi quòd iſta apertius pœnas diſtinguat. Ab il-
la, cum querebatur. differt: quia illa in detẽtatore poſ-
ſeſſionis vacantis alicuius abſentis loquitur, & ſic de
alijs.† QVAESTIO. Sed nunquid cũ illis ſpecialibus poſ-
ſet concurrere hæc quæſtio generalis, non videtur, vt 72
ff. de pœn. l. ſanctio. & arg. ff. de verb. obli. l. doli clauſu
la. Econtrà videtur vt concurrat. vt C. de ſepul. vio. l.
qui ſepulchro, & ff. de act. & oblig. l. quotiens. Dicunt
quidam, quòd nõ concurrat: quia iam affligeretur Re-
us duplici contritione, quòd iura nolunt, vt in c. at ſi
clerici. de iud. nam conſurgit duplex tribulatio, & eti-
am de delicto eiuſdem hominis ſæpius quæreretur, quod
eſſet contra iura, vt ff. nau. caupo. ſta. l. licèt. §. fi. & iam
idem delictum varijs æſtimatiõibus coerceretur, quòd
eſſet contra iura, vt ff. de accuſ. l. ſenatus. & tunc habet
locum l. illa de ſepul. viola. quando dicit, quòd vtraq;
pœna imponatur, aliter non, alij totum econtrà, & di-
cũt conſequẽter, quòd ſpecies poſita genus inferat, nõ
tamen quòd vtraq; pœna poſſit imponi, & ideò locum
habet illa l. ſanctio. quæ ſpecialiter dicit, quòd illa pœ
na tantum imponatur, & per illam ſolãm legem agatur
vel econtra, vt arg. C. de rei vxo. act. l. vnica. circa prin.
QVAESTIO.† Item quæritur, ſi illæ ſpeciales locum ha-
bent, ad quid fuit inuenta iſta generalis? Reſpondeo 73
duobus modis. Primo, quia intereſt noſtra plura habe-
re auxilia, vt ſuperius dixi. vel aliter, plurima veniunt
in hac conſtitutione, quæ non veniunt in illis, & plura
in illis, quæ non veniunt in hac, ſicut illis conſtitutio-
nibus dicemus.† QVAESTIO. Item quæritur, an hæc cõ-
ſtitutio concurrat cum interdicto vnde vi? Reſpõdeo, 74
vtique, licèt factam ſit in ſupplemẽtum, vt ſuprà dixi.
non tamen intelligas, quòd vtrumq; intentetur ſed al-
terum tantum, ſed ſtultus eſſet qui poſſet hanc conſti-
tutionem intentare, quòd intẽtaret interdictum vnde
vi, vt ſuprà dixi. Nam & bonor. poſſeſſio ſecund. tabul.
in ſupplementum iuris ciuilia datur, & nihilominus
competit hæreditatis petitio nõ quòd vtraq; ſit neceſſa
riã, niſi in caſibus, vel quòd ſimul intẽtetur, ſed altera,
vt no. ſup. de bo. poſſ. ſecun. tab. ſed licèt hæc pœna ſic
imponatur per conſtitutionem iſtam, iure tamen Longo-
bardo erat pœna viliſſima ſea ſolidorum, vt in Longob.
de inuaſorib. hodie in regno Siciliæ per conſtit. domi-
ni Imper. Frederici Regis Ieruſalem & Siciliç alia pœ-
na imponitur. ſ. vt inuaſor rei immobilis, ſiue ſit domi-
nus ſiue non, in medietate æſtimatiõis Rei mulcletur,
& ipſe & ſucceſſor ſuus vniuerſalis. occupator autem
Rei mobilis non vult quod per conſtitutionem punia-
tur, ſed tantum in quadruplum re cõputata condẽne-
tur, vt in conſtit. regni. de violentijs & male. l. r. qui in-
cipit, violentijs ſubiectorum. Vltimò no. arg. ex hac cõ
ſtitutione contra ſententiã domini Io. qui non admiſit,
quòd poſſet ſimiliter in eo. libello intẽtari poſſeſſoriũ
& petitoriũ: licèt nos admittamus & iure ciuili & ca-

nonico, si sit possessorium restitnendæ, vt extrà, de causa possess. & propri. excepto interdicto vtrubi, & vti possidetis, vt notaui suprà de interdicto vnde vi, & vti possidetis. Hanc legem vtpote generalem, sic notare præuidi, tanquàm vtilem: cætera notanda quæ supersunt, studiosis relinquo. & sic notaui in tota l. centum qninquaginta quæstiones: & qninquaginta, & sea de expositione literæ: & eatra literam 47. & ideò sic copiosè notaui: qnia in alijs constitutionibus pauca dicam: quia multa hic notantur, quæ in illis possunt notari, & hic intelligunntur notata.

De constitutione, meminerint. Rubrica.

1 *Constitutio, meminerint, vt locum habeat, quot necessaria sint.*
2 *Libelli in constitutione, meminerint, quomodo formētur. & num. 3.*
4 *Rescripti forma qualis fuerit, cuius in cōstitutione, meminerint, mentio habetur.*
5 *Sententia appellatione in constitutione meminerint, an interlocutoria vel diffinitiua veniat.*
6 *Constitutionis, meminerint, pœna an teneatur, si iudex in sententia sua dixerit, vade & accipe possessionem authoritate tua.*
7 *Rescripto in causis quomodo quis vtatur.*
8 *Exceptio iusti dominij cùm publiciana præferatur, quid prosit alieni rescriptum & sententia, si illi qui conueniuntur, domini fuerint.*
9 *Citationes quomodo in iudicijs fieri debeant.*
10 *In iudicio si domini & procurator præsentes fuerint, an alter vel vterque citandus sit: & an vterque vocandus.*
12 *Rescripta seu sententia qualiter insinuari debeant.*
13 *Clausula, si ita est, semper in rescriptis intelligi debet.*
14 *Priuari ipso iure, vel per sententiam, an vi constitutionis, meminerint, aliqui possint: vel libellus & iudiciorum ordo requiratur.*
15 *Possessionem si quis restituere vellet, & pænitere, an à pœna constitutionis, meminerint, liberetur.*
16 *Colludiū in constitutione, meminerint, quomodo committatur.*
17 *Collusio vt non fiat in constitutione, meminerint, qua locū habeant.*
18 *Tutela si quis remoueatur, an infamis efficiatur.*
19 *Rem propriam pupilli vel minoris si quis inuaserit, constitutio, meminerint, an locum habeat.*
20 *Dictio, incontinenti, quid significet.*
21 *Spoliatus iure ciuili sine magno strepitu iudiciorum restituendus est.*
22 *Restituere quotiens aliquis debet, quid considerandum sit.*
23 *Aeternum dicitur, quod non habet principium, neque finem.*
24 *Constitutio, meminerint, quid differat à constitutione, si quis in tantam.*
25 *Constitutionis, meminerint, crimen incidentes, quare sic grauissime puniantur.*
26 *Constitutio, meminerint, an locum habeat, si aliquis rescriptum impetret, in quo rescripto dicatur, quòd possessio illi restituatur, neque dicatur, si ita est: delegatus autem statim exequatur, quo iure contra possessorem spoliato subueniatur.*
27 *Constitutionis, meminerint, beneficium quomodo ad alia trahatur.*

PRODITA est constitutio alia, quę violentum punit, & vocatur, meminerint: quæ constitutio loquitur in eo casu, quando quis authoritate vel occasione rescripti Imperialis seu sententiæ iudicis possessionem rei alicuius authoritate propria occupauit, in quo casu punitur inuasor: quia possessionem restituit, & sic ius quod habet amittit: quare hoc cōtingat, assignatur ratio: ne inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nascuntur. Secundò dicit, quòd tutores vel curatores si hoc faciant vt pupillos seu adultos lædāt, statuitur vt possessio restituatur, & illorum delictum pupillis vel adultis non præiudicet, & ipsi tutores publicatis omnibus bonis perpetuò deportabuntur, vt C. vnde vi. l. meminerint. Quæ constitutio ad hoc vt lo- 1
cum habeat, tot sunt necessaria. Inprimis, qnòd aliquis obtineat rescriptum seu sententiam. Secundò, quòd authoritate propria rem illam inuadat. Tertiò, quòd conueniatur & puniatur secundùm quod diximus. Positiones facillimæ sunt, & ideò eas non prosequor. Libellum concipies sub hac forma. † LIBELLVS. Ago cō- 2
tra M. qui occasione rescripti Imperialis, in qud continebatur, vt possessionem rei talis vel rem ipsam sibi restituerem. Vel alio modo exprime formā ipsius sententiæ, secundùm qnod continetur in ea authoritate propria possessionem rei ipsius inuasit: quare peto possessionē ipsam mihi restitui: & ipsum omni iure quod sibi in re illa seu pro re illa competit, quo per rescriptum volebat contendere: seu omni iure quod contendit sibi competere, & fuit sibi quæsitum per sentētiam, priuari, & illud mihi adiudicari peto: & ad hoc propono condict. ex l. meminerint. C. vnde vi. Si autem cōtra tutorem vel curatorem vis concipere, retineas omnia verba prædicta pro maiori parte: & dicas sic. † LIBEL- 5
LVS. Ago cōtra illum tutorem vel curatorem talis qui occasione talis rescripti seu sentētiæ rem talem quam possidebam, inuasit: vt adulto seu pupillo inrgapdi copiam administraret, & ipsos iure ipsorum priuari faceret: quare peto possessionem rei ipsius mihi restitui, & ipsum perpetuo deportari bonis eius omnibus publicatis: ad hoc propono condict. ea l. meminerint. C. vnde vi. Quòd sic rectè concip. libell. dicit l. prædict. OPPOSITIO. Sed vtrique libello sic opponitur. Primò, de facto: istud certum est, quòd Actor factnm in petitione sua debeat exprimere quantum potest: in libello autem primò adijcit Actor, & dicit, quòd Reus illa occasione sentētiæ vel rescripti authoritate propria possessionē ipsius rei inuasit, quomodò possum scire, quòd occasione tali fecerit: fortè difficillima esset probatio: vnde multi in libello non ponunt occasione rescripti seu sententiæ. Sed dicunt, ago cōtra talem, qui post impetratum tale rescriptum, vel postquàm obtinuit per talem sententiam possessionem rei talis, propria authoritate inuasit, &c. Certè & hoc approbo esse verū. Sed ideò sic primò concepi libellum, vt si istud posset sic probari, quòd ille inuasor dixit: ex quo habeo rescriptum, ex quo habeo sententiam, vado, & authoritate propria possessionem illius rei intrabo: sicut dixit, sic fecit: & sic probo. Inuasionem etiam probo per verba ista præcedētia: siue verba hoc probant, qnòd libellus sit benè cōceptus, sicut vides in pluribus similibus exemplis, quorum duo ponere cōtentus ero. Ecce aditio hæreditatis in sola animi voluntate cōsistit, vt C. de iure delib. l. si auia. volo probare, quòd aliquis adiuit hæreditatem: qualiter probabo? certè sic: quòd ille dixit coram multis, ego hæreditatē adeo, postea inuenio ipsum res hæreditarias possidere: probatnr hæres: nō autem probatur hæres per solam rerum detentationē, vt C. vnde legitimi. l. oō hoc. Item exemplum ecōtrà: protestatur aliquis, quòd ipse nō vult adire hæreditatem. Item quòd sepelire vult mortuum, vt expēsas repetat: facit expensas animo repetendi, vt C. de in. delib. l. 1. & C. de repud. hære. l. 1. & 2. quas leges protestatione præcedente intelligo, vt ff. de relig. & sump. fun. l. at si quis. §. sed interdum. & de neg gest. l. Nesennius. Vel si probatio videatur difficilis, nō curo: quia tunc nō ius deficit, sed probatio, vt ff. de testa. tut. l. duo sunt Titij. Illorum libellus recipit quæstionem: quia esto, quòd aliquis impetret rescriptū, vel obtineat in sentētia, qnomodò possum scire, quòd propter rescriptum, vel propter sententiam inuasit possessionem: sed ipsi dicunt,

quòd

quòd præsumitur, quòd occasione rescripti, vel sententiæ hoc fecerit: seu dura est talis præsumptio, scilicet ea qua tanta sequitur pœna, & maximè côtra tutorem vel curatorem, vt suprà diai, cùm in pœnis ex præsumptionibus non procedatur, vt ff. de pœn. l. absentē. melior ergò prima libelli conceptio quæ probatur, vt dixi: vel fortè per confessionem in processu iudicij. OPPOSITIO. Sed opponitur: illa talis protestatio vel côfessio facta extra iudiciú absente altera parte, quomodo præiudicabit, vt notaui suprà, de actio. in fact. quæ oritur ex confessione in tractatu ciuilium. Respôdeo, non præiudicat, si statum sit in finibus illius protestationis, sed cùm inuasio sit secuta, illa confessio inducitur ad hoc vt ex illo rescripto seu sententia inuaserit. OPPOSITIO. Item adhuc quæro de facto, de eo quod ponitur in libello de forma rescripti, quomodò possum scire formam ipsius? de sententia benè possum, qui interfui, quando fuit condemnatus. Respond. quòd fortè legit & vidit, vnde multi propter illu metú dicunt, in libello non contineri formá rescripti, sed sicut stulti, dum vitant Scyllam, incidũt in Charybdim: quid enim dicerent, si dicerem sic: Ago côtra talem, qui occasione cuiusdam rescripti Imperialis &c. nônne diceret Reus Incontinenti, si cautus esset eius Aduocatus, quòd non esset de numero illorú, vel socius illius miseri Aduocati, qui recipit libellú obscurum, vt ff. de iudi. l. si quis intétione. C. de anna. excep. l. si quis. ff. de inoffic. testa. l. posthumus. certè sic oportet, quòd forma rescripti & sententię ponatur, vt diai. Vnde côsulo, quãdo quis debet formare libellú per condictionem ex lege ista, & hanc intentare, benè & diligēter deliberet, an possit ea quæ diximus, probare: si potest, intētet & procedat, & obtinebit: alioquin recurrat ad refugiú l. si quis in tantam, & illã proponat, quæ securior est. OPPOSITIO. Sed libello côtra tutorem vel curatoré, sic opponitur, falsis alijs quæstionibus, quæ in litera ipsa & extra literá notabũtur. certú est, sicut ex forma libelli perpēditur, quòd nô videtur, quòd petitio sit ciuilis, imò videtur quòd accusatio sit criminalis. semper enim ex impositione pœnæ considero vtrú sit petitio vel accusatio ciuilis vel criminalis: nunquã enim inuenies pro ciuili petitione aliquē deportari, vel bona ipsius publicari, sed tãtùm pro criminalibus actionib. & maximè publicis, vt Instit. de publi. iud. per totú. & ff. de pœn. l. capitalium. & ff. de bon. poss. l. edicto. §. rei. & ff. de verb. signif. l. rei capitalis. si ergò ita est, libellus formari debet secũdùm quòd in accusationibus formatur, vt ff. de accus. l. libellorú. Respôd. fateor hoc de plano: verú libellus ille contra tutorem & curatoré ita formatur secundú solennitaté antiquorú. Verùm si illã velles sustinere, addas sic. & ipsum tutoré accuso, quòd anno tali, sub talibus côsulibus talé possessionem inuasit: vt pupillo vel adulto copiã iurgãdi afferret: vnde peto ipsú perpetua deportatione puniri, bonis ipsius publicatis: & profiteor ego R. talé libellú me dedisse. & si in probatione defecero, me pœnã calumniæ subiturú subscribo, vt sup. diai in præd. l. libellorú. OPPOSITIO. Sed côtra hoc sic opponitur, durum videtur, quòd aliquis debeat inscribere côdict. ex l. quæ prædictã pœnam imponit: sed licèt sit durú, ita tamē est scriptú, vt & aliàs ff. qui & à quib. ma. l. prospexit. Vel aliter etiã potes sustinere libellum prædictú, vt dicas, quòd ille libellus admittitur propter tria. Primú, quia tutores voluerunt fraudare pupillos. Secundú est, quia nolunt quòd inde iniuriarú nasceretur occasio, vnde iura nascũtur. Tertiú est, propter odiú violētiæ, propter quod etiã aliud inducitur, vt credatur sacramēto violentiã passi, vt C. vnde vi. l. si quãdo. vt in illa côstitutione plenè notabo: vel aliter quod adijcitur in libello de puniēdis tutoribus, nô est necesse q in libello ponatur. Sed statim ex pedito libello super possess. restituēda (quæ petitio ciuilis est) iudex si habet cognitioné meri imperij (sicut sũt præsides prouinciarú, præfectus vrbis) lata sentētia incontinēti ex officio suo procedet: & ad illam pœnam imponendã, & illú tutoré condemnabit. OPPOSITIO. Si tu dicas, quomodò condemnabit de accusatore, vt de mun. & hon. l. rescripto. §. pe. Respondeo, quòd propter illa tria hoc sit casuale, sicut & alibi propter duo simile contingit, propter odium tutorú, & fauorem pupilli tutor suspectus sine accusatore remouetur, vt ff. de suspect. tut. l. 1. & 3. §. præterea. Viso libello & oppositionibus ipsius, videamus illa, quę in litera & extra literam côtinentur. *Meminerint.* Id est, memoriter teneant: vnde ex his collige, quòd ea quæ in ista litera notantur, specialia sunt: & hoc propter verbum istud, meminerint. nam ea quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta, vt ff. de iniur. l. apud Labeoné. §. si quis. & sic soluitur quæstio formata, quare specialis in l. ista meminerint, quam in aliqua aliarú constitutionum, quæ puniunt violentiam: & vt aliàs dicitur, plus solet timeri, quòd speciali, quã quòd generali sponsione conceditur, vt C. de iud. l. quainquã. *Cuncti.* Ex hoc verbo collige, quòd lex sit generalis, & omnes côprehendat: & omnes quęstiones quæ notãtur in superiori côstitutione super illo verbo, si quis. possunt & hic notari super isto verbo, cuncti. *Siue.* Hoc respicit aliud, siue, quod statim ponitur *Vulgato* Id est, diuulgato i. publicato: nô quòd rescriptú sit maioris vel minoris authoritatis diuulgetur, vel nô publicet: sed ppter hoc dicit scriptú, qa notoriú erat, quòd ille inuasor habebat tale rescriptú. Sed quare ponit de ista diuulgatione rescripti, quid ad rem? Respôdeo: de facto sic côtingit: vel ideò, quia si nô excusatur quis à pœna constitutionis in illo casu, quando publicum est istum inuasorem habere rescriptum: multominùs excusaretur, quãdo rescriptum priuatim habet. *Rescripto.* Non dicit responso: nô dicit priuilegio siue beneficio: sed quare? Respôd. quia Dominus Imperator côsultus respôdit: ideò benè dicitur rescriptú & nô responsum: quia responsa prudentú, rescripta Principum, vt Insti. de iur. nat. gen. & ciu. § responsa. non dicit priuilegiú vel beneficium: quia noluit Imperator aliquid singulare côcedere: sed secũdùm ius cômune, aliàs non: licèt in priuilegijs côtrà. nam omne priuilegium côtra ius cômune est, vt C. de Iustin. codic confir. l. vnic. & ff. ad munic. l. 1. in fi. & de leg. 1. l. si quando. & in Auth. de non alie. aut permut. §. quòd verò simile. 4
† QVAESTIO. Sed illud quæritur: quæ vel qualis fuerit forma rescripti ipsius, de quo habetur mētio in l. præsenti, ad hoc vt procedat quæstio istius l. Respon. glossant aliqui, q hic in possessioné rei talis mittatur: vel quòd ei restituatur possessio: Princeps enim rescripserat, quòd dixerat hoc modo: Domine Imperator, debitor fecit mihi pactum, quòd possessionem pignoris intrare authoritate mea liceret: vellem tutiùs facere, quòd intranté authoritate prætoris. mandat Dominus Imperator, quòd ego mittar in possessionem: vel mihi côsulenti rescripsit, quòd ego in possessioné mittēdus sim. Vel consului: Domine, possessionem meã abstulit mihi Titius: vel me de fundo expulit, vel expuli mandauit: Imperator rescripsit vel mãdat, quòd mihi possessio restituatur. Ista sunt exempla, secũdùm quæ cessat omnis obiectio: ego tanquàm stultus & simplex dixi: habeo rescriptum, vado & authoritate mea possessionem intro, punior vt dictum est. Multi stulti credũt, quòd talis fuerit forma rescripti, quòd Dominus Imperator mihi côsulenti rescripsit, quòd possessionem authoritate propria reciperé, seu intrarem: & si accipiã vel intré, licèt authoritate huius rescripti punior. Sed quare punior, cùm habeam authoritatem superioris: deberem enim esse excusatus? Sed respondeo: ideò nô excusatur: quia id rescriptum contra ius est. s. quòd aliquis authoritate propria possessionem rei alterius intret: quia nô consueuerũt priuilegia seu rescripta concedi in alterius iniuriam, vt C. de emancip. lib. l. nec avus: vnde notãt tale arg. quòd si quis faciat contra iura authoritate alienius rescripti, quod sit contra iura, quòd non excusatur quin puniatur: quia Imperiale rescriptum statum possessionis immutare nô potest, vt C. si per vim vel alio modo. l. fin. OPPOSITIO. Sed his opponitur: nônne Imperator potest facere de meo tuú,

cùm omnia sint Principis, vt C.de quadr. præscr. l. benè
à Zenone. l. responso. Item nónne publicare potest fun
dum tuû? vt ff. loc. & conduct. l. si fundû. & ff. de rei ven
dic. l. item si verberatum. Nónne potest seruum tuû re-
stituere natalibus? vt ff. de nat. restit. l. quæris. quare er-
gò non posset sic mandare per rescriptum? maximè in
possessione, quæ est res vilissima, vt ff. de acqui. possess.
l. possideri. § in amittenda. Respondent ipsi, & dicunt,
quòd non: nam nec prædicta facere potest Imperator,
nisi iusta causa interueniat. Item hoc operatur priuile-
gium possessionis, qui est tanti priuilegij, vt nô possit
per rescriptû Principis immutari, vt dictû est: sicut &
aliâs habet priuilegium, vt C. locati & conduc. l. si quis
conductionis. & C. de donat. inter vir. & vxo. l. si mari-
tus. & notari côsueuit. ff. de doli excep. l. dolo facit. quę
regula in possessorio locum non habet. Vel Imperator
non posset, nisi diceret, non obstante lege tali. l. ista. &
l. vlt. C. si per vim vel alio modo. Verùm quia l. ista ex-
pressim non notat, quæ fuerit forma istius rescripti, nô
fingamus illam formam, quæ subiecta sit quæstionibus
& querelis: & ideò exempla placent, quæ aliâs indu-
xi, vt diximus. Hoc autem teneas, quòd semper vt pos-
sumus rescripta & priuilegia interpretentur secùdùm
ius commune, vt ff. de vulg. & pupil. substit. l. ex facto.
& C. de inoffi. testam. l. si quando. propter rationem as-
signatam in l. illa, si quando. quia nô vult Dominus Im-
perator omnia iura ciuilia vnico rescripto vel priuile
gio tollere. Item quæritur: si potest debitor dare pote-
statem creditori, vt intret authoritate propria posses-
sionem alicuius rei, vt C. de pigno. l. creditores. & non
tenetur nec committit violentiam. quare hoc nô pos-
sit Dominus Imperator? Respondeo: ratio est in prom-
ptu: debitor si faciat illud pactum creditori: duo sunt
in causa, quare illud valeat. Primum, quia de suo paci-
scitur. Secundum, quia procedit sine vlla iniuria: quia
non potest dici iniuria, quæ fit eo volente vt ff. de aqu.
plu. arcê. l. in diem. & scienti & volenti infertur dolus.
C. de tranlac. l. cùm donationis. *Mansuetudinis nostræ.*
Nota duo ex istis verbis: Primum, quod Dominus Im
perator est mansuetus, vt C. si quis Imperat. maled l. v-
nic. qui ea mansuetudine lubricum linguæ facilè ad
pœnam non trahitur, vt ff. ad leg. Iul. maiesta. l. famosi.
quòd si mansuetus dicit ff. de bon. damn. l. cùm ratio, in
princ. Item testatur C. de sentent. pass. l. 1. & ff. de iu. pa-
tron. l. diuus. & sic not. illum mansuetissimum, vt patet
per iura prædicta. Itê est nobilissimus & sanctissimus,
vt ff. de nata. restit. l. quæris. Item prudentissimus & re-
ligiosissimus, vt ff. de leg. 2. l. vnû ex fam. §. vlt. Est mun-
di Dominus, vt C. ad legem Rhod. de iact. l. deprecatio
Eudemonis. & C. de vetera. l. 2. 1. Ista prosunt notare, si
quis velit facere bargagnam coram Domino Imperato-
re. Apostolus autem Paulus & Dominus Papa videntur
prædicare contrarium. dicunt enim, nos qui prompti
sumus omnem iniuriam vlcisci, vt extrà, de postul. præ
lat. c. ad hoc, circa fin. contra Prophetam: Misericordiâ
& iudicium cantabo tibi Domine: sed licèt Dominus
Imperator ita mansuetum se ostendat, mirabiliter ta-
men ponit istud, vt sequitur in ea. l. & sic vide quòd o-
pera mansuetudinis ab obiecto discordent. Respon-
deo: excuso ipsum: & de iure Imperator mansuetus
fuit in eo, quòd mihi impetranti rescriptum concessit,
& præcepit, quòd mihi possessio restitueretur: sed quia
fui abusus gratia mansuetudinis Principis, si pòst mo-
ueatur contra me, de iure procedit. Secundum nota in
eo, quòd dicit, nostræ: quia loquitur in plurali, & tamê
loquitur in singulari Dominus Imperator. C. locati &
conduct. l. ea diui ff. ad legem Rhod. de iact. l. depreca-
tio. Dominus etiam Papa & Hospitalarij semper lo-
quuntur in plurali: vnde reprehensus fuit quidâ hos-
pitalarius, qui dicebat, quòd tunica erat sua: fuit iniû-
ctum sibi, quòd diceret, nostra tunica: contingit quòd
fuit infirmus, dicebat ille, quando sentiebat dolores,
væ nobis: dicit sibi magister, dicas, væ tibi: & ille sapi-
entissimè respondit: mala est responsio vestra, quæ do-
lores iubet esse proprios, & tunicam esse communem.
& Dominus Papa nunquàm ponit se in singulari, nisi in

salutatione: imò si inueniatur, quòd in rescripto lo-
quatur, vitiatur rescriptum, extrà, de crim. fal. c. quàm
graui. licèt IESVS Saluator seculi semper in singulari
de se loquatur, vt ibi. ego sum qui sum. *Siue sen-
tentia.* Quæritur de qua sententia loquatur, an de
interlocutoria, an de diffinitiua? Respondeo: de qua-
cunq; sententia interlocutoria loquitur, vt C. de Epi-
sco. & cleri. l. omnes qui. Item quæritur, quæ fuit forma
istius sententiæ? Respondeo: dixi in libello, sicut dixi
de verbis rescripti suprà in hac ead. l. † Sed pone quòd 6
iudex in sententia sua dixerit, vade & accipe possessio-
nem authoritate tua: nunquid si iste inuasit, tenetur
pœna istius constitutionis? videtur quòd non: quia
iustè possides &c. vt ff. de acqui possess. l. iuste. & de hoc
dic, vt notaui suprà in superiori côstitutione, si quis in
tantâ. Respôdeo, & excuso ipsum, si ita præciperet dû-
modò iustè præciperet: aliàs non. *Cuiuslibet iudicis
ordinarij.* vel delegati: maioris vel minoris. omnis
enim iudex de possessione cognoscit, & in causa posses-
sionis, nisi sit meri & mixti imperij: vt notaui suprà in
principio libri, quæ causæ possint delegari, vel non.
Vtantur in causis. † Quomodo vtitur quis rescripto 7
in causis vel sententia: Respôdeo sic: venit aliquis cum
rescripto quod impetrauit ad iudicem: & dicit sic iu-
dici: Domine, ecce mâdat Dominus Imperator, vt mit-
tatis me in possessionem: vel faciatis mihi possessio-
nem restitui: sententia vtitur sic. sententia lata est pro
me: ecce deprecor te, vt sententiam meam mandes ex-
ecutioni: mitte me in possessionê, vel facias mihi pos-
sessionem restitui, sicut sententiatû est. Sed secundùm
ista verba pone: iudex cui mittitur rescriptum, qui est
iudex superior: per illa verba aliquid non vult facere,
tu iudicem illum non potes compellere: quid facies,
nunquid poteris habere aliquam actionem contra illû
tuum aduersarium ex illo rescripto, & ex illa senten-
tia? Respondeo, ex rescripto nô datur aliqua actio, sed
extra ordinem interpellatur iudex, vt ex officio suo fa
ciat seruari quod ex rescripto mandatur, vt ff. de relig.
& sumpt. fun. l. si quis sepulchrum. §. 1. ex sententia ori-
tur actio in factum contra aduersarium condemnatû:
de qua loquuti sumus suprà in tract. ciuilium, in speci-
ali Rubr. de act. in factû, quæ oritur ex re iudicata. Sed
in his exemplis non videtur, quòd actio in factû posset
intentari contra aduersarium, maximè si iudex præce-
pit possessionem mihi restitui: vel quòd ego mittar in
possessionem, cùm in nullo sit mihi aduersarius conde-
mnatus In illa sententia fortè lata, quando iudex præ-
cepit mihi possessionê restitui, si possit oriri actio: quid
ergò erit? recurre ad iudicem: si vult facere, tûc benè:
sin minùs, recurre ad superiorem & vsq; ad Principê,
vt in Auth. de manda. Princ. col. 1. §. sit tibi quoq; tertiû
studium. *Conueniendos dominos.* Qualiter conuenien-
tur dato libello: & prosequendo cætera iudicij? secun-
dùm solitû ordinem iudiciorum, quantum ad rescrip-
tum, & quantû ad sententiam sine libello: & fiet quæ-
dam summaria cognitio, vt ff. de re iudic. l. a Diuo. †
QVAESTIO. Item quæritur in eo quòd dicit, dominos, si 8
illi sunt domini, qui conueniuntur, quid proderit mi-
hi rescriptû, quid proderit mihi sententia, cùm excep-
tio iusti dominij publicianæ præferatur, vt ff. de publi-
cia. l. exceptio. aliàs Paulus notat. Respond. multùm
posset prodesse: quia licèt ille in veritate sit dominus,
tamen si possum habere aliquo modo possessionem, iu-
xta consilium l. is qui destinauerit. ff. de rei vend. maxi-
mum erit commodum meum: quia beatus qui tenebit,
vt ff. de verb. oblig. l. seruum. §. sequitur. & fortè durû
erit illi probare se dominum. Vel aliter, quòd dicit li-
tera, dominos, id est, possessores. Possessor enim ex con-
niuentia oculorû præsumitur dominus, vt ff. de manu-
miss. l. is qui se nummis. *Locorum esse.* Quæ loca fue-
runt inuasa: & quorum locorum in rescripto, seu sen-
tentia continebatur, quòd esset possessio restituenda:
tamen esto quòd dominus, id est, possessor, loci veniat,
quid est quod dicit litera, côueniendum seu conueni-
endos? quo iure conuenies? Respôdeo, vt suprà propê
dixi:

dixit vt conquerátis iudici, quando impetrasti rescri-
ptum: & pones libellum: intétabis actioné tibi compe
tentem, vel interdictũ vnde vi: vel constitutionem, si
quis in tantam, vel aliod auxiliũ, quod tibi posset com-
petere. *Aut si fortè fuerunt ipsi domini.* Id est, quòd non
sint præsentes in iudicio, vt ff. de dam. infect. l. dies cau
tioni. §. abesse. & ff. ea quib. caus. in poss. ea. l. Fulcinius.
9 *Querendos esse Actores procuratoresq́; eorum.* †Nota ex li-
tera ista optimum modum, qui hodie seruatur etiã in
vsu causarum. s. quæ personę sint citandæ: quòd primò
citatur dominus, si inuenitur: si nõ, citabitur actor seu
procurator. Actorem intellige. i. negotiorũ gestorem,
procuratorem. i. illum qui habet mandatũ, vt C. de pro-
cur. l. OPPOSITIO. Sed opponitur quod legitur ff. de
alimen. & cib. leg. l. 3. vbi dicitur, quòd debeant vocari
hæredes procuratorésve eorum. & sic ex illa videtur,
quòd sint ambo vocandi. Respondeo: intellige legem
illam secũdùm istam, vt primò vocetur dominus, si est
præsens: tamen si absens, vocator posteà procurator. †
10 QVAESTIO. Sed quid si vterq; sit præsens. s. dominus &
procurator, quem vocabo, nũquid vtrumq, vel alterũ?
Respódeo, secũdùm quod placet iudici: certè inprimis
citabo dominũ: & ille habet facultaté respódeodi per
se vel procuratoré: nisi fortè ob causas iustiores seu ve
hementiores dominus debeat venire, vt C. de procur. l.
in pecuniarij. & ff. de procora. l. 1. & hæc vera sunt ante
lité: pòst litem aũt contestatam, procurator qui factus
est dominus litis, citandus est, & non dominus, & ipse
condemnandus, vt ff. de neg. gest. l. liberto vel amico. †
11 QVAESTIO. Item quæritur: in l. præsenti dicitur Acto-
res & procuratores esse quærendos: nũquid vocabitur
vterq;. s. tam Actor, quàm procurator? Respondeo, nó:
sufficit si alter citetur, siue Actor, siue procurator: &
ista coniũctiua, que, pro disiunctiua accipiatur, vt ff. de
verb. sig. l. sæpè. & l. pen. Sed quòd dicit de procurato-
ris citatione, planũ est: ex quo procurator est, & habet
mandatũ generale ad omnes causas, vel speciale ad cau
sam istam. Sed de citatione Actoris videtur mirabile:
ad quid citabitur Actor, qui est fortè circa negotia:
quid præiudicabit domino citatio talis? certè videtur,
quòd in nullo. Respondeo: in hoc citabitur Actor seu
procurator, nó quòd respondeatur in iudicio: quia nec
Actor habet mãdatum, nec procurator: fortè quia non
potuit cogitare dominus de hac cótrouersia sibi mouẽ-
da: licet ad futuras posset cõstitui, vt ff. de procur. l. ad
futuras. sed ad hoc, vt facta illis nũciatione, illi posteà
domino nuncient: sicut contingit in nunciatione noui
operis, quę debet fieri in re præsent: magistris & opifi-
cibus ad hoc vt ipsi posteà nuncient domino, vt ff. de o-
per. noui nunc. l. de pupillo. §. 2. & §. si fortè. & sic nõ no
tat de procuratore, seu Actore ordinario circa iudicia,
sed circa negotia, vt & aliàs de simili loquitur C. de ne-
go. gest. l. tutori. & ff. mand. l. si procuratoré. Vel aliter,
loquitur hic de Actore ordinato à procuratore anté li-
té: ille quæretur seu citabitur, & posteà citabitur pro-
curator. Vel Actor citabitur, & posteà citabitur procu
rator. Vel Actor citabitur, quãdò fuit ordinatus ab V-
niuersitate, procurator quãdo ab aliquo priuato, vt ff.
quod cuiusq; vni. no. l. 1. & 2. & l. item eorũ. & C. de pro-
cur. l. neq;. *Ad insinuandas sententias.* Ecce ad quid vo-
12 cantur Actores seu procuratores. †Sed qualiter insinu-
abuntur sententiæ seu rescripta in caso legis istius? Re-
spond. hoc modo: dicetur domino, si est præsens, vel
Actori seu procuratori à iudice: ecce rescriptum quod
impetrauit talis, in quo continetur, quòd ego mittam
eum in possessionem. Item ecce sententia talis iudicis,
per quam præcipitur, quòd ille sit in possessionem mit
tendus, vel quòd res talis sibi restituatur: rem istam tu
possides, vel dominus cuius es Actor seu procurator:
ecce insinuo tibi: qua insinuatione facta, quid fiet? Re-
spon. ille dicet: Domine, istod rescriptũ fuit impetra-
tum per falsi suggestionem. Item senrẽtia ista fuit lata
per falsos testes. Item iudex fuit pecunia corruptus:
& ideò nõ debetis ipsum mittere in possessioné, nec ré
talem sibi restituere, vt ff. de iudic. l. si prætor. & C. si ex
fal. instr. l. iudicati. & tunc posteà iudex de his cogno-
scet. Si aũt nihil opponet, tunc iudex secundùm quòd
in rescripto cótinetur, seu in sententia, faciet. Sed nũ-
quid in talibus necessarius esset libellus? Respond. nó
credo: quia summariè ista officio iudicis expedientur,
vt ff. de re iudi. l. à diuo. Item quæritur: quare Legisla-
tor in l. præsenti de his nó habuit mentionem? Respó-
deo: quia sua finalis intentio est tractare in præsenti,
qualiter violentia cómissa puniatur ab ipso impetran-
te rescriptũ, vel ab isto qui obtinuit in sententia, de a-
lijs enim insinuationibus loquũtur iura. circa insinua-
tionem donationis loquitur C. de donat. l. sancimus. &
l. donatio siue directa. & l. in donationib. & de insinua-
tione testatorum loquitur C. de testam. l. consulta diua-
lia. C. quemad. testam. apet. & descri. l. 2. & ff. quemad.
testam. aper. l. 2. & l. si quis ex signatoribus. & alio mo-
do accipitur ibi insinuatio. s. quòd dicta testiũ, quando
non fuit nuncupatiuum testamentũ, insinuentur iudi-
ci: & iudex faciat ea redigi in scriptis. Hoc etiã idem
in donat. vt in prędict. l. donatio. Et quòd dicit in l. prę-
senti, sententias, loquitur in plurali. & ideò dicit, vt
comprehẽdat etiam rescriptum. Et quòd dicit, *Cu-
iuslibet iudicis.* Ideò quia de sententijs loquitur plu-
rium iudicum. †Ex ista litera collige arg. quòd licèt re- 13
scriptum præcisè emanauerit, & non cótineatur clau-
sula illa, si ita est. quæ semper debet intellige, vt C. de
diuer. rescript. l. vlt. & extr. de rescript. c. cæterùm. ta-
men nihilominùs de causa possessionis quæritur, vt ff.
si contra ius vel vtil. publi. l. & si cognitio. & C. si per
vim vel alio modo. l. vlti. *Ne inde iniuriarum nascatur
occasio, vnde iura nascuntur.* Ecce verbũ notabile. q. d.
iura nascuntur à Principe, & Princeps est author iuris:
si concedit rescriptum, quòd in possessionem mittaris,
vel quòd res tibi restituatur: & licitum esset tibi tua
authoritate intrare, & alium possessoré expellere: iam
iniuria oriretur: quæ est illa? Respon. Iniustũ est, quòd
aliquis de possessione expellatur, vt ff. de vi & vi arm.
l. 1. & C. si per vim vel alio modo. l. vlt. ecce iam ista in-
iuria committeretur propter rescriptum: quod rescri-
ptum Dominus Imperator cócessit: & sic Dominus Im-
perator esset occasio illius iniuriæ, si talis iniuria seu
violentia non puniretur: huic verbo notabili notatur
simile C. de inoffic. testam. l. quando. *Qui si præcepta
vestra neglexerint adimplere.* Quæritur de quo loqua-
tur? Respondeo, de impetrante rescriptum: vel de illo
qui obtinuit in sententia. Quæritur, quomodò negle-
xit? Respondeo: quia nó seruat huius legis consilium,
quòd faciat citari dominum Actorem seu procurato-
rem: sed authoritate propria intrauerit, & alium
expulerit. *Omni negotio quo iurgare cœperint priuabun-
tur.* Si referas ad rescriptũ, plana est litera: quia tunc
incipit iurgare. Si referas ad sententias, calumniã re-
cipiet: quomodò incipiet iurgare, cùm iam iurgium &
negotium finitum sit? Respondeo, incipit iurgari in eo
quòd sententiam peti seu petere posset executioni mã-
dari: vt superiùs diximus. † QVAESTIO. Sed nunquid 14
ipso iure priuabũtur, an per sententiã? Respó. per sen-
tentiam: & necessarius erit libellus, & omnia alia quæ
in iudicio desiderantur: vt diximus in constitutione,
si quis in tantam. † QVAESTIO. Sed nunquid si vellet 15
pœnitere, & possessionem restituere liberatur à pœna
constitutionis istius? Respon. nó: quia in maleficijs nõ
admittitur pœnitentia. nemo enim tali peccato pœni-
tentia desinit esse nocens, vt ff. de vi bonor. raptor. l. pe-
nult. & ff. de furt. l. qui ea mente. In quibusdam tamen
casibus admittitur pœnitentia, vbi videtur quasi deli-
ctum commissum, vt ff. de in ius vocaod. l. quæsitum. C.
de plus peti. l. 1. & ff. ad Turpill. l. quæsitum. & C. ad le-
gem Iuliam, de adulter. l. sine metu. *Sin autem habito
plerumque colludio.* † Quæritur quomodo adhibetur 16
istud colludium seu committitur? Respondeo, sic di-
cit tutor seu curator, occasione rescripti seu sententiæ
occupabo rem talem: ego non puniar: quia facio istud
sicut tutor, & officium meum mihi damnosum esse
non debet, vt ff. de furtis. l. si seruus communis. & ff. ex

quib.caus.mai. l. videlicet. minores non tenebuntur:
& si tenerentur, ipsi amitterent iura sua, & ipsi punieo-
tur. Plerunque ideò dicit: quia aliquandò de facto sic
contingit, aliquandò contrarium euenit.† QVAESTIO.
Sed quid si non colludam: nũquid locũ habeat sequen-
tia? videtur quòd nõ. Sed qualiter puniuntur? Respõ-
deo: constitutione, si quis in tantam. quæ generalissi-
ma est. In dubio quid dicemus: præsumemus, quòd nõ
sit collusum, & his rationibus. Primò, quia de pœna im-
ponenda tractamus: ergò miniores ad absoluendum,
quàm ad condemnandum: & quia Reus, vt ff. de pœn.
l. interpretatione. & ff. de act. & obligat. l. Arrianus. &
quia vbicunque agitur de colludio, agitur de dolo. er-
gò qui dolum dicit, dolum probare debet, vt ff de pro-
bat. l. quoties §. qui dolum. Quidam tamen voluerunt
notare contrarium, vt hic dolus præsumatur contra
tutorem, sicut aliàs præsumitur. ff. de administrat. tu-
tor. l. tutor qui repertorium. primum tamẽ magis pla-
18 cet. † QVAESTIO. Sed nunquid in hoc casu remouebi-
tur à tutela? Item si remouebitur, nũquid fiet infamis?
Respondeo. iudicis officio & discretioni committo,
vtrum ipsum remouear, vel non: & si inueniat ipsum
in culpa, remoueat. culpam dico, quantum ad pupillũ:
si autem non inueniat: quia fortè aliqua causa (saltem,
quæ prima facie iusta videbatur, mouit tutorem) vt
tunc licèt puniatur, à tutela non remouebitur: licèt
propter culpam possit remoueri, vt ff. de suspect. tuto.
l. 3. & Instit. de suspect. tutor. & sic remotus non erit in-
famis. Quòd si remouetur propter dolum, tunc fiet in-
famis, & punitur, vt suprà diximus, & sequitur in con-
stitutione: licèt quidam voluerunt notare, quòd nulla
constitutio infamet, nisi specialiter caueatur in ea. vt
& aliàs nullum interdictum, & nulla cõditio infamat,
licèt in famosa causa pendeat, vt ff. de vi & vi arma. l.
vnde vi. & ff de act. & oblig. l. cessat. *Tutores vel cura-
tores minorum* Expone tutores pupillorum, & cura-
19 tores minorum. *His rem debitam inuadant.* † Quid si
rem propriam pupilli vel minoris: nunquid locum ha-
bet constitutio præsens? Respond. quòd sic. & quòd di-
cit litera, debitam, generaliter loquitur, sicut vulga-
res homines aliquandò loquuntur: sicut & aliàs dicit
Legislator, possessiões quas ad te pertinere dicis, vt C.
de probat. l. possessiones. & ponitur illud verbum im-
propriè pro proprietate: sed vulgariter dico, ego ha-
beo amplas possessiones. Item & alias, qui prius vel
prior appellat, prior agat, vulgariter loquitur, vt ff. de
iudic. l. qui prior: nisi enim ita diceres, litera secun-
dùm hanc responsionem stare non posset: quia quod est
meum, non est mihi debitum: & quod est mihi debitũ,
non est meum, vt ff. de act. & oblig. l. obligationũ sub-
stantia. & quòd dicit litera, debitã, fortè respectu pos-
sessionis: quia si alius detinebat rem pupilli vel mino-
ris, debebat eam illis restituere. Et sic secundùm ista
soluitur alia quæstio, quæ consueuit notari: nam non
videtur, quòd locum habeat hæc constitutio, sed po-
tiùs D. Marci edictum. quod locum habet, quandò cre-
ditor rem debitoris occupat authoritate propria, vt
notaui suprà, de edicto D. Marci. Item licèt sic loqua-
tur, non est locus isti opinioni: quia creditor non occu-
pat rem sibi debitam, sed rem debitoris. *Ea occasione.
&c.* Hoc difficillimum est probare: & sic non vide-
tur quòd habeat locum hæc constitutio, nisi quàdo tu-
tores seu curatores faciunt ea occasione, &c. *Ne cul-
pa temeritatis aliena.* scilicet tutorũ & curatorum at-
terat eosdem, scilicet pupillos & minores: quasi dicat,
nisi ista statuerimus contra tutores & curatores, & si-
miles, pupilli & minores læderentur. vnde meliùs est,
quòd tutores & curatores puniantur, qui deliquerunt:
& pœna suos inueniat authores, vt C. de pœn. l. sanci-
mus. quàm punirentur pupilli & minores, qui nõ de-
linquunt. Ex ista litera colligitur istud verbum, magi-
strale. damnum tutoris seu prælati in damnum pupilli
seu Ecclesiæ nõ redundare, vt ff. de fideicom. liber. l. ne-
que infantes. & in decret. 16. q. 6. si Episcopũ. sed nota-
tur cõtrarium. C. de his quib. vt indigo. l. Polla. nam ibi
delictum tutoris in damnum pupilli redundat. Respõ-
deo: aut pupillus vel minor certat de damno euitãdo:
& tunc locum habet lex ista, meminerint. aut de lucro
reportando: & tunc locum habet l. illa, Polla. OPPO-
SITIO. Sed huic solutioni sic opponitur: pupillus ade-
undo hæreditatem nõ est factus dominus, vt ff. de acq.
poss. l. cùm hæredes. Si ergò amittit, damnum patitur.
Respõdeo: verum est, quòd larga significatione assum-
pta, damnum sit. nam damnum videtur esse etiam lu-
crum, quod consequi potui, vt ff. ad leg. Aquil. l. si ser-
uus seruum. Item donatio propter nuptias dicitur mu-
lieris, & tamen lucrum vocatur: vt suprà, qui poti. in
pign. habe. l. assiduis. propriè tamen dicitur damnum
diminutio rei nostræ, vt ff. de damn. infect. l. 3. aliud est
enim auferre lucrum, & aliud inferre damnum, vt C.
de acquiren. possess. l. vltim. & ff. de damo. infect. l. flu-
minum. §. vltim. cum legib. sequen. & l. Proculus. & ar-
gum. contra. C. de codicill. l. fin. Vel aliter, aut tutor est
soluendo, aut nõ: vt in primo casu culpa tutoris redũ-
det in damnũ pupilli: & pro suo interesse actionem ha-
beat contra tutorem. in secundo casu non redundet, vt
arg. C. de iudic. l. properandũ. §. fin. & ff. de eo per quem
factũ erit. l. ex hoc edicto. & ff. de legat. 1. l. 1. planè. sed
hanc solutionem ideò nõ approbo: quia in l. ista, tutor
erat soluendo: quia bona ipsius publicantur: & tamen
pupillo non nocet factum ipsius. *Sed illicò.* † Id est, 20
incontinenti: infra quod tempus? Respondeo: inueni-
untur illico. i. infra triduũ, vt C. de iudi. l. vlti. sed non
possum sic notare in præsenti cõstitutione, vt infra tri-
duũ fiat. Quid ergò erit? iudicis potestati & arbitrio
committitur: quia vbicũq; tempus non determinatur
in iure, arbitrio iudicantis committitur, vt ff. de delib.
l. 1. Quod ergò tempus cõstituet? Respondeo: conside-
rata persona, & causa, & qualitate, variũ tempus con-
stituet, vt aliàs ff. de rei vendic l. in fundo. & simile no-
tauimus C. de agric. & cen. l. si coloni. vbi dicitur, quòd
oportet, quòd dominis quantũ ad possessionem restitu-
endam, celeri reformatione succurratur: qualiter ce-
leri, non possunt specificare tempus. *Possessio ei, à quo
ablata est, reddatur.* A tutore seu curatore, si possidẽt:
alioquin à pupillo seu minore, si ipsi possideant. tenen-
tur enim impuberes de eo quod ad eos peruenit, vt ff.
commod. l. 3. & in superiori constitutione notaui. † Ex 21
hac litera nota argument. quòd iure ciuili spoliatus
est, restituendus sine magno iudiciorũ strepitu: habes
simile C. lib. 11. de agric. & cens. l. si coloni. vbi dicitur,
quòd celeri reformatione succurratur. idem C. si per
vim vel alio mod. l. 1. vbi dicitur, momentaria possessio
sine vlla cũctatione restituatur, arg. ad idẽ C. vbi causa
status l. 1. de agric. & cens. l. omnes. & l. colonos, libr. 11.
in decret. 2. q. 2. nullus. & 3. q. 1. reintegranda. cum seqq.
& extrà, de restit. spoliat. per tot. † QVAESTIO. Quo 22
iure compelletur? Respond. condictione ex hac l. quia
quoties per leges cautũ est, quòd agere possumus, & nõ
est cautum, quo genere actionis, ex lege agitur, vt ff. de
condict. ex lege. l. vnic. considera ergò dationem libel-
li, & aliquod tempus ad deliberandũ: & tempus pro-
bationũ erit nec magnum, nec minimũ: & compelle-
restituere officio iudicis seruiẽte actioni dominæ suæ,
scilicet, condictio ex lege ista. *Curatores autem, vel tu-
tores.* Ideò ponitur hæc disiũctiua: quia si tutor de-
linquit, punitur. & si curator delinquit, punitur. *Ae-
terna* Id est, perpetua † quia æternum dicitur, quod 23
nec habuit principiũ, nec habebit finem: ista aut depor
tatio habebit finẽ: quia in perpetuũ. i. donec viuit, de-
portatur, vt ff. pro soc. l. 1. vbi sumitur verbum in perpe
tuum. i. dum homines viuunt. *Bonorum publicatio perse-
quatur.* hoc erat iure isto, quòd vbicunq; quis capi-
taliter damnabatur, bona ipsius publicabatur, vt ff. de
bo. dam. l. 1. & intelligo capitale, siue ciuitas adimatur,
siue vita: vt ibi. & ff. de pœ. l. 2. & l. capitalũ. & ff. de pu-
bli. iud. l. 1. & 2. & ff. de bo. poss. edict. Hodiè tamẽ secùs
est: quia bona damnatorũ nõ confiscantur, nec fiũt lu-
cro iudicib. sed reseruantur filijs descendentibus & a-
scendentibus, & ex latere vsq; ad tertiũ gradũ: nisi in
cri-

crimine maiestatis, vbi vetera iura seruantur: quia bo-
na confiscantur, vt in Authent. vt nulli iudi. ll. loci ser
uitorem habere. §. vlti. colla. 9. & est posita in C. de bo-
nis damna. Auth. bona. Nota ex l. ista, meminerint. pœ-
24 nam maximam respectu delicti. QVAESTIO. † Quæri
consueuit, quid differat hæc constitutio à superiori, si
quis in tantam. & ab alijs? Respondeo, hæc specialiter
loquitur: & nulla alia in hoc casu, quando authoritate
rescripti seu sententię inuasio committitur: superior ve
rò generalis & aliæ singulares. quælibet enim in suo
casu loquitur. Item nunquid fiet distinctio an fuerit
dominus vel non? vt in superiori constitutione: vt si
fuerit dominus, amittat dominium: si non, condemne-
tur in æstimationem? Respondeo, non: sufficit enim
quod possessio restituatur, & quod tutores & curato-
25 res sic puniantur. QVAESTIO. † Si quæritur quare sic gra-
uissimè puniantur? Respond. duplex est ratio. prima:
quia voluerunt sic damnificare minores seu pupillos.
Secunda, quia non inuenitur qualiter subueniatur illi
exspoliato, nisi quàtum ad restitutionem possessionis.
26 QVAESTIO. † Vltimò quæritur, & ista quæstio fuit diu
examinata & frequenter in curia imperiali. vadit ali-
quis & impetrat rescriptum contra aliquem: in quo re
scripto sic habetur, quod possessionem illi restituat: nô
continetur in rescripto, si ita est, ille delegatus incon-
tinenti sic exequitur: aufert mihi possessionem & dat
illi. quęritur quo iure mihi subueniatur istum possessio
nem. nunquid habebit locum constitutio præsens? Re-
sponden: multi volebant constitutionem istam exten-
dere. et si non directò saltem vtiliter: vt per vtilem cô-
dictionem ea l. ista possessionem recuperet ab illo pos-
sidente: putantes, quòd totum quod factum est per illũ
delegatum, minus legitimè factum esse. Debuit enim
pars illa citari contra quã fuit impetratum rescriptũ:
& sic dato libello cùm causæ cognitione debuit in cau
sa procedere. & sic intelligitur ff. de acqui. poss. l. iustè.
27 argum. ff. de reg. iur. l. factum à iudice. QVAESTIO. † Sed
qualiter trahunt legis istius beneficium vtiliter, cùm
nec verba nec sententia in quæstione proposita locum
habeat? dicunt ipsi sic, quòd licèt verba deficiant, con-
stitutionis tamen sententia locum habeat: vt ff. si qua-
dru. paupe. feci. dica. l. pen. & ff. qui pet. tut. l. vlti. satia
videris te deiecisse ex quo te procurante. i. te impetrã-
te factum est: nam & si quis dolo faciat, quòd quis ar-
mis te deijat, habes contra illum interdictum, vt ff. de
vi & vi arma. l. idemque. §. hoc interdictum. Item tene-
tur in restitutione: licèt non possideat ille qui procura
uit aliquem expoliari vel deijci. in decre. 2. q. 2. c. nul-
lus. & 3. q. 1. c. 1. & 2. & c. reintegranda. Item si opera cre-
ditoris accidecit quod pecuniam debitor quam solue-
re paratus erat perderet, doli exceptiõe remouebitur
creditor, vt ff. de doli exceptio. l. si opera. Item vide o-
ptimam legem ad quęstionem istam. dicit Paulus, quòd
si magistratum rogasses, vt aduersarium tuũ adesse ad
iudicium iuberet, ne opus nouum tibi nuntiaret: vide-
ris clam opus fecisse, quòd interum factum est, vt ff. quod
vi aut clàm. l. si immaturam. §. non absurdè. & ad idem.
ff. de eo per quem fac. est. l. 1. §. si Reus. Item in vi inquie
tatiua, si prohibitus facias, teneris interdicto: & si pro-
cures quo minus prohibearis, teneris interdicto, vt ff.
quòd vi aut clàm. l. vim facis. Item ita repellitur ille vt
indignus actione legati, qui procurauit, quòd testamẽ
tum falsum accusetur, sicut & ille qui accusat, vt ff. de
his quib. vt indig. l. post legatum. §. ætati. & qui procu-
rauit vel dedit operam, vt à magistratu detineretur, nô
habet exceptionem quò ad pœnam, vt ff. si quis cau. l. 2.
§. vlt. & argumen. ff. ex quib. caus. maio. l. & qui data. &
qui procurauit, ne sibi denuntiaretur, tenetur nihilo-
minùs de euictione, vt ff. de euict. l. dictum. §. si præsen-
te. Item si mulier procurat, vt custodes à marito missos
ad custodiendam ipsam non admittat, tenetur & exce-
ptione repellitur, vt ff. de liber. agnoscẽ. l. 1. §. illud. Itẽ
qui procurauit, vel dedit operam, vel persuasit, vt fie-
ret tibi iniuria, tenetur tibi iniuriarum, vt ff. de inio. l.
non solùm. §. 1. & §. si mandato. Item tenetur qui incita
uit, vociferauit vel submisit, vt ff. de iniur. l. item apud
Labeonem. §. fecisse. Itẽ & qui curauit vt fieret tibi in-
iuria: tenetur tibi iniuriarũ, vt ff. de iniur. l. item apud
Labeonem. §. si curauerit. Item qui persuasit, qui appel
lauit, qui blando sermone pudicitiam alicuius attenta
uit, vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. si quis vir-
gines. Item & qui persuasit tenetur furti, vt ff. de furt.
l. si quis vxo. §. si quis seruo. & ff. de seruo corrupto. l. 1.
§. persuadere. tenetur etiam qui suasit, vt ff. ad leg. Iul.
de adulte. l. hæc verba. & ff. ad leg. Cornel. de fal. l. fal-
sis. Multi verò prudẽtes admittunt, vt nec vtiliter nec
directò teneatur iste, qui possidet beneficio constituti-
onis istius. Qualiter ergo secundum eos isti consule-
tur? Respondent & dicunt, quòd coram iudice compe-
tente vel delegato à principe, propterea quia primus
iudex fuit delegatus, veniat hic & proponat sic libel-
lum. LIBELLVS. Coram vobis domine iudex proponit
Titius contra Seium, quòd cùm ipse Seius impetrauit
rescriptum ad suum iudicem, vt possessio sibi restitue-
retur, quam Titius possidebat: prædictus iudex ipse Ti-
tio non citato omisso iuris ordine nulla causæ cogniti-
one adhibita ipsum à possessione rei illius priuauit, &
Seio assignauit: quare petit quicquid factũ est per præ-
dictum iudicem irritari seu irritum pronuntiari, &
possessionem prædictam sibi restitui; ad hoc proponit
actionem in factum, vt ff. de præscript. verb. l. quoties.
vel officium iudicis quasi quod ista inciuiliter facta
sint, vt argumẽ. ff. quòd met. causa. l. non est verisimile.
vel triticariam, vt ff. de triticar. l. 1. & libellus ille ad-
mittitur: licèt dicatur irritari seu irritum pronuntiari
quantum ad ius. Tu de his duabus sententijs elige cui
dicas: tu mihi sola placea: pro vltimorum sententia sto.
Aliæ quæstiones pro maiori parte quæ sunt notatæ in
constitutione superiori, si quis tantam & hic notari
possunt: vnde intelligantur hic tacitè repetitæ.

De constitutione momentariæ possessionis. Rubri.

1 *Interdictum in momentaria possessione, qualiter quis proponere intelligatur: & de quo interdicta intelligatur. & num. 2.*
3 *Interdictum dupliciter nominatur.*
4 *Interdicta quare non fiat actiones.*
5 *Interdicta quare momentaria possessionis dicantur.*
6 *Interdicta recuperanda seu retinenda possessionis, quare non pertinent ad vim publicam vel priuatam.*
7 *In Interdictis restituendis seu retinẽdis, quomodo quis criminaliter agere possit.*

MOmentariæ possessionis &c. licèt constitutio
ista non puniat violentum: tamen quia vtilis,
& ad illam materiam pertineat: ideò de illa tra
ctare prçuidi: ita construe. Aliquis proponens interdi-
ctum momentariæ possessionis, (quòd interdictum nõ
semper pertinet ad vim publicam vel priuatam) merce-
tur audiri non interdum & sine inscriptione. Verùm quia
verba singula posita pondus habent: ideò de illa diffe-
remus & potest dici de hac constitutione sicut & altera
dicitur breuis corpore, sed sententia plena: & vncia
carnis, & libra malitiæ: & malitia eius supplet ætatem
eius: vt alias C. si mi. se ma. di. l. 1. & quòd deficit in syl-
labis, recuperabit in temporibus quæstionum: ita dixi
subaudiendum, aliquis proponens interdictum. Quæ- 2
ritur inprimis, qualiter intelligatur quia proponero
interdictum? Respondeo, per libellum: & qualiter li-
belli concipiantur super interdictis suprà in tractatu
interdictorum in singulis interdictis notaui. Sed huic
expositioni opponitur, quòd habes in fine l. istius, vbi
dicit, quòd sine inscriptiõe, &c. Respõ. non cõtradicit:
quia qualiter verbum istud intelligatur dicemus statim.
QVAESTIO. † Itẽ quæritur de quo interdicto intelligit? 3
Resp. de omni: siue sit recuperãdæ: siue retinendæ: siue
adipiscẽdæ possessionis: quodlibet. n. illorum dicitur
interdictum momentariæ seu moment. possessionis. &
sic intellige quòd habetur C. si de moment. poss. fuerit

appellat. & sic intelligo quod habetur C. qui legitim. person. l. momentariæ. reprobato errore quorundam qui voluerunt dicere, quòd interdictum retinendæ dicatur momentariæ possessionis. cæterùm interdictum recuperandæ possessionis (& maximè sumpto beneficio hodie ea natura constitutionis, si quis in tantam) non est momentariæ: idem etiam dicunt de interdicto adipiscendæ possessionis: sed salua eorum gratia non video quare magis vnum plus dicatur momentariæ possessionis, quàm reliquum. Nec admitto, quòd aliquomodo interdictum vnde vi mutet naturam suam propter constitutionem, si quis in tantam. nihil enim ea illa constitutione interdictum sortitur: licèt inducta sit in supplementum, vt suprà in illa constitutione
3 notaui.† Item nota, quòd hic dicitur interdictum momentariæ possessionis, alibi dicitur momentaneæ poss. actio, vt C. qui legi. persona. stan. in iudic. l. momentaneæ. & sic interdictum dicitur actio. ad quòd est contra: quia interdicta non sunt actiones: sed loco interdictorum subrogata est actio hodie in factum, vt Institu. de interdict. §. fin. Respondeo, stricto sumpto nomine actionis, interdicta non sunt actiones: sed generaliter sumpto nomine, interdicta etiam actiones vocantur. sicut officium iudicis, quòd stricto nomine nō est actio: generaliter autem sub nomine actionis etiam iudicis officium continetur, vt ff. de mino. l. quòd si minor. §.
4 vltim. & ff. de actio. & oblig. l. actionis verbis.† QVAESTIO. Sed illud quæritur, quare interdicta non sunt actiones? ego ostendo, quòd sint. nomine stricto sumpto hoc nomine actionis, dicitur actio in personam? vt ff. de actio. & obli. l. actio in personam. certè sic. at interdicta, etsi in rem scripta sint, ipsa tamen personalia sunt, vt ff. de interdict. l. 1. §. interdicta omnia. Item ex diffinitione actionis hoc probo. actio est ius persequēdi in iudicio quod mihi debetur, vt Institut. de actio. in prin. at per interdicta, & maximè recuperandæ & retinendę persequor in iudicio quòd mihi debetur, saltem ratione maleficij: quia illa ex maleficio oriuntur. Respondeo: hæc est ratio, quare interdicta non sint actiones. quia actiones tantummodò proditæ sunt, vel ex cōtractu, vel quasi, vel post maleficium, vel quasi commissum. At interdicta inter duos dicta dicuntur. vt ita, vnde illum tu deiecisti, illuc eum restitue. Item ne violentiam inferas possidenti, vim fieri veto. & sic est proditum interdictum seu prodita interdicta omnia tam in personam illius qui actor, quàm in personam illius qui reus est, & vtriusque & factum & personam comprehendit: quòd non est in actionibus: quia actio ex vendito, personam venditoris tantùm comprehendit: ex empto, tantùm personam emptoris. Item depositi, mandati, commodati, tantum personam deponentis, mandantis, & commodantis comprehendūt: personas aliorum contrariæ comprehendunt. Hæc est vera responsio. & ita dicas si verum amas: vt & aliàs respondit legislator ff. de condi. & demonst. l. cùm ita. Sed illud quæritur: nunquid proponat quis interdictum vel act. in factum subrogatàm in locum ipsius: hanc quæstionē no. supr. in prin. summulæ interdictorum. *Momenta-*
5 *ria possessionis.* † Quæritur quare interdicta dicantur momentariæ possessionis? Respondeo: quia possessio vel res vilis & abiecta per momentum amittitur: nam si sis in fundo, & dicas te nolle possidere, incontinenti amittis, vt ff. de acqui. poss. l. possideri. §. in amittenda. quòd non est in dominio, vt ff. eo. l. si quis vi. §. differentia. Item statim ex quo suspicaris te posse repelli alio ingresso, statim possessionem amittis. Item si vadens non admittaris. Item & si colonus tuus expellatur, incontinenti etiam ciuilem amittis, quam animo detinebas, vt ff. de acqui. posses. l. clàm possidere. §. qui adnūdinas. & l. peregrè. §. quibus explicitis, & ff. de vi & vi arm. l. 1. §. vlti. Item dicitur alio modo momentaria per aptitudinem, non per habitum: quia aliquādo quis obtinet in interdicto vnde vi, vel vti possidetis, & incontinenti in petitorio succūbit: sic Imperator dicitur Augustus, per aptitudinē, sicut matrimonium, indiuiduā vitam consuetudinis continens, vt Inst. de patria potesta. sic iustitia est constans & perpetua &c. vt ff. de iustitia & iure: non intelligas vt quidā stulti dicunt, quòd possessio p momentū duret: imò sæpè durat perpetuò in vita hominis: & in præscr. 30. & 40. annorū, vbi tanto tēpore durat. nā desideratur cōtinua possessio ad hoc, vt præscriptio currat, vt C. de vsucap. transforman. l. vnic. sunt ergo interdicta momentarię possessionis, quia possessio de sui natura est ita facilis, quòd per momentum amittatur, sicut dixi. *Quod non pertinet semper ad*
vim publicam vel priuatam. † Sed circa ista interdicta re- 6
cuperandæ seu retinendę possessionis, non circa interdicta adipiscendæ, quæritur quomodò possit esse quòd illa interdicta competerent, & non pertinerent ad vim publicam vel priuatam? certè nullo modò: nam in illis interdictis committitur violentia expulsiua siue turbatiua: & omnis violentia aut fit cum armis: & tūc pertinet ad leg. Iul. de vi publ. aut sine armis: & tunc pertinet ad leg. Iul. de vi priuat, vt Insti. de publi. iud. §. itē lex Iul. & ff. ad leg. Iul. de vi priu. l. si quis aliquem. Respond. & sobaudias, tantum, & dicas sic: quòd non semper pertineat ad vim publicā, sed pertineat ad vim priuatam, quia sine armis: & quòd non semper ad priuatā pertineat, sed ad publicam, quia cū armis. Vel aliter sicut dixi, pone in adipiscēdę possessionis interdictis: vt quorū bon. & quorū legatorū: ibi violentia nulla committitur: & tamen sunt interdicta momentariæ posses. Mox. Quòd hic dicit sup. in l. meminerint, dicit illicò. & ibi de hoc notaui Vel quòd dicit mox. i. omissa solēnitate verborū: quæ solēnitas maximum tēpus iure antiquo desiderabat: quia impetrabantur, interdicta & actiones à collegio pontificū. i. multum tempus trāsibat antequam concederentur: vnde hodie sine impetratione tali proponere poterit ad interdicta, vt ff. de origin. iur. l. 2. §. deinde. *Audit.* Audiente ordinario vel delegato, & procedente in causa, & sententiam proferente *Interdum etiam sine inscriptione mereretur.* Quæritur quare dicit interdum? quis est ille casus? Item quia est ille casus, vbi teneatur inscribere? Respond. casus vbi sine inscriptione procedit, qui proponit interdictum, putà quando agit ciuiliter ex interdicto restituēdæ seu retinendæ: tunc dabitur libellus, sicut datur in ciuili: vt diximꝰ in interdicto vnde vi, & in interdicto vti possidetis, & in prædictis constitutionibus & non inscribet. i. non dabit libellum accusatorium, nec inscribet sicut in accusationibus desideratur: vt de accusa. l. libellorum. & hoc dicit litera, sine inscriptione. Item est casus vbi tenetur inscribere. s. quando vult age-
re criminaliter. QVAESTIO. † Sed quæritur quomodo 7
quis potest ex interdictis restituēdis, seu retinendis agere criminaliter seu ex constitutionibus? certè nullo modo. Dicas ergo sic: si aliquis vult agere de violentia illata sibi, aut vult agere ciuiliter, aut criminaliter. si ciuiliter, recurritur ad interdictum: illud proponat sine libello accusatorio, & sine inscriptione. si autē vult agere criminaliter ea violētia, non aget ex interdicto vel ex constitutione, sed leg. Iulia de vi publ. vel priu. & tunc inscribet: & propterea factæ sunt diuersæ rub. Rubrica de vi & vi arm. de vtraq; violentia loquitur. & quando quis vult agere ciuiliter. rubric. ad leg. Iuliam de vi public. & ad leg. Iuli. de vi priua. de eisdem violētijs loquuntur, sed quando criminaliter. Item ideò dixi de interdicto de recuperanda vel retinenda: quia propter violentiam in illis illatam potest agi ciuiliter & criminaliter, quòd interdictis adipiscendæ cū nulla violentia committatur, non potest agi nisi ciuiliter.

De constitutione, si quando. Rubri.

1 *Constitutio si quando, de qua violentia loquatur, & quid de vi compulsiua, seu turbatiua & inquietatiua.*

2 *Querela de vi cū querela de rebus ablatis vel inuasis quomodò simul stare possint.*

4 *Sacramentum in constitutione si quando, quomodo intelligatur, & quæ sit forma iuramenti. cum plur. sequ.*

7 *Sacramentum calūnia in constit. si quando, nūquid sufficiat*

ciat: & nunquid tale sacramentum sit voluntarium, vel necessarium, vel iudiciale: & qualiter etiam credatur. cũ plur. sequ.

10 *Iuramentum super taxatione, an & quando fieri debeat, & qualiter, & quomodò iudex taxet. num. 11.*

12 *Sacramentum factum, an loco probationis cedere debeat.*

13 *Iudex si non condemnet, an faciat litem suam.*

SI quando', & cætera. licèt similiter lex ista violentum non puniat, sicut & superiores, meminerint, etsi quis in tantam. & aliæ de quibus infrà dicemus: tamen quia quædam quodammodo pœna imponitur: licèt non propriè, quia creditur sacramento violentiam passi, sicut dicemus: & quia est vtilis: ideò illa inserui.
1 *Si quando* Id est, si aliquo casu. *Vs.* Quæritur † de qua violentia loquatur? Respondeo, loquitur de violentia expulsiua & ablatiua. & hoc dicunt verba sequentia, super rebus arreptis vel inuasis. nam mobilia dicuntur rapi: ex qua rapina oritur vi bo. rapt. actio. immobilia dicuntur inuadi: ex qua inuasione oritur interdictum
2 vnde vi. vt Institu. vi bonor. rapt. QVAESTIO. † Quid dices de vi compulsiua, ex qua oritur quod metus causa? Quid de vi turbatiua, ex qua oritur vti possidetis? Quid de inquietatiua, ex qua oritur quod vi aut clàm. nunquid habet locum beneficium constitutionis istius? Respondeo, verum est quod l. ista loquatur de duabus violentijs, scilicèt expulsiua & ablatiua: veruntamen idem credo in alijs violentijs. nam hoc video quod in vi inquietatiua probat actor suum interesse per suũ iusiurandum, vt ff. quòd vi aut clàm. l. semper. §. in hoc interdicto. Item hoc video in actione de dolo, vbi etiã actor probat suum interesse suo iuramento, vt ff. de dolo. l. arbitrio. Item singulare interesse probatur sacramento actoris propter dolum aduersarij, vt ff. de in lit. iur. l. & ff. de rei vendic. l. qui restituere. at vbicunque committitur violentia, cõmittitur & dolus, vt ff. quòd metus caus. l. si cum exceptione. §. eum qui metum, & ff. vi bonor. raptor. l. prætor. §. doli. *Fuerit patefacta.* per testes vel per confessionem rei: & nõ credas quòd si aliquis dicat se expoliatum vel violentiam passum, quòd stetur sacramẽto illius: scilicèt, quòd probet per suum sacramentum, quòd ipse violentiam passus est. circa quid autem credatur sacramento illius, dicetur infrà statim. & sic iste qui conqueritur de violentia, dabit libellum, cõtestabitur litem, iurabit de calumnia, contra negantem probationes inducet, & sic publicatis attestationibus, si probabit violentiam, vis erit patefacta. *In iudicio.* Siue fuerit iudex ordinarius siue delegatus, non curo. Sed in qua parte iudicij? Respondeo: post datum libellum, litem contestatam, & iuramentum de calumnia præstitum: secundum quòd se habet consuetudo caularum. *Demum super rebus arreptis vel inuasis, vel damno tempore impetus.* Literam istam sic construe. deinde quæstio proponatur super rebus arreptis tempore impetus. Item & super rebus inuasis, repete tempore impetus: & super damno: subaudi, dato in rebus, vel circa res: repete tẽpore impetus: & sic videtur quòd lex illa super duabus violentijs loquatur, scilicèt ablatiua & expulsiua: & super tertio: scilicet, damno. QVAESTIO. † mirabilis videtur hæc litera: quia
3 dicit in primis, quòd fuit proposita querela de vi, & posteà proponitur quæstio de rebus ablatis vel inuasis. Quæritur quomodò possit hoc esse? nam aut pro rebus mobilibus fuit intentata actio vi bonorum raptorum: aut pro rebus immobilibus interdictum vnde vi, vel constitutio, si quis in tantam. & in illo libello fuit habita mentio rerum, quas dicit actor ablatas: vel illarum rerum, à quarum possessione dicit actor se expulsum. Item aut Reus confitetur, aut negat: & si cõfitetur non posset haberi quæstio, quia nullæ sunt partes iudicis in confitentem, vt ff. ad leg. Aquil. l. proinde. si negat, oportet quod actor probet: si probauit, quid est quod dicit litera, demum super rebus arreptis vel inuasis tempore impetus: quomodò proponetur, cùm iam sit proposita vel probata, vt dixi suprà. Eodem modò quæritur de eo quod dicit de damno. nam primò fuit actum lege Aquil. & fuit habita mentio in libello agẽdo legis Aqui. & specificatum fuit damnum in libello, quomodo possit iterum quæstio haberi de damno? Respondeo, verum est, quod in libellis sicut opponis fuit habita mentio de rebus: & illo non obstante potest haberi quæstio de ipsis rebus duobus modis: primò potest haberi quæstio de ipsis rebus: licèt sit datus libellus super violentia, & super leg. Aquil. & potest contingere sic: concipies libellum quod expulisti me per violentiam de possessione fundi, petebam restitutionem possessionis fundi cum omni causa damni dati. in processu iudici constat, quòd me de possessione fundi expulisti, non tamen cõstat de rebus mobilibus, quæ peremptæ sunt. putà, fuerunt ibi multa animalia. Item vinum fuit effusum, non constat quot farciox fuerunt, vel etiam quod vinum fuerit: ibi stabitur sacramento violentiam passi, vt iuret tot animalia fuisse ibi, tantũ vini fuisse. & sic etiam in leg. Aquil. & sic credetur sacramento illius qui violentiam passus est circa res ipsas: & sic posset quæstio haberi de rebus. Vel aliter, potest haberi quæstio de rebus, id est, de æstimatione rerum ipsarum, vnde probauerat actor de ipsis rebus quę erant ablatæ, vel in quibus damnum datum erat, de æstimatione tamen dubitabatur, & sic stabitur circa æstimationem rerum sacramento illius, & hoc videtur velle litera inferior, sacramento æstimationem rerum &c. OPPOSITIO. Sed circa ista duobus modis opponitur, primò sic, si actum fuit tantùm in interdicto vnde vi, quomodò pro rebus mobilibus in illo interdicto potest haberi quæstio, cum pro mobilibus interdictum non competat, vt ff. de vi & vi argumen. l. 1. §. si quis de naue. Respondeo, non veniunt mobilia principaliter, secundariò tamen veniunt, vt ff. de vi & vi. argumen. l. 1. §. rectissimè. OPPOSITIO. Secundò opponitur, quomodò potest haberi quæstio circa æstimationem rerum, cùm semper æstimatio certa sit, cùm res tãti valeat quanti vendi potest, vt ff. leg. falci. l. pretia. & ff. de donatio. caus. mort. l. mortis causa. & ff. ad legem Rohd. de iac. l. 2. §. portio. si verè fuit frumentum, vel vinum, vel fuerint oues, scitur pro quanto vendatur corbis, seu mensura frumenti vel vini. Item quanti vendatur centenarium ouorum. Item quid valeant vestimenta, si fuerint de bruneta de Ypra vel de Darsa, vel simile. quid est ergo quod dicit, quòd de æstimatione stetur sacramento illius qui violentiam passus est? Respondeo, etiam cum toto hoc posset esse quod esset quæstio, & staretur sacramento illius propter æstimationem, vel propter singulare interesse illius, vel propter bonitatem rerum ipsarum, quæ omnia non posset probare per testes, sed probat sacramento suo, vt hic. *Si non potuit qui vim sustinuit, quæ perdidit singula comprobare.* Ergo facienda est absolutio in persona conuenti, cum actore non probante &c. vt C. de edendo. l. qui accusare. Respondeo, verum est, nisi sequeretur probatio per sacramentum patientis violentiam, vt statim sequitur, per quam probationem condemnatio subsequetur. OPPOSITIO. Sed huic literæ vehementer opponitur: primò dicit, quòd si non potuit is qui violentiam passus est singula comprobare, stabitur sacramento suo, posteà circa æstimationem rerum ipsarum, imò debuit dixisset legislator, quòd stabitur sacramento illius circa res illas singulas, & hoc sic probo. certum est quòd hic ex maleficio agatur, ergo si actio ex maleficio intenditur, oportet quod intendatur circa illud quod est in obligatione secundum diffinitionem actionis, vt Institut. de action. in principi. si ergo per vim ablatiuam res auferantur: res sunt in obligatione, & sic in petitione, nam si tu auferas mihi codicem meum: agendo vi bonorum raptorum codicem ipsum peto mihi restitui cùm pœna tripli, non autem petam æstimationem. Idem etiam dico in interdicto vnde vi. & si mobilia veniant, ibi non principaliter, sed secundariò. Idem dico in l. Aquil. vnde vel

litera

litera sibi adinuicem contradicit, & oportet quòd sol-
uatur: vel iudex malè defert sacramentum, & non se-
cundum naturam petitionis. Respondeo, multi sic re-
spondent: & literam sic exponunt: potuit singula sic
comprobare, id est, singulorum æstimationem: vt con-
cordet litera sequens. Sed & hoc dicunt illi qui sunt in
illa opinione, vt non credant sacramento illius, vt pro
bet res per suum sacramentum: sed dum constaret de
rebus, credatur sacramento quantum ad æstimationē.
OPPOSITIO. Sed his opponitur: aut fuerunt petitæ res,
aut æstimatio. si res malè proceditur ad æstimationem,
& quantum ad iuramentum: si æstimatio fuit petita,
malè fuit formatus libellus: quia non debuit æstima-
tio peti, sed res. Sed ipsi respōdent & dicunt, quod res
fuerant petitæ, & res illa peremptæ erant: vnde iudex
non debeat condemnare ad æstimationem rerum quæ
non extant: ad quid perditio hæc? sed debet condem-
nare ad æstimationem rerum seu ad interesse: vt ff. de
dol. l. arbitrio. & ff. de rei vendicat. l. qui restituere. &
C. quòd metus caus. l. 1. & ideò si ita in lege procedatur
non est mirum. OPPOSITIO. Si tu oppones, si res non ex-
tabant, quia peremptæ erant, quare petebas in libello
res illas? videtur ista petitio quodammodo impossibi-
lis vt res petatur, quæ iam sublata est seu perempta. I-
tem & videretur ille liberatus interitu speciei fortè:
quia qui tenetur ad speciem, interitu speciei, libera-
tur, vt ff. de verbo. obligat. l. si ex legati causa. Respon-
deo pro illis, licèt res sit extincta seu perempta, nihil-
ominùs tamen res ipsa petenda est, vt ff. de verborum
obligat. l. si seruum. §. sequitur. & §. vltim. condemna-
tio tamen fiet in æstimationem seu interesse: & quòd in
alio fiat condemnatio quàm fiat petitio de iure est: ex
quo petitum præstari non potest, vt est: quia aliquan-
do petimus aliud, & aliud consequimur, vt ff. de verbo.
obligatio. l. in executione: nec enim liberatur propter
rei interitum: quia fures & raptores semper sunt in
mora: nec propter rei interitum liberantur, vt ff. de cō
dictio. furtiua. l. in re furtiua. Alij dicunt & exponunt,
singula, id est, res singulas, quasi quòd credatur sacra-
mento passi violentiam circa res ipsa principales: si
enim de æstimatione diceremus, non esset odium vio-
lenti, neque fauor violentiam passi: & quòd dicit infrà
in litera de æstimatione, intelligunt sicut suprà dixi: &
ea quæ sunt ibi dicta hic intelliguntur tacitè repetita.
Sequitur litera, quam ita construas. *Manifestet sacra-
mento suo æstimationem rerum quas perdidit taxatione fa-*
4 *cta à iudice per qualitatem personarum & negotij.* † Quæ-
ritur de quo sacramento intelligatur. Respondeo: hæc
quæstio notatur suprà in constitutione illa, sacramen-
to puberum. quam notaui suprà in tractatu senatoscō-
5 sultorum. QVAESTIO. Quæritur † quomodò manife-
stabit, quæ erit forma sacramenti? Item quæritur quā-
do manifestabit, in qua parte iudicij? Respondeo: sic
manifestabit, scilicèt per sacramentū. Et erit forma ta-
6 lis. *Forma iuramenti.* † Ego iure domine per hæc san-
cta Dei euangelia, quòd tempore impetus, ipsius inua-
sionis ego amisi tot res. Item res illæ tantùm valebant,
secundum illos, qui dicunt in æstimationem iurandū:
etiam fiet istud sacramentum post litem contestatam,
& post iuramentum calumniæ præstitum: & post fa-
ctas positiones, & post probationes inductas super vio
7 lentia. † QVAESTIO. Sed nonne sufficit sacramentum
calumniæ? Respondeo, non: quia illud est de credulita-
8 te: hoc autem sacramentum erit de veritate. † QVAE-
STIO. Sed nunquid erit voluntarium, vel necessarium,
vel iudiciale? Respondeo: potiùs credo iudiciale: vel
si iudex non dicat hoc ex officio suo: sed pars offerat &
dicat, domine ego volo iurare, quòd tot res amisi: &
9 quòd tanta fuit æstimatio rerum illarum. QVAESTIO.
Sed quæritur quomodò credetur, quòd tot sint res per
iuramentum, cùm lex præsens non dicat super rebus
ipsis iurari: sed super æstimatione. Respondeo: ex lite-
ra præcedenti colligo, scilicèt vt si non possit singula
comprobare, quòd credatur sacramento: vt iuret res
singulas, & tales amisisse: sicut superiùs dixi. & quòd

dicit, quòd de æstimatione iuretur intelligas, vt d[...], 10
quando res erant amissæ. QVAESTIO. † Quare dicit, ta-
xatione facta à iudice? Respondeo. hoc fuit propter
constitutionem iuris: quia multa iura dicebant, quod
posset iudex condemnare in infinitum sine vlla taxa-
tione, vt ff. de rei vendica. l. qui restituere. ne forte in
infinitum iuraretur: quia infinitas est euitanda, vt ff.
damn. infect. l. qui bona. §. vltim. ideò taxatio iudicis
est inuenta: qui iudex primò taxabit, & posteà faciet
iurare, vt in Authen. de iudic. colla. 6. & hoc etiam li-
tera posita rectè istius l. dicit. Vnde potiùs credo lite-
ram sic legendam vt iacet: vt primò iudex taxet, & po-
steà iuretur: & sic intelligitur ff. de dol. l. arbitrio. & est
ista ratio, vt primò taxet, & posteà iuret: quia si fieret
ordo conuersus, iam esset indecens, vt primò iuraret,
posteà taxaret. QVAESTIO. † Sed qualiter taxabit? Re- 11
spondeo, litera præsens docet pro qualitate persona-
rum & negotij. ecce si vellet aliquis pauper homo di-
cere & iurare, quòd amisit res valentes mille marcas.
Item diceret se expulsum de possessione cuiusdam pa-
ruulæ domus, in qua diceret, quòd essent mille dolia:
quæ domus non esset capax centum doliorum: si vellet
dicere damnum datum in vinea sua quod æstimat c. lib.
& via vinea valeret centum libr. non audiret eum iu-
dex, & sic taxabit. alias etiam consideras negotij qua-
litatem & personæ, vt ff. de rei vendica. l. in fundo. No-
ta ex lege ista, quod certiori datur sacramentum circa
damnum. & hoc etiam iure Lombardo: vt in Lombar-
do. de damno iniuriæ. OPPOSITIO. Sed † quæritur: non- 12
ne illud sacramentum cedit loco probationis: sicut &
aliàs ff. de iureiuran. l. cùm qui. §. certè. iam erit iste in
sua causa actor & testis. quod iura nolunt. C. de testib.
l. omnibus. Respondeo, hoc contingit propter odium
violenti, & fauorem spoliati: aliàs de communi iure
contra erit. *Nec ei liceat vltra taxationem à iudice factam
iurare.* Vides ergo ex litera ista, quòd primò iudex
taxet, & posteà iuretur. & sic est contra illos qui hodiè
dicunt, quòd fiat de iure nouo istud, imò etiā iure isto. Sed
ipsi dicunt hoc additum à compositoribus iuris noui.
*Et quòd huiusmodi iuramento fuerit declaratum, iudicem
condemnare oportere illum violentum* † Quid si iudex nō 13
condemnat? Respondeo, soluet de suo vt argumē. C. de
iudic. l. properandum. circa fin. hoc etiam indicat ver-
bum, oportet: ex quo enim fecit taxationem: & ille qui
passus est violentiam, iurauit: de necessitate iudex cō-
demnare debet: alioquin faciet litem suam, vt Instit. de
ob. quæ ex quasi delict. nascun.

De constitutione, non ab re.
Rubric.

1 *Locator, conductor, & depositor si possessionem rei locatæ, commodatæ, rei depositæ accipiat, non punitur.*
2 *Pœna constitutionis non ab re, nunquid locum habeat in creditore feudatario. & similibus: quia rem alienam possident, si non restituant.*
3 *Constitutio non ab re, in quibus locum habeat.*
4 *Constitutio, ab re in quo ordine iudiciorum locum habeat.*
5 *Pœna constitutionis, non ab re, nunquid locum habeat, si aliquis, qui retinet rem alieno domino cui reposcenti ipsam, non reddidit: lis tamen fuit contestata: & fortè vsque ad sententiam peruenit: ante tamen ipsam sententiā cedat.*
6 *Constitutione, non ab re, contra detinentes rem alienam qualiter procedatur.*
7 *Libellus in constitut. non ab re, quomodo fiat. cum plurib. seq. nu. 8.*
10 *Locans an sit possessione priuatus, propterea quod negetur ex parte conductoris se nolle restituere: & iustam causam non alleget.*
12 *Pœna nondum commissa quomodò in casu constitutionis,*
non

non ab re. peti potest.

13 *Aestimatio in casu constitutionis, non ab re. quando petatur.*

NON est ab re, id est, non discordat à vero: imò
est, secundum rem, id est, secundum veritatem.
& simile verbum inuenitur ff. de proba. l. circa.
Quemadmodum. id est, sicut. *Tam vetus constitutio* vel il-
la, inuasor, suprà eodem titul. vel si quis in tantam.
Quam præsens sacra constitutio censuit puniendos inuasores
1 *alienæ possessionis.* † Ex hac litera collige, quòd si loca-
tor, commodator, depositor, possessionem rei locatæ,
commodatæ, rei depositæ accipiat, quòd non puniatur.
non enim alienam possessionem occupat, sed suam ac-
cipit. cùm omnium rerum istarum possessionem reti-
neamus, vt ff. deposi. l. rei. & ff. deposi. l. licèt. §. rei. &
notaui suprà de istis in constitutione, si quis in tantã.
Nec conductoribus & possessionis alienæ detentatoribus. Col
ligitur ergo, quòd lex ista loquatur in quolibet rem a-
liquam alieno nomine detinente, & sunt ille de qui-
bus proximè diximus, scilicet inquilinus, colonus, cõ-
modatarius, depositarius, & qui precario detinet. is e-
nim possidet cuius nomine possidetur, vt ff. de acqui-
2 rend. possessio. l. quòd meo. QVAESTIO. † Quid de credi-
tore: quid de feudatario & similibus, qui rem alienam
possident: nunquid si non restituant, habet locum pœ-
na legis istius? Respondeo non: & duabus rationibus.
Prima, quia constitutio loquitur in detentatoribus, &
non in possessoribus. Item quia illi habent ius in re:
nec possit res ab eis sic aduocari, vt dicit constitutio
præsens: imò auocanti opponetur exceptio, vt ff. de su-
perficieb. l. 1. & ff. de regul. iur. l. inuitum. imò alio pos-
sidente eis competeret actio vtilis in rem: quæ vtilis
præfertur directæ, quam dominus intentaret, vt ff. de
rei vendica. l. superficiario. & l. prætor. & ff. si ager ve-
ctiga. l. 1. §. vltim. & ff. de super. l. 1. §. penulti. & vltim.
Impunè procedere. qualiter impunè procederet? ita
fortè si locator vel ille qui precario concessit rem re-
petat, & non vult ille qui rem detinet, restituere: si is
non puniretur, iam procederetur impunè. *Si duxe-
rint resistendum* Quomodò? vt dicit litera sequens. *Si
locatoribus fortè, vel possessionem rerum suarum, quam apud
alios precario modo esse consenserant.* Et sic lex ista loquĩ
tur in cõductoribus. Item in his qui precario tenẽt:
& in omnibus qui tenent nomine alterius. *Secundum
legem recuperare volentibus* Secundum quam l. quæri-
tur? Respondeo secundum l. si quis conductionis. C. de
locat. vel secundum leg. i. secundum pactum: pactum e-
nim lex vocatur, vt C. de pact. l. legem. & C. de pact. cõ-
uen. l. legem. & ff. depositi. l. 1. §. si conuenit. & C. de do-
na. l. legem. pactum fortè fuit appositum: vt rem quam
locaueras, tibi conductor seu commodatarius restitue
ret: imò plus in eo qui tenet precario: si conueniatur vt
vsque ad pascha non reuocetur precarium, potest ta-
men ante tempus reuocare, vt ff. de precario l. cum pre
cario & est ratio, vt eod. titul. l. & habet. & l. 2. *Cùm
nulla sibimet.* Id est, illi qui rem alieno nomine tenet.
Cognita legibus allegatio competeret. Ex hac litera colli-
3 ge duo: quòd † lex ista locum habeat in his, qui dolo fa-
ciunt aliquid: cæterùm si sine dolo, non puniuntur, si
iustam habent causam, quare non restituant: vt dicit li-
tera pręsens: possent enim iustam causam habere quare
non restituant, & sic non punientur, vt ff. de acqui. pos-
sess. l. si quis rem quam. in fine. & ff. de vi & vi arma. l.
colonus. in fine. & argum. de vsur. l. si quis solutioni. §.
1. *Duxerint resistendum.* Quæritur quomodò? Respon
deo: sequitur in litera sequenti. & nõ protinùs ipse le-
gislator seipsum glossat. *Id est non expectato iudiciorum
ordine.* Multum protenditur istud protinùs: iudicio
rum enim ordo protenditur multum, olim vsq; ad tri-
ennium. vt C. de iud. l. properandum. Hodie autem an-
no & dimidio: vt in Auth. illa qui semel actionẽ propo
nit: nõnullas enim moras habet exceptio iudicij. vt ff.
vt leg. seu fideicõ: no. cau. l. etiam. *Alienam possessionẽ
rectè eam recuperantibus.* Benè dico, rectè: quia si non
rectè recuperauerit, bene possum contradicere: vt
suprà dixi. *Cedere patiantur.* Benè dixit, cedere, & nõ
restituere: quia non restituunt possessionem, cùm eam
non habeant: imò non sine causa posuit verbum, cede-
re. plus est enim cedere quam restituere, vt ff. de acqui.
possess. l. permisceri. §. vltim. QVAESTIO. † Quæritur de 4
quo ordine iudiciorum loquatur. Respondeo de cita-
tione, de libello, & contestatione litis, & de iuramen-
to calumniæ, & de alio processu iudicij, & de senten-
tia. QVAESTIO. † Sed quæritur, iste qui rem detinet a-
lieno domino reposcenti rem non reddidit, recepit li-
bellum, lis fuit contestata. peruenit ferè vsq; ad sentẽ-
tiam, ante sententiam tamen cedit: nunquid punietur
pœna legis istius? Respon. multi glossauerunt quòd li-
beretur à pœna, sicut in actione quod metus causa, vt
ff. quod metus. l. si cùm is. §. 1. & §. satis. & sic secundum
istos videtur idem si restituat vel cedat post sententi-
am, pendente causa appellationis: quia sic semper ante
sententiam: cum appellatio interposita faciat causam
esse in eo statu, in quo fuit ante sententiam, vt C. de ap-
pellat. l. 3. Alij admittunt, quòd possit cedere, & pœnã
euitare vsque ad sacramentum calumniæ, vel statim
post: postea non excusetur, vt argum. in Authen. de tri- 5
ente & semisse. collatio. 3. & est posita in C. de non nu-
merata pecun. Authen. contra qui propriam. Sed satis
videtur æqua sententia prima: cùm in pœnis leuiores
esse debeamus, vt ff. de poen. l. interpretatione. & ma-
gis ad absoluendum, quòd ad condemnandum, vt ff. de
actionib. & obligatio. l. Adrianus. cum fauorabiliores
sint rei quàm actores, vt ff. de reg. iur. l. fauorabiliores.
& hoc indicat etiam litera sequens. *Si cognitionis iudi-
ciaria euentu fuerint condemnati.* & alia est etiam litera
sequens. *Vsque ad diffinitiuam sententiam* namque, pro
& nam &. *Iubemus eos pro imprudentia tanta sua iniqui-
tatis, si cognitionis, iudiciaria euentu fuerint condemnati cõ-
pelli præbere æstimationem rei victrici parti vna cum ipsa re,
cuius rei possessionem minimè passi sunt spontè restituere.* Si
est litera construenda, vt dixi. QVAESTIO. † Sed quæri- 6
tur qualiter procedatur contra istos secundum tenorẽ
constitutionis istius, ad hoc vt pœna legis huius com-
mittatur; pone quòd venio ad colonum meum siue in-
quilinum: vel ad illum qui precario tenet, & dico de
plano: restitue mihi domum, quam tibi locaui, vel etiã
tibi precario concessi. ille non vult restituere, imò di-
cit non restituam: quid faciam? qualiter procedam? nũ-
quid incontinenti intentabo condictionem ex lege i-
sta. vel intentabo actionem ex locato: vel interdictum
de precario: vel condictionem ex l. si quis conductio-
nis. C. de locat. Respondeo, sic est procedendum. requi-
ratur colonus de plano, siue inquilinus, vt cedat, vt do-
mum restituat: si facit, ecce bene. sin minus, intentabis
cõtra eum actionem ex locato, vel interdictum de pre-
cario. & formabis libellum tuum sic. LIBELLVS. † Ago 7
ego R. contra M. colonum meum vel inquilinum quõ-
dam: cui cum locauerim domum seu fundum vsque ad
annum, & tempus sit finitum: seu precario cõcesserim,
peto ab eo vt restituat mihi fundum prędictum seu do
mum: ad hoc propono actionem ex locato, seu interdi-
ctũ de precario. Quòd sic rectè formetur libellus pro-
batur ff. locati & condi. l. videamus. §. qui [illegible]. & C.
de precar. l. 2. Vel intentabis condictionem ex l. si quis
conductionis. C. de locat. Et sic dato libello, lite conte-
stata, iudex condemnabit illos ad rem illam restituen-
dam. Si adhuc non vult restituere, poteris petere quòd
sententia illa executioni mãdetur. Sin minus potes in-
tentare cõditionem ex l. ista, & formabis sic libellum.
LIBELLVS. † Ago ego Rog. contra M. quondam inquili- 8
num meum vel colonum, cui cum locassem domum,
seu precario cõcessissem, & ab eo repetijssem, cùm nol
let mihi restituere, fuit mihi per sententiam Titij iu-
dicis ad domum illam restituendam condemnatus. Et
quia adhuc mihi nõ restituit peto rẽ illam mihi ab eo
restitui, & ęstimationem ipsius rei mihi ab eo pręstari,
quam

quam æstimo viginti: ad hoc propono condictinnem
ex l.non ab re.C.vnde vi.Quòd sic rectè concip. libell.
probatur per legem istam. & C. locati & conducti. l.
9 conductores.vel si non vis sic procedere, dices sic.† LIBELLVS. Agoego Rogerius contra Mattinum, quondã
inquilinum meum seu colonum, vel illum cui precario concessi vt vsque ad annum domum illam inhabitaret : vnde cùm finito tempore domum illam nolit
mibi restituere, peto illam domũ ab eo mihi restitui,
& æstimationem ipsius rei mihi ab eo præstari:;rem illam æstimo viginti. ad hoc propono condictiunem ex
l.non ab re.C.vnde vi.& C.locati & cnnduct. l. condu-
10 ctores.†QVAESTIO.Sed his libellis sic opponitur, & in
primis quætitur an ille qui locauit, sit possessione priuatus, propterea quia negatur es parte ennductoris se
nolle restituere, & iustam causam non allegat? Respondeo, de rigore iuris non est possessione priuatus. nam
neque quis inficiando depositum, furtum cõmittit, vt
ff.de furt.l.inficiaudo, & ff. de acquirend. possess.l.possideri.§.si rem apud te.oportet enim ad hoc vt possessione priuer, vel quòd vadeos non admitiar: vel suspicer
me posse repelli, vt espellar ego, vel is cui mandaui rẽ
assigoari, vt ff.de vi & vi arma.l.eum fuodus. & l.colo-
11 ous. QVAESTIO.† Secundò quæritur, quomodò potest
peti pœna, quæ nõdum videtur commissa cum effectu,
sicut superius disi: quia si iste habet restituendi facultatem vsque ad sententiam: ergo pœna cum effectu nõ
est commissa: si non est commissa: ergo peti non potest.
Respondco, imò peti potest. es qno enim noluit domũ
restituere, pœna fuit commissa, & cum effectu: licèt
possit purgari, si rem restituat ante seoteotiam, sicut
superius diai: sic simile contingit in actione, quòd me-
12 tus causa. QVAESTIO.† Vnde qnæsitum fuit à Doctoribus nostris, quando petatur æstimatio? Respõdent ipsi
& dicunt, quòd quidam admittunt, quòd hoc pendeat
ab officio iudicis, quòd deseruit huic legi, siue condictioni l istius. vt si nolit restituere conductnr rem sibi
locatam, vr condemnet eum iudea in rei restitutioné,
& in æstimationem ipsiuorei. sed boc durum videtur,
vt index debeat condemnare super eo, quòd petitum
non fuit. vnde hodiè ita formatur libellus de facto. †
13 LIBELLVS. Ego Rogerius peto à Titio domum talem,
qnam sibi locaui, vel precario concessi mihi ab eo restitui. & si passus fuerit litem contestari contra se, &
sententiam dari, ęstimationem ipsius peto. quam dnmũ
æstimo centum; ad hoc propono condictioοem ea l.cõductores. C. de loeat. seu ex lege. non abre.C. vnde vi.
Et sic iudex sine calumnia in vtrumque condemnare
potest. Dicit tamen dominus Otto coodictionem ex
lege hae habere instar arbitrariæ actionis : vt si restituat ante sententiam, liberetur à pœna. Quidam tamẽ
voluerunt notare, vt post sententiam diffinitiuam latam de re restituenda, æstimationis petitio locum habeat, & non ante, vt superiùs diai: nam ante sententiam rem restituendo pœnam euitat : & sic eum pœna
oon debeatur, dicunt ipsi peti non potest: vt argumeo.
ff.de diuid.l.non quemadmodum. Domino Ioan. visum
est, vt iudea possit conductorem io æstimationem condemnare : quia verum est rem restiutam non esse. &
dicit pœnam ab initio peti posse: quia de contingentibus & simul emergentibus est. Domino autem meo
visum fuit, quòd ab initio æstimatio peti non possit:
post litem enim contestatam committitur, propter
quod æstimatio præstanda est. & iudex potest ea officio suo condemnare conductorem, quia ea quæ post
litem contestatam emergunt, valdè pertinent ad officium iudicis, vt ff. de ædilitio edicto.l.ædiles. §.item
sciendum. Sed omnes istæ responsiones calumnijs subiaceot : quas curiosus & diligens disputator poterit
inueoire.

De alia constitutione, conductores. Rubrica.

1 *Constitutiones, scilicèt, conductores, & non ab re, qua similes facta fuerint,*

PRODITA est constitutin alia similis, contra illos
qui rem alieno nomine tenent, & nolunt restituere, qui puniuntur, vt dixi suprà: & vocatur constitutio illa, conductores, vt C. locati & conducti.l.conductores. & punit illns ad rei restitutionem, & ad æstimationem ipsius rei: vnde omnia quæ dicunrur in cõstitutinne superiori, intelligantur, & bic tacitè repeti-
ta. QVAESTIO. † Sed quæritur cùm dicat Instinianus, 2
quòd nihil simile in hoc libro inueniatur, vt C.de veteri iure enuclean.l.1. in fine primæ columnæ. quare istæ duæ constitutinnes, scilicèt cnnductores, & non ab
re. factæ fuerunt sic similes? & masimè cùm vnus idẽque fuerit auctor vtriusque constitutionis, scilicèt diuus Zenn? Responderi pnsset, quòd l.illa, non ab re.generalior est: quia loquitur in omnibus detinentibus rẽ
aliquam alieno nomine. l.ista, conductores .in duobus
casibus loquitur, scilicèt in illis qui ea locatione, vel
precario tenent. Vel ideo positæ sunt: licèt similes sint
propter diuersitates rubricatum: istam posuit propter
titu.locati. illam posuit propter titul.vnde vi.nam rarò inuenitur similitudo: nisi fortè diuisio, vel replicatio, vel plenior indagatio hoc reijceret: vt C.de veteri
iure enucl.l.1.in prin.vlt.colum.

De constitutione, Christianis. Rubr.

1 *Libellus in Christianis constitutione, quomodo formetur.*
2 *Iudæus vel paganus expulsus de possessione alicuius fundi, interdicto vnde vi, vel si quis in tantam an agere possit.*
3 *Iudæus vel paganus si non vult agere condictione ex l. Christianis. C de pag. sed vi bonorum raptorum, an ei liceat.*
4 *Officialis negligens punitur.*

INVENTA fuit & alia constitutio per Imperatores
Honorium & Theodosium : quæ de summa clementia & bonitate tuetur Iudæos & Paganos, vt ipsoa
quietè manentes, nibil turbulentom & cootra iura tẽtantes, Christiani, (qui verè sunt Christini, vel verè dicuntur esse,) nullo modo offendant, etiam si vellent dieere nos vos offendimus: quia vos Iudæi lege abutimini: & vos Pagaoi legem non habetis : & ideò vos offendimus: quia religionem Christianorum defendere volumus : etsi fortè contra ipsos Iudæos vel Paganos securos, id est, qoi securi sunt & esse debent hac constitutione, violentiam fortè conmiserint, vel rapuerint ipsorum bona, & eainde fuerint conuicti per confessionem, vel per testes, vel quia factum notorium est, ve
estra. de verbor.significatio.c.ea parte, omnia quæ abstulerint vel rapoerint in duplum restituere compellentur. Plus etiam & quoddam mirabile de nouo statuitur, quòd si rectores prouinciarum talia non vindicauerint, sed permittãt hoc fieri ab istis popularibus,
quòd isti tales sæpius mala committant, potiùs quàm
nobiles: ipsi rectores ita puniantur ac si ipsi commisissent, & meritò: nam iudex qui repertum non vindicat,
facinus tegere, vt conscius criminosa festinat, vt C.de
commerc.& mercato.l.2. & Episcopus qui delinquentium peccata non corrigit, magis dicendus est canis
impudicus, quàm Episcopus. nam error cui non resistitur, comprobatur : & veritas cùm minimè defenditur
opprimitur : negligere, quippè cùm possit perturbare
peruersos, nihil aliud est quàm fouere. nam non caret
scropulo societatis occultæ qui manifesto desinit facinori obuiare. Quid enim prodest illi suo errore non
pollui, qui consensum præstat erranti? cõsentire enim
videtur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi debent,
non occurrit. vt in decre.73.distinction. eano. nemo.&
ean. quid enim prodest. Ex hac constitutione formabũc
ita libellum Iudæi vel Pagani passi violentiam vel rapinam contra Christianum violentum, seu rapientem.
4 LIBELLVS. † Agn ego P. Iudæus seu Paganus contra M.
Christianum, qui me de possessione fundi talis quem
possıde-

possidebam, vel per vim ablatam abstulit mihi codi-cem: quare peto possessionem prædicti fundi, seu mibi ablata in duplum ab eo restitui: ad hoc propono con-dictionem ea l. Christianis. c. C. de pag. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit l. prædicta, Christianis. Op-positio. Sed huic libello & huic constitutioni multa obijciuntur. In primis, quia videtur quòd persona Iu-dæi seu Pagani sit omninò repellenda à iure. de Iudæo sic: ipsi enim eorum dominum crucifixerunt: vnde in-ciderunt plusquàm in crimē læsæ maiestatis: & illi qui in crimen illud incidunt, ipsi & hæredes eorum omni iuris beneficio subducuntur: & maximè de illo crimi-ne, quòd in persona principis committitur: quia dam-natur post mortem ipsius memoria. vt C. ad leg. Iuliam maiest. l. quisquis. & l. vltim. Item & qui intercedunt pro talibus, vt eis remittatur offensa, fiunt notabiles, id est, Infames ipso iure & sine venia, vt in prædicta l. quisquis. Item Pagani similiter sunt indigni. nam tam ipsi quàm Iudæi peccant contra legem Dei: quia eius præcepta non sequuntur: vnde iudicantur vesani, vt C. de summa trinitate. l. 1. C. de Iud. & cælicol. l. cælicola-rum. in fine. si ergo patiantur violentiam vel rapinam, frustrà legis auxilium inuocant, qui violentos & ra-ptores puniit: cum ipsi committant in legem, vt ff. de minor. l. auxilium. & extra. de elect. & electi potest. c. bonæ memoriæ. Respondeo, reuera isti tales omni be-neficio videntur indigni: verum ex magna clementia, vt in principio dixi, hoc procedit. sed vnde ista beni-gnitas seu clementia? Respondeo: inde procedit, quia Deus magis est misericors quàm creatura sua, scilicèt Imperator. Noluit enim mortem peccatoris: sed vt ma-gis conuertatur & viuat. & non est Deus sicùt homo terrenus, vindicans iniquitatem parentum in filios: i-mò anima quæ peccauerit ipsa morietur: vt extra. ideò isti Imperatores qui fuerunt huius legis authores ex-empla ipsius Christi in facto secuti, hanc clementiam induxerunt: sicut & aliàs in C. de nup. l. imperialis. & ideò quia Deus vult omnem saluum fieri, & neminem vult perire. Item quia Deus non vult coacta seruitia: ideò ista de summa clementia à legislatoribus statuun-tur: & video optimum simile in filio hæretici, cui, si sit fidelis, bona patria non auferuntur, vt C. de hæreticis. Authentic. Idem de Nestorianis. & est posita in corpo-re Authenticor. Vt cùm, de appellat. cogno. collat. 8. bo-na tamen condemnati in l. Iuli. maiestatis. auferuntur filio, etiam si sit innocens, vt C. ad legem Iul. maiestat. l. quisquis. Oppositio. Item adhuc opponitur. Isti Im-peratores fecerunt quoddam mirabile: quia fecerunt legem specialem contra Christianum pro Iudæo & Pa-gano: & non fecerunt econtrà. quid ergo si Paganus vel Iudæus expellat per violentiam Christianum de pos-sessione alicuius fundi, vel rem mobilem per vim sub-ripiat: qua pœna punietur Iudæus vel Paganus? Re-spondeo: non sine causa sic statuerunt, propter rarita-tem Iudæorum & Paganorum: quia Christiani multi sunt, & pauci Iudæi & Pagani habitant inter illos: id-eò voluerunt, quòd ipsi pauci essent securi inter eos, & sic etiam, sicut à multis intellexi, est in partibus vl-tramarinis: & in Hispania apud Saracenos, quia pauci Christiani habitant inter eos, speciali lege muniun-tur: & magis punitur Saracenus, si Christianum offen-dat, quàm si Paganum, secundum legem communem, vel per interdictum vnde vi, vel per constitut. l. si quis in tantam. vel per act. bonorum raptorum. Iudæi enim communi iure Romano viuunt: & hoc etiam credo de Paganis, quos diuinæ Imperialis clementiæ regit Im-perium, vt C. de Iud. & cælico. l. Iudæi Romano. & C. de summa trinitate l. 1. Sed secundum hoc videtur, quòd minori pœna Christianus quàm Iudæus in re mo-bili puniatur: quia maior est pœna vi bonorum rapto-rum, quæ est in quadruplum computata, vt Institut. vi bonorum rapto. quam pœna constitutionis istius, quæ est in duplum, etiam sine re: quia an res computetur in-fra dicemus. Respondeo: si hoc est: quid mirùm? certè nihil: nam satis est subueniri illis saltem in illo. & con-cordat generale prouerbium: non gaudet vetula quia habet maritum: sed vadit quærendo amicum. Oppo-sitio. Item opponitur tàm in re immobili quàm in re mobili de eo quod dicitur in libello: si Iudæus expel-latur de possessione fundi alicuius, quòd agat in du-plum, & repetat possessionem fundi in duplum sibi re-stitui: primò videtur quòd hoc peti non possit. l. enim illa, Christianis. videtur, quòd tantùm de mobilibus pœnam imponat: quia dicit diripuerunt & abstulerūt. quæ verba cadunt tantùm super rebus mobilibus: vt Institut. vi bonor. raptor. Responden: verba posita, a-liquando pro alijs significationem assumunt: vnde illa verba etiam ad immobilia possunt extendi: sicut & a-liàs. C. de rei vendic. l. domum. Sed quomodò petetur possessio restitui in duplum: cùm enim Christianus si ageret ea natura interdicti non posset petere nisi resti-tutionem possessionis & in simplum: quomodò Iudæus expulsus ageret in duplum condictione ex lege ista: cùm agendo quis pro rebus mobilibus vi raptis nō cō-sequatur, nisi duplum per condictionem ex lege ista, vt hic. Item quid duplaretur? dabitur possessio similis vel æstimatio cùm pretium possit solui? quia aliud est pretium rei, aliud possessiōis, vt ff. vti possidet. l. si duo. §. vltim. Responden: insisto literæ. & ipsi adhæreo: & volo esse Iudæus, & iudaizare cum litera: quia de Iu-dæis agimus: & dico, quòd licèt litera faciat mentio-nem violentiæ: nō tamen de re immobili intelligitur: sed de mobilibus tantùm propter verba illa diripue-runt & abstulerunt, & sic restat quæstio secunda solu-ta quia tunc duplabitur. Quaestio. † Sed nunquid a-get Iudæus vel Paganus expulsus de possessione alicu-ius fundi interdicto vnde vi, vel constitut. si quis in tā-tam. Respondeo & dico, quòd sic: quia iure Romano vi-uunt, vt superiùs dixi. & sic per ista quæ ponuntur in libello de possessione fundi in duplum restituenda, nō bene ponuntur. Item quid intelligis per hoc quod di-cit lex: tu ponis in libello, peto ablata seu direpta in duplum restitui: vtrum totum illud duplum sit pœna? vel vnum simplum sit pœna: & aliud simplum sit rei persecutio? Respondeo: vnum simplum credo esse pœ-nam, & aliud rei persecutionem. sicut etiam in actione in factum de edicto de publicanis: quæ actio est in du-plum, ita quòd vnum simplum sit ibi Rei persecutio, & aliud pœna, vt ff. de public. l. 1. §. 1. & l. licitatio. §. quòd illicitè. vbicunque enim nomen dupli ponitur, signifi-cat vnum simplum Rei persecutionem, & aliud pœ-nam, vt C. de sponsalib. l. vltim. Et hæc est vtilior sen-tentia: vt mitiores simus in pœnis, vt superiùs dixi. Quidam tamen voluerunt dicere, quòd duplum sit pœ-na, simplum sit rei persecutio. & sic minor est pœna, quàm vi bonorum raptorum: quia ibi triplum est, sim-plum Rei persecutio. Sed primum magis placet. Quae-stio. † Sed illud quæritur, si Iudæus vel Paganus non vult agere condictione ex lege ista: sed vult agere vi bonorum raptorum, an ei liceat? videretur quòd sic. vt argument. ff. de public. l. 1. §. 2. Sed respondeo & dico contrarium: non enim do potestatem agendi, nisi quan-tum iura concedunt: cùm omni priuilegio sint indig-ni, vt superiùs dixi. Et sic ex lege, ista nota argument. † quòd si officialis sit negligens, quòd puniatur, vt hic. & C. libr. 10. de susceptor. & arcar. l. 1. & in Authentic. de collatorib. colla. 9. §. iubemus. & §. super hoc. & ff. de sepulchro viola. l. prætor. §. diuus Adrianus. & C. ne sanctum baptism. l. vltim. Alia argument. ad hoc & alia super l. ista dicenda diligens indagator in-quirat.

De constitutione, si constiterit.
Rubric.

1 *Libellus in constitutione si constiterit quomodo forme-tur.*

2 *in Constitutione si constiterit ad quid quæstio de finibus in iudicio delata sit.*

3 *Voluntate sola quomodo aliquis grauiter puniatur.*

4 *Petens & bonam causam habens, an in illius amissione*

puniri possit, & an ipso iure vel per sententiam. & numer. 5.

6 *in Constitut si constiterit. in qua lite aliquis superatus dicatur: & quomodò minus possidens condemnari debeat. & nu. 7.*

8 *Fines qui occupauit, si nullum iugerum habeat, qualiter condemnandus veniat. & nu 9.*

10 *Constitutio si constiterit. à constitutione, si quis in tantam in quo differat, & nunquid cum illa concurrat*

11 *Constitutio, si constiterit nunquid saltem vtiliter quantum ad sententiam locum habeat, si non erat quæstio finium.*

12 *Constitutio si constiterit an domino rei pœnam imponat, quando in veritate fuit dominus ille qui occupauit.*

OCCASIONE finium regundorum fuit prodita constitutio ab Imperatore Constantino: quæ vocatur, si constiterit. & locum habet quotiens aliquis quæstione finium mota ante sententiam, fines illos voluerit vsurpare, punitur: quia & id quod malè petebat, amittit, & tantùm agri modum, quantum adimere tentauerit, amittit, vt C. finium regundor. l. si cõstituerit. Vnde ea hac constitutione sic formatur libellus.
1 LIBELLVS. † Ago ego Rogerius contra Martinum, qui cum contra me coram Sempronio iudice quęstionem de finibus prædij Semproniani mouisset, de tali loco vsque ad talem locum ante latam sententiam à prædicto iudice, authoritate propria ipsos fines, vel ipsum locum vsurpauit: quare peto ipsum puniri in amissione quæstionis, quam contra me mouebat, & in tantum agri modum, quantum vsurpauit mihi de suis prædijs adiudicandum condemnetis. ad hoc propono condictionem ea l. si constiterit. C. fin. regundor. Quòd sic rectè concipiatur libell. probatur per legem prædictam Sed circa constitutionem & libellum multa quęruntur. In primis quod dicitur in lege. *Si constiterit.* quæritur quomodo? Respondeo: per testes vel per confessionem aduersarij. sequitur. *Eum qui detulit finalem quæstionem.* ita construe. *voluisse vsurpare rem sibi alienam prius quàm aliquid sententia determinetur.* Sed
2 quæritur, † quam quæstionem finium detulit ille in iudicio? Respondeo? egit vel petitorio, dicendo quòd fines sui debeant protendi vsque ad talem locum, quem locum suus aduersarius possidebat. vnde ab eo illos fines vendicabat. finium enim regundorum actio mixta est, & in rem & in personam. vt Institut. de actioni. & notatur suprà, in speciali rubrica de actio. finium regundorum. Vel fortè detulit quæstionem super possessorio recuperandæ possessionis: quia dicebat, quòd cũ fuerit in possessione, vel esset talium finium, qui vsque ad talem locum protendebantur, talis aduersarius ipsum de possessione illorum finium expulit. Si enim quęstio esset deducta in iudicium super possessorio retinendæ, quæstio non procederet, quæ in lege ponitur:
3 quia non videtur tunc quis violentiam committere, sed propriam possessionem retinere. QVAESTIO. † Item quæritur super eo quòd dicitur in lege, vsurpare voluisse, quomodò ea sola voluntate sic grauiter punitur? cum cogitationis nemo pœnam patiatur: nisi cogitatio ad actum perueniat, vt ff. de pœn. l. cogitationis. Item quid obfuit conatus: cum iniuria nullum habuerit effectum, vt ff. quòd quisque iur. in alterum stat. l 1. in fine. Respondeo, confiteor quæ opponis vera esse. hic autem voluntas peruenit ad actum. & literam sic lege, vsurpare voluisset, id est, voluntariè vsurpauerit. & similis expositio habetur ff. de rer. diui. l. vltim. ibi transcendere voluerit, id est, voluntariè transcendet: vnde si puniatur ex quo voluntas processit ad actũ, non est mirum. QVAESTIO. Item quæritur in eo quod
4 in litera dicitur. *Amittat quod malè petebat.* † Quid si benè petebat: quia bonam habebat causam: nunquid in amissione illius punietur? Respondeo ita sed ideò in litera dicitur, quòd malè petebat rem, ratione euentus, quem ipse fecit: quia propria authoritate inuasit: & ita dedit intelligere, quòd malè petebat, & malam causam fouebat: sicut ille qui maiorem partem aduocatorum accipit, dat intelligere, quòd iniquam litem habeat, vt C. de postul. l. prouidendum. & sicut tutor qui contrahit matrimonium cum pupilla, dat intelligere, quòd malè tutelam administrauerit, vt C. de interdict. matrimon. l. si tutor. & sicut ille qui numerat pecuniam accusatus de crimine, dat intelligere, quòd crimen commiserit, vt Institut. de pœna temerè liti. & ff. de his qui not. infam. l. 4. §. fina. & l. quoniam. QVAE-
STIO. † Item quæritur in eo quod dicit, *amittat*, nunquid ipso iure an per sententiam? Respondeo: per sententiam? Respondeo: per sententiam, vt notaui suprà, in constitutione, si quis in tantam. Item quæritur, quid est quod dicit. *Sed quo magis vnusquisque suo contentus rem non expectet iuris alieni.* Respondeo: verba illa sunt redditiua rationis: quare legislator sic statuit vt amittat actionem, & puniatur, vt diximus. Ex litera nota argum. notabile, scilicet vt quilibet de suo esse contentus debeat, & aliena non debeat appetere. hac idem in præcepto decalogi, non concupisces rem proximi tui, non vxorem, non bouem, non asinum. hæc etiam sunt præcepta iuris; honestè viuere, alterum non lędere, ius suum vnicuique tribuere. vt Instit. de iusti. & iur. & ff. de iusti. & iur. l. 1. QVAESTIO. Item quæritur super eo quod dicit. *In lite superatus* Quæritur † in qua lite? & 6
quomodo superatus? Respondeo: in lite quæ mouetur modo contra eum super condictione ex l. ista quia agebatur contra eum: quòd durante quæstione fin. reg. ipse occupauerit fines authoritate propria. si superabitur, id est, conuincetur per testes vel per confessionem suam, punietur vt diximus. *Et tantum agri modum quantum adimere tentauit*: Id est, ademit tentando. *Amittat.*
scilicèt per sententiam. † QVAESTIO. Sed quæritur. quid 7
si non habeat tantùm agri, pone occupauit tria iugera finium tuorum, non habet tria iugera: habet fortè vnum qualiter condemnabitur? Respondeo: condemnabitur in illo vno iugero: & pro alijs duobus in æstimationem. Et si opponis, aliud petitur & in alio fit condemnatio? Respondeo, hoc sæpè contingit: & maximè vbi necessitas est in causa. Nam & in rei vendicatione quis condemnandus est in rei restitutionem: sed si certum sit illum non possidere, cõdemnatur in interesse. vt ff. de rei vendica. l. qui restituere, & ff. de verbor. ob-
ligat. l. in executionibus. QVAESTIO. † Quid si nullum 8
habeat iugerum ille qui occupauit fines qualiter condemnabitur? Respondeo, Quæstio ista non procedit. nunquam enim iudicium finium regũdorum potest ab aliquo intentari, nisi habeat vicinum fundum. ratione enim ipsorum finium prædiorum actio illa fuit inuenta: sicut & aliàs diximus in seruitutibus prædialibus: nulli enim nisi habenti prædium, & ab habente prædium seruitus potest imponi: vt Institu. de seruitu. & ex-
pressim legitur ff. fin. regundor. l. 1. 2. & 3. † QVAESTIO. 9
Item quæritur, quid differat constitutio ista à constitutione, si quis in tantam. Respondeo, ibi notaui: sed respondeo hæc est specialis, illa generalior: hæc locum
habet ante. QVAESTIO. † Item nunquid illa concurret 10
cum ista. Respondeo, non: sicut & ibi dixi. † QVAESTIO. 11
Item quæritur, nunquid habet locum hæc constitutio, saltem vtiliter quantum ad sententiam, si fortè non erat quæstio finium: sed fortè rei vendicatio intentabitur, vel aliqua alia actio realis, & post litem contestatam, ego rem illam occupaui seu inuasi: nunquid punior saltem vtiliter? Respondeo, quidam dicunt, quòd non: quia in pœnis non de similibus ad similia proceditur, cum sint restringendæ, vt ff. de pœn. l. penul. sed nõ esset absonum considerata ratione. l. istius contra illa
verba: sed quomodò magis &c. † QVAESTIO. Item quę- 12
ritur, an lex ista imponat pœnam domino rei, quando in veritate fuit dominus & occupauit? Respondeo, sic vt suprà dixi: & in hòc differt ab illa constitutione, si quis in tantam: quia ibi dominum punit solummodò

in

in amissione dominij, aliam pœnam non imponit: hæc imponit pœnam aliam: quia amittit ius, & soluit tantumdem de suo. Sed videtur, quòd hoc durum sit: & satis posset admitti, quòd loquatur præsens constitutio in illo qui non fuit dominus: & hoc posset assumi ea illa litera: in lite superatus. & tunc eaponitur in lite finium. q.d. quòd nullum ius habebat in finibus. Item & ea litera illa: quòd malè petebat: & sic nō videtur quòd habuerit ius in re, vel quòd fuerit dominus. Tu autem elige cui dicas, tu mihi sola places.

De constitutione, si qui desideria.

Rubric.

1 *Constitutionis, si qui desideria, quot dicta esse dicantur.*

2 *Aduocatus habens instrumentum, in quo clientulus pro salario promisit sibi domum vel prædium, quòd propria authoritate occupauit, in quibus puniatur.*

3 *ad Aduocati auxilium & patrocinium nunquid quilibet recurrere debeat.*

4 *Clausula, desideria sua explere cupiens, quid importare debeat.*

5 *ex Pacto nudo an in casu constitutionis si qui desideria agi possit & qua actio concedatur. nu 6.*

7 *Verbum reddendi, & per so dandi significationem habet.*

8 *Actio quæ datur aduocatis pro salario quænam sit.*

9 *in Rebus immobilibus transferendis pro salario: siue æstimatis, siue inæstimatis tria necessaria sunt.*

10 *Scriptura duplex quo casu necessaria sit.*

11 *Scriptura in constit. si qui desideria an publica esse debeat, vel priuata vna, altera publica.*

12 *Restitutio possessionis in constitut. si qui desideria, quòd fiat, & quòd ille puniatur: quo iure fieri debeat.*

13 *Libellus in constitutione si qui desideria, quomodo formatur.*

14 *Constitutio si qui desideria illa an de re mobili, vel immobili loquatur.*

15 *Restitutio in constitut. si qui desideria an cum fructibus fieri debeat.*

16 *Aduocatus si nondum præstitit patrocinium, & prædium occupet pro salario promissum: an stultè clientulus agat, si contra ipsum quæstionem moueat causa durante: quam aduocatus patrocinio suo tractare debet.*

17 *Constitutio si qui desideria, quid differat ab edicto diui Marci & constitutione, si quis in tantam.*

20 *Per sententiam an ipso iure in casu constitutionis si qui desideria aliquis excludi debeat.*

SEQVITVR & alia constitutio contra violentum & vocatur, si qui desideria, C. de suffrag. l. vnic. quæ licèt quantum ad violentiam in vltima sui parte tractatus posset breuiter eapediri: tamen illa quæ in tota lege sunt notanda notabimus: quia quotidiana sunt &
1 vtilia valdè. † Quinque sunt dicta legis istius. Primum, si aliquis vult habere aduocatum, vel suffragium alicuius in causa, ea quo aduocatus promisit se præstiturum patrocinium, salarium quod promisit exsoluat. Secundum, si non vult soluere, debet ad soluendum compelli. Tertium, si promissum salarium sit in pecunia, sufficit facta traditio ipsi aduocato ab illo clientulo: dominium enim quæritur aduocato. si autem pro salario debebat dari domus vel prædium, duplea scriptura videtur quòd sit necessaria. Prima de conuentione & traditione rei. Secunda, quòd contractus sit ex toto celebratus: aliter dominium rei immobilis in ali-
2 um transire non potest, & à veteri iure discedere. † Quartum dictum tangit materiam nostram de violentia: pone quòd aduocatus habet instrumentum, in quo clientulus pro salario promisit sibi domum vel prædium: confidens illo instrumento prædium illud authoritate propria occupauit: punitur in duob. Primò, quia possessionem restituit, & excluditur à petitione promissi: quia non dubitauit inuadere quod petere debuisset. Videamus de singulis, & primò videamus de primo dicta. *Si quid desideria sua explere cupientes.* Indefinitè dicit de omnibus: quia dicit si qui, id est, de omni-
bus: hoc est, si aliqui. † Sed quæritur nunquid recurrit 3
quilibet ad auxilium & ad patrocinium aduocati? Respondeo, consilium est quod sic: si etiam sapientissimus sit, consulo quod habeat aduocatum: & ego licèt non multum sapiens, tamen in causis proprijs habui aduocatum: & est ratio, quia tanta est affectio quam quis in causa propria habet, quòd in proprio facto cæcus est.
QVAESTIO. † Item quæritur, quid est quòd dicit, deside- 4
ria sua explere cupientes? Respondeo: officium aduocati in eo est, quòd amici sui desiderium expleat, vt ff. de postul. l. 1. circa princip. non est in mundo quòd plus desideret clientulus, quàm habere patrocinium aduocati: quia per ipsum credit côsequi desiderium suum: & sic est obediens, adeò quòd vocatos clientulus, & in cœlum si iusserit ibit. *Ferri sibi à quoquam suffragium postulauerit.* subaudi perito & caue tibi ne sub nomine aduocati, recurras ad consilium alicuius insipientis, ne mala electio sit in culpa: & de se queratur. qui parum sibi idoneum aduocatum assumit, vt ff. si agri mēs. falsum mod. dixe. l. 1. ff. de actionib. & obligatio. l. s. ff. pro socio. l. socius socio. In curia tamen ecclesiæ Romanæ, & fortè idem in alijs curijs, & in curia Imperiali (in quibus curijs omnes vocantur magistri:) omnes vocantur iudices siue aduocati, habent magnas capas, maximos capillos, maxima birreta: quia nuncius ex verbis & intra se crescit in altum cū est bene vestitus. venit aliquis simplex & nouus quærit aduocatum, dicitur ab aliquo proxeneta ecce magister Rofredus talis est: sapientissimus est: ille videns eum & audiens nomen magisterij, videns eum bene vestitum decipitur: quia. VERSVS. Vir bene vestitus, pro vestibus est peritus, Creditur à mille, quamuis idiota sit ille. Si careas veste, nec sis vestitus honeste. Nullius es laudis: licet scias omne quod audis. Quòd ergo dicit: A quoquam, vt dixi, perito: iste enim aduocatus non fuit peritus: quia authoritate propria rem sibi debitam occupauit, vt in fin. dicitur. multi tamen stulti propter vilia salaria miseros aliquando eligunt aduocatos. SVFFRAGIVM, id est, patrocinium, quòd præstat aduocatus clientulo: vnde aduocati dicuntur suffragatores: quòd Bononiæ laicis & imperitis iuuantibus partes attribuitur. Dicitur etiam suffragium, id est, ipsum salarium quod datur aduocato: & tunc impropriè: alibi dicitur honorarium, vt ff. de var. & extraordina. cognit. l. 1. §. diuus. & dicitur etiam merces, licèt impropriè, vt ff. locati & conduct. l. qui operas §. aduocati. nām ciuilis scientia seu sapientia, cuius ministri sunt aduocati, est res sanctissima numerario precio non dehonestanda, vt C. de proxeneticis. l. quisquis. & ff. de varijs & extraordina. cognit. l. 1. §. proinde. Sed fortè de professoribus seu præceptoribus dici potest. hodie tamen aduocati bene possunt dici locare operas suas. quia in curijs se venales exponunt: maximè in curia domini Papæ & domini Imperatoris prostant. & in quæstu prò meretrice sedent. se venales exponunt. sicut equi venales: occurrunt venientibus: domine bene veniatis, quid habetis facere in curia: si vobis est necessarium meum seruitium, præcipiatis: quis vnquam magis locat operas suas? In partibus etiam vltramontanis locant operas suas diurnas, & continuant dies sicut qui datent nuncios ad vecturam; & sic secundum quòd ista diuersa nomina assumunt, dicuntur aduocati, vt C. de aduocat. di. iudi. l. aduocati. dicuntur suffragatores, vt in l. hac. de suffrag. dicuntur patroni, vt ff. de aduocat. diuer. ind. l. dicuntur rogati, vt C. de lud. l. properandum. in fin. & hoc à genere vestimentorum: habent enim isti aduocati hypocritæ vestimenta talaria vsque ad talos: vt ex genere longorum vestimentorum videantur hominibus rabbi. *Et ob referendam vicem se constrinxerint sponsione illi.* clientuli. quasi dicat

constringunt se sponsione salarij, id est, quia promit-
sunt salarium aduocato ob referendam vicem. id est, vt
recompenset laborem illius: & sic salarium cedit iure
5 beneficij. QVAESTIO. † Item quæritur, quid est quòd
dicis responsione: videtur quòd nudum pactum inter-
uenerit: si ergo nudum pactum interuenit, quid pro-
derit? ex nudo enim pacto non agitur, vt C. de contra-
hen. & committ. stipulat. l. nuda. & ff. de pact. l. iuris
gentium. Respondeo, verum est regulariter, quòd ex
nudo pacto actio non quæratur: hic tamen secus. nam
aduocatis, obstetricibus & medicis: ecce bona socro-
sas: dicitur extra ordinem ius, id est, ex nudo pacto da-
tur eis actio, vt ff. de var. & extraord. cogn. l. 1. & §. 1. &
ideò dicitur extra ordinem. quia cum de iure ordina-
rio ex nudo pacto non detur actio: hic quòd detur a-
6 ctio, extra illud ordinarium ius est. QVAESTIO. † Sed
quæ actio dabitur? Respondeo, condictio ex lege ista,
vel ex l. 1. ff. de varijs & extraordina. cog. Et do de hoc
tibi regulam generalem, quòd vbicumque lex dicit,
quòd ex pacto nudo possit agi: intelligas condictione
ex lege illa quæ hoc inducit. Sed mirum est, quòd ad-
uocati cùm sint vel esse debeant in iure periti, cum po-
tuerint sibi per stipulationem prouidere, & per nudũ
pactum contraxerint: quare eis detur actio? cum inu-
tilis acceptilatio facta inter iurisperitos etiam vim pa
cti non habeat, vt ff. de acceptilati. l. an inutilis. si igno
rauit imputet sibi. quia turpe est patricio, id est, aduo-
cato causas tractanti ius in quo versatur ignorare, vt
ff. de orig. iur. l. 2. §. post hos Quintus Mutius. sed ratio
fortè illa fuit: quia voluit legislator quòd aduocati pa
ctiones non contrahant cum clientulis suis: sed sint cõ
tenti eo quòd clientuli offerunt, vt C. de postul. l. quis-
quis & ff. de var. & extraord. cognit. l. 1. ideò ea quo de
propria liberalitate clientuli offerunt, debent com-
pelli ad illud præstandum. sicut & in donatione, vt C.
de donatio. l. si quis argentum. *Promissa restituant*: id
7 est, dent vel præstent. † nam verbum reddendi, & per
se dandi significationem habet, vt ff. de verborum sig-
nificat. l. verbum reddendi. & simile verbum habes ff.
de lega. 2. l. cum quidam. vbi ponitur verbum restitue-
re, pro dare. & prosunt ista argumenta notare, pro eo
quòd sæpè ponitur in libello in causis quotidianis. di-
cunt aliquando aduocati in libello: ago contra Titium
vt restituat mihi decem, quæ sibi mutuaui. Item ago cõ
tra talem, qui intulit mihi dãnum in vinea mea, quòd
æstimo 10. vnde vt illa 10. mihi restituat, ago contra il-
lum. oportet vt illud verbum, restituat, appositum in
libello ea ponatur sicut dixi: alioquin libellus malè cõ
ciperetur: cum pecunia, quæ fuit data mutuo, transiu-
erit in dominium debitoris: & illa nunquam peti po-
sest, vt restituatur. Item nec æstimatio damni, quæ nun-
quam fuit tua cuius nunquam habuisti possessionem.
Cum ea quæ optauerint consequantur. litera ista potest
legi duobus modis primum vt salarium sit soluendum
aduocato in principio causę: & erit intellectus, ex quo
clientulus vadit ad aduocatum, vt præstet sibi patroci-
nium, & ille promittit se præstaturum, iam obtinet de-
siderium suum: & sic salarium soluat. & sic ista dictio,
cum, ponitur causatiuè, pro quia. & quòd salarium sic
soluendum in principio habes argum. ff. communia de
seruituti. l. venditor. vbi dicitur, prius exhibendum sa
larium antequam lapidicinæ cedantur. Potest legi &
alio modo, vt talis sit intellectus, vt in fine causæ detur
salarium aduocato. & est argumen. ad hoc C. de iudi. l.
properandum. §. vlti. & ponetur tunc hæc dictio, cum,
pro quando: vt sit aduerbium temporis. & sic non con-
tradicit l. illa, properandum. Vel aliter, l. illa, prope-
randum. non dicit, quòd in fine causæ detur salarium,
sed dicit honorarijs præstandis: subaudi, in principio.
& quòd dicitur in l. præsenti, cum ea quæ optauerint:
non intelligas victoriam causæ. sed optauerunt patro-
cinium habere illius aduocati. & hic est melior intel-
lectus. & vtilior pro nobis aduocatis. & hoc consulo
vt in principio faciatis vobis solui salarium: quia scri-
ptum est nobis & medicis, dum dolet accipe, alioquin
si finem expectabis, pauci essent qui salarium soluerẽt:
nisi fortè tibi per pignora cautum esset: ille enim in-
tellectus quòd in fine causæ deberet solui salarium ma
lus est. quia secundum illum intellectum illud assume-
retur, quòd tunc demum solueret salarium clientulus
quando in causa obtineret: tunc enim cõsequitur quòd
optat: non autem quando succumbit. *Si artibus mo-
ras nectant.* hoc facit cõtra multos clientulos, & mul-
tos de illis inueni. dico eis soluite salarium: & ipsi di-
cunt, cras soluemus. Illud cras nunquam venit: nã Vir-
sus. Dum cras post cras dicis, dona tardantur amicis. &
alibi. mille futura dedi. Sed quid erit de mille futuris
quæ sine præterito mihi. & alibi. Denigrat dantis mo-
ra: dataq; raptim munera plus laudis, plusque fauoris
habent. annectunt ergo moram artibus. i. per artes mo-
ram adinueniunt: quia dum quæro ab eis salarium: &
ipsi dicunt, non inueni campsorem in cuius tabula pe-
cuniam habeo: nuncium misi, citò veniet: & his simi-
lia. *Ad solutionem modis omnibus coartãdi sunt.* subaudi in
litera, maximè. quia siue annectunt moram artibus, si- 8
ue non: nihilominùs soluere tenẽtur. QVAESTIO. † Sed
quæritur quo iure coartentur illi clientuli ad solutio-
nem? & quæ actio detur aduocatis contra clientulos
pro salario? Respondeo: aut salarium fuit promissum
stipulatione interueniente: putà promittis, promitto.
& tunc si incertum: putà, de faciendo domo: de scribẽ-
do codice. quia omne factum hominis est incertum, vt
ff. de verb. obli. l. vbi autem non apparet. §. qui id quod
in faciendo. tunc competit actio ex stipulatu. vt Instit.
de verb. oblig. in princ. vbi autem conuentum fuit om-
ninò incertum salarium, tunc nullo modo peti posset.
vt ff. manda. l. salarium. & C. manda. l. salarium. Si autẽ
sit certum salarium: putà 10. agetur condictione ex sti-
pulatione, vt ff. si certum peta. l. si quis certum. Si autẽ
stipulatio non interuenit, sed nudũ pactũ: tunc agetur
condictione ex l. ista. vel ex l. 1. ff. de varijs. & extraord.
cog. Si autem pactum nudum non interuenit, sed pol-
licitatio: tunc implorabitur officium iudicis, vt ff. de
var. & extraord. cog. l. 1. de quo tractaui suprà in rubri.
speciali de officio iudicis, quo salaria petuntur. *Sed
quid in auro &c. traditio sola sufficit.* Quare hoc dicit?
propter sequentia, vt si res immobilis detur pro sala-
riò, quòd aliud debeat seruari, sicut ibi dicetur: & opti
mum est salarium istud, quòd datur in auro vel argen-
to, siue in pecunia siue in massa. vt ff. de auro & argento
leg. l. 1. §. vltim. & ff. de solutionib. l. Paulus respondit.
Vel in alijs rebus mobilibus. Dantur ergo pro salario &
equi & pelles variæ & grisiæ & marturinæ, & oues &
vaccæ: & aliquando in talibus recepi salaria: & multis
aduocatellis dantur pelles hædinæ & caprinæ: & ali-
quando vidi quæstionem inter illos de pellibus corro-
sis à muribus pœnes aduocatum, vt alias. ff. locati & cõ-
ducti. l. Item quæritur. §. si fullo. *Quoniam collatio rei
mobilis iusta integra fide ac ratione cumulatur.* Ista verba
sunt redditiua rationis: quare traditio sola sufficiat in
rebus mobilibus. sufficit enim quantum ad translatio-
nem dominij, si dominus fuit ille qui tradidit: si non,
paratur aduocato vsucapiendi conditio, vt arg. ff. de dã
no infec. l. si finita. §. Iuli. & §. illud quæritur, & ff. si ex
noxa. causa agatur. l. 2. Item illa verba illum habent in-
tellectum: collatio rei mobilis inita, id est, data: id est
res mobilis quæ confertur, datur loco patrocinij præ-
stiti, secundum vnum intellectum: seu præstandi, secũ
dum alium: quia aduocatus præstitit patrocinium vel
præstare debet: & tu clientule das sibi rem illam mobi
lem loco salarij: cumulatur, id est, recipit perfectionẽ:
integra fide, quia clientulus fidem seruauit aduocato
de dando salario: ecce dedit & hac ratione: quia de iu-
re est quòd quis fidem seruet: & graue est probo viro
fidem frangere, vt ff. de constitut. pecu. l. 5. cum nihil
magis congruat bonæ fidei, quàm ea quæ placuerunt,
inter contrahentes seruari, vt ff. de acti. empt. l. ea em-
ptu. *Quod si prædia, &c.* † Nota quod in rebus immo- 9
bilibus trãsferendis pro salario siue æstimatis siue inę-
stimatis

stimatis tria sint necessaria: imò quatuor. Primum, vt pactum vel stipulatio præcedat de re illa immobili dãda pro salario. Secundum, vt interueniat scriptura in qua contineatur, & dicat clientulus. ecce ego transfero dominium talis prædij in aduocatum meum pro patrocinio præstito seu præstando. Tertium, quòd sequatur traditio corporalis, id est, rem illam corporalẽ tradat. Quartum, quòd interueniant gesta .i. scriptura publica in qua contineatur sic: quòd dum conuentio esset facta inter talem aduocatum ex vna parte: & talem clientulum ex altera, de patrocinio ipsi clientulo præstãdo, & clientulus ipse promiserat aduocato pro suo salario tale prædium, & illud prædium corporaliter sibi assignauit ad notitiam futurorum sciant cuncti omnia
10 ista esse completa. QVAESTIO. † Verùm autem duplex scriptura sit necessaria? Dominus meus dicit, quòd vna sufficiat, in qua totum contineatur: sicut in l. illa de facto euenerat: alij dicunt, quòd duæ sint necessariæ sicut litera dicit: habes simile in adscriptitio, in cuius creatione duæ scripturæ sunt necessariæ, vt C. de agricol. &
11 censi. l. cùm scimus. QVAESTIO. † Sed vtrum vtraq; scriptura debeat esse publica: vel priuata vna & altera publica? Respondeo, conueniunt in hoc omnes, vt prima scriptura debeat esse priuata: secunda publica. & si dicas quod vtraque debeat esse publica, non esset absonum: imò sine calumnia procederet: cùm priuatæ scripturę fides non adhibeatur, vt C. de probat. l. exemplo. & l. rationes. & l. instrumenta. Et nota vnicum casum inter alios, vbi scriptura necessaria est: sicut & aliàs C. de fide instru. l. contractus. & C. de iure emphy. l. 1. & 2. & in testamento solenni, vt C. de testamẽt. l. hac consultissima. & in donatione excedente legitimam summam, vt C. de don. l. sancimus. & quando hoc agitur inter contrahentes, vt in scriptis contractus celebretur, vt in C. de fide instrumentor. l. contractus. & sic in casibus istis & similibus scriptura est de solennitate: aliàs de iure communi scriptura fit causa memoriæ, vt C. de probat. l. cum tes. vnde ex hoc loco dixit dominus B. quòd vbi vẽditio debet in scriptis fieri, si sequatur traditio ante scripturam completam quod dominium nõ transfertur. P. verò econtra cuius sententia magis placere debet. nam & alias indebito soluto transfertur dominium. in lege enim ista ideò non transfertur, quia gemina scriptura necessaria est. *Quod si quis dum solo commonitorio nititur suffragio &c.* Quasi dicat, si aduocatus nititur solo suffragio commonitorio, quòd cõmouere debet partẽ ad soluenda promissa: vel forsè aduocatus multotiens monuit clientulũ, vt daret sibi salarium, & clientulus procrastinabat. ille nitens ex suffragio promisso vel præstito, (credens fortè posse authoritate propria rem promissam occupare.) authoritate propria occupauerit. *Rem retinebitur violentia ac temeritatis* est endiadis, id est, propter temerariam violẽtiam. sed quomodò erit Reus? Respon. ita quòd possessionem rei occupatæ restituet, & amittit ius quòd habet: & assignatur ratio: *Quia non dubitauit inuadere,*
12 *quod petere debuisset.* Ideò sola vltima particula pertinet ad materiam nostram. scilicèt de cõstitutionibus, quæ violentiam puniunt. QVAESTIO. † Sed illud quæritur quo iure fient ista. scilicet, quòd fiat restitutio possessionis, & quòd ille puniatur qui sic occupauit? Respõdeo, condictione ex lege ista? quia vbicunque per legẽ inducitur, quòd possimus agere, & non est cautum per
13 legem illam, quo genere actionis experiamur: condictione ex lege agitur, vt ff. de condict. ex lege l. 1. Vnde in parte ista cõcipiet act. libellum. LIBELLVS. † Ago ego R. contra M. cui cum promisissem pro salario equũ meum vel prædium meum, tale: vel domum talem, ipsa authoritate propria equum ipsum, vel prædium seu domum meam sibi promissam pro salario suo occupauit. quare peto possessionem ipsius equi, prædij vel domus mihi restitui: & ipsum à petitione salarij, quòd à me amodò petere non possit per sententiam vestram excludi. ad hoc propono condictionem ex l. vnica. C. de suffragio. Quòd sic rectè concipiatur lib. dicit lex prædicta C. de suffragio. QVAESTIO. † Sed quæritur vtrum lex illa loquatur de re mobili, an immobili? Respondeo, de vtraque: quia non esset ratio quare aliud in re mobili, quàm in immobili, quantum ad possessionem restituendam, & quantum ad hoc vt puniatur ille aduocatus, qui sic occupauit: & licèt in l. dicatur occupauit: (quòd verbum pertinet tantum ad rem mobilem, vt Instit. vi bonor. raptor.) tamen & idem in re immobili, sicut dixi. Hæc tamen est differentia inter rem mobilem & immobilem quantum ad dominium transferendum, sicut suprà dixi. & alibi est differentia inter dominium rei mobilis & immobilis amittendũ, quia citiùs amittitur: scilicèt, per vsucapionem, quã rei immobilis, in cuius dominio amittendo necessaria est præscriptio. hoc ideò: quia rei mobilis vilis neglecta atque dimissa custodia est, vt ff. de acquir. possess. si rem mobilem. OPPOSITIO. Item quæritur super isto libello: non videtur, quòd procedat petitio quantum ad vltimam partem libelli: aduocatus, quòd occupauit, vt debeat restituere ratio est: sed qualiter excludetur a petitione quam non proposuit: si enim aduocatus salarium peteret, posset clientulus petere, quòd à petitione excluderetur? & facit multum quæstio ista pro libellis, qui consueuerant fieri in curia Romana antiquitus: petebatur enim contra non agentem, vt restitueret talem prębendam seu tale beneficium: & super illa sibi perpetuum silentium imponeretur: hodie tamẽ talia libelli reprobantur: vt petam silentium imponi illi qui nihil à me petit: & sic secundum ista videtur, quòd libellus sit male conceptus. Respondeo, non videtur in alijs casibus: ideò libellus ineptè formatus. quia ego illi qui à me petere possit, obligatus non sum: vnde impropriè dico, peto illi silentium imponi: sed in casu præsenti bene dico: domine peto per sententiam vestrã ipsum à sua petitione excludi, quòd à me non possit salarium petere, ad quòd dandum sum obligatus. Multi tamen metu quæstionis illius dicunt in hac parte sic concipiendum libellum: peto per sententiam vestram pronunciari, quòd à me amodò petere non possit salarium, quòd promisi, vel ipsum puniri in amissione actionis seu petitionis, quæ pro salario sibi competere posset. QVAESTIO. † Sed nunquid fiet restitutio cũ 15
fructibus? Respondeo, vtique cum possessio debeat in pristinum statum restitui: & restitutio sit prioris status reintegratio, vt ff. de mino. l. quòd si minor. §. restitutio. & ff. de vsur. l. videamus. & ff. de ver. sig. l. penul. QVAESTIO. † Sed pone quòd aduocatus nondum præstitit patrocinium, occupat prædium sibi pro salario promissum: nonne stultè agit clientulus, si contra ipsum quæstionem mouet durante causa quam aduocatus debet patrocinio suo tractare? Respondeo, si vult potest: sed de consilio meo quærat sibi alium aduocatum. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd non possit agere clientulus contra aduocatum: nam dolo facit, qui petit quod statim restituturus est, vt ff. de doli exceptio. l. dolo facit. Respondeo: friuola fuit hæc quæstio propter duo. primum cum aduocatus sit puniendus in amissione actionis seu petitionis seu pro salario: ergo non tenebitur clientulus illi aduocato rem promissam pro salario soluere. Item quando tenetur, non habet locum regula illa in possessorio, sicut scitur propter odium violentiæ & fauorem spoliati. QVAESTIO. † Item quæritur quid differat ista constitutio ab edicto diui Marci, & constitutione, si quis in tantam? Respondeo, ista specialissimè loquitur in casu aduocati: illæ constitutiones generalissimæ sunt. QVAESTIO. † Vltimò quæritur in eo quod dicit in hoc casu, *eo à petitiãe excidat. &c.* nunquid ipso iure, an per sententiam? Respondeo, per sententiam: sicut & notaui suprà in constitutione, si quis in tantam.

The numbers 14, 16, 17 and 18 in the right margin stand beside the lines beginning "prædicta C. de suffragio. QVAESTIO.", "QVAESTIO. † Sed pone quòd", "& fauorem spoliati. QVAESTIO." and "neralissimæ sunt. QVAESTIO." respectively.

De constitutione authenticæ, imò quæ est C de action. & oblig. Rubric.

1 *Authentica nunc C de oblig & actio de quo creditore loquatur: & de quo retinente: & qualiter intelligatur: an retineat ex conuentione: an inuitum nu 1.*

3 *Authentica imò.C.de oblig.act.quid sit quod dicitur circa primam pœnam.*

4 *Creditor in casu authen.imò. C.de obli.& act.an per sententiam, vel ipso iure cedat.*

5 *Tantundem, in casu authen imò. C.de oblig & act.quid significare habeat.*

6 *Retentus si consenserit,& sic volens retineatur, & non inuitus: quid iuris.*

7 *Inuitus si quis retineatur, & actionem habeat: qualiter cum retinente agatur: & quis pro eo agat.*

8 *Constitutio auth.imò C.de obligat & action.cùm de parentibus mentionem faciat, de quibus parentibus intelligi possit.*

9 *Creditor in casu authent.imò. C.de obliga & act quibus pœnis subijciatur, & nunquid omnes pœnas patiatur. & num. 6.*

11 *Homo liber pro pace & treuga formanda an absens dari possit.*

12 *Libellus in authen imò.C.de obliga.& act.quomodò formari debeat.*

13 *Libellis diuersis porrectis, an simul procedatur: vel expectetur finis ciuilis: & postea criminalis exhibeatur.*

INducta est & alia constitutio cōtra violentum, quæ sæpè de facto occurrit: & est in corpore Authent. vt nul.iudi.lic.loc.seruator.hab.collat. 8. §.quia vero. & est posita in C.de actioni. & obligat. super l. illa, nb æs.& incipit, imò.cauebatur in iure, quòd propter æs alienum liberi homines creditoribus non seruiant. huius legis intellectus secundum quosdam sic sumitur, quòd propter æs alienum liber homo non fiat seruus creditori. quia liberi priuata pactione serui fieri non possunt, vt C de liberali causa.l.liberos. Item & sumitur alius intellectus secundò, quòd si ego pecuniam debeo alicui creditori, & volo dare sibi filios meos, vt sint serui creditoris, certè iura non patiuntur. Tertiò modo etiam ponitur casus. Ecce debeo pecuniam creditori meo: cùm non haberem vnde redderem: cum eo conueni, vt sibi seruirem perpetuu: subaudi, iura non patiuntur.& est ratio: quia non multum distat a seruo, cui non datur libera facultas recedendi quo velit, vt ff. de libero homine exhi. l. 3. Prima positio est indubitabilis: & ideò non est multum necessaria vel vtilis, quia nullus de illa dubitaret. Secunda positio recipit oppositionem: nunnè potest vendere filium suū tempore famis. vt C.de patrib. qui fil. distra. l.1. adeò quòd possit alium dare pro illo filio vendito, & illum recupetare, vt C.de liberali causa.l.1.& si potest illum vēdere pro seruo: ergo & dare potest pro seruo creditori, vt eis soluat æs alienum. Respondeo, non est ita: ibi permittitur vt famem possit pater euitare, vt vendat filium. quòd in casu præsenti non est. Tertia positio recipit obiectionem. nonne mercennarius potest mihi locare operas suas pro pretio, vt ff.locati & conducti.l. qui operas & C.locati & cōducti.l. si hi.& C.de ingen. ma.l.si vestrā. & non solum ad tempus, imò videtur quòd in perpetuum: quia condemnatur ad interesse, vt ff.de re iudicat. l.si quis ab alio.& arg.ff.de oper.no.nunci.l.stipulatio. §.nunc autem,& argu.ff. de aqua plu.arcen.l.si tertius. §.officium. Item quia potest seruire per alium, vt argu. ff.de sol.l.inter artifices.& C.de caduc. tollen.l.vnica. & in Authen.de sanctis.episcopis.collat.9. Item operæ hominis locari possunt, vt ff. de vsufruct. leg. l. 2. & 3. Respondeo, positio illa tertia benè sedet, quod perpetuò non possit quis seruire alicui pro pecunia vel pro ære alieno, arg.ff.de libero homine exhi.l.3.& ff.de cōdi.& demon.l.Titio. ad tempus autem locare potest: & in illo casu intellige leges superiùs allegatas. & quòd legitur ff. de vsufruct. leg. quod operæ hominis legari possunt: hominis non liberi sed serui: de operis enim seruorum agitur, sicut & dicit specialis. Rubr.de operis seruorum: si enim perpetuò quis vellet seruire pro ære alieno, hoc prohibetur in lege ista.& videretur cō tractus ille celebratus gratia onerandæ libertatis: & id

eò non teneret, vt ff.quart.rer.act.non da. l. 1. & [illegible]
habes in pacto diuisionis: n[illegible] si faciamus pactum [illegible]
vnquam diuidamus: tale pa[illegible] nullum est. si autem
fiat, vt ad certum tempus nō di[illegible]damus, pactum valet,
vt ff.communi diuidundo.l in hoc iudicio. §. si conue-
niat. Sed licet pro ære alieno liberi seruire prohibean-
tur: tamen est casus & olim & hodie in quo liber homo
seruit pro ære alieno: putà, in redempto ab hostibus:
nam si liber homo fuit captus ab hostibus, factus fuit
seruus hostium, vt Instit.de iur.personar.& ff. de capi
& postlim.reuer.l.hostes. si aliquis emit illum ab hostibus,
& emptus non habeat vnde pretium reddat, po-
test seruire pro pretio per quinquennium: & hoc ideò
ne retrahantur emptores, vt non emant istos captiuos
ab hostibus, vt C.de capti.& postli.l.vltim. Item est &
alius casus, vbi liber homo seruire potest: si liber ho-
mo sit validus & mendicans, possum ipsum capere vt
mihi seruiat & dare sibi necessaria, vt C.libr.10.de va-
lid.mendican.l.vna. Venit ius nouum non corrigēs ius
antiquum: sed addens sicut multotiens contingit, vt
C.de senten.& interlocut. l.nemo.& Authent. & con-
sequenter.& imponit pœnam creditori triplicem. Pri-
ma, si retineat liberum hominem pro debito, cadit à
debiti petitione. Secunda, quia tantundem dabit retento
vel parētibus eius. Tertia, quia ipse creditor pœnis
corporalibus subijcietur, vt in Authen. vt cum, de ap- 1
pellat.cogno.§.quia vero collat. 8. QVAESTIO.† Videa-
mus de singulis: & primò quæramus de quo creditore
authentica ista loquatur? Respondeo, de quolibet in
telligo, & specialiter in creditore ex causa mutui, vt
ff.de verb.signific l.creditores.† QVAESTIO. Item quæ- 2
ritur de quo retinēte, & qualiter loquatur an retineat
ex conuentione, an inuitum? Respondeo, de vtroque
loquitur, sicut etiam intelligitur l antiqua: & est maxi
mè contra Bononienses, & contra potentes Lombar-
diæ: qui pro minimo debito homines captiuos deti-
nent: & vidi de facto & Bononiæ & Parmæ: sed ipsi di-
cunt hoc se habere ex constitutione ciuitatis: licèt du-
rum & miserabile statutum sit & de summa seruitute:
licèt ipsi dicāt quod summa libertas sit in Lombardia:
nam video quòd contra legem est, de pecunia mutua
loquimur: & de tali creditore iniquissimum est, vt per-
sona pro debito capiatur: cùm habeamus in iure, quòd
eius periculo nihil est, qui nihil habet, vt ff.de furt.l.i-
taque. & inanis est actio quam inopia debitoris eslu-
dit, vt ff. de dol. l. nam is. & cantabit vacuus coram la-
trone viator.& pauper debitor principalis conueniendus
non est, nec etiam correus pauper. vt in Authen de
fideiussorib collat.1.& est in C.de fideiussor. Authen. [illegible]
præsente.& in Authentic. de duobus rebus reis. & est
posita in C.de duobus reis. Authentic. hoc ita. Item si
legisti Catonem. ita dicit. videto cui des. sed pro ma-
leficio posset fortè fugillari, vt ff.de pœn. l.1.& ff.de in
ius vocan.l.penultim. QVAESTIO.† Sed circa primam
pœnam quæritur quid est quod dicit authentica. *I-*
mo creditor cadet à debito. † nunquid ipso iure an per 4
sententiam? Respondeo, per sententiam, sicut hanc
quæstionem & argumentum pro ea notaui suprà in
cōstitutione. si quis in tantam. Qualiter autem ponat
eum iudex, videbis statim in conceptione lib. † QVAE- 5
STIO. Super secundo quæritur in eo quod dicit. *Tantun-*
dem dato retento vel parentibus eius. quid est quod dicit ta- 6
tundem? Respondeo: quantum erat in debito. QVAE-
STIO. Quid si retentus consensit: & sic volens retinetur
& non inuitus? Item quid si speciale pactum interue-
niat, vt si pecuniam non solueret, quòd creditor [illegible]
set ipsum retinere: nunquid creditor punietur: & [illegible]
nitur vt dicit Authentica, nunquid in hoc casu d[illegible]
tur tantundem retento? videtur quòd non quia non
est iniuria quæ fit in volentem, vt ff. de aqua pl[illegible]. a[illegible]
l.in diem. & scienti & volenti non infertur dolus. vt
C.de transac.l.cùm donationis.& maximè si renuncia-
uit beneficio istius constitutionis: cùm remittentibus
suas actiones, non est dandus regressus, vt ff.de ædi.e
l.quæritur. Respondeo, si retentos retinetur volens,&
suæ

suæ retentioni cōsensit: nihilominùs creditor punitur.
nam & si ius retinetur volens: nihilominùs ille qui retinet, tenetur interdicto, vt ff. de libe. ho. eahi. l. vlt. &
propterea dicitur in Auth. vel retento. quandò retinetur inuitus. vel parentibus, quando retinetur volens.
patronus enim qui vendit ancillam sub eo pacto, ne
prostituaretur, & si prostitueretur, quòd haberet manus
iniectionem, si prostitutioni cōsenit, beneficiu amittitur, vt C. si manci. ita ve. ne prostit. l. 1. creditor etiam
amittit debitū, qui seruū vel ancillam prostituit, quam
habuit pignori, vt C. de ca. & postli. l. 1. & l. fœdissimè.
nec potest hoc pacto caueri, quòd creditor possit ipsum
pro debito retinere: quia hoc est de mero iure publico
introductū: vnde nō potest pacto remitti, vt ff. de pact.
l. ius publicū. ff. de oper. liber. l. cerdonem. ff. de admit.
7 tut. l. quidam decedens. † QVAESTIO. Sed illud quæritur: ecce quis retinetur inuitus. habet actionē vt dixi,
quomodò cùm retinetur, agitur, vel quis aget pro eo?
Respondeo: fortè alius nomine ipsius. OPPOSITIO. Sed
circa hoc opponitur: nōne creditor punitur? quia corporalibus pœnis subijcietur: & sic videtur, quod criminaliter agatur, vt in fine cōstitutionis: & sic ad crimen
huius iudicij criminalis prosequendū, frustrà procurator interuenire potest, vt ff. de publi. iud. l. pe. §. ad crimen. Vnde meliùs est, quòd dicas retento, quondam:
non nunc. quasi dicat iste olim retentus, nunc liberatus agit. Nec admitto, quod quidam periti voluerūt notare, quod admittatur hic procurator propter necessitatē quod nūquàm inuenio, nisi in casu C. de iniu. l. vlt.
& ff. ad municip. l. fin. male ergò faciūt illi, qui ludunt
ad harardum, qui in defectu pecuniæ etiam personam
propriam ponunt pignori. Et vidi aliquandò testiculos alicuius fixos in tabulario cū clauo: cùm creditor
8 in ludo obtinuit contra illum. † QVAESTIO. Item quæritur, de quibus parentibus loquatur, verùm in ascendentibus, sicut in C. de in ius voc. an tantùm de patre &
matre vsq; ad tritauū, vt ff. de grad. cogn. l. iurisconsultus. §. parētes. Respon. æquitas suadet, vt de omnibus,
vt ff. de in ius voc. l. 1. Et sic nota, quòd actio vel accusatio ista non erit popularis, sed certis personis detur.
Sed quid erit si parentes nō supersunt, nec retentus viuit: nunquid dabitur actio cuilibet de populo: vel si
fortè parentes supersunt & negligant? Respondeo, fortè, vt C. ad leg. Iul. de adult. l. quāuis. Super tertia quæritur in eo quod dicit: *Creditorē corporalibus pœnis sub-*
9 *ijciendo.* Quæritur inprimis, quibus pœnis subijcietur? Respondeo, relegabitur, vt ff. quæ res pign. oblig.
10 poss. l. vlt. † QVAESTIO. Sed nunquid creditor patietur
omnes istas pœnas: scilicet, quòd cadat à debito, &
quòd det tantùm parentibus: vel retento: & quòd relegetur? non videtur: quia nō debet de delicto eiusdem
hominis sæpius quæri. vt ff. nau. cau. stab. l. licèt. §. h. &
non iudicat aliquem Deus bis in idipsum. & sanctio legum non putauit idem delictum varijs æstimationibus
coërcendum, vt ff. de pœn. l. sanctio. Respōdeo, omnes
istæ pœnæ imponūtur: & hoc propter atrox delictum,
quod est, liberum hominem retinere pro debito. Præterea, quia libertas res fauorabilis est, vt ff. de reg. iur.
l. libertas. Præterea, quia prætores libertates fouent, vt
ff. de alien. iudi. mu. causa fac. l. 3. alibi etiam inuenies,
quòd pro vno delicto etiam duplex pœna imponatur,
vt C. de his qui a non domino manu. l. vlt. aliàs etiā duplex pœna imponitur in edicto de publicanis. quia alterum exigat vtilitas priuatorum: alterū vigor publicæ disciplinę postular, vt ff. de publica. & vecti. l. licita-
11 tio. §. quod illicitè † QVAESTIO. Sed nunquid liber homo potest dari obses pro pace formāda, & pro treuga?
Respōdeo: propter illud bonū admittitur. nam & meliùs est, quòd vnus sic detineatur, & non tota gens pereat. de obsidibus loquūtur iura. ff qui testa. fac. poss. l.
obsides. & ff. de iur. fis. l. diuus. Sed licet loquantur iura
illa de obsidibus, nō tamē de talibus loquūtur, de quibus diximus. Sed loquūtur de obsidibus hostium, qui
nec testari possunt: & bona ipsorū fiscus accipit, vt in
prædictis legibus. at obsides, de quibus loquimur, eos
posse testari credo: & ipsis descendētibus proximi cō-
sanguinei succedūt. Posset aūt in hac constitutione sic
libellus firmari. † LIBELLVS. Ago ego R. contra M. creditorem meū, qui pro debito 20. marcatū, quas sibi de- 12
bebam, me inuitū retinuit. vnde peto ipsum puniri ex
officio vestro, in amissione debiti illius, quòd ab illo
debito cadat: & pronūcietis, Domine Iudex, me amodò
sibi non teneri, & peto solui ab eo mihi 20. pro pœna:
ideò quia inuitū me retinuit: & cùm retinuerit me inuitū pro prædicto debito. anno domini 1238. mense Februarij, apud Perusium in domo domini Sinibaldi, regnante Domino Imperatore Federico: & Domino Papa Gregor. & existente Potestate in ciuitate ipsa Ramundo de Ioccu lo. vnde ipsum accuso, quòd propter
prædictū factū relegetur. Quòd sic rectè concip. libel.
dicit prædicta constitutio in Auth. vt nulli iudic. lice.
loci serua. habere. §. quia verò. Quæstiones omnes, quæ
sunt superiùs notatæ, possunt reperiri in libello. OPPOSITIO. Sed illud opponitur: non videtur, quòd libellus sit benè cōceptus. In hoc maximè [illegible] go in eodem libello ciuiliter & criminaliter [illegible] contradicūt, vt ff.
vi bon. rap. l. 3. §. 1. & C. quando ciuilis actio crimi. præiudi. l. vnic. Sed respōdeo: admittitur ille libellus propter immanitatem criminis, vt agatur ciuiliter & criminaliter: sicut admittitur, quòd aliquis puniatur triplici pœna, vt in Authentic. prædicta, aliàs de ordine
regulari iure verum est quod opponis. Multi tamen
separant libellos, vt per se faciant libellū, vt puniatur
ciuiliter tantùm: scilicet, quòd cadat à debito, & soluat tantūdem: & aliū libellum, vt criminaliter puniatur: scilicet, quòd corporalib. pœnis subijciatur: quod
non reprobo. † QVAESTIO. Sed nunquid porrectis di- 14
uersis libellis simul procedetur: vel expectabo finem
ciuilis, & posteà dabo libellū in criminali? Respōdeo:
tutiùs est secundùm iura, vt detur primò libellus in ciuili, & illa finita posteà procedatur in criminali, vt ff.
vi bon. rapt. l. prætor. §. 1. & arg. ff. de cust. & exhib. reo.
l. 1. Item nūquid probationes factè in vno iudicio, prosunt in alio? Respondeo, non, vt arg. ff. de iureiuran.
sed & si possessori. cum l. sequenti.

De constitutione, ex libris. Rubrica.

1 *Quæstio quoties dubia fuerit, ad superiorem referri debet, & præcipuè ad ipsum principem.*
2 *Præiudicium nullum in quibus casibus domino paretur, & possessio ad alium perueniat.*
3 *Actio quæ contra extraneum datur, quanā sit, & ad quid hæc actio contra illos detur, siue sit mādati, siue locati, siue in factum. & num. 4.*
5 *Persona si non sint soluendo, qualiter domino circa interesse consulendum sit.*
6 *Præiudicium nullum quo casu domino generetur in possessione iam acquisita ex dolo vel negligentia, in acquirenda autem sic.*
8 *Iura magis subueniunt hominibus circa damna, quam circa lucra.*
9 *Ecclesia in parochia alterius de superioris licentia à quodam constructa, si antiquus ecclesiæ prælatus conqueratur, quòd ille sibi decimas auferat, quid iuris.*

EST & alia cōstitutio Domini Iustiniani, quæ fuit
multùm vtilis, & est de summa æquitate: quæ cōstitutio est C. de acq. poss. l. ex libris. Et locum habet illa constitutio, quoties quis habebat colonū suum
vel inquilinū, vel procuratorem, siue liberū, siue seruum, per quos possidebat domū vel prædium: si prædicti possessionem illam prodūt, vel negligunt, & sic alius possessionem illam ingreditur, nullū domino præiudiciū parabitur. hæc sunt vera in possessione quæsita:
in acquirenda secùs. quia ibi per negligentiam prædictorum domino præiudicium parabitur. & assignatur
ratio: quia mala electio est in culpa. & quare hic mala
electio in culpa. & non in casu superiori, assignatur ratio: quia supra certatur de damno euitando, hic autem

de lucro captando, quod prodest circa multa notare, vt infrà dicemus. Sed licèt constitutio ista ponatur inter constitutiones quæ violentiam puniunt, non tamen videtur benè posita: hæc enim constitutio non imponit pœnam violento, sed dicit, quòd nullum præiudicium fiet domino: & recuperabit possessionem condictione ea l. ista: sicut infrà dicemus. vel nō est propriè violentus, ex quo habet de voluntate coloni inquilini seu procuratoris, de quibus in lege ponūtur exempla. Videamus ergò de singulis. *Ex libris Sabinianis.* Nota ex hac litera, quòd Dominus Iustinianus intentus erat circa iura: quod est contra quosdā scholares, qui nunquàm volunt legere, vel lectiones repetere. *Relatam quæstionem in diuinas aures nostri numinis tollentes diffinimus.* † Nota ex hac litera, quòd quoties dubitatur super quæstione, debeat ad superiorem referri: & maximè Principem, vt hic. & ff. de fideicom. libe. l. itaque. Item quòd superior debeat illam quæstionem decidere: sicut hic. & [illegible] in omnibus constitutionibus. C. & Auth. omnes en[illegible]nt responsa quæstionum. Item nota, quòd secundum allegata iudex debeat pronūciare, & quæstionem diffinire: & secundùm quod iudex audit. nam & filius Dei dixit in Euangelio: Secundū quod audio iudico, & iudicium meū est verum. quòd secundùm allegata debeat pronunciare, dicit ipse filius Dei: Mulier vbi sunt qui te accusant? vt ff. de mune. & hon. l. rescripto. & C. si per vim vel alio modo. l. vlt. & C. de prohib. sequestrat. l. vnica. & C. si per vim vel alio modo. l. fin. & in generalibus *Vt siue seruus.* Qui non erat curator: quia dominus specialiter sibi non mandauerat, quòd possideret nomine domini. *Siue procurator.* Id est, quia specialiter mandauit dominus illi seruo, quòd possideat. *Vel colonus.* In fundo rustico. *Vel inquilinus.* In prædio vrbano. isti enim nullo tempore possident, nec viuo, nec mortuo domino: nisi conduxisset ad non modicum tempus, vt ff. de vsucap. l. nō solùm. §. quod vulgò. prædicti enim omnes alijs possident, & non sibi, vt ff. de acqui. poss. l. qui vniuersas. §. quod per colonum. & l. peregrè. §. quibus explicitis. & ff. si ager vectig. vel emphyt. pe. l. 1. 2. & 3. & ff. de superfic. l. 1. *Vel quisquam alius.* putà, liber homo, qui erat procurator meus, vel amicus, vel hospes, vel inquilinus, vel colonus: per istos enim, etsi liberi sint, possessionem retineo, vt ff. de acquir. possess. l. generaliter. & C. de acquir. possess. l. 1. & C. per quas person. nobis acquir. l. excepta. *Per quem est licentia nobis possidere corporaliter.* Animo tamen meo, vt hic. & ff. de acquiren. possess. l. peregrè. §. quibus. adeò quòd illa naturali amissa ciuilis possessio amittatur, & non antè, vt ff. de vi & vi arma. l. 1. § vltim. *Nullam possessionem cuiuscunque rei.* mobilis, vel immobilis. & sic de acquisita possessione loquitur. infrà tamen loquitur de acquirenda. *Eam dereliquerit desidia.* Quando? Respondeo: pone ita, iste colonus erat ita piger, ita erro, ita vagabundus, quòd nunquàm ad possessionem meam ibat. & sic alius dum videret domum & prædium vacuū, possessionem accepit. *Vel prodiderit dolo.* & sic redde singula singulis. *Vt locus aperiatur alij eandē.* Scilicet possessionem. *Detinere.* id est, receptā possessionem tenere. Istud verbū, vt locus, & cætera: si refertur ad primum, scilicet, quādo relinquitur desidia coloni, talem intellectum habet, scilicet, quòd ex desidia istius illud consecutum sit: & sic ponitur istud, vt, consecutiue, vt alias C. de iudic. l. properandum. §. sin autem. & illud: Natus est homo vt moreretur. & alias, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. si refertur ad secundum exemplum, quando prodidit dolo, ponitur causatiue: & ponitur propriè in vim modi. & est optimum exemplum, quando prodidit dolo, vt quia dum alius vellet intrare possessionem domini, iste colonus siue inquilinus prodidit. i. dixit, non prohibeo, nō concedo non assentior, non contradico, si vis intrare, intra: & sic dolo à possessione discedit, & alius intrat.

a *Nullum domino præiudicium generetur.* † Et hic nota duos casus, in quibus præiudicium nullū paratur domino etsi possessio peruenerat ad alium. Primus quando colonus negligit. Secundus, quādo prodidit, vt in lege præsenti. Tertius, quando locat alij, vt ff. de acquir. poss. l. si id quod. §. & per colonos. QVÆSTIO. Sed in casu quæritur: nōnne colonus locādo alij tradit: nonne tradēdo dominum possessione priuat, vt statim dicemus quomodo dicis per locationem nullum domino præiudicium parari? Respōdeo: ideò quia omnis locatio debet fieri pretio interueniente, vt ff. loca. & conduct. l. 2. & 3. & si pretio vtitur, videtur re frui, vt ff. de vsufruct. l. qui pretio. Sunt etiam alij duo casus, in quibus nullum præiudicium domino paratur: putà, si colonus moriatur, vel furere cœperit, vt ff. de acquir. possess. l. si id quod §. 1. Sed in colono mortuo videtur lex velle, si nullus alius medio tempore possessionem apprehenderit, vt ff. de acquiren. possess. l. si de eo. §. si fortè. Sed quid est, quòd dicit litera, nullum domino præiudicium generetur: nunquid ista lex vult, vt nō amittatur possessio? vel nūquid amittitur, sed dominus recuperat eam posteà: & sic quantum ad effectum, nullū domino dicitur præiudicium parari? Respondeo: quidam volunt notare, quòd secundùm vltimum intellectum nullum domino præiudicium generetur, quantū ad effectum scilicet: quia recuperare potest: nam non videtur re exclusus, quem prætor in integrum restiturum pollicetur, vt ff. de in integr. restit. l. non videtur. & qui actionem habet, rem habere videtur, vt ff. de regul. iur. l. quæ actionem. & secundùm hunc intellectū nulla contraria signantur. duæ tamen quæstiones restant secundùm istos. Si hoc est, non videtur quòd Iustinianus aliquid de nouo induxerit. nam etiam iure antiquo colono tradente vel expulso, dominus habebat interdictum, & recuperabat possessionē, vt statim dicemus. & sic ita videtur & hic. Sed ipsi respondent & dicunt, quod hic inducat de nouo, quòd detur condictio ex lege ista domino contra illos, qui modò possident. & sic secundum eos priuatur dominus possessione, licèt postea recuperet. Et si tu quæras, quæ vtilitas? quare Iustinianus hanc condictionem ex lege induxerit? Respondent & dicunt, vt pluribus actionibus violentus teneatur: sicut & in fure, vt Instit. de actio. §. sic itaque discretis. Sed horum reprobata opinione placet nobis illorum sententia, vt hodie per Iustinianū nullum domino præiudicium generetur, secundùm primum intellectum, id est, vt nullo modo dominus possessione priuetur. Et si tu quæras, quæ actio dabitur domino? Respondeo, cōdictio ex lege ista, sicut statim dicemus in libello: & sic in casu illo cōdictio ex lege fuit necessaria, non autem voluntaria, vt ipsi dicunt nec in hoc casu daretur interdictū, vnde vi. quia istud succurrit expoliatis, & possessione priuatis, quod hic nō est. OPPOSITIO. Sed huic nostri opinioni & Doctorum nostrorum, opponitur multis modis. Et primo de eo quod habes ff. de acqui. possess. l. possideri. §. quod si seruus vel colonus alij tradiderit possessionem. possessionem amittimus. Item opponitur de eo, quod habes ff. de acquiren. possess. l. si de eo. §. si forte colonus. nam si colonus de possessione discessit, & alius interuenit, possessione priuatur. hoc idem dicitur ff. de acquiren. poss. l. peregrè. § quibus explicitis. Item opponitur de eo quod habes ff. de vi & vi arma. l. 1. §. pen. nam colono expulso, dominus possessione priuatur. Sed respondeo, & nota, quòd quatuor modis loquantur iura opposita: videlicet colono tradente vel expulso. In his casibus & olim & hodie dominus possessione priuatur, & sibi competit auxilium interdicti, vnde vi. in duobus alijs casibus loquitur Iustinianus, quos casus de nouo induxit, de quibus meritò fuit dubitatum: scilicet, colono negligente, vel colono prodente: in quibus casibus loquitur Iustinianus in l. præsenti. & dicit possessionem non admitti, nec dominum possessione priuari: & ideo dicit nullum domino præiudicium comparari. Sed licet soluantur contraria illa de colono tradente, vt in l. illa, possideri. & de colono expulso, vt ff. de vi & vi arma. l. penul. tamen ista duo restant: scilicet, illa, si de eo & §.

& l.illa, peregrè. uam in legibus illis non loquitur Legislator in colono tradente vel eapulsu. Respond. l.illa, si de eo. beoè loquitur, quando colonus spontè de possessione discedit, alius ingreditur, quòd possessio amittatur, sed illud erat iure illo: hodie per legem istã secùs, vel aliter & subtiliùs: quòd dicit ibi litera idem æstimandum, et si colonus de possessione spontè decesserit: quòd idem? Respond. vt dominus possessionem non amittat: sicut in superioribus exemplis in ipsa lege notaris: sequitur in eadem l. sed hæc ita vera esse, si nemo extraneus eam rem possederit, sed semper in hereditate coloni remanserit: & sic litera illa, sed hæc, ita referatur ad primum casum: scilicet, quando colonus moritur, & dominus eam possessionem negligit adipisci: qui casus io prædic. l. ponitur. & in eo §. Vel aliter, sed hæc ita vera esse &c. in quo casu nullũ hodie domino præiudiciũ comparatur, vt per l. istam, ea libris. ad l. illam, peregrè. §. quibus explicitis. sic respondeo: nõ aliter amittitur possessio, quam habes corpore serui vel coloni, quàm si eam fuerit ingressus alius: sub audi, colono tradente, vel expulso: negligente autem vel prodente non. Si tu quæras, quæ sit ratio? quare in duobus primis casibus possessio amittatur: scilicet, colono tradente, vel eapulso: in alijs duobus primis, possessio nõ amittatur secundùm vos, scilicet colono negligente vel prodente, vt in l. præsenti. Respondeo: ratio est in euidenti: nam quando traditur vel expellitur colonus: illa naturalis possessio, quam habebam ex corpore ipsius, transfertur in alium: sicut contingeret in persona mei domini: pone, quòd trado: pone, quòd expellor: certum est quòd possessio amittatur. at in illis casibus, quando prodit vel negligit, nulla possessio transfertur: naturalis non, quia illam retineo per personam coloni: si est in fundo, non est dubium: quia illam habet naturalem, & ego illam ex persona sua, & ciuilem animo meo: & ideò non possit ille qui ingreditur, aliquam possessionẽ habere, ex quo non tradit colonus, vel non expellitur. Si autem colonus erit de fundo, aut animo retineo dæ possessionis: tunc retinet illã naturalem naturaliter: aut animo deferendæ, & tunc licèt non retineatur per colonum illa naturalis, tamen illa ciuilis, quæ animo solo à domino retinetur, habet tantam efficaciam, vt non amittatur: nisi quando amitteretur, ac si solo animo tantùm possedissem: in quo casu non amitto illam: nisi vadens non admittar, vel suspicer me posse repelli, vt ff. de acquir. poss. l. clam possidere. §. vlt. & l. peregrè. §. quibus explicitis. ita & hic in casu isto. verùm quando colonus habet illã naturalem: quia existit in fundo, & illã tradit: illa naturalis amissa, amittitur, & ciuilis ratio est, vt ff. de vi & vi armata. l. i. §. pe. quia cùm per animũ retineam illã naturalem, si illa naturalis est amissa, nõ inuenitur quæ possit retineri. at quãdo prodit vel negligit, naturalis possessio non amittitur: quia remanet sola ciuilis penes dominũ: vnde illa ciuilis non amittitur, quia nõ est naturalis quã sequatur: vt illa amissa, amittatur & ciuilis, vt diximus. Et sic nota, quòd vbicũq; possideo animo meo, nõ amitto possessionẽ nisi in duobus casibus: quãdo vadens nõ admittor, & quãdo suspicor me posse repelli, vt supr. dixi. Si verò corpore meo possideo, tunc amitto in vnico casu: si expellor: ideò sic diuido, quia non admitto quòd aliquis ex persona sua possideat ciuiliter & naturaliter: licèt ferè in hoc omnes errauerit, si audeo dicere: & hoc sic probo: uã quãdiu sum in fũdo, nõ habeo nisi naturalẽ & ciuilem vno modo: quia illa possessio fuit à iure ciuili approbata: nõ habeo illic ciuilẽ, de qua dicã statim. ex eus de fundo, nũc habeo ciuilem, i. illã quam habebã naturalem existẽs io fundo, modò retineo animo: & sic retẽta, dicitur ciuilis, vt C. de acq. poss. l. licèt. quãuis enim animus interueniat, vt possessionẽ habeam quãdiu sum in fundo. Item vt illã acquirã, vt ff. de acq. poss. l. quãuis. non tamen propter illam animũ dicitur possessio ciuilis, nisi qoãdo animo retineatur quã habeo & nõ retineo ea iftẽns in fundo tũ cuius retẽtione possessio pluriũ mutuatur à iure. Si verò animo meo & corpore alieno, sicut in colono, inquilino, seruo, & procuratore, & filio: tunc illis tradentibus, vel expulsis priuor: illis negligẽtibus & prodẽtibus nõ: vt superiùs dictũ est. Item quod dictũ est de seruo, & de filio idem intelligas: quia hi qui in potestate sunt, retinere possunt, possidere nõ possunt, vt ff. de verbo. obl. l. stipulatio ista habere licere. §. hi qui. Et quòd dicit l. ista, circa seruum & filiũ in possessione acquisita, nullũ domino præiudiciũ parari: verum est in possessione rei dominicæ. si aũt sit res peculiaris. tunc domino præiudicium pararur: quia in illis ignorãs acquirit: & in hoc nullũ casu ale: quis idem in quolibet, vt C. de acq. poss. l. i. & ignorans vsucapit. & in hoc casuale, vt ff. pro soluto. l. i. ignorãs amittit: & tunc quidam notauerunt, quòd domino præiudicetur: siue tradat, vt ff. de fur. l. interdũ. §. si res peculiaris. siue expellatur, siue prodat, siue negligat: sed nõ puto, quia non inuenio quòd aliud sit in peculiaribus, & aliud in dominicis: nisi quòd dicitur ignorãs vsucapit, sicut dictum est: vnde attẽdas idẽ in re dominica, quod in re peculiari. *Ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat.* Hæc litera reddit rationẽ, quare per illos nullũ domino præiudiciũ generetur: & similis ratio redditur in regula iuris: nõ debet alteri per alterũ iniqua cõditio afferri, vt ff. de reg. iur. l. nõ debet. neq. ex facto alterius nõ debet lædi ius cæterorũ, vt ff. de transact. l. Imperatores. Item nec alterius dolus vel desidia alijs nocere debet, vt ff. de noxal. l. electio §. si absente. Item nec factũ alterius alteri damnum afferre, vt ff ad Trebel. l. quidã ita. §. si quis filium. Item nec absentia, vt C. de anna. excep. l. vt perfectiùs. Item nec potentia, vt C. de stat. & imagin. l. vt virtutum. *Sed si ipse libera conditionis est.* Ideò dicit: quia si est seruus, non posset cõueniri, vt C. de iudic. l. seruus. & ff. de iudic. l. via certis. Item non habet communionem ciuilis iuris, vel prætoris edicti, vt ff. qui testa. face. poss. l. qui testamento. §. seruus. Item pro mortuo habetur, vt ff. de reg. iu. l. quod ad ius ciuile. & l. seruitutem. Item seruus nihil habet, vt ff. de verb. significa. l. paterfamiliãs. nam nihil possessus habet: quia quisquis habetur, habere nulla potest: se non possidet, ergò nihil. *Competẽtibus actionibus subiungetur* Sed quæritur: quæ sunt illæ actiones? Respondeo: si fuit procurator, cõpetit mandati: si colonus vel inquilinus, competit ex locato, vt ff. mandati. l. si procuratorem. §. mãdati actio. & ff. locati & conducti. l. si quis domum. †

3 QVÆSTIO. Contra extraneum quæritur, quæ actio detur? Respondeo: inuenio notatũ in notis antiquis, quòd nulla detur: sed fsua pace illorum, qui sic glossant, dico dari cõtra illum actionem in factum saltem, vt ff. de præscrip. verb. l. quotiens. † QVÆSTIO. Sed illud quæritur, ad quid detur hæc actio contra illos: siue mãdati, siue locati, siue in factum? Respondeo: ad interesse domini, non ratione possessionis: circa quam nullum præiudicium domino generatur, sed circa suum interesse: quia sustinuit dãna, fecit expensas in agendo, circa Aduocatos, & circa executores, sicut sciunt illi, quis causas tractant: quia nonnullas motes habet exceptio iudicij, vt ff. vt in poss. leg. l. i. & multas expẽsas, & sumptus causæ quotidianæ requirunt, sicut dicunt etiã plura iura. C. de iudi. l. properandũ. & l. sancimus. & dicũt Rubricæ speciales C. de sportu. & sump. in iudi. facien. & C. de fruc. & lit. expen. licèt enim multũ præiudiciũ domino generetur, tamen oportet, quòd dominus possessionem auocet ab illo detentatore, io cuius reuocatione oportet ipsum multas expensas facere. † QVÆSTIO. Sed illud quæritur: ponamus quòd prædictæ personæ sint nõ soluendo: qualiter domino cõsuletur circa istud tale interesse? posset præsumi, quòd teneatur ille qui habet detentationẽ possessionis illius: & est arg. ff. de eo per quem factum est. l. vlt. & ff. de leg. i. l. planè. sed contrarium credo. Nam in legibus illis aliud: quia ibi succurritur mihi de æquitate contra debitorẽ meum antiquum, vnde non videtur conditio illius facta deterior, vt argum. ff. de pact. l. si vnus. hic autem vult agere circa ista accessoria: ad quæ non credo, quòd illi competat actio cõtra detentatorem. Si tu dicis, quia faciet? Respondeo: cantabit vacuus coram latrone via-

4

5

viator. & eius periculo nihil est, qui nihil habet, vt ff. de furtis. l. itaq;. & inanis est actio, quam debitoris inopia excludit, vt ff. de dolo. l. nam his. *Sin autem necdū*
6 *sub manibus procuratoris &c.* † Abhinc vsque ad finem hoc nota, quòd licèt domino nullum præiudicium generetur in possessione iam acquisita ex dolo vel negligentia prædictarum personarum: in possessione tamen acquirenda domino præiudiciū generatur: putà, mandauit dominus alicui procuratori colono vel inquilino, vel seruo, quòd possessionem alicuius rei acquireret nomine domini: pone, quòd aliqua possessio domino debebatur tradi ex aliqua causa: fuerunt negligentes prædictæ personæ, domino præiudicium generatur. & est quòd sibi dominus debeat imputare: quia mala electio est in culpa. & assignant rationem: quia hic tractat dominus de lucro captando: in prima parte de damno euitando: tamen si qua actio competat domino contra illum, qui possessionem illam detinet, actio illa salua erit: & nihilominùs salua erit actio domino contra istum procuratorē colonum, vel inquilinū, qui fue-
7 runt negligentes. † Ex his quæ dicta sunt, nota duo: Primum, quòd mala electio est in culpa, vt hic. & ff. si agrimensor fal. mon. dixe. l. 1. & ff. de actio. & oblig. l. 1. & ff. pro socio. l. socius socio. & Insti. de socier. §. vlt. & ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. 1. & ff. de arbit. l. diem. §. stari.
8 & ff. de mino. l. cum mandato. † Item nota aliud, quòd iura magis subueniunt nobis circa damna, quàm circa lucra: quia non est par ratio debita amittere, & lucra non capere, vt C. de codicil. l. vlt. ad diem. C. de iur. delib. l. sancimus. §. licentia. Hoc idem æstimaui. Proculus. nam possum fodere: imò & præcedere venas putei tui, & eleuare ædificium, & auferre lumen quod habebas à loco meo priuato, nec infero damnum, sed aufero lucrum, quod possum, vt ff. de damno infect. l. fluminum. §. vlt. & l. seq. & l. Proculus. & ff. ne quid in loc. publi. l. 2. §. damnum. Et sic ex istis duobus notabilibus nota hæc optima arg. ad quæstionem de facto. ex primo contra illos qui malos prælatos, potestates & officiales eligunt: & contra illos qui turpes & deformmes vxores accipiunt, vt non possint illos reprobare: vel illam, cuius mores probauerunt. vt ff. ad leg. Iul. de adul.
9 l. si vxor. † Et secundò nota argum. ad quæstionem de facto: quidam construxit quandam ecclesiam in parochia alterius de licentia superioris: quia alio modo non posset. modò conquæritur antiquæ ecclesiæ prælatus: quòd ille aufert sibi decimas. Respōdetur, quòd possum: quia non infero damnum, sed aufero lucrum. In hac autem lege concipietur ita libel. secundùm primam partem. LIBELLVS. Ago ego R. contra me qui possessionem fundi talis, quam per procuratorem talem, colonum seu inquilinum habebam, seu quem fundum per illos possidebam, nunc detinet: vnde vt mihi restituat, ago contra ipsum: propono condictionem ex l. ex liberis. C. de acquir. possess. LIBELLVS. Vel aliter: ago contra talem, vt possessionē fundi talis, quam per procuratorem colonum seu inquilinum habebam: & ipse dolo siue desidia ipsorum accepit seu detinet, vt mihi restituat: propono condictionem ex l. ex liberis. C. de acquiren. possess. Quòd sic rectè concipiatur libel. probat lex prædicta. Sed obijcitur: dico in libello, quòd mihi restituat. verbum, restituere, sonat in exspoliato: ergò si sum exspoliatus, quomodò dicitur in l. præsenti, quòd nullum præiudicium domino generetur? Respondeo: licèt apponatur verbum, restituere, nō tamen sequitur, quòd sim exspoliatus. nam quod dicitur, quòd restituat, ratione detentationis dicitur, quam habet aduersarius. simile in petitorio habes. ff. de rei vendicat. l. qui restituere. simile habes ecōuersò: quòd dicitur mihi fieri restitutio rei illius, cuius nunquàm habui possessionem, sed dicitur restitutorium respectu restituentis, vt ff. quor. bon. l. 1.

De constitutione, inuasor.

Rubric.

1 *Actore non probante per testes vel alio modo, Reus absoluitur.*
2 *In facto proprio errans non auditur.*
3 *Error vel incuria alicuius domini, an in causa sit, quare alius possideat.*
4 *Possessio vacans quo pacto restituenda veniat.*
5 *Restitutio possessionis illi qui non possedit, nec possidet, quo pacto fienda sit.*

FACTA prouisione per Legislatores contra occupatores seu inuasores rerū, quæ ab alijs possiden-
10 tur in omnibus casibus, in quibus constitutiones superiores loquūtur: prouidetur etiam circa illos qui occupant possessiones rerum vacantium. in quibus casibus prodita est constitutio, cùm quærebatur. & hoc planum est. Est & prodita secundùm quosdam alia cōstitutio, quæ vocatur, inuasor. & ideò de his videamus. Et primò de constitutione illa, inuasor. in qua paucio ra dicenda occurrunt. *Inuasor.* Rerum immobiliū, vt Instit. vi bon. rap. & ff. de vi & vi arma. l. 1. §. si de naue. pro mobilibus enim non habent locum interdictū, nec fortè ista constitutio. *Locorum.* Ab alio possessorum. & sic prima pars l. loquitur in possessione non vacante: licèt secunda pars legis loquatur in possessione vacante: vt infrà dicemus. *Pœna teneatur legitima.* Sed videtur quòd lex ista locum non habeat: nec quantum ad primam partem, nec quantum ad secundam. quantū ad primam non. Nam tempora harum legum nulla pœna saltem imponebatur violento. Item secunda para legis videtur, quòd hodie locum non habeat: quia pœna imponitur. C. vnde vi. l. cùm quęrebatur. Sed respōdent quidam & dicunt, imò præstabatur per constitutionem, si quis in tantam. sed illa posterior: & hoc ex ordine, sicut vides: quia posterius posita est: & ex mādato Iustiniani pręcipientis constitutiones priorū Imperatorum priore loco ponendas, vt C. de Iustini. C. faciendo, in princ. & ff. de alb. scriben. l. 1. sed ipsi dicunt, quòd fuit erratum à scriptoribus: nam l. si quis in tantam. debet esse anterior: quia fuit Valentiniani, Theodosij. l. ista, inuasor. fuit Constantini: qui fuit ferè proximus ante Iustinianum. nam post Constantium fuit Iustinus pater Iustiniani, vt Institut. de donatio §. est & aliud. post Iustinum fuit Iustinianus. Vel dicàs, istud additum à compositoribus noui iuris: quia tempore harum legum nulla pœna præstabatur legitima: pœna scilicet interdicti, vnde vi. scilicet vt restituat rem cum fructibus perceptis & percipiēdis, vt ff. de vi & vi arma. l. 1. §. 1. & §. rectissimè. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd considerata natura interdicti nulla pœna imponatur: & hoc probo. nam si rem restituit, id est, possessionem rei: in hoc nulla pœna: quia & violētus nihil de suo soluit: & expulsus nihil recipit præter possessionem rei suæ. hoc etiam idem in fructibus perceptis. in percipiendis autem posset ita esse, quòd esset pœna violenti respectu: quia soluit illud quod nunquàm ad eum peruenit: respectu violentiam passi nulla est pœna: quia fructus illos recepit, quos habuisset si ei possidere licuisset, vt C. de fructib. & liti expen. l. 5. Respondeo: prima est pœna considerata natura interdicti saltem in rebus, quę naturali morte penes violentum perierunt, vt ff. de vi & vi arm. l. 1. §. rectissimè. nec enim liberatur violentus per rei interitū naturalem, cùm semper sit in mora: sicut fur & raptor, vt C. de condi. ob turp. cau. l. vlt. & ff. de condi. fur. l. in re furtiua. §. vlt. & l. vlt. Vel dicatur pœna imponi ex natura interdicti fructibus percipiendis, vt diximus: licèt nō sit pœna respectu recipiendis, est tamen pœna respectu soluentis, quod soluit, quod nunquā ad eum peruenit. & sic impropriè dicitur pœna: & mera pęna est, ex parte vtriusque: quando soluitor illud mihi, quod nunquàm affuit: & tu soluis quod nunquàm tibi affuit: sicut duplum in actione furti nec manifesti: vel quadruplum in actione furti manifesti: quo totum est pœna, vt Institut. de oblig. quæ ex delict. nasc. Vel aliter, pœna teneatur legitima, scilicet l. Iulia. de vi publi. si violentia fuit facta cum armis. vel leg. Iulia. de vi priuata, quando violentia infertur sine armis: ex quibus pœna imponitur deportationis. vt ex prima & se-

cunda

eunda tertię partis bonorum publicatio, vt Institut.de
public.indic.& ff.de accusa.l.l.hos.§.omnibns. & ff.ad
leg.Iul. de vi priua.l.1. *Si tamen vi eadem loca inuasisse
constiterit iudici.* Ipsi enim facienda est fides, vt ff.de
condi.obturp.cau.l.1.& super illis rebus, de qnibua li-
quet sibi tanquàm iudici, debet ferre sententiam, vt in
decret.6.q.2.c.si tantum. & c.placuit. & estrà, de sent.
excom.c.cùm non ab homine, in prin.& extrà, de offi.
3 iudi.ordi.c.si sacerdos. cum côcordantijs suis. † QVAESTIO. Sed qualiter côstabit? Respondeo, vel per testes,
vel per côfessionem partis: credis autem quòd si Actor
nô probat, quòd credatur suæ soli assertioni? certè nô:
imò Actore nô probante, Reus etsi nihil præstiterit, ob-
tinebit, vt C.de eden.l.qui accusare. *Nam si per errorē*
4 *aut incuriam domini loca ab alijs possessa sunt.* † Sed quo-
modò potest hoc esse, quòd aliquis erraret in facto
proprio, & circa res suas? certè nô auditur. Primò, quia
in proprio facto, vt ff.pro suo.l.vlt. Secundò, qnia vires
& emolumentum rerum suarum nô debet quis habere
incognitum: & si dicit, nô auditur, vt C.de rescin.ven-
dit.l.quisquis. Respondeo: benè potest quis errare in
proprio facto, & circa possessionem rerum suarū. nam
errâdo credebam fortè maternum, quod erat paternū:
& ecôtrà, vt ff.de iur.& fact.ignor.l.plurimam.& l.in-
ris. & C.eo.l.eod. & l.cùm fals.& quod dicit l.vlti.pro
suo. verum est, quòd ita de facili non admittatur, si sit
deperditi hominis & crassa, vt in prædict.legib.& cir-
ca possessionem quæ vilis est abiecta, quæ de facili amit
titur, nô est mirum. Nônne legitur de Plorio, qni nomē
proprium ignorabat, vt C.de hęred.instit.l.vlt. Audiui
etiam de quodam à quo cùm quæreretur quod esset no
men filiæ, quam desponsare volebat, ipse respondit,
quæram à sacerdote, qui ipsam baptizauit: quia eius
nomen ignoro. Et quòd dicit l.illa, quisquis. C.de re-
scind.vendit.non obstat: quia nô loquitur in casu præ-
senti, sed loquitur quòd nullus debet ignorare vires
suarum facultatum: scilicet, vtrùm terra sua producat
frumentum vel hordeum. & quæ sit bona terra, vel ma
la: sed certè pauci sunt & maximè côuersantes in scho
lis, qui ista sciant. *Aut incuriam.* De his pone exem-
plum in multis negligentibus, & maximè in illis, qui
habent amplas possessiones, qui nesciunt etiam de om-
nibus vbi sint, nec curant scire: sunt enim de malè fa-
cientibus rationes suas. ea lôgo enim tempore obliuio
5 sequitur, vt ff.de vsucap.l.furtum.§.1. † QVAESTIO. Sed
illud quæritur: quomodò per errorē aut incuriam do-
mini loca ab alijs possidentur: nunqnid error vel incu
ria domini est causa qnare alius possideat? certè non:
sed ideò dicit iste per errorè vel incuriam desijt possi-
dere: & sic possessio vacat: si vadat modò aliquis & in-
tret possessionem istam sic vacantem, sine pœna pos-
sessio debet restitui: hoc olim tēpore huius l.quo tem-
pore nulla pœna imponebatur in possessione vacante
occupata: sed hodie secùs, vt in côstitutione, cùm quę-
6 rebatur. † QVAESTIO. Sed quæritur, quo iure restitu-
enda sit possessio ista vacans? Respondeo, glossauit A.
agendo in rem: glossula ista mala: quia per actionem
in rem non auocatur possessio, sed proprietas, vt ff.de
rei vendit.l.quæ restituere. & l. is qui destinauerit. &
aliud est pretium rei, aliud possessionis, vt ff.vti possi-
detis.l.si dno.& est argum.ad hoc ff.de tritica. l.1. vnde
dico, quòd restituitur possessio per condict. ex l.sicut
per condictiones quæ intentantur ex alijs constitutio-
nibus: quia vbicunque per legem cautum est, quòd a-
gere possumus, nec cautum est quo genere actionis, cô-
dictione ex l.illa agimus, vt ff.de condict.ex lege.l.vni-
7 ca. † QVAESTIO. Sed qnomodò fiet restitutio posses-
sionis illi, qui non possidet, nec possedit: quæ pos-
sessio est vacans, quantum ad Actorem, quomodò con-
8 cipietur libel. Respondeo, benè: nam dicam sic. † LI-
BELLVS. Ago ego Titius contra M.qui possessionem ta-
lis fundi vacantem, quem fundum dico ad me pertine-
re iure dominij, authoritate propria vsurpauit. vnde
peto possessionem illius fundi mihi restitui condictio-
ne ex l.inuasor.C.vnde vi. Fiet mihi restitutio posses-
sionis, non quòd possederim, sed dicitur restitutio ex
parte possidentis: sicut dicitur de interdicto quorum
bonorum, quod dicitur restitutorium ex parte restitu-
entis, non ex parte agentis: quia ex illa parte dicit, adi-
piscendæ, vt ff.quorum bon.l.vnica.

De constitutione, cùm quærebatur. Rubrica.

1 *Possessio vacua quæ dicatur in constitutione, cùm quære-
batur. C.vnde vi. & quæ propriè possessio vacua nomine-
tur & num. 2.*
3 *Possessio absentium vel præsentium, quòd occupetur, an
idem esse dicatur.*
4 *Iudex quomodo possessionem, quæ est apud alium, vel eti-
am quæ vacat, in alium sine facto illius transferre pos-
sit.*
5 *Ius sibi authoritate propria nullus dicere debet.*
6 *Iurisdictio generalis, quænam sit.*
7 *Quod suum est, vnusquisque scire tenetur.*
8 *Stultus si ita aliquis fuerit, vt nihil nouerit, quid fiat de
illo.*
9 *Illud quod est alicuius, quænam dicatur.*
10 *Rem alienam nullus occupare debet.*
11 *Tempora minora quare potiùs statuantur, quando crimi-
naliter agitur, quàm quando ciuiliter agitur ex crimine.*
12 *Libellus in constitutione, cùm quærebatur. C.vnde vi.quo-
modo formetur.*
13 *Constitutionis, cùm quærebatur. C. vnde vi. pœna an lo-
cum habeat, si sit res hæreditaria, quam aliquis occupa-
uit.*
14 *Constitutio, cùm quærebatur, an locum habeat, quando
quis accepit cum dolo, vel sine dolo.*
15 *Constitutio, cùm quærebatur, an locum habeat, si aliquid
occupet rem meam vacantem ab alio, non à me.*
16 *Possessio si sit vacua, quomodo constitutio, cùm quæreba-
tur, locum habere possit.*

VLTIMA constitutio ponitur, quæ punit detem-
ptatorem, qui possessionē vacantem alicuius ac-
cipit sine authoritate iudicis, & sine violentia,
vt infrà dicemus: & compelletur condict.ex l.ista, pos-
sessionem restituere: sicut statim infrà de omnibus di-
cemus. *Cùm quærebatur inter Illiricanam aduocationē quid
fieri oporteret.* Hic Dominus Imperator fuit côsultus
super quęstione dubia iuris: quod semper debet fieri,
si nô inuenitur diffinita in corpore iuris, vt C.de legi.
& côstit.l.humanum. ff.de fideicommissar.liber. l.ita-
que. & fuit consultus ab aduocatione Illiricana, id est,
de partibus Illirici. illa enim contra tabu. vocatur Il-
liricum: de quo Illirico habes C.de inoffi.præfec.præ-
tor.orientis & Illirici. & C.de temp.appel.l.vlti.circa
princ.alibi etiam fuit consultus à Cæsariana aduocati-
one, vt C.de acquiren.possess.l.vlti. *Qui vacuam pos-
sessionem absentium sine iudiciali sententia detinuerūt* Me-
ritò fuit dubitabilis: quia secundùm iura antiqua, quę
scripta erant, omni carebat remedio, quantum ad pos-
sessionē, ille cuius possessio fuerat: quia cùm non pos-
sedisset, neque violētia illa lata fuisset, interdic. vnde
vi. nec constitutio, si quis in tantā. nec alia quælibet lo-
cum habere poterat: & tantùm realis actio côpetebat,
vt dicit litera sequens, vsque ad illud verbum, nos ve-
rò contradicentes, & cæt. & ideò de summa necessita-
te oportuit Principem beneficium huius constitutio-
nis inducere. † QVAESTIO. Quæritur inprimis, quæ 1
possessio dicatur vacua, de quà loquitur constitutio
præsens? Respondeo: voluit notare Dominus H. sicut
tradit Dominus meus in summa super ista l.quando a-
liquis absente corpore suo, animo retinet possessio-
nem, alius in absentia illius ingreditur possessionem:
ille suspicatur se posse repelli, & ita possessione priua-
tur: non ex primo facto, sed ex voluntate sua, quia ha-
buit animum relinquendi possessionem, vt ff.de acqui.
possess.

possess. l.sed si nolit. & hæc secundùm eum dicitur vacua possessio corpore, sed non animo. Sed nónne in hoc casu locum habet interdictum vnde vi? ita videtur: nam possessionē amittit, vt dicit l.sed si nolit. Item siue animo solo quis possideat, siue corpore: & reuertens prohibeatur ingredi, habet interdictum vnde vi, vt ff. de vi,& vi arma. l.1.§.siue autem corpore. & §.idem Labeo. nam & qui metu turbæ perterritus fugit, videtur deiectus, vt ibi. & ff. de vsucap. l.non solùm. §.si dominus. Respondet ipse dominus H. quòd non habeat locum interdictum secundùm eum in casu illo: quia ad hoc quòd interdictum locum habeat, oportet quòd violentia corpore inferatur. nam vis sine corpore non habet locum, vt dicit Pomponius. ff. de vi & vi arma. l.1.§.idem Labeo. qui Pomponius in eodē §. videtur corrigere Labeonem, sed non corrigit, vt statim dicam. vnde si animo possidebam,& veniens fui prohibitus, tūc habet locum interdictum. quia violentia modò corpore infertur. vel si quis me in itinere detinuerit, vt ff. de vi & vi arm. l.1.§.siue autem corpore. vnde vide in ff. de acquiren. possess. l.possideri. in fi. nam ibi dicitur quando animo possidebam, & veniens non admittitur: vis committitur, & aduersarius videtur vi possidere: & idem dicit §.ille, siue autem corpore. quia tunc aduersarius vi possidet, & ego videor vi amittere possessionem: sed quando suspicor me posse repelli, & nolo ad fundum redire, possessionem amitto: sed non dicitur violentia illata, vt in l.sed si nolit. de acquiren. possess. non enim videtur vi deiectus, qui profugit, & deijci non expectauit. vt ff. quod met. caus. l.metum. Respondebat Dominus H. quòd videretur vi deiectus, quantum ad hoc vt vsucapio nō procedat: & hoc ideò: nam per talem suspicionem possessionem amitto, vt dictū est: licèt violentia non inferatur: si possessio amittitur, ergò vsucapio interrumpitur, sicut si esset vi deiectus, vt ff. de vsucap. l.naturaliter. cùm vsucapio sine possessione non procedat, vt ff. de vsucap. l.sine possessione. & secundùm hoc Labeo non corrigitur per Pomponium in tit. de vi & vi arma. l.1.§.idem Labeo. Sed quid erit secundùm Dominum H. in casu illo: qualiter succurretur, illi qui possessionem amisit ea suspicione animi: certè secundùm eum, omni carebat remedio tempore illarum legum: & ideò dicebat hanc constitutionem inductam. Dominus tamen meus dat sibi interdictum vnde vi vtile. quia licèt verba deficiant, sententia locum habet: scilicet quia possessio est amissa. sicut notatur in summa vnde vi. & ego notaui suprà in Rubrica, de interdicto vnde vi. hanc sententiam Dominus meus hic adinuenit propter verba, quæ ponuntur in lege: violētia in ablata possessione minimè procedente. Quòd etiam competat vtile interdictum in casu primo, quando suspicor me posse repelli, est argument. nam sicut dominus vel pater tenetur vtili interdicto, si filius vel mercenarius aliquem deiecit à possessione, & possessio deuenit ad patrem vel dominum, vt ff. de vi & vi arma. l.1.§.si filius. Dominus tamen P. non admittebat in casu illo, quòd si quis suspicetur se posse repelli, quòd daretur illi vtile interdictum: nisi quando vadens ad fundum, non fuit admissus. Vnde his omissis dicimus, quòd illa possessio dicatur vacua, quæ ab illo neque corpore, neque animo detinetur: & sic in casu isto loquitur constitutio, in quo casu nec directum, nec vtile interdictum competebat illi: & ideò de summa necessitate inducta fuit constitutio præsens.

QVAESTIO. † Sed quæritur: videtur quòd hoc stare non possit. nam ego video, quòd venditor emptori tenetur tradere vacuam possessionem, vt ff. de act. emp. & vendit. l.ex empto. & C. de probat. l.cùm res. & hoc in debitore & creditore, vt C. de distract. pig. l.qui prædium. & sic vides, quòd possessio dicatur vacua, quæ corpore & animo possidetur. si enim nullo modo possideretur, tradi non posset. Respondeo: tu deciperis in nomine. quod enim habetur in legibus illis, hnc idē sonat, si benè intellexeris: debet tradere venditor emptori possessionem vacuam: ita vacuam, quòd à nemine possideatur, neque animo, neque corpore, neque quòd habeat ius in re, ad hoc vt liberetur actione ex empto: non autem esset necesse, quoad translationem dominij: quia tunc dominium transfertur, etiam si nō tradatur vacua, vt ff. de fund. dot. l.si fundos, quem Titius possidebat: & sic in illo momento tradit vacuam possessionem animo & corpore, à se venditore, & ab alio: tamen melius dixisset Legislator, vacantem possessionem, sicut illa est, quando quis sine hærede decedit, cuius possessio dicitur vacans, vt Instit. de vsucap. §.quod autem. & C. libr. 11. de communi agro deserto. l.qui agros. Sed ideò posuit Legislator de vacua, & non de vacante, vt differat ab illa, vt det intelligere, quòd loquatur hęc constitutio, quando quis occupat possessionem alicuius viuentis vacuam: in quo casu nullum inueniebatur remedium: quia in possessione vacante hæreditatis occupata habet locum vel quorum legatorum contra legatarios: vel quorum bonorum contra tenentes res hæreditarias: quod locum habet & pro vniuersitate, & pro re singulari, vt ff. quor. legat. l.1.& 2. & ff. quor. bonor. l.vnica. & ff. de fur. l.hoc ampliùs. in hæreditate enim non est possessio, & ideò dicitur vacans, vt ff. si quis testam. lib. ess. iuss. l.1.§.Scæuola. ea enim quæ sunt facti, in hæreditate non sunt, nec sustinet hæreditas vicem personæ, vt ff. de acquiren. rer. domi. l.hæreditas. sicut in Apulia dicitur de puella & virgine. hæc puella est vacua, id est, à nemine possidetur, nec habetur neque animo, neque corpore. OPPOSITIO. Sed illud quæritur: quomodò possit esse, quòd si aliquis sit viuus, & habuerit aliquam possessionem, quòd possessio illa dicatur vacua, cùm saltem animo retineri possit: & si animo retinetur, non est vacua, vt C. de acquiren. possess. l.licet. Respondeo ita, potest esse, quòd possessionem quis habuerit, & longo tempore fuerit absens. ita quòd per incuriam desierit possidere: nesciebat enim loca vbi essent suæ possessiones: ea longo enim tempore oblinio sequitur, vt ff. de vsucapionib. l.furtum. ff. de acquiren. possess. l.peregrè. & ff. de proba. l.si arbiter. vel potest idem contingere per negligentiam, quòd aliquis est ita miser, quòd extra ciuitatem non vadit ad videndas possessiones suas, & sic desierit possidere, vt suprà l.inuasor. vel habebat aliquis amplas possessiones, & aliquas nesciebat benè, sicut de omnibus prædictis possem notare exempla.

QVAESTIO. † Item quæritur: quare dicit absentium, nunquid esset aliud si possessio vacua præsentium fuerit occupata? Respondeo, non: sed ideò dicit, quia ita de facto contingit, quòd absentis & viuentis possessio vacua fuit occupata: idem est etiam etsi præsentium: vel ideò punit absentium, quia citiùs contingit, quòd possessio absentium potest fieri vacua, quàm possessio præsentium. *Sine iudiciali authoritate &c.* Hoc ideò dicit, quia si authoritate iudicis retineret, non haberet locum ista constitutio, cùm iustè possideat, qui autore prætore possidet, vt ff. de acquiren. possess. l.iustè. & hoc intelligas, si iudea iustè præcipiat: aliàs anthoritas iudicis non excusaret, vt ff. de reg. iur. l.à iudice. Pone, quòd absens fuit citatus, & noluit comparere, mitteretur aduersarius in possessionem rei illius: vel mandabitur executioni sententia contra bona immobilia illius: quia mobilia non inueniebantur, vt ff. de re iudica. l.à Diuo Pio. & sic quod legitimè factum est, nullam pœnam meretur, vt C. ad leg. Iul. de adulter. l. Gracchus. & ff. de concubin. l.1. nec deberet aliquo enenim resuscitari, vt ff. de itinere actuque priuat. l.nec enim. & C. de administr. tutor. l.sancimus. & quæ iure magistratus fiunt, ad actionem iniuriarum non pertinent. Et inius executio non habet iniuriam, vt ff. de iniur. l.iniuriarum. & l.non solùm. §.quæ iure magistratus. † QVAESTIO. Sed quæritur, quomodò possit iudex possessionem, quæ est apud alium, vel etiam quæ vacat, in alium transferre sine facto illius: vel saltem illo ignorante. nam quod nostrum est, sine facto nostro ad alios non transfertur, vt ff. de reg. iur. l.id quod nostrum. Respondeo: benè iudex ex officio suo possessionem alterius in alium transfert, etiam illo ignorante. nam & hoc faciunt censitores, qui recolligunt censum

sum & tributum. & hoc etiam flumina faciunt, quæ vice censitorum funguntur, vt ff. de publica. l. commissa vectigalium. & ff. de acquiren. rer. domin. l. ergo. & ff. de acquiren. possess. l. Pomponius. §. si iussu iudicis. sed ita si ventum sit in possessionem, vt ff. de pigno. act. l. nõ est mirum. nec enim possessio a te quando non vacat: vel etiam si vacat, recedit, sed propter tuam contumaciam, vt suprà dixi. imò Iudex ex officio suo in alium transfert dominium, vt ff. si ex noxali causa agatur, l. 1. in fin. & ff. de noxa. l. electio. in fin. & ff. de damno infecto. l. si finita. §. Iulianus. & argum. ff. de publica. l. 1. & Instit. de officio iudic. *Nec; vnde vi interdictum.* quia illud datur possidenti & deiecto, vt ff. de vi & vi armat. l. 1. §. dicitur. at iste viuens (absens vel præsens sit non curo) neque animo neque corpore possidens, non potest dici deiectus, cùm possessio eius vacaret, vt ff. de vi & vi armata, l. 1. §. eum qui. nec animo solo, quod dicit dominus H. in eo quòd suspicetur se posse repelli: quia nec illi credebat interdictum competere, sed hãc constitutionem, vt in hac ea l. notaui. *Nec quod vi aut clàm.* Et meritò: illud enim interdictum vel interdicta competunt, quando aliquis celante domino possidet, vel quando infert vim inquietatiuam, quod in vacua possessione assignari non potest, vt ff. quod vi aut clàm. l. 1. et l. prohibere. §. clàm. & l. vim facit. Ex hac litera sume vnum argument. quod interdictum quod vi aut clàm, sit vnum habens duo capita: de hoc notatum habes suprà in speciali rubric. quod vi aut clàm. *Vel aliam quandam actionem ad recipiendam possessionem.* Nota quòd actio est proponenda hodie etiam ad recuperandam possessionem: quòd actio sit proponenda notaui suprà in hoc eodem libello. circa princip. ante tractatum actionum. OPPOSITIO. Sed opponitur: imò secundùm vetera iura competebat condictio ex l. inuasor. C. vnde vi. nam ibi loquitur de apprehendente possessionem vacuam, quòd debet eam restituere: cùm illam possessionem per errorem aut incuriam domini possedit. quomodo ergo dicit, quòd nulla actio competebat ex veteri iure ad recuperandam talem possessionem? Respondeo: posset dici, quòd illud quod cabetur in l. illa, fuit additum a compositoribus noui iuris. Vel aliter: nulla actio competebat per legem veterem cum pœna. nam l. illa, inuasor. siue pœna præcipiebat possessionem restitui. hæc autem constitutio, cum [illegible] quærebatur facit restituere cum pœna, sicut infrà dicemus. Vel tertio modo & melius. l. illa, inuasor. loquitur quando quis occupauit possessionem vacuam [illegible] in quo casu videtur loqui, dum dicit, per errorem id [illegible], quia credebat esse suam, cùm non esset, vel per incuriam similiter, quòd non curauit multum diligenter inquirere an esset sua vel aliena. l. autem ista loquitur, quandò quis occupauit possessionem [illegible] vacuam, præsentis vel absentis, quam [illegible] sciebat suam non esse: credebat tamen sibi licere illam apprehendere, ex quo vacabat, sicut & quandò quis occuparet rem quæ est in bonis nullius quàm [illegible] facit [illegible], vt Instit. de rerum diuis. per totum. & ff. de acquiren. rer. domin. l. 1 & 2. & l. adeò. & hoc est quod dicit litera in fin. omnes autem scire debent &c. vnde si lex ista pœnam imponit, non est mirum: quia plus peccat quàm in illa l. inuasor. *Violentia in ablata possessione minimè procedente.* Ex hac litera sumitur, quòd lex ista loquitur de possessione vacua: quicquid dixerit dominus H. salua pace sua: & ex litera superiori quæ dicit vacua: si enim non esset vacua, nunquàm posset ab alio apprehendi sine violentia: si enim ille possidebat, ego possidere non possem: nisi violentiam committerem, & iste deijceretur: quia duo insolidùm possidere non possunt, vt ff. de acquiren. possess. l. possideri. §. ex plurimis. & ff. commodati. l. si vt certò §. si duobus. *Nisi domino tãtummodò interim actionem exercere permittentes.* Et sic contingebat tempore veterum legum, sicut contingit hodie illi, qui mittitur in possessionem rei alicuius, quandò agitur reali post litem contestatam vel quasi: quòd sola quæstio proprietatis reseruetur absenti, vt C. vbi in rem act. deb. ex l. 1. *Nos verò non concedentes aliquem alienas res, vel possessiones vsurpare per suam authoritatem.* † Nota ex ista litera, quod nullus authoritate propria 5 debet sibi ius dicere. simile C. de Iudæis & cælic. l. nullus. ideo per iudicẽ reposcere debet, vt hic. & ff. quod metus cau. l. extat. & ff. ad l. Iul. de vi public. l. penult. Fallit tamen in casibus quibusdam, vt C. quando lice. sine iudic. l. 1. & 2. & C. de meta. libr. 12. l. 1. ff. de his quæ in frau. credi. l. ait prætor. §. si debitorem. *Sancimus talem possessorem, vt prædonem intelligi.* Talem, scilicet inuasorem occupantem. OPPOSITIO. Quomodò tenetur vt prædo? certè non videtur: nam prædo tenetur actione vi bonorum raptorum, vt ff. vi bono. raptor. l. prætor. Instit. vi bonõ. rapt. item ille ita tenetur si violentiam committat, vt in prædictis legibus. hic autem sine violentia, vt etiam dicit litera istius l. Item ille tenetur pro re mobili: hic autem loquitur de occupante possessione vacuam rei immobilis, vel etiam mobilis, sed frequentiùs ad illud quod de facto contingit: imò etiam frequenter de re mobili, sicut de immobili: & frequentiùs & plus, quia rei mobilis à natura neglecta custodia est, vt ff. de acquiren. possess. l. si rem mobilem. Quare ergo dicit, quòd teneatur vt prædo: cùm ille punitur in triplum, computata re. vt Instit. vi bon. rapto. hic autem minùs punitur, vt infrà dicemus. Respondeo, istud ponitur ratione similitudinis quoad quid, scilicet quoad restituendam illam possessionem, non quoad aliam. nam non est prædo, nec punitur pœna prædonis: propterea ponitur verbum similitudinatium, vt prædonem intelligi. & hoc etiam indicant verba sequentia. *Et generali iurisdictione ea teneri, quæ pro restituenda possessione contra huiusmodi personas veteribus declarata sunt legibus.* † Quæ est illa generalis iurisdictio, quæ sunt veteres leges? 6 Responde. Quidam voluerunt notare, scilicet interdictum vnde vi. vt sicut per illud interdictum tenetur inuasor possessionem restituere cum fructibus, ita & per istam constitutionem teneatur iste occupator: non tamen alia pœna imponatur. & hoc voluit notare dominus Io. do. Aldri. Alij idẽ sentiunt quantum ad pœnam, sed vocant generalem iurisdictionem. l. illam, inuasor. & sic secundùm illos mala est illa expositio, quam notaui suprà in hac eadem l. Dominus meus intelligit generalem iurisdictionem, scilicet constitutionem, si quis in tantam. non quòd teneatur illa constitutione, sed ista: quia illa punit violentos, & quandò occupant vel inuadunt possessionem apud alios constitutam, sicut ibi notaui. Dicit ergo hunc prædonem teneri ad restitutionem possessionis cum fructibus, & ad pœnam legis: quia tantundem soluet, si non est dominus, vel non habuit ius in re: alioquin amittit dominium, vel punitur in iure quod habet, vt dicit illa constitutio, si quis in tantam. *Ridiculum est enim dicere vel audire, quòd per ignorantiam quis rem alienam occupauerit.* Simile habes Instit. vi bono. rapto. vbi quis excusatur, si dicebat. ego erraui: credidi rem istam esse meam, & hoc mihi licere: vnde in vtroque inuentum est iuris remedium ad puniẽdam malitiam, quæ possit excogitari hic & ibi. Sic ergo nota quatuor casus. in duobus habet locum cõstitutio, scilicet, quandò quis putauit rem illam quam occupauit, esse alienam, & erat aliena, vel credebat suam, & erat aliena. in alijs duobus non habet locum, scilicet, quandò putauit suam & erat sua. vel quandò putauit alienam, & erat sua. *Omnes autem scire debent quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere.* † Tenetur ergo aliquis scire id quod suum est, & quid habeat & quantum. 7 sed aliquandò multi plus sperant habere in facultatibus quàm habent, vt Insti. qui manumir. poss. vel non. item tenetur scire quis vires & emolumenta rerum suarum. vt C. de rescind. vendit. l. quisquis. † QVAESTIO. Item 8 quid si est aliquis stultus, qui ferè nihil nouit: quid erit de isto? Respondeo nihilominùs, ponitur ne melioris conditionis sint stulti, quàm periti: simplices quàm

ſcientes, vt ff. quod vi aut clàm.l.Seruius. omnes ergo ſciunt vel ſcire debent iſta: ſunt enim in iure paria, vt hic. & C.de reſcind.vendi.l.quiſquis. & ff. de fideiuſſori.l.ſi Titius & Seia. & ff. locat. & conduct. l.item quæritur, §. ſi fuſio.ff.de ædili. edict. l. 1. §. cauſa. *Quod ſuum non eſt.* † Quid eſt ergo illud quod dicitur eſſe alterius? Reſpondeo, ſtrictè hoc dicitur meum, tuum, ſuum, illius, quod pertinet ad dominium, nam iſta verba illud ſapiunt, vt ff.de rei vendicat.l.non ſolùm.§.metum. & ff. de legat.3. l. ſeruos. & C. de religioſ.& ſumpt.funer. l.2. §. in locum alterius. & ff.ad Trebell.l.ſi legatus.§.ſi quis bona ſua.hoc,ad alios modis omnibus pertinere, largo modo ponitur, vt ff.de verbor.ſignificat.l.verbum pertinere. & ſic ſi ad alium res pertinet ratione poſſeſſionis, licet tua eſſet proprietas, puniris: quia reſtituis rem, & dominium amittis, & ſi pertinebat ad alium iure dominij, reſtituis rem & aliud tãtundem, vt ſuprà dixi. vnde dicit modis omnibus.q.d.quod aliud non poſſit eſſe: nam ſi res eſt mea, non eſt tua, & econtrà, vt ff de procurat.l.Pomponius. & ff.de execu. rei iudic.l ſi inter me & te. *Cùm talis*

20 *diſpoſitio* † Quæritur quæ? Reſpondeo, eſt illa proxima quod omnes ſcire debent &c. Item quòd nullus debeat occupare rem alienam. Item aliud quod ridiculum eſt dicere vel audire. *Vt ſi quis rem alienam inuito domino attigerit:* & animo lucrandi, vt dicunt veteres.ff.de furt.l. 1.& 2. & 3. licet in caſu etiam volente domino fiat furtum, vt C.de fur.l.ſi quis ſeruo. Si quis rem, ſubaudi mobilem, quia abolita eſt ſententia dicentium fundi locive furtum fieri, vt Inſtit. de vſucap. OPPOSITIO. Sed non videtur hæc bona ſimilitudo in actione furti, nam excuſatur quis à furto, ſi ceſſat dolus. Item ſi non fiat lucrandi animo, vt ex diſtinctione furti apparet. Item & ſi quis vtatur re aliena, vt credat dominum permiſſurum, licèt falsò credat, tamen excuſatur à vitio furti, & à pœna, vt Inſtitut. de obligat. quæ ex delict.naſc. & ff.de fur.l.inter omnes. Reſpondeo, reuera non omnimoda ſimilitudo, ſed inducit ſimile quantum ad hoc quandò iſte ſciuit poſſeſſionem eſſe alterius, ſcilicet alicuius rei mobilis, et doloſe contractat, tunc punitur: ita punitur & hic, quandò dolo occupat poſſeſſionem vacuam alterius abſentis, non eſt autem omnimoda ſimilitudo, vt dixi. Sed ita demùm conſtitutio præſens ſuccurrit abſenti. *Si triginta annorum non exceſſerint curricula.* Circa iſta opponitur quomodo durat querela ex l. iſta vſque ad 30. annum. cùm ſit pœnalis debebat ſaltem durare vſque ad annos 20. vt C.de fal. l.querelam. Reſpondeo, ideò durat, quia condictio ex l. iſta eſt perſonalis: & omnis perſonalis de ſui natura & de iure communi durat vſque ad annum 30. vt C.de conſtitu.pecu.l.1. Item & eſt ciuilis, quia à Iuſtiniano inducta, nam & actio furti nec manifeſti, ciuilis eſt & pœnalis, vt Inſtitu.de perpe.& tempora act. & durat vſque ad annum 30. imò etiam furti manifeſti actio quæ prætoria eſt propter vicinitatem illius actionis ciuilis furti nec manifeſti, durat vſque ad 30.annum, vt Inſtitu.de perpet.& tempora.act & l.illa, querelam.C.de fal. non obſtat, quia locum habet quandò ex crimine criminaliter agitur.

21 Item & in l.illa ponitur ferè †QVÆSTIO. Si tu quæras quare minora tempora ſtatuuntur quandò criminaliter agitur, quandò ciuiliter agitur ex crimine? Reſpondeo, ratio eſt, ſcilicet ipſa pœnæ impoſitio, quæ eſt odioſa: & ideo reſtringenda, vt ff.de pœn.l.penult. & vbi maius periculum ibi maius conſilium, vt ff.de Carbonia.l.1.nam etiam inſtantia iudicij criminalis finitur biennio, vt C. infra certum temp. crimi. quæſt. termi.l.vltim. ciuilis iudicij inſtantia durat trienio, vt C.de iudic.l.properandum.§.1. Item mitius agitur cum aliquo in crimine, ſi criminaliter condemnetur: nam pannicularia ſibi non auferuntur, nec zona, nec leues annuli, nec nummi viaticales, vt ff.de bon.damna.l.diuus. in ciuilibus autem in ſolidum condemnatur, niſi ſit perſona quæ habeat priuilegium, vt non condemnetur, niſi catenùs quatenus facere poſſit, vt ff.de re iudic. l.ſunt perſonæ. cum legib.ſequen. Et ſic in criminibus ſi criminaliter agitur, eſt quædam benignitas, licèt delinquẽtes ſint odioſi, in vita actionis, quæ minus durat, & in inſtantia iudicij, licèt hic aliàs durius agatur cum condemnato. OPPOSITIO Sed circa iſtam præſcriptionem triginta annorum opponitur, vel poſſunt iura aſsignari contra C.de cenſi. & cenſito.l.vltim.libr.11.nam legitur ibi, quòd ſi aliquis deſertam poſſeſſionem recipit a peræquatore: Peræquator dicitur ille qui æqualiter diuidit poſſeſſiones tributarias inter illos qui volunt recipere à fiſco ad cenſum: & ille qui credebat ſibi ius in re illa competere, nõ venit infra ſex menſes in perpetuum conquieſcat: & nullum repetendi, dicit Imperator, volumus eſſe principium. & hic in l.iſta, cùm quærebatur. auditur vſque ad annos 30. Reſpondeo, in l.illa, de cenſibus. hic poſſeſſor habet titulum, vnde iuſtè poſsidet, quia authore peræquatore poſſidet, vt & aliàs ff.de acquiren.poſſeſſ. l.iuſtè.10 l.cùm quærebatur. nullum habet titulum qui inuaſit: & ideò tãtùm occupauit ad ſuum commodum. in prędict.l.ad commodum ſuum & ad commodum fiſci. vnde ille prior poſſeſſor debet audiri vſque ad ſex menſes tantùm.ſed quare vſque ad ſex? Reſpondeo, ad inſtar redhibitoriæ, vt ff.de ædil.edict.l.cùm ſex.& ne diù prædia tributoria vacent. OPPOSITIO. Item adhuc opponuntur l.1.C. de omni agro deſerto, lib.11.l.qui agros nam ſi aliquis accipit agros deſertos vetus poſſeſſor poterit infra biennium auocare: nam poſt biẽnium omni poſſeſsionis & dominij carebit iure, qui ſiluit. Reſpondeo, in l. illa ideò ſic ſtatuitur infra biennium, quia ille qui accipiebat ad cõmodum ſuum, & ad commodum fiſci, & hoc dicit litera ibi, ad priuatum publicumq́ue compendium, & non accipit a peræquatore, ſed ſua authoritate: & ideò biennium ſtatuitur infra quod domino & veteri poſſeſſori auxilium competit, & non vſque ad annos triginta, quia in l.cùm quærebatur. ex toto & in totum ad ſuum commodum occupabat, & quod dicit d.l.qui agros. voluntati ſuæ nouerit, adeſſe noſtrum reſpõſum. non intelligas quòd aliquis debeat expectare reſponſum principis an velit concedere, quia tunc ſine damno moræ oporteret expectare, ne biennium currat, vt argumen.ex illa authent.ſed lis quæ ſperatur C.de tempo.appe. Item ſi haberet à principe, à nullo aliquo tempore quæſtionem pateretur, vt C.de omni agro deſert.l.vltim. In hac autem conſtitutione formabit actor ſic libellum. †LIBELLVS. Ago ego 22

R.contra M. qui poſſeſsionem meam vacuam propria authoritate inuaſit ſeu intrauit, vel occupauit: vnde peto illam poſſeſſionem mihi reſtitui cum pœna. vt ſi dominus eſt, vel ius habet in re, quòd amittat: vel ſi non eſt dominus, vel ius non habet, quòd mihi ſoluat æſtimationem rei ipſius quam facio ſo. propono condict. ex l.cùm quærebatur. OPPOSITIO. Sed huic libello ſic opponitur. non videtur, quod libellus ſit ſic concipiendus: cùm actor debeat eſſe certor de iure ſuo, vt ff.de regul.iur.l.qui in alterius. vnde ſub conditione non debet recipi ita libellus. Reſpondeo: non eſt locus oppoſitioni, nam de facto ſuo non dubitat hic actor, quia certa res eſt, quæ petitur. & certa eſt condictio quæ intentatur. verùm incertitudo verſatur circa factum alterius, quia non poſſum ſcire vtrum ſit dominus ille vel non. & ſimile contigit aliàs ff. quor.leg. l. 1.§. hoc interdictum.& ff.ſi pars hęred.peti.l.1.§.vltim.OPPOSITIO. Veruntamen opponitur de eo quod habes ff.de tribu.l. quod ... hæredem.§.ſi ... nam ibi tenetur actor eligere, licèt videatur dubitare de facto alterius. Sed reſpõdeo, hoc ideò ibi quia debui explorare de illo cum quo contraxi, vtrùm ſui exercitor vel inſtitor, vel in rem domini verterit pecuniam illam, vel an iuſſus domini interuenerit, vel ſaltem an habeat peculium, quod hic non eſt, cùm agitur ex maleficio. †QVÆSTIO. 23

Quidam tamen quærit dominus meus extra literam, ſicut in ſumma ſuper l. iſta notaui. Et primò ſic quæritur, quid ſi res ſit hæreditaria, quam aliquis occupauit, an habeat locum pœna legis illius? Reſpondeo, non: quia hic loquitur in poſſeſsione abſentis, & in eo

alio-

aliena, vt patet per illa verba, qui per ignorátiam rem
alienant, & cætera. res autem hæreditaria non est ali-
cuius: & possessio ipsius non est alicuius, vt ff. de reri
diui. l. 1. & ff. si quis testamen. lib. esse iuss. fue. l. 1. §. Scæ-
uola. Itē quæritur, quid si hæreditas erit adita sed pos-
sessio non apprehensa? potest dici vt locum habeat con
stitutio secundùm vnam positionem casus. QVAESTIO.
14 † Item quæritur: nunquid locum habeat ista constitu-
tio, quandò quis accipit cum dolo vel sine dolo? Re-
spondeo, dominus meus dicit, quòd locũ habeat, quan-
dò cum dolo. & hoc colligit ex duobus. primò ex illo
quod dicit, quòd omnes scire debent. secundò ex illo
quod ponitur de exemplo furti, & sic notat in summa
C. vnde vi. super hac l. Alij sine distinctione admittunt,
siue cum dolo, siue sine dolo: & ita dicunt quòd sit gene
ralis, sicut & constitutio, si quis in tantam. alioquin
quilibet posset dicere. ego credidi hoc mihi licere, &
sic excusari, sicut aliàs contingebat. Insti. vi bono. rapt.
& difficilimum esset mihi probare dolum, cùm dolus
ex perspicuis insidijs probari debeat, vt C. de dolo. l.
dolus. Posset fortè media sententia eligi, vt quandò do-
lo, locum habeat lex ista, & quantum ad pœnam &
quantum ad restitutionem possessionis. quandò verò
sine dolo, locum habeat hæc constitutio, tantùm ad re-
stitutionem possessionis, nò autem quantum ad pœnã.
† QVAESTIO. Item quærit dominus meus: nunquid locũ 15
habeat lex ista, si aliquis occupet rem meam vacantem
ab alio non à me, licet non sit vacua. Respondit domi-
nus meus, quòd nõ: quia alij auxilio locus est. sed quòd
esset illud auxilium? Respondeo: vel interdict. vnde vi,
vel constitutio, si quis in tantam. si enim vacat ab alio,
non tamen vacat à me. † QVAESTIO. Item quæritur: quo- 16
modo si possessio erat vacua, possit locum habere cõsti-
tutio ista, vel libellus, vt posset dicere, peto mihi posses-
sionem restitui, quàm amiserã ex obliuione. Item quo-
modo restituetur mihi possessio, quæ non fuit mihi ab-
lata? Respondeo, dicitur restitui, ex parte illius qui oc-
cupauit, sicut Interdictum quorum bonorum, quod di-
citur restituendæ ex parte cõuenti, licèt ex parte agen-
tis sit acquirendæ, vt ff. quor. bonor. l. 1. Vel dicitur re-
stituendum, id est, dandum. nam & verbum, restituen-
di, & per se dandi significationem habet, vt ff. de verb.
signifi. l. verbum reddendi. & ff. de lega. 2. l. cùm quidã
vxor. Hæc vt vltima sicut potui ad vtilitatem scholari-
um & doctrinam de constitutionibus, quæ violentiam
puniunt, notare præuidi. Et sic per Dei gratiam com-
pleta sunt omnia, quæ in arbore actionum inuenta fue-
runt nomina actionum. & multa plura sunt addita per
studium & sollicitudinem præsens opusculum com-
ponentis.

Tractatus Ordinis Iudiciorum Dn. Rofredo Beneuentano
Authore, Finis.



EXCELSI CONSVLTISSIMIQVE ET VTRIVSQVE CENSVRAE AC TOTIVS PRACTICES MIRE PRAESTANTIS VIRI DN. ROFREDI BENEVENTANI OPVS LIBELLORVM SVPER IVRE PONTIFICIO.

Procemium.



SVPER actionibus omnibus cópositi sunt libelli per gratiam Iesu Christi, quæ de iure ciuili fuerunt inuentę, seu de iure prætorio: putà, de edictis & interdictis. Et ideò dignum duxi inserere quosdam libellos de iure canonico, & maximè secundùm formam, quæ in Romana curia frequentatur, & hoc propter legistas, qui vel parum vel nihil sciunt in iure canonico: non quòd in scientia illa me profitear discipulum vel Doctorem: vnde remota inuidia hoc opus scholares accipiant, quod magisterio & discretioni docentiũ in iure canonico corrigendum relinquo, & ipsi ex eorum scientia suppleant, quod mihi canonum facundia non ministrat. De multis tractabo. Primò. de electionibus & postulationibus. Secundò, de iuribus episcopalibus, metropoliticis & archidiaconalibus. Tertiò, super sponsalibus & matrimonijs & impedimentis eorum. Quartò, super decimis. Quintò, super iuribus patronatus. Sextò, super iuribus, quandò quis se dicit exspoliatum, & super alijs diuersis articulis. Septimò, super accusationibus, inquisitionibus & denunciationibus. Octauò, super excommunicationibus, quandò dicuntur nullæ vel iniustæ. Nonò, super iudicibus & arbitris eligendis. Decimò, super appellationibus. Vndecimò, super executione rei iudicatæ. Duodecimò, super gratia petenda, quæ non in figura iudicij petenti conceditur. Et primò super facto electionis dicemus, in quo casu distinguo: aut vnus est electus aut duo. si est vnus electus, concipies sic libellum.

Qualiter libelli formantur super prima forma electionis.

1 *Cardinales qui titulo gaudeant, & qui non.*

2 *Libellus si per compromissum fiat, quomodo concipiatur.*

3 *Libelli concipiendi formula, si per scrutinium electio fiat.*

4 *Electio si per spiritus sancti inspirationē fiat, libellus quomodo concipiendus sit.*

5 *Libellus qualiter concipiendus, si plures electi sint.*

6 *Electus cui à Metropolitano confirmatio denegata est, quomodo coram Papa libellum formabit.*

COram vobis pater sancte, si es coram domino Papa: si es coram domino Cardinali dices sic. Coram vobis venerande pater, domine P. tituli sanctæ Sabinæ presbyter cardinalis: & sic si es coram presbyteris cardinalibus. Si coram diaconis, dicas sic. Coram vobis venerande pater Odo sancti Nicolai in carcere
1 Iulliano diacone Cardinalis: †diaconi enim Cardinales non habent titulum, presbyteri sic. Si coram episcopis, dices sic. Coram vobis venerande pater domine Sabinensis, vel domine Hostiensis: & sic coram episcopis Cardinalibus supprimes & nomen tituli, &
2 nomen Cardinalis, & procedes sic. †LIBELLVS. Coram vobis venerande pater partibus à domino Papa auditore concesso, proponit Laurentius procurator capituli Rothomagensis, quòd ecclesia Rothomagensi vacante vocatis omnibus qui voluerunt & debuerunt & potuerunt commodè interesse & conuenientibus in ecclesia cathedrali fuerunt electi ab ipso capitulo tres de collegio fide digni in quos ab omnibus fuit collata potestas, vt deberent de pastore viduatæ ecclesiæ vice omnium prouidere, qui de magistro G. viro prouido, literato & honesto & de legitimo matrimonio nato ipsi ecclesiæ vice omnium prouiderunt, & elegerunt, ipsum in Archiepiscopum ecclesiæ memoratæ, quare petit electionem ipsam à vobis sancte pater factam canonicè confirmari, & hoc si coram domino Papa. Si autem es coram Cardinalibus, petes sic: quare petit prædictus procurator prædictam electionem auctoritate apostolica confirmari. Sic concipies libellum quandò fuit facta electio per compromissum. Si autem fiat electio per scrutinium, dicas sic.
3 †LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit L. procurator ecclesiæ Rothoma. quòd cùm ipsa ecclesia pastore vacaret, vocatis omnibus absentibus & præsentibus in ecclesia cathedrali qui debuerunt, voluerunt & potuerunt commodè interesse, assumptis tribus de collegio fide dignis, videlicet ta-libus, qui secretò & sigillatim examinauerunt vota cunctorum canonicorum, & redacta in scriptis mox publicauerunt in communi: & collatione habita inuentum est, maiorem partem & saniorem in magistrum G. consensisse, quem talis de mandato omnium & vice ipsorum in Archiepiscopum elegit ipsius ecclesię: quare petit prædictam electionem à vobis pater sancte factam canonicè confirmari. Si autem facta sit electio per inspirationem spiritus sancti, sed hæc non est forma, concipies sic libellum. LIBELLVS.
4 †Coram vobis pater sancte proponit L. procurator &c. quod cum ecclesia Rothomagensis pastore vacaret, capitulum ipsius ecclesię per inspirationem spiritus sancti G. in Archiepiscopum ipsius ecclesiæ elegerunt, quare petit electionem ipsius per vos pater sancte cōfirmari. Quod ita sint concipiendi libelli secundùm varietatem illarum formarum dicit constitutio extra. de elect. & elec. po. c. propter diuersas. quòd talis petitio sit facienda scilicet, quòd confirmetur electus dicit decretalis Alexandri. in extrauagan. de elect. vo. c. postquam. Si autem sit contentio inter duos electos, siue episcopi electi persequantur electionem, siue eligentes: concipi-
5 tur sic libellus. †LIBELLVS. Coram vobis &c. sicut suprà, quòd cum ecclesia Rothomagensi vacante, præsentibus omnibus qui debuerunt, voluerunt & potuerunt commodè interesse, electi fuerunt tres de collegio fide digni, qui per formam scrutinij procedentes examinatis diligenter votis singulorum secretè & sigillatim redactis in scriptis, & mox publicatis in communi collatione habita, dominus Ioan. vice maioris & sanioris partis capituli T. in Archiepiscopum Rothomagens. elegit: minor verò pars ipsius capituli Rothomagensis R. elegit: quare petit procurator maioris & sanioris partis capituli Rothomagensis electionem factam de T. confirmari per vos pater sancte, vel auctoritate apostolica confirmari: & electionem de R. factam irritari, seu irritam nunciari, seu infirmari. Eodem modo concipies libellum si [illegible] coram Metropo-

tropolitani loci, vt dicas authoritate Metropolitana infirmari, & adijcias causam quia facta est à minori parte capituli. Item post appellationem legitimè interpositam. fuit enim appellatum, vt non fieret electio nisi canonica. Item quia facta est electio de viro minùs idoneo & indigno, quòd ita sit concipiendus libellus dicunt iura.extra.de elect. po.c.dudum. & c.ad audientiam.in fi.& c.cùm inter canonicos. & c. cùm nobis olim.& c.coram.& c.Cumana.& c.congregato. QVAESTIO. Contingit multoties, quòd aliquis canonicè eligitur, & præsentatur Metropolitano suo, & Metropolitanus ipsum confirmare recusat, quid faciet iste electus, ad quem recurret? Qualiter libellum concipiet? Respódeo, recurret ad superiorem: putà, ad dominum Papam, & coràm eo vel coràm auditore ab eo dato con
6 cipiet sic libellum. LIBELLVS. †Coràm vobis pater sancte proponit L. procurator talis electi vel talis capituli (si capitulum causam illam vult prosequi) quòd ecclesia Belnacensi vacãte, ipse à Belnacensi capitulo per formam compromissi seu scrutinij (eligas aliquã istarum formarum, secundum quod fuit de facto: vtraque enim forma haberi non posset, vt canonica sit electus) fuit electus canonicè, & eius electio fuit suo Metropolitano domino Rothomagensi Archiepiscopo præsentata: Archiepiscopus electionem de ipso factam renuit confirmare, vel distulit confirmare. quare petit per vos pater sancte electionem prædictam canonicè confirmari. Si coràm auditore, dicas authoritate apostolica confirmari. Quòd ita concipiendus sit libellus dicit cap.8. quæstio.3. Artaldus. & extra.de elect.c.propter diuersas.

Quare omnia ista ponantur in libellis.

1 *Electio de ecclesia non vacante facta nulla est.*
2 *Electio ad hoc vt teneat, ecclesiam de iure & de facto vacare oportere necessum*
3 *Electioni vt intersint, omnes vocandi sunt.*
4 *Verba, Plus nocet contemptus vnius quàm cõtradictio multorum, quomodo intelligenda sint & nu 15.*
5 *Electio propter nouum concessum valet.*
6 *Electio quæ ipso iure nulla est, confirmari non potest.*
7 *Ratihabitio in spiritualibus locum est.*
8 *Electores ab electione sua resilire non possunt.*
9 *Suffecti in locum mortuorum contemptorum si electioni non adsenserint, an ab hoc electio vitietur.*
10 *Consentientibus in electionem mortuis, & alijs substitutis, si contempti electioni consentire velint, nunquid valeat electio*
11 *Canonici absentes an vocandi sint, an expectandi?*
12 *Præsentes post terminum, an statim ad electionem procedere possint.*
13 *Canonicus an præsumatur citatus.*
14 *Electio communis, concors & canonica esse debet.*
15 *Postulatio communis & canonica esse debet.*
16 *Electio communis quæ dicatur.*
17 *Electio concors & consona quæ.*
18 *Nolle & velle facti sunt.*
19 *Procurator an ab absente vt electioni intersit, constitui possit*

Videamus quare omnia ista ponantur in prædictis libellis: & si non ponantur an libelli vitientur, & an ipsa electio vitietur. Respondeo, vitiantur libelli, & ipsa electio vitiatur, ideò enim dicuntur in libello in vtraque forma. *Quod ecclesia Rothomagen-*
5 *si vacante, &c.* † quia si ecclesia non vacaret electio nulla esset: nam qui in viuorum sacerdotum loco ponuntur, hoc ipso sunt à cõmunione pellendi, quod passi sunt se successores viuis sacerdotibus adhiberi, vt ex-
2 tra.de instit.c. qui in viuorum. † & debet vacare ecclesia & de facto & de iure, vt extra.de concess.præben. & eccle.non vacan.c.cùm in nostris.imò plus, quòd si fiat electio mortuo prælato & corpore nondum tradito sepulturæ ipsa vitiatur, vt extra. de elect.c.bonæ memoriæ supra Cremonensis. & in decretis.c.ita videtur.8.q.1.c episcopo. cum capitulis sequentibus. & hoc etiam est in iure ciuili, quod non debet esse quis sollicitus de hæreditate viuentis.ff.de vulg. & pu.sub.l.2.C. qui admitti.ad bonor. poss.l.quamdiù.C.de captiui.& postli.se.l.nec nos.ff.de iur. & fact.igno. l. 2.ff de dona.l.quidam.§ si. Sequitur. *Vocatis omnibus &c.* †Hoc ideo po 3
nitur quia si non vocarentur (quod etiam de vno intelligas) videretur contemptus, & sic ipsam electionem redderet annullandam: non autem redderet ipsam electionem ipso iure nullam: quia si contempti, vel contemptus prosequerentur contemptum suum, annullarent ipsam electionem, non autem intelligas quòd ego qui non sum contemptus, possum prosequi contemptũ illius, vt propter hoc dicam electionem illã annullandam, si enim illi qui sunt contempti cõsentiãt, electio valebit & sic intelligimus verba illa, † plus nocet con- 4
temptus vnius quàm contradictio multorum: hæc probantur extra.de elect.c.quod sicut & c.venerabilem.et c.bonæ memoriæ.supr.Cremonensis.Et sic not. † quod 5
valet electio propter nouum consensum adhibitum & est simile extra.de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adul.c.veniens. quod dictum intelligas, non de iuris rigore, sed de æquitate: & hoc ideò quia nulli præiudicium paratur. Ita hoc attende, quandò electio erat annullanda. †Cæterùm si esset ipso iure nulla, etiam nõ 6
posset confirmari per sequentem cõsensum: putà, quia facta fuit ab excommunicatis vel de excommunicato, vt extra. de election c.auditis, vel quia facta fuit a paucioribus, vel post appellationem legitimam. & hoc etiam iure ciuili, quia obligationes quæ proprijs viribus non consistunt, nec prætoris imperio confirmantur, vt ff.de action. & obligatio.l.obligationes. Et sic nota, † quòd in spiritualibus etiam ratihabitio locum 7
habet, vt in illa decre. quod sicut.& in decretis 9.quæstion.3.c.Lugdunensis. & 2.quæst.1. in primis. & extra, de iure patro.c.cura.& extra. de pact.c.1. QVAESTIO. Sed nunquid in hoc casu † possunt primi electores ab 8
electione sua resilire, si absentes nolunt consentire? videtur quòd sic: si diffidunt de iure suo. vt extra. de postular. c.bonæ.ij. & 63.distin.c quanto. Sed dicendum est, quòd non, vt extra.de elect.c.cùm inter Canonicos. in fin.& ff.de serui.rust.præd l per fundum.& ff de optio.lega.l.si tibi.§.vnius. & extra. de elect. c. in causis. QVAESTIO. Item quæritur: pone † quòd illi qui con- 9
tempti fuerunt, mortui sunt, & alij loco ipsorum sunt substituti, nunquid exigitur consensus illorum, ita vt si non consenserint, electio vitietur? Vincen.dicit quòd non est necessarius substitutorum consensus, nec possunt electionem irritare, nisi ipsi vel alter eorum esset consimilis eis, quibus successerunt in onere & honore: quia tales vna persona censentur cum prima. vt extra. de offic.iudi.delegat. c quoniam Abbas.& extra.de offic.iudi.ordi.c.pastoralis, sed iure canonico. secùs est, vt extra de restament.c.requisisti. QVAESTIO. † Item 10
pone, quòd illi qui consenserunt, mortui sunt, & alij substituti: nunquid sufficit si contempti velint modò consentire? dixit Ioan.Gualensis quòd non: quia non inueniuntur ipsi consensus, quorum confirmetur, argumen.ff commun.præd.l.receptum est. vbi dicitur: si is qui primus cessit, defunctus sit, vel alio genere, vel alio modo partem suam alienauerit, post demum socius cesserit, nihil agetur. Vincen dicit contrarium quia aliud in l.illa, & aliud hic: quia in cessione viæ, vltima cessio tantùm valet, ac si omnes cederent: quia vltimus cedit. sed secùs est hîc, quia perinde habetur consensus istorum, ac si omnes retrò cõsensissent: & quòd ad tempus electionis fiat relatio, dicit decreta.extra.de elect. c.dudum.circa fin. *Vocatis*. Sed quæritur † vtrùm à remoto loco vocandi sunt, vel expectandi canonici absentes? Responsionem istam intellige ex tribus, quia vocantur à tanto spacio quantum est à Ianua vsque ad Mediolanum, vt 63.distinct.c. quant. Item citantur à

tanto quantum est à Capua vsque ad Panormnm, vt ex-
tra.de elect.c.cùm inter vniuersas. Item vocandi sunt,
vbi sine periculo vocari pnssunt, vt extra.de electio.c.
quòd sicut. Crederem eos autem vocandos, qui sunt in
eadem prouincia, quoniam præsens dicitur, qui in ea-
dem prouincia est, vt C.de præscript.long.tempo.l.vl-
tim. xliàs si aliquid ageret maior para, reuncxretur
propter absemiam paucorum, si poterant commodè
vocari. xlioquin non, vt C.de dec- n.l. nominatio-
num, libr.10. In alijs autem negot ragendis si hora
certa est ad illa facienda, suffic. videtur pulsatio
campanæ, vt extra.de elect.c.in cau. & extra.de elect.
c.bonæ memoriæ. & extra.de offic.custod.c.1. Illi au-
tem vocandi sunt ad vrbem, qui intrx vrbem cõsistunt,
vt C.de leg.l.fina.libr.10. hodiè autem statuitur quali-
ter absentes sint ad electionem vocandi, vt extra. de e-
11 lection, c.coram. QVAESTIO. Item quæritur: † ecce il-
li citati nnn veniunt, nunquid præsentes statim pos-
sunt eligere, vel infra quanium tempus poterunt eos
expectare? videtur enim quòd præsentea statim pos-
sunt eligere, vt extra.de elect.c.cùm olim. & c.quòd si-
cut.& extra. de tesli.c.in nomine Domiui.65.distinct.c.
si fortè. extra.de offic. & potesta.iudi.deleg. c.cùm su-
per. maximè cùm mora sit in electione suspecta, imò
sæpè damnosa, vt extra.de electio.c.cùm inter. & argu.
ff.de administra tuto.l.tutor qui repertorium.§.1. &
extra.vt lite non contesta.c.quoniam frequentei.& ar-
gumen.C.de admin.tuto. l.1. in fine. Econtrà videtur
quòd tenexntur expectare vsque ad finem sex mensi-
um.argumen.2.quæst.6.§.appellatione. & extra.de of-
fic.& potesta.iudie.delegat.c.consuluit. & 16.quæst.3.
c.placuit. quia sæpè sunt vocandi ad electionem facien
dam, vt 63.distinct.c.plures. nam & reus absens expe-
ctatur vsque ad finem triennij, vt C.de iudi.properan-
dum. & argum.ff de excusatio.tuto.l.non tamen. & ff.
de verbor.obligat.l.si insulam. Ioan.dixit, qnòd pro-
cedere possunt præsentes ad electionem circa finem
sex mensium, nec præcipita festinatione, nec morato-
ria cunctatione. argumen.ff.de administratio. tuto. l.
tutor qui repertorium.§.1. & extra. de offic.& potesta.
iudi.delega.c.consuluit. F.dixit quòd hodiè cathedra-
lis ecclesia vel regulxris non debet vacare vltra trea
menses, vt extra. de elect.c.ne pro defectu: non tamen
præsentes debent expectare absentes vsque xd finem
trium mensium. sed si vocxti non veniun: vsque ad tem
pus eis statutum, cõsiderata qualitate locorum & alia-
rum circumstantiarum, ex tunc præsentes eligunt, vt
probatur per primas concordantias. & extra.de appel
latio.c.cùm sit Romana. & extra.de offic.delega.c.con-
13 sulnit. QVAESTIO. †Item quæritur: pone qnòd sit con-
tentio talis quòd illi xbsentes dicunt se non citatos:
isti præsentes dicunt se citasse eos, pro quibus præsu-
metur? Respondeo, præsumo absentes non citatos nisi
citati probentur, vt extra. de electin.c.quod sicut. & 4.
q.1.c.argu. extrx de electio.c. bonæ memoriæ. circa fi-
nem. Contra argum.extra.de appella. cùm parati.ar-
gumen.cnntra 81.distinctio.c.proposuisti. nam nuncio
creditur an aliquis sit citatus, vt 65. distinctio. c. vlti-
mo. extra, de electio.c. venerabilem.ff.de reb.eor. qui
sub.tnte. vel cura sunt, l. magis.§. illud. B. dicit quòd
suo sacramento potest quis contrarinm probare, vt ex-
tra, de procurato.c. ex insinuatione. nec enim requiri-
tur in causa absentiæ plena probatio, vt extrx, de sen-
ten. & re iudic.c.cum Bertoldus. nam sacramentum v-
nius elidit validam præsumptionem. 35. quæst.3.c. ex-
traordinaria. argumen. contra. extra de in integr re-
stitut.c.ex literis. T.dicit quòd proprio sacramento nõ
poterit probare quis quod non sit vocatus. vt extra,
de electiou. c. bonæ memoriæ. Sequitur in libello.
Omnibus. Hoc ideo ponitur, quia per quxmquam
formam procedatur, oportet quòd omnes vocentur, &
si venerint ecce bene. sin minus, est quòd sibi debeant
14 imputare: & ideò ponitur, quòd † omnis electio de-
bet esse communis, concors & canonica, vt 79. distinct.
c.si quis pecunia. Hoc etiam idem est in postulatione,
vt catia, de postul. prælat.c. bonæ memoriæ. & 63.di-
stinct.c.nullus nisi canonicè. & c. nullus laicorum. &
quòd dico communis: † intelligas ab omnibus vel à
maiori parte & saniori capituli, vt extra, de electio.c.
licèt in fine. & c.cùm inter Cano. & c.quia propter. & c.
Cumana. & c.congregato. si enim sint omnia paria, sta-
bitur numero maiori. vt extra, de electio. c.dudum. si
autem sit ex vna parte numerus maior & ex alia minor
(verùm ex ista minori est authoritas, & electus est ma-
ioris meriti) tunc statur iudicio minoris partis, vt ex-
tra, de elect.c.ecclesia vestra. & ideò adijcitur saniori.
Item licèt dicat constitutio, præsentibus omnibus &
vocatis, aliter electio facta non valet &c. hodiè tamen
per dominum Gregorium IX. sic restringitur, vt il-
lud, aliter, referatur ad illa quæ sunt de forma seu do
substantia electionis, & non ad alix, præsentibus om-
nibus &c. vt extra, de electio. c. ecclesia vestra destitu-
ta. quia sicut dixi: † contemptus non reddit electionem 16
ipso iure nullam, sed annullandam: & sic intelligitur
illud, plus nocet contemptus vnius &c. vt extra.de ele-
ctio.c.quòd sicut. & c.venerabilem. & c. bonæ memo-
riæ.S.Cremonensi. quia illi contempti possunt habere
ratam illam electionem, vt in illa decre. c. quòd sicut.
vt superiùs dixi. Item quod dicitur, quòd debeat esse
concors seu consona, † illud ideò ponitur, quia non
debet esse concors seu consnna in malo: qnia tunc e-
lectio vitiaretur. cæterùm licèt non sit concora seu con
sona, scilicet, quia non simul consentiunt, sed sunt vo-
ta dinersx, nihilominùs valet electio, vt illa præua-
leat, quæ à maiori & saniori parte &c. sicut superiùs
dixi. & probatur per decre. c. dudum. extra de electio.
quia non est nonum nec reprehensibile, quòd vota eli-
gentium diuidantur in duo, vt 8.quæst.1. nec nouum.
Item quod dicit, canonica, ideò dicitur, quia si contra
ius canonicum fiat, vitiatur electio, sicut infra pone-
mus omnia impedimenta, quæ vitiant electionem. Se-
quitur in libello. *Qui noluerit, &c.* & istud facti est:
† nam nolle & velle, facti snnt, vt ff.de tribn.l.1. Si ergo 18
citati nolunt interesse, sufficit, vt superiùs diximus. Se-
quitur. Poterunt. &c. intelligas hoc de vtraqne poten-
tix, tam facti, quàm iuris: de qua vtraque potentiz
loquitur decre. eatra.de rescript.c. si citatus. QVAES-
TIO. †Sed nunquid si vult interesse, sed non potest, po-
test dare pro se procurxtorem? Respondeo, hodiè ista
quæstio per consilium terminata est, nam ita demùm
potest, si sit absens de eo loco vnde debuerat euocari:
& si opus fuerit, fidem faciat ille absens iuramento
suo, scilicet, quòd tali impedimento: scilicet, facti. (&
non intelligas hoc de impedimento iuris, vt statim di-
cam) venire non potest: & tunc non faciet procuratorẽ
xliquem extraneum, sed committet vni de collegio vi-
ces suas, vt extr. de elect.c.quia propter. & sic ille habe-
bit vicem duorum: scilicet, pro se & pro illo, qui vices
suas sibi committit: benè dixi de impedimento facti,
quia si aliquis ponit de impedimento iuris, vt dicit illa
decre. si citatus: ille non haberet vocem in electione, &
sic non pnsset committere. Sed circa ista vidi de facto
quæstiones mnueri certum est enim quòd in electioni-
bus mora est periculosa, vt dicit decre.c.cùm inter v-
niuersas.extr.de elect. & ideò voluit consilium, quòd
cùm per formam scrutinij proceditur, quòd omnia fi-
ant quasi in momento vel mox, vt dicit c.quia propter.
& c. cùm post petitam. sed quomodo posset fieri illud
mox. nam primò debet constare de impedimento sal-
tem per sacramentum illius absentis, & posteà debet
committere, & posteà ille cui committitur, debet exa-
minari, quia infra dixit, tunc communiter: illud adver-
bium, tunc, extremitatem temporis significat, vt ff.de
conditio.& demonstratio.l.4.§.fina. QVAESTIO. Item
pone, quòd saltem per vnam dietam absens ille est re-
motna, qnomodo fierent ista mnx? Respõdeo, sic pro-
ceditnr, mortuo prælato & sepulto, conueniunt Cano-
nici in capitnlo qui præsentes sunt. si ordinant, quòd
vocentnr omnes absentes, qui in loco sunt, vnde pos-
sunt vocari, scribunt, & mandant eis vt tali die ve-
niant ad eligendum: conuenire enim debent de di , a
quæ debent eligere. xlioquin quomodo possent l ro
xbscn.

absentes vel præsentes quo die conuenirent, certè nullo modo. vt extrà, de electio. c. Cumana. vnde dies omissus vitiatet electionem, sicut vitiat stipulationem. vt ff. qui satisd. cogan. l. de deiect. & ante diem mittere debet absens nuncium vel literas ad capitulum, nec debet se multum arctare: vt ff. si quis caut. l. 2. §. penultim. & extrà, de election. c. cùm in veteri. in quibus literis sic contineatur.

De literis accusatorijs missis à Canonico absente, ad capitulum super electione.

1. *Iuratur quoque propter alterius credulitatem.*
2. *Verbum debendi, ad ius eligendi refertur.*
3. *Posse facere, quando videamur.*
4. *Electio quo loco facienda.*
5. *Compromissarij tres in scrutinio esse debent.*
6. *Quilibet bonus præsumitur, nisi de contrario doceatur.*
7. *c. Quia propter, de elect. & elect. potest. intellectus.*
8. *Capitulum si vnum intelligat, vt omnium vice eligat, an electio valeat. & quid in scrutinio.*
9. *Electio vno discrepante, facta ex compromissi forma, non valet.*

Discretis viris capitulo Rothomagensi I. eorum concanonicus absens in tali loco salutem. Noueritis me à vobis citatum fuisse, vt die tali tractatui electionis debeam interesse, vnde si possem libenter electionis tractatui vellem interesse. verùm quia morbo graui sum impeditus, ita quòd interesse non possum: ideò vobis significo, quòd paratus sum vobis hoc iuramento firmare, si in dubium reuocatis: & propterea tali committo, quòd in anima mea iuret sic. & propterea tali socio meo & concanonico vices meas committo. Et quod dicit litera, si opus fuerit, id
1 est, si capitulum non crediderit: & ideò iurabit ille vel per se, vel per alium. Nam postulare videtur, qui per alium postulat. vt ff. de fideiussor. tuto. l. postulare. Ideò enim quis iurat propter incredulitatem alterius. vt extrà, de elect. c. significasti. & extr. de iureiur. c. & si Christus. Sequitur in libello. *Et debuerūt, &c.* Hoc † referturē ad ius, id est, qui de iure debent interesse: verbum enim, debendi, ad ius eligendi refertur. vt ext. de caus. poss. & propric. c. cum ecclesia Sutrina. Nam si fuerint quasi in possessione iuris eligendi, & sine illis fiat electio, erit electio annullanda, vt in præd. c. cùm ecclesia Sutrina. & hoc si possessorium iudicium consideramus, si autem iudicium petitorium attēderetur, nunquam propterea ius aliquibus acquiritur, etiam si tribus vicibus interfuerint electioni. vt extra, de elec. c. Cumana. sicut nec illi ius habent, quibus Abbas & conuentus cōcessit vt electioni interessent. vt extr. de electio. c. constitutus. Sequitur in libello. *Commodè interesse.* Si enim non possunt commodè interesse, interesse non de-
3 bent, nec intersunt: sed iusto impedimento tenentur, serua quod superius diximus; † id enim videmur posse facere, quod cum commoditate facere possumus, vt ff. de verb. signific. l nepos Proculo. ff. de statulib. l. si peculium. in fin. simile. 22. q. 5. faciat homo. Sequitur in libello. *Conuenientibus in ecclesia cathedrali, &c.* Ideò po-
4 nitur: quia † si potest, debet in ecclesia cathedrali fieri electio. vt extrà, de election. c. quod sicut. QVAESTIO. Quid si fiat alibi? Respondeo, non credo propter hoc electionem vitiari, de honestate tamen si potest, debet fieri electio in ecclesia cathedrali, quia conuenientius est. Sequitur in libello. *Electi fuerunt ab ipso capitulo tres de collegio.* Hoc ideò ponitur: quia si per capitulum non eligantur, electio illa nulla est, putà electi fuerunt per laicos, vel per potestatem secularem, vel per illos qui non habent ius in electione, vt infrà dicemus. Tres de collegio, &c. Hæc attende secundùm formam compromissi, in concilio enim non cauetur de tribus, nec de collegio, sed dicit, aliquibus viris idoneis: sed ideò posui in libello tres de collegio, propter aliam formam, quæ præcedit in constitutione, scilicet de forma scrutinij, † nam ibi assumi debent tres de collegio 5
fide digni: si ergo in examinandis votis quod minus est, assumuntur tres de collegio, multò fortiùs in secunda forma, vbi maior potestas eis attribuitur. Alij dicunt, aliquibus viris idoneis, pone duobus: quia pluralis locutio est contenta duorum numero, vt ff. de testibus. l. vbi. & Instit. de iure personar. in fine. Item si conditori canonis contrarium placuisset, benè posuisset de tribus, & de collegio: sicut argumen. habes C. de cadue. tollend. l. vnica. § penultim. nam & alibi habes, quòd si conditor canonis intellexisset de noualibus, vbi posuit de laboribus, de noualibus posuisset. vt extr. de decimis. c. ad audientiam. pro prima expositione facit, vt dictum primum referatur ad subsequens, & intelligatur etiam repetitum. C. de oper. libert. l. Titius. & ff. de conditio. & demonstratio. l. auia. curia tamen Romana seruat primam opinionem. *Fide digni.* Quod eo ipso præsumitur, quòd contrarium non pro-
batur, † quilibet enim præsumitur bonus & fide dignus, nisi contrarium probetur, ff. de re milita. l. non omnes. §. a barbaris. & extrà, de præsumption. c. finali. & extrà, de scrutin. c. vnico. verum in constitutione concilij ordinatur aliquibus viris idoneis, & tantum sonat verbum, idoneis, quantum fide dignis. Sequitur in libello. *In quos fuit collata potestas, vt vice omnium viduatæ ecclesiæ prouiderent, &c.* Quid si electi fuerint plures electores, pone septem, vel sex, vel quinque. & ipsi prouiderunt vice omnium? Respondeo, propter hoc electio non vitiatur, quia non solent ea quæ superabundāt vitiare, vt ff. de regul. iur. l. ea quæ. tenet enim electio, si septem fuerunt electores. vt extrà, de electio. c. cum in
iure. QVAESTIO. Item quæritur, † pone quòd aliqui eliguntur à capitulo, vt eligant electores: tres, vel quatuor, vel plures, vel pauciores, & illi electores eligunt, nunquid tenet electio? Item quæritur: pone, quòd capitulum fecit electores iurarè, vt idoneam personam eligant: nunquid tenet electio? & videretur in vtroque casu quòd non. propter verba constitutionis, c. quia propter. vbi dicitur, quòd aliter electio facta non valeat: & etiam ibi additur, qui contra prædictas formas elegerint, eligendi potestate ea vice priuentur. Respondeo, & dico in vtroque casu electionem valere. vt extr. de electio. c. cùm in cunctis. in istis enim casibus non est aliquid factum contra formas, sed secundùm formas: nam si sunt electores electi, vt alios electores eligant, non est peccatum in forma, imò vt seruaretur forma, & fuit bona cautela, quia in eligendis electoribus possent dissentire. Item si fuit præstitum iuramentum, quòd malum est, imò certè bonum est, quia & dolus, & fraus videntur esse remota. nam & iure ciuili si est ab vniuersitate quis electus, tenet electio: & videtur à tota vniuersitate electus. vt ff. quod cuiusque vniuersita.
l. item eorum. QVAESTIO. † Item quæritur: quid si eligatur vnus à toto capitulo, vt eligat vice omnium? Respondeo, tenet electio, & sic seruat curia Romana: licet in alia forma, quæ fit per scrutinium, non obseruetur quia tunc posset fraus committi, quia ille solus posset dicere in talem omnes consenserunt, & contrarium fortè esset, & ideò duobus vel tribus illa forma committitur, & libentiùs duobus quàm vni, & libentiùs tribus quàm duobus, vt integrum sit scrutinium, quod plurium testimonio comprobatur, vt aliàs in iudicibus delegatis: vt extra, de offic. & potest. iudic. delegat. c. prudentiam. Sequitur in libello. *Qui vice omnium elegerunt talem.* Hic quæritur: verùm omnes isti electores debent eligere concorditer, vel quòd quilibet loquatur, vel sufficit quòd vnus electorum pro se & alijs electoribus eligat, & sic ipse solus loquatur? Respondeo, similis quæstio notatur in tribus arbitris. ff. de arbitris. l. si in tres. & videtur, vt ex l. illa apparet. & legibus sequentibus, quòd omnes debeant eligere: nam & ibi dicit, quòd omnes iudicasse pa-

se palàm est. actus enim iste: scilicèt, proferendi senten
tiam, eligendi & visitandi per alium expediri non po-
test. vt C. de sentent. ex breuic. recitand. l. penultim. &
l. .. & extra, de offic. iudicis delegat. c. final. Videtur e-
contra, quòd sufficeret quòd vnus electorum de man-
dato aliorum coelectorum præsentium eligat, per de-
cretum domini Gregorij. extra, de electione. c. in Ge-
nesi. & sic seruat de facto curia Romana. QVAESTIO.
Item quæritur, qualiter iste debeat verba electionis
proferre? Respondeo, sic dicat. Ecclesia Rothomagensi
vacante placuit capitulo vocatis omnibus & præsenti
bus, qui voluerunt & potuerunt, & debuerunt interes-
se viam eligere compromissi: & sic elegit tales, & me
cum eis in quos potestatem transtulit, vt vice omnium
deberemus prouidere Rothomagensi ecclesiæ de pa-
store, & sic nos tales electi vice omnium vestri, & ego
pro eis vice ipsorum & omnium vestrum, & pro me de
9 mandato ipsorum, dominum P. de colle medio eligo in
pastorem ecclesiæ Rothomagensis. QVAESTIO. Item
quæritur in hac forma compromissi: vnus fortè dissen
tit, & non vult compromittere, omnes alij compromit
tunt: tenebitne electio, vel potest compelli vt compro-
mittat? videtur quod sic: quia statur iudicio maioris
partis: vt ff. ad municip. l. quod maior. & ff. de regul. iu-
ris. l. aliud. §. refertur. & extrà, de electio. c. dudum. vt
suprà notaui Item pars turpis est illa, quæ a suo discre-
pat vniuerso: vt extra, de sponsa. duorum. c. tuas du-
dum. vnde ipse videtur compellendus. argumen. Insti-
tut. de satisdat. tutor. & ff. de liberis agnoscend. l. 1. & l.
si quis à liberis. §. si quis ex his. Respondeo & dico, ele-
ctionem nullam, nec illum posse compelli, & sic seruat
curia Romana, & assignatur ratio: ordinaria enim for-
ma & communis est illa, quæ fit per scrutinium: forma
autem compromissi, est forma extraordinaria, vnde nō
teneor nec debeo dimittere ordinarium auxilium pro
extraordinario, vt ff. de mino. l. in causæ. Item non sum
compellendus eligere per alium, quod debet fieri per
compromissum, cùm velim per me eligere, quòd debet
fieri per scrutinium. Item omne compromissum est vo-
luntarium.

De secunda forma electionis quæ fit per scrutinium.

1 *Compromissi forma melior est, ipsa scrutinij forma.*
2 *Scrutinij forma ordinaria est, compromissi verò extraor-dinaria.*
3 *Scrutinium vt secretè fiat, est electionis substantia.*
4 *Notarius etiam Laicus in electione scrutinij interesse potest*
5 *Eligentis potiùs votum in prima persona scribendum est, quàm in tertia.*
6 *Eligentes singulariter inquiri debent.*
7 *Vota omnium eligentium exquirenda sunt, etiam inquisitorum.*
8 *Casus in quibus scriptura requiratur.*
9 *Inquisitoribus creditur.*
10 *dictio. Mox, variè accipitur.*
11 *Eligentium vota in commune publicanda sunt.*
12 *Electio communem collationem sequi debet.*
13 *Electio ab inquisitoribus publicanda est.*
14 *Appellatio, ne vota publicentur, non valet.*
15 *Appellationi locus non est, vbi res dilationem non admittit.*
16 *Electores publicato scrutinio variare non possunt.*
17 *Transactio alimentorum quo modo fieri debeat.*
18 *In collatione tria attendi debent.*
19 *Consanguineus à consanguineo non eligendus.*
20 *Prælati solliciti esse debent.*
21 *c. Ecclesia vestra destituta. de elect. & elect. potesta. intellectus.*
22 *Collatio à quibus fieri debeat.*
23 *Collatio quomodo fiat.*
24 *Pars maior & sanior quæ dicatur.*
25 *Electio verba requirit, sicut & stipulatio.*
26 *Collatio semper facienda.*
27 *Electionis substantialia non omittenda.*
28 *Nominato nullum ius quæritur.*
29 *Postulato ex postulatione nullum ius quæritur.*
30 *Consilium c. quia propter. in quibus locum habeat.*

NVNC videamus de secundo libello concepto,
super secunda forma: scilicet quando electio fit
per scrutinium. Vnde quæritur, qualiter verba
illa singula in libello ponātur. In prioris omnia quę di
ximus suprà vsque ad verbum, qui secrete & sigillatim
vota cunctorum diligenter exquirant, &c. intelligan-
tur rectè repetita. QVAESTIO. † Sed illud quæritur, duę 1
sunt formæ, prima est scrutinij, & prima in concilio po
nitur. Secunda est compromissi, & ponitur in loco se-
cundo: quæ forma est tutior seu melior? Respondeo, si
potest esse forma compromissi, melior est: nam forma
scrutinij multis subiacet quæstionibus & querelis: sic-
ut ex textu constitutionis apparet, & infra videbitis.
QVAESTIO. † Item quæ forma est ordinaria? Respon- 2
deo forma scrutinij: forma autem compromissi est for
ma extraodinaria, sicut suprà notaui, & ideò tanquam
de ordinaria primò ponitur in concilio. Sequitur in li-
bello, *Qui secretò, &c.* † Hoc ideò ponitur, & est de 3
substantia electionis, vt quilibet liberiùs posit volun
tatem suam exprimere coram illis tribus inquisitori-
bus: si enim alte clamaret, fortè nominaret illum quem
non habet in voluntate nominandi, vel ratione timo-
ris, vel quia suo duceret pudori parcendum. prætereà
si ego alta voce & non secretò nominarem illum, quia
fortè aliquis potens erat nominatus, fortè aliqui oblia
rent, vel obclamarent, & illum nominarent alijs non
nominantibus, & sic fieret electio non omnibus eligen
tibus & cum clamore & in dissensu. QVAESTIO. Item
quæritur, quomodò fiet secretò? Respondeo, stabunt i-
sti inquisitores in vno angulo vel loco capituli, & vo-
cabunt gradatim quemlibet per se, & illius votum in-
quirent: & facient redigi in scripturam publicam per
manum tabellionis: nec propterea vitiatur † electio, 4
quia interest notarius, licèt laicus: nam & alias debet
adhiberi circa acta iudicij. vt extra, de probationib. c.
quoniam contra falsam. Vel ipsi inquisitores scribant,
& quærant sic: Frater Deum præ oculis habeas, remoto
omni odio, amore & humana gratia: vt dicit canon. 79.
distinctione. c. si quis pecunia. in quem consentis: con-
sidera meliorem & vtiliorem pro ipsa ecclesia, qui
possit ecclesiæ iura tueri, vt dicit canon. & ille dicet:
domine ego consentio in dominum P. concanonicum
meum, & ipsum nomino & eligo in pastorem ecclesiæ
Rothomagensis: & sic dictum illius scribent. QVAE-
STIO. † Sed quæritur vtrùm scribent inquisitores vo- 5
tum illius in tertia persona, vel in prima? Respondeo,
non curo siue scribant in tertia persona, sic. Talis con-
sensit in talem, & ipsum nominauit & elegit in pasto-
rem Ecclesiæ Rothomagensis, vel si dicant in prima
persona, vt scribant sic. Nos quæsiuimus a tali in
quem consentiret: & ipse ita votum suum expressit,
ego talis in talem consentio, & ipsum eligo & nomino
in pastorem: & hoc credo melius, vt in prima perso-
na scribant, propter decretum electionis quod debet
fieri, vt infrà notabo. Sequitur. *sigillatim, &c.* Illud
ideò ponitur, quia † quilibet per se & singulariter, & 6
solus debet examinari, & hoc exemplo Danielis, qui
secretò & sigillatim testes Susannæ examinauit: &
hoc etiam de iure ciuili, vt C. de testibus. l. nullum. &
ideo quilibet solus debet interrogari, vt liberius
voluntatem suam exprimat, & ne videantur adin-
uicem aliqua certa persona condixisse: si enim hoc
seruatur in testibus, quod singulariter interrogentur,
nec vnus sciat dictum alterius, nec falsitas commit-
tatur, & ne videantur subornati, multò fortius debet
in electione seruari: vt argument. C. de fideicommiss.
l. quæstionem. Sequitur: *Examinauerunt vota cuncto-rum.*

vum. Ergo nullos debet omitti, quia hoc est de sub-
7 stantia † illius electionis. imò plus, quia & ipsi exami-
natores debent examinare vota sua. hoc modo, vt vnus
dicat alteri postquam examinauerunt vota aliorum: &
tu frater in quem consentis, alioquin electio vitiare-
tur, quia non inuenirentur examinata vota cunctorum
de collegio, cùm ipsi examinatores sint de collegio, &
sic de facto seruat curia Romana, vnde multas vidi e-
lectiones cassari, de quo sibi non præcauebant eligen-
tes. Sequitur: *Redacta in scriptis, &c.* Hoc est de substā-
8 tia electionis, & † est vnus de casibus in quibus scriptu
ra est necessaria, sicut sunt & quidam alij. & causa ex-
empli duos pono. C. de suffrag. l. vnica. C. de fide instru
men. l. contractus, aliàs non est necessaria: vt C. de pa-
ctis. l. pactum quod bona fide. & C. de probatio. l. cum
rea. & ideò debent redigi in scriptis vota, quia non pos
set alio modo collatio fieri, quæ debet subsequi, de qua
dicemus: nec ita benè posset sciri qui in quem consen-
serint, nec ita possent inquisitores memoriæ commen-
dare, maximè vbi sunt multi canonici. *Redacta in
scriptis.* vel per tabelliones, vel per ipsos inquisito-
res. Sed nunquid creditur eis? Respondeo, vtique & i-
9 psi etiam tabellioni creditur: vt dicit §. quoniam con-
tra fal. vt extrà, de probatio. † & etiam ipsis inquisito-
ribus creditur. vt extrà, de confirmatione vtili vel inu-
tili. c. cum dilecta. creditur etiam viatori, vt ff. de reb.
eor. qui sub tut. vel cura sunt. l. magis puto. Mox, &c.
10 Id est, † nullo actu contrario interueniente, ita strictè
sumimus istud, mox, vt si aliquis contractus interueni-
at, quòd electio vitietur. vt extrà, de electi. c. cum post
petitam. Alibi licet inueniatur, mox, non tamen sumi-
tur ita strictè: sed cum aliquo temperamento tempo-
ris, quod nec præcipiti festinatione, nec moratoria cū-
ctatione accipiendum est, vt ff. de administratio. tutor.
l. tutor qui. §. 1. & tale mox, inuenitur in omnibus istis
legibus. C. de administratio. tutor. l. tutores vel cura-
tores mox. C. vnde vi. l. meminerior. & ff. de negor. ge-
stis. l. si pupilli. §. item ait. ff. de transactio. l. & post rem
iudicatam. §. fin. & l. cùm hi. §. eam transactionem. ff. de
dolo. l. si quis affirmauerit. §. 2. & ff. de iudic. l. ad perem
ptorium. & ff. de acquirenda hæredita. l. cùm quidam.
Alibi accipitur pro statim. ff. de petitione hæredita. l. 1.
§. cum apud Iulianum. C. vbi in rem actio. l. 2. C. de sen-
tentijs & interlocut. omnium iudic. authentic. & con-
sequenter. ff. de pactis dotalib. l. ob res. §. si conuenien-
rit. ff. ex quibus causis manumit. l. si cui. §. tamdiu. & ff.
ad Velleianum, l. debitrix. §. 1. ff. de negor. gest. l. diuor-
tio. Alibi inuenitur pro incontinenti, ff. de vi & vi ar-
mat. l. denique. & ff. ad legem Iul. de adulter. l. quod ait.
& ff. ad legem Falcidiam. l. 1. §. ego. Alibi inuenitur pro
confestim. ff. ad Tertullia. l. 1. §. confestim. & ff. de in in-
tegrum restitut. l. diuus. quæ omnia verba sumuntur,
cum aliquo temporis spatio, vt in prædictis legibus: &
specialiter in titul. ad Tertullian. & argumen. ff. de duo
bus reis. l. duos. & l. si ex duobus. QVAESTIO. Si tu quæ-
ras in ista cōstitutione quod tempus intelligamus per
istud, mox? Respondeo valdè modicissimum, quod po
tiùs intellectu, quàm elocutione exprimi potest, vt ff.
de solut. l. ratum. Sequitur. *Publicatis in communi, &c.*
Hoc ideò ponitur, & ideò fit vt sciatur qui in quem cō-
senserunt, vt nihil fiat in tenebris, vel in occulto: quia
clandestinæ electiones reprobantur. vt extrà, de ele-
11 ctio. c. quia propter. in fine. sic publicantur † vota eli-
gentium, sicut alibi publicantur dicta testium, quæ se-
cretò recipiuntur, vt in authentic. de testibus. §. quo-
niam non sæpè. Item & propter aliud fit publicatio:
scilicèt, vt possit collatio fieri, quæ debet subsequi in-
continenti, de qua infrà dicemus. & ideò dicitur in
12 communi, quia communis † debet electio subsequi, &
non singularis. vt extrà, de electionib. c. in Genesi. & i-
deò quia quod omnes tangit, debet ab omnibus ap-
probari. vt C. de authoritate tutor. l. finali. QVAESTIO.
Sed illud quæritur, qui publicabunt in communi? Re-
13 spondeo, † illi inquisitores. & hoc dicit illa litera, exa-
minent & publicent. vnde fit ita de facto. Domini nos

secretò & sigillatim vota cunctorum & nostra exami-
nauimus, placetne vobis quod ea publicemus? & illi di-
cunt, placet, & sic publicant, id est, publicè legunt, vt
quod factum fuit occultè, & secretò, sciatur. Quidam
tamen † stulti aliquando appellationem interponunt, 14
ne publicentur vota, certè talis appellatio nulla est, &
hoc est quod sequitur in constitutione. *Nullo prorsus
appellationis obstaculo interiecto.* Quidam tamen ex illo
verbo moti dicunt, quòd in facto electionis non debet
† appellari. Respondeo, non est verum, sed de tali ap- 15
pellatione intelligas, sicut & aliàs, vbicunque res non
capit dilationem, appellatio non recipitur: scilicèt,
ne testamentum aperiatur: ne scriptus hæres in posses-
sionem mittatur, ne annona militibus tribuatur. vt ff.
de appellat. recip. vel non. l. si res dilationum. appella-
tio tamen aliqua in facto electionis recipitur: putà, ap
pellat quis, vt non fiat electio nisi canonica, talis ap-
pellatio valet. Cæterùm si quis appellat, vt fiat electio:
talis appellatio est nulla. vt extrà, de electionib. c. cum
nobis. & c. auditis. QVAESTIO. Quid autem si publica-
tione votorum celebrata, voluerit aliqui vota sua muta-
re, & in alium consentire, nunquid possunt? Respon-
deo, non: siue electus consentiat, siue paratus sit con-
sentire: vt extrà. de election. c. cùm inter canonic. &
extrà, de postulatio. c. cùm bonæ memoriæ. imò hodie
per dominum Gregorium Nonum, † publicatio scruti- 16
nio variare nequeunt electores, cùm sit facienda colla-
tio & electio celebranda, ad quod per superiorem, si o-
portuerit, compellantur. vt extrà, de electio. c. publica
to. vnde siue consentiat hodie iste electus, siue non: si-
ue sit paratus consentire, siue non, non potest variare,
licèt alibi prætor variantem non repellat, & consilium
mutantis non aspernatur, vt ff. de collation. bonorum.
l. nonnunquam prætor. licèt varius electus fuerit, vt
C. de furtis. l. vltima. cùm Augustinus consilium suum
mutauit in melius. vt 22. quæstio. 2. c. certè. ego sum qui
statueram. & in authentic. vt fratrum filij. in princip.
collat. 9. *Diligenter.* Hoc ideò ponitur propter mul-
torum inquisitorum negligentiam, & hæc deberet esse
diligentia eorum, sicut superiùs dixi: quia debent dice
re inquisitores, vide frater, quod consideratis omnibus
in vtiliorem consentias, quia quidam ita expediunt
se, tu in quem consentis, & tu in quem, & tu in
quem, & sic cum festinatione currunt, quæ festi-
natio posset incurrere vitium. & est simile quod ali-
bi de transactione alimentorum legitur, † vt diligenti- 17
am debeat adhibere prætor de modo, & causa, & perso
na, si autem negligenter authoritatem suam interpone
ret, non valet authoritas, nec transactio, ea enim tea di-
ligenter inuestiganda est, non autem negligenda, nec
donanda. vt ff. de transactio. l. cùm hi. §. si prætor aditus,
& argum. ff. de offic. procur. Cæsar. l. 1. Sequitur in con-
stitutione. *Vt is collatione habita.* Illud, vt, pro modo
ponitur, & modum denotat. sicut & aliàs, C. de his qui
sub modo. l. fin. nam scito quòd vt, modus est: si, condi-
tio, quia causa: licèt frequenter alibi ponatur, vt, con-
secutiuè, vt illud, si actor absuerit, vt reos, multiplici
dilatione fatigetur, vt C. de iudic. l. properandum. &
illud, natus est homo, vt moreretur: & illud, vt vincas
dum iudicaris. Sed, licèt sic ponatur in constitutione,
vt is. &c. in libello tamen ponitur. Et is, collatione ha-
bita. Hoc ideò ponitur: quia nisi fieret collatio: non
posset sciri quis à maiori parte esset electus. † Collatio 18
nē autem attende circa tria: primò, numeri ad nume-
rum: secundò, zeli ad zelum: tertiò, meriti ad meritum:
quartum forte authoritatum & dignitatum. & hoc est
de substantia ipsius electionis. & quòd collatio sit faci
enda numeri ad numerum, dicit decret. extrà, de ele-
ctio. c. dudum. & c. cùm inter. quod zeli ad zelum, &
meriti ad meritum, dicit decret. in eodem titulo c. in
Genesi. prima duo attenduntur circa electores, quo-
rum numerus sit maior, & qui habuerunt meliorem ze
lum: nam quidam fortè sunt moti ad eligendum: quia
caro, & sanguis mouet eos, istorum zelus malus est. a-
lij moti sunt propter Deum, considerando personam

vtilio

vtiliorem: istorum zelus bonus est. & ideò apostoli vn
19 decim reprobato Iuda † cùm esset contentio inter Io-
seph qui cognominatus est iustus, & qui habebat sex
consanguineos inter discipulos domini elegerunt Mat
thiam, & sic fuit zelus eorum bonus: quia noluerunt e-
ligere consanguineum, nec hominem quietis: quia sic
interpretatur Ioseph: sed elegerunt virum sollicitudi-
20 nis: quia sic interpretatur Mathias: † prælati enim non
debent quiescere, sicut faciunt multi: sed debent esse
solliciti, & vigilare circa gregem suum: in dubio tamē
vbi maior numerus, ibi melior zelus præsumitur, vt ex-
trà. de electio c. cùm inter. & c. ecclesia vestra. meriti
ad meritum hoc quantum ad electum, quis melior,
quis vtilior, quis sanctior. QVAESTIO. Sed pone, quòd
ex vna parte sunt multi & plures quantum ad nume-
rum, ex altera parte est melior zelus, est authoritas, est
dignitas, quia sunt personæ ecclesiasticæ, vt Archidia-
conus, Præpositus, Archipresbyter, Primicerius, & e-
lectus est maioris meriti: quis electus præfertur? Re-
spondeo, vtraque electio vitiatur. Prima ideò, quia li-
cèt maior, non tamen sanior. Secunda ideò, quia mi-
nor numerus: nam legitur extrà. eodem titul. in c. ec-
21 clesia vestra desti. † quòd quidam fuit electus à maiori
numero: scilicèt, ab octodecim, & Cardinalis fuit ele-
ctus à quatuordecim, & sic à minori: quia tamen fuit
Cardinalis maioris meriti & authoritatis, & qui elege
runt eum fuerunt maioris authoritatis & dignitatis,
minoris tamen numeri, ideò eius electio qui à maiori
parte capituli quantum ad numerum fuit electus, re-
probatur: quia licèt habuit maiorem partem quantum
ad numerum, non tamen habuit saniorem. QVAESTIO.
De Cardinali quæritur quare reprobatur eius electio?
Respondeo, licet hoc non notetur in decretali, ideò
fortè fuit reprobata, quia ecclesia Romana nolebat tan
to membro carere, & fortè Cardinalis noluit consen-
tire: stultum enim reputarem Cardinalem, qui vellet
locum & dignitatem mutare, & fieri de domino subdi-
tus: cùm omnes prælati de mundo ipsos Cardinales re-
putent dominos speciales, cum semper videant Deum
facie ad faciem: & sic contingit extrà. de postulat. c. bo-
næ memoriæ Archiepiscopo vestro. omnibus enim pa-
ribus semper numerus attenditur, vt extrà. de electio.
c. dudum. QVAESTIO. Sed illud quæritur, dicit con-
stitutio. & dicitur in libello, collatione habita, & non
dicit à quo fieri debeat, vel à quibus, vel apùd quos.
22 quæro † ergo qui facient illam collationem? Respon-
deo, satis crederem illos inquisitores posse facere col-
lationem illam, cùm collatio sit sequela publicationis
votorum, & votorum publicatio pertineat ad illos:
& hoc melius credo, quàm quòd alij eligerentur de no
uo, in quibus eligendis posset esse dissensio. & est argu
mentum ff. de vacation. muner. l. prætor. §. vltim. QVAE
23 STIO. Item quæritur, † qualiter fiat & quomodo ista
collatio? Respondeo sic, erunt isti inquisitores in me-
dio capituli [illegible] publicatis votis in communi incipient
à capi[illegible] sic dicendo. Iohannes consensit in
Petrum, & sic coniungent cum Iohanne omnes illos,
qui consentiunt in eundem Petrum: & scribent ex vna
parte. Item ex alia parte accipient nomen illius, qui
primò consensit in Thomam, & coniungent omnes il-
los qui cōsenserunt in Thomam, & sic computabunt,
& dicent: domini nos inuenimus maiorem numerum
consensisse in Petrum: quia cum quadraginta sint cano
nici, vigintiquinque consenserunt in Petrum, & quin-
decim in Thomam. Item inuenimus meliorem zelum
ex parte eligentium P. quam Thomam. Item inueni-
mus Petrum melioris meriti, quia prudentior & saga-
cior, melior clericus, magis honestus, quam Thomas,
& melius potest ecclesiæ iura tueri. Et quod sic sit faci-
enda collatio, vidi ita de facto fieri in Concilijs ciuita
tum. præbent etiam iura argumentum, quæ de alijs
collationibus tractant, nam si debet fieri collatio bo-
norum hinc inde ex vna parte, quæritur quid & quan-
tum habuit alius. & sic conferent illa bona, & succe-
dent. Idem est in collatione dotis, nam si soror mari-
tata & dotata vult succedere, dicit frater: soror mea
bona conferas dotem, & sic considerabitur quid &
quantum habuit nomine dotis, vt illa conferat. vt C. de
collatio. l. 4. & ff. de collatione bonorum, l. dotis. Item
optimus est text. pro ista doctrina collationis. ff. de con
ditio. & demonstratio. l. cùm seruus. Sequitur in libel-
lo. *Et inuentum est maiorem partem & saniorem consensisse*
in Thomam. Ista sunt de substantia electionis: & id-
cò dicitur sanior, quia si maior pars peccauit: purà, eli-
gendo indignum, potestas transfertur ad pauciores. vt
extrà. eodem titul. c. congregato. ista indicant qualiter
collatio sit facienda. QVAESTIO. Sed quæritur, quæ di-
catur † maior & sanior pars. Respondeo, maior intel- 24
ligitur quantùm ad numerum, vt superiùs dixi. per de-
cret. illas extra. eodem titul. c. cum inter. & c. ecclesia
vestra destituta. Sanior intelligitur quantum ad ze-
lum, & quantum ad merita electi, & quantum ad au-
thoritatem & dignitatem eligentium, & non sine cau-
sa ponuntur ista duo, maior & sanior: quasi quod vtrum
que requiratur, sicut superius dixi. Item alibi alio mo-
do accipitur maior. ff. de pactis. l. maiorem. & C. qui bo
nis cede. possunt. l. vltim. alibi accipitur secundùm
quod hic. vt ff. ad municip. l. quod maior. argumentum
contra ff. de regulis iuris. aliud. §. refertur. intelligas
maiorem totius capituli, non maiorem quantum ad nu
merum aduersariorum. Verbi gratia, sunt in capitulo
40. canonici, & fuerunt omnes præsentes, quindecim
consenserunt in vnum, decem consenserunt in alium,
alij quindecim varij in varios consenserunt: certè v-
traque electio cassatur: quia licèt ille habebat maiorē
partem quantum ad numerum aduersariorum: non ta-
men habuit maiorem partem totius capituli, altera si-
militer cassatur, quia habet sine dubio minorem: vt di-
cit decretali. extrà. eodem. c. ecclesia vestra destituta.
contrarium est argumentum ff. de verborum significa.
l. maiorem. QVAESTIO. Item quæritur: pone, quòd
quadraginta sint canonici, decem fuerunt absentes,
vel in tali loco vnde non erant vocandi, vel vocati ve-
nire noluerunt, triginta fuerunt præsentes, & de istis
sexdecim consenserunt in vnum: & quatuordecim in
alium, videtur, quòd ille sit electus de iure, qui a maio-
ri parte præsentium sit electus. vt Codicis lib. 10. de de-
curio. l. nominationum. constitutio tamen prædicta re
quirit maiorem partem totius capituli, vnde durum
videtur contra stimulum calcitrare. Sequitur in libel-
lo. *Quem talis vice omnium in pastorem elegit.* Istud ideò
ponitur, & est de substantia, nam si omittatur, licet om
nia alia interueniant, tamen electio vitiatur. QVAES-
TIO. Sed pone, quòd omnibus primis præcedentibus
seruatis, totum capitulum deportauerunt ipsum ad se-
dem, & intronizauerunt eum, & ipse consensit, & sic
videretur ipsum eligere, & tamen electio nulla est se-
cuta, quid erit? Respondeo, nulla est electio, nisi vnus
pro parte omnium eligat, vt dicunt iura, in eodem tit.
c. ecclesia vestra. & c. in Genesi. † vnde necessaria sunt 25
verba, vt dicat vnus vice omnium, ego ipsum eligo, si-
cut in stipulatione: quia licèt aliquis consentiat, & an-
nuat, tamen stipulatio non contrahitur, nisi verba in-
teruenient, vt ff. de verborum obligat. l. 1. & ratio red-
ditur in dicto c. in Genesi. quia licet quilibet dicat e-
ligo: electio propter hoc non insurgit ex illis singula-
ribus consensibus: sed oportet, quòd insurgat ex
communi consenso, quia communis debet esse electio.
QVAESTIO. Sed quæritur, quid si certum sit, quòd
omnes consenserunt in Petrum, & tres in Thomam,
& certum sit: quod Petrus sit minoris meriti, quàm
Thomas: nunquid facienda est collatio? non vide-
tur: quia in incertis, non in certis locus est conie-
cturis, vt in authentic. de restitution. & ea quæ par.
in vndecimo mense. collatio. 4. & ff. de verborum ob-
ligation. l. continuus. Contrarium tamen verum est.
† quia licèt ita sit: tamen est facienda collatio: cum 26
nihil sit de solennitatibus omittendum, vt ff. de in in-
tegrum restitutio. l. diuus. & hodie si † aliquis de his 27
quæ sunt de substantia siue solennitate omittatur, ele-
ctio vitiatur, vt extrà. de electionib. c. ecclesia vestra.
Sequi-

Sequitur in libello: *Quam electionem, vel cuius electionem petit confirmari, &c.* istud est necessarium, quia omnia prima veniunt in narrationem, istud solùm venit in petitionem. Item omnia prima parum prodessent, nisi confirmatio sequeretur: ea electione enim licèt electo ius quæratur, quantum ad hoc vt possit ius
28 suum prosequi, † tamen ipsi nominato nullum ius acquiritur, vt extrà. eodem. c. quod sicut. ex confirmatione autem acquiritur ius ei in ecclesia in qua est electio
29 celebrata. vt extrà. eodem tit. c. transmissa. † sicut etiam in postulatione, ex qua nullum ius quæritur postulato, vt extrà. de postulat. c. postulationem. In fine attende,
30 quod hæc omnia quæ diximus in ipsa constitutione concilij. c. quia propter. † attendit & seruat ecclesia Romana in Episcopatibus, & Abbatijs, & omnibus dignitatibus, quæ habent curam animarum. Verùm si tractemus de electione alicuius dignitatis, quæ non habet curam, sicut est in aliqua præpositura: tunc & si non fiat seruata per omnia forma: sed sit aliter facta electio valet. & sic pronunciauit dominus Otto sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis in causa Gulielmi de Transgillo, in præpositura sanctæ Mariæ Virdunensis in qua fuit datus auditor.

Sequitur de tertia forma electionis.

1 *Electio per inspirationem qualiter fiat.*
2 *Electus electionem non prosequitur: sed eligentes.*

SVPER tertia forma, quæ videtur forma, sed non est, illud solum quæritur, quomodò istud posset esse: nam non videtur, quòd illa electio sit aliqua: nam non tenet manumissio, quæ fit ad vocem populi, vt C. qui & à quibus manumiss. liber. non fiant. l. si priuatus. & vanæ voces populi non sunt audiendæ. C. de pœn. l. decurionum. Respondeo, bene posset esse ele-
1 ctio, verbi gratia, † mortuo prælato conueniunt omnes in ecclesia cathedrali, & aliquis proponit verbum de substituendo pastore, & omnes vnanimiter dicunt: nos eligimus talem in pastorem: & benè dicit constitutio, quasi per inspirationem spiritussancti. quia via vel nunquam fit eo ocius hodie talis electio, quin inueniantur aliqui discordes. & ideo formam istam non multum prosequor: quia vel raro, vel nunquam contingit. Super illo, quando contentio est inter duos electos, ideò petitur vtrumque: scilicet quod electio facta à maiori & saniori parte capituli confirmetur, & alia infirmetur: quia sic posteà debet pronunciari. Sed esto quòd peteretur tantùm vnam electionem confirmari: si confirmatur ecce benè: quia per consequentiam altera infirmatur, nam si pronunciatur illum electum, per consequentiam pronunciatur illum non electum: nam si pronunciatur rem meam esse, per consequentiam pronunciatur rem tuam non esse. vt ff. de procurator. l. Pomponius. & ff. de exception. rei iudica. l. si inter me. & si pronuncior ego patronus, per consequentiam pronunciatur te non esse patronum, vt ff. de iureiurando. l. si duo patroni. si autem pronunciaretur meam electionem non esse confirmandam, & de alia actione nihil diceretur, remaneret illa electio in suo statu, & ideò bonum est, quòd de vtraque dicatur, quòd petatur vna confirmari, & altera infirmari, vt extrà. de electionib. c. dudum. in fine. & c. congregato. In vltimis
2 consulo pro honestate ipsi electo: † vt electionem suam per se non prosequatur, sed permittat eam prosequi ab illis electoribus, nam si confirmetur eius electio, maior erit ei honor: si infirmabitur, non erit ei ita verecundum, vt videatur ab ambitu esse sepositus, vt C. de episcop. & cler. l. si quanquam.

De causis propter quas vitiatur electio.

1 *Causæ quæ vitiant electionem, sunt 23.*
2 *Electio omissione formæ vitiatur, & num. 4.*
3 *Electiones in Sicilia non, nisi Regio assensu fiant, valent.*
5 *Electio ad clamorem popul. facta non valet.*
6 *Iustè impeditus restituitur.*
7 *Pars maior & sanior capituli quæ dicatur.*
8 *Eligentes qui scienter indignum eligunt, eligendi potestate priuantur.*
9 *Indignus vel ineligibilis quis dicatur.*
10 *Electio secunda, an prima non cassata, valeat.*
11 *A primis sponsalibus antecedi possit.*
12 *Casus in quibus quod nullum est, aliquid operatur.*
13 *Simonia electionem inficit.*
14 *Persona idonea semper eligenda est.*
15 *Electio de bono Episcopatus facienda.*
16 *In electionis factio iuratur de calumnia, & de veritate dicenda.*

VLTIMÒ inserendas esse prævidi causas, propter quas electio vitietur, ita quòd reddatur electio ipso iure nulla. † & causæ illæ sunt 23. vt fa- 1
cile quis videre possit, an electio prætextu aliquarum illarum causarum sit repellenda. † Prima causa est, si o- 2
mittatur forma tradita in constitutione concilij. vt extra. de electio. c. quia propter. nam ibi dicitur, aliter electio facta non valeat. Secunda causa est, si tractare incipiunt de electione & eligunt, corpore primi Episcopi nondum tradito sepulturæ, vt extrà. de electio n. c. bonæ memoriæ. s. Cremonensi. Tertia causa est, si fuit habitus tractatus seu colloquium cum illo, qui erat eligendus, vel eum ab amicis suis ab illis qui debebant ipsum eligere. vt extrà. eod. c. per inquisitionem. Quarta causa est, si præstitit assensum suæ electioni post publicationem votorum, antequam eligeretur, vt extr. eodem. c. cùm post petitam. Quinta, si facta fuit per secularis potestatis abusum, quia dicit dominus secularis, ego semper consueui eligere, certè non est vsus, sed abusus: imò grauissimè punitur ille qui consentit tali electioni, ita quòd perpetuò fit ineligibilis. Et eligentes potestate eligendi & officijs, & beneficijs suspenduntur per triennium, vt extra. eod. c. quisquis. & 63. distinctione. c. nullus. imò laicus patronus non eliget in ecclesia collegiata, etiamsi habeat hoc ex consuetudine, facta tamen electio præsentatur patrono laico propter honorem, vt si voluerit, præbeat suum assensum, vt extr. eod. c. sacrosancta. imò etiam tollitur illa impia consuetudo, qua consueuerant electores dicere
in aure principis personam electam, Regis tamen † as- 3
sensus requiritur, vt de sua licentia eligant, & sic seruatur in regno Siciliæ, & ecclesia Romana tolerat, vt extrà eod. tit. c. cum terra. & c. cùm inter vniuersas. & est argum. ad hoc. 18. quæstio. 2. c. Abbatem. Sexta causa
est, † si electio facta fuerit per canonicos & laicos non 4
obstante consuetudine, vt extr. eod. tit. c. massana ecclesia. Septima, si electores eligant contrà formam eis datam, vt extr. eod. tit. c. dilectus. Octaua, si fiat electio ad
† clamorem populi, vt extra. eodem titul. c. Osius. nam 5
nec manumissio tenet, quæ fit ad clamorem populi, vt ff. qui & à quibus manumiss. li. non fiant. l. si priuatus. quia vanæ voces populi non sunt audiendæ, vt C. de pœn. l. decurionum. licet aliquando iustę voces eorum & populi audiatur, C. de officio rector. prouinc. l. iustissimos. Nona causa est, si fiat electio post appellationem legitimè interpositam, vt extrà. eodem. c. consideramus, & c. cum nobis olim. & c. auditis. Decima, si non fiat in ecclesia cathedrali, vt extrà eod. titu. c. quod sicut. sed illud credo consilium, quia honestiùs est, vt fiat ibi, & propterea punitur ibi, si fieri potest: alioquin si fiat alibi, non credo electionem vitiari, dummodò in vnum locum conueniant, & omnia obseruanda obseruent, vt extr. eod. titul. c. cùm terra. Vndecima, si electio fiat clandestinè: vt extr. eod. tit. c. quia propter. in fine. Duodecima, si fiat electio post tempus à canone præfinitum. scilicet triū mensium: nā in ecclesia cathedrali & regulari statutū est, vt capitulū eligat infra tres menses, & si non eligunt, potestas eligendi deuoluitur ad metro-

ad metropolitanum inftà alios tres menses: & si non e-
ligat metropolitanus, poteftas deuoluitur ad Papam,
coram quo fine damno moræ manet intacta: & hæc ita
fiunt, nisi iufto impedimēto ita fuerint impediti, quòd
infrà prædictum tempus non potuerunt eligere, vt ex-
trà.eod.c.ne pro defectu & in authen.de appellat.col-
lat.4.tempus autem illud trium mensium, cùm fit con-
tinuum, credo eis currere: fed propter impedimentum
fiet eis reftitutio ex generali claufula, fi qua iufta caufa
effe videbitur.vt ff.ex quib.cauf.maior.l.1.& l.fed & fi
per prætorem §.fi feriæ. In alijs autem ecclefijs in qui-
bus funt patroni, tempus quatuor menfium eft ftatu-
tum, infrà quod illi ecclefiæ de rectore debet prouide-
ri, & quæftio fi qua oritur, inter patronos terminari: a-
lioquin epifcopus eam ordinabit: vt extrà. de iure pa-
tronatus. c.quoniam in quibufdam. & c.cum propter.
& c. fi vero. In præbendis verò conferendis ftatutum
eft fex menfium tempus, vt extrà.de conceff. præbend.
& eccleſ. non vacan. c. nulla. & in iftis menfibus non
computatur tempus fufpenfionis, nec tempus abfen-
tiæ, & non currunt nifi à tempore fcientiæ. vt ex-
trà, de conceff. præbend. & ecclefi. non vacant. c.
quia diuerfitatem. & fortè idem in illo tempore trium
menfium, fed primum eft verius.vt extrà.eod.titu c.vl-
timò. Decimatertia caufa eft, fi fiat à minore parte capi
tuli.vt extrà.eod.tit.c.Cumana.& c.congregato. Deci-
maquarta, fi non fiat à maiori parte capituli & faniori.
7 vtrumque enim defideratur, & intelligas † maiorem ha
bito refpectu ad totum capitulum, & non ad aduerfari-
um, vt extrà.eod.c.quia propter.& c.licèt.in fin. & c.in
ter cano.& c.cōgregato.& c.ecclefia veftra.& c.in Ge-
nefi. Decimaquinta, fi fiat electio à fufpenfis, vel de fu-
fpenfo, vt extrà.eod.titu.c.cum inter R. Decimafexta,
fi fiat ab interdictis vel de interdicto, vt extr.eod.titul.
c.cùm inter R.& extr.de poftula.c.ad hoc. Decimafep-
tima, fi fiat electio ab excommunicatis, vel ex commu-
nicato, vt extrà.eod.tit.c.venerabilem.& intelligas de
maiori excommunicatione ligatis: alioquin fi minori,
& interfint electioni, propterea electio non vitiatur, vt
extrà.eod.tit.c.illa quotidiana. nifi fcienter ligatos mi
nori, eligatur. vt extr.de clerico excommunica. c. vlti.
Decimaoctaua, fi indignus vel ineligibilis eligatur. i-
8 mò fi † fcienter indignum vel ineligibilem eligunt, pri
uantur eligentes illa vice poteftate eligendi, vt extrà.
9 eod.tit.c.fcriptum eft in apō. Indignus † feu ineligibi-
lis eft ille, qui eft interdictus feu excommunicatus, vel
fufpenfus, vt fuperiùs dixi. Item qui habet duo benefi-
cia curam animarum habentia, fine difpenfatione Ro-
mani pontificis ex certa enim fcientia domini Papæ de
bet habere difpenfationem, & non per obreptionem:
& licèt prælatus fuus fecum difpenfauerit, illa difpen
fatio nulla eft, vt extr.eod.tit.c.dudum ecclefia Rotho-
magenfi. Item fi non fit natus de legitimo matrimonio,
nifi fuerit cum eo per fummum pontificem difpenfa-
tum. vt extr.eod.tit.c.innotuit. Item fi fit idiota, tamen
fi fit competentis literaturæ, fufficit: oportet enim Epi-
fcopum alios docere, non quòd ipfe ab alijs doceatur:
vt extrà.eod.tit.c.cùm nobis olim. & argumen. in eod.
tit.c.of[illegible].& in authen.de fanctifsimis epifco. in prin
cip.col.9.& extr.eod.titul.c.cùm in cunctis. Item fi fit
minor triginta annis. Item fi fit leuis vitæ, tria enim cō
fiderantur in prælato, fcilicèt ætatis maturitas, ante e-
nim illud tempus non eft firmum illius ætatis confiliū,
vt ff.de minor.l.1.intrà illud tempus funt ferè fub cura
alterius, fœda enim rerum & nominum effet confufio,
vt alios debeant regere, qui feipfos regere non noue-
runt: vt C.de legit.tut. l.fi attes. Item grauitas morum,
& literarum fcientia: & quartum, quod fit de legitimo
matrimonio natus: vt extrà.eodem titu. c. cùm in cun-
ctis. & c. nihil eft. & per hoc excluduntur infames. vt
C.de dignitati.l.neque. Nonadecima caufa eft, fi admi-
niftret electus antequam confirmetur: vt extrà.eodem
titul.c.qualiter.& c.bonæ memoriæ: imò quicquid fa-
cit medio tempore totum caffatur: vt extrà. eodem tit.
c. nofti. non enim ex electione, fed ex confirmatione
ius habet: vt extrà.eodem titul.c.tranfmiffa, & hoc in-
telligas de prælatis citramontanis: vltramontani enim
prælati & remoti adminiftrare poffunt, antequam con
firmentur: vt extra.eodem titul.c.nihil eft.circa finem.
Vigefima caufa eft, fi poft publicationem votorum nō
infurgit communis electio, id eft, vt aliquis vicem om-
nium eligat, vt extrà. eodem titul. c. in Genefi. & hoc
hodie eft inductum per dominum Gregorium nonum,
licèt concilium imperfonaliter loqueretur, *eliga-
tur*. & ideò non dicebat à quo: & licèt totum capi-
tulum ipfum nominatum in fedem ponant, tamen non
prodeft, vt videatur ipfo facto elegiffe, fed verbis opus
eft, vt fuprà dixi.& probatur fuprà. eodem titul. c. ec-
clefia veftra. Vigefima prima, fi procedatur † ad electio- 10
nem fecundam, prima non caffata, vt extrà. eodem tit.
c.confideramus.& c.auditis.& c.bonæ memoriæ fupra
Cremon. Sed Tancredus hic notauit quædam contra-
ria, & foluit dicens: notatur contrà. extra.de appellat.
c.conftitutus.& extrà. de electio. c. bonæ memoriæ. &
c.dudum.& voluit foluere hoc modo: quia aut certum
eft electionem primam ipfo iure nullam, & tunc po-
teft procedere ad fecundam, prima non caffata: quia id
quod non tenet ipfo iure, caffari non poteft. vt ff. de in-
iufto teftamento. l.nam & fi fub conditione. aut eft du-
bium, & tunc non poteft procedi ad fecundam, prima
non caffata. & fimile habes in fponfalibus: nam † fi cer- 11
tum eft, quòd fponfalia prima nulla fint, quia feptem
annos nondum habebat, tunc poteft ad matrimonium
fecundum procedi, vt extrà de defponfat. impuber. c.
acceffit. fi autem fit dubium teneant vel non, tunc ma-
trimonium fecundum non poteft contrahi: imò con-
tractum impeditur: vt extrà. de fponfalibus. c. 1. Ali-
quando etiam id quod † nihil eft, impedit rei domini- 12
um, vt extr.de renunciat.c.quòd in dubijs. Item & ab
accufatione quæ nulla eft, non poteft quis defiftere. vt
ff.ad Turpilian.l.1.§.accufatione.& teftamentum fecun
dum quod nullum eft, quia deficit ibi conditio, fub qua
Inftitutus eft hæres, tamen tollit primum. vt ff.de iniu-
fto rupt.& irrit.teftamen. l. cùm in fecundo. fed iftud
argumen. malè inducitur. Item manumifsio quæ nulla
eft, impedit vfucapionem. vt ff.de vfucap.pro donato.
l.qui donato.& accufatio præcedens quæ nulla eft, im-
pedit matrimonium fequens. vt extra.de defponfa.im-
puber. c. ad diffoluendum. & intelligas prædicta tunc
locum habere, quando omnes de capitulo, vel maior
pars fecerunt vnam electionem: pone, hodie: & cras ip
fi idem volunt procedere ad aliam: cæterum fi vota ca-
nonicorum fint diuerfa, & quidam eligunt vnum, & a-
lij alium. & fiat in eadem hora ficut fæpè de facto con-
tingit: tunc non dicitur vna prima, & alia fecunda: fed
illa valet, quæ à maiori & faniori parte capituli fit, vt
extrà.eod.titul.c.dudum. 1. Sed hodie his anfractibus
non credo quòd fit locus per conftitutionem Lateranē
fis concilij, c.quia propter. nam fi forma illa fit omiffa,
quæ in conftitutione traditur, electio vitiatur, vt pri-
mo dixi. Vigefimafecunda, fi aliquis de aliena ecclefia
fit electus, & non poftulatus. vt extrà.eod.titul.c.inno-
tuit. Vigefimatertia, fi eligatur aliquis in Abbatem vel
in Priorem, antequam fit profeffus: vt extrà. eod.titul.
c.cùm in magiftrum.& c.officij.& c. cum caufam. & c.
ad noftram. Vigefimaquarta, fi per obreptionem fit ele-
ctio. vt extrà.eodem tit.c.cùm dilectus. Vigefima quin-
ta caufa, fi contempto aliquo vel aliquibus fiat electio.
vt extrà.eod.titul.c quòd ficut. & c. venerabilem. & c.
bonæ memoriæ fupra Cremonenfi. Sed hæc caufa non
reddit electionem ipfo iure nullam, fed annullandam:
quia poffunt illi qui funt contempti, illam electionem
ratam habere, ficut fuperiùs dixi. Vigefimafexta, fi fa-
cta electione fuperior confirmat, non facta diligenti
examinatione de proceffu electionis, & de perfona e-
lecti: nam vt indignè promotus erit reijciendus: & qui
confirmauit: grauifsimè punitur, vt extrà eodem titul.
c.nihil. Vigefimafeptima, fi fiat electio omiffa collatio
ne, vt extrà.eodem titul.c.Cumana. fiue numeri ad nu-
merum, fiue zeli ad zelum, fiue meriti ad meritum. vt
extrà.eodem titul.c.in Genefi. Vigefimao[illegible]aua, fi om-
nia quæ mandat conftitutio concilij, non nant incon-

tinenti

tinenti, seu mox: vt dicit constitutio concilij, in c. quia propter. & c. cum post petitam. Vigesimanona, si mandat dominus Papa, vt capitulum eligat cum concilio duorum Abbatum: si posteà electi à capitulo eligunt sine consensu illorum Abbatum, electio vitiatur, vt extrà. eodem titul. c. cùm in veteri. & ff. de administratio. tutor. l. penultim. §. 1. & l. Titium. & extrà. de arbitr. c. cùm olim.
33 Trigesima causa est, si pro illa † electione commissa sit simonia, etiam ignorante electo, vt extrà. eodem titul. c. si alicuius. Trigesima prima causa vitiat electionem, si fuerint sex electi, vt eligant de capitulo ipsi omnes, vel maior pars: si tres eligunt extra capitulum illorum, electio vitiatur, & si alij tres eligant de capitulo, illorum electio confirmatur, vt extrà. eod. tit. c. cùm in iure. Trigesima secunda, si aliquis fiat monachus sub illa spe, quod fiat Abbas, si eligatur, electio vitiatur, vt extrà. eodem titul. c. ad nostram. Trigesima tertia causa est, si electus vel postulatus fuerit aliquis, & à maiore parte capituli, cuius postulatio vel electio est cassata, vt extrà. de postula. c. gratum. In vltimis nota quædam circa electionem, quòd si committatur aliquibus: putà, per compromissum, potestas eligendi,
34 † semper debent eligere personam idoneam, vt extrà. eodem. c. causam. & simile ff. ad Trebellian. l. ex facto. §. si quis rogatus. contra argumen. ff. de legat. 2. l. cùm quidam. Item nota, quòd si cassatur alicuius electio vitio electionis, poterit promoueri: si verò vitio personæ, non poterit, vt extrà. eodem titul. c. super eod. vnde consilium est, quòd quando superior cassat electionem alicuius, quòd adijciat causam, quare cassat: sicut quando remittit ab exercitu, vt ff. de his qui notan. infam. l. 1. & quando tutor à tutela remouetur, adijcienda est causa: alioquin, si non inseritur, præsumitur propter vitium electionis electionem reprobatam. vt ff. de suspect. tutor. l. hoc enim. & ff. de per. l. si præses. Illud autem non admitto, quòd electio possit ad eligentes redire, & electione cassata propter vitiũ electionis, imò dico, quòd illa vice potestate eligendi priuantur, vt dicit constitutio, c. quapropter. nisi fortè de gratia eis restituatur: vt extrà. eodem titul. c. coram, vel si scienter elegerunt indignum: vt extrà. eodem titul. c. scriptum est. In casu tamen crederem eis debere restitui potestatem eligendi, si ignoranter capitulum eligit indignum, quod semper præsumo, vt ff. de administratio. tutor. l. hoc autem. & ff. de probationib. l. verius. Item nota, quòd † capitulo prosequenti factum electionis,
35 restitui debent expensæ de bonis episcopatus, & caueant ne medio tempore bona vacantia vsurpent: vt extrà. eodem titul. c. præteritæ. Item nota, quòd illi qui non sunt de capitulo si dicant se velle electioni interesse, debent exprimere causam, quare debeant interesse, vt extrà. eodem titul. c. constitutis. adeò, quòd soleat & debeat fieri protestatio, vt vox illorum non valeat, qui non debent de iure vel de consuetudine interesse, & si examinentur, posteà eorum vota etiam in duabus electionibus ius eis non quæritur, subaudi, quantum ad petitorium: in possessorio, secùs, vt extrà. eod. titul. c. Cumana. & c. in Genesi. extrà. de causa possess. & propriet. c. cùm ecclesia Sutrina. Item nota quòd
36 † in facto electionis iuratur de calumnia, quòd contra electum per malitiam non opponant, iurat etiam de veritate dicenda. Datur libellus, & fit contestatio litis: vt extrà. eod. c. cùm dilectus. & c. dudum. Verum in electionibus consueuit decretum fieri, & etiam literæ quæ superiori mittuntur: ideò qualiter fiat forma decreti & literarum, quæ superiori mittuntur, & à quibus côficiantur, tractare intendo.

Forma decreti electionis.

FORMA decreti erit talis. In nomine domini, anno dominicæ incarnationis. M. CC. XXXVI. Si es in terra Papæ dicas, tempore Gregorij noni summi Pontificis. Si es in terra Imperatoris, vel Regis dicàs, regnante domino Frederico Dei gratia Romanorum Imperatore semper Augusto, Ierusalem & Italiæ Rege, vel regnante domino Ludouico Illustrissimo Rege Francorum, mense Ianuarij, die tali, indictione decima, Rothomagensi ecclesia nuper pastoris solatio destituta mortuo domino R. bonæ memoriæ prælato ipsius, & corpore ipsius tradito sepulturæ, die tali præfixa à toto capitulo ad eligendum vocatis omnibus qui voluerunt & potuerunt commodè interesse in ecclesia cathedrali, inuocata spiritussancti gratia, placuit omnibus per viam scrutinij viduatæ ecclesiæ prouidere, & sic fuerunt electi ab ipso collegio tres de collegio fide digni, videlicèt tales I. P. & S. vt ipsi secreto & sigillatim vota cunctorum exquirerent, & in scriptis redigerent, & redacta publicarent posteà in communi, qui tres secretò & sigillatim vota cunctorum exquisiuerunt siue examinauerunt, & redegerunt in scriptis: & mox in communi publicauerunt, & diligenti collatione habita numeri ad numerum, zeli ad zelum, meriti ad meritum, inuentum est, quòd maior & sanior pars capituli in dominum P. de colle medio consensit, virum honestum eminentis scientiæ, in temporalibus & spiritualibus, circumspectum & scientem, & valentem ecclesiæ iura tueri, & sic incontinenti dominus Decanus mandato capituli, vel eorum qui in ipsum consenserunt (quando totum capitulum non consensit) ipsum eligit in pastorem & Archiepiscopum Rothomagensem hoc modo. Ego R. cantor Rothomagensis in dominum P. consentio, & ipsum eligo in pastorem ecclesiæ Rothomagensis. Egó S. Archidiaconus Rothomagensis in dominum P. consentio, & ipsum eligo in pastorē ecclesiæ Rothomagensis. Ego T. archipresbyter in dominum P. consentio, & ipsum eligo in pastorem Rothomagensis ecclesiæ. Ego H. presbyter Rothomagensis ecclesiæ in dominum P. consentio, & ipsum eligo in pastorem Rothomagensis ecclesiæ. Ego P. diaconus in dominum P. consentio, & ipsum eligo in pastorem ecclesiæ Rothomagensis. Ego C. subdiaconus, in dominum P. consentio, & ipsum eligo in pastorem ecclesiæ Rothomagensis. & sic de cæteris. Finitis nominibus consentientium dicatur in fine, & quod huic nostro decreto fides adhibeatur, hoc decretum sigillo nostri capituli fecimus sigillari. Verùm antequam ista clausula ponatur, ille qui de mandato capituli elegit, subscribat se sic. Ego D. decanus Rothomagensis in dominum P. consentio, & ipsum eligo in pastorem ecclesiæ Rothomagensis, & posteà in fine omnium dicat. Item ego D. decanus Rothomagensis de mandato omnium prædictorum, dominum P. eligo in pastorem Rothomagẽsis ecclesiæ, & huic decreto apponitur sigillum capituli & decani, qui de mandato omnium elegit. Si autem fuit processum secundùm formam compromissi, dicatur sic, retentis omnibus vsque ad verbum, placuit omnibus, &c. per viam compromissi prouidere ecclesiæ viduatæ, & sic de communi voluntate omnium & singulorum, ideò pono de singulis, quia si vnus solus dissentiret, & nollet compromittere, non compelleretur: & electio vitiaretur, vt superiùs dixi, & sic seruat curia. Fuerunt electi tres vel duo, vel quatuor de collegio fide digni, quibus vice omnium fuit collata potestas, vt ipsi vice omnium de pastore prouiderent ecclesiæ viduatæ, qui inter se habito diligenti tractatu dominum P. & C. in Archiepiscopum & pastorem Rothomagensis ecclesiæ elegerunt, & quod huic decreto fides adhibeatur, illud sigillo nostri capituli fecimus sigillari. Verùm ad maiorem cautelam fiet vnum aliud decretum eiusdem continentiæ vsque ad verba illa, qui inter se habito diligenti tractatu, &c. & in illo decreto sint tales subscriptiones. Ego D. decanus Rothomagensis elegi tales, & eis pro me potestatem contuli prouidendi Rothomagensi ecclesiæ de pastore, & sic de singulis: & posteà dicant in fine, quod huic decreto fides adhibeatur, præsens sigillum decreto nostri capituli fecimus sigillari. Vel breuiùs faciant, vt dicant sic. In nomine domini, &c. pone illa verba vsque ad verbum, placuit omnibus per viam compromissi procedere. & sic D. decanus, P. præpositus, S. archidiaconus ecclesiæ

Rothomagensis, & sic de singulis pone, quòd ponas nomina omnium eligentium, eligimus tales de collegio nostro fide dignos, quibus vice omnium nostri potestatem contulimus prouidendi Rothomagensi ecclesię de pastore, & quòd huic decreto fides adhibeatur, hoc decretum sigillo nostri capituli fecimus sigillari. Item adhuc ad maiorem cautelam illi tres compromissarij faciant decretum suum, quòd sit continentiæ talis. In nomine domini, &c. Nos tales electi à capitulo Rothomagensi, & in nos ab eis potestate collata, vt vice omnium prouideamus ecclesiæ viduatæ de pastore, habito inter nos diligenti tractatu eligimus vice omnium dominum P. &c. in Archiepiscopum & pastorem ecclesiæ Rothomagensis, & quòd huic electioni fides adhibeatur, hoc decretum seu literas nostri capituli sigillo fecimus sigillari.

De literis missis ad Papam pro confirmatione electi petenda.

LITTERAS autem mittat capitulum summo Pontifici, vel fortè metropolitano, si electio fiat de aliquo suffraganeo, & erunt continentiæ talis. Sanctissimo patri ac domino G. diuina prouidentia, summo pontifici, capitulum Rothomagens. quando est totum capitulum, vel quando maior pars & sanior capituli elegit, dicatur sic, ponantur nomina omnium qui elegerunt: scilicèt D. decanus, S. archidiaconus, R. presbyter: & sic de singulis canonic. Rothomagen. qui sunt maior & sanior pars capituli Rothomagens. sui deuoti & fideles ad omnia, recommendationem & pedum oscula beatorum, defuncto bonæ memoriæ R. Rothomagens. quondam Archiepiscopo, & sic remanente ipsa ecclesia viduata, & nos facti orphani absque patre, & sic remanente grege sine pastoris cura, corpore ipsius tradito sepulturæ, die ad eligendum præfixa, conuenientibus omnibus in ecclesia cathedrali, qui voluerunt & debuerunt, & potuerunt commodè interesse: placuit omnibus per scrutinij viam procedere: & sic electis tribus, scilicèt, talibus de collegio nostro fide dignis, examinatis votis cunctorum secretò & sigillatim, & redacta in scriptis, & publicatis mox in communi, collatione habita diligenti, inuentum fuit, quòd nos maior & sanior pars capituli in magistrum P. de colle medio virum honestum literarum, & prouidum in temporalibus & spiritualibus circumspectum consensimus: & ipsum de mandato nostro D. decanus, elegit in Archiepiscopum & pastorem ecclesiæ Rothomagensis. Quare sanctitati vestræ humiliter supplicamus, quatenus electionem ipsius dignemini confirmare, & ad petendam confirmationem ipsius, vice nostra à sanctitate vestra ad pedes vestræ sanctitatis mittimus tales procuratores nostros, ipsos constituentes procuratores nostros pro prædicta confirmatione petenda, ratum habentes & firmum quicquid per ipsos fuerit procuratũ, & quod huic procurationi fides plenè adhibeatur, præsentes literas sigillo nostri capituli fecimus sigillari. Si autẽ sit ex alia parte facta electio, apponatur in procuratione retentis omnibus vsque ad verbum, pro confirmatione petenda, exclusiuè: ad petendam infirmationem electionis factæ de R. quę à maiori parte capituli facta dicitur, & ad agendum, & ad omnia facienda quæ in personis nostris facere deberemus ratum, &c. Si autem vult aliquid capitulum scribere metropolitano, scribat sic.

De literis capituli missis ad metropolitanum pro electi confirmatione petenda.

REVERENDISSIMO in Christo patri & domino H. Dei gratia Archiepiscopo Beneuentano totum capitulum, quando capitulum totum est in concordia, vel quando maior pars & sanior, dicatur sic, archipresbyter, archidiaconus, & primicerius, & tales canonici, clerici sui deuotissimi filij subiectionem & reuerentiam debitæ famulatũ, & retineas omnia verba posita in superioribus epistolis missis ad Papã mutato illo verbo vbi est sanctitati, ponas paternitati. Si autem capitulum vult scribere domino Imperatori & domino regi, vt præstet assensum, scribet sic.

De literis capituli missis ad Imperatorem vel Regem, vt ipsi præstent assensum suæ electioni.

EXCELLENTISSIMO Domino & illustrissimo R. Dei gratia Romanorum Imperatori semper augusto, Ierusalem & Siciliæ Regi, totum capitulũ Telesinum sui semper assidui oratores, subiectionem cum reuerentia tam debita quàm deuota, excellentiæ vestræ præsentibus literis duximus intimãdum, quod dominus S. bonæ memoriæ, olim pastor noster, viam fuit vniuersæ carnis ingressus, vel debitum naturę persoluit, quare cum nostra ecclesia sit viduata pastore, ne diutius remaneat desolata maiestati vestræ iuxtà morem & regni consuetudinem mortem ipsius significantes preces porrigimus subiectitias quatenus ad eligendum nobis pastorem vestrum benignum assensum dignemini impartiri, vt de vestra licentia ipsi de bona persona & idonea prouidere possimus, qui tam in onere, quàm in honore rectè & fideliter possit ecclesiam gubernare. Habita autem licentia à domino Imperatore de eligendo. Item si oportet sibi scribere vt præstet assensum, electo similem salutationem scribant, & posteà dicant sic. cum mortuo nostro pastore per sacras vestras literas nobis concesseritis licentiam eligendi conuenientibus omnibus in ecclesia cathedrali qui voluerunt & potuerunt commodè interesse, &c. pone omnia sicut in literis Papalibus vsque in finem, hoc excepto quod vbi est sanctitati, ponas, maiestati. Has omnes formas contentas in constitutione concilij c. quia propter. sumpserunt de iure ciuili. in authent. de sanctiss. Episcopis. collat. 9. §. 1. Ista omnia de electione sum ita prosecutus propter legistas istos, qui non sunt in iure canonico experti, omnia tamen relinquo corrigenda iudicio peritorum qui in iure canonico profitentur.

De postulatione.

1 *Libelli in postulatione concipiendi formula.*

VERVM quia sæpè contingit, quòd aliqui non eliguntur, sed postulantur: ideò de postulatione videamus, & primò videamus qualiter libellus debeat formari siue fieri. Fit autem sic. † LIBELLVS. Petit procurator capituli Rothomagens. magister G. quòd postulationem sacram ab ipso capitulo de magistro P. de gratia & benignitate sedis Apostolicæ admittentes ipsum eisdem cõcedere dignemini postulatum. Vel ita. LIBELLVS. Coram vobis, &c. proponit magister G. procurator capituli Rothomagen. quòd cùm ecclesia Rothomagen. pastore vacaret, vocatis omnibus qui voluerunt, potuerunt & debuerunt commodè interesse, procedentes per formam scrutinij, electi fuerunt tres de collegio fide digni, videlicet tales, qui secretò & sigillatim vota cunctorum examinauerunt, & illa redegerunt in scriptis, & mox publicauerunt in communi, & inde collatione habita inuentum est omnes vel vel duas partes in magistri P. postulationem consensisse, quem D. decanus de mandato omnium postulauit: quare petit, quòd postulationem de vestræ benignitatis gratia admittentes ipsum postulatum ecclesiæ Rothomagens. concedere dignemini in Archiepiscopum, & pastorem. Si autem sit processum per formam compromissi, dicas & retineas omnia verba quæ diximus suprà de electio. & in libello quando per formam compromissi proceditur vsque ad verba illa, qui prouiderunt, &c. addas & postulauerunt ipsum in Archiepiscopum ecclesiæ memoratæ: quare petit, &c. vt suprà prope. Quod ita sit concipiendus libellus dicit decret. extr.

eatr.de postulati. c.t.& c.bonæ memoriæ.2.& in c.alio,
quod incipit, bonæ memoriæ. similiter & omnia quæ di
cta sunt de electione, intelligantur & in postulatione
per omnia repetita.

Quæ sit differentia inter electionem & postulationem.

1 *Differentia inter electionem & postulationem.*
2 *Postulatio si non admittatur, licèt postulantibus & postulato iniuria fiat, ex illa tamen agi non potest.*
3 *Postulatio censetur irrita, si priusquam postulatio sit admissa postulatus administret.*
4 *Postulandus iteratò non est, semel cassatus.*
5 *Eligendus potiùs de capitulo assumendus est, quàm aliundè postulandus.*

IN omnibus enim concordant electio & postulatio.
scilicèt quantum in forma seruanda: & in omnibus
illis quibus vitiatur electio, & postulatio vitiatur.
vt suprà not. Differont tamen inter se, quantum ad no-
meo, quia dicitur vna electio, alia, postulatio: si enim
eadem esseot, frustrà diuersa vocabula his vocabulis
mandareutur. vt C. de codicil. l. si idem. Prima differen
1 tia est: quia electio dicitur, quando quis de eodem ca-
pitulo eligitur, si autem ec altera ecelesia postulatur,
dicitur postulatio. nam Archiepiscopus Eracliensis di-
citur postulatus in ecclesia constaoter, & plebanus san
cti Pauli de Venetijs, quæ ecclesia erat in ciuitate Con
stantinopolitana, dicitur electus: vt eatrà, de election.
c. scriptum est in apocha. Nam si quis de aliena ecclesia
eligitur, & non postulatur, eo ipso electio vitiatur, vt
eatrà. de electio. c. innotuit. & eatrà. de postulatio. c. vl
tim. Item est & alia differentia, quia in electione publi
eato scrutioio non possunt variare eligentes, vt eatrà,
de elect. c. cùm inter cano. & c. publicato. in postulatio
ne cootrarium est, quia pussunt variare postulantes, an
tequam postolatio sit superiori præsentata, vt eatrà. de
postulatio. c. bonæ memoriæ. circa finem. Item tertia
differentia est, quia in electione semper illius prȩualet
electio, qui habet maiorem numerum, vt extrà. de ele-
ctio. c. dudum. & suprà de electio. ootaui, in postulatio
ne verò ad hoc vt postulatns præferatur electo, opor-
ter quod duæ partes sint pro postolatn, vt eatrà. de ele-
ctio. c. scriptum est in Apocalypsi. Item quarta differen
tia est inter duos postulatos: quia si contentio inter du-
os electos sit, semper præfertur ille, qui habet maiorē
oumerum, vt suprà dictum est: ioter duos autem postu
latos si sit coorentio, ille præfertur qui habet doas par
tes, ille autem qui habet tertiam partem vel mious, nō
auditur, vt eatrà. de postulatio. c. bonæ memoriæ Guil.
Archiepiscopo. Sed hanc differentiam non multum at-
teodo: quia etiam io electionibus ille qui habet mino-
rem partem oon auditur, vt suprà dixi. Sed est differeo
tia in hoc: quia ipse qui est postulatus, semper debet
habere duas partes, si contendat cum electo: cæterùm
si contendat eum postulato aliquo, crederem quòd suf
ficeret maior numerus. Item quinta differētia est, quia
electio est de iure communi, vnde dominus Papa tene-
tur illam confirmare, si est de iure facta canooicè, vt
eatra. de electio. c. postquam. postulationem autem do-
minus Papa etiam si esset facta à toto capitulo non tene
tur admittere, quia ea sola misericordia pendet, & so-
li gratiæ innititur, vt eatrà. de postulatioo. c. bonæ me-
moriæ Guil. Archiepiscopò. Item nec prælatus tenetur
concedere postulatum, vt in decretis 63. distinctione.
c. literas. & in authentic. de sanctissimis episcop. col-
latio. 9. §. nullum. nisi fortè necessaria causa ecegerit,
vt eatr. de inr. patrooat. c. nullos. QVAESTIO. Sed quæ
est ratio, quare postulatio soli gratiæ oititur? Respoo-
sum fuit a glosanribus in iure canonico: ideò quia per
postulationem nullum ius acquiritur postulato, vt ex-
trà de postulat. c. postulationem. OPPOSITIO. Sed in
statur, quòd eadem ratio attenderetur in electione:
nam per electionem nullum ius acquiritur electo, nec
per nominationem nominato. vt eatr. de electi. c. quòd
sicut. Respondeo, non benè opponitur in electo, nam
per electiooem triboitur ius electo, quia potest
prosequi ius suum, quod non est in postulato vel nomi
nato. & c. quod sicut. de nominato dicit, & non de ele-
cto. Item si non esset ius acquisitum electo, iam electo-
res possent variare: sed contrarium est, vt suprà dixi.
soli ergo gratiæ innititur postulatio. & est argument.
quòd ex illa postulatione nulla proficiscatur actio, vel
nullum ius quæratur postulato, sed totum pendeat ea
prætoris cognitione, vt est argumen. ff. de mino. l. quòd
si minor. Sed licèt soli gratiæ innitatur postulatio, ta- 2
men fit iniuria postulantibus, & postulato, si postula-
tio non admittatur. non tamen intelligas, quòd ea illa
iniuria posset agi, nam & aliàs patronus laicus in præ-
sentando soli gratiæ innititur, vt 16. quæstio. 2. c. si quis
Episcoporum. & tamen fit iniuria præsentato, si non ad
mittatur, vt 16. quæstio. 6. c. decernimus. adeò quod ex
illa iniuria potest agere præsentatus cootrà diocœsa-
num, qui eum admittere noluit, vt sibi in competenti
beneficio debeat prouidere. cōtra præsentatum autem
diocœsano seu institutum ab eodem, seu præsentatum
à patrono variante, qoia secundo loco alium præsenta
uit, non habet aliquam querelam, vt eatr. de iure patro
nat. c. pastoralis. Est & optimum simile pro eo quòd di-
ximus, quòd postulatio soli gratiæ innitatur, & quòd
fiat iniuria postulato, non tamen ec illa iniuria agi pos
sit. nam si ius aquæ ducendæ ea castello, vel ea riuo, vel
quoquo alio modo noo potest ab alio concedi, nisi à
principe, vt soli gratiæ innitatur: pone, quòd Impera-
tor alicui concedit, ille alienauit prædium, certe ille
qui modò habet prædium impetrare potest, & est impe
trabile in persona istius, nec est beneficium de nouo si-
bi coocessum: quia fuit concessum antecessori suo, sed
si non concedatur, infertur ioinria, vt ff. de aqua quoti-
dia. & æsti. l. 1. §. vltim. non tamen, quòd ex illa iniuria
possit agi contra priocipem, ita glosauit Iohannes Teu
tooicus. Aliquando tamen facit gratiam dominus Pa-
pa, quod postulatio facta à diocœsano per dominum
Papam coofirmetur: vt eatrà. de electio. c. eum monaste
rium. vnde nota, quòd licèt postulatio cum electione
concordet ferè in omnibus, concordat † etiam in hoc, 3
quod si postulatus antè administraret quam eius postu
latio sit accepta, quòd postulatio censetur ipso iure ir-
rita, vt eatr. de electio. c. bonæ memoriæ magister. Idē
in electo, vt superius notaui: vt ectrà. de electio. c. qua-
liter. Item electio facta de interdictis & ab interdictis
nulla est, vt suprà dixi: & hoc est eapressum in decret.
ectr. de electio. c. cùm ioter R. seniorem. similiter & po-
stulatio, vt extrà. de postulatio. c. ad hæc. nec poterat i-
bi allegare ignorantiam interdicti positi à legato, cum
fuerit generale, vt ibi. & est simile. ff. de iur. & fact. ig-
no. ant. l. vlti. & ff. de eaercito. l. sed si pupillus. §. pro-
scribere. Item nota † in postulatione, & hoc idem pos- 4
set in electione ootari, quòd si maior pars postulauerit
illum, cuius postulationem dominus Papa cassauit, &
alia mioor pars postulauerit alium, vel non postolaue
rit, quòd totum ius tam in postulando, quàm in eligen-
do est penes pauciores, vt ectrà de postulat. c. gratum.
Item nota, quòd licèt tractemus de electione & postu-
latione: attendendum est tamen quòd primo debeat ad
electionem procedi, quam ad postulationem, † semper
enim de ipsa ecclesia vel de ipso capitulo est aliquis as 5
sumendus potiùs, quam de alia ecelesia, vel de alio ca-
pitulo, si io illo inuenitur idooeus, alioqoin de alio as-
sumitur. vt 61. distinctione. c. nullus inuitis. & c. obi-
tum. & 35. distioctio. c. nisi. & ff. de tutor. & curator. da-
tis ab his. l. diuus. & C. de episcop. & cleric. l. in eccle-
sijs. & C. de offic. prætor. l. vltim. & in aothentic. de
sanctissimis episcopis. collat. 9. & ff. de decurio. l. eos
qui vtensilia. argument. contra C. de crimin. sacrileg.
l. vltim.

SECVNDA PARS.

De iuribus quæ competunt prælatis.

1 *Primates & Patriarchæ vnde dicti, & quot sint.*
2 *Primates quidam, & non patriarchæ. Burdegalensis, Toletanus, Cantuariensis, Pisanus.*
3 *Flamines, Archiflamines.*
4 *Primates, Patriarchæ & Archiepiscopi hodiè non eliguntur.*



HABITA iam notitia electionum & postulationum, restat vt videamus de iuribus, quæ competunt posteà prælatis, & qualiter libelli super his sint concipiendi. Verùm, quia inter prælatos Primates & Patriarchæ vendicant sibi locum, ideò de illis primò videamus,
2 † Primates dicti sūt, quasi primi post Papam. Patriarchæ verò dicuntur quasi Patres Archiepiscoporū: vnam enim & eandem formam tenent, licèt sint diuersa eorum nomina, vt 99. distinctio. c. prouinciæ. isti primates seu patriarchæ quatuor sunt: de domino Papa non loquor: quia ipse est pater Primatum & Patriarcharum, & Archiepiscoporum, & omnium prælatorū: sicut enim Roma caput est totius orbis. vt C. de veteri iure enuclean. l. 2. in princi. vltimæ columnæ. ita ecclesia Romana est caput omniū ecclesiarum, vt C. de sum. Trinitate & fide Catholica. in epistola illa, Inter claras, circa finem. & extrà de priuileg. c. antiqua. sunt enim primates seu Patriarchæ quatuor. primus, Constātinopolitanus: secundus, Alexandrinus: tertius, Antiochenus: quartus, Ierosolymitanus. & secundùm istum ordinem tenent locum post Papam. vt extrà, de priuileg. c. antiqua. & 22. distincti. c. de Constantinopolitana. & c. renouantes. omnes enim prædictæ ecclesiæ ab ecclesia Romana dignitatem recipiunt: ecclesia autem Romana à solo Deo & Saluatore nostro tantùm. vt 22. distinctio. c. omnes. & c. sacrosancta. Denominantur autem isti patriarchæ, & non primates propter excellentiam nominis: duo autem alij abusiuè & impropriè vocantur Patriarchæ: scilicèt Aquilegiensis & Gandensis.
2 † quidam tamen vocantur primates etsi non sint Patriarchæ: putà, Bituricens. ipse enim præest Narbonensi, & Burdegalensi Archiepiscopis, vt in decret. 9. quæsti. 2. c. conquestus. vbi inuenitur de Narbonen. quod subsit Bituricensi, sicut primati. de Burdegalensi non inuenitur. vidi tamen quæstionem inter Bituricensem & Burdegalensem. qui dicebat se primatem & Burdegalēsem, & fui Aduocatus pro Bituricensi coram domino Gregor. Item dicit se Primatem Toletanus totius Hispaniæ, & vidi quæstionem inter illum & Compostellanum coram domino Gregorio, & fui aduocatus pro Cōpostellano. Item dicit se Primatem totius Angliæ Archiepiscopus Cantuariensis, & contendit de hoc cum Eboracensi. Item dicit se primatem Archiepiscopus Pisanus totius Sardiniæ, & fui aduocatus pro eo coram domino Gregor. Isti primates sunt facti per Apostolos & successores eorum: scilicèt, summos Pontifices, vt 87 distinctio. c. nullus. & prædicti quatuor Patriarchæ fuerunt dicti ab Apostolis, vt in prædicta distinctio. c. renouantes. ante autem aduentum Christi erant apud
3 gentiles † quidam qui vocabantur flamines: & erant eorum sacerdotes. & vocabātur flamines quasi filanimes, quia portabant pileum in capite suo, in quo habebant filum cum quo religabant pileum, cum æstum vel calorem ferre non poterant. vocabantur etiam Archiflamines, qui eis præerant: vt 21. distinc. c. cleros & clericos. in quo canone inuenies omnia nomina: & vnde dicantur à clerico vsque ad Patriarcham. Eligitur autem iste primas à Concilio Catholicorum Episcoporum, non ea ordine, sed consideratis omnibus vitæ meritis, vt 13. quæst. 4. c. sicut excellentissima. sed vt verius credo Primas, Patriarcha & Archiepiscopus † non eligitur vt olim. sed hodie per decretalem & per concilium, quia propter diuersas, fit electio in ecclesia cathedrali, & postea electus habet iurisdictionem in suffraganeos suos. 4
Quæ autem iura habeat Primas, in suffraganeos suos Archiepiscopus vel Patriarcha, non inuenimus: nisi quia habent iura quantum eis sacri canones cōcedunt, & prisca consuetudo illis antiquitùs contulit, vt 9. q. 3. c. conquæstus. & ext. de off. iud. ordin. c. duo. nihil enim iuris habent primates & Patriarchæ vel priuilegij præ cæteris Episcopis. nam non potest Primas seu Patriarcha ecclesiā seu parochiam sui suffraganei, vel aliquē de eius parochia excommunicare, vel iudicare, aut aliquid agere. vt 2. q. 9. c. nullus.

Quæ iura habeant primates in suffraganeos suos.

1 *Episcopus iura episcopalia petens, ea specificare non tenetur, vt quæ in iure specificata sint.*
2 *Clarum clarius facere bonum.*
3 *Iura consuetudinis non scripta specificanda sunt.*
4 *Archiepiscopo suam prouinciam visitare licitum.*

HABENT enim quædam iura isti primates, secundùm quod sacri canones eis permittunt: putà, si clericus habet causam cum Episcopo suo, tunc coram Metropolitano: si Episcopus cum Metropolitano, vel clericus cum Metropolitano, tunc coram Patriarcha seu primate causa tractari debet, vt 11. quæstion. 1. c. si clericus. Item si appelletur ad ipsum. Item Episcopo decedente res ecclesiæ disponuntur arbitrio primatis. vt in prædicto c. conquestus. Item quod debeat ante alios residere, vt 21. distinct. c. 1. Item quod non præsumat Metropolitanus consecrare Episcopum inconsulto primate: vt 75. distinct. c. si autem. & c. de persona. & c. placet. Item ad primates Episcoporum negotia deferuntur, vt 80. distinct. c. vrbis. & c. in illis. Item si accusatur Episcopus, coram primate debet accusari, vt 4. quæstio. 5. c. quisquis Episcoporum. Item debent obedientiam Archiepiscopi Primatibus in omnib. quæ sibi ab eis iustè fuerunt imperata: vt 99. distinct. c. 1. Et quod grauius est, nullus Patriarcha vel Primas in clericos suffraganeorum suorum absque consensu suorum episcoporum debet aliquid attentare. extrà, de excess. prælat. c. sicut vnire. nisi in casibus: putà, si causæ deferantur ad eos per appellationem: vt extrà, de offic. leg. c. 1. Item quando Episcopus negligens est in officio suo. vt 9. quæstio. 3. c. cùm scimus debitores. & extrà, de senten. excommunica. c. per tuas. Item quando deuiat à iure, aut in diuinis officijs Episcopus vel sui clerici. vt 12. distinctio. c. de his. Item quando clericus habet causam cum Episcopo suo, vel econuersò. vt 11. quæstio. 1. c. si clericus aduersus. Item quando decedit Episcopus & Ecclesia idoneos clericos non habet. vt 12. quæstio. 2. c. non licèt. Item quando duo eliguntur ad Episcopatum vacantem, & inter se contendunt, vt 63. distinctio. c. vltim. Item si aliquid fuerit per præscriptionem, vel per consuetudinem obtentum. vt 9. quæstion. 3. c. conquestus. & extrà, de offic. iudicis ordin. c. duo. 9. quæstion. c. & ad Papam. argument. contra. 9. quæstion. 3. c. 1. & extrà, de offic. iudic. ordina. c. pastoralis. iudex est enim Archiepiscopus totius prouinciæ ordinarius: non tamen cuiuslibet. sed habet iurisdictionem impeditam. argument. c. vnire. extrà, de excess. prælat. & extrà, de præscriptio. c. cùm ex officij. argument. est, quòd non sit iudex in diœcesibus suorum subditorum, nisi in casibus supradictis, expressè dicit c. pastoralis. extr. de officio iudicis ordina. Vnde in tali materia quando Primas agit contra Archiepiscopum, sicut vidi de facto quod egit Bituricens. contra Burdegalensem corā domino Gregorio Papa, & coram eodem egit Toletanus contra Compostellanum. & in vtraque causa fui aduocatus, & fuit libellus conceptus ex parte Primatum, scilicet Bituricens. & Toletani. in hac forma. LIBELLVS. Coram vobis pater sancte petit Bituricensis

Archie-

Archiepiscopus,totius Aquitaniæ Primas,pręstari sibi
à Burdegalensi Archiepiscopo obedientiam, & reuerẽ
tiam,cum eius sit Primas.sic rectè concipi libellum di-
cunt prædicti canones, & specialiter 9.quæstion. . c.
conquestus.& extrà,de offic.iudi.ordina.c.conqueren
te. & inter alias formas hæc fuit approbata à domino
Papa Gregorio Nono,& à fratribus : & etiam in causa
Toletani libellus fuit similis oblatus & approbatus.
Multi tamen libellos concipiunt sic.LIBELLVS.Coram
vobis pater sancte petit Archiepiscopus Toletanus to-
tius Hispaniæ Primas, ab Archiepiscopo Compostella
no præstari sibi iura Primaciæ, quæ sacri canones Pri-
mati concedunt,cùm sit suus Primas. Si petatur ab alia
parte,quòd specificet actor quæ sint illa iura:certè spe-
cificare non tenetur,cùm sint à iure specificata: sicut &
1 † aliàs,cum petuntur iura episcopalia , non consueue-
sunt specificari,quia specificata sunt in iure. vt extrà,
de offic iudic.ordina.c.pastoris,& c.conquerente. siue
ergo apponatur in libello iura primariæ, quæ est inde-
finita,siue dicatur omnia iura primatiæ,quæ est vniuer
salis,planum est:quia indefinita æquipollet vniuersa-
li.ff.de legat.2.l.si pluribus.ff.de aleato.l. 1. quòd sic re-
ctè concipiatur libellus,probant iura prædicta. Multi
tamen in libello specificant omnia iura quæ superiùs
dixi,& ea ponunt in libello. certè si volunt , benè pos-
2 sunt:sed non curo,licet † bonum sit clarum clariùs fa-
cere,vt in authent.de testamen.imperfect.colla 8. hęc
sunt vera,si petat Primas iura primatiæ , quæ sibi cano-
nes concedunt : scilicet , quòd non debeat specificare,
cùm sint à iure specificata:sed si petat iura , quæ prisca
3 consuetudo sibi contulit,tunc enim illa specificare te-
netur in libello,cum consuetudo non sit scripta , qua
posset dicere illa specificata esse.Et dicat sic. LIBELLVS
Petit sibi præstari iura primatiæ Archiepiscopus Tole-
tanus ab Archiepiscopo Compostellano, sicut suo Pri
mati,quæ sacri Canones primati concedunt, & præsta-
si etiam sibi petit,sicut suo Primati ab eodem iura quæ
antiqua consuetudo ipsi Primati contulit , videlicet,
quòd singulis annis veniat ad festum ecclesiæ maioris,
quæ est Metropolis.seu Primas,& specificet, si qua alia
sint iura.quòd sic rectè concipiatur libellus, dicunt iu-
ra prædicta. Eodem modo ferè potest Archiepiscopus,
seu Metropolitanus concipere libellum contra Epis-
copos suos suffraganeos,vt dicat sic.LIBELLVS. Coram
vobis pater sancte petit Archiepiscopus Capuanus ab
Episcopo Aquitano obedientiam & reuerentiam sibi
præstari,cum sit suus Metropolitanus , & hic est verus
intellectus:sub illis enim verbis,scilicet obedientię &
reuerentiæ,omnia iura Episcopalia continentur , vel
specificantur, sicut superiùs dixi.& per illa eadem iu-
4 ra libellus iste probatur. † Potest Archiepiscopus visi-
tare prouinciam suam tam de iure communi,quàm de
iure proprio.vt extrà, de censibus.c. sopitæ , & c . cùm
nuper.potest etiam de consuetudine.vt 9.quæstio. vlti.
c.conquestus.

Quomodò concipiatur libellus super iuribus Episcoporum.

1 *Libelli concipiendi super iuribus Episcopalibus formula.*
2 *Episcopus ecclesiam quæ est in sua diocæsi, vendicare potest.*
3 *§ loca l.in rem ff de rei vendic intellectus.*
4 *Ecclesia à iure diocæsano privilegio vel præscriptione eximi possunt.*
5 *Verba exemptionem importantia.*
6 *Iura episcopalia præscribi possunt.*
7 *Præscribi multa non possunt.*
8 *Persona quæ præscribere non possunt.*
9 *Iura episcopalia, licèt à subdito præscribi non possint : in subdito tamen benè præscribuntur.*

SVPER iuribus Episcopalibus concipitur sic libel
1 lus.LIBELLVS.† Coram vobis,&c.petit R. procura
tor Episcopi & Ecclesiæ Marcianæ nomine ipsius Epi
scopi & ecclesiæ Marcianæ,iura episcopalia in ecclesia
sancti Nicolai,quæ sita est in diocœsi Marciana. Quòd
sic rectè concipiantur libelli,dicit canon.13.quæstio.3.
c.possessio.& c.si quis episcopus. & c. omnes basilicæ,
nec habet necesse procurator specificare in libello,
quæ sint illa iura episcopalia : specificata sunt enim à
iure.extrà,de offi.iudi.ordina.c.conquerente. Potest
etiam Episcopus si vult ipsam ecclesiam vendicare cũ
dotibus suis,& decimis,& possessionibus: vnde sic cõ-
cipiat libellum.LIBELLVS. Petit T. procurator episco-
pi Marciani nomine ipsius episcopi & ecclesiæ Marciã
næ,ecclesiam sancti Nicolai , quæ sita est in diocœsi i-
psius episcopi cum dotibus suis, & decimis , & omni-
bus suis possess. Quòd sic rectè concip. libel. dicit ca-
non.10.q.1.c.decretum est.Vel dicet sic. LIBELLVS. Peto
talem ecclesiam , quam dico ad ipsum episcopum lege
diocœsana spectare in temporalibus, & spiritualibus,
& hanc peto cum omnibus pertinentijs suis. Quod sic
rectè concipiatur libellus,probat decret.extra , de ex-
ceptio.c.cum venerabilis.& extrà,de præscriptio.c au
ditis. Vel si vult,concipiet sic.LIBELLVS.Peto talem ec-
clesiam quæ est in diocœsi mea , vt ordinare in ea vale-
am , sicut requirit officium pastorale. Quòd sic rectè
concipiatur libellus,dicunt prædicti canones , omnes
basilicæ.& c.decretum. Et licet vario modo diuersos
libellos conceperim :tamen † tutius est Episcopo ven- 2
dicare ecclesiam,quæ in eius proprietate consistit cum
sit in iure communi fundata sua intentio, ex quo est in
diocœsi sua , nec posset se defendere aduersarius nisi
priuilegio vel præscriptione se defendat. vt extrà , de
præscriptio.c.auditis.& etiam de iure ciuili rei vendi-
catio datur Episcopo vt C.de sacrosanct.ecclesi. l. san-
cimus.non obstante ff.de rei vendicat.l.in rem. §. loca.
† nam quod ibi dicitur non possunt vendicari : subau- 3
di,a priuatis:a prælatis tamen ecclesiarum possunt , vt
dictum est . Eodem modo poterit concipere libellum
episcopus , si agat contra monasteria quæ sunt in dio-
cœsi sua,quia petere potest iura episcopalia , cùm sint
in diocœsi sua,sicut superiùs dixi. QVAESTIO. † Sed il- 4
lud quæritur,quomodò per priuilegium, vel per præ-
scriptionem possunt monasteria vel ecclesiæ eximi à iu
re diocœsano? Respondeo ,de priuilegijs planum est,
quòd si dominus Papa eximit ecclesiam vel monaste-
rium per priuilegium suum quod potest,exempta sint:
vt in decret. 6.quæstio.1. c. frater noster Adrianus. &
extrà,de præscriptio.c.auditis.& c.cum olim. QVAES-
TIO.† Item quæritur quæ verba in priuilegio exempti- 5
onem inducant? Respondeo, ista continentur in priui-
legijs:scilicèt , quòd ad nos nullo alio pertineat medi-
ante.Item & illa verba,exemptionem inducunt , scili-
cèt,quod iuris beati Petri specialis existat. Item & illa
verba,ab omni episcoporum & prælatorum iugo & iu
risdictione eximimus. Alia autem verba quæ in multis
priuilegijs continentur , sub beati Petri & nostra pro-
tectione suscipimus : sicut vidi contineri in multis pri-
uilegijs.Item si continentur illa verba, vos in filios re-
cipimus speciales : sicut in priuilegijs militum sancti
Iacobi vidi contineri:ista talia , exempsionem non in-
ducunt : sicut de facto vidi pronunciari per dominum
Gregorium Nonum summum Pontificem.Si autem cõ-
tineantur in priuilegijs talia verba,ad iudicium liber-
tatis sensum annuum persolnatis , ista exemptionem
inducunt,ista autem notantur per decre.extrà , de pri-
uileg.c.recipimus.& c.ea parte.quid ergo prosunt illa
priuilegia quæ dicunt sub protectione , &c. Respon-
deo,ferè nihil,nisi quia aliquantula debetur eis reue-
rentia,vt argumen.extrà.de maior.& obed.c. per tuas,
& plus solent reuereri vel timeri quę speciali sponsio-
ne,quam quæ generali conceduntur.vt 23.distinctione.
c.quanquam. QVAESTIO. Sed quæritur, quomodò per
præscriptionem possunt aliqui eximi à iuribus episco-
palibus,siue tractemus de iure diocœsano vel lege , si-
ue de lege iurisdictionis. Quod enim iura episcopalia
præscribi possint,habes extra.de præscriptio. c. vltim.
& c.auditis,& c.cum ea officij.& extrà,de religios. do-

 mib.

mib.c.1.& extrà,de præscriptio.c.ad aures.'& in decretal.decimasexta quæstion.3.c. licet. QVAESTIO. Sed qualiter possunt iura episcopalia præscribi? contradicunt enim iura.extrà,de præscriptio. c. 1. & 3.& extra, de consuetud. c. cum dilectus. Sed Iohannes Teutonicus respondet, quòd non potest quis præscribere libertatem, nisi tanto tempore subfuerit domino Papæ. Vel dic, quod si ille qui præscribit, habeat priuilegium qualecunque, quod tunc poterit præscribere libertatem. argum.extrà, de consuetud. c.cum dilectus. & extrà, de priuileg.c.cum olim.& C.de fund.patrimonial.lib. 11.l.vltima. OPPOSITIO. Item videtur, quòd Abbas possit præscribere omnia iura non solùm quæ ad legem diocœsanam spectant, sed etiam quæ spectāt ad legem iurisdictionis. Nam cognitio matrimonialium causarum ad legem iurisdictionis pertinet. vt extrà, de pœnis.c.licet.& extrà,de his quæ fiunt à maiori parte capituli.c.quæ fiunt.& extrà,de præscription. c.attendentes.& c.auditis.& c.de quarta. monasteria autem omnia etsi non à lege iurisdictionis: à lege tamen diocœsana sunt exempta: vt decimasexta quæstio.1. c.cùm pro vtilitate.& decima quæstion. 3. c. inter Ecclesiam.

7 OPPOSITIO. Sed opponitur, † nam multa sunt quæ non possunt præscribi. In primis obedientia præscribi non potest. vt extrà, de præscrip. c. cū non liceat. Item procuratio quę debetur ratione visitationis. vt extrà, eodem. c. accedentibus. Item decimæ à laico non possunt præscribi. vt extrà, de præscriptio. c. causam. Item in matrimonio non currit præscriptio. vt 33. quæstion.5. c. quod Deo patri: & in constitutione domini Innocentij Tertij non debet. quæ est extrà, de consanguinitate & affinitate. & extrà, de eo qui duxit in matrimonium quam polluer. per adulterium. c. cùm haberet, circa finem. Item in tributis, vt decimasexta quęstione 1.§.porrò. Item contra iura libertatum, vt decimaseptima quæstione 3. §. potest. Item contra sententiam ecclesiæ. extrà, de consuetudine. c. cùm inter. Item de canonico iure in illis, quæ iusto titulo non quæruntur. vt extrà, de transactio. c. prætereà. Item in re quæ iure communi possideri non potest. vt vigesimatertia distinction. c. illud. & centesima distinctione. c. contra morem. Item limes præscribi non potest. vt decimasexta quæstion.3.c.licèt. Item nec via publica, vt ff. de via publica. l. viam. Item nec contra ius publicum, vt C. de operib. publ. l. præscriptio. Item sacra res, & liber homo præscribi non possunt. vt decimasexta quæstion. 3. §. potest. Item res fisci: vt Institutio. de vsucapionib. Item res data præsidi contra legem Iuliam repetundarum. Item res pupillaris. vt ff. de acquirendo rerum dominio. l. bonæ fidei. Item fundus dotalis. vt ff. de fundo dotali. l. si fundum. Item res peculiaris. vt videtur C. ne de statu defunct. l. vltim. Sed lex illa intelligitur

8 de præscriptione decem vel viginti annorum. † Item sunt quædam personæ quæ præscribere non possunt. vt precario tenens, vt decima quæstion.2.c.ea enim. & C. de præscriptione triginta vel quadraginta annorum. l. malè. Item colonus. vt decimasexta quæstione 3.c.clerici, & c. sequenti. Item qui possidet nomine alieno. vt extrà, de præscriptio. c. si diligenti. C. de præscription. triginta annorum. c. cùm notissimi. C. communia de successio. l. 1. & 2. Item vsusfructuarius. vt Institut. per quas personas nobis acquiritur. Item nec creditor. vt ff. de vsucapion. l. non solùm. §. qui pignori. & in prędicta l. cum notissimi. & ff. de actio pignor. l. nec creditores. Ista autem de quibus diximus, quòd præscribi non possunt, licèt non multùm pertineant ad materiam præsentem: tamen ideò inserui, quia vtilis est tractatus. QVAESTIO. Item illud quæritur, an possit aliquis dicere se exemptum quantum ad ad omnia prædicta, quæ præsentem materiam tangunt, scilicèt obedientiam & procurationem debitam ratione visitationis, & ipsam visitationem? Respondeo, non: quia illa non possunt præscribi. Sed licèt ista non possint præscribi à subdito suo: tamen possunt ab alio præscribi in subdito tuo. vt extrà, de præscription. c. cùm ex officij.

9 QVAESTIO. † Item illud quæritur, an ille qui conuenitur, possit dicere se exemptum per priuilegium, & per præscriptionem? videtur quod non: nam qui tutus est præscriptione, tutus est auxilio iuris communis: & qui tutus est priuilegio, tutus est quodam iure priuato: quia omne priuilegium lex priuata est, & vtrumque non potest concurrere. vt extrà, de fide instrumentorum. c. inter dilectos. Item ista duo non possunt simul currere, nam aut antè habuit iste priuilegium, aut antè præscripsit, & posteà acquisiuit priuilegium, aut acquisiuit quando erat in pręscribendo: nam si antè habuit priuilegium, iam erat exemptus: nam ius Metropolitanum & Episcopale iam sublatum erat: si erat sublatum, præscriptio non poterat currere: quia non habebat cui iuri opponeretur, tunc cum ius sublatum erat: & sic contra nullum contra quod opponeretur: quia omnis præscriptio necesse est vt currat. & opponatur contra ius alicui competens: quia currit contra desides, & sui iuris contemptores, vt C. de annali exception. l. vltim. argument. etiam ff. de captiuis & postlimin. reuers. l. in bello. §. si quis seruum. Item si post præscriptionem acquisiuit priuilegium, certe nullum videtur: quia iam per præscriptionem libertatem mihi acquisieram: ergo iam aliam libertatem non possum acquirere: ad quid enim perditio hæc, vt in prædicta l. in libello. §. si quis seruum. Item si eram in præscribendo, & medio tempore priuilegium impetraui, videtur præscriptio interrupta: vt argument. C. de præscriptio. triginta annorum. l. cum notissimi. Sed contra videtur quòd vtrumque simul possim proponere, & vtrumque competat simul. primò per decreta extra, de præscriptio. c. auditis. Item licèt impetrauerim priuilegium per quod sim exemptus, nihilominùs tamen præscribo, & hoc ex prædicta l. in bello. §. si quis seruum. nam ibi seruus factus erat redimentis, & tamen nihilominus redimens præscribit seu vsucapit. Item & si compello te per metum, vt rem tuam mihi tradas, statim sum dominus: & tamen possum præscribere: vt C. quod metus causa. l. 3. Sed in legibus illis hoc ideò euenit: quia licèt seruus erat factus redimentis, vsucapio tamen currit contra illud ius, quod competit domino optimatiuo: quia potest seruum redimere. Item & in titulo quod metus causa, licèt de iure ciuili factus sit dominus ille qui intulit metum, tamen quia meticulosus habet vtilem rei vendicationem de iure prætorio, habet etiam quod metus causa, vt ff. quod metus causa, l. metum. §. volenti. ideò contrà iura illa necessaria est præscriptio. Item licèt sim exemptus per priuilegium: tamen præscriptio currit saltem contra intentionem tuam: nam præscriptio est exemptio causam sumens ex tempore. vt C. de præscriptione longi temporis. l. penultima. & C. de iure dotium. l. in rebus. §. omnis autem temporalis exceptio. & aliàs dicitur exceptio intentionis. vt ff. ad Macedonianum. l. vltima. Vnde dicit Iohannes Teutonicus similiter non posse opponi vtrumque, nec ille Abbas similiter vtrumque opposuit in illa decretal. c. auditis, sed de vna transiuit ad aliam, quòd facere potest, licèt exceptiones illæ videantur contrariæ, vt extrà, de testibus. c. ex tenore. sic vigesima quarta quæstion. 1. c. quisquis. & extrà, de iudicijs. c. examinata. ff. de exception. l. nemo. extrà, de exceptionib. c. cùm venerabi[...] & C. de transactionibus. l. interpositas. & ff. de acquirenda possessione. l. naturaliter. §. nihil & generaliter de vna defensione licitum est transire ad aliam, nisi lex impediat. vt ff. de regul. iuris. l. nemo ex hi[...]. Argumentum contra C. de non numerata pecun. authentic. contra qui propriam. & ff. de bonor. possess. contra tabul. l. si præteritus. & argument. C. de furtis. l. 1. & vltima. & C. si [...] exter. se emi manda. l. vnica. & C. de codicillis. l. vltima. & Curia Romana sic vtitur, quod admittantur, si sic proponamus. Domine dico me tutum per priuilegium vel per præscriptionem. QVAESTIO. Sed pone, quod volui probare me tutum per priuilegium, & non potui: possum ne probare me tutum per præscriptionem? Respondeo: sic vtimur, & sic fieri posse diximus suprà. Nec sunt argumen[...] [...]

la[...]

la contraria quæ dixi de contrarijs exceptionibus vel actionibus, quod vna intentata non possim ad aliam redire, sed hoc verum est, quandò sunt contrariæ ratione finis, non ratione principij: nam tunc vna intentata ad aliam potest transire, sicut in querela falsi & inofficiosi testamenti, sed si ratione principij sunt contrariæ, non ratione finis: quia per vtramque redit res ad exitum intestati, intentata vna ad aliam potest redire, vt C. de inofficios. testamen. l. eum qui. & l. contra. Simile est in rei vendicatione & in publiciana, vt ff. de euictio. l. minor. §. si seruus.

Si fiat electio excluso illo, seu contempto qui habet ius in electione, vitiatur electio.

1 *Libelli formula, quando hic qui est in possessione iuris eligendi, excluditur aut contemnitur.*

Si aliquis fuit in possessione iuris eligendi, vt electio fiat illo excluso, seu contempto, electio vitiatur. Vnde concipies sic libellum. LIBELLVS † Coram 1
vobis proponunt clerici conuentualium ecclesiarum ciuitatis Sutrinæ, quòd cùm ipsi ac prædecessores eorum (sed de his non multum curo) consueuerunt interesse electionibus episcoporũ ciuitatis Sutrinæ, Canonici maioris ecclesiæ ipsis renitentibus & exclusis, vel tantùm exclusis vel contemptis ad electionem processerunt: & talem in eorum episcopum elegerũt, quare petunt prędictam electionem infirmari. quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit. extr. de causa possess. & proprieta. c. cum ecclesia.

Qualiter formetur libellus super iure Archidiaconi.

1 *Archidiaconi officio quæ incumbant.*
2 *Archidiaconus an animarum curam habeat.*
3 *Archidiaconus an excommunicare possit, & quo iure.*
4 *Libelli concipiendi formula iuribus Archidiaconi.*
5 *Consuetudo dat iurisdictionem.*

Petit aliquandò Archidiaconus iura episcopalia in clericos seu ecclesijs: pone, diœcesis Bituricensis. Primò videamus an possit de iure vel de consuetudine petere, & qualiter etiam concipiatur libellus super his quæ Archidiacono competunt. Videamus autem in primis, quæ sint illa, quæ Archidiacono competant. Secundò videamus ista competunt iure ordinario, vel ex delegatione episcopi, vel consuetudine. Et certè ad officium Archidiaconi † pertinent multa, quę
1 enumerantur extra, de offic. Archidiac. c. 1. & c. officium. & c. ea quæ. & extra. de offic. & potesta. iudic. delegat. c. super eo. & extrà, de institu. c. cùm venissent. & 93. distinctio. can. si in plebibus. & 25. distinctio. can. perlectis. & extra, de symon. c. vt nostrum. ex quibus probatur, quòd magna iurisdictio ei concedatur. Sed contradicit. extr. de offic. Archidiaco. can. cùm satis. & c. sequenti. & 16. quæstion. 7. c. nullus. Vnde in parte ista sunt diuersitates sententiarum, per quas notare potes qualiter illa iura ad Archidiaconum pertineant.
2 Nam Hug. dicit, quòd † Archidiaconus non habet curam animarum, nisi specialiter ab Episcopo sibi demandetur, vt 16. quæstion. 7. c. nullus. & respondet ad omnia capitula, quæ videntur dicere, quòd habeat curam animarum, quòd intelligantur ex delegatione. & ita soluitur contrarium. extra, de officio Archidiaco. c. vt Archidiaconus. Bazianus verò contrarium dixit scilicet quòd habeat curam animarum, & eo ipso quòd Episcopus instituit eum, dat ei generalem administrationem. pro eo facit extra, de præbend. c. referente. & extra, de offic. Archidiacon. vt Archidiaconus. & respondet ad illud. c. cùm satis. quòd illud factum fuit ex causa, quia Archidiaconus ille contumax fuit: vel fortè erat specialis consuetudo loci & nondum præscripta. Vincentius & Tancre. putant opinionem Hugo. præualere, vt extra, de excessib. prælat. c. ad hoc. & extra, de institut. c. cùm venissent. & ibi vbi dicitur de consuetudine, supplent, nondum præscripta, quoniam si esset præscripta, tunc instituere posset, in quo casu posset loqui. extra, de offic. & potesta. iudic. delegat. c. super eodem. & extrà, de excessib. prælat. c. ad hoc. Alij dicunt quòd coercitionem habet Archidiaconus, vt extra, de iure patrona. c. cùm seculum. extra, de appellatio. c. reprehensibilis. & extrà, de electio. c. cùm in cunctis. & c. dudum Rotho. sed de consuetudine habet illam, vt in illa decreta. dudum. vel habet coercitionem modicam, sine qua iurisdictio nulla est, cum sit iudex ordinarius, vt ff. de officio eius cui mandata
est iurisdictio. l. vltima. QVAESTIO. † Sed nunquid 3
potest excommunicare de iure suo, si non habet ex consuetudine? Respondet Alanus, quod non credit, vt extra, de offic. Archidiaco. cap. vltim. 16. quæstion. 7. cap. nullus omninò Archidiaconus. & 24. quæstin. 3. c. corripiantur. de consuetudine tamen potest excommunicare, sicut & multa alia facere potest, si consuetudo præscripta est, vt extra, de excessib. prælato. c. ad hoc. & extra, de institutio. c. cùm venissent. & extra, de electio c. dudum. secundùm quæ intellige omnia capitula quæ innuunt Archidiaconum posse excommunicare: Alanus. & est argumen. extra, de offic. Archidiac. c. dilecto. Nam Archidiaconus est vicarius Episcopi, vt extra, de offic. Archidia. c. vt Archidiaconus. & sic habet cognitionem & iurisdictionem, vt C. de offic. vicar. l. 1. & extra, de offic. vicar. cap. 1. & 25. distinctio c. perlectis. & in authenti. de defenso. ciuitat. circa princip. collatio. 3. Item oculus est episcopi, vt extra, de offic. Archidiaco. c. ad hæc. vnde quidam episcopus dicit: ego vellem de tali oculo esse cœcus. Item Archidiaconus non potest ecclesias visitare, vt extra, de offic. Archidiaco. mandamus. nisi de consuetudine, vt extra, eodem titul. c. dilecto. & extra, de election. c. dudum. nisi quandò Episcopus non potest visitare, tunc Archidiaconus visitat de tertio in tertium annum, vt extra, eodem titul. c. vt Archidiaconus. nam Episcopus si sanus est, singulis annis parochiam circumire tenetur ex officio suo, vt 10. quæstio. 1. c. decernimus. & c. placuit. nisi ob hoc omittat, ne ecclesiæ grauentur ob eius præsentiam, & tunc mittet Archidiaconum pro se, & si necesse erit, pluries in anno visitare potest Episcopus ecclesias. 18. quæstion. vltim. c. visitandi. Item & quod dixi de consuetudine, intelligas non pręscripta: quia non potest Archidiaconus nisi quantum sibi de iure competit, vt extra, eodem c. cùm satis. si autem consuetudo sit præscripta, bene potest, vt superiùs dixi. Item sine Episcopo curam animarum non committet, vt eod. titul. cùm satis. Item non potest excommunicare, nisi de licentia Episcopi, vt extra, eod. titul. c. Archidiaconus. & nisi de consuetudine, vt suprà dixi. Item nec concedere literas promouendis sine licentia Episcopi, vt extra, eod. titul. c. significasti. Item nec in monasterijs habet iurisdictionem, nisi de consuetudine, vt extra, eod. titul. c. dilecto. Concipiet
autem Archidiaconus libellum. † LIBELLVS. Coram 4
vobis &c. sic proponit B. Archidiaconus Beneuentanus contra Titium rectorem Ecclesię sancti Petri, quod cùm Ecclesia sit sita intra fines sui Archidiaconatus, prædictus rector sibi obedire recusat, in his quæ ad ius Archidiaconale de consuetudine præscripta, seu obtenta in contradictorio iudicio pertinent, videlicet, in visitatione, correctione, procuratione debita ratione visitationis, in interdicto, inquisitione, suspensione, excommunicatione, absolutione. Item vt citatus veniat ad eius præsentiam. Item vt coram eodem à se querelantibus respondeat. Item vt mandata ipsius sibi honestè facta secundùm Deum seruet: quare petit vt prædictus rector sibi respondeat in prædictis: & ad hoc faciendum petit ex officio vestro ipsum compelli. Quod sic sit concipiendus libellus probant duæ decretales. extra, de offic. Archidiaco. c. dilecto. & extra, de electio. c. dudum. Si autem non vult intentare petitorium, sed possessoriũ solùm dicat sic. LIBELLVS.

Cùm ergo talis Archidiaconus fuerim in possessione, vel quasi iurium archidiaconalium: videlicet, visitandi, corrigendi, procurationem recipiendi ratione visitationis, interdicendi, inquirendi, suspendendi, excommunicandi, absoluendi, citandi, vt veniant corám mea præsentia faciendi iustitiam de se conquerentibus, & mandata mea honestè seruandi, in Titium rectorem ecclesiæ sancti Petri. nunc ipse Titius mihi in talibus respondere recusat, & me possessione vel quasi prædictorum omnium spoliauit, quare peto ad possessioné, vel quasi prædictorum restitui. Quòd sic sit concipiendus libellus, est arg. extr. de electi. c. querelam. OPPOSITIO. Sed opponitur & maxime in petitorio, quomodo ex sola consuetudine posset archidiaconus habere iurisdi-
5 ctionem? Respondeo, habet: nam † consuetudo dat iurisdictionem voluntariam, dat cõtentiosam, & dat illam quæ est mixti & meri imperij. vt C. de emancip. liber. l. vlt. & ff. de albo scrib. l. i. & ff. quod vi aut clàm. l. prohibere. §. i. in fine. extra. de at. c. dilecti. 9. q. 1. c. conquestus. extra de excessib. præla. c. ad hæc. extra. de electio. c. dudum. & extr. de offi. archidia. c. dilecto. & ext. de offi. & potesta. iudi. ordinar. c. duo.

TERTIA PARS.

De sponsalibus, & matrimonijs,

1 *Matrimonij & sponsaliorum differentia.*
2 *Minores septem annis sponsalia contrahere non possunt.*
3 *Libelli super sponsalibus concipiendi modus.*
4 *Matrimonia libera esse debent.*
5 *Matrimonia coercitionem abhorrent.*
6 *Iusiurandum semper obseruandum.*
7 *Litigiosæ rei confirmatio tenet.*
8 *Sponsalibus pœna non adponenda.*
9 *Pœna in sponsalibus adposita iure Longobardo peti potest.*



ONTINGIT sæpè quòd inter aliquos sponsalia cõtrahantur, & aliquãdò masculus, & aliquãdò mulier sponsalia complere recuset, vel fortè parentes contraxerunt spõsalia pro pueris suis maioribus septennio, & similiter aliquis illorum matrimonium seu sponsalia adimplere recusat, ideo qualiter libellus super his concipiatur
1 videamus. Sciendum est autem in primis, † quòd differentia est inter sponsalia & matrimonium: nam sponsalia contrahuntur per verba de futuro: verbi gratia, dicit vnus alteri, ego recipiam te in meum, dicit sponsa, & spõsus, ego recipiam te in meam, sicut ibi. Versus:

Iuro tibi sanè per mistica sacra Dianæ.
Me te sumpturam dominam coniugemq; futuram.
Iuro tibi sanè &c.
Me te sumpturum dominum coniugemq; futurum.

Nam spõsalia sunt futurarum nuptiarum promissio facta, vt ff. de spõsalib. l. 1. Matrimonium autem debet fieri per verba præsentis temporis: putà, quãdò vnus dicit alteri, recipio te in meam vxorem: & alia dicit, recipio te in meum maritum. hæc leguntur extra. de spõsal. c. si
2 inter virum. Ista sponsalia ad hoc vt dicantur † spõsalia & compellatur quis ipsa complere, oportet quod contrahantur à septem annis supra, vel cõpleto septennio, vt ff. de sponsalib. l. in sponsalib. & extr. de sponsalib. c. iuuenis. & extra. de desponsa. impube. c. literas. & c. accessit. Vnde si vir vult agere concipietur sic libellus.
3 LIBELLVS. † Coram vobis &c. proponit T. contra dominam M. quòd cùm inter se sponsalia contraxerint, vel quòd alias de matrimonio cõtrahendo inter se purè & sine conditione fidem dederint, vel corporaliter præstiterint iuramentũ: nunc domina requisita & monita matrimonium cum ipso Titio recusat contrahere: quare petit per vos induci ipsam et cõpelli vt matrimonium initiatum cõplere debeat, vel ipsum in maritum recipere, & vxoris affectione tractare. Ex parte mulieris, si mulier agit dicetur sic. LIBELLVS. Corã vobis proponit M. mulier &c. quòd cùm dominus T. spõsalia contraxerit cum eadem, & nũc requisitus & monitus complere recusat: petit per vos ipsum cõpelli vt matrimonium initiatum compleat, vel eam in vxorem ducat, & ipsam maritali affectione tractet. Quòd sic sit concipiendus libellus, dicunt iura extr. de sponsal. c. 1. & c. [illegible] præterea. & c. ex literis. in sponsalibus enim dicitur matrimonium initiari: in matrimonio per verba de præsenti dicitur matrimonium ratificari, seu compleri: per carnis autem copulam dicitur cõsummari, sicut in matrimonio spirituali, quod in electiõe initiatur, & in confirmatione ratificatur, & in consecratione consummatur. maxima enim est similitudo inter vtrumq; matrimonium, vt extr. de translat. episco. & elect. c. licèt. & c. inter corporalia. OPPOSITIO. Sed opponitur: non videtur quòd aliquis propter sponsalia tãtùm sit compellendus, etiam si sit pœna apposita, vel si sacramentum
interueniat: nam libera † debent esse matrimonia, vt ff. 4
de verb. oblig. l. Titia. & C. de inutil. stipul. l. libera matrimonia. Matrimonia enim † coercitionem abhorrent, 5
vt ff. quod metus causa. l. si mulier. Item inducẽdi sunt & commouendi, non autem cogendi, vt extr. de spõsa. c. præterea. & c. requisiuit. Respondeo, de rigore iuris est, vt compellantur: de misericordia est vt remittatur. Vel dic, quòd cõpellantur complere matrimonia quandò nulla iusta causa præcedit propter quam non expediat illa cõpleri, sed iusta causa interueniẽte puta odij vel alia nõ compelluntur, vt ibi. Vel aliter, conditionaliter nõ sunt cogendi, scilicet vt de inuitis fiant volentes, si fieri potest, non aũt finaliter. OPPOSITIO. Sed om-
nibus solutionibus † insistitur, sacramentum omninò 6
seruandum est, vt extr. de iureiur. c. si verò aliquis. & c. cùm contingat. adeò quòd qui venit contra sacramentum, mortaliter peccet, & compellatur ob hoc ad pœnitẽtiam per excommunicationem, vt in decre. 14. q. 4. c. cùm sacerdos. & c. ecce eximion. & sic videtur, quòd sit finaliter compellendus. Respõdeo: potest dici, quod istud ius sit commune, scilicet quòd compellantur qui iurauerunt seruare iuramentum. in casibus fal[...] it iusta causa interueniente, de quibus est vous iste, & hoc [...] eit Alan. Vel melius, quod dicit decre. illa requ[...] uit potiùs, expone, id est, prius, & si monita non vult pare[...]re, excommunicatur tunc. OPPOSITIO. Sed opponitur: ostendo apertè quòd ista coactio non val[...] deuario, nam pone quòd des libellum contra me, lis sit contestata: vado & contraho matrimonium cum cum a[...]a, vel ego sponsa cum alio per verba de præsenti contr[...]aho, quod possum, & sponsalia contracta dissoluuntur & mihi transgressori imponitur pœnitentia de periurio, vt extra. de sponsalib. c. de illis. Nec obstat lis mota videlicet quòd propterea matrimonium posset d[...]
litigiosum: † nam & rei litigiosæ confirmatio t[...]n[...], 7
vt extra. de confirmat. vtil. vel inutil. cap. 1. Resp[...]ndeo: cõcedo ita esse secundum quod opponis. sed si p[...]nas istum vel istam non contrahere & statum sit i[...] [...]nibus sponsaliorum, locum habent ea quæ diximus. Consulo tamen omnibus qui sponsalia contraxerunt, quòd si alia pars non vult complere sponsalia [...] n[...]d nunquam illam compelli petat, nec libellum contr[...] lam concipiat: quia posset se ita citò expedire v[...]d[...]i contrahendo cum altero matrimonium per ve[...]ba [...]e præsenti: & ita inanibus sumptibus se non vexar[...] vt ff. de inofficioso testament. l. 2. & sic quasi repud[...]a vituperium sustinebit. Item consulo † etiamsi p[...] a sit apposita inter illos qui sponsalia contraxerunt siue inter parentes illorum, sicut sæpè contigit, quo[...] si aliqua partium non vult complere sponsalia, q[...]d pœnam illam non petat, nec iure cannnico, nec [...]e ciuili: quia, vt dixi, libera debent esse matrimon[...] nec metu pœnæ constringi debent, vt ff. de verbo[...]n obligatio. l. Titia. C. de inutili stipulation. l. libera. [...]x-

ta.

tra.de sponsa.c.requisiuit. & c.gemma.nec inueniri iudicem, qui partem aliam in pœna apposita cōdemnet. Iure tamen Lombardo pars illa quæ non complet sponsalia in pœnam committit, & illa pœna exigitur, & datur parti quæ vult seruare sponsalia, vt in Lombar. de sponsa.l.1.

De sponsalibus contractis vltra septem annos.

1 *Sponsalia contracta ante septennium nulla sunt.*
2 *Desponsata & cognita à viro sponso ante annos nubiles, à viro diuertere non potest.*

FRequenter sponsalia contrahuntur vltra septem annos, quia de contractis in minori tempore non
2 curo, † quia nulla sunt illa sponsalia, vt extra. de sponsal. impuber.c. ad dissoluendum. & posteà quandò venit puella vel puer ad duodecim annos completos in puella, in masculo quatuordecim, quia eo tempore dicitur mulier viri potens, & masculus dicitur pubes, vt Instit.quib.mod.tutel.finit. in fine.& ff.quandò dies lega.ced.l.quòd pupillæ. non placent sibi contracta sponsalia, & sic dissentit, quia vult cum alio vel cum alia contrahere matrimonium, & ideò concipiet qui dissentit sub hac forma sic libellum. LIBELLVS. Coram vobis domine Archiepiscope Beneuētane proponit Berta mulier, quòd cùm ipsa contraxisset sponsalia cum Martino infra nubiles annos, & tunc cùm ad annos nubiles peruenerit ipsum non vult seu recusat habere maritum, petit sponsalia contracta dissolui per vos,& sibi dari licentiam cum alio matrimonium contrahendi, cùm desideret mater fieri, & filios procreare. Eodem modo concipiet libellum masculus dicens. LIBELLVS. Coram vobis &c. quòd cùm infra nubiles annos cum Berta sponsalia contraxisset: nunc postquàm ad nubiles annos peruenit, ipsam nō vult seu recusat habere vxorem: vnde petit sponsalia contracta authoritate vestra dissolui, & per vos sibi dari licentiam cum alia matrimonium contrahendi. Quòd ita sint concipiendi libelli dicunt iura, extra. de sponsal. impuber. c. ex literis. & c. attestationes. & c. de illis. Meritò dixi quandò mulier compleuit duodecim annos & masculus quatuordecim, quia tunc debent dissentire, si volunt: antè enim si dissentiant, non valet dissensus, vt in prædict.c.de illis. & c.à nobis. hæc ita sunt vera, † nisi puella à viro in domum suam traducta à viro in domum suam traducta à viro cognita fuerit, tunc enim non separatur matrimonium. quasi fœlici vsa diplomate, vt extra. eod.titul.c.continebatur. argumen. ff.de verbor.obligation.l.continuus.§.1.& extra.eod. titu.c.à nobis. & c. de illis. OPPOSITIO. Sed opponitur de illa decreta. ex literis.in fine. vbi dicitur, quòd si puella compleuerit duodecim annos, & non vult expectare donec puer compleat quatuordecimum, quòd datur sibi potestas cum alio contrahendi. in illa verò decreta.extra.eodem titul.c.à nobis. dicitur, quòd si aliqui contrahunt infra ætatem pubertatem, vsque ad legitimam ætatem expectare teneantur. Sol.quod dicitur in decret.à nobis.est de iure: quod autem dicitur in decreta.ex literis.est ex dispensatione. & est simile alibi. nam si quis ciuitatem amittat, iura libertorum à filijs auferuntur, vt ff. de interdict. & releg.l.3. de dispensatione tamen iura libertorum filijs salua sunt, vt ff.de iur.patronat.l.iura. Vel aliter, in decreta ex literis. dubium erat an tenuerint sponsalia, quia dubium erat an ante septimum annum, vel post contracta fuerint.in decret.illa, à nobis. certum erat quòd sponsalia tenuerunt, quia post septem annos contracta fuerunt: & idò illud statuitur.

De sponsalibus quæ propter lepram dissoluuntur.

1 *Sponsalia propter lepram dissoluuntur non matrimonium.*
2 *Libelli formula super sponsalibus dissoluendis propter lepram.*

ACcipit aliquandò, quòd aliqui etiam maiores sponsalia contrahunt, & alicui contrahentium
superuenit lepra, † propter quàm sponsalia dissoluuntur, licèt matrimonium non dissoluatur, vt extra. de coniug. leprosor. c. literas. & c. peruenit. & c. quoniam. vnde ille qui dissentit, cōcipiet sic libellum. 1
LIBELLVS. † Coram vobis domine C. proponit Titius, quòd cùm ipse cum tali muliere sponsalia contraxerit, quæ post contracta sponsalia lepræ morbum incurrit, petit sponsalia contracta authoritate vestra dissolui, & sibi à vobis dari licentiam cum alia contrahendi. Quòd ita sit concipiendus libellus. dicit decre. extra.de coniug.lepro.c.literas. 2

Libellus pro vxore quando maritus eam dimittit,& adhæret adulteræ.

COntingit sæpè quòd aliquis contraxit matrimonium cum aliqua per verba de præsenti, & posteà illa dimissa cum alia de facto contrahit, vnde illa vxor contra illum concipiet sic libellum. LIBELLVS. Berta vxor Titij agit contra eum, vt dimissa Sempronia adultera, quam superinduxit, ad ipsam Bertam vxorem suam redeat, & ipsam affectione maritali pertractet, vel sic. LIBELLVS. Coram vobis domine H. Beneuentane Archiepiscope, proponit Berta contra Titium maritum suum, quòd cùm ipse cum ea per verba de præsenti matrimonium contraxisset, ipsa dimissa Semproniam superinduxit: quare petit per vos domine ipsum compelli, vt dimissa adultera ad ipsam vxorem suam redeat, & eam maritali affectione pertractet. Quòd ita sit concipiendus libellus dicit, extra.de sponsal.c.ex parte. Quidam tamen voluerunt intelligere, vt ita demùm locum habeant prædicta, si cum prima cohabitauit, & rem habuit cum eadem, & hoc colligunt ex eadem decreta. in qua hoc continebatur. Sed licèt in decreta. hoc habeatur, tamen idem est, siue habuerit rem cum ea, siue non, vt extra.de spons.duorum. c.licet. & c.tua.

Libellus, quando aliquis filiorum venit contra iuramenta sua, vel parentum super sponsalibus contrahendis.

PArentes habent aliquandò filios impuberes, & pro bono pacis iurant parentes & liberi eorum, sponsalia & matrimonia inter se contracturos, adueniente pubertate posteà aliquis de eorum filijs vel filiabus cum alio matrimonium contrahere vult: ille poterit compelli vt matrimonium de quo primo iurauit, debeat consummare, & concipiet alter contra se sic libellum. LIBELLVS. Coram vobis domine Archiepiscope Beneuentane proponit R. contra S. quòd cùm patres eorum & ipsi iurauerunt se matrimonium contracturos, modò S. contra sacramentum veniens cum alia matrimonium vult contrahere, quare petit dicta R. dictum S. per vos compelli, quòd ipsam in vxorem accipiat, & matrimoniali siue maritali affectione pertractet. Quòd sic concipiatur libellus dicit decreta.extra, de sponsali. c.ex literis.& de hoc copiosè diximus suprà eod.titul.de sponsalibus.

Quomodo filij vel alij debeant petere vxores, si à parentibus vel alijs detineantur.

1 *Libelli in petendis vxoribus, si ab alijs detineantur, quomodo concipiantur.*
2 *c. Non est vobis.de sponsa extr.intellectus.*
3 *Marito contra detinentem vxorem etiam iure ciuili subuenitur.*

ALIQVIS

ALIQVI frequenter patres vel extranei aliorum vxores retinent, & maritis reddere cõtradicunt: ideò eis iure canonico subuenitur, & concipie-
1 tur libellus sic. LIBELLVS. † Coram vobis proponit R. quòd cùm contraxerit matrimonium cum T. per verba de præsenti, pater eius, Titius vel alius fortè extraneus, scilicet Seius, illam detinet, & sibi restituere contradicit seu recusat: quare petit per vos ipsum ad restitutionem suæ vxoris compelli. LIBELLVS. Vel sic, petit R. Titium, qui vxorem suam Semproniam retinet, per vos ad eius restitutionem compelli. Quòd sic concipiatur
2 libellus dicit decreta. extr. de sponsalib. † c. non est vobis. & quòd ibi est pœna imponenda, scilicet interdicti, hoc contingit propter Regem: aliter autem si esset
3 alius qui eam detineret, quia excommunicaretur, † vnde iure etiam ciuili istis subuenitur in tali casu, nam competit marito interdictum de vxore exhibenda & deducenda, vt ff. de liber. exhibend. l. vnic. sicut notaui suprà in illo speciali interdicto. & C. de nupt. l. si inuita.

Qualiter debeat petere mulier, quæ solutis primis sponsalibus iudicio ecclesiæ, cum secundo contraxit, & cognita fuit ab eo, & dimittit eam secundus: quia desponsata fuit à priore.

1 *Intellectus c. veniens. extr. de sponsa.*

CONtrahit puella cum aliquo sæpè sponsalia, & posteà iudicio ecclesiæ illa sponsalia dissoluuntur. Vel pone quòd contraxit per verba de præsenti, & postea illud illud matrimonium iudicio ecclesiæ separatur propter consanguinitatem, vel affinitatem, vel ex alia causa: postea contrahit mulier cum alio, & ab eo est cognita, modò ipse illam recusat habere: hoc ideò, quia fuerat à priore viro desponsata: consulitur mulieri, vt concipiat libellum sic. LIBELLVS.
2 † Petit mulier talis à tali marito suo vt ipsam recipiat, & maritali affectione pertractet reiecta superinducta, (si aliquam superinduxit) & per vos domine Archiepiscope ipsum ad prædicta facienda compelli. Vel sic. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit talis mulier, quòd cum tali marito contraxisset matrimonium per verba de præsenti, ipse aliam superinduxit, & vxorem suam abiecit, & eam maritali affectione pertractare contradicit, quare petit per vos ipsum compelli, quòd superinducta dimissa ipsam recipiat, & maritali affectione pertractet. Quòd sic rectè concipiatur libellus
2 dicit. extra. de sponsalib. c. veniens. † imò plus dicit decre. illa quòd si pater mariti contraxerit, quòd possit excommunicari, nec mouearis quod in decreta. illa ponitur, quòd ille cum quo prius contraxit sponsalia, mortuus erat: nam illud ideò ponitur, quòd ita de facto euenerat, siue enim mortuus sit, siue viuat, idẽ est, vnde subaudiunt ibi Doctores maximè.

Qualiter parentes vel tutores repetant puellam quę inuita est ducta ab aliquo.

1 *Libelli concipiendi formula si parentes vel tutores puellam à marito in domum suam vi traductam petere velint.*

DE facto contingit quæstio talis: puella quædam per violentiam dicebatur à marito traducta inuitis parentibus tutoribus vel curatoribus vel cõsanguineis. & dicebatur, quòd prædicta puella compulsa fuit inuita in suum consentire maritum, sed cùm in domum traduceretur ipsius, & moraretur ibidem nihil dixit, vnde consensisse videbatur, postmodùm vero parentes siue tutores fortè vel alij volunt illam puellam repetere: qualiter eis consuletur? certè sic, ipsi
2 venient & concipient libellum sic. † LIBELLVS. Coram vobis domine &c. proponit tutor talis seu curator vel talis consanguineus talis puellæ contra Titium, qui per metum compulit talem puellam in se consentire, & ipsam per violentiam ad domum suam traduxit: quare petit matrimonium sic de facto contractum dissolui, cùm consensus locum non habuerit, vbi metus vel coactio intercessit, petit etiam ipsam puellam per vos in aliqua honesta domo teneri, in qua nihil timere possit, donec prædicta causa fuerit ventilata. Quòd sit sic concipiendus libellus dicit. extra. de sponsal. cùm locum.

Qualiter maritus petat vxorem, quæ recessit ab eo sine causa.

1 *Voluntas mulierum momentanea.*
2 *Libellus quomodo concipiendus sit à marito petente vxorem, quæ ab eo sine causa diuertit.*

PVELLA quædam in minori ætate constituta, inuita & contradicens in anno decimo fuit tradita cuidam in vxorem, posteà per duos annos & dimidium cum ipso marito cohabitauit in pace, ex quo incœpit legere titulum illum de tigno iniuncto & de concussionibus, & inuenit illum maritum qui fortè sibi displicuerat in vultu, potentem in opere & sermone, habentem & benè scientem totum tit. de fundo instructo: posteà verò mulier, † quia voluntates mulie- 1
rum momentaneæ sunt, vt C. de inoffic. testam. l. filius. nescitur qua de causa, non vult illi marito cohabitare, vnde datur illi marito consilium, vt concipiat libellum in hac forma. † LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit Titius, quòd cùm ipse cum Berta contraxerit matrimonium in decimo anno, postmodùm ipsa Berta cum ipso cohabitauit per duos annos & dimidium: modò sine causa & pro suæ voluntatis arbitrio secum cohabitare recusat, & ipsum vxorali affectione tractare vel obsequia siue seruitia, quæ maritis vxores exhibere tenentur, denegat exhibere: quare petit per vos compelli ipsam Bertam ad ipsum Titium redire & consueta seruitia, quæ vxores viris præstare tenentur, exhibere. Quòd sic sit concipiendus libellus dicit, extra. de spon. c. ad id. & præbet argum. C. qui potio. in pigno. ha. l. assiduis.

De sponsa duorum, quis eorum debeat eam habere.

1 *Verba hæc, fides pactionis, fides sponsionis quid significent.*
2 *Libellus quomodo formetur quando duo de vna filia sibi ipsis desponsata contendunt.*

COntrouersia vertitur de quadam domina, quę inuenitur desponsata duobus, certè vnus illam habere debet tam de iure canonico quàm de iure ciuili. vt extra. de spons. duorum. c. de illis. & Instit. de nupt. ff. de his qui no. insa. l. 1. tunc ille obtinet qui contraxit antè, vel pòst per verba de præsenti. Si verò vterque contraxit sponsalia per verba de futuro, tunc primus obtinet, vt extr. de spons. duorum. c. 1. & optimè facit extra. de sponsa. impube. c. literas. & c. accessit. argumen. C. de rei vendicatio. l. quotiens. extra. de sponsal. c. sicut. & hoc sonant illa verba, fides pactionis, scilicet, quandò per verba de futuro: fides consensus, quandò per verba de præsenti vterque contraxit, vt in prædicta l. 1. & in decreta. extra. de sponsa. du. & tunc côcipit sic libellum. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit Titius, quòd cùm iste cum tali muliere contraxerit sponsalia per verba de præsenti, vel potiùs dicas, contraxit matrimonium per verba de præsenti, quòd compellatis ipsam prædictum matrimonium consummare, non obstantibus sponsalibus cum Seio contractis: & pronuncietis matrimonium ipsum tenere. Vel si fuerit primus in sponsalibus, sic dicas. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit talis, quòd cùm priùs cum Berta contraxerit sponsalia quàm Seius, quòd compellatis eam seruare sponsalia & matrimonium consummare non obstantibus sponsalibus post

cum

eum Seio contractis. quòd ita sit concipiendus libellus, dicit decreta. extra. de sponsal. c. sicut ex literis.

Qualiter consulatur mulieri, quæ contraxit cum furioso, vt petat matrimonium sic contractum separari.

1 *Mulier quæ cum furioso contraxit & vult ab eo diuertere, quomodo concipiat libellum.*
2 *Sponsalia cum furioso etiam scienter contrahens, vt dissoluantur, petere potest.*
3 *Furor alicuius ignorari potest.*
4 *Furiosus per dilucida interualla contrahere potest.*
5 *Matrimonium quod nullum fuit, subsequenti consensu ratificatur.*
6 *Matrimonium per superuenientem furorem non dissoluitur.*

CONTRAHITVR aliquandò matrimonium cum aliquo, qui creditur sanæ mentis, & est furiosus, & modò constat illum furiosum: mulier timet cum illo contrahere seu matrimonium consummare: vnde datur sibi à iure consilium, quòd potest petere illud matrimonium sic contractum separari. Et conci-
1 piet sic libellum. LIBELLVS. † Coram vobis &c. proponit Berta mulier, quòd cùm ipsa contraxerit matrimonium cum Titio, quem credebat hominé sanæ mentis & erat inumbrata quiete, furiosum eum ignorans, cùm autem fuerit tunc furiosus, & nunc est & cum ipso morari non possit, nec propter ipsius furorem potuerit interuenire consensus: per vos petit matrimonium prædictum separari. Quòd ita sit concipiendus libellus, dicit decre. extr. de sponsa. c. dilectus. QVAESTIO. Sed quædam quæruntur hic. Et in primis quare di-
2 citur in libello, & in decre. † quòd fuit ignorans: quid dices in sciente? Respondeo idem. nam scientia in nullo sibi præiudicat, nisi in amissione arrarum, vt C. de sponsa. l. vltim. & C. de episcop. audi. l. si legibus. Item
3 quæritur † qualiter poterat ignorare? Respondeo probabiliter, quia erat vmbrata quiete, sicut posuit in libello, ideò isti tali possessio tradita non acquiritur, licèt amittat ille qui tradit, vt ff. de acquiren. possess. l. quod men. §. si furioso. multi enim sunt furiosi in rei veritate, & habent verba hominum sanæ mentis, vt ff. de tuto. & corato. datis ab his. l. hi qui. § diuus. QVAES-
4 TIO. † Sed quid si furorem habuit ille per dilucida interualla? Respondeo, tunc tenet matrimonium, si tempore illo contraheret, quo non erat furiosus, vt 7. q. 1. c. quamuis. & 1. q. 9. c. indicas. ff. de offic. præsid. l. diuus Marcus. & hoc dicit Vincêtius. & est lex optima ad hoc C. de curat. furio. l. vltim. tempore enim furoris contractum matrimonium nullum est, quia nec etiam codicillos facere potest, vt C. de codicil. l. nec furentem. Tancred. dicit, quòd non videatur consentire, qui sentire non potest, vt ff. de optio. lega. l. si tibi. cùm talis qui consentire non potest, absentis & quiescentis loco habeatur, vt ff. de iure codicillo. l. 2. ff. de ritu nupt. l. in eo. §. deinde. vbi dicitur furiosus rectius dicitur inuitus quàm qui dissentit. Nec obstat quod dicitur, quòd furiosus dicitur consentire, nisi contradicat, vt ff. sol. m. matrimo. l. 2. Respondeo, illud non obstat, quia ibi tacitus consensus desideratur. QVAESTIO. Item quæritur si posteà reuertatur ad sanam mentem, & consentiat in eam: núquid mulier tenetur matrimonium consummare? Respondeo, videtur quòd sic, argumen. extra. de eo qui duxit in matrimon. quam pol. per adulter. c. propositum. & extra. de diuort. c. quanto. in fine. Huic quæstioni Ioannes Theutonicus respondet, quòd non est matrimonium, quia non fuit ibi consensus, vt 13. quæstio. 2. c. vbi non est consensus. & argumen. ff. de
5 verbor. obligat. l. 1. Tan. verò dicit † quòd si postquàm rediit ad sanam mentem consensit in eam verbo vel facto, matrimonium est, vt extra. de coniug. seruor. c. proposuit, & quòd subsequens consensus ratificet matrimonium quod nullum fuit, probatur extra. de desponsat. impuber. c. literas. & c. duo puberes. ff. de ritu nuptiar. l. 4. † Si autem matrimonium sit contractum 6
& posteà furor superueniat, illud matrimonium non dissoluitur, vt 27. quæstio. c. neque furiosus. extra. de regularib. & transeunt. ad religion. c. sicut. Retinetur etiam dignitas & patria potestas, & ipsum matrimonium, vt ff. de his qui sui vel alieni iuris sunt, l. patre furioso. ff. de sta. hominum. l. qui furere.

Qualiter marito consulatur, qui contraxit cum illa quæ recessit ab eo, quem carnaliter cognouit, & ipsa dicit quòd non.

1 *Mulier pubes facta recessit à viro, cum quo pubertati proxima contraxerat, quomodo vir qui eam cognouisse dicit, mulier verò negat, vendicans eam, libellum formabit.*
2 *Quid mulier contra.*
3 *Mulier quæ pubertati proxima dicatur.*
4 *Vir si dicat vxorem cognouisse, vxor verò se virginem asserat, cui standum sit.*
5 *Quæ oculata fide perpenduntur, certiora sunt.*
6 *Mulier non nisi volens cognoscitur.*

SAEPE de facto cum minore duodecim annis contrahitur matrimonium: est tamen proxima pubertati, & cohabitauit marito: & maritus maior annis 14 dicit se eam carnaliter cognouisse: mulier autem dicit se ab eo virginem euasisse, & ideò facta annorum duodecim vult ab illo viro discedere siue diuertere: quæritur qualiter sit marito consulendum? & quidem consulitur sic, & sic concipiet libellum. LIBELLVS.
† Coram vobis &c. proponit Titius, quòd cum Berta 1
minore duodecim annis, ætati tamen legitimæ proxima matrimonium per verba de præsenti contraxisset, & secum cohabitasset, & eam carnaliter cognouisset, quòd paratus est iuramento firmare, petit per vos ipsam compelli ad eum redire, & ipsi obsequia præstare, quæ vxores viris præstare tenentur. Quòd sit sic concipiendus libellus dicit decret. extra. de desponsati. impuber. c. continebatur. Si verò maritus non diceret eam se carnaliter cognouisse, nec esset iurare paratus: tunc minor veniens ad ætatem nubilem posset ab eo si vellet legitimè separari, & concipiet mulier sic libellum. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit Berta mulier, quòd cùm ipsa in minori esset ætate constituta, & infra nubiles annos: nunc cùm sit in ætate legitima seu nubili, petit a vobis licentiam sibi concedi cum alio contrahendi. Quòd sic rectè concipiet libellum, dicit prædict. c. continebatur. circa princip. QVAES-
TIO. Sed circa primum libellum † quæritur quæ mulier dicatur proxima pubertati? Respondeo, quæ habet vndecimum annum, & dimidium, vt ff. de excu. tu. l. non tantùm. & C. de iudic. l. properandum. §. fina. QVAESTIO. Item quæritur in eo quod dixi in libello, quòd maritus dicit se iurare paratum, & dicit decreta. & decretum antiquum, quòd debeat stari sacramento viri, vt in illo c. continebatur. & 34. quæstio. 1. si quis acceperit. cùm econtrà dicant iura in contrarium in decret. 34. quæst. 1. c. quod autem interrogasti. vbi dicitur, quòd si mulier probare poterit, quòd vir non potest cum ea coire: tunc separentur: hoc idem legitur extra. de probatio. c. proposuisti. vbi dicitur, quòd iuramento puellæ stetur, quæ dicit se virginem, & testimonio 7. mulierum, quæ per experientiam illam virginem asseuerant, & non statur sacramento viri. Item legitur in decre. 27. quæst. 1. c. nec aliqua. quòd mulier quæ se dicit virginem, inquiratur à matronis seu obstetricibus ex ea parte, ex qua mulier fieri potest, & statur tali probationi: licèt aliquandò manus obstetricum, & oculus sæpè fallatur. Respondeo secundùm Tancr. si vir dicit se vxorem cognouisse siue illa fateatur, siue neget, statur sacramento viri, vt in illo c. continebatur. Alioquin statur illi c. quòd autè interrogasti. Vel aliter,

aliter, ita statur sacraméto viri, nisi mulier velit se probare virginem per inqisitinnem matronarum & sacramento suo, vt in prędicta decreta.de probatio.c.proposuit.& 27.quæst.1.c.nec aliqua. Sed quare debet iurare maritus quòd eam cognouerit? Respondeo: quia fundata erat intentio mulieris: quia fuerat minor traducta. Alij dicunt deferri sacramentum viro triplici ratione, quia stabat pro matrimnnio, quod fauorabile est: & quia caput mulieris est, vt 32.quæst 6.c.non mœchaberis, & propriè, quia est vir. vnde intelligitur ei potestas concessa coeundi, vt in authen.de nupt.§.per occasionem.collatio 4 *Nam à iuuene cupido credatur redd ita virgo.* T.credit propter periculum animæ magis ea igi sacramentum à marito, vt extra. de despon sa. impuber.c.attestationes. ideò autem probatio illa pręualet quæ per inquisitionem matronarum fit, quia magis † certa sunt, quæ oculata fide perpenduntur, vt ext. de frigid.& malefic.c.ea literis.& c.fraternitatis.& argumen.Instit.de gradib.cogn.§.item consobrini. & argument.trigesimaquinta quęst.5.c.ad sedem. & quarta quæstion. 9. c.testes. Quod autem dictum est de muliere cognita, intelligas † si ea volente, aliàs si inuita secùs, vt in decre. Hæc vera sunt quandò maritus repetit vxorem, quam dicit cognitam, sicut diximus. Cæterùm si econtrà mulier maior cum puero minore 14.ann. contraxit, licèt iuuenis tantùm tentaret illam corrumpere, & non potuerit, tamen si completo 14.anno, non cohabitauit illi, sed ab ea discessit, & nõ vult in eam consentire, debet ab illa dissolui, & dari sibi licentia cum alia contrahendi, vt extra.de despon sa.impube.c.attestitiones. & concipiet sic libellum. LIBELLVS. † Coram vobis &c. proponit Titius quòd cùm ipse minor 14.ann.cum Berta, & post 14. annum cum ipsa cohabitare recuset, nec in ipsam consentiat, petit illud tale matrimonium sic de facto contractum dissolui, & per vos dari sibi licentiam ad alia vota transire. Si autem econtrà mulier minor petas absolui, tunc potest dare libellum & petere ab impetitione viri absolui, vt diximus suprà in proximo libello in eadem decreta. continebatur. Si vero mulier quæ sit 14. annorum inuita tradatur alicui puero 9.vel 10. annorũ, & traducatur in domo illius maritelli, & fecerit ibi moram per annum & plus: si vult expectare donec puer fiat pubes, ecce benè: alioquin debet sibi dari licentia cum alio contrahendi, vt extr.de desponsa.impuber.c.ex literis. Quod autem dictum est suprà de inspectione facienda à matronis de iure procedit: nam & alibi fit inspectio ventris, vt ff. de vent.inspic.& ff.de acqniren.hæred.l.cùm quidam. Item quotiens quęstio est de finibus, iudex debet ire ad locum, vt ff.finium regundor.l.si irruptione. & extr.de præscriptionib.c.quia.

Qualiter debeat maritus petere vxorem, quæ propria authoritate ab eo diuertit, & vult agere possessorio.

1 *Libelli concipiendi formula quando mulier per recessum maritum suum spoliauit, & contrà.*
2 *Casus in quibus non fit restitutio ante omnia spoliato.*
3 *Viro spoliato vxore casus in quibus non fit ei restitutio. & nu. sequen.*
4 *Cautio fragilis.*
5 *Cautio fideiussorum siue pignorum sufficiens dicitur.*
6 *Cautionis verbum simpliciter prolatum, de nuda promissione intelligitur.*
7 *Possessorium restituendæ possessionis pro ee solùm immobili datur.*
8 *Condictioni canonis vel legis quando locus sit.*

SAEPE recedente vxore de domo viri maritus vult eam repetere, sed consilium est sicut & aliàs in rei vendica. quòd agat possessorio, vt & aliàs ff.de rei vendica.l. is qui. formabit ergo sic libellum. LIBELLVS. † Coram vobis &c. proponit Titius quòd cùm ipse cum Berta matrimonium cõtraxisset: & ipsa multo tempore cohabitauit eidem, & præstitit obsequia illa, quæ maritis consueuerunt vxores præstare: nunc ab ipso propria temeritate diuertit, & ipsum possessione vxorali seu maritali temerè spoliauit, quare petit vxorem suam sibi restitui, possessorium intentando, & hoc verbum vxorali, inuenitur. 19. quæstio. 2. Vel sic breuius. LIBELLVS. Titius petit vxorem suam Bertam sibi restitui, quæ ab ipso sua temeritate diuertit: quòd sic sint concipiendi libel. dicit decre.extra, de restit.spol. c.literas.& c.ex transmissa. & econuersò si maritus vxorem suam spoliauit, quod ab ea propria authoritate diuertit mulier concipit libellum contra maritum, & dicet sic. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit Berta, quòd cùm ipsa cum Titio matrimonium contraxisset, & multo tempore secum cohabitauerit, & præstiterit ei omnia seruitia quæ vxores maritis pręstare consueuerunt: ipse Titius ab ipsa sua auctoritate diuertit, & ipsam possessione maritali temerè spoliauit: quare petit maritum suum sibi restitui, possessorium intentando. Vel sic breuiter. LIBELLVS. Berta petit maritum suum sibi restitui, quia ab ipsa sua authoritate diuertit. Quòd ita sint concipiendi libelli ex parte mulieris dicunt decre. extra.de restitut. spoliat.c.ex conquestione.& extra.de off. & po.iudi.deleg. c. causam. & extr.de diuor.c.porrò. Et secundùm illam decretal. porrò. possessio posset rectè poni in libello, tam ex parte vxoris quàm ex parte viri, vt dicatur. Berta petit restitutionem Titij mariti sui, quia propria authoritate diuertit. Posset etiam maritus petere restitutionem vxoris suæ, & dicere sic. LIBELLVS. Titius petit restitutionem vxoris suæ Bertæ quæ ab eo &c. per decreta. extra. vt lite non contestata. c. ad hoc Deus. & hoc est ius generale vt fiat restitutio, sicut aliàs fit restitutio ante omnia spoliato. Præterquàm in casibus qui notantur in illis versibus. Versus:

† Rapta Petri sedes, infamia si publicatur. 2
Culpa vel enormis, si res sacra dilapidatur.
Et Simonis crimen, communio cùm denegatur.

Hæc sunt quæ modum retinẽt, dum causa probatur, vt 3.quæst.1.reintegranda. C. si per vim vel alio modo.l.1. Ita & in causa coniugij siue matrimonij, & ante causæ cognitionem, vt in prædicta decreta.literas. in fin. Fallit tamen adhuc in casibus. † Primus, vbi maritus habetur suspectus, quia in domo fecit illã confiteri se adulteram, & quia maritus publicè retinet meretricem, vt extr. vt lite non contestata.c.ad hoc Deus. Secundus, vbi timetur de sæuitia viri, vt extra. de restit.spol.c.ex transmissa.& c.literas. sed adhibetur optimũ remediũ, videlicet, quòd maritus iurabit, quòd malum non debeat eidem inferre: & hoc præstita sufficiẽti cautione, vt in prædicta decre.ex transmissa, vel sufficienti securitate, vt dicit decreta.illa, literas. Nisi tanta sit sæuitia viri, vt non audeat se mulier illi committere, † propter fragile remedium cautionis, vel quia capitale odiũ est inter eos, tunc non fiet restitutio, sed erit in domo alicuius mulieris honestæ in qua nec vir, nec parentes sui sibi vim possent inferre, donec causa principalis terminabitur, vt in prædicta decreta.ex transmissa.& arg.est de fragili remedio cautionis. ff.ad Trebellia. qui ita. QVAESTIO. † Sed qualiter accipietur sufficiẽs securitas seu cautio? Respon. fideiussorum, seu fortè pignorũ, vt ff.mãd.l.si mandato Titij.§.vlt. & hoc propter verbum sufficienti, quod ponitur in decreta. I aliàs nudam promissionem continet, vt ff.de verbor.signifi.l.sancimus. Sed quam istarum cautionum dabit? Respon. quæ magis est vtilis recipienti, vt 23.q.5.c. prodest. & extra.vt lite non contesta.c.quoniã frequenter. Tertius, vbi mulier fuit adulterata post eiectionem. vt extra. de diuor. c.significasti.& extra.de adulte.c.intelleximus. Quartus, si virgo est, vt extra.de spons.c.cùm locum. Quintus, si fuit minor 12.an.quæ contraxit, cuius petitur restitutio, vt extra, de restit.spol.c.ex parte. Sextus est, si relicta est in Iudaismo propter libellũ repudij, vt extr. de diuor.c.gaudemus. Septimus si ille cuius restitutio petitur paratus sit probare incontinenti impedimentũ legitimum, putà gradum parẽtelæ, & indispensabilẽ,

vt in prædicta decreta.literas. & hæc notantur in his versibus:

Si non continuit, si mox probat impedimentum:
Si virgo fuerit, & corrumpi timeatur:
Sitq; vir austerus, Moysi si lege relicta,
Nullus & iniuste ius perdit restituendi.

QVAESTIO. Item quæritur, quod possessoriû intentetur? & certè nullû videtur posse intentari. Nam restituendæ possessionis nô: illud enim locû habet, quo-
7 ties † pro re immobili restitutio petitur, vt ff.de vi & vi arm.l.1.§.si quis de naue. vxor enim vel maritus non est res immobilis, sed potiùs mobilis, & se mouens, vt C.in quib.cau.cessat long.temp.præscrip.l.in seruorû. & ff.de verb.sign.l.quæstio.& l.mouentiû. Respondeo: reuerà nullû interdictû de sui natura competit, quod sit recuperâdæ possessionis, verùm credo, quòd ei subueniatur possessorio: scilicet, beneficio canonis, qui hoc dicit per illam decret. literas. & per alias decretal. supradictas: vnde dicerem hic intentari condictionem
8 ex canone. Quia † quotiens cautû est per legem, quòd agere possumus, nec est cautum in illa l. quo actionis genere experiemur, condictione ex canone, vel ea lege agitur, vt ff.de condict.ex l.vnic. & ff.ad legem Iul. de adulter. c.quod autem. Vel agitur condictione ex canone illo, reintegranda.

De conditione apposita in matrimonijs, vel sponsalibus.

1 *Conditioni in matrimonio apposita priùs parendû, quàm vt matrimonium contrahatur, agi potest.*
2 *Conditio vna est honesta, altera verò inhonesta.*
3 *Conditio honesta alia est voluntaria, alia verò necessaria.*
4 *Matrimonium quid.*
5 *Turpes conditiones matrimonium nô vitiant, vt quæ pro non appositis habeantur. & num. 7.*
6 *Conditio possibilis & honesta seruanda est.*
7 *Stipulatio per quam aufertur libera testandi voluntas nô valet.*
8 *Vxorem indotatam ducere nemo tenetur.*
9 *Libellus in matrimonijs conditionalibus quomodo concipiendus sit.*
10 *Matrimonij tria bona siue substantialia.*

LICET matrimonia sint fauorabiliora, & fecerimus plures libellos, per quos compellitur quis ad matrimoniû consummandû: tamen quia multæ sunt causæ, propter quas non compellitur quis matrimoniû consummare, ideò de illis videamus. Et primò de conditione: Côtrahit aliquis aliquandò sponsalia cum muliere aliqua sub côditione: putà, dicit sic, te accipiam, si tantum dabis mihi. Si mulier formet libellû, vt debeat ille complere spôsalia, non poterit, si conditionê nô implet: † in omnibus enim parere primò quia
8 debet côditioni, & posteà agere, & hoc in spôsalibus, vt extrà, de condit.appos.c.de illis. Sed hæc sunt vera, nisi côsensus interueniat per verba de præsenti, vel nisi carnalis copula subsequatur: vt in prædicta decreta. Hoc etiam in legatis, & côtractibus, & fideicommissis, vt ff.de cond. & demôst.l.quibus diebus. & l.qui hæredi. & l.Publius. OPPOSITIO. Sed circa ista insurgit opiniones: videtur enim quòd côditio in sponsalibus apposita frangantur, & despôsatio irrefragabiliter teneatur, vt extr. de conditio.apposi.c.1. Item econtrà conditio apposita tenet dummodò non sit turpis: vt
3 extrà, de conditio.apposi.c. si conditiones. & c. per tuas. & c.super eo. Respondeo, est † conditio honesta, & est inhonesta. Honesta côditio alia voluntaria, alia necessaria. Inhonesta côditio alia repugnat naturę matrimonij: alia inhonestatem continet. Honesta † autem & voluntaria côditio est, quæ potest & nô potest apponi: putà, côtraham tecum, si dederis mihi centum. hæc côditio suspendit sponsalia, si nô fuerit adimpleta, nisi côsensus per verba de præsenti fuerit subsequutus, vel carnalis copula, vt in illa decre.de illis. Honesta & necessaria conditio: vt si dicit Christianus Iudeæ: contraham tecum, si facta fueris Christiana, vt 28.q.1.c.nô oportet. hæc tenaciter seruatur, & si nô apponatur, nihil agitur. Inhonesta côditio est, quæ repugnat naturæ matrimonij: vt si dicam, côtraham tecum ad tempus: nam nô licet nobis habere temporalem vxorem, sicut
nec filium, vt ff.de adopt.l.nô licet. cùm † matrimoniû 4
sit côiunctio maris & fœminæ indiuiduam vitæ côsuetudinem in se côtinens, vt Instit.de nup. vel si contraham sub hac côditione, si generationem prolis euites: vel, donec inueniam aliam honore vel facultatibus digniorem, aut si pro quæstu adulterandam te tradas: istæ côditiones vitiant matrimonium, quia côtra naturam & substantiam matrimonij sunt. Alij autem côtinent
tantùm † inhonestatem turpes côditiones, quæ haben- 5
tur pro nô appositis: & sic nô vitiant matrimonium, vt extr.de côdit.appos.c.vltim.arr.32.quæst.2.c.solet.& c. aliquandò. & argum.extrà, de offic.& potest.iudic.deleg.c.cùm nô liceat. QVAESTIO. Item quid si matrimonium fiat per verba de præsenti, & dicant sic: contraho tecum matrimonium, si dabis mihi centû in dotem: nunquid compellar illud matrimonium consummare, si illa non dabit centum in dotem? Respondeo,
credo quòd non: † nam cùm côditio sit honesta & pos- 6
sibilis, nô côtra bonos mores, seruanda est, vt dicit decretal. vlt.extr.de condit.apposi. Nec obstat prima decretal. eiusdem tit. quia illa loquitur in côditione tur-
pi: putà, si furtum feceris. † nec etiam stipulatio in ta- 7
libus nô valet, vt ff.de verb.oblig.l.stipulatio hoc modo & l.generaliter.& ff.de pactis.l.si vnus. §.pacta. sic etiam in testamentis côditiones turpes appositæ, habêtur pro nô appositis, vt Instit.de legat.§.fin.& C.de his quæ sub modo.l.vnic. Quòd autem ego dixi suprà, nisi sequatur côsensus de præsenti, vel copula carnalis, intelligas quandò à principio fuerunt sponsalia côditionalia: tunc subsequens côsensus videtur remouere côditionem. Cæterùm, si à principio côtraho sub illa côditione, si decem dares pro dote, valet: quis vnquàm
côtrarium diceret, nam si non valeret côditio, iam † te- 8
neretur quis habere vxorem indotatam, quod esset côtra legem. ff.de iure doti.l.1. Vnde si conditio honesta
apponitur, côcipies sic libellum. † LIBELLVS. Coram 9
vobis &c. proponit Titius, quòd cùm ipse contraxisset sponsalia cum Berta vel matrimonium sub ea conditione, si daret sibi centum in dotem, petit prædicta centum in dotem sibi dari, & ipsam per vos ad illa centum soluenda compelli, & matrimonium consummari: alioquin petit à vobis sibi dari cum alia licentiam contrahendi. Si autem côditio fuit turpis, concipiet sic libellum. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit Titius, quòd cùm ipse côtraxisset matrimoniû cum Berta sub illa côditione, si furtum fecerit, petit per vos compelli ipsam ad matrimonium consummandum, prædicta côditione remota, & habita pro non adiecta. Si autem conditio fuerit contra substantiam matrimonij, côcipies sic libellum. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit Titius, quòd cùm ipse côtraxisset matrimoniû cum Berta sub illa côditione, si generationem prolis euitaret, petit prædictum matrimonium nullum pronunciari, & dari sibi licentiam cum alia contrahendi. Quòd sic sit côcipiendi libelli, patet per iura superiùs allegata. Ideò ista vltima conditio dicitur apposita côtra
substantiam matrimonij: quia † tria sunt substantialia, 10
& bona matrimonij: scilicet, proles, fides, & sacramentum, Vt in decret.27.q.2.c.omne itaque.

De impedimento erroris.

1 *Matrimonium errore personæ vitiatur.*
2 *Matrimonium neque fortunæ, neque conditionis errore vitiatur.*
3 *Matrimonium conditionis errore impeditur.*
4 *Differentia iuris ciuilis & canonici circa matrimonia seruorum & seruarum.*
5 *Libellus super impedimento erroris matrimonij, quomodò concipiendus sit.*

SEquitur de errore, per quem aliquandò matrimo-
nium impeditur: sed circa hæc distinguo, sicut di-
stinguitur in decretis, 29. quæstio. 1. c. 1. nam errores
1 multi sunt. Est enim error † personæ: hic impedit ma-
trimonium. nam si credidi contrahere cum Berta, &
contraxi cum Titia, matrimonium nullum est. Nec est
locus oppositioni de Iacob, qui credidit contrahere cũ
2 Rachel, & contraxit cum Lya. nam ibi tenuit matrimo
nium per subsequentem consensum. Est † & error for-
tunæ, quandò putatur diues, & est pauper: hic non im-
pedit matrimonium. Est etiam error qualitatis: quia
credebatur bona, & est mala: hic non impedit matri-
3 monium. Est error † conditionis: quia putabatur libe-
ra, & est ancilla: hic impedit matrimonium. Et si tu op-
ponis, sic in Christo IESV neque liber, neque ser-
uus est à sacramento Ecclesiæ remouendus. Respon-
4 deo: verum est, † si à principio scio ancillam, & cum
illa contraho, tenet matrimonium: cæterùm, si errans
fecit, matrimonium non tenet: vt extr. de coniug. ser-
uor. c. 1. & vltim. & sic distinguitur iure Canonico: iu-
re verò Ciuili non tenet matrimonium, vt C. de incest.
nupt. l. cùm ancillis. Vnde secundùm ista concipies sic
libellum secundùm errores duos, qui impediunt ma-
trimonium, scilicet errorem personæ & conditionis.
LIBELLVS: Coram vobis &c. proponit Titius, quòd
cùm ipse contraxisset matrimonium cum Berta, quam
Bertam esse credebat, & hæc non sit Berta, sed Seia, in
quam non consensit: petit per vos matrimonium sic de
facto contractum dissolui, & sibi dari licentiam cum
5 alia contrahendi. Item † in errore conditionis sic. † LI-
BELLVS. Coram vobis &c. proponit Titius, quòd cùm
ipse contraxit matrimonium cum Berta, quam credi-
dit esse liberam, & inuenit eam ancillam, & in eam si-
cut in ancillam non consensit, petit per vos matrimo-
nium sic de facto contractum dissolui, & sic dari licen-
tiam cum alia contrahendi. Quòd sic rectè concipian-
tur libelli, legitur in tota causa vigesimanona. & in to-
to titulo de coniugio seruorum.

De impedimento voti.

1 *Votum solemne matrimonium contrahendum impedit, et contractum dissoluit: simplex verò votum contrahendum impedit, contractum non dissoluit.*

2 *Verborum Deus non facit differentiam inter solemne votum & simplex, intellectus.*

3 *Ecclesia distinctionem facit, vbi Deus non facit.*

4 *Libelli super impedimento voti formula.*

TErtium impedimentum sequitur, scilicet voti:
ecce mulier aliqua vel masculus votum castita-
tis emisit: postea emisso voto matrimonium con-
trahit: videtur, quòd matrimonium sit separandum:
hoc videtur, dici in decretis 27. quæst. 1. c. 1. & per totam
causam illam. At iura contenta in decreta. videntur di-
stinguere: quia aut est votum solemne, aut simplex. si
solemne votũ est, putà quandò fit in ecclesia: vel quan-
dò aliquis intrat religionem istud † votum & contra-
1 hendum impedit, & contractum dissoluit, extr. qui cle-
rici vel vo. matrimon. contrah. poss. c. meminimus. &
c. insinuante. & c. ea literarum. Simplex votum, con-
trahendum impedit, sed contractum non dissoluit, vt
extrà, qui clerici vel vo. c. consuluit. & c. veniens. &
2 c. rursus. Et si tu obijcias, † non est differentia quan-
tum ad Deum, & quantum ad Ecclesiam triumphan-
tem inter solemne votum & simplex: vt dicit prædi-
ctum c. rursus. Respondeo: verum est, quòd non est
differentia, sed æqualiter obseruanda sunt considera-
to principio, considerato fine, non: quia contra v-
num venio, contra aliud non. & sic faciliùs posteà
derogatur vni, quàm alteri. Vel non est differentia
quantum ad tempus, quia vtrumque in perpetuum li-
gat: & vtriusque præuaricatio est mortale peccatum,
licèt vnum minùs alio, vt patet ex minori pœna, vt 27.
distinct. c. si virgo. & 27. quæst. 1. c. virginibus. & sic in-
telligimus. c. illud. vouentibus virginitatem, nõ solùm
nubere, sed velle nubere damnabile est. quod est 27. di-
stinct. c. vouentibus. subaudi, solemniter. Vel non est
differentia ratione voti ipsius, vnde votum impedit 3
matrimonium. † Sed constitutio Ecclesiæ separauit,
id est, distinxit inter simplex votum & solemne. sicut
& aliàs separat inter iuramentum & loquelam nostrã
simplicem: & tamen inter iuramentum & simplicem
loquelam nullam vult Deus esse differentiam: vt 27.
quæst. 5. c. iuramenti. quod verbum intelligitur quan-
tum ad Deum: quantum verò ad Ecclesiam militan-
tem, magna est differentia: quia magis ligat sacramen-
tum, quam simplex verbum. Item & de iure ciuili: quia
contra simplex verbum venio vt contra pactum nudũ:
contra iuramentum non venio: imò si venio, infa-
mor, vt ff. de pact. l. iurisgentium. & C. de transactio. l.
si quis maior. Vnde secundùm prædicta concipias sic
libellum. † LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit 4
Titius, quòd cùm ipse contraxit matrimoniũ cum Ber-
ta, quæ votum solemne seruandum castitatis emisit an-
tè matrimonium sic contractum, petit per vos matri-
monium prędictum dissolui, & sibi dari licentiam cum
alia contrahendi. Quòd sic rectè concipiatur libel-
lus, dicunt iura prædicta. Sed quid si iurauit primò se
ducturum aliquam in vxorem, & posteà vouerit casti-
tatem? Respondeo: locum habet decret. extr. de con-
uers. coniugat. c. verum.

De impedimento quarti gradus consanguinitatis.

1 *Matrimonium hodie in quarto & quinto gradu rectè contrahitur.*

2 *Gradus à stipite incipit.*

3 *Libellus quomodo formandus super impedimento quarti gradus consanguinitatis & affinitatis.*

4 *Matrimonium cauendum est ab affinibus in eodem gradu, sicut & à consanguineis.*

5 *Ius ciuile quantum ad gradus supputationem à iure canonico emendatur.*

QVartum impedimentum exoritur, quòd prohi-
bet matrimonium contrahi, & contractum dis-
solui, scilicet gradus consanguinitatis, qui est
canonico iure prohibitus hodie in quarto gradu. In † 1
quarto autem gradu, & in quinto hodie rectè contra-
huntur, vt extr. de consanguin. & affini. c. non debet. &
c. vir qui à stipite, & caue, † quòd semper gradum con- 2
sanguinitatis à stipite debeas incipere & enumerare,
vt extr. de consanguin. & affinit. c. tua. Vnde si contra-
bant matrimonium siue consanguinei in prædicto gra-
du, siue affines, matrimonium cõtractum dissoluitur,
& concipitur sic libellus. † LIBELLVS. Coram vobis, 3
&c. petit Berta mulier à B. viro suo instantissimè sepa-
rari, cui se quarto gradu consanguinitatis proponit es-
se coniunctam. Quòd sic rectè concipiatur libellus, di-
cit decretal. extr. de restit. sponsal. c. literas, in princi.
Eodem modo concipies libellum, quando contractum
est matrimonium inter affines, vt dicas sic. LIBELVS.
Coram vobis &c. petit Berta mulier à B. viro suo sepa-
rari, cui prior maritus ipsius Bertæ in quarto gradu cõ-
sanguinitatis attinuit. Quòd sic rectè concipiendus sit
libellus, dicit decret. extr. de consanguin. & affini. c. ex
literis. Ita † enim quis cauere debet & abstinere ab af- 4
finibus & in eodem gradu, sicut à consanguineis pro-
prijs, vt in prædicta decret. QVAESTIO. Pone quòd a-
liquis iurauit seu affidauit aliquem se ducturum, me-
dio tempore cognoscit consanguineam illius carnali-
ter: si mulier agat contra illum, quid faciet? Respon-
deo: ille excipiet, quòd propinquam illius cognouit:
& ideò à petitione illius debet absolui, vt dicit decret.
extr. de consanguin. & affinita. c. super eo. hæc ita sunt
vera, si tantùm cum prima sponsalia sunt contracta. Si
autem cum prima sit matrimonium contractum, & car-
nalis copula subsecuta, nunquàm propterea matrimo-
nium separatur, quòd cum sorore vxoris vel consan-
guinea rem habuit: imò inuitus tenetur reddere debitũ,
licèt

licèt non possit exigere: & durum esset, quòd vxor puniretur, quę non fuit particeps illius delicti, vt extr. de eo qui cogn. consang. vxo. suę. c. discretionem. & c. Iordane. & nō solùm per iura nouissima separatur matrimonium contractum inter consanguineos & affines, sed etiam iure antiquo, & iure etiam decretorum. Immò infames efficiuntur, vt in decreta. 35. quæstio. 3. c. coniunctiones, cum c. sequenti. & hoc etiam iure ciui-
5 lis. † Licèt hodie iure poli ius fori corrigatur, quantum ad gradus. nam incœstas nuptias contrahenti maxima pœna imponitur, vt C. de incœst. & inutil. nupt. l. qui contra. & in Authent. ibi signata, incœstas. & in Auth. de incœst. & inut. nupt.

De quinto impedimento, scilicet de crimine, quod committit ille vel illa, quæ interfecit maritum vel vxorem.

1 *Maritum aut vxorem interficientis pœna.*
2 *Mulier inscia, quæ nupsit viro, qui vxorem suam occiderat, rectè matrimonij separationem petere potest.*
3 *Mulier quæ viro, qui vxorem suam occiderat, facinoris inscia nupsit, quomodo libellum repudij formabit.*
4 *Actioni pupillari locus est, quando aliquis vxore superstite, alteri mulieri fidem dedit, quam carnaliter cognouit, vt vxore mortua eam in vxorem duceret. Item de ea, quæ prioris vxoris mortem machinata est.*

QVINTVM impedimētum occurrit, scilicet crimen, quod matrimonium contractum dirimit, & aliquandò impedit contrahendum. Sed illud
1 crimen multiplex est: ecce ei qui † interficit vxorem suam sine causa, contrahere matrimonium denegatur: nisi fuerit adolescentulus: immò publicam agat pœnitentiam, vt in decret. 33. quęst. 2. c. interfectores. & c. admonere. & c. in adolescentia. eodem modo punitur mulier, si maritum occiderit: vt extrà, de diuor. c. si qua mulier. Hoc crimen non est dubium quòd matrimo-
2 nium impediat contrahendum. † QVAESTIO. Sed quid si iste homicida cum aliqua contrahat, quæ fuit huius reatus ignara, nunquid illud matrimonium separabitur petente muliere? nam maritum non credo posse hoc petere: quia allegaret turpitudinem suam, quod esse non debet, vt extra, de donatio. c. inter dilectos. C. de his quæ in fraud. credito. l. filius. C. de transactio. l. cum donationis. C. de seruo. pignor. da. mal. 3. Respondeo: contractum matrimonium credo separādum, hoc muliere petente; aliàs non est punienda, quæ non deliquit, & quæ illius delicti non fuit particeps, vt extr. de eo qui cogn. consangui. vxo. suæ. c. discretionem. & c. Iordane. Vnde mulier contra eum concipiet sic libel-
3 lum. † LIBELLVS. Coram vobis &c. petit Berta mulier à B. viro suo separari, qui primam vxorem Semproniam interfecit, & debet sine coniugio remanere. Quòd sic rectè libellus concipiatur, dicunt iura prædicta: & est optima decret. ad hoc extr. de eo qui duxit in matr. quam poll. per adulter. c. propositum. Est & aliud crimen, putà si aliquis viuente vxore sua, alicui mulieri fidem dederit, quòd vxore mortua cum ea contrahet, & illam carnaliter cognoscat viuente vxore. Vel si illa fuerit machinata in mortem patris vxoris: si cum illa contrahat, matrimonium cōtractum dissoluitur, etiam si fidem det: aliàs non, vt extrà, de eo qui duxit in matrimon. quam poll. per adulter. c. 1. & c. super hoc. & c. si quis vxore. vnde in hoc casu pro matrimonio separando neuter audietur: quia sunt in pari delicto, & sic quid obijcere potest Iudæus Iudæo, Cathilina, Cathego? certè nihil. vt aliàs C. de inoffic. testamen. l. in arc-
4 nam. ff. ne quid loco publi. l. 2. §. si quis in loco. † Vnde in tali casu crederem cuilibet de populo licere proponere libellum, hoc modo. LIBELLVS. Coram vobis & cæt. proponit talis, quòd cùm Titius viuente vxore sua Bertæ fidem dederit cum ea matrimonium contrahendi, & ipsam vxore viuente carnaliter cognouit: vel cum viuente sua vxore Berta in mortem ipsius fuerit machinata, & tamen cum ea matrimonium contraxit petit prædictum matrimonium adinuicem separari. Quod sic rectè concipiatur libellus, probant iura prædicta. QVAESTIO. Quid autem si aliquis viuente vxore prima, cum alia de facto matrimonium contraxit: & postea mortua prima vxore, cùm ista vult de iure contrahere: quæritur an possit? & videtur quòd sic: quia non interuenit quis illorum duorum casuum: scilicet, de fide data cum ea contrahendi, & quòd ista fuerit machinata in mortem ipsius, vt dicit decret. ext. de eo qui duxit in matrimo. quam poll. per adulte. c. cùm super hoc. & c. significasti. Sed contrà inuenitur extrà, eod. tit. c. ex literarum. vbi continetur, quòd si matrimonium sit contractum etiam post mortē primæ vxoris, debent ab inuicē separari: maximè si iurauerit cum illa adultera se non moraturum, vt extr. eodem titu. c. cùm haberet. Respondeo: in duobus casibus matrimonium non tenet: scilicet de fide data, & si fuerit machinata in mortem. &c. notatur & tertius, si publicè contrahat matrimonium cum alia viuente vxore: quasi plus sit de facto contrahere, quàm dare fidem. vnde dicunt quidam illud tertium membrum sub illo contineri de data fide. sed hoc non soluit contrarium illarum decret. vt extrà, eod. c. significasti. & extr. de sponsal. c. cùm in Apostolica: Sed responde, decretales illæ loquuntur, quando mulier, cum qua de facto contraxit, fuit ignorans: vt in illa decret. cùm in Apostolica. colligitur. & ex illa quæ est extr. de eo qui duxit in matrimon. quam poll. per adulter. c. 1. & tunc aliud mulier ignorans consequitur: quia si vult, petit diuortium celebrare: & concipiet sic libellum. LIBELLVS. Coram vobis &c. petit Berta à B. viro suo separari: quia cum ea contraxit inscia & ignorans, quòd aliam haberet vxorem. Maritus autem non posset libellum repudij, nec diuortium intentare, nec ex dolo suo lucrū reportet: vt probatur extr. de eo qui duxit in matrimon. quam poll. per adult. c. propositum.

De alio crimine, scilicet, infidelitatis, per quod matrimonium potest separari.

1 *Libellus in impedimento infidelitatis quomodo formetur.*

EST & aliud crimen, quod matrimonium iam contractum dissoluit: mulieri tamen non datur licētia cum alio contrahendi: verbi gratia: Fuit quidam vir infidelis, qui coniugem fidelem habebat, eam trahere voluit ad maleficium infidelitatis: certè poterit ab eodem separari. Et concipiet sic libellum. † LI- 1
BELLVS. Coram vobis & cæt. petit Berta mulier à viro suo Titio separari, qui ipsam fidelem ad maleficium infidelitatis trahere quæsiit. Quòd sit ita concipiendus libellus, dicit decret. extrà, de diuort. c. quæsiuit. & c. de illa. & optimè distinguit circa materiam istam decreta. extr. eodem titul. c. quanto.

De crimine adulterij, per quod separatur matrimonium quoad thorum.

1 *Libellus super crimine adulterij.*
2 *Delicta paria mutua compensatione tolluntur.*
3 *Intellectus §. Marcellus. l. apud Celsum ff. de dol. excep.*
4 *Octo casus, in quibus maritus adulterium vxori non obijcit.*

EST & aliud crimen, putà si vxor committit adulterium vel maritus: tunc poterit ille qui adulterium nō commisit, libellum concipere, & matrimonium separare quantum ad cohabitationem thori: non autem vt sibi detur licentia cum alio contrahendi: & concipiat sic libellum. † LIBELLVS. Coram vobis, 1
&c. petit Titius à Berta vxore sua, quantum ad cohabitationem thori separari, quæ cum Seio adulterium commisit. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit decret. extrà, de sponsal. c. ex parte. & extrà, de adulter. & stup. c. intelleximus. nisi & ipse fuerit fornicatus: tunc enim non obtinet quod petit: quia † pa- 2
ria delicta mutua compensatione abolentur, vt extrà,

eodem tit.c.tua. & c.intelleximus. ff.sol.matrimon. l.
viro.ff.de compensat.l.si ambo.ff.de dolo.l.si duo.ff.de
eo per quem factum est.l.ex hoc edicto. & extr.de iu-
reiuran.c.tua.& extr.de except.c.cum ecclesiasticè. &
3 extr.de appellat.c.an sit deferendum. Contra est † ar-
gumen.ff.de doli except. l.apud Celsum.§.Marcellus.
vbi aduersus doli exceptionem non datur doli repli-
catio,sed ibi ideò,quando super eodem negotio datur
actio & replicatio: sed non est ita,sicut & Authen. di-
cit. nam illud de iure inde procedit. nam vbicunque
est communis malitia,semper Actoris malitia nocet,vt
ff.de verbo.obligat.l.si seruum.§.sequitur.& ff.ad leg.
Aquiliam.l. item si obstetrix. Quòd autem in decret.
alla contingit,euenit propter odium adulterorum, &
in fauorem matrimonij, sicut & multa alia sunt secun-
dùm legem Mosaicam,& secundùm legem Codic.quia
propter adulterium poterat vir vxorem dimittere, &
lucrari dotem, vt C.de repud.l.cósensu. & in Authen.
4 ibi signata. & cum alia contrahere matrimonium.† In
casibus tamen iure Canonico non obijceret maritus a-
dulterium vxori. vnus est, si conuincitur maritus for-
nicari,vt extr.de adul.c.intelleximus. & c.tua.32.quę-
stio.7.per totum, extrà,de clandest.desponsat. c.ex li-
teris. Item,si eam adulterandam tradidit, extrà, de eo
qui cogn.consanguin.vxor.suæ. c.discretionem. Item
si præbuit causam adulterij,vt extr.de diuort. c.signi-
ficasti. Item si violenter fuit oppressa, vt ff.ad legem
Iul.de adulter. l.vim passam. Item si ignoranter fuit
cognita ab illo quem credebat virum suum esse, vt 34.
quæst.2.c.in lectum mariti. Si credens absentem virum
mortuum esse,nupsit alteri, vt 34.quæstio.2. c.cùm per
bellicam. Item si post adulterium reconciliauit eam
sibi maritus, vt ext.de iureiu.c.quemadmodum.32.q.4.
c.si illic.ff.ad leg.Iul.de adult.l.si vxor.

De sexto impedimento,scilicet,de dispari cultu, quod impedit contrahendum,& dirimit iam contractum.

1 *Impedimentum disparitatis cultus matrimonium contrahentium impedit,& contractum dissoluit.*
2 *Libellus super impedimento disparitatis cultus formula.*

1 SEXTVM impedimentum opponit iacula, scilicet,
† disparitas cultus quando Christianus vel Chri-
stiana contrahit cum Iudæo, vel idolatra, gentili,
vel hæretico,vel patarino, vel gazaro, vel alterius se-
ctæ. hoc & contrahendum matrimonium impedit, &
contractum dissoluit,vt 28.quæst.1.per totum.& speci-
aliter c.1.& c.idololatria.& c.Iudæi. & c.Iudæorum.&
c.caue. & c.non oportet. Vnde fidelis contra infidelé
concipiet sic libellum. † LIBELLVS. Coram vobis,
2 &c.petit Berta à viro suo separari, cum quo matrimo
nium contraxit, credens eum catholicũ,& est Iudæus,
vel paganus,vel infidelis, vel gentilis, vel patarinus,
vel gazarinus,vel alterius sectæ. Quòd sic rectè conci-
piatur libellus, dicunt iura prædicta. & hoc etiam vi-
detur iure ciuili,vt C.de sponsal.l.si. & C.de Episcop.
audien.l.etsi legibus. nisi velint illi infideles admoniti
ab Episcopo redire ad fidem: quia tunc matrimonium
non separaretur,vt in prædict.c.Iudæi.

De septimo impedimento,scilicet de violentia compulsiua.

1 *Vis compulsiua & metus,qui in constantem virum cadũt, matrimonium contrahendum impediũt,& contractũ dirimunt.*
2 *Matrimonium per metum initum, ipso iure nullum est.*
3 *Intellectus l.si patre cogente.ff. de ritu nupt.*
4 *Libellus super impedimento violentia compulsiua.*
5 *Matrimonium ab initio meticulosum,ex post conualescere potest.*
6 *Iuramentum metu mortis extortum, an obligatorium sit.*

SEPTIMVM impedimentum insurgit, si per violen
tiam sponsalia seu matrimonium sint contracta, &
intelligas de vi compulsiua, & quando interuenit 1
metus, qui caderet in constantem virum. † quia illius
impedimentum cótrahendum matrimonium impedit,
& contractum dissoluit, vt extrà,de sponsal.c.cùm lo-
cum. & c.consultationi. inuitæ enim nuptiæ malos so-
lent prouentus habere, vt 31.quæst.2. c.1. & c.si verum
iure etiam ciuili si matrimonium per violentiam seu
per metum cótrahatur, matrimonium nullum est. vn-
de licèt in alijs contractibus metus adhibitus obligati-
ones inducat, licèt obstet exceptio:tamen in matrimo- 2
nijs secùs: vbi ipso iure nulla contrahitur obligatio.
Vnde etiamsi dos promittatur per metum,non nascitur
obligatio,vt ff.quod met.caus. l.si mulier. §.si dos. vn-
de glossauit V.matrimonia coactionem abhorrẽt: quia
libera debent esse, vt C.de inutil.stipul. l.libera. & ff.
de verbo.oblig.l.Titius. & extrà,de sponsal. c.requisi-
uit. & c. gemma. in sponsalibus enim consensus illo-
rum requirendus est, inter quos nuptiæ desiderãtur,
vt ff.de sponsal.l.in sponsalibus.§.vlti. QVAESTIO.
† Sed obijcitur de eo, quod legitur ff.de ritu nuptia l. 3
si patre cogente? Respondeo: ibi loquitur de quadam
coactione,quam habet pater de iure patriæ potestatis,
non de illa, quæ inducit metum, vel quæ est omnino
contraria voluntati illius, qui debet contrahere ma
trimonium.& hoc dicit finis legis illius. Vnde ille qui
passus est talem violentiam,concipiet talem libellum.
† LIBELLVS. Petit Berta mulier à B.viro suo separari, 4
cum quo per metum mortis compulsa matrimonium
contraxit, nec vnquam aliquo tempore etiam in eum
consensit. Quòd sic sit concipiendus libellus, dicunt
iura prædicta. Ideò adijcio in libello, quòd nunquam
alio tempore etiam in eum consensit: † quia si in eum 5
posteà consensisset, sublata esset proxima causa turpi-
tudinis metus,vt C.quod met.caus.l.3.& ff quod metus
causa.l.metum.& ff.de condict.ob turp.cau.l.si ob tur-
pem. & licèt ab initio non valuerit, valet tamen ex
nunc. vt extrà, de his quæ vi metúsve caus. fi. c. perla-
tum. QVAESTIO. Sed quæritur, si aliquis metu mortis
coactus iurat se ducturum aliquam in vxorem, vel con-
trahit per verba de præsenti metu mortis interposito
sacramento, quòd nunquàm veniet contrà: nunquid
auditur propter sacramentum? Respondent huiusmo-
di † sacramentum metu mortis interpositum neminem 6
obligare. & dicit prætorem esse locutum per Spiritum
sanctum in eo quod dicit, quod metus causa factũ est,
ratum non habebo, vt ff.quod metus caus.l.1. & Impe-
rator Fredericus similiter locutus in constitutione il-
la,sacramenta, vbi dicit per vim aut per metum obli-
gationes extortæ,sunt nullius momenti. Idem extr.de
restitut.spoliat. c.accepta,extrà,quod met.caus. c. Ab-
bas. & c.cùm dilectus.& 15.quæst.6.c.authoritatẽ. Alij
dicunt,quòd is qui metu iurat,& habet animum adim-
plendi obligatur: aliàs non. & inducunt argumen. ex-
trà.de baptismo & eius effect. c.maiores, circa finem.
Tertiò dicunt, iuramentum etiam per metum mortis
extortum,obligatorium esse, vt 15.quæstio.1.c.meritò.
& 22.quæst.5.c.qui compulsus. & c.si quis coactus.nam
si obligationem non induceret, ergò non peccaret is,
qui non seruaret: sed in capitulis prædictis, pœniten-
tia imponitur pro talibus iuramentis non seruatis.Me-
lior autem videtur & humanior sententia Hugo. vt sa-
cramentum metu extortum, qui caderet etiam in con-
stantem virum, non sit obligatorium, vt extrà,de renũ-
ciat. c.cùm inter P.Gaufridi. quod admittit Tancre-
dus in sacramẽtis obligatorijs. in assertorijs autem se-
cùs,contra quæ nullus debet aliquo modo venire. Nam
primò debet quis potiùs quælibet mala tolerare,quam
malo consentire,vt 32.quæstio.5.c. ita ne aliqua. & ex-
trà, quod metus causa. c.sacris. nam hoc casu intelli-
go canones prædictos, si quis coactus. & c.meritò.& o-
mnia similia. & in prædicta decret. si verò non dicit
Alexand. quòd possit quis vel non possit venire contrà,
sed dicit, quòd non vult dare alicui materiam peie-
randi.

De

De octauo impedimento, quod est sacer ordo: istud illud impedit & dirimit.

1 *Ordo sacer matrimonium contrahendum impedit, & contractum dirimit.*
2 *Clerici qui non possint contrahere matrimonium, & qui possint.*
3 *Subdiaconatus ordo hodie inter sacros ordines annumeratur.*
4 *Clerici contrahentes matrimonium, beneficijs priuantur.*
5 *Clericorum occidentalium & orientalium differentia.*

OCTAVVM impedimentum opponitur iacula, vi-
delicet quando matrimonium contrahunt illi,
qui sunt in sacris ordinibus constituti, putà, à
1 subdiacono suprà. Nam † istud impedimentú contra-
2 hendum impedit, & contractum dissoluit. † Nullus e-
nim subdiaconus, diaconus, presbyter, Episcopus, &
sic de cæteris maioribus, matrimonium contrahere nõ
possunt: imò si contrahont, oportet quòd contractum
dissoluatur, vt extr. qui clerici vel vo. c. de diacono, in
fin. & c. ex literarum. & extr. de cleric. cooiug. c. si quia
clericorum. & 31. dist. c. seriatim. & c. interdisit. Alij
autem clerici a subdiaconatu infra matrimoniom re-
ctè contrahuot, vt extr. de cleri. cooiug. c. si quis cleri-
3 corum. subdiaconatus † autem ordo in primitiua ec-
clesia non computabatur ioter sacros ordines, sed est
hodie sacer ordo, vt estr. de ætate & qual. ordi. c. à mul-
tis. Sed licèt alij clerici à subdiaconato infrà possint
4 contrahere matrimonium: † tamen beneficia ecclesi-
astica amittent, & ad sacros ordines peruenire nõ pos-
sunt, & priuilegio clericali oon gaudent, si toosurã nõ
retinent, vt extr. de clerie. coniug. c. si quis clericorum.
& c. sanc. & c. quia te. & c. diuersis. & c. Ioannes. imò sa-
cerdos si contraxerit matrimonium, priuatur officio:
licèt pòst pœnitentiam possit per Episcopum restitui
ad ipsius esecutionem, vt estr. eod. tit. c. sanè sacerdo-
tes. & extr. qui cleri. vel vo. c. es literarum. vbi etiam
plus præcepit Dominus Aleaand. III. quòd etiam sub-
diaconus, si ad religionem transire noluerit, nec pœ-
nitentiam agere, nec corrigere vitam, quòd in subdia-
conatu non poterit ministrare. & possit poni esemplũ
in Decano Baiocensi, qui cùm esset subdiaconus & De-
canus, cõtraxit de factò matrimonium cum nepte Do-
mini Remensis, nec tamen priuatur Decanatu. secun-
dùm quod distinguit decret. estr. eod. titul. c. ex parte.
5 sed hæc vera sunt de clericis † occideotalibus, qui vo-
to se adstrinxerunt: cæterùm de orientalibus, qui voto
se non adstrinxerunt in minoribus ordinibus constitu-
ti possunt contrahere matrimonium, nec in aliquo pu-
niuntur: imò vxorati etiam cum vsoribus possunt ad
maiores ordines promoueri, vt extr. de cleri. coniug. c.
cùm olim. vnde concipiuot sic libellus. LIBELLVS. Co-
ram vobis &c. petit Betta mulier à viro suo separari,
cum quo matrimonium cootrasit, cùm ipse Titius sit
in subdiaconatus officio constitutus. Quòd sic rectè sit
coocipiendus libellus, dicunt iura prædicta.

De nono impedimento, scilicet de frigidis & maleficiatis.

1 *Frigiditas & maleficiatio matrimonium contrahendum impediunt, & contractum dissoluunt.*
2 *Matrimonij tria bona.*
3 *Fœminarum munus maximum est concipere, & conceptum tueri.*
4 *In frigido & maleficiato quæ consideranda sint.*
5 *Tempus quod spectandum antequàm quis dici frigidus et maleficiatus possit.*
6 *Maleficiatus ad incantatores non debet recurrere.*
7 *Consilium canonis pro maleficiatis.*
8 *Maleficium præsumitur perpetuum.*
9 *Libelli quomodo concipiendi sint super impedimento de frigidis & maleficiatis.*

NONVM impedimentum est mirabile, quod in
personis multorum euenit: videlicet quòd sunt
ita ligati, seu ita frigidi siue maleficiati, quòd
cum vsoribus suis rem habere non possuot, nec pos-
sunt illam Rubricam eis legere seu repetere, de tigno
iniuncto, nec de instrumento legato, nec illam de con-
cussionibus. & ideò † matrimonium contrahendũ im- 1
pedit, & contractum dissoluit: quare enim vellet ipse
contrahere matrimonium, vel stare cum illa sic liga-
tus, quam oportet ipsum habere non vt vsorem, sed vt
sororem, vt estr. de frigid. & malefi. c. laudabilem. & c.
consultatiooem. & 33. quæst. 1. c. de his. Item quia illod
quod est potissimũ bonũ io matrimooio, scilicet crea-
tio prolis, deficit. † tria enim sunt bona matrimonij, 2
scilicet, proles, fides, & sacramentum, vt 28. quæst. 1. c.
omnes itaque & masimum munus † fœminarũ est con- 3
cipere, & tueri conceptum, vt ff. de ædil. edict. l. cùm
quæritur. §. 1. ad hoc natura mulieres effecit, vt partus
ederent, & masima in eis cupiditas in hoc constituta
est, vt C. de iodict. vidua. l. a. ancillæ enim ad hoc com-
parantur, vt pariant, vt ff. de peti. hæred. l. ancillarum.
Circa istud impedimentum, quotiens contingit, dili-
gentissimè multa considerantur. † Primò tempus: sci- 4
licet, quanto tempore simul steterunt. Secundũ, vtrùm
dicat hoc per malitiam & in fraudem, an non? Tertiò,
an vterque hoc dicat, vel alter tantùm, alio cõtrariom
proponente. Quartò, an dicatur frigidus vel malefici-
atus. Videamus de primo impedimento. & certè † su- 5
per hoc iura variare videntur. nam decret. 1. quæ inci-
pit, accepisti, in tit. de frigid. & malefic. ponit de anno
& dimidio. & C. de diuort. l. in causis. habetur de bien-
nio. Item in tit. de frigid. & malefic. in decret. laudabi-
lem. habetur de triennio, hoc idem habetur in Authé.
de nupt. §. per occasionem, collat. 4. Soluunt docentes
in iure Canonico, & dicunt, quòd decret. illa, accepi-
sti. loquitur de tempore vtili: alia iura loquuntur de
tempore continuo. Illa decret. scilicet, accepisti. non
est magnæ authoritatis: quia ignoratur quis fuerit au-
ctor illius. nam non dicitur quòd fuerit Aleaand. vel
alter: sed ita dicit titulus illius decret. Item in Breuia-
rio. hæc ratio non mihi placet. nam etsi nomen aucto-
ris non habetur, sufficit quòd clausa est in corpore iu-
ris, vt C. de leg. & constit. l. 2. minùs peritè fecissent cõ-
positores iuris Canonici, sed nõ continetet ius, qui il-
lam in titulo posuissent. Nec admitto, quòd loquitur
de vtili tempore: sed ita de facto recitat, secundùm
quod de facto euenit. tempus ergò est hodie trienniũ,
vt in decret. illa, laudabilem. nam ibi fuit facta quęstio
de tempore, & ad illam quæstionem respondet sic, tam
per decret. illam, laudabilem. quàm per Authenti. de
nupt. corriguntur omnia iura, quæ de alio tempore lo-
quuntur, quàm de triennio. & specialiter corrigitur C.
de diuor. l. in causis. & quod dictum est de triennio, ita
seruandũ intelligit Tancred. quando dubium est, si cer-
tum sit impedimentum, & antè probari potest: quia
fortè masculus genitalibus caret, & sic spado: vel mu-
lier ita arcta est, quòd mater fieri non potest: tunc trien-
nium non espectatur, vt estr. de frigid. & malefi. c. fra-
ternitatis. & c. quòd sedem. Nunc de secundo & tertio
impedimentis videamus, certè si confitetur vterq;, sci-
licet quia dicit masculus, sum ita frigidus, seu malefici-
atus, quòd vxorem meam non possum coguoscere,
& hoc etiam vsor confiteatur: tunc si per maliti-
am vel fraudem hoc dicant, non admittuntur, nec ma-
trimonium separabitur, vt 33. quęst. 1. c. de his. & ext. de
frigid. & maleficia. l. laudabilem. si autem pro vero di-
cant: tunc † non entrat maleficiatus ad incantatores
seu diuinatores, vt faciant medicinas suas siue incan- 6
tationes suas, & audiui multas sic facientes, quæ faci-
unt illum maritellum sic maleficiatum tenere ferabu-
las suas per totam diem & noctem in capite: vel ha-
bent petiã casei, & cum terebello persorãt caseum: &
quod colligitur ea illa persorata, dant sibi comedere:
vel accipiũt corrigiã vtriusq;, & ligãt illos, & ponunt
in nocte sub diuo. vel faciunt illum miserum stare nu-
dũ tota nocte sub stella aliqua quando tempus est sere-

7 num, vel faciunt similia. Sed † datur à canone sibi consilium, videlicet, vt in corde contrito & spiritu humiliato Deo & sacerdoti suo de omnibus peccatis suis puram confessionem faciat, & profusis lacbrymis & largioribus eleemosynis & orationibus atq; ieiunijs domino satisfaciat, vt per exorcismos & cætera ecclesiasticæ medicinæ mysteria tales sic impeditos Dominus sanare procuret, qui Abimelech & domum eius Abrahæ orationibus sanauit, vt 33. quæst. 1. c. si per sorciarias. & sic his peractis, si impedimentum non fuerit remotum, moneantur inprimis, vt licèt non possit illam habere in vxorem, habeat vt sororem, vt in prædict. titu. c. consultationem. & c. laudabilem. & 33. quæstio. 1. c. de his. cæterùm si huic monitioni nolũt acquiescere: quia dicit mulier, volo esse mater, & filios procreare: vel fortè maritus dicit, volo fieri pater, vt dicunt decreta. fraternitatis. & c. literæ, in dicto titul. tunc si ambo finaliter dicunt, quòd nunquàm se inuicem cognouerunt: septima manu propinquorum vel viciuorum bonæ famæ, si consanguinei defuerint, iurent ad sancta Dei Euangelia ille maritus & vxor, quòd nunquàm se carnaliter cognouerunt, ita quòd vna caro sint effecti: & tunc separantur, & datur mulieri licentia contrahendi cum alio, vt in prædicta decret. laudabilem. & in prædicto c. de his. sacramentales autem siue consanguinei, siue vicini iurabunt, quòd credant illos verum iurare, vt extrà, de pur. canon. c. quotiens. & c. de testibus. & si non sunt consanguinei illius compurgatores, debent esse vicini & honesti, vt extrà, de pur. canon. c. cùm dilectus. Item debent esse fide catholici & viri probati, qui conuersationem & vitam ipsius non tantùm moderno tempore nouerint, sed transacto, vt extr. de pur. canon. c. inter solicitudinem. Sed in parte ista iura variare videntur. nam quædam iura dicunt, quòd postquàm omnia ista fuerunt subsecuta, & postquàm etiam isti fuerunt separati, si vir ille cum alia cõtrahat, habebit pœnam de periurio, & à secunda separabitur, & compelletur redire ad primam, vt extrà, de frigid. & maleficia. c. laudabilem. & 33. quæst. 1. c. quod autem. & c. de his. & est ibi quoddam mirabile, quòd data fuit licentia contrahendi, & posteà contractum de authoritate ecclesiæ matrimonium iterum separatur: & sic decipitur mulier authoritate canonis, quæ secundò contraxit: & tunc malè per argum. C. de his qui ven. ætat. impetr. l. eos qui. Alia vero iura dicunt contrarium, quòd propter impedimentum, si matrimonium separatur, quòd datur vtriq; licentia contrahendi, & contractum non dissoluitur posteà, vt extrà, de frigid. & maleficia. c. fraternitatis. & c. literæ. & 33. q. 1. c. si per sociarias. Respondeo secundùm Doctores iuris Canonici, qui dicunt, quòd nullum maleficium matrimonium impediat, & dirimat, planum est: quia abrogatum est illud c. si per sorciarias. & c. fraternitatis. & c. literæ. Secundùm alios autem aut impedimentum secutum est matrimonium, & tunc locum habent illa capitula fraternitatis. & c. literæ. & c. si per sortiarias. aut impedimẽtum præcessit matrimonium, & tunc locum habent capitula contraria. Vincent. dicit, quòd omne perpetuum maleficium impedit matrimonium ipso iure: non autem ex constitutione ecclesiæ: non autem impedimentum ad tempus: tunc enim non separatur, & in hac opinione est Hugo. Super quarto impedimento distinguunt Doctores, quòd aliud sit in frigido, & aliud in maleficiato: si enim aliquis est frigidus quoad vnam, est frigidus quoad omnes. vnde si dicat se frigidum, & separetur, & postea habeat accessum ad aliam, reducitur ad primam, vt in prædicta decret. l. laudabilem. & 33. quæst. 1. c. quod autem. & c. de his. & c. requisisti. sed maleficiatus ad vnam, aliam cognoscere potest: vnde si separetur propter maleficium à prima, & contrahat cum secunda, non cogitur redire ad primam, vt in prædict. c. fraternitatis. & c. literæ. &
8 c. si per sortiarias. Item notat Vincentius, quòd † omne maleficium præsumitur perpetuum, & præcessisse matrimonium, vt in prædict. c. laudabilem. & in Authent. de nupt. §. per occasionem. QVAESTIO. Quid autem si vir dicat se impeditum seu maleficiatum, mulier autem dicat se cognitam, vel econuersò, quid erit? Respondeo: cautum esse videtur, quòd credatur dicto viri, vt 33. quæst. 1. c. si quis acceperit. de hoc dicas, vt notaui suprà eodem. in illo libello quando maior cum minore contraxit, & eam dicitur cognouisse. Vnde mulier cõtra maritum sic ligatum, seu maleficiatũ concipiat
talem libellum † LIBELLVS. Coram vobis &c. Berta 9
mulier proponit, quòd cùm ipsa cũ Titio viro suo contraxerit per verba de præsenti, & sit ita frigidus ligatus seu maleficiatus, quod non potest illa facere, propter quæ illum accepit: vndè cùm velit esse mater, & filios procreare: petit ab ipso separari, & dari sibi licentiam cum alio contrahendi. Quòd sic rectè concipiatur libellus, probatur extrà, de frigid. & maleficia. c. accepisti. & c. literæ. & 33. quæstio. 1. de his. Econtrà maritus concipiet libellum in hunc modum. † LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit Titius, quòd cùm ipse cum Berta muliere matrimonium contraxerit per verba de præsenti, & ipsa non sit idonea ad viriles amplexus, vel quia ita arcta est, quòd nulli potest carnaliter commisceri: vel quia naturale sibi deest instrumentum: vel quia cùm ipse Titius sit homo magis carnis, vel magnum habeat instrumentum, ita quòd nunquàm ab eo possit deflorari seu cognosci, vel ita habeat maximum gladium, quòd in vaginam tam arctam intrare non potest: vnde cùm velit pater fieri, & filios procreare, petit ab ea separari, & dari sibi licentiam cum alia contrahendi. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit decret. extr. de frigid. & maleficia. c. fraternitatis. Adeò quòd si mulier illa quæ separatur a primo, contrahat cum secundo, a quo fuit cognita, & sic per continuum & frequentem vsum secundi, sit reddita habilis, quòd posset esse apta primo, quem cum maximo instrumento cum asinino vel equino dimisit, sibi non reddatur, vt in fin. decret. illius. Si autem vir vel mulier per triennium simul steterunt, & ita sit maleficiatus ille vir, quòd cum illa rem habere non potest sed cum alijs sic: sicut nunc scio de multis, concipiet mulier sic libellum. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit Berta mulier, quòd cùm ipsa contraxisset matrimonium cum Titio per verba de præsenti, & secũ per triennium cohabitasset, & adhuc permaneat incorrupta, eò quòd vir eius non habet potentiam coëundi, petit cum eo diuortium celebrari, & dari sibi licentiam contrahendi: cùm velit esse mater, & filios procreare. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit decret. extr. de frigid. & malefic. c. literæ. Econuersò maritus concipiet sic libellum. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit Titius, quòd cùm ipse Titius contraxit matrimonium cum Berta per verba de præsenti, & sit ita ligatus quantum ad eam, quòd nullo modo eam cognoscere potest: cùm secum iam per triennium cohabitauerit: petit cum ea diuortiũ celebrari & sibi dari licentiam cum alia contrahendi, cùm velit esse pater, & filios procreare. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit decret. extrà, de frigid. & malefic. c. literæ. Hæc omnia attende & considera in laicis. In clericis autem ista frigiditas, seu ligamen, seu maleficium locum non habet, nũquàm enim vidi aliquem clericum super hoc conquerentem: imò vltra quàm credi posset, potentes sunt in opere & sermone. Vnde cùm Dominus Rogerius bonæ memoriæ de Sancto Seuerino, Archiepiscopus meus Beneuentanus, dum semel quidam laicus venisset coram eo, & diceret se ligatum ita quòd nõ posset vxorem suam cognoscere, fecit venire suum Barberium, & clericam magnam seu coronam illi laico fieri fecit: & sic laicus in nocte vxorem suam cognouit cum gratiarum actionibus: & cum maximo xenio ad Archiepiscopum rediit, & dum ab eo quæreretur ratio (quia physicus erat) vnde posset hoc contingere. ipse ludendo respõdit, laici habent capillos in capite vertice, vnde fumositas exalere non potest, & sic pori constringuntur, quod in clericis non est: quia habent maximam aream. vnde nulla fumositas retinetur. & ideò sic de facto contingit.

De

De decimo impedimento, propter publicam honestatem.

1 *Honestatis publica impedimentum matrimonium contractum dirimit, & contrahendum impedit.*
2 *Libelli formula super publica honestatis impedimento.*

DECIMVM impedimentum occurrit quod est
propter publicam honestatem: puta, si sunt in-
ter aliquos contracta sponsalia, non poterit po-
steà cum aliqua consanguinea prioris sponsæ, seu con-
sanguineo prioris sponsi matrimonium contrahere: †
2 vnde istud impedimentum matrimonium contrahen-
dum impedit, & etiam contractum dissoluit: vt extrà.
de sponsa. c. iuuenis. vbi etiam matrimonium non te-
nuit, quia cum minori septennio matrimonium fuit cō
tractum; & tamen cum ipsius puellæ consanguinea ma
trimonium non contraxit. idem habet extrà. eodem ti-
tu. c. sponsam. vnde potest concipere mulier sic libel-
lum. LIBELLVS. †Coram vobis &c. proponit Berta quòd
2 cùm Titius cum ipsa contraxerit sponsalia, ipsa dimis-
sa cum Titia sua consanguinea vel consobrina contra-
xit matrimonium: quare petit cum prædicta Titia di-
uortium celebrari: & cum ipsa Berta matrimonium cō
summari, & ad hoc per vos ipsum compelli. quòd sic
rectè concipiatur libellus, dicit canon prædictus ex-
tra. de sponsal. iuuenis. & c. sponsam. De omnibus præ-
dictis decem impedimentis cōtinetur in his versibus.

Versus.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen honestas.
Hæc socianda vetant, connubia iuncta retractant.

De pluribus alijs impedimentis.

1 *Cognatio propter baptismum circa qua extendatur, & qua matrimonia contrahenda impediat, & qua contracta dissoluat.*
2 *Intellectus c. tua nos extrà de cognat. spiri.*
3 *Pater propter baptismum filij proprij non separatur à muliere, nec matrimonium dissoluitur.*
4 *Cognatio spiritualis per pœnitentiam inducitur.*
5 *Libelli super cognatione spirituali quomodò formentur.*
6 *Edictum de sponsalibus & matrimonijs prohibitorium est.*

SVNT & alia impedimenta similia, quæ & contra-
ctum matrimonium dissoluunt, & impediunt con
trahendum: puta, si contrahas matrimonium cum
1 illa quæ contingit te cognatione spirituali: puta, si vis
contrahere, & contraxisti cum illa quam leuasti de sa-
cro fonte, quæ est tibi loco filiæ per huiusmodi enim
nexus baptismatis Deo mediante ipsi Deo animæ ho-
minum copulatæ sunt: vt C. de nupt. l. si quis alumnam.
in fine. & 30. quæstion. 1. c. de eod. Idem est si quis con-
traxit, vel vult contrahere, cum commatre sua, & e-
conuersò. vt 30. quæstio. 1. c. de eo. & extrà. de cogn. spi-
rituali. c. Martinus. Item nec possum contrahere cum
commatre vxoris meæ præmortuæ, vt 30. quæstion. 1. c.
sciscitatus. Item si Titius habens vxorem baptizauerit
filium Seij: si moriatur Titius, nunquam vxor eius con-
trahet matrimonium cum Seio, quæ est commater sua,
licet ipsa non baptizauerit, sed maritus: vnde bapti-
sante marito, videtur & ipsa baptizare: cùm sint duo
in carne vna. vt extrà. de cogno spiritual. c. Martinus.
Item si sacerdos pater mulieris baptizauerit te, tu non
poteris contrahere cum illa muliere. vt extrà. de co-
gnos. spiritual. c. ea literis. imò matrimonium cum ea
contractum dissoluitur, vt ibi. QVÆSTIO. Sed illud
quæritur: pone, quòd ego baptizaui filium tuum, pote-
rit ne iste filius contrahere matrimonium cum aliqua
filiarum mearum, vel aliquis de filijs vel filiabus meis
poterit ne cōtrahere matrimonium cum filijs & filia-
bus tuis illo excepto? Respon. omnes filij mei & tui, &
filiæ meæ & tuæ possunt inter se matrimonium copula
re excepta illa sola persona, per quam compatres sunt
effecti, siue illi filij & filiæ sint nati ante compaternita-
te vel post. vt 30. quæstio. 3. c. super quibus. & extra de
cog. spiritu. c. super eod. OPPOSITIO. Sed opponitur
de quadam decre. extrà eodem titul. c. tua nos. nam ibi
dicitur quòd filius natus ante compaternitatem, non 2
potest filiam compatris sui patris, aut commatris ma-
tris suæ matrimonialiter copulare: imò matrimoni-
um contractum dissoluitur: & qui sciunt, debent illud
ecclesiæ nunciare. Respondeo, quòd ibi dicitur non
potest filiam &c. intellige de illa filia per quam con-
tracta est compaternitas, vt in prædictis c. cum alijs e-
nim potest bene contrahere, cum nulla sit spiritualis
cognatio inter eos. QVÆSTIO. Item quæritur † sicut 3
de facto vidi, mulier quædam vel ex simplicitate, vel
quia timebat ve maritus faceret sibi fieri compatrem
aliquem vicinum, quem domina diligebat: vel habe-
bat odio maritellum, & volebat ab eo separari: bapti-
zauit filium ex communi matrimonio natum. nunquid
illud matrimonium separabitur? certè non, vt dicit de
cret. extrà. de cognation. spirituali. c. si vir. QVÆSTIO.
Item quæritur quæ sit ratio quare prohibeatur matri-
monium contrahi inter filium baptizatum & alios?
Respondeo, propter cognationem spiritualem contra-
ctam inter eos: & inducunt simile. nam sicut iure ciuili
adoptio impedit matrimonium, vt dicunt venerandæ
leges Romanæ sic multa fortiùs vinculum spirituale:
vt 30. quæstion. 3. c. ita diligere. & C. de nupt. l. si quis a-
lumnam. QVÆSTIO. Sed quæritur quare inter me ba-
ptizantem & matrem baptizati prohibetur matrimo-
nium contrahi: vel inter me & illam quæ est comma-
ter vxoris meæ, vt superiùs dixi. nam inter nos nulla
videtur cognatio spiritualis cōtracta, nec aliqua alia.
quare ergo prohibetur vt aliquis accipiat duas com-
matres, vnam post aliam, vt 30. quæstion. 3. c. sciscitatus.
Respondeo. quidam dicunt propter publicæ honesta-
tis iustitiam, quòd non credo. Vnde illa est ratio, quia
ex quo per baptismum baptizatus est aliquis à me, fit
meus filius spiritualis, & sic contracta est compater-
nitas inter me & illum: si ergo mihi est filius, ergo non
possum matrem eius cognoscere. ratio cum videatur in-
ter me & ipsum parentela contracta, de iure sum con-
sanguineus matris suæ, vt sicut cum ipso non possem
contrahere matrimonium, ita nec cum matre sua. Si-
cut ergo interdicitur matrimonium inter baptizan-
tem & baptisatum. & inter compatrem & commatrem
sic interdicitur simplex fornicatio inter sacerdotem
& suam filiam spiritualem, quæ confitetur sibi pecca-
ta, sicut enim per baptismum, † ita & per pœnitentiam 4
spiritualis cognatio inducitur. vnde maxima pœna
imponitur. Quòd si est Episcopus viginti annis pœni-
teat: si est sacerdos quindecim annis & deponatur, &
per illos ibunt peregrinando, & posteà monasterium
intrent, & stabunt ibi toto tempore vitæ suæ. mulier
autem quæ passa fuit se cognosci, omnia bona sua det
pauperibus & ipsa dum vixerit, monasterium intret.
hæc probantur 30. quæstion. 1. c. omnes. & c. si quis sa-
cerdos. & c. non debet. Caueant ergo ibi sacerdotes,
qui tota die cum parochianis suis confiliantur. Vnde
pro tali impedimento concipiet actor sic libellum. † 5
LIBELLVS. Coram vobis & cæt. proponit Titius con-
tra Bertam, quòd cum pater ipsius Titij ipsam Bertam
de sacro fonte leuauit: vel econuersò pater Bertæ ip-
sum Titium leuauerit de sacro fonte: petit matrimo-
nium cum ea contractum dissolui quòd sic rectè con-
cipiatur libellus. dicunt iura extrà. de cognat. spiri-
tua. c. 1. & 30. quæstione 3. c. super quibus. Eodem mo-
do concipies libellum cum commatre, vt dicas sic. LI-
BELLVS. Coram vobis &c. proponit Titius contra Ber-
tam, quòd cum ipse baptizauerit filium eius, vel econ-
uersò: & cum ea matrimonium contraxerit, petit ma-
trimonium contractum dissolui. quòd sic rectè conci-
piatur libellus, dicūt iura prædicta. OPPOSITIO. Sed cō
tra prędictā responsionem opponitur. quare ego bapti
sans prohibeor contrahere cū matre baptizati, quæ est

mea commater? hoc dixi, propter quandam parentelā spiritualem contractam: si ita est, ergo non possum contrahere ego baptizaos cum sorore baptizati, quòd falsum est. Item adhuc quæritur quare baptizatus oonpo test contrahere cum omnibus filijs baptizantis siue natis ante compaternitatem siue post, vt sup ctius dixi. Et respondetur quòd propter hoc: quia omoibus est cognatus spiritualis. Sed nunquid cum sorore baptizantis vel cum matre vel cum alijs consanguineis potest
6 contrahere? certè potest, † quia non inuenio in iure prohibitum. nam edictum. nam edictum de sponsalibus, & matrimonio, sicot edictum de testibus & de postulando. prohibitorium est; quia quicunque prohibetur, non admittitur. & omnia sunt à iure concessa, nisi inueniantur à iore prohibita, vt ff. ex quib. caus. ma. l. nec noo. & ff. de probat. l. ab ea parte. sed prædicta ratione considerata ab omniom illorum matrimooio debuit, & debet abstinere cum eorum consangoioeus spiritualia videatur. Respoodeat qui potest.

De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ.

1 *Matrimonium contractum contra interdictum ecclesiæ, an teneat.*
2 *Multa fieri prohibentur, quæ facta valent & tollerantur.*
3 *Meritum non rigor iuris in dispensatione considera-tur.*
4 *Prohibitioni testatoris an & quando stetur.*
5 *Libellus super matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ qualiter formetur.*

CONTINGIT sæpe quòd Episcopus vel prælatus interdicit alicui ne contrahat matrimoniū, & interdictus seu prohibitus nihilominùs con-
1 trahit matrimonium: † quæritur & dubitatur adhuc hodie an matrimonium illud teneat, & quædam iura in parte ista videntur variare. quòd enim matrimonium sic contractum contra prohibitionem ecclesiæ non teneat sed contractum debeat separari, probatur extr. de sponsal. du. c. tua. & vbi matrimonium contrahitur contra interdictum ecclesiæ separatur, vt 35. quæst. 10. 3. contradicimus. Item matrimonium sic contractum separatur, ne mādatum prelati contemptibile videatur. extrà. de matrimo. contract. contr. interdict. eccles. c. literæ. & est simile in nūnciatione noui operis, quia opus nouum factum post nunciationem destruitur, etiam si iustè quis ædificet ne auctoritas prætoris videatur esse contempta, vt ff. de noui oper. nunciat. l. prætor. §. 1. & qui ædificat in loco publico contra prætoris imperium tenetur destruere, ne sit inane & derisorium prætoris imperium, vt ff. de iudi. l. si prætor. Item et si prohibente aliquo prælato opus nouum fieret. destruere tenetur opus nouum qui ædificat post prohibitionem, vt ff. ne quid in loco publico. l. fin. præceptum enim superioris non debet esse derisorium, vt ff. quòd vi aut clā. l. 1. §. 1. & §. quid si tu. & l. prohibere. & si post prohibitionem seu denunciationem factam ab eo qui habet iura cessa, si debitor soluat, illa solutio nullo modo liberat soluentem, vt C. de nonat. l. 3. Nam quicquid fit contra prohibitionem legislatoris, irritatur: sufficit enim prohibuisse, licèt non dicat irritum esse debere quod factum est, C. de leg. & consti. non dubium. Item cùm sit matrimonium contractum contra prohibitionem prelati videtur factum contra legem: nam siue testator siue contrahentes, siue lex prohibeat, ista paria sunt. C. de rebus ali. non alien. l. vltim. si ergo factum est contra legem debet dissolui, vt 10. dist. c. vides fili. Item quòd fit contra legem, pro infecto habetur, vt C. qui pro sua iurisdi. l. vn. & quod fit contra legem nō habet iuris firmitatem, vt extr. de test ib. c. in nomine domini. Econtra videtur, quòd matrimonium contractū teneat: non enim debet tātum bonum matrimonij propter solam prohibitionem impediri, sed cōtrahentes cō tra prohibitionem est alia iniungenda pœna. vt extrà. de matrim. contract. cont. interdict. eccles. c. ex literis. Item prohibetur contrahere matrimoniū illa quæ sancto & diuino cultui dedicata est: verū si nubat habeat damnationem, quia primam fidem irritam fecit. vt 27. distin. c. nupserit virgo. Item prohibetur seruus ad ordinē presbyterij promoueri: tamē si fuerit promotus, à sacerdotio non repellitur: & dignitas sacerdotalis sibi conseruatur: sed in hoc punitur: quia amittit pecu-
2 lium. vt 54. dist. c. ex antiquis. Et potest induci ad hoc totum illud: quòd multa † fieri non debent: facta tamen tollerantur & valent. & ff. de ferijs. l. 1. & extrà. de præben. c. cùm iamdudum. nam & sententia non debet ferri sub conditione, lata tamen tenet, vt ff quando appe. sit. l. 1. §. biduum. & argum. de inter. & relegat. l. relegatorum. §. ad tempus. Item iudex debet ferre sententiam certam, non sub alternatione. Insti. de acti. §. curare. tamen si prætor permittat tutori alienare vel obligare, tenet decretum, licèt de alio tantum debuerit dicere. vt ff. de reb. eor. qui sub tu. vel cu. sunt. l. si pupillorum. §. penulti. Vnde ad soluenda ista contrar[illegible], vt sat[illegible] hac quæstioni & quærentibus, omissis omnibus al[illegible] quæ circa ista notari cōsueuerūt distingue. Aut proh[illegible] o fit à iure, aut iudice: si à iure prohibetur aliquid [illegible] simpliciter, tunc non valet quod agitur: quia sufficit legislatori prohibuisse, vt C. de sacro sanct. eccles. l. nemo. & C. de legi. & constitu. l. non dubiū. vbi autem super prohibitione statuitur aliquid à iure vel irritando, vel concedendo tunc valet, vel non valet quod agitur, secundum quod concedit ius vel irritat. vt 27. distinct. c. si nupserit. ibi enim primò prohibet, & postea prohibitum concedit. & simile extrà. de matrimon. contract. contr. interdict. ecclesiæ. c. ex literis. Item irritatur quando simpliciter prohibitio procedit, & dicit irritari quando agitur. vt 35. quæst. 3. c. contradicimus. Nec opponas de maleficijs omnibus. nam illa sunt vel fiunt contra iura, quæ simpliciter prohibent maleficia committi ergo per vim sunt habenda, ac si facta non essent, & sic non punienda. Respondeo: nos loquimur de his prohibitis, quæ non prohibita à iure sortirentur effectum: sed in maleficijs alia ratio est prohibitionis. Item & super prohibitione maleficiorum, quia si comm[illegible]ttātur, ius pœnam imponit. Item nec opponas de turp[illegible] datis: quia non repetuntur turpitudine interueni[illegible]te ex parte dātis & ex parte vtriusque. Respondeo: ib[illegible] nō deficit ius sed persona: sed repetitur à fisco licèt no[illegible] à dante, vt ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. cum hic status. §. vltim. Item nec obijciatur de dispens[illegible]io-
3 ne. † nam ibi meritum & non iuris rigor consideratur. Item nec obijcias multa fieri non debent &c. Respondeo, illa non sunt prohibita, sed potiùs non admissa: imò ideò valent, quia post prohibitionem iura dissimulant & permittunt. Item nec obstat. 54. dist. c. [illegible] ex antiquis. quia istud contingit propter ordinis prærogatiuam. Si autem à iudice fiat prohibitio: aut fit cum causa aut sine causa. si cum causa: aut illa continet perpetuam causam prohibitionis, & tunc matrimonium irritatur & dissoluitur: aut temporalem, & tunc non dissoluitur. si autem sine causa fiat prohibitio: tunc matrimonium contractum tenet non obstante prohibitione, nisi fortè dicamus aliud in domino Papa simpliciter prohibente, quia non est qui dicat sibi, domine cur ita facis. & habet locum in eo illud, sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. quia quòd principi placet legis habet vigorem, vt Institut. de iure na. gen. & ciui. §. sed quòd principi. & omne verbum, maxime quantum ad personam eius, mandatum inducit, etiam si roget. Versus. Nam est rogare ducum species violenta iubendi: Et quasi nudato supplicat ense potēs. vt ff. quòd iussu. l. 1. hæc probantur extrà. de matrimon. contracto contr. inter. eccles. c. literæ. & capi. ex literis. & c. de muliere. 17. quæstion. 1. nos nouimus. & extra de sponsal. duo. capi. liceat. & capi. tua. similis distinctio
4 approbatur de iure ciuili. † nam si testator prohib[illegible]at in testamento rem alienari, si inueniatur causa, prohibitioni statur, aliter non, vt ff. de lega. 1. l. filius. §. diuus

Seue-

Seuerus. & ff. de lega. 2. l. vnum e a familia. & l. peto. §. fratre. & C. de secund. nupt. l. si quis p. ioris. Vnde libellum concipiet, sic, quando prohibitio facta fuit per prælatum, & continet prohibitio perpetuam causam pro-
5 hibendi. LIBELLVS. † Coram vobis, &c. proponit Titia contra Seium, quòd cum quæstio maritalis inter ipsam & dictum Seium penderet: & prohibitum sibi esset per episcopum, vt lite penddente matrimonium cum alia non contraheret, ipse de facto cum Berta matrimoniũ contraxit. quare petit per vos prædictum matrimoniũ irritari. Quòd sic rectè concipiatur libellus, probatur per decre. tua. extrà. de sponsa duorum. & per proxima iura similes possunt libelli notari.

De impedimento feriarum.

1 *Feria matrimonium contrahendum impediunt, contractum non soluunt.*

2 RESTAT vt de quodam impedimento videamus, † quòd impedit matrimonium cótrahendum, sed non dirimit iam contractum, putà prohibetur matrimonium solennizari certis diebus puta à septuagesima vsque ad octauas Penthecostes: vt extrà, de ferijs. c. capellanus. ista prohibitio licèt fiat per interdictum ecclesiæ, non tamen est ita violenta sicut superior: & intelligas sanè prohiberi nuptias his diebus, id est, festiuitates nuptiarum siue solennia, quæ in multis partibus cum maximis expensis & solennitatibus fiunt, & multi plus expendunt quam recipiunt in dotẽ. Et hoc ideò, quia cùm ante pascha oportet nos contemplationi vacare, non esset ratio quòd circa istas solennitates intendamus, post pascha verò vacare debemus præsentiæ Christi resurgẽtis, & suæ præsentiæ & præsentiæ Spiritus sancti: vnde tunc nõ debemus circa ista inutilia vacare. matrimonium autem simpliciter de plano non prohibetur, quòd solo consensu contrahitur, vt dicunt iura. & sic intelliguntur antiqui canones qui sunt. 33. quæsti. 4. c. non oportet. & c. non licèt. & c. nec vxorem. Idem etiam matrimonium prohibetur ab euentu domini vsque ad epiphaniam, quòd non possit contrahi matrimonium: contractum tamen non dissoluitur, sicut dixi. Quòd autem dicitur de tribus septimanis ante festum Beati Ioannis Baptistæ similiter prohiberi ne fiat matrimonium, istud hodie non seruatur, imò corrigitur per decret. de fer. c. capellanus. hæc omnia leguntur 33. q. 4. non oportet. OPPOSITIO. Sed opponitur nos diximus, quòd tempus feriarum matrimonium contrahendum impedit, contractum tamen non dissoluit. contra videtur in prædicto canone, non oportet. nam primo prohibetur vt illis temporibus matrimonia non contrahantur, & si contracta fuerint, quòd separentur. Respondeo: separatur in foro pœnitentiali, hoc modo. quòd tempore tanto abstineant à carnis commixtione, quanto tempore contraxerunt infrà illos dies, & sic separantur non quò ad vinculum matrimonij, sed quantum ad carnis commixtionem. Super hoc impedimento non concipio libellum: quia matrimonium contractum non separatur.

De impedimento cognationis legalis, scilicet adoptionis.

1 *Cognatio legalis matrimonium contrahendum impedit, & contractum dissoluit.*
2 *Cognatio legalis diuersimodè contrahitur.*
3 *Cognatio legalis tandiu durat, quandiu adoptio*
4 *Libelli concipiendi modus super cognationis legalis impedimento.*

1 VLTIMVM impedimentum occurrit, † quòd impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit: scilicèt, adoptio. nam sicut cognatio spiritualis impedit, vt suprà dixi. sic & cognatio legalis. nam si qua per adoptionem tibi filia vel soror esse cœperit, inter te & ipsam nuptiæ consistere non possunt. vt extrà. de cog. leg. c. vno. & 30. quæst. 3. c. ita diligere, sed hic ita attende, quòd † ista legalis cognatio contrahitur diuerso modo: nam inter patrem adoptiuum & filiam adoptiuam sic contrahitur, vt non solũ durante adoptione, sed dissoluta, nuptiæ prohibeantur. Nec admitto quorundam errorem qui dicunt cum hodie non transeat in potestatem filia adoptiua, nisi quando datur auo materno vel paterno: vt Institut. de adop. ergo hodie matrimonium non prohibetur. non est verùm: quia licèt non transeat, nihilominùs tamen legalis cognatio contrahitur, sicut in filia spirituali & in alumna, quæ licèt non transeat in potestatem, matrimonia tamen prohibentur. & sic potestas non facit ad probibitionem matrimonij vel concessionem: licèt valeat ad alia, scilicet quo ad successionem: & maximè ad opponendam querelam, si inueniatur exhæredatus, vt C. de adoptionib. l. penultim. Inter personas autem ex linea transuersali descendentes licèt contrahatur, co-
gnatio legalis. † tamdiu durat quamdiu durat adoptio: 3
illa dissoluta posteà illud matrimonium de iure contrahitur, sicut hęc leguntur in prædicta decre. & Instit. de nupt. §. itaque. & ita quòd dicit in patre, hoc attende in avo. vt in prædi § & sic in linea transuersali, cessante causa cessat effectus. Causatum perimit causa perempta suum. vt 61. distin. c. in his omnibus. & ff. de ritu nuptia. l. adop. & ff. de adopti. l. in omni. extrà. de vo. & vo. redemp. c. magnæ. in fine. Concipies autem li-
bellum sic. LIBELLVS. † Coram vobis &c. proponit Ti- 4
tius contra Bertam, quòd cùm Sempronius pater suus ipsam adoptauerit sibi in filiam, & durante adoptione cum ipsa matrimonium contraxerit, petit tale matrimonium separari seu dirimi. quòd sic rectè libel. concipiatur, dicit prædicta decre. & Insti. de nupt.

De impedimentis quæ probantur iure ciuili non canonico.

1 *Tutor pupillam in vxorem habere potest.*
2 *Dignitas nulla matrimonium contrahere etiam cum vilissima persona probibet.*

SVNT quædam impedimẽta alia in iure ciuili, quæ à iure canonico non probantur: quia de illis nulla habetur ibi mentio. In matrimonijs enim & vsuris & in multis alijs ex toto sequimur iura poli & non iura fori. nam nostræ leges non dedignantur sacros canones imitari. vt in Authent. de ec. tit. & in Auth. quomodò oportet epi & extrà. de secun. nupt. c. cum secundum & de iudi. c. clerici. Ecce iure ciuili propter vtilitatem commodi pecuniarij matrimonium prohibetur contrahi inter pupillam & tutorem: pręsumitur enim quòd tutor malè tutelam administrauerit, & sic contracto matrimonio inter eos non reddat rationem villica-
tionis suæ. Hodie autem † iure canonico nec contrahẽ 1
dum prohibetur, nec contractum dirimitur: sed iure ciuili contrà. & hæc probantur C. de interdict. matrimon. inter pupil & tu. per totam rubricam. Item iure ciuili prohibetur contrahi matrimonium inter libertam & senatorem, & hoc propter nobilitatem senatoris. & propter vilitatem libertæ. vt C. de nupt. l. vxorẽ. & ff. de ritu nuptia. l. illud. & l. senatoris: sed iure cano-
nico & iure Authenticorum, nulla dignitas † prohibet 2
matrimonium contrahere cum vilissima persona: quia coram Deo non habet locum acceptio personarum. vt in Authent. vt liberti de extero. Item iure ciuili impeditur matrimonium infra tempora luctus, vel propter turbationem sanguinis, vt ff. de his qui no. infa. l. liberorum. vel quia præsumitur quod impudicè vixerit cum priore marito vt in Authen. de testi. & ea quæ parit in 11. mense. iure autem poli mulier statim ex quo soluta est à lege viri, in domino nubat cui voluerit & sine infamia. vt extrà. de second. nupt. c. super illa. & c. cùm secundum apo. Et sic de alijs impedimentis tractare non expedit, nisi tantum de prædictis quæ sunt iure canonico approbata.

PARS

PARS QVARTA.

De decimis & primitijs.

1 *Vlpianus Christianus.*
2 *Pomponij laus.*



QVIA tractatos de decimis & primitija vtilis est, & frequenter occurrit, & legistis penè est incognitus, quia in his nihil iure ciuili cauetur, præterquàm de illa decima, de qua
2 babea ff. de pollic. l. si quis rē. §. si decimam. & loquitur ibi de decima quā quis vouerat, & fortè Deo vel alij. †
1 nam cū lex illa sit Vlpiani, præsumo ipsum Christianū fuisse cū fuerit vltimus inter Iurisconf. Nam & Pompon. qui fuit valdè antiquus, ad cuius fidem recurrebāt omnes alij legialatores. vt ff. de proc. l. si procuratores. fuit tempore Tiberij sub quo natus est Christus. vt ff. de hæred. instit. l. si pater. & Martianus iurisconsultus dixit Deum immortalem esse, vt ff. ad leg. Iul. pecul. l. lege. & sic de decima aliquid tangitur in iure ciuili, quæ ex voluntate debetur: scilicèt, ex voto. Iure verò canonico tractatur de decimis quę debentur ex necessitate, sicut inferius exponemus. Inuenio etiam in iure ciuili tractatum de decima soluenda, scilicèt quantitatis in libello comprehensæ propter expensas, vt in Authent. de litig. & est posita C. de epi. & cle. generaliter. ideò de hac materia diligenter videamus. Et primò quid sit decima seu primitiæ. Qualiter diuidantur decimæ seu quot sint species. Cui & de quibus rebus dandæ sint. Item qualiter danda sit decima. Item qua actione decimæ petantur. Item an decimis fiot expensæ deducēdæ.

Quid sit decima.

1 *Decima diffinitio.*
2 *Seruus domino quærit, iustè quæsita solùm.*
3 *Eleemosina de iustè quæsitis fieri debent.*
4 *Meretrix an de meretricio decimam præstare teneatur.*
5 *Vsurarius: mercator: miles stipendiarius: potestas: rector: iudex: aduocatus: prælatus Iudæus & hu similes de malè quæsitis decimas soluere non tenentur, vt quæ restitioni subiaceant.*
6 *Decimas prædiales præstare vnumquenq; teneri.*
7 *Decima Deo debentur.*
8 *Denarius numerus perfectus.*
9 *Decima & primitiæ possessiones Dei dicuntur.*
10 *Decima quare sint inuenta.*
11 *Primitia quid.*

1 DECIMA † autem est omnium iustè acquisitorum pars Deo debita. vt extra. de decimis. c. ex trāsmissa. vel decimæ sunt egentium animarum tributa. vt 16. quæst. 1. c. decimæ. vtraque distinctio iuri est consona. Ideò enim in prima diffinitione ponitur, *omnium iustè acquisitorum*, quia sunt aliqua iniustè acquisita, illa tibi non quæruntur, nec in tuum dominium transeunt: imò oportet te restituere: quia vt dicit Augustinus. non dimittitur peccatum, nisi reddatur ablatum. vnde noluit dominus, cum sit verè dominus iustus & misericors, aliquam partem de malè acquisitis
2 habere, & hoc etiam in iure ciuili habetur simile: quicquid seruus acquirit, id domino quærit: subaudi, si iustè quærit: si autem iniustè, id domino non quærit, vt Institut. de his qui sui vel alieni iuris sunt, & ff. de acquirend. possessio. l. quòd seruus. In actione etiam pro socio, quæ est bonæ fidei, non veniunt ea quæ ex furto vel ex maleficio acquisita sunt, nec illorum partem socius quærit: quia delictorum turpis atque fœda communio est, vt ff. pro socio. l. quòd autem. Et hæc etiam
3 in eleemosina considerantur. † nam non est putanda eleemosina, si pauperibus erogetur, quæ ex illicitis rebus acquiritur: quia qui hac intentione malè accepit, vt bene dispenset, grauatur plus quàm meretur. hostiæ enim impiorum abominabiles sunt Deo: quia ex scelere offeruntur: quicquid enim in Dei sacrificio de scelere offertur, non placat Dei iracundiam, sed irritat. Vnde illud: honora Deum de tuis iustis laboribus. Vnde Salomon. Qui affert sacrificium de substantia pauperis, est quasi mactare filium in conspectu patris: apud Deum enim dolor exasperatur, quando sacrificium ex rapina tribuitur. hæc omnia leguntur. 1. quæst. 1. c. non est putanda. & argum. simile. 12. quæst 10. 2. c. illi autem. QVAESTIO. Sed quæritur de multis & primo de meretrice, † an debeat dare decimam de eo quod accipit de
4 meretricio? videtur quòd non, propter prędicta. & Isaias dicit, non accipias mercedem meretricis, nec pretium sanguinis Licèt quidam sacerdos acceperit à quadam domina decimam hoc modo, accessit quædam domina ad confessionem illius. dixitque sacerdos ei, quā dn agis cum marito tuo das vnquam decimam vel dedisti de actu. Respondet domina se nunquam dedisse. respondit sacerdos animam amisisti, sed pro toto tempore præterito remitto tibi pro septem vicibus: & ita sacerdos septies in die cognouit dominam: præcipiès, vt quemlibet decimum actum sibi pro decima reseruaret: domina à marito per nouem vices cognita est. cum autem esset exacta à marito ad decimam, respondit: istam non dabo vobis, sed dabo eam sacerdoti, quia sacerdoti debetur. & recitauit marito secundum quod de facto contigerat. maritus sagax celans turpitudinē vxoris, sacerdotem ab illa ecclesia sagaciter remouit. Econtra videtur, quòd debeat meretrix de meretricio suo præstare decimam. meretrix enim licèt turpiter faciat, quia meretrix est, non tamen turpiter recipit, cùm sit meretrix. vt ff. de condit. ob turpem cau. l. 3. præterea meretrici non debet delictum suum immunitatem tribuere, vt ff. de inter. & relega. §. vltim. Item non debet esse pœna in præmium. ff. solut. matri. l. si ab hostibus. Item non debet præmium concomitari, quē pœna sequi debet, vt C. libr. 10. de decurio. l. ne quis. Huic quæstioni Doctores iuris canonici respondent, quòd meretrix tenetur ad decimam de lucro meretricij: sed sacerdos non debet eam recipere, ne videatur impunitatem peccandi sibi præstare. sicut & quandoque oblationes aliquorum respuuntur ratione crimi- 5
nis. 90. dist. c. oblationes. & 17. quæst. 4. c. miror. QVAESTIO. † Quid de vsurario? Quid de inuasore? Quid de mercatore, qui omnes multa illicità quærunt? Quid de stipendiarijs militibus, qui aliquando præter stipendia multa multa illicita de prælijs acquirunt? Quid de potestatibus & rectoribus ciuitatum, iudicibus & aduocatis & prælatis, qui aliquando multa ex ipsorum officijs illicitè acquirunt, nunquid isti teneatur ad decimas? vel si tenentur: nunquid eorum decimæ eleemosinæ & primiciæ sunt recipiendæ? Idem etiam quæritur de Iudæis & maximè in Francia & Anglia, & in regno Siciliæ in quibus multa congregant ex vsuris. In omnibus istis Respondeo & dico, quòd non credo istos teneri ad decimas personales, de quibus decimis dicemus infrà. & de quibus opposuisti: nec sunt recipiendæ si offerantur, vt suprà dixi. Et si tu quæris quare illud est in meretrice quæ tenetur ad decimam? Respondeo ideo, quia mulier licèt sit meretrix, non tenetur restituere sic accepta, vt ff. de condictio. ob turpē. cau. l. 2. & ff. de donat. l. affectionis. In omnibus autem prædictis exemplis, cum illi qui receperunt, teneantur ad restitutionem, vel condictio. ob turpem causam, vel actione vi bon. raptor. vel l. Iulia. repe. vel teneantur crimine concussionis, vel lege Remia, vel actione in factum de calumniatoribus, vt dicitur speciales. rubricæ. ideò ad decimam non tenentur: non quòd eorum delictum eos excuset, sed quia sunt male acquisita, & restituenda sunt. † Decimas autem prædiales quilibet pessimus tenetur præstare, si diabolus etiam 6
haberet prædia ex illis prædijs decimas præstare teneretur. & hoc idem de Iudæo. vt extrà. de decim. c. capit. de terris. OPPOSITIO. Sed opponitur nonne scriptū est, quòd de malo acquisisti, in bonis operibus expende. & in euangelio dominus dicit: facite vobis amicos de

de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant
vos in æterna tabernacula. Respondeo, non contradi-
cunt: quia illud est consilium. vel ideò illud dicitur, nō
vt tibi proficiant: sed illi cuius fuerunt: vel dicitur il-
lud ad euitandam pœnam, non ad meritum gloriæ. Se-
quitur in diffinitione. *Portio Deo debita*. Sed quæ est
illa portio? Respondeo, ipsa decima. QVAESTIO. Sed
quæritur: quare decima? Respondeo: quia sic placuit
7 ipsi Deo: ita enim præcepit † Deus in Exodo in capite
22. decimas & primicias tuas non tardabis offerre. in li-
bro etiam Numeri legitur capite 18. Decimas & primi-
tias manuum vestrarum & vota offeretis mihi. & in
eod. libro legitur, in capite 13. Decimam partem sepa-
rabis de omnibus fructibus, qui nascentur in terra per
singulos annos & offeres mihi. Et sic in hac auctoritate
loquitur de decimis prædialibus. suprà vero in proxi-
ma auctoritate de decimis personalibus. Dicit etiam
Malachias Propheta. Inferes omoem decimam in hor-
reum meum, vt sit cibus in domo mea, vt 16. quæstio. 1.
reuertimini. & quæstio. 3. c. decimas. quasi in vsum. &
ideò dicitur portio Deo debita: quia ipse Deus vocat
illam partem suam, vt in prædicto c. reuertimini. ideò
Deo debita: quia quilibet tenetur ad decimam maxi-
mè prædialem, adeò quòd si non soluat, excommuni-
candus est. 16. quæstio. 3. omnes decimæ. & extrà. de de-
cim. cap. nuncios. & adeò compelluntur, quòd etiam si
appellatio interponatur, non recipiatur. vt extrà. eod.
c. tua nos. QVAESTIO. Si tu quæras quare decima pars
sit instituta, non octaua vel 12. Respondeo, quia sic pla-
cuit Deo: non enim omnium quæ à maioribus tradita
sunt, de facili ratio reddi potest. vt ff. de leg. & senatus-
consultum. l. omnium. multominus de Deo inuestigare
debemus: cum inuestigabiles sint viæ eius: quis enim
nouit sensus domini, aut quis eius consiliarius fuit:
fortè ego informatus præceptis salutaribus possem di-
cere, ideò decimam voluit habere dominus propter
decem præcepta decalogi, vbi sicut in decem honora-
uit: sic in decima voluit honorari. Item satis prouidit
humano generi, & satis fuit curialis & liberalis: vt cū
ipse det nobis omnia, si de suo vult retinere decimam.
Dicas mihi ò homo. ò Papa. ò Imperator. & ò tu qui
gloriaris in delicijs, quid de ventre matris apportasti:
quid de corpore exiens reportabis? certè nihil. Si ergo
dominus largus est, qui dat omnia tibi quare tu seruus
vis esse auarus, & sic hanc partem ratam moderatus
est Deus. sicut Iurisconsultus respondet quare in 17.
anno potest quilibet postulare, & non minori? respō-
det ipse legislator quia hanc ætatem moderatam ratus
est prætor. vt ff. de postulando. l. 1. §. 1. QVAESTIO. Item
si quæratur à te, quare quarta legis falcidiæ & quarta
Trebell. fuerint inductæ, & non tertia. & quare quarta
de bonis decurionum deducatur, & non tertia. vt C. li-
bro 10. quando & quibus quarta de bonis decurionum
debeatur. ad omnia respondeo quia sic placit legisla-
8 toribus. Vel aliter, † denarius numerus perfectus est:
vnde vt perfectionem significet, voluit habere deci-
mam. Item ideò dicitur decima Deo debita: quia
non ab homine, sed à Deo sunt institutæ decimæ: & i-
deò Deo debitæ dicuntur: quia quasi debita exiguntur,
vt extrà. de decim. c. parrochianos. & in prædictis cap.
reuertimini. & c. omnes decimæ. & adeò sunt debitæ,
quòd nisi soluantur, vt dictum est, compellantur per
excommunicationem. vt extrà, de decim. c. non est in
potestate. & c. peruenit. & c. nuncios. & c. ex parte. Et
propterea quia non soluuntur, indicuntur pestilentiæ
& fames: vnde & propter hoc & ipse Deus loquitur
per Malachiam Prophetam, dicens: Quia mihi non
reddidistis decimas & primitias, ideo in fame & pe-
nuria maledicti estis, vbertatem possessionum vestra-
rum & frugum abundantiam perdidistis. si autem de-
cimam dederitis, veniet vobis vbertas cœli, temperi-
es aeris, & fertilitas, nec sterilitas nec erugo aut locu-
sta veniet. hæc leguntur in prædicto c. reuertimini. &
sic debemus decimas pro bono nostro, vt bona conse-
quamur, & tot mala euitemus. sicut datur falcidia pro
vtilitate testatoris, vt Institut. ad leg. falcid. Item adeò
sunt debitæ quòd † decimæ & primitiæ dicuntur pos- 9
sessiones Dei, & qui eas detinent, inuasores Rei alienæ
censentur: non enim Deus premium postulat, sed ho-
norem. dignatur enim nobis totum dare, & dignatur à
nobis de illo toto decimam accipere, non sibi sed no-
bis proculdubio profuturam. nam dando decimas cœ-
lestia & terrena premia promeremur, sanitatem cor-
poris consequimur. Non dando autem pro auaricia
nostra benedictionem duplicem amittimus. primò
Dei, secūdò hominis: quia si decimam non dederis, ad
decimam deduceris, & dabis impio militi, quòd nolu-
isti soluere sacerdoti, & accipiet fiscus, quòd non ac-
cipit Christus: ex debito enim decimæ requiruntur.
hæc habes in prædicto c. reuertimini. & c. decimæ. &
c. causa. quæstio. 3. c. decimas. & æternæ damnationis
periculum imminet: ergo cùm ita sint, decimæ debitæ
male dicunt, qui prædicant, & dicunt decimas non es- 16
se præstandas. † Sequitur in secunda diffinitione, quòd
decimæ sint tributa egentium animarum, per hoc da-
tur intelligi quare decimæ sint inuentæ: vt scilicet ex
illis decimis pauperibus subueniatur. vt in prædicto
c. decimæ & in ead. causa. quæstio. 3. c. decimas. est & a-
lia ratio, quare decimæ fuerint inuentæ: scilicèt ad re-
cognitionem & signum vniuersalis dominij: vt cogno
scatur Deus creator esse cœli & terræ & omnium quæ
in eis sunt, & ab ipso fructus & cuncta bona terræ pro-
ueniunt, non à virtute terræ, & hoc est circa pater-
nos: quia neque qui rigat, neque qui plantat, est ali-
quid: sed qui incrementum dat Deus. vt in prædicto.
c. reuertimini. & extrà. de decim. c. tua nobis. & c. cum
non sit in homine. Et sic dicuntur tributa impropriè:
scilicèt, à tribuendo dicta: quia pauperibus tribuun-
tur. nam si essent verè tributa, admitteretur super his
appellatio. vt 2. quæstio. 6. §. quotiens. & l. eo casu. C. de
appellatio. Sed quidam dicunt, quòd in decimis potest
appellare grauatus, sicut in cæteris causis per decre. de
appellat. c. vt debitus. Sed contrarium credo per de-
cre. extrà. de decim. c. tua nobis. & est in fin. Item in tri-
butis non currit præscriptio, vt 16. quæst. 3. c. porrò. in
decimis autem currit præscriptio. vt extrà, de præscrip.
de quarta. & c. ad aures. † Primitia est prima particula
de iustè acquisitis Deo debita. ecce primum denarium
quem lucraris, da Deo. primum manipulum messium,
da Deo. sed quare hoc? propter illud vt tuum principi-
um sit in nomine domini: bene enim vniuersa gerun-
tur & competenter, si rei principium fiat decent & a-
mabile Deo. vt in Authenti. quomodo oportet Episco-
pos & clericos. collation. 1. §. 1. Et audi commodum &
consilium Salomoois. Honora fili dominium Deum tu-
um de decimis & primitijs frugum tuarum de tua sub-
stantia, vt replaentur horrea tua frumento, & vino tor-
cularia tua redundabunt.

De diuisione decimarum.

1. *Decimarum diuisio.*
2. *Decima que & quibus danda.*
3. *Baptismalis ecclesia que.*
4. *Munera personalia quo loco soluenda: Item & realia.*

DECIMAE diuiduntur, quòd † quædam sint præ- 1
diales, quædam personales. Personales sunt quæ
debentur ex illis bonis, quæ bona operis perso-
næ acquiruntur. Prædiales sunt quæ ex fructibus præ-
diorum acquiruntur, vel pensionibus domorum debē-
tur. vt extrà, de decim. c. ad apostolicæ, vt 16. quæst. 1. c.
decimæ. & quæst. 3. c. omnes. & extrà. de decim. c. de ter-
ris. & c. non est in potestate. & c. ex transmissa. & c. tua
nobis. Nunc videamus, † quibus decimæ sint dandæ, & 2
quæ decimæ. Et certè decimæ primò sunt datæ Leui-
tis. vt in libro Numeri. cap. 18. vbi dicitur: filijs au-
tem Leui dedi omnes decimas Ismahelis in possessione
pro ministerio suo, quo seruiant mihi. & hoc idem ex-
trà. de decim. c. 1. Alibi legitur, quòd Leuitis & sacer-
dotibus sint concedendæ, vt 16. quæstio. 1. c. decimas. &
capit. reuertimini. & quæstio. 3. cap. decimae. Hodiè
autem

autem sic seruatur, quòd omnibus clericis in ecclesia seruientibus decimæ dentur, sed non integraliter, sed aliqua particula; scilicèt, quarta: vt dicemus infrà qualiter decimæ diuidantur. Istis autem personis soluuntur decimæ. sed quæ decimæ? & certè personales pręstantur illi ecclesiæ semper in qua quis audit diuina per totum anni circulum, vt 16. quæst. 1. c. quæst. sunt. & extr. de decim. c. ad apostolicæ. & c. pręthereà & eatrà. de parrochus. c. vltim. Prædiales autem decimæ sunt dandæ parrochialibus ecclesijs & baptismalibus. vt 16. quæsti. 1. c. de decimis. & c. quæstio. & eatrà. de deci. c. cùm contingat. & c. cùm in tua. Sed licèt in canonibus prædictis antiquis videatur dicere de baptismalibus: tamen secundum decretales videtur, quòd de iure communi pertineant decimæ prædiales ad ecclesias parrochiales. vt in prædictis capitulis. Et sic omnes decimæ dantur parrochialibus ecclesijs. nam in parrochiali ecclesia quis audit diuina, & sic dat ibi decimas personales, vt dixi: dat etiam ibi prædiales, vt dictum est. Respondeo, non est semper ita, nam si proponis me alibi non esse præter quàm modò in parrochia mea, & ibi me audire diuina: verum est quòd opponis: sed potest esse, & frequentissimè de multis contingit, & maximè de Venetis, Ianuensibus & Pisanis & multis alijs, qui extra terras suas per multos annos morantur, in alijs partibus in quibus multa luctantur, & ibi soluunt. Si autem parrochianus in vno loco habeat terras, in alio domicilium, dabit decimam secundum loci consuetudinem, vt extrà, eodem titul. c. cum sint. si verò transit de vna parrochia ad aliam, tunc distinguit decret. eatrà. eod. titul. ad apostolice. OPPOSITIO. Sed opponitur per canones antiquos, scilicèt, per illud c. decimæ. & c. quæstio. in quibus dicitur, quòd baptismalibus ecclesijs sint prædiales decimę soluendæ. per illas autem decreta. cum contingat. & c. cum in tua. dicitur, quòd de iure communi prædiales decimæ parrochialibus ecclesijs sint soluendæ. Item in titul. de decim. c. dudum dicitur, quòd de iure communi ad episcopum pertineant. Item in prædicto c. quæstio. dicitur, quòd baptismalibus & parrochialibus sint soluendæ: quæ inra videntur inter se contraria. Respondeo, hoc teneo, quòd super parrochialibus ecclesijs dentur, quòd autem de baptismalibus dicitur, & de episcopo, intelli-
3 gas † baptismalem ecclesiam: scilicèt, matricem ecclesiam, cui & episcopo de decimis illis, quæ dantur ecclesiæ parrochiali, datur aliqua portio, secũdum quod infra de diuisione decimarum dicemus. Et inducuntur
4 bona similia de iure ciuili. nam † personalia munera soluit aliquis, vbi domicilium habet, vt ff. ad municipal, l. 1. & l. ordine. §. vltim. realia verò & patrimonialia soluit quis, vbi patrimonium est, vt C. libr. 10. de munerib. patrimon. l. munera. & l. patrimoniorum, & ff. de mune. & hono. l. 1. & 2. Item alij volunt soluere alio modo, vt personales semper dentur illi ecclesiæ vbi quis audit diuina: prædiales secundum loci consuetudinem, vt aliquando baptismali, aliquando parrochiali ecclesiæ debeantur, vt eatrà. de decim. c. ad apostolicæ. & c. nuncios. Quòd si non appareat consuetudo, serua tunc quòd diximus. Alij dicunt, quòd decimæ prædiales sint dandæ semper parrochiali ecclesiæ, vt dicunt iura prædicta. & 16. quæstion. 1. c. si quis Laicus: & eatrà. de decim. c. quoniam. nam & tributa prædiorum illi ciuitati soluuntur, vbi prædia sunt, vt ff. de censib. l. forma. personales verò diuiduntur inter baptismalem ecclesiam, & illam vbi quis audit diuina, vt 16. quæstio. 1. c. quæsti. QVAESTIO. Item quæritur: ecce sunt in villa vel ciuitate plures, & habet aliquis modò prædia eatrà villam vel ciuitatem in pertinentijs ciuitatis, vel villæ: de illis prædijs cui decimæ dabuntur ecclesię? Respondeo, dicunt quidam illas esse in dispositione Episcopi, vt eatra. de decim. c. quoniam. tunc enim dicunt decimas prædiales debere dari ecclesiæ parrochiali quando sunt prædia in parrochia illius ecclesiæ: verbi gratia, est vnica villa, quæ habet vnicam ecclesiam: illa villa habet certos terminos & fines: tũc omnes illæ decimæ quæ percipiuntur ex illis prædijs, illi ecclesiæ præstabuntur. Alij dicunt in hoc casu seruari consuetudinem: vt extrà. de decim. c. ad apostolicæ. Ego autem credo semper præstari debere ecclesiæ parrochiali in quæstione proposita, habito respectu ad domicilium illius, vbi inhabitati, qui decimas dare tenentur. Quid si sit domus in diuersis parrochijs: ecce sicut habeo, Beneuenti est aliqua ampla domus, pars illius domus est in vna parrochia, & alia pars in alia parrochia: domus est tamen vnica eo modo: quia de pluribus domibus facta est vna. Respondeo: dicunt quidam diuidendam decimam: alij dicunt non diuidendam secũdum modum. l. cum quidam duos. ff. de fund. instruct. vt illi ecclesiæ debeantur decimæ in cuius parrochia est pars domus, vbi opera facit inhabitator.

Quibus, & à quibus, & de quibus rebus decimæ sint dandæ.

1 *Decimas prædiales quotquot sunt hominum soluere tenentur: personales verò Christiani tantùm.*
2 *Decimas soluere priuilegiati non tenentur, & qui sint.*
3 *Monachi nigri & canonici regulares de omnibus possessionibus decimas pendere tenetur: nisi sint priuilegiati, vel præscriptione tuti.*
4 *Priuilegia de decimis non soluendis quomodo valeant.*

NVNC videamus quibus sint decimæ dandæ & à quibus, & de quibus rebus, & in quibus sint dãdæ, diximus suprà propè, quòd aliquãdo baptismali, aliquando parrochiali ecclesiæ, aliquãdo vbi audit quis diuina, dentur. Et an episcopo loci diocœsano sint soluendæ decimæ infrà dicemus, vbi tractabimus de diuisione decimarum. Videamus ergo à quibus decimæ sint soluendæ, & certè ab † omnibus de mundo, 2
qui Christiani sunt, decimæ omnes sunt soluendæ & personales & prædiales: prædiales verò simpliciter ab omnibus & etiam à Iudæis, personales non. vt extrà. de decim. c. de terris. cùm prædiales dentur in signum vniuersalis dominij. & quilibet etiam hæreticus recognoscat Deum esse. vt eatrà. de decim. c. tua nobis. nisi sint † priuilegiati: illi enim ad decimas non tenetur. 2
Sunt autem priuilegiati clerici: monachi: religiosi: hospitalarij: tẽplarij, & illi qui sunt de ordine Cisterciensi. Verum circa istos iura cononica vario modo loquuntur & contrario: quædam iura dicũnt, quòd monachi non solum suas decimas retinere, sed etiam ab alijs recipere possint. Alia verò iura dicunt, quòd monachi sicut & quilibet laicus decimas dare teneantur. ideò ad istorum noticiam notandum est, quòd monachi in primatiua ecclesia dabant decimas, sicut laicus de suis prædijs & laboribus, vt 16. quæstio. 1. alia est. & c. generaliter. & 12. quæsti. 2. c. duo. Posteà verò paschalis Papa & Gregor. II. in consilio Maguntinen. statuerunt, quòd nec monachi nec religiosi nec communiter viuentes decimas de suis laboribus & nutrimentis animalium soluant. vt eatrà. de decim. c. nouum genus. & 16. quæstio. 1. c. decimas. Tempore verò postea procedente licèt hoc priuilegium Cisterciensibus, Hospitalarijs & Templarijs tantum cõcessum fuerit ab Adriano: alijs tamen monachis & religiosis concessit decimas de noualibus suis, quæ suis manibus colunt, & de hortis & nutrimentis animalium illorum, vt eatrà. de decim. c. ea parte ecclesiæ. & c. licèt. & c. ad audientiam. & eundum Adrianum secutus est Alexander, & catholica ita tenet ecclesia. ergo dicendum est, quòd monachi alibi non debẽt dare decimas de possessionibus suis quas colunt proprijs manibus, per dicta capitula: nisi ea pacto vel ea transactione ad hoc teneantur. vt eatra. de decim. c. ea multiplici. vel nisi enormiter lędatur ecclesia, in cuius parrochia sunt prędia, vt eatrà. de deci. c. suggestum. & nisi eas soluentes renunciauerint priuilegio suo. vt eatrà. de priuil. c. si de terra. † Monachi verò nigri & canonici regulares de omnibus possessionibus

sessionibus decimas dare tenentur: nisi de noualibus
suis & nutrimentis animalium suorum & hortis, vt ex-
tra. de verbor. significat. c. quid per nouale. sed hoc ve-
rum est generaliter, nisi per dominum Papam sint pri-
uilegiati de non soluendis decimis, vt extrà. de deci. c.
ex parte. vel nisi præscriptione sint tuti. vt extrà. de præ
scrip. c. de quarta. & hæc omnia intelligas de his mona
chis, qui non regunt populum: cæterum si habeant po-
pulum, suscipere possunt decimas, tam prædiales quã
personales. vt extrà. de deci. c. dilectus. & c. suggestum.
de possessionibus verò post concilium domini Innocẽt.
3. acquisitis, omnes indifferenter decimas soluere tenẽ-
tur, etiam si proprijs eas colant manibus: nisi pactio seu
transactio, vel conuentio interuenerit, vt extrà. de de-
4 cim. c. nuper. QVAESTIO. Sed quæritur † quomodo va-
leat priuilegium alicui concessum de decimis non sol-
uendis, sicut templarijs & alijs, vt dixi suprà. & proba-
tur extrà. de priuile. c. si de terra. & c. dudum. & c. con-
sul. ego ostendo quòd hoc priuilegium nullum est. cer
tum est quòd par in parem non habet imperium, vt ff.
de arb. l. nam & magistratus, & ff. ad Trebell. ille à quo.
§. tempestiuum. & de elect. c. innotuit. multo minùs mi
nor in maiorem, vt ff. de minorib. l. minor autem magi-
stratus. nam nec minor maioris potest iudicium abijce
re, nec eius diffinitionibus derogare: imò inferior se-
des, iudicium superioris agnoscit, vt 21. distinct. c. infe-
rior. & potioris gradus iudicibus competens reueren-
tia ab inferioribus tribuitur, vt C. de offic. rector. pro-
uin. l. potioris. sed dare decimas, est diuinæ legis præ-
ceptum, vt suprà dixi, vt 16. q. 1. c. reuertimini. & c. deci-
mæ. ergo Papa contra hoc dispensare non potest, vt 16.
quæst. 1. c. quòd ad perpetuam. & 8. distinct. c. quæ con-
tra mores. & c. optimum est. Respond. dici potest quòd
dominus Papa non dat priuilegiũ non dandi decimas,
nec dare posset: sed concedit ius solùm administrandi
pauperibus, & necessaria eis retinẽdi: quòd ius pro-
priè proprium est sacerdotum, vt 16. quæstio. 7. c. deci-
mas, & hoc priuilegium in nullo est contra ius diuinũ:
si autem aliena decimas eis dare posset hoc modo, vt
5 16. quæst. 1. c. quoniam quicquid. ergo multò † fortiùs po
test eis concedere, vt proprias retineant: & sic eodem
modo potest concedere laico, vt retentis necessarijs,
residuum contribuat in vsus pauperum. Vel dic, quòd
dispensare potest dominus Papa contra ius naturale,
remittendo alicui decimas specialiter: non autem face
re potest constitutionem generalem, vt omninò tollat
ius naturale, seu illud præceptum quia ius naturale si-
ue præceptum immutabile est: vnde in simul indiuidu-
is non potest tolli omninò, sed in quibusdam remitti
potest. sicut ius naturale quo omnes homines sunt li-
beri, in quibusdam immutatum est. & hoc dicit Lau-
rentius.

De quibus rebus decimæ sint dandæ.

1 *Decimæ quibus de rebus soluendæ sint. & nu. 6.*
2 *Nouale quid dicatur.*
3 *Clerici decimas soluere an hodie teneantur.*
4 *Priuilegia secundum temporum varietatem variantur.*
5 *Priuilegium varijs modis amittitur.*
6 *Decimæ de omnibus dandæ sunt.*

NVNC videamus de quibus rebus decimæ sint dã
1 dæ. † & certè generaliter dico, quòd de omnib[us]
iustè acquisitis, vt suprà eodem tit. dixi. & de o-
mnibus prædijs suis proprijs. & de omnibus reditibus,
etiamsi ad firmam quis conduxit & habuit in emphy-
teusim, vel conduxerit à domino ad nõ modicum tem-
pus: siue percipiat vt colonus partiarius, seu nummis,
& etiam de omnibus terris, licèt in eis fuerit domi-
nus, & postea redigantur ad cultum. vt extrà. de decim.
c. commissum. & c. nuncios. & c. dilecti. & c. ex parte. I-
tem de pascuis, si pascua redigantur ad cultum. vt ex-
trà. de decim. c. commissum. Item de apibus & omni
fructu. vt extra. eodem titulo. c. nuncios. Item de noua-
libus. vt extra. eod. tit. c. ad audientiam. & c. quoniam.
2 † nouale dicitur terra de nouo ad cultum redacta, de
qua datur decima secundum distinctionem decret. ex-
trà. de verbor. significatio. c. quid per nouale: vel dici-
tur nouale secundùm iura ciuilia, terra quæ anno ces-
sat, vt ff. de verbor. significatio. l. silua. §. nouale. vel di-
citur nouale quando extirpatur silua, & fit terra labo-
ratoria, vt ff. de rerum. amot. l. vltim. & ff. de peti. hæred.
l. vtiles. in hac significatione ponitur in Osea Prophe-
ta, qui dicit: seminate & facite vobis nouale non su-
per spinas. Item de diuersis seminibus si seminentur,
de omnibus decimæ dandæ sunt. OPPOSITIO. Sed op-
ponitur: videtur quòd † clerici teneantur hodie solue- 3
re decimas. & hoc probatur his rationibus. Certum est
quòd Cistercienses, Hospitalarij, templarij habent pri
uilegium de decimis non soluendis, vt dictum est: ergo
si clerici habent hoc de iure communi, nullum est eo-
rum priuilegium; quia nullum priuilegium, quòd nul
la parte sua comparet, vt ff. ad municipa. l. 1. argument.
ff. de legat. 1. l. si quando. Item videtur expressum per ca
nonem, quòd clericus tenetur ad decim. 16. quæst. 1. c.
si quis laicus. sed dicit Vincentius quòd illud capitu-
lum loquitur de clericis coniugatis, vel de prædijs pa-
trimonialibus clericorum, positis in parrochia alie-
na: vnde illi ecclesiæ soluet decimas. Vel loquitur quã-
do clericus vendit prædium laico qui dabat decimas:
nec enim priuilegiũ quòd habet clericus ratione per-
sonæ transtulit in laicum. C. de priuileg. dot. l. vn. & ff.
de religios. l. sunt personæ. vnde transeunt in laicum
prædia cum suo onere, scilicèt decimarum. & sic dicit
clericum non teneri ad soluendas decimas. & si oppo-
nis de priuilegio istorum religiosorum: respondet ip-
se, quòd stultè fecerunt, quòd impetrauerunt tale pri-
uilegium: quia per hoc præiudicauerunt iuri suo com
muni. per decreta. extrà. de præscriptio. c. veniens. vel
quid ad me de priuilegio impetrato dicit ipse, cùm nõ
plus habent quàm habebant de iure communi: nam a-
liquando postulatur per priuilegium quòd habet quis
de iure communi, sicut priuilegium protectionis: vt so
lea plus timeri quòd speciali, quàm quòd generali
sponsione conceditur. 53. distinct. c. quamquàm. & lex
dicit. frustrà præcibus postulatur, quòd de iure commu
ni conceditur. C. de pe. bono. subla. l. prima. libr. 10. ar-
gum. C. de inofficio. testamen. l. si quando. & semper, si
possumus, debemus rescriptum principis trahere ad
ius commune. ff. de vulgat. & pupilla. substitut. l. ex fa-
cto. sed fortè non sic de priuilegijs quæ dicuntur leges
priuatæ. extrà. de verbor. signifi. c. abbate. argumẽ. ad i-
dem. C. de inoffic. testament. si quando. Et nota, quòd † 4
secundum temporum varietatem priuilegia variãtur.
extra. de decim. c. suggestum est. & c. ex multiplici. &
extrà de priuileg. c. si de terra. Sed contrà. 25. quæst. 1. c.
1. & 2. vbi dicitur, quòd priuilegium ecclesijs concessũ
perpetuum est & immutabile. Solutio, illud verum est
generaliter, quòd priuilegia immutabilia sint: sed in 5
quibusdam casibus amittitur priuilegium. Primò † per
abusum. 11. quæst. 3. c. priuilegium. 84. distin. c. vbi illa.
Secundò, propter delictum eorum. 55. quæst. 2. c. ita nos.
Tertiò, si negligit vti eo per decem annos. ff. de nundi.
l. 1. Quartò, propter contrarium factum. extrà. de pri-
uileg. c. si de terra. Quintò, cum notoria est & intolera
bilis læsio. vt extrà. de decim. c. suggestum. & extrà. de
verbor. signific. c. quid per nouale. & extrà. de deci c. ex
multiplici. † De omnibus dandæ sunt decimæ. vt extr. 6
eo. tit. c. ex parte. Item de ouibus vino, fructibus arbo-
rum, fœtubus pecorum, hortis, negociatione, militia,
de venatione, de omnibus bonis licitè acquisitis, de mo-
lendino ad ventum, de terris datis & receptis ad firmã.
Item de omnibus prouentibus. vt extra. eod. titul. c. tua
nobis. & c. non est in nostra. & c. ex transmissa. de omni
bus istis soluendæ sunt decimæ: nec potest laicus qui
eas tenetur soluere retinere: siue dicat volo retinere
sumptus, siue dicat, diuidere & partem dare volo ec-
clesiæ, & pauperibus partem: siue dicat nolo dare: quia
clerici qui eas comedunt, pessimi sunt. Certè nec sic re
tinere, nec aliter de eis disponere est laicis vlla attri-
buta facultas, nec etiam Regi, vt extrà, eo. tit. c. tua. & c.
à nobis. & c. dudum.

Qualiter decima sit danda.

1 *Decima danda est integraliter.*
2 *Decima quo loco soluenda sit, loci consuetudo attenditur.*
3 *Decima percipienda in prædio & sub percipientis vectura.*
4 *Decimæ quo tempore solui debeant, loci consuetudo attē ditur: quæ si non sit, statim & cum commoditate.*
5 *Mora vltima semper nocet.*
6 *Res fieri quàm citiùs dicitur, si non fit cum præcipiti festinatione, vel cum moratoria cunctatione.*

1 NVNC videamus qualiter decima sit danda, &
qualiter diuidenda. & certè danda est decima
integraliter, ita quòd de omnibus prędictis reti
nebit sibi nouem partes, & decimā partem dabit Deo,
id est, illis quib⁹ soluere debet. adeò integraliter, quòd
nihil detrahat neque sumptus, nec eapensas. eatrà. de
deci. c. pastoralis. nec portio seruientium siue mercena
riorum deducatur. vt eatrà. eod. c. cum homines. QVAE
STIO. Si tu quæras in quo loco decima sit soluenda, v-
trum in prædio vbi est area, an debeat ad ecclesiam de-
2 ferri per illum laboratorem, & cuius eapensis: Respon
deo: † in his consuetudinem loci attendimus. in multis
partibus illi qui debent recipere decimam vadunt ad
prædia, & ibi recipiunt, in alijs locis venit decima ad
domum, & de domo portatur ad ecclesiam, & eapensis
illius qui dat. argum. ff. de operis liber. suo. sed sic con-
3 sulo, quòd † in prædio percipiatur decima, & sub ve-
ctura percipientis: quòd vtilius erit ei, nec poterit de-
fraudari. & est argumentum ff. de oper. li. l. opere. l. ta-
4 men illa loquitur de operis incertis QVAESTIO. † Si tu
quæras infra quod tempus decimæ sint soluendæ? Re-
spondeo, similiter attendendam esse consuetudinem. si
autem non est consuetudo, soluendæ sunt decimæ cum
commoditate, quàm citius possunt, vt 16. quæst. 1. c. de-
cimæ. quòd qui non fecerit statim in mora esse intelli-
gitur, quare periculum ipsarum ad ipsum spectat, vt ff.
si cert. peta. l. quòd te. & ff. de vsur. l. sciendum. §. si quis
solutionis. & l. mora. & ff. de verbor. obligat. l. si seruū.
& l. mora. QVAESTIO. Quid si rusticus obtulit, & sacer-
dos recipere noluit: vel quid si sacerdos recipere vo-
5 luit, & rusticus dare noluit? Respondeo, † semper po-
sterior mora nocet. vt ff. de actionib. emp. l. si emptore.
& ff. de oper. noui nunciat. l. si prætor. §. penultimo. & ff.
quor legat. l. 1. & vltim. & ff. de pericul. & commun. rei
vend. l. illud. & ff. de vsur. l. debitor. & fortè in illo ca-
su quādo sacerdos recipere noluit, debuit rusticus cōsi
gnare & deponere, ad hoc vt à periculo liberetur. vt C.
de vsuris. l. acceptam. & credo solam oblationem suffi-
6 cere, vt C. de vsur. l. si per te. Si quæras † quòd sit illud
tempus quàm citiùs possum. Respondeo: non possum
exprimere: quia est considerandum quòd non debeat
facere cum præcipiti festinatione, nec cum moratoria
cunctatione, ff. de administrat. tutor. l. tutor qui reper-
torium.

De diuisione decimarum.

1 *Decima in quatuor partes diuiditur.*
2 *Decimarum quartam partem hodie Episcopi accipiunt.*
3 *Decimæ partem fabricæ, & pauperibus Episcopus accipiat si non sint œconomi, aut dispensatores.*
4 *Decimas laicus neque habere neq; possidere potest.*
5 *Decimæ an & quando permutari possint.*
6 *Transactio an possit fieri super decimis & nu. seq.*
7 *Transigere super crimine aliud est, aliud verò pacisci.*
8 *Transactio super beneficio an valeat.*

DECIMA verò soluta à quo debetur, & cui debe
1 tur, postea diuiditur. & fiunt inde quatuor par
tes. vnam retinebit sibi Episcopus: secundam da
bit clericis pro ipsorum officio: tertiam seruabit pro
fabrica ecclesiæ. Quartam dabit pauperibus, vt 12. q. 2.
c. concessio. & c. quatuor. & c. de redditibus. & c. cogno
uimus. Sed in parte ista canones varij videntur. nam
quidam canones dicunt Episcopum debere habere me
diam, vt 10. q. 1. c. antiquos. alibi legitur quod debet ha
bere tertiam partem, vt 10. q. 3. c. relatum. & c. priscis. &
c. vnio. & 16. q. 1. c. constitutum. alibi dicunt iura quòd
quarta sit concedenda, vt eatrà. de præscrip. c. de quar-
ta. & in prædicto c. quatuor. & c. cognouimus. Respon-
deo: dicunt quidam, quòd sacri canones loquuntur se-
cundum diuersas consuetudines. & hoc per decre. ex-
trà. de sepultu. c. certificari. & hoc verum est, licèt qui-
dam dicant, quòd illi canones loquuntur secundum
varietatem temporum: primò enim quando erat eccle-
sia pauperrima, recipiebat Episcopus medietatem, po-
stea quando facta fuit aliquantulum diues, recipiebat
tertiam: posteà quando ditior recipiebat quartam. sed 2
† hodie pro maiori parte per totum mundum quartam
partem recipiunt Episcopi de omnibus decimis. Et sic
intelliguntur prima decreta & secunda & tertia. de se
pult. quia determinantur per illam decretalem eatrà
eodem titulo. certificari. QVAESTIO. Sed quæritur, quis
recipiet quartam partem quæ debetur ecclesiæ fabri-
cæ. Item quis recipiet aliam partem quæ debetur pau- 3
peribus? Respondeo, † si non est in ecclesia ordinatus
dispensator, quòd Episcopus recipiet, qui habet legi-
timam administrationem. nam omnes Basilicæ in Epi-
scopi dispositione consistunt. vt 16. quæst. 7. c. omnes Ba
silicæ. & ad instar patris: quia pater est, vt C. de bo. ma.
l. 1. & ad instar tutoris & curatoris, vt C. de administr.
tut. l. lex. & l. seruus. & ad Trebellian. l. penultim. & ad
instar orphanotrophi. vt C. de Episco. & cleri. l. orpha-
notrophos. Consulo tamen & pro honore Episcopi, &
quia lex hoc vult, quòd ordinetur œconomus aliquis
per ipsum Episcopum cum tractatu capituli, qui sit
pauperum dispensator, vt C. de Episcop. & cleric. l. om
nes. §. hoc nihilominùs. & Ille quartam partem paupe-
ribus debitam, pauperibus dispensabit. Item ordinet
aliquem pro fabrica ecclesiæ fidelem, quia sæpè Epis-
copus propter aliqua quæ sibi imminent, à talibus ne-
gotijs auocatur, vt aliàs de principe legitur, C. de app.
l. præcipimus. sicut scio factum in pluribus cathedra-
libus ecclesijs: quia vocantur operarij. Sed licet sic hic
fiat diuisio decimarum, caue tibi prælate ne laico decē
mas concedas. † nam cum sit ius spirituale, in laicum 4
cadere non potest, nec habere potest, nec possidere: i-
mò viuens excommunicatur vt illas resignet, & mor-
tuo interdicitur ecclesiastica sepultura, vt eatrà, de de
cim. c. ad hæc. & cano. prohibemus. Item adeò est hoc
verum, quòd laicus de decimis non debet se intromit-
tere, quia cùm dominus Imperator nō potest aliquem
eximere à præstatione decimarum, nec potest alicui
concedere percipere decimas, vt eatrà. eod. titu. c. tua.
& c. dudum & extrà. de præbend. in c. lateranensi. imò
quicunque recipit ius decimarum seu obligationum,
per potestatem secularem, & qui tradit, & qui recipit,
raptor & sacrilegus iudicatur, vt extrà. de verbo. signi.
c. causa. Item caueat sibi prælatus, vt nec vendat deci-
mam, nec redimat: hoc enim symoniacum est: quia nec
vendi nec redimi possunt, vt extra. de symonia. c. quæ-
relam. QVAESTIO. † Sed nunquid permutari potest de- 5
cima? videtur quòd non. nam si prohibetur vendi: ergo
& permutari: cùm emptionis verbo, lex 12. tab. omnem
alienationem comprehendat. vt ff. de statu liber. l. sta-
tu liber. l. statuliberis. à cæteris respondeo, quòd per-
mutari potest ita, si detur pro ea aliquid spirituale. si
autem temporale, non valet, vt eatrà. de transact. statui
mus. & eatrà. de rer. permuta. c. ad quæstiones. † QVAE- 6
STIO. Item quæritur, an possit fieri transactio similiter
super decimis. videtur quòd sic. vt eatrà. de transactio.
c. statuimus. & eatrà. de decim. c. ex multiplici. & c. sug-
gestum. Sed contrà extrà. de transactio. c. constitutus.
& c. super & extrà. de præbend. c. nisi essent. Solutio
dicit H. quòd in talibus compositio potest fieri transa-
ctio verò non. vt extrà. de transactio. c. super eod. & est
ratio: quia trāsactio non procedit sine aliquo dato vel
retento, vel promisso, vt C. de transact. l. transactio. &
sic symonia committitur in transactione: in pactione
autem

7 autem cessat, cum sit gratuita. Et est simile, † confiteri
videtur crimen, qui paciscitur, id est, transigit pecunia
data, qui autem gratis paciscitur non videtur, confite-
ri, vt ff. de his notat infa. l. quoniam. & l. furti. §. qui pa-
ctus. Alanus dicit, quòd vbicumque potest interueni-
re permutatio & transactio. vnde sicut spiritualia pro
spiritualibus permutantur, vt extra. de rer. permuta. c.
ad quæstiones. ita & transigi potest si spirituale detur
vel remittatur pro spirituali. si enim spirituale detur
pro temporali vel econuersò, symonia est. vt in prædi-
cto c. ad quæstiones. in decre. enim illa de transa. statui
mus. & in alijs quæ pro parte illa allegantur, dabatur
aliquid spirituale pro decimis, vel rei litigiosæ fiebat
diuisio inter partes, aliàs commutationes præbenda-
rum seu dignitatum non debent fieri. quia speciem cõ-
tinent symoniæ. Item spiritualia cum temporalibus
non permutantur: vel econuersò. vt extra. de rer. per-
8 mu. c. quæsitum. & c. exhibita. † QVAESTIO. Sed num-
quid super beneficio valet transactio? certè non. etiam
si daretur aliud spirituale. & hoc ita si petatur tanquã
beneficium. vt extrà. de transact. c. super eod. si verò pe-
tatur tanquam proprietas, bene admittitur transactio.
putà, duo Episcopi litigant super ecclesia aliqua, vel
aliquibus: quia alter dicit eas sibi pertinere, alter ne-
gat: in tali casu admittatur transactio: quia admittitur
permutatio, dummodo nil temporale ab aliqua parte
præstetur: nisi propter possessiones alterius ecclesiæ,
quæ plus æstimantur, vt extrà. de rer. permu. c. ad quæ-
stiones.

Qua actione petantur decimæ.

1 *Decima qua actione peti debeant.*
2 *Pronomen, meum: tuum: suum: &c. actionem domino dãt.*
3 *Intellectus §. vlt. l. 2 ff. de pollicit.*
4 *Libelli quomodo concipiendi sint quando decima petun-
tur: siue per rei vendicationem: siue per confessoriam. siue
per canonem.*
5 *Aliud est aliquid esse suum, aliud debitum.*
6 *Decimas ecclesiæ rector vendicare potest.*
7 *Recti specie quandoq; decipimur.*

NVNC videamus qua actione petantur decimæ
ab illis, qui decimas dare tenentur? Respondeo,
1 † notauit Io. quòd petantur per actionem con-
fessoriam. est enim quædam seruitus ius præstandi de-
cimas, vt ff. si seruit. vendicar. l. 1. & l. loci, vel petuntur
decimæ rei vend. vt 16. q. 1. c. moderamine. vbi in fine di
citur, & decimas vendicent. in c. reuertimini. vbi ipse
Deus vocat decimas suam partem. & vbi vocat deci-
mas possessiones suas: si suæ sunt ergo vendicari pos-
sunt: quia meum est, cuius vendicandi ius habeo, vt ff.
2 de rei vendicat. l. si solum. ista † enim pronomina me-
um, tuum, suum, illius, istius, alterius, domino dant a-
ctionem, vt ff. ad Trebelli. si legatus. §. si quis bona sua.
& ff. de religios. & sumpt. fune. l. 1. §. 1. & ff. de legat. 3. l.
seruos autem suos. nam cum decimæ sint Deo debitæ,
vt suprà diximus: pro his habet vendicationem prçla-
tus. Nam ex solo contractu dominium ecclesiæ quæri-
tur, & sine traditione. vt C. de sacrosanct. eccle. l. vt in-
3 ter diuinum. & extrà. de consuetud. c. ex literis. Nec †
obstat ff. de pollicit. l. 2. §. vltimo. vbi dicitur, quòd nisi
decima sit segregata ab alijs, non desinat esse in bonis
prioris domini. Respondeo, illud est. dum decima de-
betur ex voto. hic autem loquitur de decimis debitis
ex iure & ex necessitate. Vel dic, quòd petantur deci-
mæ condictione ex canone illo. 16. quæsti. 1. c. modera-
mine. & c. reuertimini. & c. decimæ. argumentum. ff. de
condiction. ex leg. l. vnic. & hoc dicit Tancre. Vnde in
4 hoc casu concipiet actor libellum sic. † LIBELLVS.
Coram vobis venerande pater proponit Titius œco-
nomus talis Episcopi, quòd cùm Seius sit parrochianus
suæ matricis ecclesiæ, & ibi audiat diuina per anni cir-
culum, & ecclesiastica recipiat sacramenta, & sic ad
decimas persoluendas tàm prædiales quàm perso-
nales de iure teneatur: petit decimas tàm prædiales
quàm personales ab eo: cum ipsæ decimæ ipsi matrici
& parrochiali ecclesiæ iure dominij pertineant. & ad
hoc proponit rei vendicationem. Quòd sic rectè con-
cipiatur libellus secundum illos, qui dicunt rei vendi-
cationem pro decimis competere, probant dicti cano-
nes. c. moderamine. & c. reuertimini. Si autem prædia-
les vis petere concipies libellum sic. LIBELLVS. Coram
vobis &c. proponit Titius contra Seium, quòd cum ha-
beat prædia sua in parrochia ipsius ecclesiæ & ex eis
fructus perceperit, de quibus decimam ipsi Episcopo
non præstitit, sicut de iure præstare tenetur, quare pe-
tit ab ipso decimas ipsas: & ad hoc proponit rei vendi-
cationem. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicunt
prædicti canones. Si autem es in ea sententia, vt inten-
tetur confessoria, concipies sic libellum. LIBELLVS. Co
ram vobis &c. proponit Titius &c. nomine ipsius Epi-
scopi contra Seium, quòd cùm ius sit ipsi Episcopo re-
cipere decimas de prædijs Seij, quæ sunt in parrochia
ipsius ecclesiæ ab ipso Seio, sicut a suo parrochiano: id-
eò decimas illas ab eo petit, & ad hoc proponit actio-
nem in rem confessoriam. Quòd sic rectè concipiatur
libellus, dicunt iura prædicta, quæ dixi de confessoria.
Si autem vis intentare condictionem ex canone, dicas
sic. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit procurator
talis Episcopi, & petit nomine ipsius à tali parrochia-
no decimas tam prædiales quòd personales, ad quas si-
bi dandas de iure tenetur. & ad hoc proponit condi-
ctionem ex canone illo. 16. quæstio. 1. moderamine. & c.
reuertimini. Et sic nota, in libellis faciendis: vt si rei
vendi. vis intentare, non dicas in libello debitas, sicut
multi stulti faciunt: sed dicas, vt dixi, decimas Episco-
pi esse. † nam si esset debita, non esset sua: si sua, non es- 5
set sibi debita. vt ff. de actioni. & obligatio. l. obligatio-
num substantia. in alijs libellis serua quod dixi. OPPO-
SITIO. Sed omnibus libellis sic opponitur. siue inten-
tes rei vendicar. siue confessoriam, vtraque est in rem.
vt Institut. de action. in prima column. & ff. de rei ven-
di. l. 1. & ff. si serui. vendi. l. 1. si ergo sunt in rem ergo res
certa est petenda, & designanda in libello, vt ff. de rei
vendicat. l. si rem. hic autem incertum petitur: quia na-
scitur quæ decimæ petantur. Item etiam aliàs libellus
per se obscurus est quia decimæ petuntur, quæ non
sunt certæ nec re, nec spe, nec quantitate, vt ff. de ver-
bor. oblig. l. vbi autem non apparet. §. 1. & ff. si cert. pe-
tat. l. certum est. & sic generalitas facit petitionem ob-
scuram, vt ff. de iure fisci. l. ita fidei hæredis. Respond.
non est incertus lib. imò rem certam peto, videlicèt de
cimam pro indiuiso: & etiam peto istam decimam ex
certis rebus: putà, ex fructibus, qui sunt percepti, qui
certi sunt, & quò ad speciem, & quò ad quantitatem:
& alibi etiam habes hoc & plus, quando lego tibi v-
num de seruis meis: legatur tibi tunc incertus de cer-
tis: & valet tamen legatum, vt ff. famil. ercis. l. heredes.
§. si incerto. & hoc etiam idem in petitione hæredita-
tis, vt ff. si pars hæred. pe. l. 1. QVAESTIO. † Sed illud quç- 6
ritur: an rector alicuius ecclesiæ parrochialis valeat
decimas vendicare? si sumus modo in aliqua ecclesia in
cuius parrochia prædia sunt statuta. & videtur quòd
non: nam rector ecclesiæ non est dominus, sed procu-
rator. vt extrà. de donat. c. fraternitatem. ergo vendi-
care non potest. vt ff. de rei vendic. l. in rem actio. Item
cùm perceptio decimæ sit ius spirituale, ergo vendi-
cari non potest: vt in prędicta l. §. sacra loca. Ex alia par
te videtur, quòd debeat admitti. nam sicut suprà dixi,
parrochiali ecclesiæ prędiales decimæ & etiam aliquã
do personales debentur. si debentur: ergo possunt pe-
ti. & à quo melius quam à rectore ipsius ecclesiæ, qui
habet curam? vt extrà. de capel. monacho. c. 1. & extrà.
de præben. c. in Lateranensi. qui etiam videtur habere
legitimam administrationem. Respondeo: satis admit-
terem, quòd posset decimas petere saltẽ à laico rector
ecclesiæ, ad quem commodum & incommodum omni-
um illarum obuentionum & fructuum ecclesiæ perti-
net. nam si comparemus eum fructuario, rectè vendi-
cat, & agit confessoria, vt ff. de remiss. l. 1. ita tamẽ quod
intelligas vtili. directa enim cõfessoria agere non pos-

set, nisi esset dominus, vt ff. si serui. vendic. l. 1. in princi.
& l. 2. §. hæc actio. QVAESTIO. Sed quomodò dabitur
hæc actio insolidùm isti rectori, vel etiam Episcopo;
1 cùm decima sit diuidenda in quatuor partes, vt dixi su
prà. Respondeo, † deciperis amice specie recti. bene
credo istum rectorem à laico decimas insolidùm posse
petere? postquàm autem congregantur decimæ ab isto
rectore, posteà fit diuisio: & ex illis vna pars debetur
Episcopo: alia pauperibus: alia clericis: aliâ fabricę ec-
clesiæ: vt superiùs dixi. Episcopus tamen si ageret pro
illis decimis, fortè admitteretur in totum, licèt sibi
quarta pars debeatur: sed aliàs partes petet sicut dire-
ctus dominus, licèt rectori ecclesiæ & alijs tres partes
sint applicandæ. Nec admitto illud quod quidam vol-
uerunt dicere, quòd pro quarta agat Episcopus, & pro
alijs partibus agat rector ecclesiæ & œcooomus, quòd
non credo.

An expensæ sint deducendæ de decimis.

1 *Expensa de prædialibus decimis nullæ sunt deducendæ: de personalibus verò decimis expensæ necessariæ & vtiles deducendæ sunt.*
2 *Decimæ personales an prælato simoniaco præstari debeant.*
3 *Prælato petēti decimas, si obijciatur, quòd simoniacus sit, an repellendus sit.*
4 *Possessio improba possidenti titulum firmum non præstat.*
5 *Decimæ an possint infeudari laicis.*
6 *Decimæ gregis soluendæ sunt ei in cuius territorio grex pascit*
7 *Decimæ à laico præscribi non possunt: à clerico verò secus*
8 *Clericus si ipsas decimas debeat an præscribere eas possit.*

VLTIMO videamus an expensæ essent de deci-
mis deducendæ, id est, vt primò deducantur ex-
pensæ, & posteà ex fructibus decimæ persoluā-
1 tur. † Respondeo secundum iura canonica nulla expen
sa deducitur: neque seruientium: neque mercenario-
rum: neque bubulcorum: neque pro parte quæ debea-
tur domino terræ: neque etiam deducentur expensæ
quæcunque fuerint pro fructibus: vt in semine, & pro
arando, & seminando, & pro colligendis fructibus,
& est hæc ratio, sicut redditur in decre. extrà. de deci. c.
pastoralis. & c. tua nobis. & c. cùm homines. expensæ
autē necessariæ & vtiles de personalibus decimis sunt
deducendæ, & de omnibus prouentibus, qui prouenie-
unt ex negotiatione. & est ratio: quia in negotiationi-
bus operatur manus hominis, & studium, & sollicitu-
do. in fructibus autem operatur sola manus Dei: quia
neque qui rigat, neque qui plantat aliquid est: sed qui
incrementum dat Deus. vt in prædicta decre. c. pasto-
ralis. & c. cùm non sint. Est & alia ratio in fructibus. ad
hoc enim vt fructus proueniant, oportet vt semen mo
riatur, & sic si non moriatur ipsum solum manet, & a-
lius fructus prouenire non potest. in negotiatione au-
tem non moritur capitale: imò saluum manet, & sic re-
manet dominus ille qui primò fuit. in semine mortuo
non remanet dominus ille qui fuit: & quia mortuum,
& quia solo cessit. vnde per se non potest censeri sicut
in illa decretali. c. pastoralis. hæc ratio subtiliter col-
ligitur. & est argumentum ff. de verbor. significat. l. v-
suræ. Item non deducuntur tributa nec census, & sic de
cima sicut funeraria omnibus præfertur. vt extrà. de
decim. c. cùm non sit in homine. QVAESTIO. In vltimis
2 duo quæruntur: primò, an † teneor dare personales de-
cimas illi prelato, quem scio symoniacum: cùm ipse sit
ipso iure suspensus. vt 32. dist. §. verum. & extrà. de sy-
monia. c. si quis ordinauerit. & 1. quæst. 1. per totum. vbi
habes, quòd symoniacus hæreticus est. vt in illo c. quis
quis per pecuniam anathema sit. & illo c. quicumque.
Item hæreticus honoris amissione mulctatur. vt in illo
c. reperiuntur. Item clericus à proprio gradu decidat.
vt in illo c. si quis Episcopus. Item alienus est à sacerdo
tio. vt in illo c. qui per pecuniam. Item careat dignita-
te. vt in illo c. sanctorum patrum. Item peccat in spiri-
tum sanctum. vt in illo c. sanctorum patrum. & c. gratia
si non gratis datur. Item hæresis est simonia. vt in illo c.
qui studet. Item sacerdotes nō sunt nec esse possunt, vt
in illo c. quicumque. Item ordinatus taliter, id est, per
symoniam: ideò fit vt fiat hæreticus, vt in illo c. eum li-
queat. cum ergo decimæ dentur ratione officij diuini.
vt extrà. de dec. c. nouum. quomodò dabo illi qui nō po
test exercere diuinum offici. argum. ad idem. 16. quæst.
1. c. quæstione. Item quia nullus a symoniaco debet or-
dines recipere. vt extrà. de symonia. c. per tuas. Sed cre
dit Io. quòd quamdiu ab ecclesia toleratur, quòd pos-
sum ei soluere. nam multi tolerantur, vt Iudas. vt 2. q.
1. c. multi. nec enim soluūtur ratione diuini officij, sed
ratione ecclesiæ in signum vniuersalis dominij, vt su-
prà dixi in Iudæis. QVAESTIO. † Sed quid si prælatus 3
petat, & ego obijciam ei, quòd sit symoniacus: nūquid
debeo audiri? credo quòd sic: cùm hęc exceptio sit plus
quàm peremptoria: sicut exceptio falsi procuratoris,
vt ff. de Iudæis. l. licèt. & C. de procur. l. licèt. & assimi-
lari potest crimini læsæ maiestatis, in quo crimine quis
libet ipso iure damnatur, ex quo in mente concipit. vn
de nec solui ei potest, vt C. ad leg. Iuli. ma. c. quisquis.
& l. meminisse. & ff. de donatio. l. post contractum. vi-
di tamen in curia Romana aliter pronunciatum per
dominum Sinibaldum tituli Sancti Laurentij in Lici-
nia presbyterum Car. nam dum Episcopus Gallopoli-
tanus peteret ab abbate de victo, iura episcopalia, &
opposita ei fuisset prædicta exceptio à procuratore ab
batis, & vellet eam probare ipsum non admisit, à cuius
interlocutoria dum procurator abbatis appellasset, Pa
pa cum fratribus ipsum appellantem non admisit: imò
cum verecundia ipsum remouit, & his rationibus.
quia quamdiu ab ecclesia toleratur, non debet repelli:
imò ad omnia tanquam Episcopus debet admitti. vt 2.
quæst. 1. multi corriguntur. & 8. quæst. 4. c. nonne dire-
cta. & 6. quæstio. secunda. si tantum Episcopus. Præter-
eà contra electum confirmatum non admittitur quis
in modum exceptionis, sed in modum accusationis: er-
go multò fortiùs non debet excipi contra Episcopum
iam diu in episcopatu extantem: vt extrà. de accusa. c.
super his. sed durum videtur. sed quia lex animata pre-
cipit, licèt ita sit perquam durum: tamen tolerandum
est, vt aliàs in lege inanimata, vt ff qui & à quibus. l.
prospexit. nam video, quòd symoniacus in ordine est
ipso iure suspensus, vt extrà. de symon. c. si quis ordina
uerit. Item ille qui per symoniam ordinatur: peccat in
spiritum sanctum, vt suprà dixi. ergo non debet admit-
ti: quia non remittitur sibi nec hic nec in futuro. item
raptor est. item sacrilegus. item fur est & latro: quia nō
intrat per ostium in ouile. vt extrà. de verbor. signifi-
cat c. causa. Item nonne videtur necessarium, quòd so-
luantur sibi decimæ. quia est in possessione: & quia to-
leratur ab ecclesia. Respondeo toleratur: quia vsque
modo fuit eius peccatum occultum. sed si illud volo
facere manifestum, quare non sum audiendus: nam si
est fur, vt dictum est, ergo nō agit, cum sit odiosus. nam
fur furti non agit. vt ff de furt. l. quis vas. & C. deposi-
ti. l. 1. Item non prodest ei sola possessio: quia illa est im-
4 proba. † & improba possessio firmum titulum possidē-
ti non præstat, vt C. de acquir. poss. l. improba. & l. nec
ex vera. Item si aliquis agit vti possidetis, non prodest
ei possessio. quominus possit quis contra ipsum exci-
pere quod vi aut clam, seu precario possideat. vt C. v-
ti possidet. l. 1. & ff. vti possidet. l. 1. idem in interdicto
quod vi aut clam. vt ff. quòd vi aut clam. l. 1. Item si ali-
quis agat in causa liberali rectè excipiam contra ip-
sum, quòd sit seruus, vt C. de ordine cog. l. 1. & 2. & 3. I-
tem si quis petat bona alicuius defuncti, rectè excipi-
tur contra ipsum, quòd fuerit seruus. vt C. de pati. hæ-
redi.

redi.l.liber.Item si aliquis agat vt filius vel hæres, re-
ctè eacipio,non es filius:non es hæres,vt C.de interdi-
cto quor.bonor.l.1.& C.de codic.l.vltim. & ff.de petit.
hæred.l.1.& 3.& si aliqua accusat vt mater : rectè eaci-
pio,non es mater. C.qui accus.non posses.l.non ignor.
Item optimum argumen.ad istud C.ad leg.Iulia.de ad-
ulte.l.quoniam Aleaander. Sed inducitur argum.pro
sententia domini Papæ & domini Sinibaldi, extrà de
resti.spo.c.literas.nam propter possessionem quam ha-
buerit maritus,fit restitutio: licèt opponatur eaceptio
5 degradu indispensali. QVAESTIO. † Secundo quæri-
tur,an decimæ possint infeudari laicis vt habet consue
tudo Romana, & ferè totius orbis? videtur quòd non,
quia secundum vetus testam.decimæ debent esse cibus
Leuitarum qui seruiunt domino,vt 16.quæst.1.c.reuer-
timini : debent enim eis dari temporalia à quibus spi-
ritualia recipiuntur,vt eod.16.quæst.1.c.quæstio.& ea-
trà.de præscript.c.cum ex officij.præterea feudum trã
fit ad hæredem:donatio verò decimarum non.vt extrà.
de decim.c.ad hæc:ergo potest dici,quòd de iure spiri-
tuali laicis competere non possunt: quia laicus non po
test decimas possidere nec præscribere,vt eatrà.de prę
script.c.causam.Vel melius,decimæ debentur ecclesiæ
duplici iure.ratione diuini officij.vt 16.quæst.1.c.quę-
stio.& eatrà.de decim.c.nouum.& hoc ius percipien-
di decimas non cadit in laicum. Item debentur in sig-
num subiectionis & vniuersalis dominij, vt eatrà. de
decim.c.tua nobis.& 16.quæst.1.c.reuertimini.& c.de-
cimæ.hoc enim ius non est spirituale vt primum, imò
ciuile vel quasi:vnde cadere potest in laicum:& si non
quò ad ius, saltem quò ad fructuum perceptionem. &
illud ius possident laici in feudum, vt eatrà. de decim.
c.tua nobis. sed hoc credo verum in decimis antiquis
laicis concessis.De nouo tamen nullæ concedi possunt
decimæ in feudum,sicut nec alia feuda. vt eatrà de feu-
dis.c.1.eatrà.de ætate & qualitate. c.ea ratione, & hoc
6 dicit.QVAESTIO.Item quæritur:ecce † aliquis rusticus
Neapolitanus pascit gregem suum in territorio Bene-
uentano.gregis istius cui dandæ sunt decimæ?Respon-
deo:Archiepiscopo Beneuentano.argument. eatrà de
decim.c.cùm sint homines.& argument.ff. de seruitur.
rustic. prædi. l. pratoris, & C.de verbor.significat.l.a.
nam ex quo habet pascua ibi. habet & tuguriũ in quo
pastores se recipiunt ff. de seruitur. rustic. prædior. l.
veluti.si ergo habet ibi tugurium,habet & ibi domici-
lium,vt ff.de iudic. l.hæres absens.ergo tam iure domi-
cilij quàm iure prædiorum pascuorum,decimas gregis
Archiepiscopo Beneuentano dare debet, quòd verum
est,licèt sit argum.contra.16.quæst.1.quæstio.& 3.quæ-
sti.1.§.ea his.& extrà,de decim.c.ad apostolicæ.QVAE-
7 STIO. Illud vltimò quæritur, an † decimæ præscribi
possint?Respondeo:si quæras de laico, qui tenetur sol-
uere decimas,nullo tempore præscribit: quia cum lai-
cus decimas possidere non possit:ergo nec præscribere
potest:cum sine possessione præscriptio non procedat.
vt eatrà.de præscrip.c.causam. ff.de vsucap.l.sine pos-
sessione.& l.vsucapione. & sic laicus defendi non po-
test à solutione decimarum, licèt dicat se à longissimo
tempore non soluisse.Si verò sit clericus, qui decimas
possidere potest:& velit decimas alijs ecclesijs debitas
præscribere interueniente bonafide & titulo & 40.an.
quibus ipse illas decimas percepit, poterit illas præ-
scribere.aliàs sine titulo non præscriberet. vt eatrà,de
præscript. c. de quarta. & c. si diligenti. Nec obstat in
eod.titu.c.vigilan.titul.quia illud loquitur in malæ fi-
dei possessore & sine titu. alioquin contra. vt eatrà.eo-
dem.c.ad aures. QVAESTIO. † Quid si clericus debeat
8 ipsas decimas,& 40. annis non soluit, nec habeat titu-
lum:nunquid possit præscribere,cùm possit possidere?
Respondeo:non credo,quia titulo caret. in omni enim
præscriptione tria sunt necessaria: titulus, bona
fides,& continua possessio.vt C.de
vsucapio.transform.l.
vnica.

PARS QVINTA.

De iure patronatus.

1 *Iuris patronatus secundum ius ciuile diffinitio*
2 *Iuris patronatus secundum ius canonicum diffinitio.*
3 *Ius patronatus vnde paretur.*
4 *Ecclesiam construere vel fundare quis dicatur.*
5 *Ius patronatus ex refectione seu instauratione ecclesiæ nõ acquiritur.*
6 *Ius patronatus ex ecclesiæ dotatione quæritur.*
7 *Dotis nomine quid intelligatur : & quare quis ex dote ius patronatus consequatur.*
8 *Ius patronatus fundi ratione paratur.*
9 *Patrono ecclesiæ debentur honos, onus & vtilitas.*
10 *Ecclesia collegiata quæ intelligatur.*
11 *Consensus patroni in electione facienda in ecclesia colle-giata an requiratur.*
12 *Electio sine patroni consensu facta an valeat.*
13 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*

DE iure patronatus tractaturi : quia
nihil de hoc iure cautum in iure ci
uili inuenitur:ideò de hac materia
diligenter videamus. Verum est,
quòd iure ciuili tractatur de iure
patronatus, quòd habet patronus
in liberto, de quo loquitur specia-
lis rubrica,tàm in C. quam in ff. de
iure patrona. In iure autem canonico tractatur & tra-
ctare intendimus in præsenti rubrica de iure patrona.
quòd habet quis in ecclesia : & sic est alia materia &
prorsus diuersa. Vnde si velles subtiliter considerare,
vtraq; materia satis est consimilis quò ad multa. Et pri-
mò concordant ex diffinitione.nam iure ciuili diffini-
tur sic ius patronatus,† Ius patronatus est potestas iure 1
ciuili patrono concessa in persona liberti ad obedien-
tiam sibi præstandam propter beneficium manumissio
nis. hęc diffinitio colligitur, ff.de iure patronat.l.1.&
s.& ff.de offic.præfec. vr. l. 1. §.circa patronos.Iure ve-
rò canonico ius patronatus ita diffinitur. † Ius patro- 2
natus est potestas prouidendi ecclesiæ, proueniens ex
beneficijs ante consecrationem ecclesiæ collatis. sicut
hæc diffinitio colligitur ex his quæ inferius notantur.
Item secundo concordant quãtum ad honores, siue ad
emolumentum.nam patrono a liberto debentur alimẽ
ta & operæ obsequiales & fabriles,si fuerint impositæ:
& ipsi liberto ab intestato decedenti sine liberis succe-
dit patronus,vt ff.de liber.agnos.l.si quis à liberis.§.so
lent.& §.alimenta.& C.de oper.liber.l.1.& Institu. de
succes.libr. Hoc etiam video in patrono ecclesiastico.
nam honor debetur ei & vtilitas,& si venerit ad neces-
sitatem,quòd debent sibi necessaria ministrari, sicut in
frà dicemus. Item in tertio concordant:quia patrono
illa competunt pro beneficio manumissionis & liber-
tatis quàm à patrono consequitur libertus & patronus
iure canonico consequitur illa propter beneficia quæ
confert ecclesiæ,sicut infrà dicemus. Videamus ergo
quid sit ius patronatus. Ea quibus causis proueniat.
Quæ competant patrono. Qualiter transferatur ius pa-
tronatus. Infrà quòd tempus debeat præsentare patro-
nus.Item an possit variare patronus. Item quid fieri de
beat,quando plures sunt patroni,& est discordia inter
eos. Est autem ius patronatus potestas prouidendi ec-
clesiæ &c.sicut suprà diximus. ideò enim patronus cõ-
sequitur ius patronatus propter beneficia quę confert
ecclesiæ. alias cum ius patronatus sit spirituali anne-
xum laicus habere non potest,vt eatrà. de iure patro-
nat.c.de iure. † Ius autem patronatus prouenit ea tri- 3
bus,vel ea aliquo istorum trium. Purà si aliquis con-
struat ecclesiam, seu fundauerit. ea constructione e-
nim seu fundatione tali consequitur quis ius patrona-
tus.Item si aliquis dotauerit ecclesiam similiter conse-
quitur ius patronatus. Item si in solo alterius quis ec-
clesiam construaerit, dominus soli habet ius patrona-
tus.hæc probantur 16.quæsti.7.c.quicumque.& c.filijs

vel nepotibus.&c.decreuimus. & c.rationis. & c.Fri-
gentius.&c.piæmentis.& 18.quæst.1. c.abbatem & ex-
trà.de iur.patronat.c. nobis.& continentur illa tria in
illo versiculo. Versus.

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Videamus diligenter de singulis. Et primò de con-
4 struente. † Quæritur quis dicatur construens vel fun-
dator:& certe ille dicitur qui à principio, & de nouo
ecclesiam in nouo loco ædificat cum consensu Episco-
pi diocœsani: alioquin ecclesiam ædificare non posset.
vt extra. de iur.patronat. c. nobis.& in Authentic. vt
nullus fabric.orator. vel dom.præt. voluntat. Episcop.
colla.5.§.1.& extrà.de consecra.distinc.1.c.nemo. Quid
5 † autem si refecerit vel reparauerit domum vel eccle-
siam. nunquid ex hoc acquiritur ius patronatus? Respō
deo, non.& hoc per argumentum l. 2.§. vicinales. ff.ne
quid in loco publico fin.nam viæ vicinales quę ducunt
in vicos, & istæ sunt publicæ, etsi reficiantur ex colla-
tione priuatorum.argument.ad idem ff.de mor.infe.l.
5.§.vltim.qui enim reficit, non videtur nouum opus fa
cere, sed veteri remedium adhibere, vt ff.de no.oper.
nunciatio.l.1.§.si quis ædificium.& argument. ad idem
ff.de donat.inter virum & vxorem.l.si donatæ.§. fin. a-
liud est enim reficere, & longe aliud facere. vt ff.de iti-
nere actuque pri.l.2.§.vltim.licet sit argumē.contrà in
eo § circa principium, quia qui reficit, aliquid noui fa
cit. Item qui reficit sciens in alieno, de eo quod impen-
dit, locum non habet repetitio: vt Institu.de rerum di.
§.cum in suo.& C.de rei vendicat.l.domum. Item est e-
uidentior ratio quare ex refectione quis non consequa
tur ius patronatus, ecclesia enim refecta eadem cense-
tur cum prima, vt argumentum ff.quib.modus vsufru.
amitt.l. quid inde. §. nun tamen.& ff. de legat.1.l.si ita
legatum.§.si domum. vnde si censetur eadem, ergo non
putest ius patronatus in ea habere: quia ius patronatus
quædam seruitus est: & ea quæ diuini iuris sunt, non re
cipiunt seruitutem. vt ff.communia de seruitut.l.caue-
ri.& ea etiam quæ religiosa sunt facta neque vendi ne-
que obligari possunt prohibente iuris religione, vt C.
de relig.& sumpt.fu.l.inuito.& ff.de acquiren.possess.
l.qui vniuersas.& hoc etiam sentit Laurent. OPPOSI-
TIO. Sed oppones: ergo hac ratione qui à principio æ-
dificat, non potest habere ius patronatus. Respondeo,
non est verum: quia ab initio non est ecclesia, & ideò
ius patronatus possum acquirere. sicut patet ex verbis
positis suprà in diffinitione ex beneficijs ante conse-
crationem ecclesijs collatis: licèt autem ecclesia sit de-
structa, nihilominus locus sacer per manet, vt Instit.
de rerum diui. §. religiosum. & ff.de rerum diui. l.1.&
2. & l. 10 tantum. & ideò ius patronatus ex refectione
6 non acquiro. Sequitur de secūda causa, scilicèt, † quòd
ratione dotis consequatur quis ius patronatus, vt dixi-
7 mus suprà. Videamus ergo † quid intelligatur nomine
dotis, & quare ex hac causa quis consequatur ius pa-
tronatus. & certè ferè omnimodam similitudinem fa-
cio inter istam dotem dandam ecclesiæ, & dotem quæ
datur alicui mulieri. Nam dos constituta datur mulie-
ri secundum facultatem constituentis, scilicèt nobili-
tatem & qualitatem & conditionem mulieris & viri,
qui matrimonium debent contrahere, vt ff.de iure do-
tium. l. cùm post diuortium. §.gener a socero.& C.de
dotis promis.l.vlt.argum.ff.de admin.tu.l.cum plures.
eodem modo dos ecclesiæ constituitur. vt in Authen.
vt nul.fabri.ora.vel dom.sine vo.Episcopi.§.1.collatio.
5.& de consecra di.1.c.nemo. Item dos ideò constitui-
tur mulieri, vt maritus sustineat onera matrimonij: nō
enim debet quis proprijs stipendijs militare, vt extra.
de præscript.c.cum ex officij. & C. de iure dotium.l.
pro oneribus.& ff.de iure do.l.dotis fructus.inde enim
mulier sustentatur & alitur. vt C.qui po.in pignor.ha-
be.l.assiduis. & secundum quantitatem dotis debet ali
à marito. vt ff. so.ma.l.si cum dotem. ita etiam est de do
te ecclesiæ, vt talis dos constituatur, quæ sufficiat ad lu
minaria & ad stipendia custodum & ad custodiam, vt
in præ dicto c. nemo. & secundum illam dotem debent
posteà seruitores & clerici in illa ordinari. vt in Auth.
de mensura.or.clerico.collat.3. & dicemus de hac ma-
teria copiosius infrà, de præben. Dotem autem intelli-
go constitui in prædijs, domibus, possessionibus, & red
ditibus, sicut hodie habent ecclesiæ & in ornamentis
& paramentis. ratio autem summa fuit quòd ex hac
causa consequatur quis ius patronatus: quid enim va-
leret ecclesiam construi vel ædificari, nisi dos ecclesiæ
constitueretur, per quam vel ex qua clericus ecclesiæ
ministret: quomodò cantaret, si non manducaret? cer-
tè malè. Item nullus ad ecclesiam ipsam accederet, si a-
liquod emolumentum inde non haberet: hodie enim
videmus, quòd clerici semper ad quæstum tendunt: po
ne quòd sint duæ ecclesiæ ædificatæ in honorem beatæ
virginis vna habeat in redditibus c. marchas. alia 10.
certè vilipendent ecclesiam minoris redditus, nec ha-
bebitur ita circa sicut illa quę est maioris redditus. hoc
etiam in Episcopatibus contingit. Nunc de tertia cau-
sa videamus: scilicet, de fundo † propter quem quis cō 8
sequitur ius patronatus. & est ratio: si enim quis ratio-
ne ædificij consequitur ius patronatus, vt superius di-
ximus: multo fortius quis debet consequi ratione so-
li, sine quo ædificium esse non potest, cum sit pars di-
gnior, quæ totum trahit ad se. vt Institut.de rerum diu.
§ cum quis.& ff.de acquiren. rerum do.l.adeo.& C. de
rei vend.l.si inferiorem.& ff.de rei vend.l.si ager. §.so-
lum.& ff.de vsuca.l.eum qui ædes. adeò est hoc verum,
quòd si quis stipuletur solum sine superficie, nihil pro-
ficiat, quominus superficies transeat, quæ naturam soli
sequitur, vt ff de actio.& obligat.l.obligationum fere.
§.2. Videamus nunc de illis quæ patrono debentur. Et
nota, quod sicut tria faciunt patronum, vt superius di-
xi, ita tria † debentur patrono. scilicèt honor, onus, & 9
vtilitas. Honor quò ad præsentationem, & quantum
ad hoc vt prius in processione procedat: primus inter
alios in ecclesia sedeat: quòd reputatur etiam hodie
pro magno honore vbique terrarum, & maxime apud
Lombardos. De præsentatione autem sic attende, quod
si ecclesia illa non sit collegiata, sicut sunt cap[illegible]læ
tunc patronus ad regimen illius ecclesiæ aliquem ido-
neum præsentabit Episcopo. Si verò ecclesia sit colle-
giata, sicut monasteria, canonici regulares, & [illegible] e-
am ecclesiæ conuentuales: tunc patronus non int[illegible]rerit
electioni prælati faciendæ: sed iam factæ honest[illegible] pa-
troni postulatur assensus: nisi aliud de sua iuri[illegible]ctio-
ne obtinear, vt partes suas interponere debeat electio-
ni tractandæ, vt extra, de iure patronatus. c. nobis
QVAESTIO. Sed illud quæritur: quam intelligas [illegible]e- 10
clesiam collegiatam: Respondeo. fortè illam vbi [illegible]nt
duo vel tres. vt extrà.de elect. c. 1. sed non est verum d[e]
duobus, sed de tribus sic: tres enim faciunt colleg[iu]n,
vt ff.de verbor.significat.l.Neratius.duo etiam non fa-
ciunt turbam, vt ff.vi bonorum rapto.l.prætor ait. §.[illegible]
tres autem faciunt collegium: decem turbam. vt in prę
dicto §.prætor. quinque porci faciunt gregem, & de-
cem oues. vt ff. de abigeis. l.vltim. per duos tamen vel
per vnum collegium retinetur, si multi fuerin[t] in col-
legio, & omnes alij mortui sint, vt ff.quòd cu[illegible] v-
niuersi. l. sicut. §.vltim.& in hoc casu posset i[illegible]re[illegible]gi,
quòd legitur extrà.de elect.c.1.si ergo est collegiata ec
clesia, de iure cōmuni ele[c]tio ad ecclesiam, vel [a]d col-
legium pertinet.16.quæstio. vltim.c.vltim.& extra.de
consuetud.c.cum dilectus.& extrà.de iur. patronat. c.
nobis.extra.de elect. c.cum terra. si ergo electio perti-
net ad collegium, & patroni consensus non exigatur
in facienda electione, vt dixi, in iam facta quare exigi-
tur, cùm etiam si dissentiat vel consentiat nihil opere-
tur eius dissensus, vel consensus, si alias electio illa sit
canonica. vt extrà.de elect. c.cum terra. OPPOSITIO.
Sed videtur, quod † in electione facienda in ecclesia 11
collegiata consensus patroni requiratur, vt 18.quæstio.
2.c.abbatem. In monasterio volumus ordinari quē mo-
nacho[rum] electio & possessionis dominus, id est, pa-
tronus, in cuius solo constructum est monasterium, po
poscerit ordinari. Respondeo: patroni [c]on[se]nsus requi
ritur de vrbanitate, vel ad euitādum scandalum: vt pa-
tronus molestè non ferat: non tamen eius assensus est
necessa-

necessarius, vt si dissentiat patronus, quod aliquid de suo dissensu curemus: & ibi loquitur de consensu patroni, quoad confirmationem, non quoad electionem: & sunt similia in lege, ecce pater tutelam filiorũ consilio matris geri mandauit: nihilominus officium tutorum integrum erit, vt conueniat bonis viris salubre matris consilium sequi: tamen si videtur eis contrarium, possent illud consilium negligere, vt ff. de administrat. tut. l. pater tutelam. Et simile etiam habes extr. de arbit. cùm olim. vbi dicitur quòd ille qui debet rectorem eligere cum consilio familiæ, quod valet electio, siue discordet, siue concordet familia. OPPOSITIO.
12 Sed opponitur: pone † quòd consensus patroni nullo modo fuit requisitus, nec ante electionẽ, nec post nunquid valebit illa electio? videtur quòd non, vt ff. de admin. tut. l. Titium. sed ibi ideò eueuit, quia testator dixit irritum esse, quòd fieret sine ipsius consilio. Item videtur, quòd non valeat in tali casu electio, vt extr. de elect. c. cùm in veteri. vbi vitiatur electio, quæ debuit fieri cum consilio aliorum, si ipsorum non fuit requisitus assensus, licèt postea requiratur. sed ibi non poterat ad electionem procedi sine ipsorum consilio: hic autem proceditur sine assensu patroni, vt in prædict. c. nobis. QVAESTIO. Sed quid est quod dicitur in prædicta decret. nobis, nisi aliter de sua iurisdictione obtineat? Respondeo: quia forte est Episcopus, vel Abbas, vel alia persona ecclesiastica: quoniam laicus ad faciẽdam electionem nullo modo inuocandus est, vt extr. de elect. c. cum terra. Alij dicunt de sua iurisdictione specialiter sibi indulta, vt 16. q. 1. c. hinc est. non enim consuetudo illi suffragatur, vt extr. de præscript. c. cum olim. nam nec oblationes laicorum suo vsui applicare debent omni consuetudine remota, vt 10. quæst. 1. c. hanc consuetudinem. Vel aliter, nisi de sua iurisdictione &c. id est, vbi laicus patronus de consensu superioris ab initio hoc excepit, vt 18. quæst. 2. c. Eleuterius. sed primum magis placet Tancred. Sed vltimum magis videtur placere & concordare cum litera illius decre.
13 nobis. & habet simile: quia † contractus ex conuentione accipiunt legem, vt ff. deposit. l. 1. §. si conuenerit. & legem quam dixisti de rebus tuis, seruari conuenit, vt C. de pact. l. legem. & C. de condict. causa data. l. ea lege. & in Authent. de alien. & emphyt. §. 1 ncessimas, colla. 9. vbi res alienari prohibita, alienari non potest, nisi in redemptionem captiuorum.

Quem honorem debeat habere patronus in ecclesia.

1 Patronus primus in processione esse debet.

DE honore debito patrono hîc videndum nobis
1 incumbit. Vnde † quòd patronus sit primus in processione dicit canon. 16. quæstio. 7. c. piæ mentis. & c. [illegible] & extr. de iur. patron. c. nobis. habere enim primum locũ, magnus honor est, vnde & Pharisæi primos accubitus desiderabant in cœnis. & dicit Legislator. vt is gradus cæteros antecedat, quem stipendia longiora, vel largiora, vel labor prolixior fecerit anteire, vt C. de offi. magist. off. l. nemo.

De onere quod debet habere patronus pro ecclesia.

1 Patronus ecclesias defendere tenetur.

2 Patronus ecclesiam defendere impensis & sumptibus ipsius ecclesiæ tenetur

3 Patronus neque ecclesiam reficere, neque instaurare tenetur.

NVNC videamus de onere patroni, quod debet habere in ecclesia, & hoc de iure. nam vbi honor, ibi & onus, vt Instit. de [illegible] b. patro. in & C.
1 de fur. l. vltim. & certè nnus, qui patronus tenetur ecclesias ab omnibus defendere pro posse suo si potest: sin minus Episcopo vel iudici corrigenda denunciet: si verò Episcopus malè tractet ecclesiam, patronus Metropolitano denunciet: si verò Metropolitanus malè tractet illam ecclesiam, tunc auribus Regis insinuet. Sed hodie honestiùs & tutius est, quòd auribus Domini Papæ. hæc leguntur 16. quæst. 7. c. filijs ac nepotibus. Sed cuius expensis eam defendet? Respondeo: † certè expensis ecclesiæ: satis est enim si ipse patronus suam adhibeat diligentiam, & suum præstet ministerium. nam tutor debet pupillum defendere. sed expensis pupilli, vt ff. de administr. tuto. l. a tutoribus. procurator etiam debet defendere dominum expensis domini, vt ff. manda. l. idemque. §. idem Labeo. & l. si quis alicui. §. impendia. pater etiam defendit filium, & expensas facit de vsufructu quæsito per filium, vt C. de bon. mater. l. . & operas dabit libertus patrono sumptu & expensis patroni, vt ff. de oper. liber. l. operæ enim. & ar. ope. 12. quæstio. 2. c. caritatem. & nemo compellitur proprijs stipendijs militare, vt extra, de præscript. c. cùm ex officij. Nec obstat in eodem titul. l. suo. quia l. illa loquitur in operis incertis. † QVAESTIO. Sed nunquid alia onera respiciunt patronum: putà, reficere ecclesiam, saltem ad instar fructuarij, vt ff. de vsufruct. l. hactenus. Respondeo, non: imo vt ab omni releuetur onere, quarta pars decimarum ecclesiæ relinquitur, vt notaui in Rubrica superiori. 3

De vtilitate quæ debetur patrono ab ecclesia.

1 Patronus si vergit ad inopiam, ab ecclesia modestè alendus est. Idem de patrono a liberto.

2 Patronus solus, non patroni familia ab ecclesia alendus est.

3 Sabinus à discipulis sustentatus.

4 Marschbane pronunciatio patroni.

5 Patronus pauper antiquos & moderatos redditus ecclesiæ accipiet.

DE vtilitate quę debetur patrono ab ecclesia, nunc vltimò videamus. & certè hæc est vtilitas, quòd si patronus vergit ad inopiam, quòd est alen- 2
dus de bonis ecclesiæ, vt 16. quæst. . c. quicunque. & extra, de iure patronat. c. nobis. patronus à liberto, etiam si vergit ad inopiam, alendus est, vt supra in principio notaui. QVAESTIO. Sed quæritur: ponamus, quòd patronus est quidam nobilis, qui ita consueuit expedere, habet magnam familiam, est maximus commestor: hic patronus pauper est, & quærit sibi subueniri ab ecclesia, & petit largas expensas, petit carnes diebus singulis, excepto die Veneris: ecclesia modicas offert, & forte panem & caseum, quid erit? Respondeo: temperamentum est appositum, quod dicit prædicta decret. patrono egenti modestè succurratur, vt in prædicta decret. nobis. Sed quomodò intelligimus modestè? Respond. secundùm facultates ecclesiæ & personas. argu. 10. q. 3. cano. vlt. & optimam decret. vt [illegible] extra, de simonia. c. & quæstiones. & de cen. c. procurationes. & argum. & ff. de vsur. l. sed & si quid. §. mancip.orum. Alimenta etiam pupillo sunt constituẽda moderatè, vt C. vbi pup. edu. debe. l. 1. & 2. Nec mirum, si patronus egenus ab ecclesia sustentur: & de ipso intelligo, & non de 3
tota familia, aliàs quàm durum esset ecclesiæ. nam & magister propter paupertatem suam a scholaribus sustentatus: sicut † exemplum ponitur de Sabino, vt ff. de orig. 4
iur. l. 2. in vlt. colum. filia etiam, vxor, neptis, proneptis fructus diminuunt causa vescendi, quando non habent vnde se pascant, vt ff. vt in possess. legat. l. quæ legatorum. & argumen. ff. ex quibus causis in possess. eat. l. Fulcinius. §. penultim. Aliam etiam vtilitatem vidi præstari patronis in recognitionem iuris patronatus: puta, rector ecclesiæ in Pascha in Natali misit patrono duos bucellatos, vel vnum brachium de cereis, vel vnam tortam, vel aliquid tale: & hoc potiùs de consuetudine, quàm de iure: alia autem honoraria, & alias vtilitates non habebit patronus. Non ergò veniat ad ecclesiã patronus, vt dicat, volo me minuere in ecclesia, volo ibi recipere medicinã, vel volo habere duas

vel vnam albergariam: vel volo ibi habere canes me-
os & ancipites : ficut vidi in plerisque partibus hæc
requiri à patronis: sicut per totam † Marsichanam pro-
vinciam. & dicunt ista se habere debere ea longissima
consuetudine. certè ab omnibus istis abstinebit se pa-
tronos: nec proderit sibi consuetudo, etiam si dicat
hoc habere debeo: quia sum Aduocatus ecclesiæ: sicut
1 fit in Teutonia: antiquos tamen & moderatos reddi-
sus accipiet, vt extr. de iure patron. c. præterea. & 16. q.
7. c. piæ menti. & c. Frigentius. quæ omnia his versibus
continentur:

Patrono debetur honor, onus, vtilitasq́;
Præsentat, præsit, defendat, alatur egenus.

Qualiter & quibus causis transferatur ius patronatus.

1 *Ius patronatus ad quemlibet hæredem insolidum deue-*
nenit, & indiuisibile est.
2 *Aes alienum tam actiuè, quàm passiuè inter hæredes diui-*
ditur.
3 *Actiones indiuiduæ sunt.*
4 *Ecclesiæ conditio ex pluribus hæredibus patroni melior*
fit.
5 *Ius patronatus an donari possit. & num. 8.*
6 *Ius patronatus spirituale non est, sed spirituali anne-*
xum.
7 *Intellectus c. quod autem consulis, de iure patronat.*
extrà.
9 *Intellectus decret. ex insinuatione, de iur. patronat.*
10 *Ius patronatus donari potest, vendi autem non.*
11 *Ius patronatus permutari potest.*
12 *Ius patronatus transfertur cum vniuersitate.*

NVNC videamus, qualiter & quibus causis trans-
feratur ius patronatus : trãsfertur enim ea suc-
cessione, siue ex testamento, siue ab intestato, vt
5 extr. de iure patronat. c. 1. & 3. † & peruenit ad quem-
libet hæredem insolidum: sicut & quælibet alia iura,
sicut & ius patronatus indiuisibile est, vt ff. de seruit. l.
viæ itineris & actus. & l. pro parte. ff. si seruit. vendi.
l. loci. §. si fundus. & ff. famil. ercisc und. l. hæredes. §.
an ea stipulatio. licet enim sint hæredes ea inæquali-
bus portionibus: ius tamen patronatus penes quem-
libet insolidum est, vt ff. de oper. liber. l. vt iurisiuran-
di. & hoc etiam dicit decretalis, quòd ius patronatus
inter hæredes diuidi non debeat, vt extr. de iure patro-
nat. c. 1. OPPOSITIO. Sed opponitur de creditori-
bus & debitoribus: ecce si quis habens plures debito-
res seu creditores, decedat relictis pluribus hæredi-
2 bus, æs † alienum tam in actiua, quàm in passiua signi-
ficatione diuiditur inter hæredes, vt C. si cert. peta. l. 1.
Respondeo: ideò in actionibus illud contingit, prop-
ter illud quod debetur ea actionibus, quod diuiduum
est: scilicet, quantitas, & illa diuiditur: sed non intel-
3 ligas quòd actiones diuidantur: imò indiuiduæ sunt,
vt Instit. de reb. corpo. & incorp. & ff. de acquir. rer. do-
min. l. seruus. §. incorporales. & ff. de rei vendi. l. Pom-
ponio, in fin. & hoc apertè colligitur ex l. 2. ff. famil. er-
ciscun. & l. planè. & hoc etiam vide in seruitute vsus-
fructus: nam omnes seruitutes indiuiduæ sunt, præter
seruitutem vsusfructus, quæ seruitus est diuidua, quan-
tum ad perceptionem fructus: quantum autem ad ius,
seruitus indiuidua est, vt ff. ad legem Falcid. l. 1. §. si vsu-
fruct. & hoc dicit lex optimè ff. de vsu & habit. l. vsus
pars. Sic ergò contingit si sit vnus patronus, & moria-
tur relictis pluribus hæredibus, quòd omnes illi erunt
patroni & insolidum: & sic videbitur grauari ecclesia:
quia illis vergentibus ad inopiam, oportebit singulis
prouidere: item singulis oblationes mittere? Respon-
4 deo, non grauatur: † imò conditio ecclesiæ fit melior:
quia omnes defendent illam: & sic interest ecclesiæ
plures ad sui defensionem admitti, vt argu. ff. de damn.
infect. l. 2. In oblationibus autẽ mittendis, & de prouí-
sion e facienda tempore necessitatis, dico ecclesiã non
grauari: quia non plus dabit omnibus illis hæredibus,
nisi quantum esset datura illi testatori si viueret, cui
isti succedunt: sed licèt ius patronatus sit penes omnes
insolidum, quantum ad omnem eius effectum: quantũ
tamen ad præsentationem sacerdotis, penes omnes est:
ita quòd penes nullum est, sicut infrà in hoc eodẽ tra-
ctatu dicemus. Item trãsfertur ius patronatus per † do- 5
nationem, vt extrà de iure patronat. ex insinuatione.
& videtur quòd laicus laico donare possit, vt ibi. sed
contrà dicitur: nam videtur quòd laicus nedum laico,
imò nec ecclesiæ, monasterio vel collegio sine consen-
su Episcopi donare possit. & si donat sine consensu E-
piscopi, nihil agi videtur. quia pro non dato habe-
tur, quod ab illo datur, qui de iure dare non potest,
vt extrà, de iure patronat. c. quod autem consulis. &
c. cura. alibi dicitur, quòd laicus in laicum per ali-
quem contractum ius patronatus transferre non pos-
sit: imò omnes contractus, quos fecerunt & facient in
futurum, vim aliquam non habebunt, vt extrà, de iure
patronat. c. præterea. Respondeo: quidam intelligunt,
quòd laicus laico donare possit cum consensu Episco-
pi, aliàs non. & sic soluunt contraria. loco verò religi-
oso potest donare ius patronatus sine consensu Episco-
pi, vt extr. de iur. patron. c. illud. Nec obstat decret. in
eod. titu. nullus laicus. vbi dicitur, quòd nullus laicus
decimas, aut ecclesiam, aut quicquid iuris ecclesiastici
est, sine cõsensu sui Episcopi, monasterijs aut canoni-
cis cõferat. Sed respondeo: verum est, præterquam ius
patronatus, quod nõ est ecclesiastici iuris, nec spiritu- 6
alis: † sed est spirituali annexum, vt extr. de iur. patro. 7
c. de iure. Item non obstat decret. illa, † quòd autẽ con-
sulis. nam ibi laicus quod voluit, quod potuit: scilicet,
conferre ecclesiam: quia non est suum conferre, quod
potuit, scilicet conferre ius patronatus, noluit: & sic
locum habet decret. extr. de offi. & potest. iud. deleg. c.
cùm super Abbatia. & C. si quis alteri vel sibi. l. multũ.
in decret. enim illa, quòd autem. laicus loco religioso
ecclesiam contulit. & ideò concessio nulla: quia sine
consensu Episcopi facta fuit. & adde hic quod est circa
fin. illius decret. quòd autem. videlicet, quòd pro non
dato &c. † QVAESTIO. Sed nónne videtur tunc conce- 8
dere ius quod habet, scilicet, patronatus, arg. ff. de lega.
1. l. si domus. §. vlt. & ff. de contrah. emp. l. qui tabernas.
Alij aliter soluunt & dicunt, quòd sic in contractu do-
nationis, qui gratuitus est: non tamen in cõtractu ven-
ditionis: quia ille contractus omninò prohibetur, vt
extr. de iure patron. c. de iure. quia quando laicus lai-
co donat, aut fit conditio ecclesiæ deterior: putà, quia
primus patronus homo fidelis, potens & iustus, valens
ecclesiæ iura tueri, & diues: ille autem cui donatio fa-
cta est, homo infidelis, malitiosus, pauper, non valens
ecclesiarum iura tueri: in hoc casu dicunt, quòd dona-
re non possit sine consensu Episcopi. Si verò conditio
ecclesiæ fiat melior, ponendo exempla prædicta econ-
trà: tunc sine consensu Episcopi donare potest: & ita
volunt intelligere decret. illam, ex insinuatione, ar-
gumen. ff. si ex noxal. causa aga. l. 1. & ff. de alie. iur. mu.
causa. l. 1. 2. & 3. Tertium præcisè dicũt laicum laico si-
ne consensu Episcopi donare non posse. Nec obstat de-
cret. ex insinuatione: † quia ibi erant fratres duo, quo- 9
rum quilibet erat patronus insolidum: quia ius patro-
natus indiuiduum est, vt suprà dixi: vnde per donati-
onem fratris nihil ei accreuit, sed cessit fratri liberam
administrationem, vt possit solus præsentare. & hoc di-
cit Tancred. Primæ tamen solutiones sunt meliores.
Vincent. tamen admisit indistinctè laicum laico dona-
re posse: & sic glossauit super illa decret. illud. QVAE-
STIO. † Si quæras secundùm istos, qui dicunt posse 10
donari ius patronatus: quare non possit vendi, vt su-
prà dixi? Respondent ipsi: contractus donationis est
gratuitus: contractus verò venditionis non est gratui-
tus: & ideò ille admittitur, iste reprobatur: simile ha-
bes aliàs per Anastasium, à quo prohibentur nomina
vendi, donari tamẽ possunt, vt C. mand. l. per diuersas.
& l. ab Anastasio. & ratio est euidẽtior. nam ius patro-
natus est spirituali annexum, vt extr. de iudi. c. quanto.
& extr.

& extrà, de iu.patr.c.de iure. non debet ergò nummario pretio dehonestari, sicut in ciuili sapientia; quæ est res sanctissima: quæ pretio nummario nõ est dehonestanda, vt ff.de var.& extraord.cog.l.1. Item cùm sit spirituali annexum, non debet pro re temporali dari, vt extr.de rer.permut.c.exhibita. Item transfertur ius
11 † patronatus permutatione, ita vt si pro iure patronatus, quod est annexũ spirituali, aliquod spirituale detur: aliàs non, vt 16.q.6.c.nemini. QVAESTIO. Sed nunquid possit permutatio fieri inter laicos, vel cum ecclesia, repete omnia quæ diximus suprà in contractu donationis. & quòd permutatio posset fieri, præbet argu.
12 extr.de rer.permut c.ad quæstiones. † Item transfertur ius patronatus cum Vniuersitate, vt extr.de iu.par. c.ex literis.& extr.de sent.& re iudi.c.cùm Bertoldus. & extr.de iur.patro.c.cùm secundùm. Si ergò vendis omnia tua bona, transit illud ius patronatus cum illa Vniuersitate, licèt per se solummodo transire nõ posset. quædam enim cum Vniuersitate transeunt, quæ per se sola trãsire non possunt, vt in fundo dotali, vt ff.de acquir.poss.l.domum.& l.quædam. Et idem in loco sacro & religioso, vt ff.de contrah.empt.l.in modicis. Idem in fundo alienari à testatore prohibito, vt ff de leg.3.l. pater.§ si fundum. Idem de decurione prohibito conducere, vt ff.de decurin.l.decurio. ad idem optimũ argum.ff.mand.l si mandauero.§ Iulianus. ad idem ff.de actio.empt.& vendi.l.si mercedem.§ si cùm fundũ, arg. ad idem ff de vsucap.pro emp.l. § cùm Stichum.& C. de relig.& sumpt.funer. l.si sepulchrum. Vnde omnia prædicta continentur his versibus:

Ius patronatus transire facit nouus hæres:
Res permutata, donatio, venditioq;:

scilicet, vniuersitatis, vt dixi. Sic ergo consideratis prędictis, quot sunt hodie qui malè habẽt iura patronatus in ciuitate Beneuentana, & in multis alijs locis.

Infra quod tempus debeat patronus præsentare.

1 *Patronus quot menses ad præsentandum habeat.*
2 *Præbenda intra sex menses conferenda.*
3 *Electio in ecclesiæ cathedralibus intra tres menses facienda est.*
4 *Si quæstio sit super iure patronatus inter Episcopum & patronum, œconomus ab Episcopo constitui debet.*
5 *Contentio inter Episcopum & patronum super iure patronatus coram superiore, non coram Episcopo agitari debet.*
6 *Rex Angliæ super iure patronatus cognoscit.*
7 *Decretalium concordantia.*
8 *Tempus semper iudicatur cõtinuum, nisi vtile in iure reperiatur.*
9 *Tempus quandoque vtile, quandoque continuum*
10 *In præsentatione modus & conditio personæ attenditur.*

1 NVNC videamus infra quod tempus debeat pręsentare patronus. & certè † patronus infra sex menses, qui continui sunt, & computantur à tempore vacationis ecclesiæ debet præsentare: alioquin quantum ad illam vicem ius præsentãdi amittit: & de illa poterit Episcopus ordinare, vt extrà, de iure patron.c.eam te.& hæc vera sunt, quando nõ mouetur controuersia ipsi patrono, sed certum est ipsum esse patronum. Si autem moueatur ei quæstio, & alius dicat se patronum, & illum negat esse patronum: tunc quæstio illa terminanda est infra quatuor menses. & si terminabitur quæstio, ille præsentabit, qui per sententiam pronunciabitur esse patronus: si autem non fuerit quæstio terminata infra prædictum tempus, tunc Episcopus illius Ecclesiæ prouidebit, extra, de iur patronat.c.quoniam.& c.cùm propter discordias. sed si rectè considerantur omnes prædicti canones, qui loquuntur quando controuersia erat de iure patronatus, quomodò ergò intelligemus? Respondet Laurentius, & dicit, quòd hodie est tempus quatuor mensiũ, & potest esse: quia decret.illa, eam te. est Alexand.& posita fuit olim sub tit. de ætate & qualit. decret.autem illa, quoniam. est eiusdem Alex. sed est Concilium Lateranen. ergò dignior & maioris auctoritatis est illa decretal.cùm propter discordias.quæ est Domini Innocent. & sic vltima. vnde illi decret.eam te.derogat: & sic sunt hodie quatuor menses, sit cõtrouersia, vel non sit. & sic infra quatuor menses debet quæstio ista terminari, vt C.de ædifi pri.l.de oper.no.nuncia.& sic alibi ff.de excus.tut.l.quinquaginta. & sic quæstio iuris patronatus
2 terminari debet infra quatuor menses, seu præsentatio fieri debet, vt dictũ est. In præbenda † conferẽda statutum est tempus sex mensium, infra quod debeat cõferri: alioquin potestas cõferendi deuoluitur ad superiorem, vt extr. de cõcess.pręben.& eccles.non vac.c.nul
3 la † Electio autem in ecclesijs cathedralibus debet infra tres mẽses fieri: alioquin electio deuoluetur ad su-
4 periorem, vt extr.de elect.c.ne pro defectu. † Si verò sit contẽtio inter Episcopum & patronũ, quia Episcopus nõ vult admittere præsentatũ à patrono: quia reputat ipsum indignũ, vel quia nõ recognoscit ipsum patronum habere ius patronatus: credo tunc infra tempus prædictum quęstionem debere terminari, sed hoc cautum canonibus non inuenio, & ideò fortè tempus non potuit diffiniri à canone: quia quæstio illa tractabitur corã superiore, vnde medio tempore instituet ibi Episcopus œconomum, qui medio tempore fructus percipiat, & illos in vtilitatem ecclesiæ expendere, aut futuris personis fideliter seruare procuret, vt extr. de offi.
5 iudi.ord.c.cùm nos plerunq;. † QVAESTIO. Sed illud quæritur: corã quo vertetur ista quęstio: nũquid corã ipso Episcopo, vel superiore? Respondeo: coram superiore, ne illud sequeretur absurdũ, quòd in causa propria ecclesiæ esset aliquis iudex & pars, quod iura nolunt, vt C.ne quis in sua causa ius sibi dicat.l.vnic.& C. de assessor.l.vlt.& 23.q.4.c.inter querelas.nam & aliàs quotiens est contẽtio inter iudicem & litigatorẽ, quãdo recusatur iudex vt suspectus, cum ipso iudice arbitri eligũtur, qui de suspicione cognoscãt, vt ext.de appel.c.cum speciali.& hoc idẽ alibi corã superiore cum ipso Episcopo quidem contendã, qui me post appellationem excommunicauit, vt extr.de offi.c.deleg.c.cum cõtingat.aliàs si non cũ Episcopo erit quæstio, sed cum alio, coram Episcopo terminabitur, vt extra, de iudi.c.
6 quanto. Hæc vera sunt vbiq; terrarum, † preterquàm in Anglia, vbi de iure patronatus non audet quis tractare causam, nisi coram Rege, vel delegato ipsius. Vincent QVAESTIO Sed illud quæritur: an loquatur de sex mensibus, an de quatuor? si volumus dicere, quòd hodie sit tantùm tempus quatuor mensiũ quomodò posset sustineri quòd vtrumq; tempus saluemus? Respõ-
7 dent quidam ad hoc, quod vnumquodque tempus locum habeat, scilicet, sex mensiũ, necesse est, quòd tempus computetur à die vacationis: & quatuor mensium tempus computetur à die moræ cõtrouersiæ. sic & alibi quatuor menses sunt statuti ex die nominationis ad finiendas excusationum causas, quando tuto quis nominatur: ad cõtestandas causas excusationum habet quis 50.dies, vt ff.de excusati.tut.l 50.dies. QVAESTIO. Item quæritur: de quocunque tempore loquaris, sex mensium, vel quatuor, an sit continuum, vel an
8 sit vtile? Respondeo, continuum: cùm nõ inueniam ipsum vtile. semper enim iudicabo ipsum tempus continuum, nisi in iure inueniatur vtile. si ergò est continuum: ergò ignoranti currit, & connumerantur dies feriati, & non feriati. in vtili autem tempore totum diuersum: quia non cedit nisi scienti, & non numerantur dies feriati, sed illi tantùm, in quibus habui copiam prætoris, vt ff.de his qui notan.infam. l.genero. & ff.de diuers.& tempo.præscrip.l.1.& ff quis ord.in bonor.poss.seruet.l.in bonorum. si ergò ita est, hoc sequitur absurdum, quòd ignorabo prælatum mortuũ, & sic ecclesiam vacare, & mihi currit tempus, cùm nõ sim negligens: nec etiam est quod mihi debeat imputari.Ro-

ri. Resp. præceptis salutaribus moniti audemus dicere in iure Canonico, quòd istud tempus sex mensium siue quatuor, licèt sit continuum, tamen nõ currit nisi scienti. sed quare hoc? quia dicã esse vtile ratione principij, vt nõ currat nisi scienti: ratione autem cursus est continuum. & est simile, prædictis quinquaginta dies qui dantur ad contestãdas excusationes sunt vtiles ratione principij: quia nunquàm currũt, nisi postquàm sciuit aliquis se datum tutorem: continui tamen sunt, ex quo incipiũt currere, vt C. de excus. tuto. l. quinquaginta. Hoc idem in decẽ diebus, qui dantur alicui volenti appellare, qui sunt vtiles ratione principij: continui ratione cursus: nunquàm enim currere incipiũt, nisi postquàm aliquis sciuerit se condemnatum, vt C. quomod. & quan. iu. ab eo. Item nonne oportet me scire consanguineũ mortuum, ad hoc vt ipsius hæreditatem possim adire, vt C. de capr. & post li. reu. l. necnon. & ff. de iu. & fac. ign. l. t. & s. ff. de vulg. & pup. substit. l. s. Item pleniùs adhuc de ista præsentatione videamus:
50 quia non attenditur tantùm tempus, sed † attenditur modus & conditio personæ præsentatæ. modus attenditur: quia quilibet, qui est patronus, quando præsentat aliquem suo diœcesano cauere debet, ne ipse eum instituat: quia tunc institutio nulla. ex iure enim patronatus nõ concessio. i. institutio, siue cõfirmatio, sed repræsentatio pertinet ad patronũ, vt extr. de iure patron. c. vlt. Cauetur etiam canone, quòd laici nõ instituant presbyteros in ecclesijs sine consensu Episcoporum, vt 16. q. vlt. c. laici. Item attenditur modus, quantũ ad deliberandũ de bona persona præsentãda, sicut iam diximus. Ita attenditur circa ipsam repræsentationem istud: scilicet, vt patronus vadat cum illa bona persona corã Episcopo, & dicat sic: Ego talis patronus ecclesiæ B. Mariæ, cùm illa ecclesia rectore vacet, talem clericum honestum & literatum vobis Domino Episcopo ad regimen illius ecclesiæ repræsento. multi tamẽ clerici circa hoc inhonesto modo versantur: statim enim ex quo rector ecclesiæ moritur, & adhuc fortè spiritus non exiuit, vadunt & discurrũt per patronos alicuius ecclesiæ, & rogant eos, cùm deberent rogari, vt patroni dent sibi ius patronatus: & ipsi miseri patroni cõcedunt, & faciunt inde fieri publicè instrumẽta, quorum tenor talis est: Ego talis patronus concedo tali clerico ius patronatus talis ecclesiæ. & sic ostẽdo apertè quòd nihil agitur. nõ enim est intentio patroni ius patronatus transferre in clericũ, sed sua intentio est repræsentare, quod nõ fecit. & sic vt supr. dixi, quod voluit, non potuit: & quod potuit, noluit. Item attendẽda est conditio personæ præsentatæ. vt sit benè nata ex legitimo matrimonio: & quòd nõ sit filius illius qui proximò in illa ecclesia ministrauit: & quòd sit honestæ vitæ & bonæ conuersationis, & competentis literaturæ, vt extrà de elect. c. cùm in cũctis. & extr. de fil. presbyt. c. ad hæc. & maximè in illa ecclesia, quæ habet curam animarum.

Vtrùm patronus possit variare, vel non.

1 *Patronus quã & quando variare dicatur.*
2 *Clericus habens ius patronatus ex successione, vel ex donatione, ius patronatus laicale habere censetur.*
3 *Variationi an & quando locus, & quando non*
4 *Præsentato ex laic: præsentatione nullum ius quæritur.*
5 *Gratificationi an locus esse possit.*
6 *Prior tempore, an sit iure potior.*
7 *Patronus clericus quare variare non possit.*

NVNC de illo articulo videamus: videlicet, an possit patronus variare, vel non. & certe circa
1 ista primò videamus, † quando dicatur variare patronus. & certè variat quando primò præsentauit vnũ Episcopo, & posteà antequàm primus confirmetur vel reprobetur, repræsentat aliũ. & tunc distinguitur: aut ille patronus est laicus, aut est clericus. si laicus, tunc videtur quòd variare possit. nam relinquitur iudicio Episcopi, quem magis admittat: & sic erit locus gratificationi. si verò patronus sit clericus, nõ videtur, quòd possit variare: imò qui prius est præsentatus, cũ tempore sit potior & prior, & potior iuris erit. hæc leguntur extrà, de iur. patron. c. cùm autem aduocatus. & quod dicitur de clerico, intelligas si tanquàm clericus habeat ius patronatus: putà ratione ecclesiæ suæ: cæterùm si ea sua persona † habeat ius patronatus: putà quia 2
patri succedit, vel quia aliquis sibi donauit: tũc quia habet à laico, variare posset, arg. extr. de iur. patr. c. cùm dilectus. & sic notabilia tria: quòd potest quis variare. Secundũ, quòd locus est gratificationi. Tertium, quòd qui prior est tempore, potior est iure. pro primo habes arg. plura. nam † nonnunquam prætor variantem non 3
repellit, & consilium mutantis non aspernatur, vt ff. de colla bon. l. nonnunquàm. & Papinianus licèt varius, electus tamen fuit, vt C. de fur. l. vlt. & Augustinus variauit, & dixit, consilium meum muto in melius, vt 22. q. 1. c. certè ego sum qui statuerã. & alibi Iustinianus dicit, non piget nos emendare nostras leges, vt in Auth. vt fratrum fi. colla. 9. & argu. ff. de mun. & hon. l. reprobari. & C. lib. 11. de professor. & me. l. Grammaticos. Ex alia parte videtur, vt quis variare non possit. nam non potest quis mutare cõsilium in alterius iniuriam, vt ff. de reg. iur. l. nemo potest. Item non licet pœnitere responsi, si captio est Actoris. ff. de interrog. act. l. de ætate. §. Celsus scribit Item ex quo quis semel elegit, iterũ eligere. & ad aliũ ire non potest, vt C. de furt. l. 1. & C. de codicil. l. vlti. Item si cui legata est optio, vt eligat vestimenta quæ vellet: si semel elegit, voluntatem mutare non potest, & alia eligere: quia omne ius eligẽdi prima electione consumpsit, vt ff. de optio. leg. l. apud Aufidium. Item publicato scrutinio variare nõ possũt electores, vt extr. de elect. c. publicato. Item non potest quis reprobare quod semel approbauit, vt ff. de negoc. gest. l. Pompon. respondeo: verũ est, quòd laicus potest variare: & hoc ideò, quia † ex illa præsentatione nullũ 4
ius acquiritur præsentato: si enim esset quæsitum, variare non posset, vt in contrarijs: licèt videatur posteriorem dando priorẽ remouere, vt ff. de procur. l. si quis cum procuratorio. §. vlti. tamen Legislator cautè proposuit in prædict. c. cùm autem aduocatus. quia dixit Episcopi iudicio relinquendũ potiùs quem admittat. Quòd autem nullum ius præsentato ex præsentatione quæratur, notaui suprà de elect. & habes extr. de iu. patron. c. quod autem. & de hoc dic, vt notabo infrà eod. circa fi. Super secundo, quòd sit † locus gratificationi, 5
habes similia ff. locati & conduct. l. in naue Saufeij in fi. l. & arg ad idem extr. de offi. dele. c. de causis. ff de relig. & sump. fun. l. vlt. nam & tempora pœnitudinis iudicis arbitrio committuntur: & sic potest facere gratiam, vt 27. q. 7. c. tempora. & hoc idem ff. de re iudi. l. qui pro tribunali. Item iudex potest spatiũ temporis moderari. & in eo facere gratiã, vt ff. qui satisd. cog. l. de die. 1. respons. Item locus est gratificationi, vt ff. de bon. auctor. iudi. possid. l. si non expedierit § si pupillus. Contraria sunt arg. C. de dil. l. 1. quia illos dies & tempora nõ possunt diminuere: quia quod à iudicante diminuitur, per legẽ suppletur, vt ff. de re iud. l. si se nõ obtulit. §. 1. idem ff. de iudi. l. per interualla. & ff. de fideiuss. l. generaliter. §. quid ergò. Respõdeo: iusta causa præcedẽte locus est gratificationi: aliàs nõ. sicut in cõtrarijs. in casu tamẽ præsenti relinquitur arbitrio Episcopi, quãdo laicus variat. vt videat quis magis sit dignus, si primus primũ præferat: si secundus, secundũ: sed quando vterq; æqualis est merito, tũc locus est gratificationi, vt præferat quẽ vult. Super tertio, qui † prior est tempore, potior est in iure: locum habet hic, & etiam in hypo- 6
thecaria, vt C. qui poss. in pign. hab. l. 1. & 3. licèt in personalibus non habeat locũ, quia priuilegia non ex tempore, sed ex causa censentur, vt ff. de priuileg. credit. l. priuilegia. † QVAESTIO. Sed illud quæritur: quare patronus clericus non potest variare sicut patronus lai- 7
cus, vt suprà dixi? nam nullum ius quæritur præsentato. Respondeo: ideò quia clericus patronus pinguius ius habet, quàm laicus patronus. nam Episcopus patronus potest clericos instituere quos vult, quod laico patro-

patrono non licet, vt 16. quæst. 2. c. si quis Episcoporum. sed hæc ratio nulla est, licet enim pinguius ius habeat, hoc est, quantum ad eum, non quantũ ad præsentatum: & iam quod fauore clerici esset indultum, scilicet, habere pinguius ius, iam in eius læsionẽ retorqueretur, quod iura nolũt, vt C. de legib. & cõstit. l. quod fauore. Illa ergò credo quòd sit ratio: quia cùm variare leuitas sit, & nõ constantia, licẽt in laico admittatur variatio, in clerico nõ admittitur, qui debet esse grauis in moribus, & constans in operibus.

De discordia patronorũ super præsentatione, quia vnus repræsentat vnum, & alius alium.

1 *Patroni quando discordes esse dicantur.*
2 *Ecclesia vna duorũ administrationi committenda nõ est, nec duæ ecclesiæ vnius regimini committendæ sunt.*
3 *Patronis tribus vita functis, quorũ vnus filium vnum reliquit: alter duos: tertius quatuor: isti quatuor si præsentẽt vnũ, alij tres alium: quis ex præsentatis admittendus sit.*
4 *Hæredes plures licèt sint inæqualibus partibus instituti, tamen quantum ad ius patronatus, idem ius habent.*
5 *Proprietas cum possessione nihil commune habet.*
6 *Libelli concipiendi formula quando patroni non sunt discordes.*
7 *Patronus seipsum præsentare non potest*
8 *Patronus filium suum idoneum rite præsentat.*
9 *Oeconomus ecclesiæ omnibus locare potest, præterquã consanguineis.*
10 *Non potest fieri in pacto fundationis, vt successores patroni rectores sint.*
11 *Præsentatio seu institutio facta ab Episcopo spreto patrono, an valeat.*
12 *Intellectus c. pastoralis. de iure patronat. extra.*
13 *Præsentatus si appellet, an illi appellationi deferendũ sit.*
14 *Ius patronatus villa obligata an transeat tãquàm cum vniuersitate.*
15 *Legatus ecclesiæ Romanæ an capitulo seu patrono præsentationem seu electionem auferre possit.*
16 *Patrono inuito sacerdos intitulari potest.*

NVNC de vltimo articulo videndũ occurrit, quid fieri debeat, quando sunt plures patroni, & est discordia inter eos. Videamus in primis, quãdo
1 dicatur esse discordia inter eos: & certè tunc †dicitur esse discordia, quando quidã patroni repræsentant vnum, & alij patroni repræsentant alium Episcopo. Sed quid erit in casu isto Episcopo faciendũ? certè iura inter se videntur variare. nam quædã iura videntur velle, quòd Episcopus stet iudicio maioris partis: quædã videntur velle, quod ille præferatur, qui erit dignior moribus & meritis: quædam, quòd auferat de ecclesia illa reliquias: quædã quod ipse Episcopus ordinet: quædã quod quæstionem diffiniat infra tres vel quatuor menses. Ad soluenda igitur ista cõtraria, distingue, quotiès cõtentio est inter patronos: aut sunt impares numero, aut pares. si sunt impares, stabitur iudicio maioris partis, & hoc est in electione, vt extra, de elect. c. dudũ. vbi de hoc notaui. & ff. de pact. l. maiorem. & extr. de iur. patron. c. quoniam. si verò sunt pares patroni, qui præsentant: quia tot sunt ex vna parte, qui repræsentant vnum, quot sunt alij, qui ex alia parte repræsentant alium: tunc Episcopus illum admittet, qui maioribus iuuatur meritis, vt 63. dist. c. si fortè. Si autem vterque repræsentatus æqualis sit meriti: tunc locus est gratificationi, vt extr. de iur. patron. c. cùm autem aduocatus. sed quare in casu isto nõ admittet vtrunque? Respondeo: quia †vna ecclesia non debet committi duobus, vt extr. de iure patro. c. quoniam in quibusdam: sicut nec duæ ecclesiæ vni. & est simile, licet rectores ecclesiarũ non dicantur sponsi: nam nec vnus debet habere duas vxores: nec vna mulier debet committi duobus, vt 7. quæstio. 1. c. sicut. & c. in apibus. & extrà, de præbend. c. quia in tantum. & c. referente. & c. maioribus. & de hac materia copiosiùs dicemus infrà de præbend. & hæc locum habent, quando sine scandalo fieri potest: alioquin de ecclesia auferat reliquias, & ecclesiam faciat claudi quousquè concordia fiat inter prædictos patronos, vt 16. quæstio. vltim. c. considerandum. & c. si plures. & extrà, de iure patron. c. quicunque. Sed quomodò tollantur reliquiæ, quia si tollantur, ecclesia violabitur, quod esset valde durum. vnde dicebat Tan. reliquias tollat, id est, non apponat. & simile tollat habes ff. ad legem Aquil. l. si seruus. §. si calicem diatretum. vbi dicitur, quòd res tollat ex locato actionẽ, id est, facit vt non nascatur. Laurent. dicebat, tollat reliquias quæ sunt in ecclesia, sed extra altare. Item dicunt Episcopi, quòd hodie ipsa capitula corriguntur: scilicet illud c. considerandum. & c. si plures. & c. quęcunque. & dicunt, quòd Episcopus aliter faciat, id est, ordinet ipsam ecclesiam tunc, vt extr. de iure patron. c. quoniam in quibusdam. Item hæc vera sunt, quandò non est contentio inter patronos de iure patronatus, sed de præsentatis. Si enim est contentio inter patronos, tunc serua illud quod suprà eodem diximus, quòd infra quatuor menses debet illa quæstio terminari. † QVAESTIO. Sed illud quæritur de numero patronorum: pone, quòd tres fuerunt patroni à principio: vnus dedit fundum, alius ecclesiam construxit, tertius eam dotauit. moritur vnum illorum, relictis quatuor filijs: moritur alter, relictis duobus: moritur & tertius, relicto vno. modò illi quatuor filij repræsentant vnum: illi duo filij, & ille vnus repræsentant alium: quis erit potior in iure? videtur per ea quæ diximus supra eodem, quòd cùm ius patronatus insolidum descendat ad hæredes, quòd illi quatuor sint præferendi quoad numerum, & sic videtur potior repræsentatus ab illis. Respondeo & dico, quòd omnes isti quatuor sunt habendi loco vnius, argumen. ff. de condict. indebi. l. cui fundum. licèt enim penes quemlibet sit ius patronatus insolidum, propterea quia ipsum ius indiuiduũ est: tamen durũ esset, vt cùm ego sum patronus, sicut & tu: & ego habeam vnum filiũ, sicut tu multos: quòd filij tui essent potiores, & sic ille præferretur, qui ab eis eligeretur propter numerũ, quod esse nõ debet, vt dicit prædicta decret. quoniam. Fit ergò successio in stirpes, & nõ in capita. sicut & aliàs in successione lineæ descẽdentis, vt Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. nõ autem fit successio in capita: sicut in linea transuersali, vt Inst. de legat. agnat. success. † QVAESTIO. Item quæritur: ecce † aliquis patronus decedit, plures hæredes sibi instituit: vnum ex dimidia, alium ex tertia, alium ex duabus vncijs: habebitne iste tantum iuris in iure patronatus, & in repræsentatione rectoris, qui est institutus ex duabus vncijs, sicut ille qui est institutus hæres ex dimidia? Responden. ita: vt suprà eodem notaui. & ff. de oper. lib. vt l. iurisiurandi. malè ergò dicũt Beneuenti, iste habet tria iura patronatus: & alij malè dicũt, dicentes illum habere integrum ius patronatus, qui ex oblationibus recipit vnũ par buccellatorũ: & ille habet dimidiũ ius patronatus, qui recipit buccellatum. & ille tertiam partem habet, qui tertiã partem recipit: malè credũt, quia credunt diuisibile ius patronatus, quod est cõtra iura: licèt enim ratione successionis recipiant diuersas oblationes: propterea quia ex diuersis partibus sunt heredes: tamen quantũ ad ius patronatus tantum ius habet vnus, quantum & reliquus. QVAESTIO. Item quæritur: pone, quòd aliqui nõ possunt se probare patronos, vel ratione fundi, vel cõstructionis, vel ratione dotis: vel si habeo antiqua instrumenta, de istis non possum probare, quòd ego descenderim de stirpe illorum: quia longissimum est tempus vltra centũ annos fortè: probo tamen quòd semper fui in possessione vel quasi præsentãdi rectorem in ecclesia illa, vel quasi recipiendi oblationes: quid erit in casu isto? Respondeo: sola possessio vel quasi prædictorum non facit patronum. nam esse patronum petitorium respicit: esse in possessione possessorium, vnde non sequitur: possideo, ergò sum dominus, vel ius habeo in re: nihil enim † habet commune proprietas cum possessione, & econuersò: nec oportet permisceri causas posses-

possessionis & proprietatis, vt ff. de acquiren. possess.
l. naturaliter. & l. permisceri. nec enim possessio facit
patronum, licèt præsentatus ab illo, qui possidet, iosti
tutus de iure amoueri non posset: licèt ille qui erat in
possessione iuris patronatus succumbat. & in hoc pro-
dest possessio: quia si hoc fuisset in possessione iuris pa
tro. qui præsentauit: sua præsentatio vel institutio vi-
tiaretur, vt extr. de iure patron. c. consultationibus. vn-
de hodie difficillimum reputo probare ius patron. Su-
per istis non credo libellum necessarium, sicut in a-
6 lijs: potest tamen formari petitio. † LIBELLVS. Coram
vobis Domine H Beneuentanę Archiepiscope, nos pa-
troni talis ecclesiæ nunc vacantis de communi cōsen-
su repræsentamus vobis talem ad regimen ipsius eccle
siæ, virum honestum, literatum, de legitimo matrimo-
nio natum, & valentem ecclesiæ vtilitatibus prouide-
re, & eius iura tueri: quare petimus illum in illa eccle-
sia institui. Quòd ita sit formanda petitio, quandò non
est discordia inter patronos, probant iura. nam si ali-
qui sunt patroni, debent repræsentare idoneum, non
ipsum instituere. & tunc Episcopus debet præsentatū
instituere, vt extrà, de iur. patronat. c. significasti. & c.
transmisit. & ideò dico in petitione de alio præsenta-
7 to. patronus † enim seipsum præsentare non posset, e-
tiamsi esset plus quàm idoneus, vt extr. eod. titul. c. per
8 tuas. † QVAESTIO. Quid si patronus repræsentat filiū
& idoneum: certè credo repræsentationem tenere, ar-
gumen. quod cuiusque vniuers. nomi. l. item eorum. &
l. planè. inhumanum enim esset, & non esset charitas
ordinata, si filium meum abijcerem, & alium repræsen
tarem. OPPOSITIO. Sed opponitur: œconomus ec-
9 clesiæ † omnibus potest locare, præterquàm consangui-
neis, vt in Authent. posita. C. de sacrosanct. eccles. in l.
iubemus autem quibuscunque modis. sed ibi propter
suspitionem fraudis remouendam, quod hic non est.
QVAESTIO. Item obijcitur illi decret. consuluit, extrà,
eodem tit. Respondeo: ibi nō loquitur de repræsenta-
tione: sed hoc prohibetur ibi, quòd clerici ecclesias
fundatas à parentibus, non detineant authoritate pro-
pria, vel quòd laici patroni filijs ecclesias per se nō cō-
cedant: quia nedum in filijs, imò in omnibus alijs hoc
prohibetur, vt extr. eodem tit. c. præterea. & c. trāsmis-
sæ. & c. cōsuluit. Si autem sit discordia inter patronos,
formabitur petitio sic. LIBELLVS. Coram vobis, &c.
nos tales patroni repræsentamus vobis talem ad regi-
men &c. & retineas totam primam formam, hoc addi-
to, non obstante præsentatione facta vobis à talibus &
de tali, cùm illi qui repræsentauerunt, non sint patro-
ni. Vel si sunt patroni, adijcias, cùm simus nos numero
plures. Vel si sunt pares, adijcias, cùm præsentatus à
nobis sit dignior, & honestior, & maioris meriti. hæc
probantur per iura. 16. quæst. vltim. c. considerandum.
& c. si plures. & extr. de iure patron. c. quoniam in qui-
busdam. QVAESTIO. Item quæritur, aliqui patroni ab
initio quando dotant, vel quādo construunt ecclesias,
10 apponunt tale pactum, nos † volumus, quòd si aliquis
in futurū de progenie nostra inuenitur idoneus, quòd
ille sit Rector ecclesiæ, vel quòd illum nos patroni re-
præsentare teneamur: vel si ecclesia fieret collegiata,
quòd collegium illum eligere teneatur, sicut vidi ali
quandò talia instrumenta: nunquid valeret tale pactū?
Respondeo, & dico quòd non. vt extra, de iure patro-
nat. c. quia clerici. licèt enim ex repræsentatione, vt
suprà dixi, possit hoc habere, vel ex electione pactio,
tamen ipsa est turpis. multa enim honestè possunt fie-
ri, quæ in pactionem deducere turpe est, vt ff. de var. &
11 extraord. cognit. l. 1. † QVAESTIO. Item quæritur:
ecce patroni aliquem idoneum repræsentant Episco-
po: Episcopus illum admittere recusat, & alium in ip-
sa ecclesia propria authoritate instituit: quæritur, an
ista institutio valeat? Respondeo: secundùm aliquos
canones videtur quòd non valeat. dicit enim canō an-
tiquus, quòd fundatores ecclesiarum debent idoneum
Episcopo pręsentare, ab ipso Episcopo in ipsis eccle-
sijs ordinandum: quia si spretis fundatoribus præ-
sumpserit Episcopus ibi aliquos ordinare, & ordina-

tionem suam irritam nouerit, & ad verecundiam suam
alios in eorum loco, quos ipsi fundatores dignos ele-
gerint ordinari, vt 16. quæst. vltim. c. decreuimus. Per
decretalem verò videtur, quòd institutio Episcopi te-
neat: Episcopus tamen illi præsentato recusato tene-
tur in competenti beneficio prouidere, vt extr. de iure
patronat. c. pastoralis. vel aliter antiquus canon loqui-
tur, quando Episcopus sua authoritate instituit, omni-
nò irrequisito & spreto patrono: & ideò illa institutio
vitiatur. at quando patronus præsentat, & Episcopus
repræsentatum non admittit, non videtur patronus o-
mninò contemni: & ideò institutio tenet, & punitur
Episcopus in eo quòd deliquit: vt quia noluit admit-
tere præsentatum, & malitiosè, quòd debeat ei proui-
dere, sicut dixi. Vel tertiò & meliùs, vbi patronus va-
riat, locum habet hæc decret. vbi non variat, vel om-
ninò spernitur patronus, locum habet antiquus ca-
nōn. Sed quid est quod dicitur in decret. illa, pastora-
lis. quòd Episcopus, qui malitiosè &c. & sic videtur,
quòd ita demùm teneatur Episcopus prouidere præ-
sentato, si malitiosè noluit eum admittere. QVAE-
STIO. Sed quis probabit: nunquid probabit Episco-
pus, quòd non malitiosè: vel probabit aduersarius,
quòd malitiosè fecit Episcopus? Et certè prima facie
pro Episcopo est pręsumendum, vt extr. de probatio. c.
post cessionem. Item Episcopus potest electum indi-
gnum remouere nemine sibi aliquid opponente, vt 28.
distinct. c. priusquam. Item qui dolum dicit, probare
debet, vt ff. de probatio. l. quotiens. §. qui dolo. Econ-
trà videtur, vt malitia Episcopi præsumatur, quare
præsentatum non admisit: cùm quilibet præsumatur
bonus, nisi contrarium probetur, vt extr. de præsump-
tionib. c. dudum. & extrà, de scrutinio. c. vnico. & ma-
ximè si Episcopus scit illum indignum, ea quo nō fuit
probatum, reprobare non debuit, vt 6. quæst. 1. c. si tan-
tùm Episcopus. & hoc admittit Ioh. Si autem aliquis
patronus laicus primò præsentauit vnum, & posteà a-
lium. licèt primus præsentatus appellasset, tamen si E-
piscopus admittat secundò præsentatum, ille est po-
tior: quare faciunt pro secundò duo: scilicet, præsen-
tatio & institutio: licèt pro primo faciant præsentatio
& proprietas. Episcopus tamen prouidebit illi, quem
malitiosè non admisit. vt in prædict. decret. pastoralis.
& quòd ille potior sit, scilicet, secundus, dicit decret.
extr. eodem titul. quòd autem. & assignatur ibi ratio:
quia præsentatus nullū ius habet. quia antequàm præ-
sentatio approbetur ab Episcopo, ratum non est, quòd
à patrono fuerit inchoatum. Item est & alia ratio: quia
pro instituto per Episcopum faciūt, scilicet ratio pos-
sessionis, & ratio canonicę institutionis, vt ext. de prę-
script. c. ad aures, & extr. de diuort. c. significasti. & 16.
quæst. 4. c. nolumus. Item plus valet concessio præla-
ti, quàm præsentatio patroni, vt extr. de offic. leg. c. di-
lectus. OPPOSITIO. Sed opponitur: si punitur Epi-
scopus, eò quòd non admisit primò præsentatum: quia
tenetur ei prouidere, vt dictum est. ergò non videtur,
quòd habeat optionem, vt instituat quem velit, quan-
dò vnus primo, alter secundo loco à laico pręsentatur,
vt extr. de iure patronat. c. cùm autem aduocatus. Po-
test responderi, quòd hodie per illam decret. pastora-
lis. non datur optio Episcopo. Vel illa decret. pasto-
ralis. loquitur, quandò primus præsentatus nō fuit re-
cusatus: & hoc sentit Io. nam illud est nouum ius ex-
quisitum, vt teneatur Episcopus primo præsentato ob
dolum suum, vt ff. de rei vendicat. l. is qui dolo. & pro-
uidebit ei in beneficio competenti: & donec prouide-
atur ei congruas expensas recipiet de camera Episco-
pi, vel de mensa sua: & in hoc casu fortè prædiudicabit
successori suo. Nec mirum est in casu isto: quia etiam
in alio casu idem est: scilicet, quandò Episcopus ordi-
nat aliquem sine titulo, vt extr. de præbend. c. cùm se-
cundùm. & hoc iustum est, quia recusauit idoneum, &
sic sibi fecit iniuriam, quòd sibi debeat prouidere, vt
ff. qui satisda. cog. l. si verò. & hoc sentit Vincent. OP-
POSITIO. Sed opponitur: si est licitum laicum varia-
re, vt dictum est, ergò Episcopus non malefecit, si ad-
misit

misit secundum, & sic nō videtur malitia Episcopi hoc fecisse, sed variatio patroni, & maximè si secundo loco præsentatus fuit dignior quàm primus. Sed salua auctoritate docentium in iure Canonicò mihi videtur, quòd decret. illa pastoralis: in eo casu loquitur quandò primus præsentatus fuit dignior secundo: cæterùm si æquè dignus fuit præsentatus, variare patrono conceditur, & Episcopus ibi habet à iure liberum arbitrium, vt in illa decre. cùm autem. quare autem deberet puniri, non esset ratio. nam si hoc esset, illud quod legitimè fieret, pœnam mereretur: quod iura nolunt, vt vt C. de adulte. l. Gracchus. & ff. de concubin. l. 1. iam enim deciperetur Episcopus authoritate iuris, quod iura nolunt, vt C. de his qui veni. æta. impe. l. eos qui. & iam officium suum esset illi damnosum, quod iura nolunt, vt ff. de furt. l. si seruus communis. in fine primæ columnæ, & ff. ex quib. caus. ma. l. videlicet. & ita iam puniretur qui non deliquit, quod iura nolunt, vt C. de pœn. l. sancimus. QVAESTIO. Item quæritur in decre. illa pastoralis. fit mentio de primo præsentato & appel-
13 lante, nunquid tali † appellationi sit deferenda. & certè videtur quòd sic. nam præsentatus à patrono, videtur quòd habet ius, adeò quòd aufert ecclesiam instituto ab Episcopo. vt extra, de re iudica. cùm Bertoldus. Respondeo: deferre debuit Episcopus appellationi, quare ergo non fuit repræsentatio & institutio cassata. Respondeo: ideò quia authoritatem habuit à iure, licèt enim fieri non debuit, facta tamen tenuit, vt extra, de iure patron. c. cùm autem. Qualiter ergo egit ille præsentatus & obtinuit in decret. illa, cùm Bertoldus. cùm nullum ius habeat præsentatus, vt supra dixi. Respondeo: egit & obtinuit, quia nemo eum repulit: & non fuit ibi obiecta exceptio illa. non potes agere: quia nullum ius habes ex præsentatione. & est simile ff. de inoffic. testamen. l. posthumus. §. si quis ex his. vbi ille obtinuit in querela, cui non competebat, quia nemo eum repulit, & est simile ff. de rei vendicat. l. ea diuerso. vbi alienum fundum petij rei vendicatione & obtinui, quia nemo me repulit. Vel ideò obtinuit, quia egit sicut procurator factus in rem suam à verò patrono, & hoc dicit Ioannes. Vel dicas quod est verius, quòd in illa decret. cùm Bertholdus. ille qui primum præsentauerat & fuerat per Episcopum institutus non fuit patronus, nec in possessione vel quasi iuris patron. sed fuit hæres creditoris, cui obligata fuerat villa pro certa pecuniæ quantitate: & solam pensionem recipiebat creditor ille, & ius patronatus retinuerat sibi debitor, qui erat verus patronus: & ideò posteà præsentatus, à debitore vero patrono obtinuit non quòd haberet ius ex præsentatione, sed debet obtinere de iure, non obstante institutione iam facta, vt extra, de iure patronat. c. consultationibus. OPPOSITIO. Si opponas,
14 nónne † cum obligata villa transiuit etiam ius patronatus cum tota illa vniuersitate, vt suprà eodem notaui, vt ff. de contrahen. empt. l. si aquæ ductus. cum legibus sequentibus. & l. dolia. & ff. de fundo do. l. 1. Item nónne creditor possidet rem pignori datam, vt ff. de vsucap. l. serui nomine. & ff. de actio. pignorat. l. cùm & sortis. §. vltimo. & ff. de acquiren. possess. l. qui pignori. & l. rem pignori. imò ad omnia possidet creditor, præterquàm ad quatuor. Primum, quantum ad præscriptionem, in quo casu possidet ad imaginem debitoris, vt C. de præscriptio. triginta annor. l. cùm notissimi. secundò, quoad satisdationem iudicio sisti vitandam, vt ff. qui satisdare cogant. l. sciēdum. Tertiò, quantum ad causam noxalem, vt ff. de noxal. l. seruum. §. is qui. Quartò, vt non acquiratur creditori per seruum pignori obligatum, vt ff. de acquiren. possess. l. 1. §. per seruum. in istis quatuor iusta est causa quam quilibet per se studiosus aduertere potest. quomodo ergo dicis quòd hæres creditoris non fuit in possessione vel quasi iuris patr. Item quomodo dicis iuspatronatus villa generaliter obligata creditori ad eum non transisse? Respondeo, benè confiteor quòd ius patronatus transit cum vniuersitate: putà in persona hæredis, emptoris & feudatarij qui saltem habet vtile dominium: & idem est in emphyteota, vt ff. si ager vecti. l. 1. & 3. & repræsentatus à talibus potior habetur, vt extra de iure patronat. c. ex literis. sed in creditore non est ita. nam ius præsentandi non cōsistit in fructu, & quandò consisteret, & creditor vteretur tali iure, deberet quantitas debiti exonerari, vt ff. de actionib. pignora. l. 1. & 2. sed talis fructus seu seruitus æstimari non potest. Item sicut nec alijs iuribus vtitur creditor, sic nec isto iure, vt ff. de pignor. l. sed an viæ. & est ratio quare creditor isto iure præsentandi non possit vti: nam soluto pignore, quia pecunia à debitore soluitur, omnia iura pignoris tolluntur, vt ff. quibus modis pignor. vel hypoth. sol. l. 1. & C. si pignus pign. da. l. 1. & 2. ergo præsentatus soluto debito esset priuandus ecclesia, quod est contra illud quod legitur 16. quæst. 7. c. inuentum. Item creditor vtendo pignore, furtum committit, vt ff. de furt. l. creditorib. & Institut. de obligat. quæ ex delicto nascun. §. placuit. licèt enim creditor rem obligatam possit locare: tamen fructus sibi in sortem computat, vt ff. de pignor. l. creditor. & licèt omnia iura transeant cum vniuersitate in emptorem & alios, vt argumen. ff. de offi. præfect. vrb. l. 1. §. cùm vrbem. &c. non tamen in pignore idem est, sicut superiùs dixi. Contrarium tamen est argumen. ff. de fur. l. ei qui. & hoc sentit Ioan. T. tamen dicit quòd primum est verius: & ista quæ vltimò dicuntur, allegationes sunt. Ego tamen satis crederem creditorem nō habere ius præsentandi, quia maximum præiudicium fieret domino, qui teneretur forsan habere rectorem, qui esset sibi molestus toto tempore vitæ rectoris ipsius. Sed opponitur: tu dicis, quòd hæres creditoris non fuit in poss. iuris patronatus. sed nónne est in poss. pensionis? certè sic. ergo est in poss. totius, cùm sit in possessione partis, vt ff. de seruitut. l. vna est via. & qui vnam partem fundi possidet, totum fundum possidere videtur, vt ff. de acquir. possess. l. possideri. Respondeo, non est ita, vt extra. de capell. mo. c. dilectus & extra. de appellat. bon. me. & extra. de præscript. c. auditis. & ff. de acquiren. possess. c. quamuis. Ioan. ita sentit. T. autem Vincen. dicunt, quòd vbi quis habuit possessionem totius, qui partem retinet, totum retinet, vt ff. de seruitu. l. pro parte. vnde patet per præmissa, quòd si aliquis probat se fuisse in possessione recipiendi oblationem ab ecclesia, non propterea probat, quòd fuit in possessione præsentandi. OPPOSITIO. Sed ad hoc opponitur. videtur, quòd
legatus † ecclesiæ Romanæ possit auferre capitulo seu patrono liberam præsentationem seu electionem, vt 15
extra. de iure patr. c. cùm dilectus. Ad quod dicimus, quòd non potest liberam electionem auferre, licèt possit inuito patrono præsentare: quia plus iuris habet prælatus in concessione, quàm patronus in præsentatione. per decret. extra. de offic. le. dilectus. & quia patronus non habet ius in ecclesia, sed gratiam. vt 16. quæstio. 4. c. si quis Episcoporum. præterea patronus laicus est de iurisdictione ecclesiastica quantum ad ius patronatus, vt extra. de iudic. c. quanto. & hoc est speciale in legato qui est missus à latere domini Papæ: alioquin obtinet quod superiùs diximus, & quod legitur 16. q. vltima. c. decernimus. vt reprobetur institutio facta per Episcopum quandò omninò contemnit patronum, vel repellitur præsentatus ab eo patrono non variante, vt suprà dixi. In hoc consentiunt Lauren. & Ioannes. & pro hac materia facit de offi. leg. c. dilectus. Quidam tamen dixerunt, quòd ideò non tenuit factum Archidiaconi, quia illud fuit factum contra prohibitionem legati. argumen. extra. de eccles. ædifi. c. intelleximus. & extra, de no. o per. nunciat. c. 1. & extra, de spon. c. ad dissoluendum. sed primum magis placet. QVAESTIO. Vltimò quæritur & de vltimo decre. domini Innoc. duobus modis. Ecce est aliqua ecclesia magna, quæ habet ecclesias sub se, quæ vocantur capellæ: quæritur an rectores ipsarum capellarum quæ sunt parochiales, possint præsentare aliquem ordinandum ad titulum ecclesiæ suæ, non requisito consensu patroni. Secundò quæritur, si vacante ecclesia illa, ille qui sic est præsentatus, præferatur illi, quem posteà patronus elegerit.

Ad primam quæstionem legislatnr non respondet explicitè sed impliicite, per rationem quā facit in secunda quæstione, quia secundæ quæstioni præcisè respondet eatra. de iur. patronat. c. pnstulasti. quòd non fiat piæiudicium patrono, quin posfit instituere quem velit:& per hoc potest dici, quòd vtriqueque quæstioni sit responsum, vt sic illi intitulati maneant in ecclesia: patronus tamen potest instituere quem vult, qui sit prælatus ecclesiæ, sed intitulati nihil iuris habent in illa ecclesia, sed simplicem sustenrationem. & licèt plures essent intitulati: tamen non faciunt collegium, nec eorum consensus requ:ritur in electinne sacerdotis, sed patroni. & de talibus potest intelligi quod legitur eatra,
16 de elect.e.t. † Et qnod inuito pattono posfit sacerdox intitulari, habes extrà. de fil. presbyter. e. proposuit. & 7. qnæst. r. c. illud. & extra, de offi. iudic. e. ad hoc. Aliud tamen eredo, si Episeopus est patronus, vt 16. quæst. 3. e. si quis Episcoporum. QVAESTIO. Sed quid si patronus scit talex intitulatos in tali ecclesia? videtur quòd tunc eos videatur imposuisse, ex quo noo fuit protestatus ius suum, vt argumen. ff. de exercit. l. 1. §. magistrum. & ff. locat. & conduct. l. item quæritur. §. vltimo. & ff. ad municipi. l. a. Sed hoc non est verum: quia oon sibi nocet taciturnitas, si eo inuito possint talia fieri. Adhuc etiam alio modo possnm intelligere quod dicitur io fine prædictæ decret. postnlasti. scilicet, quòd nullum fiat præiudicium patrono quin ipse possit eos remouere post sacerdotis mortem, cùm ad patroonum hoc videatur spectare, & non ad sacerdotem, sed alios ministros potest sacerdox ibi instituere, vt 64. distinctio. c. principali. & 18. q. 1. e. Eleuteriux. 16. quæstio. 5. c. si quis. & quæst. 7. c. decernimus. in authent. de sanctiss. Episco. collatio. 9. §. si quix oratorij domum. extra, de fil. presbyt. c. ex transmissa. dummodò ad sit consensus prælati, vt in præalleg. c. de fil. presbyt. propusuit. nam patroni iudicium est sequendum, qui ita dilexit ecclesiam, & in tantum vt ei cooferret sua bona, vt argumeo. ff. de coofirman. tutor. l. si patronus. hoc dicit Ioannes. Et quod dicit illa deeretal. postulasti. in fine. nisi de patronorum processisset assensu, scilicet, quòd illi fuissent intitulati: tunc alij repræsentandi non sunt, ex quo enim patronus assentit illis intitulatis, videtur ratum habere, vt extra, de elect. c. quòd sicut. & ita ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, & confirmat ea quæ ab ioitio facta suut, vt C. ad Macedooia. l. vltima.

In quibus differt patronus laicus à patrono clerico.

1 *Patroni laici, à patrono clerico Episcopo differentia.*
2 *Episcopus an contra factum suum proprium venire possit.*
3 *Ecclesia non vacans concedi non potest.*
4 *Ecclesias vendicare ex laici donatione nullus non nisi cum consensu Episcopi aut præscriptione potest*
5 *Clerni ecclesias fundatas à parentibus suis propria authoritate detinere non possunt.*
6 *Institutio facta à capitulo habenti ius patronatus, nulla est.*
7 *Præsentatus à non patrono remouendus est.*
8 *Institutus ab Episcopo contempto patrono, vel reprobato præsentato, remouendus est.*
9 *Libellus quomodo formetur cōtra præsentatum ab eo qui non est patronus.*
10 *Libelli concipiendi forma contra institutum ab Episcopo contempto patrono, vel non admisso præsentato per patronum.*
11 *Libellus quomodo formetur contra repræsentantem qui non erat patronus, vel contra Episcopum instituentem.*
12 *Libelli formula quando duo aut tres qui sunt in possessione præsentandi contendunt de iure patronatus, & vnus illorum præsentauit.*
13 *Libellus quomodo concipiatur, si vero patrono iura debita denegentur.*

NVNC in fin. nota quædam notabilia de iure patronatus, quòd laicus patronus differt à clerico patrono: scilicet, Episcopo. non intelligas de 1 alio clerico quantum ad istum arriculum: quia laicus patronus non potest instituere, imò qnicuoque recipit ecclesiam de manu laici, priuandus est illa ecclesia: & si perstiterit, officio & beneficio priuatur, vt extra, de iure patronat. e. præterea. Episcopus patronus potest instituere, vt 16. quæst. 3. c. si qnis episcoporum. Item patronus laicus variare potest, clericus non, vt extra, de iure pattona. c. quod autem. & c. quod laici. QVAESTIO. Sed licèt quæsierim suprà, quæro tamen aohuc † 2 quomodo potest Episcopus contra factum suum venire? non videtur, quòd possit, vt extra. de elect. c. nosti. & ff. de preca. l. cùm precariò C. de agricol. l. quemadmodum. & 2. quæstio. 6 §. si quis libellos. ff. de mino. l. si mioor. C. qui bonix ceder. poss. l. 1. ff. de muner. & honor. l. vt gradatim. Argument. contra. eatra, de fil. presbyter. c. veniens, eatra, de cleric. coniuga. c. diuersis fallacijs. & ff. depositi. l. 1. §. si deposuero. & ff. de adoptio. l. post. 17. quæst. 4. c. sunt qoi opes. & ff. de actio. empt. l. si filius. §. vltimo. eatra, de spon. duor. c. de illis. 3. quæst. 3. c. offeratur. C. de testi. l. si quix testibus. & ff. de seruitu. rusti. prædio. l. per fundum. Solutio: non potest quis veoire contra factum suum: putà, nisi iusta causa interueniat pœnitendi, vt 15. quæst. 1. c. certè. 73. distin. §. verom. vel nisi aliquid innpinatum emergat, 21. quæst. 2. c. ne quis arbitretur. & in omnibus delictis, & in maleficijs potest quis contra factum suum venire, vt 50. dist. c. ponderat. & extra, de reb. eccles. non alien. c. si quis presbyterorum. vel in matrimonio, quæ tantùm fauore sui sunt introducta, vt 7. quæst. 1. e. quàm periculosum. vel de his quæ nondum sunt plenè incœpta, vt ff. de iurisdict. omnium iudic. l. si conuenerit. Vel aliter distingue, aut illud factum est illicitum, vel contra iura: & tunc ego ipse venio contra. vt 35. quæst. 9. c. quòd quis. & extra, de elect. e. nosti. & extra, de rebux eccles. non alienan. e. si quis presbyterorum. C. de euict. l. si quis liberam. C. de libe. causa l. 1. C. de agric. & censi. l. quemadmo. Si autem sit licitum, vel secuodùm leges, vel præter legem: tunc contrauenire non possum, quia noo debeo fraudix cōsilio reuocare, quod benignè contuli, vt ff. de ædil. edi. l. ad res donatas. & de pœni. dist. 5. c. quantumlibet. & 22. quæst. 2. e. prophetauit. Vel potest generalis tradi doctrina, & maximè in Episcopis: quia Episcopus vbicumq; facit scienter, quod non debet, & est tale factum, super quo potuit dispensare, non potuit contra factum suum venire, quia dispensasse intelligitur, vt eatra, de fil. presbyter. c. veniens. eatra, de despon. impu. c. accessit. in fine. & extra. qui matrimo. accusa. poss. c. per tuas. & extra, de cleric. coniuga. e. diuersis. sed successor eius potest cōtra ipsum factum venire, nisi probetur dispensasse, vt eatra, de schisma. c. t. Vbi verò non habet locum dispensatio, ipsemet venit contra, vt io primis concor. & hoc dicit T. Item nota, quòd † ecclesia non vacanx, concedi noo potest, etiam 3 loco religioso: adeò quòd etiamsi per Episcopum posteà clericus constituatur, institutio vitietur, & concessio nulla sit: & si concessit patronus loco religioso ecclesiam cum consensu Episcopi, videtur concedere ius pattonatus, verùm in ecclesia illa non potest quis institui sine consensu fratrum, vt eatra. eod. titu. illud. Item nota, quòd † nullus potest vendicare 4 ecclesias ex donatione laici sine cōsensu Episcopi: cùm laicus nihil potuit cōferre, nisi ius patronatus, nisi præscripserit ille, vel consensus Episcopi postea accessit, vt extrà, eod. tit. c. cura. QVAESTIO. Sed mirum videtur, quòd de præscriptione ponitur, & quæritur: de quare? ctè de quadragenaria, vt extra. de præscript. c. de quarta. Sed fortè sufficit hæc præscriptio longa, quæ non præscribit contra ecclesiam, sed contra Episcopum sicut contra quemlibet. OPPOSITIO. Sed adhuc opponitur

tur iste qui præscribit, aut habuit bonam fidem, aut ma
lam fidem. si dicis bonam, quæ desideratur in præscri-
ptione ecclesiasticarum rerum, vt extra, de præscript.
c. si diligenti. hoc esse non potuit, nisi quis ius ignora-
uerit, quæ ignorantia in præscriptione non prodest, vt
ff. de vsucap. l. nunquàm. si malam fidem habuit, præscri
bere non potuit, vt ext. de presby. c. vigilanti. & 31. q. 2.
c. si virgò. & eatra, de præscript. c. si diligenti. Vnde re-
spondent Doctores, vt in decre. illa, c. cura. specialis in-
dulgentiâ fuerit facta, ideò quia aliter sine scandalo
fieri non potest. nec etiam est trahendum hoc ad con-
sequentiam, vt extr. de capel. mona. c. 1. & eatra, de pri-
uile. c. cùm & plantare. Alij autem dicunt, quòd ideò,
quia longo tempore possedit Episcopo sciente & non
contradicente, præsumitur Episcopus consensisse. & sic
intelligitur quod legitur in decre. illa, cura. et quòd ibi
loquitur de consensu Episcopi, subaudi, expresso: cùm
5 primò de tacito dixerit. Item nota, quòd † clerici eccle
sias fundatas à parentibus suis authoritate propria de-
tinere non possunt, vel laici patroni filijs suis concede-
re, vt extra, eod. titul. c. consuluit. repræsentare tamen
possunt filiû, & sic de authoritate Episcopi ecclesiam
6 habere, vt suprà notaui. Item † nota, si capitulum, quod
erat patronus, aliquem instituit, & posteà alium repræ-
sentat, quod repræsentatus est in iure potior. sed qua-
re: quia institutio à capitulo nulla est, vt extra, eod. tit.
c. transmissa. His igitur vt suprà ostendimus persequu-
tis, credidi compleuisse tractatum de iure patronatus.
Sed quia quædam occurrunt, quæ indiscussa remanere
non debent, ideò de illis tractare præuidi. Ecce ego
7 sum in veritate patronus, modò ad † repræsentationem
alterius, qui non est patronus, nec est in possessione, a-
lius in ecclesia illa instituitur. verum est, quod ille de-
bet amoueri, vt eatra, eod. titul. c. consultationibus.
8 Item Episcopus auctoritate † propria me irrequisito
vel reprobato à me præsentato, cùm esset dignus, alium
instituit. certum est quod ille debet amoueri, vt 17.
quæst. 7. c. decernimus. nunc quæritur quomodo conci-
piam libellum tam contra illum institutum, quàm con-
tra repræsentatorem seu instituentem. & certè conci-
9 piam sic contra institutum. LIBELLVS. † Coram vobis
domine Archiepiscope Beneuentane proponit Ti. pa-
tronus ecclesiæ sanctæ M. côtra Sempronium clericum,
quòd cùm ecclesia ipsa vacaret, Seius dicês se esse patro
nû, cùm nô esset, nec in possessione vel quasi iurispatro
nus, ipsum Sempronium ad regimen ipsius ecclesiæ
præsentauit, quem Episcopus Alifanus in ipsa ecclesia
ad ipsius repræsentationem instituit. quare petit ipsum
Sempronium per vos ab ipsa ecclesia remoueri. Quòd
sic rectè concipiatur li. dicit decre. extra, eod. titu. con-
sultationibus. Quandò verò Episcopus per se instituit
aliquem contempto patrono vel non admisso præsen-
10 tato per patronum, concipiet sic libel. LIBELLVS. † Co-
ram vobis domine Metropo. &c. proponit T. patronus
ecclesiæ sanctæ Mariæ contra Sempronium, quòd cùm
vacante ecclesia ipse Titius Seium ad regimen illius
Ecclesiæ præsentasset, virum idoneum Episcopo Ali-
fano loci diœce. Episcopus ipsum Seium pro suæ vo-
luntatis arbitrio instituere recusauit, & Sempronium
auctoritate propria instituit in eadem: quare petit per
vos, quod factum est per dictum Episcopum de ipso
Sempronio in irritum nunciari, et ipsum Sempronium
ab ipsa Ecclesia amoueri, & Seium virum idoneum
quem vobis præsento in ipsa Ecclesia per vos institui
seu ordinari. Eodem modo concipies libellum retentis
ferè omnibus quàdò propria auctoritate instituit con-
tempto patrono, vt dicas sic. LIBELLVS. Coram vobis
proponit &c. quòd cùm ipsa Ecclesia vacaret, Episco-
pus Alifanus ipso patrono côtempto Sempronium in-
stituit in eadem, quare petit &c. vt suprà, quòd sic sint
concipiendi libel. dicit canon. 16. quæst. 7. decernimus.
OPPOSITIO. Sed circa vtrumque libel. sic opponitur. si
iste verus patronus sciuit illum præsentare, cui ius non
competebat, vel sciuit Episcopum alium instituere,
debuit contradicere. vnde quia non contradixit, sibi
præiudicauit, vt ff. de re iudi. l. sæpè. Respondeo: con-
fiteor de plano, quòd sibi præiudicasset, nisi contradi-
xisset, vel appellasset saltem ab illa sententia. vnde vt
ipsum excusem, dico ipsum ignorasse, quod semper
præsumitur, vt ff. de actu. l. licèt autem. & ff. de prob. l.
verius. QVAESTIO. Item quæritur, quomodo auditor
iste circa beneficium appellationis? Respondeo: ideò
quia illud quod factum est ipso iure nô tenet: alioquin
si teneret, necessaria esset restitutio vel appellatio, vt
C. sen. rescin. non poss. l. vlti. quòd enim irritum sit ip-
so iure dicit prædictum cap. decernimus. Contra re-
præsentantem ad quem non pertinebat vel côtra Epis-
copum instituentem non malè formabitur lib. in posses
sorio, si ita dicas. † LIBELLVS. Coram vobis, &c. pro- 11
ponit Titius, Ecclesiæ sanctæ Mariæ patronus contra
Sempronium, quòd cùm ipse Titius esset in possessio-
ne iurispatronatus, vel quasi repræsentandi, ille ipsum
spoliauit, vel quasi, præsentâdo Seium ad regimen Ec-
clesiæ prædictæ: quare petit ad prædictam possessionê,
vel quasi restitui. Contra autem Episcopum dicam sic
retentis omnibus illis vsque ad verbum spoliauit, &c.
instituendo Seiû in ipsa Ecclesia, quare petit &c. Quòd
sic rectè concipiatur libellus, & quòd possit quis iuri-
bus spoliari dicit decretal. extra, de causa possess. cum
Ecclesia. & eatra, de capel. mon. c. cùm dilectus. de hac
materia dicemus copiosè in sequenti rubrica. Hæc vt
vtilia de iurepatronatus tractare præuidi, nec admire-
ris quòd aliquantulum prolixè tractaui de hac mate-
ria, cùm sit valdè vtilis & necessaria: & non vidi ali-
quid de ipsa posse resecari. Si verò contentio sit inter
patronos, non de præsentando, sed de iure patronatus:
& Ecclesia vacat. & omnes sunt parati ad eligendum:
& vnus alium negat esse patronum, concipiet sic libel-
lum. primò tamen distingue, aut vterque est in posses-
sione, vel quasi iurispatronatus, aut neuter, aut alter. Si
vterque: dicas sic. LIBELLVS † Coram vobis &c. propo- 12
nit Titius patronus talis ecclesiæ, quòd cùm sit patro-
nus & in possessione iurispatronatus, Seius cùm nul-
lum ius patronatus competat sibi in illa Ecclesia, con-
tendit rectorem præsentare: quare petit per vos sibi
prohiberi. Si verò neuter vel alter sit in possessione,
similiter concipies libellum. Si autem alter esset in pos
sessiôe, scilicet actor, & alium negaret esse patronum,
dicas sic. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit Ti-
tius quòd cùm ipse sit in possessione vel quasi iuris pa-
tronatus talis Ecclesiæ quæ nunc vacat & ipse sit pa-
ratus per repræsentationem de rectore illi Ecclesiæ
prouidere. Seius cui nullum competit ius patronatus,
nec est in possessiona vel quasi, ipsum in ipsa repræsen-
tatione impedit, volendo per se præsentare. quare pe-
tit ipsum per vos prohiberi. Quòd sic concipiatur li-
bellus dicunt iura prædicta. eatra eod. titulo. c. quoni-
am propter. & c. eam te. Si verò patrono iura debita de-
negantur concipiat libellum sic. LIBELLVS. † Coram 13
vobis &c. proponit Titius quòd cùm ipse sit patronus
talis ecclesiæ rector ipsius Ecclesiæ honorem sibi patro
no debitum exhibere recusat, scilicet quòd primus va-
dat in processione. Item cùm ad paupertatem deuene-
rit secundùm facultates ecclesiæ sibi in necessarijs pro-
uidere recusat. quare petit ipsum ad prædictum hono-
rem exhibêdum sibi, vel vt sibi in necessarijs prouideat
compelli. Item concipiet libellum, si rector fuerit con
suetus mittere oblationes, & modo non mittit, & dicat
sic. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit Titius quòd
cùm ipse sit patronus talis ecclesiæ & consueuerit re-
cipere in pascha duo paria bucellatorum: rector ec-
clesiæ ipsius sibi dare recusat. quare per vos ipsum petit
sibi ad prædicta præstâda compelli. quòd sic rectè con
cipiatur libellus, illa iura probât, quæ suprà diximus,
vbi ostendimus quæ sint illa quæ debentur patrono.

Qualiter quis debeat agere, quando iure Canonico dicit se spoliatum?

1 *Spoliari quis an possit possessione vel quasi iuris incorpo-
ralis.*

2 Ius Canonicum secundum æquitatem, non secundum iuris subtilitatem aut rigorem procedit.
3 Iuris restitutio quomodo fiat.
4 Iurium restitutio in vniuersale iudicium venit.
5 Restitutio quando fit, cum omni sua causa fit.
6 Restitutio facienda est antequàm quis conueniri vel accusari possit.
7 Ius an possideri possit, vel quasi & nu. 8.
9 Libellum quomodo formabit spoliatus.
10 Spoliatus ante omnia quando restituendus, & quando non.
11 Restitutio in quibus casibus cesset.

QVALITER super interdicto vnde vi, sit formandus libellus (quod interdictum habet locum circa immobilia) diximus suprà de interdicto vnde vi. in tractatu interdictorum. Item qualiter & quandò quis spolietur possessióe rei immobilis diximus suprà de magno bello cùm tractauimus de constitutione, si quis in tantam. Verùm quia quis aliquandò spoliatur vel possessione vel quasi iurium de quo plena noticia iuris ciuilis non habetur: sed bene discutitur iure canonico: ideo de hac materia videamus, nam iure ciuili 1 fuit quæsitum, an posset quis iuribus spoliari? † & nón videtur: cùm non possideantur, vt ff. de acquir. rer. do. l. seruus. §. incorporales. sed de hac materia notaui su-2 prà, vt dixi in prædictis tractatibus. Iure tamen † canonico secundum quod de æquitate & non de subtilitatis iuris rigore proceditur, vt extrà de iudi. c. dilect. & extrà de restit. spoli. c. sæpè contingit. & extrà de don. & contra. c. ad hoc. vnde quis dicitur spoliari iuribus vel quasi spoliari, vt competat restitutio vel quasi. QVAE-3 STIO. Sed quæritur: quomodo † fiat iuris restitutio? Respondeo: condictione ex canone illo, qui dicit, restitutionem debere fieri, sicut infra videbis. & sic non fiet restitutio per interdictum vnde vi de rigore iuris: quia non posset fieri: fit tamen de æquitate còdictione ex canone. Videamus ergo illa iura quæ præcisè dicunt aliquem à iuribus posse destitui, & pro eis restitutionis beneficium locum habere. Multi allegant canones illos qui continentur 2. q. 2. antiquitus. vbi dicitur, quòd omnes possessiones, & omnia sublata, & omnes fructus ante litem contestatam sint restituendi. Et c. oês leges. vbi dicitur, quòd omnia sublata ei qui rebus spoliatus est, restituátur. Et c. nullus episcoporum. vbi dicitur, quòd nullus dum rebus suis fuerit spoliatus, debet accusari, priusquam ei sublata quocunque ingenio restituantur & reintegrentur: ita vt omnes possessiones, & omnes fructus ante conceptam accusationem restituantur. Et c. in scripturis. vbi dicitur, quòd qui sunt propria sede depulsi, neque ad synodum prouincialem, neque generalem vocari possint, neque in aliquo iudicari antequàm ei quæ sublata sunt, suæ potestati restituantur, & reintegrentur. Et c. præceptum est. vbi dicitur, quòd eiectis & à propria sede spoliatis, primo ecclesiæ & omnia eis sua restituantur, antequàm accusentur. Item allegant 3. quæst. 1. c. Episcopus. vbi dicitur, quòd Episcopis suis rebus spoliatis, vel à sedibus proprijs eiectis, omnia quæ sunt eis ablata, sint integranda: quòd priusquàm factam fuerit, nullum crimen eis obijci potest. Et cap. Episcopi. vbi dicitur idem, quòd nec etiam vocari debeant ad synodum. Et c. reintegranda vbi dicitur: reintegranda sunt omnia spoliatis (ecce circa mobilia,) vel eiectis Episcopis (ecce circa immobilia) & funditùs reuocanda quacunque conditione temporis aut captiuitate aut dolo aut violentia malorum, & per quascunque iniustas causas res ecclesiæ vel proprias amisisse noscuntur. Et c. dum ecclesiæ. vbi dicitur: dum ecclesiæ alicuius Episcopi, aut possessiones, vel res ab æmulis eius, vel aliquibus non sua sponte detinentur, aliquid illi non potest aut debet à quocunq; ante reintegrationem rerum suarum obijci. sed prius sunt omnia reintegranda sibi. Et 3. quæst. 1. c. oportet. vbi dicitur, oportet vt primum vos tam de inuasis ciuitatibus monasterijs & mansis: quam generaliter de omnibus rebus reinuestiri faciatis: quia nec nudi contendere, nec inermes nos debemus inimicis opponere. Et c. audiuimus. vbi dicitur: eas spoliatos in integrum restitui debere. Et c. eiectis. vbi dicitur, post integram restitutionem annus vel sex mensium induciæ indulgendæ sunt. Et c. prius. vbi dicitur, quòd prius oportet omnia reintegrari spoliatis: & ecclesias, quæ sibi sublatæ fuor, cum omni priuilegio restitui, & postmodum tantum spacium eius indulgetur, quanto spoliati fuerunt antequàm ad synodum conuocentur. Cùm ergo habeas per canones istos, quòd omnia restituenda & reintegranda sint, ergo & ista iura ad hoc [illegible], vt illa vniuersalis sit vera, vt ff. de reb. du. l. si is. qui. §. verum. nam 4 † in vniuersale iudicium venit restitutio iurium. vt ff. de petit. hæredi. l. item veniunt. Item si fit restitutio rerum, ergo omnium. nam, rei verbum, vt generale ponitur. ff. si cert. per. l. 1. Item si fit restitutio: ergo prioris status reintegratio, vt ff. de minor. l. quòd si minor. §. penultim. & ff. de vsur. l. videamus. † vbicunque enim 5 fit restitutio, fit cum omni sua causa: ergo cum iuribus. vt ff. de verbor. significatio. l. penultim. Item qui restituitur quantum ad honores, & quantum ad omnia. vt C. de senten. pass. l. 1. sed licèt ista bona iura sint, tamé generalia sunt. Inseramus ergo iura quæ specialiter dicunt iurium faciendam restitutionem, & posse aliquem iuribus spoliari. ea iuribus tamen prædictis nota † restitutionem fieri antequam quis possit conueniri vel accusari. 6 Item siue sit spoliatus ab aduersario, siue ab alio habet tantum tempus, quòd non respondeat quanto spoliatus. Sed audiui dominum Papam Gregorium 9. in causa Virdunensis electi interpretantem prædictos canones, quandò quis fuit spoliatus omnibus bonis, vel maiori parte, quòd non teneatur interim aliquibus respondere. & ideò dicitur, quòd si spoliatus esset ab aduersario vna modica re, non responderet sibi antequam fiat ei restitutio. vt extrà. de ordine cogni c. cùm dilectus. Quòd autem iurium fiat restitutio & spoliatio, dicunt iura. 2. quæstio. 2. c. nullus. vbi dicitur, quòd nullus potest vocari aut iudicari antequam omnia sibi ablata, & omnia iura in integrum restituantur, quia habet priuilegium, quòd non possit exui [illegible] nudatus. Item 3. quæstio. 1. c. si Episcopus, vbi dicitur, quòd si fuerit Episcopus suis rebus spoliatus. aut sede propria deiectus, aut detentione aliqua detentus, aut à suis ciuilibus fuerit sequestratus, restituatur in pristinum statum cum omni priuilegio sui honoris: & [illegible] omnia quæ insidijs inimicorum ablata fuerunt, reintegrentur: non enim vocari aut iudicari potest, nisi pro sua necessitate venire sponte elegerit. nullatenus ergo à quocunque cogitur, antequàm integerrimè ei restituantur, quæ amisit & honori & statui pristino [illegible] reddatur. quòd etiam per hæc exempla probatur: quia cum clericis sanctæ Agates deberentur 12. denarij nomine pensionis ab ecclesia sancti Saluatoris in terminis [illegible] in cuius pensionis possessione fuerant clerici sanctæ Agates: quia per multa fuerant eis tempora persol[illegible] & esset eis postea pensio illa subtracta, dum ageretur [illegible] possessorio pro parte clericorum ipsorum, p[illegible] ipsa pensione subtracta pronunciauit Dominus In[illegible]ocentius Ecclesiam sanctæ Agates reducendam ad statum percipiendi pensionem prædictam, & ad restitutionem pensionis presbyterum sancti Saluatoris con[illegible]nauit. vt hæc probantur extra. de elect. cap. que[illegible]. Item clerici conuentualium ecclesiarum [illegible] trinæ qui fuerant in possessione vel quasi [illegible] di: & fuerant [illegible] spoliati per clericos maioris eccl[illegible] est, non admissi, sed exclusi ab electione [illegible], illis contradicentibus fuerunt per [illegible] Innocent. in quasi possessionem [illegible] quam antè habuerant, reducti. vt extra. de causa poss. & proprié. capit. c. cùm ecclesia Sut[illegible]ina. Item ad petitionem domini Cantuarien. dominus Papa inhibuerat Eboracen. vt crucem ante se non deferret. & [illegible] Eboracen. & sic fuerat destitutus poss[illegible] per Papam vel quasi iuris portandi crucem coram se. postea Eboracé. p[illegible]

à Papa restitui, & fuit restitutus. extra, vt lite pendête nihil inno.c.à memoria. Item dum clerici sanctæ Ceciliæ agerent possessorio, quia dicebant se spoliatos ab œconomo sancti Laurentij de piscinula, scilicet scrutinio, capitulo & baptismate, dominus Cœlestinus ecclesiam sanctæ Ceciliæ capitulo quo se conquesta fuerat spoliatam reinuestire procurauit, sed postmodum dominus Innocen. & baptismate & scrutinio ecclesiam sancti Laurentij ecclesiæ sanctæ Ciciliæ condemnauit, quæ egerat petitorio & possessorio à capitulo autem et ab alijs absoluit eandem: quia nihil de petitorio probauit, vt extra, de capel.mona. c. dilectus. Inferamus aliqua de iure ciuili quę iuuare possunt ius canonicum in hac parte. Ecce enim ipso iure ciuili iura posside ntur, & interdicta veluti possessoria, sunt prodita, vt ff. de seruitu.l.quotiens. & ff. si seruitu. vendi. l. sicuti.§. Aristo. interdum enim vtile pro seruitutibus competit: scilicet, vt possidetis, vt ff. de superfic.l.1.§.vlt. nam
7 † & ius possideri potest vel quasi, vt ff. de iti.ac.pri.l. vlt. Nam & vsusfructus qui est ius, possidetur, & si expelleretur fructuarius, haberet interdictum vnde vi. vt ff. de vi & vi ar.l.iden.q. §.vnde vi. Item propter desitutionem ius amittitur, ergo aliquis à iure spoliatur, vt ff. de vi & vi ar.l si de fundo. Item hæreditas, quæ est ius, possidetur, vt ff. de bono.poss.l.3. Item pro seruitute competit vtile interdictum vti possidetis, vt ff. de aqua plu.arc.l.1.in fi. Item argu. pro & contrà. ff. quor.lega.l.3.§.quòd ait prętor. Item arg. ff. vti possi.l.vlt. Item ius patronatus possidetur, vt extr. de iud.c.examinata. & ext. de iure patrona.c.consultationibus. Item si prohibeatur aliquis ius suum exercere, habet interdictum vti possidetis, vt ff. de iniur.l.sanè. Item si patientia habetur pro traditione, & inducit officium prætoris, ergo impatientia debet haberi pro expoliatione, & sic quis à iuribus spoliatur, vt ff. de seruitut. rusticor. præ-
8 dior.l.1.§.vlt. † Contraria tamen argumenta possunt induci, nam iura nô possidêtur, vt ff. de acquiren.rer.domin.l.seruus.§.incorporales. ea enim quæ corporalia sunt, possidentur, vt ff. de acq. poss.l.possideri. in principio. iura enim incorporalia sunt, vt ff. de rer. diuis. l.1.& Instit. de reb.corporal.& incorporal. Item nemo de via iure mero detruditur, vt ff. de vi cap.l.sequitur. §.si viam. Item iura & nomina non possidentur, vt ff. ad Trebellia. l.cùm hæreditas. Item illa possidentur, quæ sunt in bonis alicuius. at huiusmodi iura non dicuntur in bonis, nec extra bona, vt ff. de vsufruct.leg.l. 2. Respondeo: iura non verè possidentur, in quo casu loquuntur omnia iura proximè allegata, sed quasi possidentur, vt dicunt iura præcedentia. & ideò locum habent vtiliter interdicta, etsi non directè. & sic etiam multi admittunt etiam de iure ciuili posse intentari interdictum vnde vi vtiliter, si quis à iure expellatur vel quasi. Et est quoddam notabile, quòd huius iura inter immobilia computantur. nam pro iure turbato si competit quasi vti possidet. vt supra dixi: ergo pro iure expulsn, vel quasi competit quasi vnde vi. & vtrumque interdictum pro possessione rerum immobilium competit, vt Institu. de interdict. & ff. de vi & vi arma.l.1.§. si quis de naui. & ff. vti possid.l.1. Solus autem dominus meus est in illa opinione, vt nô competat vnde vi, nec vtile nec nec directum, & rationê assignaui suprà de interdicto vnde vi. Concipies autem sic libellum. LIBELLVS. † Coram vobis dumine Episcope proponit Titius contra Scium, quòd cùm esset ipse Titius in possessione, vel quasi percipiendi annuâ pensionem duodecim denariorû ab ipso Seio, pensionem ipsam Seius ipse subtraxit, et sibi soluere côtradicit. quare petit per vos in statum percipiendi prædictâ pensionem à dicto Seio reduci, & proponit condictioem ex canone illo extrà, de election. querelam. Quòd ita sit concipiendus libel. probat prædicta decret. querelam: verùm iure canonico non esset necesse, quod apponeret proponeo condictionem ex canone: quia isto iure actiones nô proponuntur, vt extra, de iudic.c.dilecti. Sed si proponatur, debet apta proponi: alioquin non tenet intentio, vt extra, de iudic.c.examinata. sed ideò de istis feci mentionem, vt sciant legistæ non fieri iuream restitutionem quoad possessionem ex natura interdicti vnde vi, sed beneficio can. Item potest etiam concipi libellus sic. LIBELLVS. Coram vobis, &c. proponunt clerici conuentualium ecclesiarum contra œconomum maioris ecclesiæ, quòd cùm ipsi essent in possessione vel quasi iuris eligendi Episcopum, canonici maioris Ecclesiæ eis renitentibus & exclusis, & contradicentibus ad electionem procedere præsumpserunt: & Ioannem canonicum Sutrinum sibi in Episcopum elegerunt: quare petunt electionem prædictam factam eis contradicentibus & exclusis per vos in irritum reuocari, & se in possessionem vel quasi iuris eligendi Episcopum, in quo ante controuersiam motam fuerunt, per vos reduci. Quòd sic rectè concipiatur libellus, probatur extra, de causa possess. & proprie. c.cùm Ecclesia Sutrina. Ioannes. adijcitur enim in libello de electione irritanda: quia non possent alio modo actores in possessionem reduci, nisi illius irritaretur electio. OPPOSITIO. Sed opponitur: ecce aliquis non est patronus, sed est in possessione vel quasi iuris patronatus, iste præsentat aliquem: instituitur presentatus, licèt verus patronus euincat ab eo ius patronatus, tamen institutus non remouetur, vt extra, de iure patrona.c. consultationibus. Respondeo: non est locus oppositioni, in decreta. illa, consultationibus. quia ille qui erat in possessione vel quasi iurispatronatus, solus erat in possessione, & secundùm conniuentiam oculorum solus præsumebatur patronus. vnde licèt alius posteà obtineat in iure patronatus, quia tempore præsentationis non mouebat quæstionem, non debet institutus amoueri. in decre. autem, cùm ecclesia Sutrina. in limine electionis insurrexit obiectio: scilicet, condictionis eorum, qui erant in possessione vel quasi iuris eligendi. vnde cum eis exclusis videbatur facta electio, meritò vitiatur. Formabitur etiam libel. sic. LIBELLVS. Coram vobis proponit œconomus Ecclesiæ sanctæ Cecilię côtra œconomum sancti Lauren. quòd cùm ecclesia sanctæ Ceciliæ esset in possessione vel quasi, eius iuris seu subiectionis, quòd clerici sancti Laurentij vocati veniant ad capitulum, scilicet, Cæciliæ, singulis annis: prædicti clerici vocati ad capitulum venire recusauerunt, quare petit ad prædictam possessionem vel quasi per vos reuestiri. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicit decre. extrà, de capel. monacho.c.dilectus. Qualiter autem concipiatur libel. si aliquis est in possessione vel quasi iurispa. dixi in superiori rubrica. Verùm
† quia à multis crederetur per ea quæ dicta sunt, quòd 10
ante omnia essent spoliati restituendi, vt dictum est, probatur. C. si per vim vel alio modo, l.1. & extrà. de restitut.spolia.c.licèt. tamen diligenter attende quandò restitutio sit facienda, & quandò non. Refert enim quandò quis spolietur: quia aut spoliatur à iudice suo, aut à non iudice suo. Si à suo, aut iudiciario ordine seruato, aut non: si ordine iudiciario non seruato, statim restituendus est, vt 2.q.6.c.arguta.2.q.1.c.notum sit. & in hoc casu loquuntur iura prędicta, quę dicunt ante omnia spoliatum restituendum esse. Si verò ordine iuris seruato, nô debet restitui ante causę cognitionem, vt 7. q.1.c.pręsentium. & hæc locum habent quàdò quis spoliatur à suo iudice: si verò à non suo iudice sed ab alio, vel ab eo qui omninò nô est iudex, statim restituendus est, vt 3.q.1.& 2. per totum. Excipiuntur tamen quidam
casus † in quibus cessat restitutio. Primus est in eo qui 11
occupat sedem apostolicam: quia si expellatur, nô competit ei restitutio, vt 23.dist.c.in nomine domini. Item si scandalum ex restitutione oriatur, vt.2.q.1.in primis. Itê si petenti restitutionê obijciatur spoliatio: quia tunc non fiet restitutio antequàm ipse restituat, vt extra, de ordine cogn.c. cùm dilectus. & c. super spoliatione & extra, de restito.spoliat.c.olim. Item si opponatur excommunicatio: quia non habet personam excommunicatus standi in iudicio. vt extra, de iudic.c.intelleximus. & extra, de except.c.dilecti. & c.dilecte. & c.significauerunt. & extrà, de sen.excom.c.per tuas. Item si opponatur spontanea renunciatio facta in manu sui iudicis,

dicis, vt extra, de resti. spo. c. 1. & 2. Item si mulier à viro
repulsa committat fornicationem, nõ potest petere re-
stitutionẽ, vt eat. de diuor. c. significauit. Item si de viri
sæuitia timeatur: quia tunc non fiet restitutio ipsi mari-
to vaoris, vt eat. de resti. spolia. c. ea transmissa. Item si
obijciatur iuramẽtum, vt eatt. de restit. spol. c. accepta.
Sunt & alij casus quos notaui supra in tractatu consti-
tutionum quæ violentiam puniunt, super illa consti-
tutione quæ incipit, iudices. C. si per vim vel alio mo-
do. aliter nunquàm restitutio denegatur prætextu ali-
cuius criminis, vt eatr. de restitut. spolia. c. in literis. &
c. item cùm quis. & c. conquerente. & c. literas. & C. de
donat. inter virum & vaorem. l. si maritus. & arg. C. de
fal. l. a. & C. de edi. diui Adr. toll. l. a.

SEXTA PARS.

De parochijs & alienis parochianis.

1 *Parochia definitio.*
2 *Parochia probanda modus.*
3 *Parochia siue parochiales ecclesiæ rectori iura ciuilia au-*
dire vetitum.



V M ius parochiale sit vnum
de iuribus, de quo sæpè quæ-
stiones contingunt, ideò hac
actione sumpta videamus de
parochijs, & alienis parochi
anis. Videamus ergo quid sit
parochia, vnde dicatur paro-
chia. in quibus cõsistat ius pa
rochiale: & an finis parochiæ
possit præscribi, & quòd iu-
ris sit, si parochianus vnus vadat ad aliã ecclesiam qua-
liter priori derelictæ ecclesiæ consolatur: & qualiter in
talibus sit formandus libellus seu petitio de iure. Paro-
1 chia † est locus in quo degit populus Ecclesiæ alicui
deputatus. Fuerunt autẽ istæ parochiæ ab initio à præ-
latis distinctæ, vnde si contentio fieret de parochia, dif
ficilima esset probatio quandò fuerunt distinctæ, sicut
& difficilimè probatur de illis qui fecerunt vias & qui
habuerunt ius publicandi, vt ff. ne quid in loco publi.
fiat. l. 1. §. locorum. Item qui fuerunt illi qui fecerunt
vias vicinales ex communi collatione agrorum. vnde
in talibus fit probatio illius temporis, cuius non extat
memoria, vt ff. de loc. & itin. pub. l. viæ. vnde probatur
hic sicut in actione aquæ plu arcen. quia dicent testes.
2 † Ego vidi semper parochiam illius Ecclesiæ sic distin-
ctam, & semper audiui hoc ab antecessoribus meis, nec
vidi contrarium, nec audiui, nec vidi aliquem, qui vi-
derit contrarium, nec audiui aliquem, qui audierit con
trarium, vt ff. de proba. l. si arbiter. et ff. de aqua plu. arc.
l. 1. §. vlt. & l. in summa. §. idem Labeo. Quid autẽ si pro-
bo de 40. annis. Respondeo fortè non sufficit, sicut sta-
tim notabo infrà, vbi dicam an limes parochiæ possit
præscribi. Parochia græcè, cura dicitur latinè. & dici-
tur parochia quasi petitio vel præparatio curæ: quis re-
ctor illius Ecclesiæ habet curam animarum totius po-
puli infra illos limites congregati, vnde dicitur regere
populum, vt eat. de capel. mo. c. 1. vnde si est ecclesia pa
rochialis multi credunt quòd rectores ipsius habeant
curam animarum. & habent in veritate in multis par-
tibus in Anglia & in Francia, verùm in partibus no-
stris, sicut in Apulia & maximè Beneuenti, non habent
curam animarum: & sic videtur quòd non debeãt pro-
hiberi audire iura ciuilia & physicam, per decre. extr.
ne cleri. vel mona. se nego. secular. immisceant. c. super
specula. Sed contrarium est verum, quia interpretatur
ita dominus Papa & Cardinales, vt ad illos constitutio
illa extendatur, & ad illos, qui habẽt personatus in ec-
clesijs cathedralibus. extẽditur etiam ad presbyteros,
& hoc ex textu illius decre. colligunt: si enim legislato-
ri contrarium placuisset, contrarium statuisset, vt arg.
3 C. deca. iol. l. vnica. circa fin. † Nõ audiant ergo iura ci-
uilia rectores Ecclesiarum parochialiũ: faciãt vnum ex
pacto. & est hoc ipsa æquitas, ex quo prohibentur ad-
discere iura ciuilia illi qui numerati sunt in prædicta
decret. super specula. aut abstineant in totum: scilicet,
quòd iura ciuilia non allegent, & sic ius canonicũ non
audient, aut remoueant de notis & libris eorum quic-
quid de iure ciuili habent, ex quo sunt iura ciuilia exe-
crabilia, & eis penitus interdicta. sed si audeo dicere tã
lator canonis illius quam & duo cõsiliarij, qui fuerunt
purè Theologi fecerunt sicut vulpes, quæ dum nõ pos-
set gustare de cerasis cœpit, illa publicè vituperare.
istud securè dico quantum pro mundi regimine, siue in
Ecclesia Romana, siue alibi, vbi sunt aliqui qui igno-
rant iura ciuilia, & ipsi stent pro testibus, quòd opor-
tet vt tanquàm cœci aliorum ducatu ducantur.

Quæ sunt illa quæ pertinent ad curam animarum.

1 *Quæ ad curam animarum pertineant.*

SED quæritur quæ sint illa quæ pertinent ad curam
animarum. † Respõdeo: suspensio, excõmunicatio, 1
absolutio presbyterorũ propriorum, & parochia-
lium Ecclesiarum interdictio, visitatio, inquisitio, pro-
curatio ratione visitationis debita. quæ omnia enume-
rantur eat. de electio. c. dudum eccle. Romana.

Quæ sunt iura parochialia.

1 *Parochiani in quibus diebus missam audire in propria pa-*
rochia teneantur.
2 *Parochiani in propria parochia oblationes offerre tenen-*
tur.
3 *Parochianus semel in anno pœnitentiam à suo parocho*
accipere tenetur.
4 *Parochianus eucharistiam & pœnitentiam à proprio sa-*
cerdote recipere ad minus in die pascha tenetur.
5 *Parochianus sua parochiali ecclesia decimas personales,*
& quandoq; prædiales soluere tenetur.
6 *Parochianus in sua parochiali ecclesia sepeliendus.*
7 *Missa nuptialis in ecclesia parochiali audienda est.*
8 *Pœnitentia non accipienda à parocho inimico.*
9 *Parochianus in loco domicilij iura parochialia soluere*
tenetur.

IVRA parochialia multa sunt. Et præcipuè ius paro-
chiale in hoc consistit. † Primò, quòd parochiani in 1
singulis diebus dominicis & festiuis, & præcipuè in
Pascha vel in Natiuitate Domini, Epiphania, in Ascen-
sione, in Penthecoste, & in natali sancti Ioan. Baptistæ,
& si qui maximi dies in festiuitatibus habentur, & in
omnibus festiuitatibus beatæ virginis et Apostolorum
& dedicationis ipsius Ecclesiæ parochialis, qui etiam
feriati hodiè habentur, vt extra, de ferijs. c. vlt. audiant
missam totam in ecclesia parochiali, vt de con. dist. 1. c.
si quis. & c. omnes fideles. & extrà, de paroch. c. vt do-
minicis. Secundò, quòd † offerant ibi oblationes iuxta 2
illud: non apparebis in conspectu meo vacuus. vt de
confe. dist. 1. c. omnis Christianus. Tertiò, quòd † in quo- 3
libet anno semel ad minus debet à proprio sacerdote,
cuius est parochianus pœnitentiam accipere, nisi ha-
beat ab illo licẽtiam eundi ad alium sacerdotem, vt ex-
tra, de pœnit. & remiss. c. omnis vtriusque sexus. & de
pœnit. dist. 6. c. placuit. Sacerdos autem qui alium pa-
rochianum ad pœnitentiam recipit, quem non potest
absoluere vel ligare (cùm non sit iudex ipsius) gradus
sui periculo subiacebit, vt prædicto canone. placuit &
extrà, de paroch. c. nullus. & ipse parochianus viuens
ab ingressu arcetur Ecclesiæ: & moriens caret ecclesia-
stica sepultura, vt extrà, in prædicta decret. omnis v-
triusque sexus. & ibi etiam habetur qualiter sit pœni-
tentia iniungenda. † Quartò, quòd semel in anno, ad 4
minus in pascha recipiat parochianus à proprio sa-
cerdote Eucharistiam & pœnitentiam. alioquin præ-
dicta pœna punitur, vt transgressor. vt in prædicta
decret. omnis vtriusque sexus. Quintò, quod si cele-
5 bret sacerdos solennitates aliquorum sanctorum, sicut
si faciat festum sanctæ Mariæ vel alicuius sancti: quòd
in sua parochiali Ecclesia faciat, sicut de oblationi-
bus

5 bus diximus. Sextò, † quòd suæ parochiali ecclesiæ debeat dare decimas personales, & fortè prædiales, sicut diximus suprà de decimis. & extr. de decimis. c. cum cõ-
6 tingat. Septimò, quòd debeat in illa sua parochiali ecclesia sepeliri. sed si alibi elegerit sepulturam: tertiam vel quartam, quod verius est, dat illi ecclesiæ parochiali illorum omnium quæ legat illi ecclesiæ in qua sepelitur. vt extr. de sepultu. c. certificari. & de hac materia dic copiosè, vt infrà dicetur de sepult. Propter autem prædicta tenetur quilibet sacerdos ante Missam in dominicis diebus & festiuis interrogare plebem, an alienus parochianus sit inter ipsos, an velit ibi audire Missam, quem si inuenerit, statim eum abijciat. vt extrà, de paroch. c. vt dominicis. hodiè tamen nunquam istud vidi de facto seruari: imò multùm gaudent sacerdotes nostri temporis, si sint ibi alieni parochiani, & sibi oblationes offerant. & nunquam vidi eos abijci, sed libentius honorari. Ideo dico diebus dominicis & festiuis: quia in alijs diebus infrà annum: & maximè, si onerosum erat, sibi & familiæ ire ad parochialem ecclesiam cum sit remota, & maximè in hyeme propter malum tempus, sicut scio de multis: potest tunc ire ad vicinam ecclesiam. vt in prædicto canone de consecr. dist. 1. c.
7 quis. Octauò, † quòd si mulier vel masculus voluerit contrahere matrimonium, Missam nuptialem in ecclesia parochiali audiant, omnia enim sacramenta in illa ecclesia debet recipere: & etiam baptismum, si esset ecclesia baptismalis. quòd sic fit de Missa nuptiali, legitur extrà, de cland. despons. c. cum inhibitio. & per totam decretal. & specialiter in §. vlt. argum. extra, de spon. & matr. c. cùm in tua. & c. consul. & hoc necessarium est. nam si debet ibi audire Missam, & facere oblationes, sicut suprà dixi: ergo & in casu illo. Sed vbi auditur illa Missa benedictionis? certè in ecclesia parochiali vxoris. & sic hodiè seruatur generaliter, quòd vadit maritus ad audiendam Missam in ecclesia parochiali vxoris. Sed quod dictum est de sacerdote parochialis ecclesiæ quòd ab eo debeo accipere semel in anno pœnitentiam, intelligas ita, si est discretus: alioquin de sua licentia ad alium accedere poteris sacerdotem. vt de pœni. dist. 6. c. placuit. QVAESTIO. † Quid si inimicus sit ille sacerdos parochialis. Respondeo, recusabit illum, & de sua licentia ibit ad alium. sicut & aliàs contingit in iudice recusato vel suspecto. vt ff. de iurisd. om. iud. l. prætor. & arg. extr. de appellat. c. cùm speciali. Quod autem † dictum est de iuribus parochialibus, deberi à parochiano ecclesiæ parochiali, intelligas verum esse quandiu durat parochianus. si autem desinit, verbi gratia, mutando domicilium in aliena parochia: tunc desinit esse parochianus illius ecclesiæ, & fiet parochianus illius ecclesiæ, in cuius parochia modò habet domicilium. vt extr. de paroch. c. significauerunt. & extr. de decimis. c. ad Apostolicæ. & est ratio in prædicta decre. significauerunt. vbi dicitur, quòd ibi dent parochiani prædicta, vbi audiunt diuina. & tunc intelligas ibi mutari domicilium, quando ibi moraturus perpetuò accedit, & transferri ibi summam fortunarum suarum, & inhabitat ibi. alioquin si vnicam domum haberem in parochia tua, & ibi non habitarem: non propterea essem parochianus tuus. nam nec domus sola possessio facit aliquem ciuem. vt ff. ad munici. l. libertus. §. sola. & l. assumptio. & l. eius.

De limitibus parochiæ an possint præscribi. Rubric.

1 *Limites parochiarum sicut & episcopatuum imprascriptibiles sunt.*

1 NVNC videamus, an limites parochiæ possint præscribi: Et respondeo, quòd non: sicut † enim fines & limites episcopatuum, ita fines & limites parochiarum non præscribuntur. vt ext. de paroch. c. super eodem. Quidam tamen glosant super illa decr. parochiarum, id est, episcopatuũ. nam canone ade principalibus limitibus inutilibus loquuntur. vt 16. q. 3. c. quicunque. si ita glosares, iam quæstio de capella super vacuò poneretur, nam canones de diocœsibus episcopalibus tractant. vt 16. q. 3. c. inter memoratos. & sic prędicta decret. de limitibus parochiarum & de capellis loquitur. Sed opponitur de eo quod habes extr. de probat. c. ex literis. vbi videtur, quod limites ecclesiarum parochiarum præscribi possint. Respondeo, non est verum: imò ibi dubitabatur cuius ecclesiæ essent illi limites, & sic inteotabatur ibi finium regun. vnde non propriè ponitur ibi præscriptio: at si certum sit, quòd limites fuissent illius parochiæ, nunquam potuissent præscribi. vt suprà dixi.

Qualiter consulatur rectori ecclesiæ si parochianus suus dimittat ecclesiam, & vadat ad aliam Rubric.

1 *Libelli concipiendi formula contra rectorem alterius ecclesiæ, qui parochianum non suum ad diuina recipit.*
2 *Libellus quomodò contra parochianum concipiatur.*
3 *Antiqua parochiæ diuidi non debent.*

NVNC videamus, si fortè parochianus ecclesiæ tuæ vadit ad alienam ecclesiam ad audiendum Missam, & ibi dat oblationes, & alia parochialia iura qualiter tibi rectori parochialis ecclesiæ consulatur, tam contra illum parochianum, quàm cõtra alium rectorem, qui ipsum in sua ecclesia recipit ad diuina. Item videamus qualiter consulatur rectori ecclesię parochialis, si suus parochianus non vult ad ecclesiam suam ire, nec vadit ad aliam: vel si vadit, non dat oblationes, nec præstat alia iura parochialia, an possit compelli, & quo iure? Respond. contra rectorem alterius ecclesiæ, qui recipit parochianum tuũ ad prædicta potes intentare possessoriũ & petere possessionem, hoc modo. LIBELLVS. † Ago ego Ti. rector ecclesiæ sanctæ Mariæ contra Lucium rectorem ecclesiæ S. Lauren. vt cùm sim in possessione vel quasi iurium parochialiũ, vel recipiẽdi iura parochialia à Sẽpronio parochiano meo, ipse me in possessione vel quasi recipiendi iura parochialia prędicta turbat, recipiendo ipsum parochianũ meum ad diuina in ecclesia sua, recipiendo ab eo oblationes & alia iura parochialia, quare peto ipsum à tali turbatione cessare. Quod sit ita concip. lib. dicunt iura prædicta, quæ in superiori rubr. notaui. & ff. de iniur. l. iniuriarũ. §. vlt. & l. sané. & ff. de seruit. l. quotiens. & ff. si seru. vend. l. sicuti. §. Aristo. Vel concip. libel. & proponat actio. iniuriar. & dicat sic. LIBELLVS. Ago & c. quia mihi iniuriatur in hoc, quia recipit parochianũ meum in sua ecclesia diuina: & ab ipso oblationes recipit, & alia iura parochialia percipit: vnde quòd à tali iniuria cesset, ago cõtra ipsum: vel quòd hanc iniuriã mihi nõ inferat, ago contra ipsum. & si vis, potes adijcere sic: propono actionem iniuriarũ, secundùm quosdam per prędict. l. de iniur. Potes etiam intentare petitoriũ iudiciũ hoc modo. LIBELLVS. Ago ego Ti. rector talis ecclesiæ contra Luciũ rectorem talis ecclesiæ, quòd cũ de iure ei non competat recipere S. parochianum meũ ad diuina, nec oblationes in ecclesia sua: ipsum tamen prędic. parochianum recipit in ecclesia sua ad prædicta: vnde peto per vos ipsum Luciũ à talibus prohiberi in futurũ, & quòd ad suam ecclesiam ipsum non admittat: imò illũ expellat quando voluerit ibi audire diuina. Quòd sic rectè formetur libellus, dicunt iura prædicta extra, de paroch. c. vt dominicis. Contra ipsum parochianum concip. sic libel. LIBELLVS. † Ago ego Tit. rector ecclesiæ 2 sanctæ Mariæ contra L. parochianum meum, vt ipse in diebus dominicis & festiuis, videlicèt, pascha, ascensione, penthecoste, in festo B. Ioan. Baptistæ, in festiuitatibus beatæ Mariæ & Apostolorum. in natiuitate domini, & epiphania veniat ad ecclesiam prædictam, cuius est parochianus, & audiat ibi Missam, seu diuina, & faciat ibi oblationes & festa: pœnitentiam saltem semel recipiat in anno, & corpus & sanguinem Christi. Vel dicas, & recipiat ibi ecclesiastica sacramenta, decimas soluat, & omnia alia iura parochialia, quæ ecclesię parochiali à parochiano debentur. Quod sic rectè concipiatur libellus, dicunt iura prædicta, quæ diximus in illis quæ sunt de iuribus parochialibus. † Illud tñ nota, 3 quòd antiquę parochię diuidendæ nõ sunt sine licentia

Archiepiscopi:imò diuisæ sunt reintegrandæ, nisi ex
causa necessitatis.vt extrà,de præben.c.auaritiæ.& ex-
trà,de eccles.edi.c.ad audientiam.

De sepulturis & de iure funerandi, & de alijs ad ipsam ecclesiam pertinentibus.Rubr.

1 *Ius sepeliendi seu funerandi quid.*
2 *Ecclesia quæ in ciuitatibus aut castellis sunt:quæ ita angusta sunt,vt nedum 40 sed nec 30.pedum sint, an iure sepulturæ gaudeant.*
3 *In ciuitatibus & municipijs nullus antiquitus sepeliebatur.*
4 *Sepeliendi ius qui concedere possint.*
5 *Funerandi ius omnibus competit.*
6 *Sepelire vnumquenque in ecclesia parochiali debere, regulare.*

CVM sit de iuribus parochialibus ius sepeliendi,
& de his sæpè multæ quæstiones & dubitationes
oriuntur,ideò de sepulturis videamus. Videamus
ergo quid sit ius sepeliendi seu funerandi.A quo conce
datur.Quæ ecclesiæ habeant ius sepulturæ.Apud quam
ecclesiam debeat quis sepeliri.Quibus interdicatur ec-
clesiastica sepultura.Quid debeat habere ecclesia paro
chialis pro sepultura:siue in ipsa ecclesia sepeliatur
quis,siue in alia.Et si in alia,quam partem debeat habe
re ecclesia parochialis. Et an possit quis eligere sepol-
turam vbicunque velit. Et an ecclesiæ, & loca quæ ha-
bent ex priuilegio liberam sepulturam, possint indif-
ferenter omnes recipere.Et an teneantur aliquid dare,
si parochianus alterius ecclesiæ in sua, vel alia elege-
rit sepeliri.Ius † funerandi est sepelire in cœmeterio,
1 proueniens ecclesijs assignatione pontificis: sicut ex in
ferioribus apparebit,quando enim ecclesia ædificatur,
debet Episcopus primò crucem figere,& atrium,id est
cœmeterium publicè designare debet.vt de consecr.di-
stin.1.c.nemo. quod cœmeterium debet habere in ma-
iori ecclesia 40.pedes.in minori ecclesia 30.pedes.vt 16.
2 quæstio.4.c.sicut antiquitùs.QVAESTIO.† Quid ergo di
cemus hodie de ecclesijs qui sunt in ciuitatibus & ca-
stellis,quæ hodie non habent istos 40.seu 30.pedes.siue
de maiori ecclesia,siue de alijs capellis loquamur:imò
sint arctissimæ, adeò quòd etiam domos laicorum eis
coniunctę sint nunquid habent cœmeterium vel ius se
peliendi?Respondeo,non habent: propterea quia loca
in ciuitatibus stricta sunt, & sic carent cœmeterijs. vt
arg.16.quæst.4.c. quisquis. veruntamen sic hodie vsur-
patum est, vt licet non habeant cœmeteriom ita am-
plum:habent tamen cœmeteriũ infrà, sicut tota die de
facto videmus, & sic habent ius sepeliendi seu funeran
di.in illis tamen,& in ecclesijs constitutis extra ciuita-
tes considerari debet cœmeterium sic amplum, in qui-
bus olim mortui sepeliebantur.† nullus enim in ciuita
3 te vel municipio sepeliebatur, imò imponebatur pœ-
na 50. aureorum ei, qui in ciuitate mortuum sepelie-
bat,consuetudine non obstante.vt ff.de sepulch.viol.l.
prætor ait. & hoc ideò ne sanctum ius municipiorum
pollueretur,& ne homines inficerentur: corrumpitur
enim aer cadaueribus mortuorum.vt C.de reli.& sum-
4 pti.fune.l.mortuorum reliquias. Conceduntur † autẽ
cœmeteria & ius sepeliendi à domino Papa,ab Episco-
pis,Archiepiscopis a quibus cœmeteria conceduntur,
sicut suprà diximus:istud enim est de iuribus Episcopa
libus,scilicet concedere sepulturam , seu ius funeran-
di.Quæ autem † ecclesia habeat ius funerandi?Respon
5 deo,quod omnes siue habeant cœmeterium siue non:
vt superiùs dixi.nam ex quo ecclesia constituitur. om-
nia conceduntur quę ecclesię competunt.nam conces-
so collegio,& omnia conceduntur,quæ collegio com-
petunt.vt ff.quod cuiusque vniuers.nomine,l.1.& con-
cessa iurisdictione,omnia videntur cõcessa,quæ iuris-
dictionis sunt.vt ff.de iurisd.om.iud.l.eui. & ff.de re iu
dica.l.quidam.& arg.ff.de procurat. l.ad legatum.& l.
6 ad rem mobilem. † Apud quam autem ecclesiam quis
debet sepeliri?certè apud ecclesiam parochialem. vt
extra,de sepult.c.ex parte. vel ibi debet sepeliri, vbi se
pulti sunt sui maiores.vt extrà,de sepolt. c.nos institu-
ta.sed istud locum habet, quando quis non eligit sepul
turam.vt patet extr.de sepult.c.nos instituta. & de hac
materia,scilicèt de sepulturis antecessorum & maiorũ
legitur 13.quæst.2.c.Ebron.& §.fornr.& c.vltim. & c.il
lud.& c.vbicunque. vbi dicitur, quòd vbi quis deci-
mas soluerit viuus,& mortuus sepelietur,& c.placuit.
& c.relatum.ferè vsq, ad finem.

Quibus interdicatur ecclesiastica sepultura. Rubric:

1 *Sepultura ecclesiastica paganis & hæreticis interdicta. Item excommunicatis,et decedentibus in mortali peccato.*
2 *Verborum, Cui non communicamus viuo,non communicamus & mortuo,fallentia.*

NVNC videamus quibus interdicatur ecclesiasti 1
ca sepultura. † Et certè interdicitur paganis &
hæreticis: prohibentur enim isti in cœmeterio
sepeliri. vt de consecr. dist. 1. c.ecclesiam in qua. Item
interdicitur excommunicatis. imò si fuerint sepulti,
debent exhumari:nisi ossa eorum ita sint admixta ossi-
bus fidelium,quo nullo modo separari possent.vt extr.
de sepult.c.sacris.vbi dicitur,quòd cui non communi-
camus viuo, nec debeamus communicare mortuo. &
24.quæst.2.c.de communione. Item interdicitur dece-
dentibus in mortali peccato manifestè sine pœniten-
tia.vt 13.quæst.vltim.c.quæsitum. 23.quæst.5.c.placuit.
impijs enim non est sepultura ecclesiastica conceden-
da.vt extrà,de sepultu.c.sacris.si tamen sit quis excom-
municatus,& recipiat pœnitentiam, etiam à simplici
sacerdote,non est ibi sepultura deneganda. vt extr. de
sepultur.c.parochiano. Et quòd dixi de communione,
intelligas vel communicare debuimus: quia tunc ab-
soluetur post mortem excommunicatus,& esset ei post
mortem communicandum. vt extr. de sentent. excom-
municat.c.à nobis.& dicunt istud. cui non † communi- 2
camus viuo , non communicemus & mortuo , fallit in
multis.Primo in furibus & latronibus.vt extr. de furt.
c.fures. Item in torneatoribus.extr.de tornea.c.1. Item
in raptoribus.extr.de raptorib.c. super eo. Item in his
qui seipsos interfecerunt.vt 23.quæsti.5. c.placuit. Item
in his qui in testamento faciunt presbyteros tuto
lijs suis.vt 88.distinct. c.neque apud. Item in quo
quem constat in mortali peccato decessisse.c.13.quæ
c.non æstimemus. Item in his qui post mortem accusan
tur de hæresi. vt 24.quæst.2.c.sane profertur.& sic nota
nit T.Io istis enim casibus cõceditur pœnitenti corpus
Christi,sed interdicitur sepultura,& hoc ad terrorẽ

Quid parochialis ecclesia habere debeat pro sepultura proprij parochiani. Rubr.

1 *Pro sepultura facta in parochiali ecclesia nihil exigendũ.*
2 *Parochus quid de legato facto à suo parochiano alterius ecclesia in qua sepelitur, habebit & quid si quis apud hospitale vel templum sepeliatur. nu.3.*
4 *Ecclesia penes quam quis extraneus sepelitur , portionem ecclesia parochiali dare tenetur.*
5 *Intellectus c.relatum, de sepul extr. & c placuit.13. q.2.*
6 *Fraudem interuenisse qui allegat,probare tenetur.*
7 *Sepeliendus apud fratres Minores, relinquit illis pro vestimentis annuatim,vel pro libris , nunquid quarta legati parochiali ecclesia debeatur.*

NVNC videamus quid debeat habere ecclesia pa
rochialis pro sepultura,siue in ipsa ecclesia pa-
rochiali sepeliatur quis, siue in alia. Circa ista
sic notabis,† quod quãdo quis sepelitur in ecclesia sua 1
parochiali:ecclesia parochialis,seu rector ecclesiæ ni
hil pro sepultura petere debet. omnis enim sepultura
debet esse libera.vt extr.de sepult. c.abolendæ. non e-
nim est sepultura fidelibus deneganda. vt extr. de se-
pult.c.sacris.& si consuetudo erat, vt pro sepultura ali
quid exigatur, illa consuetudo tollitur: vt in præd. c.
abolẽdæ.& 13.q.2.c.quæsti.nisi aliquid defunctus leget
illi ecclesiæ,tũc enim ecclesia illud rectè petit. ...
commuoi-

municandus est hæres, qui talia relicta non soluit, vt 13.q.2.c.qui oblationes. & c.clerici. & quis nunquam sic miser est, & sic pauper, vt non relinquat aliquid ecclesiæ illi in qua eligit sepeliri: & maximè si testatus decedit: & si intestatus decedit, quis vnquam hæres sic auarus est, vt non det aliquid ecclesiæ illi, vbi testator sepelitur? certè nullus. & vt cum pace & reuerentia personarum ecclesiasticarum loquamur, istum tractatum reputaui vtilem pro commodo pecuniario, & pro his oblationibus quas consequuntur, non pro charitate & misericordia, quàm debent attendere circa sepultos, ne ipsorum cadauera iaceant inhumata. vt ff. de relig.
2 & sumpt.fune. l.& si quis. § sed interdum. Si † verò in alia ecclesia sepeliatur: quia fortè ibi eligit sepulturam habere, si illi ecclesiæ aliquid legat: totius legati debet habere ecclesia parochialis partem: sed quàm? certè in parte ista iura variare videntur. Quædam iura dicunt, quòd dimidiam. vt extra. de sepult. c. relatum. & c. de his. Quædam iura dicunt tertiam. extr. de sepult. c. nos instituta. Quædam iura dicunt, quòd quartam. extrà. de sepult. c. cum super. & c. in nostra. Respondeo, iura loquuntur secundùm diuersas consuetudines locorum. sed magis concordamus, vt si non sit specialis loci consuetudo, quòd quartam debet habere ecclesia parochialis, de cuius parochia corpora assumuntur. vt extrà, de sepultur. c. certificari. si verò de consuetudine dubitetur, vel consuetudines sint diuersę, tunc de minori parte esset intelligendum, scilicet de quarta. vt ff. de arbitris. l. diem §. si plures extr. de sepul. c. in nostra. QVAESTIO. † Sed illud quæritur. quid si apud hospitale vel a-
3 pud templum sepeliatur? Respondeo, si defunctus eligit ibi sepulturam hospitalarij vel templarij debent dare quartam partē de omnibus relictis hospitali, seu templo illi ecclesiæ de cuius parochia corpora assumuntur, præterquam de equis & armis, de quibus nulla quarta debetur nec aliquid: sed insolidum remanebunt apud hospitale vel templum. Si autem non elegerunt sepulturam, vel si sunt minores quatuordecim annis, & aliquid perceperunt, totum restituent illi ecclesiæ de cuius parochia corpora assumuntur. vt extrà, de sepult. c. in nostra nō enim debent hospitalarij vel templarij alienos mortuos recipere, nisi apud eos elegerint sepeliri. vt in prædicta decre. in nostra. QVAESTIO. † Sed nunquid ista quarta est danda de toto suo iudicio? Respondeo non: sed danda est ecclesiæ parochiali, vbi in vita sua audiuit diuina, & vbi habuit pabulum Christi, quarta totius illius iudicij. quod reliquit illi ecclesiæ in cuius cœmeterio elegit sepulturam. vt extrà, de
4 sepult. c. in nostra. & sic intelligo decret. extr. eo. c. nos instituta. & est ratio. nam sicut ecclesiæ parochiali fit quædam iniuria de corpore quod alibi sepelitur: sic fit sibi recompensatio. scilicet quod ecclesia illa vbi sepelitur, debet sibi restituere quartam, sicut hæredi: aliàs omnium illorum quæ ibi testator pro anima sua legauit. alioquin durus esset sermo. vt totius sui iudicij deberet parochialis ecclesia habere quartam partem, & sic illud quod est voluntatis: videlicet, relinquere aliquid pro anima sua ecclesiæ, vt C. de sacrosan. eccle. l. 1. iam in necessitatis articulum verteretur. Item iam aliud maius sequeretur absurdum: quia si laicus quis legaret aliqua aliquibus ecclesijs, & ita in ecclesia sua parochiali sepeliretur, de legatis relictis nihil haberet ecclesia. Idem etiā dico si sepeliretur in alia: quia quid laici legatarij peccauerunt? quid peccauit hæres? certè in nullo. vnde si legata alijs ecclesijs relicta deberent defalcari, propterea quia in alia ecclesia sepelitur, durissimum esset. intelligas ergo sanè, sicut suprà dictum est. OPPOSITIO. Sed opponitur de eo quod habes extr. de sepul. c. relatum. & 13 q. 2. c. placuit. §. sed & aliud. in fin. quę decre. idem dicebat per eadem verba, secundū quod dicit illud decretum, antequā esset intercisa, vbi dicitur, quòd ecclesia parochialis debet habere medietatem omnium rerum & possessionū quas siue in morte, siue in vita monasterio reliquit, in quo conuerti vo-
5 luit. † Sed respondeo, capitulum illud & decret. intelligo in eo casu, quando tale vitium non cōmittitur, vt in ipso textu colligitur antiqui canonis. quia Leonis est illud decretum. & malum non fuit, quòd sic intercisa illa decreta. quia aliquando monachi suadent laicis, quòd se conuertant nō zelo charitatis, sed vitio rapacitatis. quod potest intelligi quando nihil ecclesiæ parochiali relinquit: vnde propter hoc vitium remouendum, & ne illi qui fuerunt socij passionum, non sint socij consolationum: cùm dignus sit mercenarius mercede sua, fuit intercisa: & sic ꝓpter hoc malū est vicinis ecclesijs parochialibus, quæ habent monasteria monachorum, & maximè Cistercienfium sic vicina: vnde optime potest eis consuli. sicut contingit in ecclesia parochiali amicissimi mei magistri Ioan. procuratoris Prioris & conuentus de Spaladigma. Sed quod dicit tam decre. quàm canon. siue in morte, siue in vita. intelligas sanè, in vita, id est, in ægritudine, tamen de qua credit mori, vel de qua decedit: alioquin si in vita & sanitate aliquis intraret monasterium, sicut multi faciunt, cum se & sua dedicant Deo. vt in auth. ingressi. C. de episc. & cler. nihil tunc haberet ecclesia parochialis: quia cùm posset quis donare alijs inter viuos, multo fortius & ecclesijs. vt extrà, de sepult. c. de his. Et quod dixi de monasterijs, hoc idem intelligas de hospitalarijs & templarijs: vt si dolo induxerūt aliquem vel fraude ad huiusmodi dispositionem faciendam, id est, quòd apud eos eligat sepulturam, & eis reliquerit, sicut suprà dixi in monachis: tunc ipsi nihil habere debent, licèt monachi habeant medietatem, vt dixi. 20. quęst. 3. c. constituit. item dolus & malitia nulli debet patrocinari. vt extrà, de dolo & contu. c. ex literis. nec dolus debet esse alicui lucrosus, vt dicit regula iuris. vt ff. de dolo, l. non debet. ad idem propter dolum inducitur extr. de testament. c. requisisti. sed ista iura male inducuntur, quòd hospitalarij nihil possint habere: nam loquuntur de Episcopis & Abbatibus, & specialiter canon ille, constituit: vnde videtur quòd canon ille contradicat decret. & canoni relatum, quòd dent dimidiam non obstante dolo. Respondeo, tres sunt casus. Primus, quando quis facit se pro deuotione monachum, tunc totum est monasterij. vt 16 quæstio. 1. c. cum pro vtilitate. Secundus, quando illectus ab Abbate, vel monachis relinquit hæredes vt bona sua, vel partem dent monasterio, tunc hæredibus institutis bona insolidum restituuntur. vt in prędic. c. cōstituit. Tertius casus est, quādo est illectus vt relinquat & nullos relinquit hæredes, tunc diuidantur, vt in prędict. c. relatum, & sic ista distinctio generalis est, & quātum ad hospitalarios, & quantum ad monachos. Sed licèt dictum sit, quod de armis & de equis non habeat parochialis ecclesia quartam, & hoc propter terræ sanctæ subsidium. Idem etiam hodie est in his, quę in ornamentis seu in fabrica luminaribus anniuersario, septemo, vigesimo, trigesimo, seu in alijs ad perpetuum cultum diuinum legatis, ecclesijs & reliquis alijs pijs locis legantur: quia neque ab Episcopo, neque ab ecclesia parochiali deducentur: nisi factum hoc esset in fraudem, vt quarta ab Episcopo vel ab ecclesia parochiali deduci non possit. vt extrà, de testament. c. vltim. † Sed 6
quis probabit fraudem? Respondeo, ille qui dicit illam commissam. vt ff. de probationib. l. quotiens. §. qui dolum. Sed quomodò probabitur? Respondeo, hoc modo dum vellet testator relinquere pro anima sua illi ecclesiæ vbi debebat sepeliri, dixit aliquis sapiens, qui erat ibi: si tu relinquas, sic ecclesia parochialis habebit quartam inde, sed relinquas fabricæ vel luminaribus, &c. quia in dubio fraudem non præsumo. QVAESTIO. Quid † si quis eligat sepulturam in ecclesia fratrum 7
Minorum, vel Prædicatorum. & relinquat illis vel pro vestibus singulis annis, vel pro libris aliqua: nunquid parochialis ecclesia habebit quartam de illis? Respondeo, attende quæstionem. quando in illa ecclesia sepelitur: cæterum si in alia sepelitur, non habet locum quæstio: quia sicut de nullo alio legato quartam deducet ecclesia parochialis, sic nec de illo: sed quando sepelitur in ecclesia fratrum si pro vestimentis singulis annis, vel libris aliqua relinquat: tunc nulla quarta debetur: quia vestimenta singulis annis assimilo lu-

minaribus, & magis sunt illa vtilia & necessaria, quàm luminaria. Item in libris qui sunt necessarij, sicut & fabricæ: idem quod in vestibus si relinquantur, etiamsi non singulis annis. QVAESTIO. Item quæritur, an ista quarta quæ dicitur debita ecclesiæ parochiali, an ipsa ecclesia eam in solidum habeat, vel Episcopus habeat portionem suam, vel dimidiam, vel quartam quartæ, vel aliquam partem? Respondeo, in relictis ecclesiæ cathedrali tantùm, vel Episcopo tantùm, vel vtrique, satis determinat decreta. extra, de testamen. c. requisisti. in quæstione tamen præsenti videtur, quòd Episcopus habeat quartam in illa quarta partem. vt 13. quæstio. 2. c. quatuor. & can. de redditibus. & can. cognouimus. & extrà, de offic. ordin. c. 1. & sic vidi seruari in plerisque partibus: vnde multi dicunt seruari consuetudinem in hoc, sicut statim notabo. QVAESTIO. Item quæritur circa istam quartam, circa quam iura variare videntur. nam illud c. antiquum. vt 13. quæstio. 2. can. placuit. §. aliud. in fin. & decretal. illa intereisa, relatum. dicũt, quòd illa ecclesia debet habere illam quartam hodiè, licèt ibi dicat de dimidia propter dolũ, vt suprà dixi: in qua ecclesia baptismum, pœnitentiam, eucharistiã, recipit. Item 16. quæstio. 1. c. quæsti. & iura superiora dicunt, quòd ecclesia parochialis debet habere: quod potiùs credo, & quod dicitur de baptismali, intellign quando ecclesia parochialis erat baptismalis. QVAESTIO. Sed quid si in vna ecclesia sacramenta percipit & audiat diuina: in alia est sua canonica sepultura: & in alia baptizatur, quæ istarum ecclesiarum habebit canonicam portionem? Respondeo, diuiditur illa portio inter illas ecclesias. vt extrà, de sepultur. c. nos instituta. & in c. illo, relatum. & hoc verum est, nisi consuetudo loci repugnet. vt extrà, de paroch. c. significauit. & extrà de sepultur. c. certificari. & c. de vxore, & hoc dicit T.

Vtrùm quis possit eligere sibi sepulturam vbicunque vult.

1 *Sepultura electio voluntaria.*
2 *Sepulturam eligere filio impuberi pater potest.*

NVNC videamus an quis possit sibi eligere sepulturam vbicunque vult, & videtur quod sic. 1 nam † dicit canon, vbi quis sit tumulandus legibus expressum non est, & ideò in voluntate tumulandi consistit. vt 13. quæstio. 2. c. vna quæque. §. soror. in fine. & c. vlti. OPPOSITIO. Sed opponitur, sicut superiùs diximus. nonnè diffinitum est in canonibus, vt in sepulturis maiorum, vel ecclesia parochiali quis sepeliatur? vt extrà, de sepultu. c. nos instituta. Respondeo, non est diffinitum præcisè, quasi diceret, quòd præcisè debeat ibi sepeliri, potest enim quilibet sibi eligere locum ad sepulturam. vt extrà, de sepultu. c. fraternitatem, & c. cùm super. & c. certifica. & c. in nostra. T. sic intelligit omnes canones, qui videntur contrarium innuere, intelligit ipse, cùm illectus est testator, vt ibi sepeliatur: vel quando temeritate vel contemptu hoc facit: putà, post appellationem. vt extrà, de sepultur. c. cùm liberum. & c. ex parte. sed intelligas, quòd possit eligere, dummodò locus electus magis sit religiosus, alioquin si minus: non licet, & hoc de plano admittunt H. & Ala. vt extrà, de sepult. c. fraternitatem. nam si monachus vnius monasterij vult transire ad aliud monasterium, ita potest, si est maioris religionis, alioquin non. vt extrà, de reg. & transe. ad religi. c. sane. & 13. quæstio. c. vbique. & in hoc consentiunt L. & Vincent. Quid si loca sunt æquè religiosa? Respondeo, non potest eligere, sicut de monacho diximus volente ad religionem transire, vel fortè hoc relinquitur iudicio superioris. & extrà, de regul. & transeun. ad religionem. c. licèt. Sed nun- 2 quid † pater potest eligere sepulturam filio suo impuberi? videtur quòd sic. nam facit ei testamentum. vt Instit. de pupil. substituti. Respondeo, fortè ita potest, si eligat sibi pater sepulturam, sicut in testamento filij: nam ita demùm testamentum facit filio, si sibi faciat. vt in prædicto titulo: imò credo, quòd pater possit eligere pro filio impubere sepulturam. vt extrà, de sepultu. c. de vxore. Sed nunquid maritus vxori? Respondeo, non: nec eius vxor tenetur sequi sepulturam mariti. vt extrà, eodem c. de vxore. & 13. quæstio. 2. c. vnaquæque. §. soror.

Vtrùm ecclesiæ priuilegiatæ possint indifferenter omnes recipere ad sepulturam. Rubric.

1 *Sepulturam liberam ex priuilegio habentes, omnes indifferenter recipere non debent.*
2 *Libelli quomodò concipiendi sint, quando quis sepelitur in alia ecclesia quàm parochiali.*

NVNC vltimò videamus, scilicèt de illis ecclesijs † quæ habent priuilegium de libera sepultura, an possint omnes indifferenter recipere: & 1 an debeant dare aliquid ecclesijs parochialibus ex quarum parochijs corpora assumuntur: & certè quantumcunque habeant per priuilegia liberam sepulturam: tamen omnes illos quibus interdicitur ecclesiastica sepultura, non recipient, de quibus suprà diximus: licèt enim habeant liberam sepulturam, intelligenda est honesta conditio, dummodò illos ad sepeliendum admittant, qui de iure poterunt sepeliri, sicut ille qui impetrauit liberam testamenti factionem. vt C. de inoffic. testamen. l. si quando. & argum. extra, de priuileg. c. vt priuilegia. & c. nulli. nam ibi si hospitalarij habent priuilegia sepulturæ, & celebrandi diuina quotiens inter dicto generali subijcitur terra, tamen interdicti & excommunicati excluduntur. QVAESTIO. Si tu quæras quid operatur priuilegium? nam sine priuilegio si aliquis elegerit ibi sepulturam, posset ibi sepeliri, dummodò non sit de illis interdictis. Respondeo, dicunt quidam, quòd priuilegiũ hoc operatur, vt non teneatur aliquid dare parochiali ecclesiæ parochianus, de cuius parochia corpora assumuntur: sed hoc non credo, nã non est moris nostri, dicit legislator, concedere priuilegia in alterius iniuriam, vt C. de emancip. l. nec auus. & ff. ne quid in loco publ. si. l. 2. §. si quis a principe. Priuilegiũ ergo illud operatur, vt si sit locus æquè religiosus, sicut ecclesia parochialis, vel fortè minus: quòd possit quilibet dummodò non sit de prædictis sibi eligere sepulturam, quod aliàs præter priuilegium non liceret, sicut suprà dixi. Item operatur in alio, quia si ecclesia de nouo deberet fundari in parochia alterius, ecclesia siue capella illa non haberet sepulturã, id est, ius sepeliendi, nisi ex priuilegio. Item nota, quòd si aliquis parochianum alterius per violentiam in ecclesia sua sepeliat, ossa illius & beneficia eiusdem restituet. Idem esset & si post appellationem. vt extrà, eod c. liberum, & c. ex parte. Circa istam materiam possent diuersis modis libelli formari. Et primò quando parochianus alicuius ecclesiæ elegit sepulturam in ecclesia aliena: putà, sancti Bartholomæi, & reliquit illi ecclesiæ prædictæ, vbi sepelitur 10. tunc ecclesia parochialis concipiat sic libellum. LIBELLVS. Ego Tit. † rector ecclesiæ sanctæ Mariæ propono contra L. rectorem ecclesiæ S. Bar- 2 tholomæi, quòd cùm S. parochianus meus elegerit in ipsa prædicta ecclesia sancti Barth. sepulturam, & reliquerit ipsi ecclesiæ 10. peto de illis vigesimam quartam mihi dari. & quòd sic sit libel. concip. dicit decret. extr. de sepultu. c. certificari. Si verò ecclesia vbi elegit sepulturam non sit magis religiosa vel minus, tunc rector ecclesiæ parochialis petit totum. Idem est etiam si per violentiam, vel post appellationem corpus fuerit in alia ecclesia sepultum. & concipiet sic libellum. LIBELLVS. Ego Tit. rector ecclesiæ sanctæ Mariæ propono contra Laurent. rectorem ecclesiæ sancti Batt. qui Seij parochiani mei corpus per violentiam vel post appellationem legitimè à me factam siue interpositam, vt scilicèt, ne corpus mei parochiani in tua ecclesia sepeliret, nihilominùs sepeliuit post appellationem legitimã, quare peto ossa parochiani mei restitui, & peto vigin-

gintà

ginti quæ sibi reliquit, mihi solui. quod sic rectè concipiatur libellus, dicunt iura, extrà, de sepult. c. ex parte, & c. cùm liberum. Item & alio modo. LIBELLVS. Ego Tit. &c. ago contra Lauren. &c. quòd cùm ecclesia sancti Bart. non sit magis religiosa quàm mea, vel minus: quia mea conuentualis est, forte de ordine beati Augustini. & ipsa ecclesia sancti B. sit ecclesia secularis, S. parochianus meus in ipsa ecclesia sancti B. elegit sepulturam, & viginti illi ecclesiæ reliquit: quare peto illa viginti mihi dare ab eo nomine meæ ecclesiæ. Quod sic rectè concipiatur libellus, dicit decret. extr. eod. c. fraternitatem. Si autem monachi suggerunt dolo & fraude, vt parochianus tuus in vita vel in morte bona sua det monasterio, tunc concipies sic libellum. LIBELLVS. Ego Titius, &c. ago contra Abbatem sancti Ber. de ordine Cisterciens. quia suggessit S. parochiano meo, vt in suo cœmiterio eligeret sepulturam, & ibi bona conferret in morte sua, vel tunc cum iaceret in lecto ægritudinis suæ: vnde cùm contulerit ipsi monasterio viginti, illorum medietatem peto. quod sic rectè concip. libellus, dicitur extrà, de sepultur. c. relatum. & 13. q. 2. c. placuit. §. sed aliud. Si autem aliquis excommunicatus, vel de prædictis sit sepultus in aliqua ecclesia, rectè potest tu pro quo fuit excommunicatus, agere sic. LIBELLVS. Ago ego Titius contra Lauren. rectorem talis ecclesiæ, quod debeat exhumare Gaium, qui fuit excommunicatus à tali iudice (ordinario vel delegato non curo) pro tali causa, & ipse fuit in ipsa ecclesia excommunicatus sepultus. quod sic rectè concipiatur libellus dicitur extrà, de sepultur. c. sacris. Illud nota, quòd in cœmiterio sepeliuntur mortui, & non in ipsa ecclesia, nisi sint Episcopi vel Abbates, aut digni presbyteri, aut fideles laici. sed quare iuxtà ecclesias in cœmiterijs sepeliuntur? certè propter orationes quæ fiunt in ecclesijs ipsis pro mortuis. vt 13. q. 2. c. null[9], & c. nô æstimemus. & ext. de sepultu. c. fraternitatem. QVAESTIO. Item quæritur, an fratres Prędicatores vel Minores habeant ius sepeliendi, si quis ibi elegerit sepeliri? Respondeo, satis crederem quòd sic, per ea quæ dicta sunt. Verum quędā decret. videtur contradicere multùm. vt extrà, de priuileg. c. in his. vbi dicitur, quòd præterquam indultum est eis, vt vbicunque sint cum altari viatico possint celebrare sine præiudicio parochialis ecclesiæ, & sine cô sensu Episcopi, dum tamen ab alijs quæ à iure parochiali proueniunt, prorsus abstineant. ergo non poterunt recipere, cum nec ipsi habeant cœmiterium, nisi propter fratres. ego tamen scio multos in eorum ecclesijs sepultos.

De præbendis, & de his quæ non resident in ecclesia præbendaria, & de concess. præbend. & ecclesiæ non vac. & de Institutionib.

QVIA de præbendis, & de illis qui non resident in ecclesia præbendaria, & de concessione præbend. & ecclesiæ non vacantis, & de institutionibus nihil habetur in iure ciuili, & quia ista materia est connexa, ideò de his simul tractare præuidi. sed primò de præbendis. Videamus igitur quid sit præbenda, vnde dicatur, à quo conferenda, & quando, & cui. Infrà quod tempus sit conferenda, & qualiter. & an quis possit plures simul præbendas habere.

Quid sit præbenda.

PRAEBENDA est ius percipiendi fructus in aliqua ecclesia cōpetens alicui tanquàm vni de collegio, & est quædam dignitas præeminens in gradu.

Vnde dicatur præbenda.

1 *Præbenda ad quid inuenta.*

DICTA est præbenda à præbeo, præbes: præbetur & datur enim, sicut statim infrà dicemus. Itē & alio modo de præbenda, quia isti præbendati bonum exemplum debent dare alijs, vt sicut gradu pręeminent & dignitate, ita exemplo bono alijs præemineant. † & ideò fuerunt inuentæ vt Deo in ecclesijs deseruirent. nam distinguuntur præbendæ seu alia beneficia secundùm numerum certum canonicorum, vt in auth. vt deter. sit numer. clericor. & C. de episco. & cle. l. in ecclesijs. Vnde in multis ecclesijs inuenitur certus numerus canonicorum, & etiam præbendæ distinctæ: sicut in Francia, & in Anglia, & in Lombardia, & in Tuscia. in quibusdam ecclesijs nec numerus canonicorum inuenitur distinctus, nec etiam præbendæ, sicut in Beneuento, & in Neapoli.

A quo conferantur præbendæ.

1 *In eligendis canonicis & conferendis præbendis & beneficijs consuetudini standum est.*

2 *Instituere Episcopi est.*

CONFERVNTVR autem istæ præbendæ ab Episcopo, si loquimur de cathedrali ecclesia, si autē de alia ecclesia vel monasterio, cōferuntur à prælato illius ecclesiæ, vel ab officialibus eius. vt extrà, de institutionib. c. ex frequentibus. & c. cùm venissent. videtur tamen, quod solus Episcopus debeat conferre præbendas. vt argum. 21. distinct. c. decretis. vbi dicitur quòd Moyses & Aaron, & filios eius elegit dominus: & elegit Apostolos, vt in prædicto c. decretis. & c. in nouo. & videtur expressum in c. de mens. ordinand. clericor. §. vltim. collat. 4. & extrà, de pecu. clericor. c. vlti. Sed contrà videtur, quòd solus Episcopus non possit conferre præbendas sine consensu capituli. vt extrà, de his quæ fiunt à prælat. sine consensu. c. nouit. & c. quanto. & alibi legitur, quòd Episcopus cum quibus est in ministerijs, cum his disponat. vt 93. distinct. c. diaconi. Sed respondeo, quòd in huiusmodi electionibus canonicorum † & concessionibus præbendarum, seu beneficiorum standum est consuetudini. vt extra, de electio. c. cùm ecclesia Vulterana. & optimè dicit decreta. extrà, de concess. præben. & eccles. non vac. c. nulla. si ad Episcopum pertinet collatio pręb endarum seu beneficiorum conferat infrà certum tempus, de quo statim dicemus. Si verò pertinet ad capitulum prædicta collatio, similiter conferat. item benè inducitur extrà, de his quæ fiunt à prælat. sine consensu. c. ea noscitur, vbi dicitur, quòd præsentatio non fiat ab Abbate solo sine consensu capituli, vel maioris partis conuentus in illis ecclesijs vbi habent ius pręsentandi Episcopo diœcesi. nisi ex antiqua & approbata consuetudine, vel cōcessa libertate habeant. argum. extrà, de iure patron. c. cùm nobis. vbi dicitur, quòd in ecclesia collegiata solus patronus nō repræsentat, sed collegiū de assensu patroni: in alia aūt ecclesia solus patronus præsentat. Itē inducitur ext. de causa poss. & propri. c. cū ecclesia Sutrina. vbi dicit, quòd electio cathedralium ecclesiarū, pertinet ad canonicos cathedralis ecclesiæ, nisi de cōsuetudine aliqui alij admittantur. Item inducitur extr. de verb. signi. c. Abbate. vbi multùm attenditur consuetudo secundùm morem antiqui tēporis. Nec obstat quod legitur extr. de instit. c. ex frequentibus. vbi dicitur, quod consuetudo non obstet. Respondeo, de alia consuetudine loquitur, videlicet quòd clerici cum vacabant beneficia sine consensu Episcopi diuidebant, non autem de prædicta consuetudine loquitur, sed quicquid sit de consuetudine circa collationem vel electionem, quòd aliquandò pertineat ad capitulum, vt dictum est, † tamen institutio semper pertinet ad Episcopum, quam non debet facere sine consensu capituli. vt extrà, de his quæ fiunt à præla. sine consens. c. nouit. & c. quanto, & hoc credo honestiùs, vt collationes fiant cum assensu capituli ab Episcopo, licèt de consuetudine in quibusdam partibus fiat contrarium, quia aliquando solū capitulum confert, aliquando solus Episcopus, vt in ciuitate Beneuentana & in Neapolitana, & sic vidi malè collatas, quia præbendæ non sunt distinctæ, & sic aliquando viginti canonici nō habent pro vno: ita quòd ferè omnes mendicant, aliquando vnus solus infinita habet beneficia, quod est pessimū. OPPOSITIO. Sed videtur ex quodam canone, quòd dispositio, id est, collatio vel sit Episcopi, vel sit præpositi, vt in decret. 70. distinct. c. sanctorum. Respondeo, quòd dicit de capel.

ibi quod

ibi quod erant subditæ præpositur æ, verùm est quòad
sustentationem, non autem quòad institutionem. &
hoc Lauren.

Quando præbenda sit conferenda.

1 *Præbenda non, nisi vacet, conferenda est.*
2 *Iuris authoritas excusat à peccato.*
3 *Præbenda ad hoc vt teneat, de iure & de facto vacare debet.*
4 *Concessio seu collatio primæ vacaturæ non valet, & quare, nu. 6. & 8.*
5 *Vocaturam promittens ad interesse personaliter non est obligatus.*
7 *Promissio primæ vocaturæ siue fit in genere, siue in specie, non valet. & nu. seq.*
9 *Primo vacatura cui promissa est, an habeat ius in illa.*
10 *Rescriptum obtentum vt super beneficio prouideatur, nulla mentione facta de patrimonio aut beneficio competenti, nullum est.*
11 *Beneficium competens quod dicatur.*
12 *Beneficium si conferatur à Papa vni, & ab ordinario alteri, collatio illius qui primò contulit valet.*
13 *Literæ monitoriæ executorias præcedere debent.*
14 *Tempus præsens pro præterito quandoque ponitur.*
15 *Ecclesia grauata grauari non debet.*
16 *Clau. Si pro aliquo non scripserimus, si omittatur, pro ad posito intelligenda est. Sic iudicandum de clau. Si preces veritate nitantur.*
17 *Conferre debet is ad quem collatio pertinet.*

1 CONFERENDA † est præbenda quando vacat.
nam si non vacat, non est conferenda, nec confir-
manda; non enim in locum viuorum quis succe-
dit, imò hoc ipso sunt à communione pellendi, quo se
passi sunt viuis sacerdotibus adhiberi. vt extrà, de con
cess. præbend. c. qui in viuorum. Hoc etiam idem habes
ff. de probat. l. quidam. nam ab eo vt ab indigno hæredi
tas viuentis aufertur, vt ff. de probat. l. nam. Nec enim
quis debet esse sollicitus de hæreditate viuentis, vt ff.
de vulgar. & pupilla. substit. l. 2. C. de cap. & postli. re-
uers. l. nec nos. ff. de iur. & fact. ignoran. l. 2. ad idem in-
ducitur. 2. quæst. 1. c. in primis. 7. quæstio. 1. c. non furem.
& c. eum qui. sed demùm iste punitur si sciens alium vi
uere, præbendam eius recepit. & hoc dicit litera ibi,
qui passi sunt. cęterùm si ignorans, quia credebat illum
esse mortuum, non punitur, vt 7. quæstio. 1. c. præsenti-
um, imò ille qui enim ulit, tenetur ei aliam assignare,
quàm de iure possit habere. vt extrà, de præbend. c. in-
ter cætera. QVAESTIO. Sed illud quæritur, si quis ig-
norans aliquem iustè remotum, sciat tamen eum remo
tum, & patiatur se institui, nunquid punitur? Respon-
deo non, imò excusatur. argum. ff. de posit. l. si quis infi-
ciatur: est enim bonæ fidei, quamuis in iure erret, vt ff.
petit. hæredit. l. sed si lege commissoria. §. si ante litem.
QVAESTIO. Item quæritur, eccè alius est iniustè deposi-
tus, alius huius facti inscius in eius locum substitui-
tuitur. & durat ibi per quadraginta annos: posteà scit
de iure ad alium pertinere, nunquid debet cedere inte-
grè & restituere illi cuius fit præbenda? videtur quòd
sic. vt extrà, de præscript. c. vigilanti, & c. si diligenti. &
34. quæstio. 2. c. si virgo. Sed contrarium videtur. 16. quæ-
stio. 4. c. possessiones. aliàs 16. quæst. 3. c. placuit. §. quas
actiones. & extrà, de præscrip. c. de quarta. Respondeo,
dicunt theologi quod quandocunque sciuero, teneor
restituere. Sed periti vtriusque iuris contradicunt: di-
cunt enim, quòd non debeo credere, quod ad alios per
tineat, ex quo ius rem illam mihi concedit: nec pecco
2 retinendo † illud, cum authoritate iuris hoc faciam,
vt 23. quæstio. 4. c. qui peccat, & iustè eam possideo, vt
3 14. quæstione. 4. c. quid dicam. sic determinat Laurent.
Item debet † vacare præbenda & de facto, & de iure,
ad hoc vt collatio teneat, vt extrà, de concession. præ-
bend. c. cum nostris. & c. literas, debet ergo conferri
præbenda vacans, vt dixi. vt extrà, de conces. præbend.
& eccles. non vacan. c. constitutus. QVAESTIO. † Quid 4
si concedatur prima vacatura, vel promittatur, vel eti-
am iureiurando se astringat prælatus ad concedendam
primam vacaturam, nunquid tenet obligatio vel con-
cessio talis vel iuramentum? Respondeo non: solus e-
nim Papa hoc mandare potest, & ius acquiritur illi cui
promittitur. vt extrà, de præbend. c. inter cætera. & ex-
trà, de rescrip. c. eam te. ab alio autem facta promissio
de non vacante, non valet. vt extrà, de præbend. c. rela-
tum. & extrà, de concess. præbend. c. nulla. Nec † dico 5
promittentem personaliter obligatum ad interesse, vt
dixi. Alanus & quidam alij argumen. extrà, de præben.
c. relatum, & ff. de pactis. l. inter debitorem. §. pactum.
& argument. Instituti. de contrahend. emptio. §. vltim.
quia hoc reprobatur extrà, de concess. præbend. c. ex te
nore. Lauren. Veruntamen quamuis non obligetur pro
missor, nec aliquod ius acquiratur ei cui promittitur,
tamen si talis promissio fuerit confirmata à Papa, va-
let: & tenetur ille qui promisit. vt extrà, de conces. præ-
ben. c. quia diuersitatem corporum. & extrà, de his quę
fiunt à prælatis sine consensu capituli. c. ea noscitur. &
hoc Tancred. QVAESTIO. Item quæritur, † quare non va 6
let promissio seu concessio de prima vacante, vel va-
catura? Respondeo, quia continet votum captandæ
mortis, & etiam quia quis expectare mortem proximi
sui videtur: hæc ratio redditur extrà, de concess. præb.
c. nulla. & simile notatur in prædicta decreta. per leg.
C. de pact. l. vltim. quia pactum etiam de futura succes-
sione reprobatur. Sed quidam tam decretal. quàm legē
intelligere voluerunt, quando de præbenda alicuius
certi fit promissio, seu concessio, quia tunc desidero
mortem proximi. sed si ita in genere prælatus promit-
tat primò vacantem, tunc dicunt quòd valet. argumen.
ff. pro socio. l. 3. §. pro illo. nā si socij inter se paciscatur
si qua hæreditas legitima ad eos peruenerit fit cōmunis,
pactū valet. Sed in veritate reprobatur, † quia nec con 7
cessio, nec promissio facta valet, siue in genere, siue in
specie. vt in decretal. prædicta. nulla. & extrà, eod. titu.
c. ex tenore. OPPOSITIO. Sed opponitur de eo quod le-
gitur extrà, de pręben. c. relatum. vbi dominus Papa cō
pellit Episcopum, qui promisit primam prębendam,
cum in Ecclesia vacaret, assignare illi quem ipse Epis-
copus in ipsa ecclesia instituit, & cui promisit. Respon
deo, Papa præcipit ibi prouideri, non ratione promis-
sionis, sed intuitu pietatis. Vel illud ideò contingit,
quia ex quo erat receptus in canonicum, per conse-
quens debet habere præbendam. argumen. 1. quæstio. 3.
c. si quis obiecerit. Vel melius, Papa non fuit motus ra-
tione promissionis. nam si illa consideramus, illa pro-
missio nulla est, sed ideò fuit motus, quia ex quo erat
receptus in canonicum, voluit (cùm sit hoc de iure) vt
detur ei præbenda. & simile facit extrà, de præbend. c.
cùm dilectus. QVAESTIO. Item quæritur, si illa est ra-
tio quod non valeat concessio vacaturę, quia continet
votum captandæ mortis, & quia videor mortem proxi
mi desiderare, ergo hac ratione per Papam non potest
concedi, quia hæc similiter ratio durat: vnde videtur,
quòd alia ratio reddi posset: videlicet, quod hoc con-
tingat propter plenitudinem potestatis, quàm habet
dominus Papa, vt omne vitium videatur esse purgatū,
vnde dicunt iura prædicta concessionem valere. vt ex-
trà, de offic. delega. c. ex parte. Item sicut non valet prę-
dicta promissio de præbenda vacatura, † sic non valet 8
de beneficijs vacaturis. vt extrà, de concessio. præben.
c. vltim. valet tamen promissio de ecclesiastico benefi-
cio, cùm poterit, vel cùm se facultas obtulerit: tunc e-
nim non videtur collatio facta in expectatione vacan-
tis beneficij, quia multi casus possunt accidere in qui-
bus facultas se offerret. vt extrà, de concessio. præben.
& eccles. non vacan. c. accedens. QVAESTIO. Item quæ-
ritur, an † ille pro quo dominus Papa scribit ad primā 9
vacantem, si posteà præbenda vacauerit, verùm habeat
ius in illa præbenda, vt possit ipsam vendicare, & si il-
lam Episcopus alij concedat, qualiter isti fuerit consu-
lendum? Respondeo, in præbenda illa etiamsi vacaue-
tit,

rit, posteà nullum ius habet, & si conferatur alicui illa prębenda postquam vacauerit, tenet collatio: ille tamē prælatus cui mandatum fuit iniunctum, tenetur illum recipere in canonicum, & in fratrem: & sibi de redditibus ecclesiæ singulis annis assignare prouentus, donec sibi fuerit in beneficio præbendali prouisum. vt extrà, de præbend. c. dilectus filius. Sed hæc sunt verà, nisi dominus Papa mandet, sic facias eum recipi in canonicum & in fratrem, & conferas ei præbendam si qua vacare contigerit amoto quolibet illicito detentatore & tali ad hoc executore concesso: et si executio concedatur antequam conferatur præbenda, & illum pro quo fuit executio concessa, executor inuestiat: maximè si posteà dominus Papa ratā habeat inuestituram, auocabit præbendam à quolibet illicito detentatore. Item in alio casu, quando dominus Papa mandat sic in rescripto, facias eum recipi in canonicum & in fratrē, & præbendam, si qua vacat, vel proximò vacare contigerit, ei facias assignari, denuntiantes irritum & inane, quicquid in ipsius præiudicium fuerit attentatum, tunc concessio nulla est, quæ est facta alij, nisi illi pro quo dominus Papa mandat. vt extrà, de concess. præbē. vel eccles. non vac. c. proposuit. & extrà, de præbend. c. inter cætera. & sic si ita scribit dominus Papa, debet illi pro quo scribit in præbendali beneficio prouideri. QVAESTIO. Quid autem si dominus Papa mandat, vt prouideatur alicui, nunquid potest ille qui est executor in rectoria alicuius ecclesiæ vel dignitate, quæ per electionem consueuerit conferri, per illas literas eidē prouidere, putà in ecclesia sua vel suę diocœs. quia fortè hoc continebatur in mandato? Respondeo, non: de simplici enim beneficio intelligitur esse mandatum. vt extrà, de præben. c. cùm olim. QVAESTIO. Item quæritur, quid si aliquis qui erat de vna diocœs. putà, de Beneuentana, dixit se esse de Neapolitana, & impetrauit ad aliquem, vt sibi in aliquo beneficio prouideret? Respondeo, non valent literę, nec prouidere ei tenetur. vt extrà, de rescript. c. significante. QVAESTIO. Item quid si aliquis impetrauit sic prouideri facias tali in aliqua ecclesiarum tuæ diocœs. nunquid ex forma talis mandati posset prouideri sibi in aliqua ecclesiarum ciuitatis? Respondeo, non credo. vt extrà, de rescript. c.

10 Rodulphus. QVAESTIO. † Item quæritur: si aliquis impetrauit literas, vt sibi super beneficio prouideretur, & habebat vnde poterat commodè sustentari, vel habebat beneficium aliquod competens, vel patrimonium: & de his non fecit mentionem, nunquid tenebitur illi clerico prouidere prælatus ille cui scribitur: vel etiam executor, teneturne facere sibi prouideri? Respōdeo & dico quòd non: imò literæ illæ non valent, vel saltem sunt per exceptionem eligendę, quia tacita veritate sunt impetratæ. vt extrà, de rescript. c. postulasti. & c. cùm adeò. & c. io nostrâ. & extrà, de præben. c. cùm teneamur. Sed in decretal. illa, cum teneamur. de duobus quæritur, scilicèt de paterna hęreditate & de beneficio, sed de beneficio ibi tantùm respondetur: ergo quia de paterna hæreditate non fecit mentionem decreta. in respondendo, nec in impetrando videntur valere literę. nam quotiens duæ quæstiones proponuntur, si vni vno modo respondeatur, videtur aliud in alio respondendum. vt extrà, de præsumpt. c. nonnè benè dicimus. & ff. de condict. furt. l. 3. sed non est ita: imò dico, quòd tenetur de illo patrimoniali beneficio facere mentionem: nam talis qui habet sufficiens patrimonium, indignus est petere beneficium ecclesiasticum, vt 16. quæst. 1. c. quoniam quicquid. & 11. quæsti. 1. c. illa autem. Item quia ordinatus est ad certum titulum, qui ad titulum sui patrimonij est ordinatus, & ideò de illo tenetur facere mentionem. vt extrà, de præbend. c. tuis.

11 QVAESTIO. † Item quid si habeat modicum beneficium, vel modicum patrimonium, nunquid in literis tenetur facere mentionem illius in rescripto quod impetrat? Videtur quod non, per argumentum à contrario sensu ex eo quod dicitur in prędicta decret. postulasti. vbi dicitur, cui competenter de perpetuæ vicariæ prouentibus est prouisum. ergo videtur quòd si non cōpetenter prouisum est, non tenetur facere mentionem. Item non nocet si modica omittantur, vt ff. de ventr. inspici. l. 1. in fin. Sed videtur contrarium, quia iste qui recipit modicum stipendium, etiam eodem stipendio priuandus est, si non faciat de illo mentionem. vt extrà, de præbend. c. de monachis. Imò imputet sibi qui recipit modicum, quia non minùs est astrictus ecclesiæ, quàm ille qui magnum habet, & quærat sibi necessaria suis manibus. vt 91. distinc. c. clericus. Respondeo ergo & dico, quòd si per simplicitatem omissum est, non nocet: si scienter, secùs. vt extrà, de rescript. c. super literis. & c. si proponente. QVAESTIO. Sed quid si habens sufficiens beneficium petat literas de alio beneficio, nunquid tenent literæ, si renuntiet priori beneficio, cum non tempore datę renuntiauerit? Respondeo, non: nisi tempore datę renuntiauerit. vt extrà, de rescript. c. eam te. Et quod dicitur de vicaria prędicta decreta. postulasti. idem intelligas, si habet aliquam aliam pensionem ab ecclesia. vt 16. quęstio. 1. c. possessiones. QVAESTIO. Sed

quæritur, † quod intelligitur competens beneficium? 12
Respondeo secundùm qualitatem personę, vnde posset commodè sustentari: & sic secundùm maius & minus. vt extrà, de prębend. c. de monachis. QVAESTIO. Item

quęritur, † pone quòd Papa concedit alicui prębendam vacantem, postea concedit pręlatus, vel econuersò, sicut sępè de facto vidi contingere in curia. Nam multi habent beneficia vel prębendas in Anglia, qui sunt in curia: moritur aliquis illorum, statim dominus Papa confert: posteà pręlatus in cuius diocœs. habebat ille præbendam, audita morte eius similiter confert, cuius collatio valet? Respondeo, tenet collatio illius, qui primò contulit. nam si primò dominus Papa contulit, illa collatio tenet: si primò Episcopus contulit, collatio Episcopi potior est, & sic qui prior est tempore, potior est iure, argumen. C. qui potior. in pignor. habe. l. 1. & 4. & extrà, de rescript. c. capitulum sanctæ crucis. Nam quotiens duo ab eodem domino rem aliquam habent, ille potior est, cui primò res traditur, vt ff. de publ. l. eum qui. & hic accipio collationem pro traditione, sicut aliàs C. de sacrosanct. eccles. l. vlti. QVAESTIO. Sed quæritur, ecce dominus Papa contulit hodiè præbendam Titio. Titius fuit piger, & non misit literas illi prælato, qui debebat conferre, in cuius diocœsi erat præbenda, prælatus ille ignorans domini Papę concessionem, contulit alij, quis erit potior? Hic respondeo, cui dominus Papa contulit, sicut dixi superiùs. QVAESTIO. Item quæritur: pone (sicut vidi de facto in quęstione magistri Guidonis de Palermo amici mei) Dominus Papa mortuo magistro Palermo, capellano suo conferri mandauit, contulit præbendam quam habebat prædictus Capellanus in ecclesia Salernitana filio magistri Guidonis. Magister Guido fuit negligens, nec misit citò literas de concessione facta à Papa, sed literas tales misit Archiepiscopo: videlicèt, quòd dominus Archiepiscopus Salernitanus illi præbendam conferret, amoto quolibet illicito detentore: Archiepiscopus verò primò contulit, antequam mandatum Apostolicum ad ipsum perueniret: quis erit potior? Respondeo adhuc dico illum potiorem cui Archiepiscopus contulit. Dominus enim Papa non contulit, sed mandauit conferendam. vnde ex rescripto non habet actionem, licet habeat impetrandi facultatem. vt ff. de relig. & sumptib. funer. l. si quis sepulchrorum. QVAESTIO. Sed nunquid propter illam clausulam amoto quolibet illicitò, &c. poterit ab illo præbendam auocare, cui legitimè per Archiepiscopum est collata? Respondeo, non: nam non est illicitus ille detentor cui legitimè collata fuit, cùm iustè possideat, qui auctore prætore possidet, vt ff. de acquirend. possess. l. iustè. QVAESTIO. Item quęritur, † si 14
pro aliquo emanent literæ executoriæ, vt ipse recipiatur in canonicum, & in fratrem, & sibi conferatur prębenda quàm citò facultas se offeret, si monitorię non pręcedunt, nunquid tenetur pręlatus, cui scribitur, illi prouidere? certè non: licèt in executorijs fiat mentio in monitorijs, alioquin si monitorię pręcesserunt, & in executorijs fiat mentio de monitorijs valeant literę, &

teneatur ei prouidere. vt eatrà, de rescript. c. ea infinua
tione. QVAESTIO. Item queritur, si aliquis habuerit lite
ras moniriuias & præceptorias: primò vt reciperetur
in canonicum, & in fratrem, & de præbenda sibi assig-
nanda si qua vacaret, alius tamen præuenit eum cum
eaccutorijs literis: cui præbenda conferetur? Respon-
deo, primò. vt eatrà, de rescript. c. capitulum sanctę cru
cis. QVAESTIO. Item quid si aliquis impetrat literas
pro præbenda hoc modo: facias illum recipi in canoni
cum & in fratrem, si pro alio ibidem non scripserimus,
qui buiusmodi gratiam prosequatur, & nullus modò
prosequatur, sed fuerit prosecutus & habeat iam in il-
la ecclesia beneficium: nunquid ille debet repelli? Re-
spondeo, vtique. quia licèt hoc verbum, prosequatur,
15 † sit verbum præsentis temporis, tamen intelligitur de
præterito tempore, & est simile, Troia capta est, id est,
fuit. vt extrà, de rescript. c. mandatum Apostolicum. &
ff. de verb. signifi. l. verbum erit. & est ratio sicut in prę
dicta decreta. dicitur, quia non est intentio Papæ graua
re eandem ecclesiam pro duobus: vnde siue prosequa-
tur, siue fuerit prosecutus, non tenetur isti prouidere,
quia iam pro duobus grauaretur. Item hoc ita attèdas,
16 quia ecclesia grauata † grauari non debet, quia ipse do-
minus Papa qui mandauit pro vno, si ipse idem mandat
pro alio, prouideri sibi non debet. Cæterùm si præde-
cessor Papæ, sicur dominus Honorius, qui mandauit a-
licui prouideri, si dominus Gregorius eius successor
mandaret de prouidendo illi eidem non videtur ipse
mandare, sed factum prædecessoris sui eaequi: vnde li-
cèt illi sit prouisum per literas domini Gregor. si domi
nus Papa Gregor. mandat modò quod alicui prouide-
at: idem prælatus non potest dicere se grauatum de du-
obus ab eodem domino Papa Gregor. vnde tenetur se-
cundo prouidere. vt eatrà, de rescript. c. literas. QVAE-
STIO. Item quæritur, alicui Abbati scribit dominus Pa-
pa specialiter, vt Titio prouideat in aliqua ecclesiarũ
sui monasterij. Item scribit Episcopo literas generales
sic, vt statim prouideat Sempronio in aliqua ecclesiarũ
suæ diocœs. vbi pro alio scriptum non fuerit: nunquid
poterit in illo monasterio vel in aliqua ecclesiarum il-
lius monasterij prouidere Episcopus? Respondeo non:
vt eatrà, de rescript. c. Abbatem. QVAESTIO. Item quæ-
ritur: pone, quod dominus Papa scripserit pro vno, &
posteà scribat pro alio, & non contineatur hæc clausu-
17 la in secundo rescripto, si pro † alio nõ direaimus scri-
pta nostra, nunquid intelligatur illa clausula prædicta
ita, quòd non teneatur isti secundo prouidere? Respon
deo, ita. nam hæc clausula, si preces veritate nitantur,
etsi non contineantur in literis, tamen tacitè intelligi-
tur. vt eatrà, de rescript. c. ex parte. & tacita conditio
inest sacramento, vt C. de non numer. pecu. l. vlt. & ex-
trà, de iureiuran. c. quemadmodum. Illud autem nota
18 in fin. istius articuli: scilicèt, à † quo sint cõferendæ prę
bendæ, quòd si collatio præbendarum pertineat ad Ar-
chiepiscopum, si ab alio conferãtur, collatio nulla est:
& illi qui receperunt per subtractionem beneficiorũ,
& per eacommunicationem, sunt compellendi ad resi-
gnationem præbendæ, non obstante confirmatione do
mini Papæ sub communi forma obtenta, sicut iustè &
canonicè possidetis, nisi dominus Papa confirmet ea
indulgentia speciali. vt eatrà, de conces. præbend. & ec
cles. non vac. c. quia diuersitatem.

Quibus ecclesiastica beneficia seu præbendæ sint conferendæ

1 *Beneficia personis idoneis conferenda sunt.*
2 *Idonei qui reputentur.*
3 *Ciuis extraneo præferendus est.*
4 *Præbenda conferenda est illi, qui in canonicum receptus est.*
5 *Præbenda conferenda est illi qui residere paratus est.*
6 *super Residentia vel non residentia in præbendis, loci consuetudo attenditur.*
7 *Tempus intra quod absens in ecclesiam redire teneatur.*
8 *Distributiones quotidianæ omni absenti deneganda sunt.*
9 *Præbenda coniugato non conferenda.*
10 *Coniugati quare non beneficientur.*
11 *Beneficia conferenda non sunt clerico habenti concubinam*
12 *Clerici monialium monasteria frequentare non debent.*
13 *Concubinarij clericorum iure canonico antiquo asperè puniebantur.*
14 *Præbenda clerico habenti sufficientia beneficia, conferenda non est.*

Videamus nunc, quibus præbendæ seu ecclesiasti
ca beneficia sint conferenda. Et dicimus in pri-
mis, quod † conferenda sint personis idoneis, & 1
si conferantur indignis, ille qui contulit potestate con
ferendi priuari potest per concilium prouinciale: nec
potest restitui per dominum Papam, vel Patriarcham.
vt eatrà, de prębend. c. graue. QVAESTIO. Sed † quæri- 2
tur qui reputentur idonei? Respondeo, illi dicuntur i-
donei, qui possunt & volunt seruire in ecclesijs: non er
go pueri vel beneficiari sunt idonei, quia non possunt
in ecclesia seruire, nec sunt illis conferendæ prębendę.
vt eatrà, de præbend. c. super inordinata. & c. extirpan
dæ. vndè potest securè contradictor opponere contra
illum, cui est conferenda præbenda, & contra personã
de pluralitate beneficiorum. vt eatrà, de præben. c. cũ
secundum Apostolum. Rectè ergò Archiepiscopus Be-
neuentanus recusat pueris qui sunt in choro dare præ-
bendas. sed cum illa ecclesia non habeat præbendas di-
stinctas, vel diffinitas, sed beneficia malè eis recusat
prouidere, & facit multum pro hoc ff. de decurio. l. spu
rij. §. minores. & l. Imperatores. §. vlti. & §. idem rescri-
pserunt. Item reputo idoneum, licèt non sit nobilis ge-
nere, dummodò sit nobilis moribus. Nam nobilitas so-
la est animum quæ moribus ornat. vt eatrà, de præben.
c. venerabilis. Item nec distinguo, verùm sit de illa ciui
tate, vel alia patria, vel aliundè, dummodò sit idoneus.
vt eatrà, de instit. c. ad decorem. QVAESTIO. † Quid au- 3
tem si repræsententur duo æquè idonei ad vnam præ-
bendam, vnus de ciuitate, alius eatraneus. Certè illum
de ciuitate illa præferam eatraneo. vt C. de episc. & cle
ric. l. in ecclesijs. & in auth. de defens. ciuita. quæ est po-
sita C. de episcop. audien. auth. præsides gentium. Item
conferenda est † præbenda illi qui in canonicum & in 4
fratrem receptus est, ea quo enim canonicus institutus
est in choro & in capitulo, & in alijs portionem debet
habere. & præbenda, si qua vacat, debet ei conferri, vel
quæ primò vacauerit. vt eatrà, de præbend. c. relatum,
& c. dilectus. & eatrà, de conces. præbend. & eccle. non
vacan. c. cùm super quæstione tridensi. Item † conferen 5
da est præbenda illi qui sit in propria persona residere
in ecclesia ipsa, alioquin si verbo dicat se esse paratum,
& opere contrarium faciat: præbenda illi non conce-
ditur, imò sibi concessa aufertur. vt eatrà, de præbend.
c. quia in tantum. & c. relatum. & 91. distinctio. c. Eleu-
terus. Vnde Apostolus, qui non laborat non manducet.
vt 21. quæst. 3. c. præcipimus. Huic tamen iuri in quibus-
dam locis per contrariam consuetudinem est deroga-
tum, quoniam alicubi sufficit dare vicarium alicubi &
sine vicario absens ea iusta causa beneficium recipit a-
licubi non totum beneficium, sed partem tantùm, ali-
cubi nec totum recipit, nec partem, † quod ergo con- 6
suetudo statuit super his inuiolabiliter obseruetur. Verũ
si ecclesia alicuius indiget ministerio, potest pro se da-
re vicarium. vt eatrà, de appellat. c. peruenit. si ea iusta
causa contingat eum abesse, vt ibi. imò si alicui fuerit
concessa præbenda, & in ecclesia ipsa non fecerit resi-
dentiam, poterit illa præbenda priuari, hoc tantummo
dò adhibito, vt absens ille citetur, qui si redierit, ecce
benè, sin minus potest capitulũ illum sua priuare pre-
benda, & alij conferre. vt eatrà, de cler. non residen. in
eccles. vel præb. c. inter quatuor. & c. clericos. imò si se
absentat, & citatio ad eum peruenire non potest, Epis-
copus faciet publicari edictum, vt si non venerit infrà
sea menses, ecclesiam alij conferat. Item poterit eum
eacommunicare, & remittet ipsum legato puniendum
in administratione spiritualium. degradatio autem re-
seruatur

seruatur domino Papæ. vt extrà, de cleric. non resid. in
eccles. vel præb. c. tuæ deuotionis. imò decanus si fuerit
absens, debet citari quòd ad ecclesiam veniat: qui si ve-
nire contemnit, possunt clerici eligere alium. vt extrà,
eod. tit. c. ea parte. Idem in Archiepiscopo. vt extr. eod.
c. qualiter. & c. non liceat. Idem in Cardinali. vt extr.
7 eod. tit. c. ea gestis. QVAESTIO. † Sed illud quæritur, in-
frà quod tempus teneatur absens redire ad ecclesiam,
ad hoc vt non puniatur? Respondeo, intelligit Ioan. de
sex mensibus, & sic omnia iura quæ de alijs temporibus
loquebantur, dicit corrigi per illam decretalem, extr.
eod. tit. c. ea tuæ deuotionis. vbi Archiepiscopo absen-
ti dabatur mensis. vt extr. eod. c. qualiter. Clerico autẽ
dabatur absenti congruum tempus ad reuertendum. vt
extr. eod. c. inter cætera. Et quidam alij intelligunt con
gruum tempus anni: quod tempus dabatur Episcopo
secũdùm iura ciuilia, si sit absens. vt in auth. de sanctis.
episcop. §. interdicimus. colla. 9. Alibi de tribus septi-
manis vel duobus mensibus. vt 7. quæst. 1. c. si quis in cle
rico. & c. præsentium. & sic mora purgabitur, cùm tem
pus interpellat. vt 10. quæst. 1. c. puella. & C. de contrah.
& commit. stipul. l. magnam. contraria tamen sunt argu
men. 100. dist. c. quoniam. & 87. dist. c. per latum. 16. q. 3.
c. placuit. & sic non tenet quod legitur de quatuor an-
nis, infrà quos fuit expectatus Episcopatus. vt extr. eo.
tit. c. qualiter. nec obtinet quod de quinquennio dici-
tur infrà quod fuit expectatus Cardinalis. vt extr. eod.
tit. c. ea gestis. & hoc Lauren. & Ioan. sic eligunt mediũ
tempus: scilicèt, sex mensium, vt dictum, & fortè posset
suaderi vt id tempus post monitionem eis detur, quo
homines suæ conditionis redire possint. vt ff. de verb.
oblig. l. continuus. sic proceditur contra clericos absen
tes: scilicèt, contra decanos, Archiepiscopos, Cardina-
les, qui citati redire nolunt. & sic si sint absentes ex cau
sa voluntaria. Si autem sint absentes ex iusta causa &
probabili, non priuabuntur, nec punientur: puta, quia
absunt de licentia sui prælati, vel causa studiorum, vel
8 alia honesta causa. vt extr. eo. tit. c. relatum. † tali enim
absenti fortè quotidianæ distributiones denegantur,
etsi habeant priuilegium quod habeant fructus præbẽ
darum in scholis. vt extrà, eod. titu. c. de cætero. & c. li-
cèt. Item si est in seruitio sui Episcopi iste absens, vt ex-
trà, eodem. tit. c. de cætero. Item si studens vel docent in
Theologia vsque ad quinquennium, recipient integrè
fructus præbendarum suarum, & beneficiorum suorũ,
nulla consuetudine vel statuto obstante. vt extr. de ma-
gist. & ne aliquid exig. c. vltim. Item si sit absens ab illa
ecclesia, & sit in seruitio domini Papæ, ipsi enim tunc
modis omnibus seruire videntur. vt extr. eo. tit. c. cùm
dilectus. si verò sine iusta causa sit absens, aut habeat ec
clesiam, aut præbendam pro derelicta: aut non. si ha-
bet: puta, quia permisit se intitulari in alia ecclesia al-
terius diocœs. vel factus est ioculator, vel miles, vel
vxorem duxit, statim cum hoc Episcopo constiterit, po
terit conferre ecclesiam vel præbendam, quia vacare
intelligitur. vt extrà, de cleric. coniuga. c. 1. & 2. Si autẽ
alio modo vagetur, tunc citandus est, & serua ista quæ
9 diximus. Item † non est conferenda præbenda coniu-
gato. nam licèt quis in minoribus ordinibus à subdia-
conatu infrà possit matrimonium contrahere, tamen
ecclesiastica beneficia non potest habere, nec habita re
tinere. vt extra, de cleric. coniug. c. si quis clericorum.
& extr. de cleric. non residen. c. ex parte. & c. dilectus.
& c. ad audientiam. nec possunt admitti ad ecclesiasti-
cas dignitates, nec habitas retinere. vt extrà. de cleric.
coniug. c. cum decorem. Item nec ecclesiasticas admini
strationes habere, nec ad sacros ordines recipi debent.
vt extr. de cleric. coniug. c. sanè, & c. diuersis. Imò si sub
diaconus matrimonium contrahat, ecclesiastico bene-
ficio est priuandus. vt extr. de cleri. coniug. c. quod à te.
Idem est de sacerdote. sed post pœnitentiam peractam
potest per Episcopum suum ad officium primitiuum
restitui, & ipsius officij executionem habere. vt extr. de
cleric. coniug. c. sanè sacerdotes. Idem in acolito, quia
licèt contrahat matrimonium ritè, beneficium tamen
ecclesiasticum retinere non potest. vt extr. de cleri. cõ-
iug. c. Ioannes. QVAESTIO. Sed quæritur, quare ista sint
† statura? Respondeo, duplex est ratio. prima, quia ma 10
ritus cogitat, qualiter possit placere vxori suæ, & sic di
uisus in duo, non habet potestatem sui, & quia malè
concordat psalterium cum cithara, vt extr. de cler. cõ-
iugatis. c. diuersis. Secunda, quia occidentales clerici se
voto astrinxerunt, & de illis illa intelligas. Orientales
enim se voto noluerunt ligare, vnde hodie contrahũt,
sicut faciunt Græci, nec puniuntur. Nam Pannutius li-
cèt fuerit expers nuptiarum, noluit tamen votum con-
tinentiæ emittere, imò sua sit concilio talem legem gra
uem esse, asserens causam fornicationis existere. vt 31.
distinct. c. Nicæna synodus. & extrà, de cleric. coniuga.
c. cum olim. Item non † est conferenda præbenda cleri- 11
co habenti concubinam, nam nisi concubinam a se ad
secundam & tertiam monitionem eiecerit, licèt præla
to eum ecclesijs & portionibus spoliare, officio ei nihi
lominùs interdicto. vt extr. de cohabit. cleri. & mulie.
c. si autem. Licèt aliæ duæ decretal in eod. titu. c. cleri-
cos. & c. sicut. loquantur de clericis in sacris ordinibus
constitutis, ideò enim ecclesiastici redditus sunt cleri-
cis deputati, vt honestè viuant. vt extra, de vita & hone
sta. cler. c. cum ab omni. & ideò debent honestè viuere,
& à vitio libidinis abstinere, & maximè qui sunt in sa-
cris ordinibus constituti. vt extr. de vita & honestate
cleric. c. vt clericorum. & ideò à colloquio & consor-
tio mulierum debent abstinere, nec cum eis simul ha-
bitare, nisi sit mater, soror, & filia quam habuit ante
clericatum. in his nihil sæui criminis æstimari fœdus
naturale permittit. vt extrà, de cohabita. cleri. & mun. 12
ca. 1. & cum nobis. Nec † etiam monasteria debent frequẽ
tare monialium sine manifesta causa. vnde clericus qui
contra hoc monitus fecerit, priuatur beneficio: laicus
verò excommunicatur. vt extrà, de vita & honesta. cle-
ricorũ. c. monasteria. si ergo propter mulieres clericus
beneficio priuatur obtento. multò fortiùs debet repel-
li ab obtinendo: cum facilius impediatur obtinendum
quàm obtentum. vt ff. de his qui sui iuris vel alie. sunt.
l. vlt. & ff. de pecul. l. quàm Tuberonis. quidam enim vo
luerunt notare, quòd a beneficio obtinẽdo posset quis
repelli, si habeat aliquam de 14. causis, quæ numeran-
tur extr. de vita & honesta. clerico. c. clerici officia. sed
hoc durum esset: sed hodie peccatis nostris exigentib.
infinita mala committunt clerici cum mulieribus, &
infiniti publicè concubinas retinent: & nedum quod à
colloquio nõ abstineant, imò publicè in ecclesijs cum
illis loquuntur, ita quòd homines cogitant, quod in
tam sacro loco aliquid inhonestè loquantur. Si aliquis
autem prælatus contulerit beneficium sic indigno, &
ipse priuatur potestate conferendi, & ille priuatur il-
la præbenda. vt extr. de præbend. c. graue. & extr. de cle
ric. non residen. c. quia nonnulli. & non solum punitur
clericus habens concubinam, vt dixi in commissione
beneficij, & obtenti, & obtinendi, imò excommunica-
tur: & etiam ipsa concubina excommunicatur. vt extr.
de senten. excommun. c. si concubinæ. Iure etiam Cano 13
nico antiquo puniebatur mulier, quæ erat eius concu-
bina: quia si erat ancilla, retrudebatur in monasteriũ.
vt 34. distinct. c. fraternitatis. & si fuerit proles, erit ser
uus ecclesiæ, si clericus sit in sacris ordinibus constitu-
tus. vt 15. quæstio. vltim. c. cùm multæ. si verò concubi-
na sit libera, redigitur in seruitutem. vt 81. distin. c. qui-
dam. Item non est conferenda præbenda alicui clerico
habenti sufficiẽtia beneficia: imò si sint illa collata ma-
ximè in ecclesia, vel paupere, vel etiam diuite, vbi non
facit residentiam, illud beneficium non poterit petere.
vt extr. de cleric. non residen. in eccles. vel præbend. c.
conquerente. Item conferri debet præbenda à prælato
illi quem ordinat in diaconum, vel subdiaconum, vel
presbyterum, & interim dat sibi necessaria donec in
præbenda sibi prouideat. vt extrà, de præbend. c. Epis-
copus. imò idem Episcopus in quolibet clerico de duo
bus faciat vnum, vel quod non ordinet clericum, vel si
ordinat, quòd ei necessaria subministret. vt extr. de prę
bend. c. non liceat. Item si præsentet aliquis aliquem
clericum ad sacros ordines, vel si fuerit præsentatus à

prædecessore suo, tenetur sibi successor in necessarijs prouidere, donec det sibi beneficium competens. vt extrà, de præben. c. cùm secundum Apostolum.

Infra quod tempus præbenda sit conferenda.

1 *Præbenda non nisi de iure & de facto vacauerit, conferenda est.*
2 *Præbenda intra sex menses conferri debet.*
3 *Tempus conferendi beneficia quando currere incipiat.*
4 *Tempus conferendi beneficia est vtile.*
5 *Mora in conferendo purgari potest.*
6 *Constitutio c. nulla, de concess. præbend. in quibus beneficijs locum habeat.*
7 *Tempora varia super collatione beneficiorum.*

1 NVNC videamus infra quod tempus sit præbenda conferenda. & certè præbenda † debet côferri postquam vacauerit & de facto, & de iure. vt extrà, de concess. præbend. & eccles. non vacan. c. cùm 2 nostris. & c. literas. & conferri † debet infrà sex menses, postquam vacauerit: antè enim quam vacent beneficia siue præbendæ, conferenda non sunt: & si sit negligens in conferenda præbenda prælatus, ad quem pertinet ipsius ecclesiæ collatio, quòd infrà sex menses illã non conferat postquam vacauerit: alius superior conferet illam. & si ille fuerit negligens similiter infrà alios sex menses, conferet eam tertius maior. extrà, de côcess. præbend. & eccles. non vacan. c. nulla. & extrà, de præbend. c. de multa. verbi gratia, ponamus. quòd collatio præbendarum pertineat ad capitulum, sicut in multis partibus hoc seruatur de consuetudine, si negligens fuerit capitolum conferre infra sex menses, confert eam tunc Episcopus, & si Episcopus fuerit negligens infra alios sex menses, confert eam Archiepiscopus: & si negligens est Archiepiscopus infrà alios sex menses, confert eam dominus Papa: & sic posset esse casus, quòd propter negligentiam conferentium vacaret præbenda per 18. menses. Videnda sunt multa & diligêter notanda de isto semestri tempore. Primò, quando incipiat currere. Secundò, an sit vtile vel continuum. Tertiò, vtrùm mora possit purgari. Quartò, vtrùm sufficiat auctoritas ipsius canonis. extr. de concess. præbẽ. vel eccles. non vacant. c. nulla. ad faciendum, quod ibi dicitur. Quintò, in quibus beneficijs locum habeat hęc 3 constitutio, nulla. Hugo † & multi alij dixerunt, quòd incipiat currere post admonitionem, & non antè. argumen. extr. eod. tit. c. quia diuersitatem. argument. C. de fideicommiss. authent. hoc amplius. & ff. quorum legator. l. 1. & ff. si cert. petat. l. quod te. & ff. de vsur. l. mora. Ioan. T. Lauren. & multi alij dicunt meliùs quòd currat à tempore scientiæ. vt argum. ff. de calumn. l. annus. & C. qui ad bonor. possess. admit. poss. l. 2. & qui scit certiorari non debuit. vt ff. de actio. empt. & vendit. l. 1. & est expressum extrà, de supplenda negligent. prælat. c. 4 licèt. & c. dilecti. In † secundo articulo omnes concordant, quòd vtile sit tempus illud, quia tempus suspensionis & peregrinationis subducitur de medio. vt ext. eodem titu. c. quia diuersitatem. In tertio articulo dico 5 benè, quòd † purgetur mora, quia licèt sit decursum tempus semestre, vel vltrà, si is cui primò competebat conferre istud beneficium, preueniat eum ad quem de iure potestas conferendi translata est, & conferat, tenet eius concessio. argu. ff. si quis caut. l. & si post tres. ff. de arbitris. l. Celsus. & est expressum extr. de conces. præbend. & eccles. non vac. c. literas. & hoc ideò, quia in odium negligentium, & subsidium ecclesiæ est indultum, & odium extendi non debet: & in subsidium iam non est necesse. In quarto articulo dicunt quidam, quòd maiores hoc possunt sua authoritate, minores authoritate superioris. H dicit, quod minores hoc possunt authoritate huius canonis: quid enim valet talis concessio, si necessaria esset superioris licentia? Vlti6 mò videndum est, † in quibus beneficijs locum habeat illa constitutio, nulla. Respondeo, in certis tantùm: scilicèt, in Archidiaconatibus, Præpositoris, & omnibus personatibus cæteris, in œconomis, & similibus. In Archiepiscopatibus autem & Episcopatibus tantùm locum non habet. vt extra, de concess. præbend. & eccles. non vacant. c. dilectus. In præbendis canonicorum ita tenendum est, vt si ecclesia habet certum numerum canonicorum, & præbendas distinctas, locum habet illa constitutio, nulla. in alijs non. vt extr. eod. tit. c. ex parte Astensis. Item nota, quod licèt transferatur potestas conferendi ad superiorem illa vice, non tamen punitur secunda vice propter illam negligentiam. vt extra, de elect. c. cùm in cunctis. & c. innotuit. & c. Vintonen. ecclesia. Et sic nota, † quod diuersa tempora statuantur 7 in collatione præbendæ: scilicèt, sex menses: vt dictum est in ecclesia vacante, ad hoc vt ei per electionem prouideatur. Sed de ecclesia habente Episcopum vel Archiepiscopum, vel prælatum statuuntur tres menses. vt extrà, de elect. c. ne pro defectu. vt notatur supra de electio. In alijs autem capitulis vbi patroni repræsentant, vbi non habet locum electio, sunt statuti quatuor menses. vt extrà, de iure patronatus. c. quoniam in quibusdam. & c. cum propter. & de hoc notaui suprà de iure patronatus.

Qualiter præbenda sit conferenda.

1 *Præbenda mera liberalitate, cessante omni pactione & simonia vitio, conferenda est.*
2 *Præbenda iure consanguinitatis non conferenda.*
3 *Præbenda integrè conferri debet.*
4 *Præbenda non est in duas diuidenda.*
5 *Præbendæ Lutetiæ Parisiorum distincta sunt.*
6 *Præbendarum permutationes non nisi cum superioritatis authoritate fieri possunt.*
7 *Intellectus c. significatum est. de præbend. extrà.*
8 *Collatio facta sub illicita pactione vel conditione valet, si simonia non interuenerit.*
9 *Presbyter seu sacerdos, an Missam pro pecunia cantare possit.*

RESTAT videre qualiter præbendæ sint conferêdæ. & certè debent conferri † mera liberalitate, 1 cessante omni vitio simoniæ: cessante omni pactione. vt ext. de simonia. c. nô satis. & c. cùm essent. & c. insinuatum est. & c. ex diligenti. & c. ex insinuatione. & c. dilectus. imò etiam quis non potest sua bona offerre ecclesiæ, vt ipsa sibi posteà concedantur in præbendam, cùm in talibus omnis pactio, omnisque conuentio cessare debeat. vt extrà, de simonia. c. tua nos. & ext. eod. titul. c. consulere. & c. audiuimus. & c. Iacobus. & hoc est adeò verum, quòd si conuentio fuit facta inter clericum & Episcopum, ac canonicos, vt ipsum recipiant in canonicum, & dabunt sibi præbendam vacaturam, & si fiat authoritate legati domini Papæ (licèt valeat exceptio canonici) tamen præbendæ collatio vitiatur. vt extr. de præben. c. dilectus. nec etiam transactio potest interuenire, licèt sit controuersia super ecclesia, etiamsi sit transactio firmata iuramento. vt extrà, de trãsactio. c. constitutus. Item, † debet conferri præbenda alicui non iure consanguinitatis. vt extr. de præbend. 2 c. vt nullus. & hoc facit contra multos qui iure consanguinitatis & pactionis requirunt ecclesias & dignitates, qui dicunt ista fuerunt ita concessa, vt si esset aliquis clericus de genere nostro quòd ei concedatur. Itẽ † debet conferri præbenda integra, & sine aliqua diminutione. Idem est etiam in dignitatibus. vt extrà, de pręben. c. maioribus. debent enim conferri cum omnibus 3 suis appendentijs, & sine diminutione. vt extra, de eccles. benefi. sine dimin. confer. c. vnic. pũtà, si præbenda sit vnita, non debet separari. vt extrà, de constitut. c. omnes. Item non † debet diuidi vna præbenda in duas, 4 vt extr. de præben. c. maioribus, nisi diuisio detraheret de portione omnium canonicorum. verbi gratia, decẽ sunt canonici in ecclesia, & tot esse consueuerunt cõstituerunt canonici quod essent 11. vel 15. illæ præbendæ accrescentes, scilicèt duo vel quinque, quæ superaddun-

tur,

tur,diminuunt de portionibus omnium canonicorum. vt eatr.de præbend.c.pro illorum.& extr. de constitutio.c.cùm M.Ferrarienſ. Item ea cauſa iuſta vna præbẽda cum vacat,poteſt diuidi in duas. vt eatr. de præben. c.ſignificatum eſt.& c.vacante.& extr.de eccleſ.ædific. c.ad audientiam.aliàs vna præbenda non poteſt diuidi in duas,nec duo canonici in vnam præbendam aſſumi, etiamſi dicatur,quòd vnus illorum eapectet donec prȩbenda vacauerit.vt eatr.de præbend.c. tuæ fraternitatis.Item intelligas illud c. maioribus. quod præbendæ non poſſint diuidi in illo loco,niſi vbi præbẽdȩ diſtin-
5 ctȩ † ſint,ſicut Pariſijs,& in multis locis alijs:nec etiam per legatum domini Papæ poteſt fieri diuiſio præbendarum, ſiue eccleſia habeat certum numerum canonicorum ſiue non,licèt aliqui canonici ſint recepti vt canonici.vt eatr.de præbend. c. dilectus filius G. antiqui enim redditus non ſunt minuendi, nec antiquæ parochiæ diuidendæ ſunt ſine conſenſu Archiepiſcopi,& ſi fiat,reintegrandæ ſunt. vt extr. de præbend. c.auaritiæ. niſi fortè cauſa neceſsitatis.vt eatrà,de eccle.ædific.c. ad audientiam.Item non debet conferri in beneficium eccleſia quæ habet curam proprij ſacerdotis.vt eatr.de præbend.c.eatirpandæ.& hoc eſt verum : niſi fiat cauſa neceſsitatis,tunc enim poteſt Epiſcopus capellas annectere præbendis canonicorum.vt eatrà, de præbend. c. expoſuiſti.Item non poteſt fieri permutatio præbendarum,
6 rum,† vt in prædict. c.maioribus. & hoc eſt verum niſi de auctoritate Archiepiſcopi.vt eatr.eod. tito.c.auaritiæ.& eatr.de rerum permutat. c.quæ ſitum eſt. ſic ergo videtur quòd de authoritate vel licentia ſuperioris,& portiones & præbendæ minui,& parochiȩ diuidi poſſint.& eſt argumen.ad hoc extrà,de eaceſſ. prælat. c. ſicut vnire.& extrà,de his quæ fiunt à prælat.ſine conſenſu.c.cum Apoſtolica.& 16.quæſt. 1.c.præcipimus. §.ſicut vnus.aliàs non. vt 56.diſtinct.c.ſatis peruerſum. OPPOSITIO.Sed opponitur: videtur, quòd admittantur pactiones in conceſsionibus præbendarum. nam ſi datur præbenda alicui ſacerdoti, vt ibi cantet Miſſam de ſancta Maria,valet pactio.vt extrà,de præbend.c.ſignificatum eſt.& eatr.de electi.c.ſignificaſti.& eatr.de tranſactio.c.1.ergo pactiones videntur eſſe in hoc permiſſæ.Sed contra videtur,per ea quæ dicta ſunt.1.quæſti.1.
7 c.quam pio.† Solutio, non fuit facta pactio cum aliqua perſona in decretal.illa, ſignificatum eſt:ſed ſic diſpoſuerunt canonici:ſcilicèt,præbendam vnam ad cantandum Miſſam,& Papa confirmauit, & ita poteſt dici quod pactio non fuit appoſita in collatione: ſed erat onus quod adhærebat ipſi præbendæ, vnde quicumque habet eam & onus illud ſubire debet,& ſic res cum ſuo onere tranſit. vt ff.de acquir.rerum dom.l.traditio.& ff. de actio.pign.l.ſi conuenerit.§.1.& ff.de vſufruct.lega. l.vſufructu legato.& ff.de vſufruct.lega. l.ſi pendente. & extr.de pigno.c.ea literis. & eſt optimum argumentum eatrà,vt eccleſ. benefi.c. vt noſtrum.in fin. & hæc conditio licita eſt & honeſta pro diuino cultu appoſita ſecundùm quod B.dicit,vel non fuit appoſita conditio vel pactio,ſed modus:vt & aliàs,vt do te tutorem ſi ſatiſdederis.vt ff.de tute.l.muto. §.ſub conditione. ibi, modus ſine cauſa,id eſt,quia ſatiſdare teneris.Vel verius in decret.illa,ſignificatum eſt.loquitur de pactione
8 & conditione licita,quæ valet. QVAESTIO.† Sed quid ſi ſub illicita pactione vel conditione fiat collatio? videtur quòd facta valeat,ſicut inſtitutio hæredis. vt Inſtitut.de hæred.inſtitu.§.hæres purè. & eatrà ,de præb. c.dilectus. & turpis conditio pro non adiecta habetur. vt eatr.de condit.appoſi.c.vltim. Reſpondeo , hoc verum eſſet,niſi obſtaret vitium ſimoniæ. Sed quod valeat eſt argument. vt valet inſtitutio remota pactione. vt ff.de hæredi.inſtitu.l.hæreditas ea die. OPPOSITIO.
9 Item opponitur, † videtur quod presbyter poſſit cantare Miſſam pro pecunia , & operas ſuas locare , vt 10. quæſtio.3.c.relatum.12.quæſt.2.c.caritatem. eatrà,de ſimonia.c.cùm ſit Romana.1. quæſtio.3.c.vltim.quia ſuis ſtipendijs hoc facere non cogitur. vt eatrà, de præſcriptio.c.cùm ex officij.argumen.contrà quod non poſſit. 13.diſtinct.c.his igitur.extr.de ſimonia.c.cùm in eccleſiæ corpore. Solutio , ſi non tenetur cantare presbyter ratione percepti beneficij:quia non habet aliquod beneficium : poteſt pecuniam ea pacto recipere ad annũ, vel ad menſem, ſicut faciunt ſacerdotes vel capellani Beneuenti,& in Apulia, vbi rector eccleſiæ habet omnes prouentus,& omnem vtilitatem, & capellanus locat operas ſuas ea certa mercede.Si autem ſacerdos habeat certum certum beneficium, ſi pecuniam recipiat pro Miſſa cantanda, ſimoniam committit: vt in contrarijs.Pecuniam tamen ſpontè oblatam poteſt ſuſcipere: ita tamen quòd non celebet illa intentione , vt pecuniam accipiat:tunc enim grauiter peccat,etſi nõ ſit ſimonia. vt eatrà,de ſimon.c.tua nos. ſed in hoc propter peccata noſtra omnes ferè ſacerdotes peccant: quia quando vadis ad ſacerdotem vt cantet Miſſam,ſua eſt intentio vt recipiat denarios : imò multos audiui petentes, habes denarios , cantabo tibi Miſſam , legam Pſalterium:vnde cùm eſt in celebratione Miſſæ,eapectabit denarios ſtatim cantato Euangelio,quando homines conſueuerunt offerre,& ſi tunc non fiat oblatio , eapectabit vſque ad finem Miſſæ : & ſi nec tunc offerat, qui fecit Miſſam celebrari multum dolet , & dicit in corde ſuo:ite amiſſa eſt pecunia. OPPOSITIO.Sed opponitur, videtur quod non poſsit presbyter parochialium eccleſiarum ſic prouideri , imò debet habere vnuſquiſq; congruam portionem de ipſis prouentibus , vnde poſſint commodè ſuſtentari remota conſuetudine, & ſtatuto Epiſcopi ſine patronorum,per quod ſtatutum modicam portionem habent. vt eatrà,de præbend.c.eatirpandæ.Reſpondeo non eſt contrarium : quia tunc locũ habet illud c. quando aliqua portio dabatur ſacerdoti, ſed modica : cæterùm ſi nihil de portione dabatur ei,ſed annua penſio : ſerua quod dixi. Veruntamen in multis partibus ita modica eis datur penſio, quòd non poſsint ſuſtentari ſacerdotes , fortè viginti ſolidi. detur ergo eis ſufficiens penſio,vt poſſint ſuſtentari , vt non cogantur,vel quaſi mendicare, vel aliqua vilia facere,ſicut de multis ſacerdotibus contingit,quorũ quidam ſunt mercatores,quidam præparant vegetes , vel faciunt aliqua mechanica: vnde proptereà vileſcit eorum officium.Sed hæc quæ dicta ſunt,habent locum in eccleſijs,quæ immediatè ſubſunt prælatis. Cæterùm ,ſi loquimur de capellis monachorum , quæ pleno iure monachis ſubſunt : illæ debent conferri ab eis , ſic vt præſentent Epiſcopis perſonas idoneas in illis eccleſijs, quæ Epiſcopis de ſpiritualibus, & monachis de temporalibus reſpondeant , & inſtituros non remouebunt ſine Epiſcopis.vt extrà,de præbend.c.in Lateranenſi cõcilio.

Vtrùm alicui poſſint duæ præbendæ dari, vel plures dignitates in eadem eccleſia.

1 *Præbendarum multitudo canonibus inimica.*
2 *Intellectus c.de multa.de præbend.*
3 *Grues vnam ſequuntur ordine literato.*
4 *Officia promiſcua rerum actibus turbantur.*
5 *Eccleſias vel præbendas plures habere quò ad titulum prælationis,vel canonicatus,vel ordinationis quis de iure communi non niſi ex diſpenſatione poteſt. num. 6.*
7 *In reſcriptis ad beneficia multa ſubintelliguntur , etiamſi appoſita non ſint.*
8 *Eccleſia qualiter dicatur ſufficere.*
9 *Beneficia plura habens, de beneficiorum pluralitate obijcere non poteſt.*
10 *Exceptiones admittendæ ſunt, etiam quantumcunq; Papa abſolutè ſcribat.*
11 *Pertinentia ad Papam maximè, hic vide.*
12 *Libelli quomodo concipiantur in materia pluralitatis beneficiorum & reſcriptorum. num.15.*
13 *Pluralis locutio pro ſingulari,& ſingularis pro plurali quandoque ponitur.*
14 *Priuilegio per contrarium actum quandoq; renunciatur.*

16 *Libellus quomodò concipiatur contra eum qui est inelligibilis.*
17 *Executoribus si mandatum est prouideri de aliqua ecclesiarum diocœsis, seu ciuitatis, de maiori ecclesia ciuitatis prouidere possunt.*
18 *Ordinari quis sine titulo & beneficio potest.*
19 *Ordinans sine titulo nedum tenetur ordinato prouidere, sed & successor ordinantis.*
20 *Episcopus an teneatur de euictione.*
21 *Approbatum reprobari potest.*
22 *Collatio facta contempto mandato de prouidendo tenet, licèt collatores puniendi sint.*
23 *Episcopus concedens scienter beneficium, quod concedere non poterat: ei cui concesserat, de alio prouidere tenetur.*
24 *Præbenda diuidi possunt.*
25 *Receptio facta ab excommunicatis, an valeat.*
26 *Impetratio in ecclesia numerata nulla facta numeri mētione non valet: secùs si numeri mentio facta sit. & numer. 27.*
28 *Superioris ius & authoritas in omni iuramento excepta videtur.*
29 *Clericus præbendatus infirmus, sua præbenda fructus integrè percipiet.*
30 *Clerico ægroto coadiutor dandus.*

VLTIMò videamus, an alicui possint duæ præbendæ conferri, vel plura beneficia, vel plures
dignitates, siue personatus in eadem ecclesia, siue in diuersis: siue illæ præbendæ vel beneficia, siue di-
gnitates habeant curam animarum annexam, siue non.
Et certè in parte ista iura videntur variare, sed primò
inferamus iura, quòd non possint. Ecce cautum est in
2 iure, quòd † multitudo præbendarum est canonibus ini
mica. vt extr. de præbend. c. quia in tantum. Item materiam vagandi & dissolutionem inducit, & malè consu
mit ea ea quibus debet pauperibus prouidere: vnde du
as præbendas, siue duas ecclesias quis habere non potest, nec debet habere. vt extr. eod. tit. c. quia in tantum:
nunquam enim vidistis in scholis aliquem multùm
præbendatum, vel beneficiatum benè facientem factū
sum: alia autem nolo exprimere, quia iam tangerem
multos. Versus.
Nam luxuriant animi rebus plerunque secundis.
omitto crimen nec prodo: vt agant conscij pœnitentiam. videant autem prælati cum sint procuratores. vt
extr. de donation. c. fraternitatem. seu dispensatores,
quam rationem reddant villicationis suæ in districto
examine in die iudicij. Item non potest quis in eadem
ecclesia, vel diuersis plures habere dignitates. vt extrà,
de præbend. c. ad hæc. Item nec vnus sacerdos debet ha
bere locum in duabus ecclesijs. vt extr. de præbend. c.
cum non ignores. Item clericus habens plures dignita
tes, seu plures præbendas, quòd ad aliam non admittatur dignitatem, vel præbendam. vt extr. de præbend. c.
cum iamdudum. sed ex ista decreta. potest colligi contrarium argumentum Item non potest quis habere du-
as dignitates, nec duas parochiales ecclesias, nec duo
beneficia curam animarum habentia annexam: imò si
habito primo, habeat postea secundum: primo benefi-
cio ipso iure priuatur: licet per Alexandrum Papam
poterat clericus retinere, quod vellet. vt † extrà, de præ
bend. & dignita. c. de multa. & c. referente. per quod ca
pitulum, referente. probatur, quod non potest quis
duas dignitates, vel duo beneficia habere. Item duos
personatus, & duas dignitates quis in eadem ecclesia
habere non potest, etiam si non habeant curam animarum. vt extr. de præbend. & dignit. c. de multa. Item non
potest quis Episcopus esse & habere præposituram. vt
extr. de concess. præben. & eccle. non vacan. c. cum nostris olim. Item in eodem tempore non sunt in duabus
ciuitatibus honores gerendi ab vno. vt ff. ad municip.
l. libertus. § præscriptio. Item expressè legitur 70. di-
stinct. c. sanctorum. quòd aliquem in duabus ecclesijs
intitulari non liceat. Episcopi tamen dispensatione di
uersis quis potest præesse ecclesijs. Canonicus tamen
præbendarius non nisi vnius ecclesiæ esse debet, vt ibi.
Sed quæ est ratio? Respondeo, eadem est ratio in vtro-
que. Nam ex dispensatione Episcopi & plures ecclesi-
as, & plures præbendas quis habere potest. & hoc est
verum, si vtraque ecclesia vel præbenda sit tenuis: tamen si altera sufficiens esset, tunc non potest, vt in præ
dict. c. sanctorum. Item prohibetur clericus intitulari
in duabus ecclesijs: est enim hoc negotiationis commo
dum turpis lucri. Nam nemo potest duobus dominis
seruire: & hoc in vrbe Roma. Et idem dico & credo in
alijs ciuitatibus, vbi est copia hominum, in alijs autem
villis, propter penuriam hominum, potest: vt 21. quæstione 1. c. 1. Item clericum in duarum ciuitatum eccle-
sijs conscribi non oportet, nisi habeat vnam intitulatam, & aliam commodatam. vt 10. quæstion. 1. c. clericum. & c. qui plures. sine titulo enim facta ordinatio ha
betur irrita. vt in prædicto c. sanctorum. Item plures
ecclesiæ vni non debent committi, nisi sunt tenues: &
tunc benè possunt per prælatum coniungi. vt 10. quæ-
stione 3. c. vnic. Item prohibetur, quòd vnus presbyter habeat duas ecclesias. vt decimasexta quæstion. 1. c.
per laicos. Item singuli clerici in singulis ecclesijs debent constitui. vt 21. distinctio. c. clericos. Item in apibus vnus princeps est, † & Grues vnam sequuntur ordi 3
ne literato. vt 7. quæstione 1. c. in apibus: quia quando
volant simul faciunt y Græcum si benè consideres. Item vna ecclesia, vnius debet esse vatis. vt 7. quæstio. 1.
c. sicut. Item singulis presbyteris singulæ ecclesiæ concedendæ sunt. vt decimatertia quæstion. 1. c. ecclesias.
Item in singulis titulis singuli ponendi sunt. vt 80. distinctio. c. Episcopus. Item quantumlibet personæ duarum rerum officia committenda non sunt. vt 89. di-
stinct. c. singula. † quia promiscuis actibus rerum turbantur officia. vt C. de testamentis. l. consulta diualia.
Item non licet alicui presbytero plures habere eccle-
sias, nisi sint tenues, vel vna ab altera sit dependens. vt
extrà, de ætate & quali. & ordi. præfic. c. eam te. Item
non licèt clerico habere plures dignitates ecclesiasticas, & plures ecclesias parochiales: quia plures non videntur modum imponere auaritiæ, & cùm vnum officium vix implere sufficiat, stipendia sibi vendicant
plurimorum: vnde ne fiat, districtius inhibetur, vt ne
aliter fiat, & qui recipit, & qui dedit, largiendi potestate priuetur. vt extrà, de clericis non residen. in Eccles. vel præbend. c. quia nonnulli. Item nec facilè concedendum est vnum duobus magistratibus assidere, & vtriusque iudicis curam agere. vt C. de assessoribus. l. nemo. Econtrà videtur, quod quis possit habere duas dignitates, & maximè in diuersis ecclesijs.
Item duas ecclesias. Item duo & plura beneficia. nam
potest quis habere duo domicilia. vt ff. ad munic. l. eius
qui. Item tota die videmus, quòd plures habent plura
beneficia habentia etiam curam animarum annexam,
& multos scio habentes plures præbendas, & plura
beneficia, & aliquando cum cura, & aliquando sine cu
ra. Item scio multos habentes plures ecclesias, & ipsi
faciunt fraudem: quia faciunt vicarium residere in vna ecclesia, & in nulla fortè ecclesia ipsimet resident.
& multi in multis ecclesijs quas habent, vicarios habent, & in nulla resident, sed isti tales non sunt veri ma
riti: quis enim vnquam laicus habens vxorem pro se
illi vicarium constituit? certè nullus. & plures scio no
minare quàm sint inducti canones: quid ergo valet
quòd tot a sint condita, si iura condita non seruentur?
nam paruum fuisset in vrbe iura esse condita: nisi essent
creati qui iura defenderent. vt ff. de origi. iuris. l. 2. &
sic videtur hodiè, quòd omnia iura quæ sunt allegata
pro parte altera, quòd sint per desuetudinem abrogata, sicut multa iura per desuetudinem abrogantur. vt ff.
de legibus. l. de quibus. Item plura argumenta de prædictis pro hac parte collige. Nam potest quis duas ec-
clesias habere, si sunt tenues. Item potest habere duas,
si vna dependeat ex alia, si habeat vnam intitulatam,
& alia ta

& aliam commeodatam. Item si habeat ex dispensatio-
ne. Respondeo omnia ista non obstant. Nam quod ha-
beat quis duo domicilia, nullum præiudicium fit in ec-
clesijs & præbendis. Item ad aliud respondeo, quòd li-
cèt per patientiam multa tolerentur, tamen si deducta
essent in iudicium non tolerarentur: quia oportet vt
primam ecclesiam, primam dignitatem, primam præ-
bendam dimittat, vt superiùs diai, & secunda sit con-
tentus, vt extrà, de præbend. c. de multa. & sic prædicta
non sunt per desuetudinem abrogata. Item ad casus
speciales respondeo: quia de illis non est opinio, imò
sunt optima argumen. quòd de iure communi non pos
sit quis illa iura habere. & hodiè dominus Innocen. III.
in concilio Latera. c. de multa. expressim hoc prohi-
bet, nisi quis illas habeat ex dispensatione, vt in fine il-
lius c. de multa. habetur & per dominum Gregorium
IX. hoc inductum est, vt fiat ineligibilis ille talis, vt ex-
trà, de election. c. dudum. Et certè in duabus dignitati-
bus satis sine quæstione procedit, præterquàm in præ-
dictis casibus, & in præbendis: maximè quandò quis
habet vnam quæ valet centum vel ducentas marchas,
quis vnquàm sustineret, quòd iste haberet aliam? certè
nullus. scio tamen aliquos habere vsque ad mille mar-
chas. T. tamen in parte ista notauit optimam notulam:
vnde illam de verbo ad verbum inserendam præuidi:
5 dicit enim sic, † Non potest quis de iure communi plu-
res ecclesias vel præbendas habere quoad titulum præ-
lationis, vel canonicatus, vel ordinationis, vt extrà, de
præben. c. quia in tantum. & 70. distinct. c. sanctorum. &
23. quæst. 10. 1. c. 1. & 80. distinct. c. Episcopi. & 7. quæst. 1.
c. in apibus. & 21. quæst. 1. c. 1. & 1. & 16. quæst. 1. c. pres-
byteros. 10. quæstio. 3. c. vnio: nisi in casibus specialibus.
Vt tamen aliquid dicamus ad excusandas excusatio-
nes in peccatis, dicamus clericum plures posse habere
præbendas, sed vnius tantùm erit clericus, & canoni-
cus intitulatus, in alia verò habebit beneficium, quod
etiam potest habere laicus: quia potest causa pietatis
vel necessitatis vel obsequij præstiti vel præstandi ei
concedi, vt 16. quæst. 5. c. illud. 12. quæstio. 2. c. caritatem.
27. quæstio. 1. c. possessiones. quod potest assignari vel
ad tempus, vel vsque ad mortem. iste tamen non voca-
bitur ad ordinationem illius ecclesiæ, licèt præbēdam
percipiat, nec iudicabitur ab illo Episcopo, nisi dum
causa illius stipendij ageretur. Sicut conuenitur quis
ratione possessionis rei venditę vbicunque quis habet
bona, licèt non habeat ibi domicilium, vt C. vbi in rem
actio. l. 2. & extrà, de foro compet. c. sanè. vel vbi deli-
quit: ibi enim sicut quilibet alius excommunicari po-
test ab eo: quia clericus vnius Episcopi non potest ab a-
lio iudicari eo inuito, vt 9. q. 3. c. nullus. & extr. de pa-
roch. c. 3. & hoc secundùm Lauren. Alij dicunt prædi-
ctis canonibus derogatum per contrariam consuetudi-
nem Papa sciente hoc, & non contradicente, vt ff. de le-
gib. l. de quibus. & Institu. de iure naturali. §. ex non
scripto. & 4. distin. §. leges. si enim esset peccatum, Pa-
pa hoc probiberet, vt 93. distinct. can. 1. & hoc Vincen.
Sed dicendum est, quòd Papa expressè reprobat hanc
consuetudinem, vt extrà, de præbend. c. cùm non igno-
6 res. & c. cùm iamdudum. † & ideò de iure cōmuni plu-
res ecclesias vel præbendas habere non potest, nisi ex
dispensatione, vt 70. distinct. c. sanctorum. QVAESTIO
autem ista quoad dignitates & beneficia quę curam ha-
bent animarum, annexam non habet quæstionem, quo-
niam eo ipso, quòd percipit secundum beneficium ta-
le, vacat primum, vt in constit. domini Innoc. III. ex-
trà, de præbend. c. de multa. de canonijs verò nullam fe-
cit prohibitionem: vnde videtur illas concedere sub
prohibitione alterius, quia quod de vno negatur, per
cōnsequentiam de alio conceditur, vt ext. de præsump.
c. nónne, vt 25. dist. c. qualis. & ff. de iudi. c. cùm prætor.
vnde dico illi canoni esse derogatum. 70. distinct. c. san-
ctorum. per contrariam cōsuetudinem, quam dominus
Papa scit & tolerat, imò scribendo & concedendo ap-
probat, sicut pro multis facit, & possunt multa exēpla
notari extrà titulum. OPPOSITIO. Sed opponitur de eo
quod legitur extra. de præben. in decreta. illa, relatum.
nam ille fuit Archidiaconus in vna ecclesia & pręben-
dam habuit in alia: quare ergo ab altera beneficio non
priuatur per aliud capitulum. extrà, de pręben. c quia
10 tantum. & per illud cap referente. & extra, de excess.
prælato c. illud. & extrà, de cleri. non residen. in eccle-
sia vęl præben. c. ex parte. Respondeo, quòd hoc non pe
tebatur: vel quia fuit cum eo dispensatum, vt vtrunqz
haberet, vel propter cōsuetudinem hoc est toleratum,
& hoc Ala. quod etiā fieri potest in duabus præbendis,
vel in prębenda & dignitate, secùs est in duabus digni-
tatibus, vt in illo c. ex parte. & extr. de testamen. c. licèt
ad hoc. Illud autem diligenter attende, quòd † cùm im- 7
petratur aliquod rescriptū ad beneficium obtinēdum,
conditiones multæ subintelliguntur, licèt Papa man-
det præcisè sine quibus rescriptum non valeat: puta, si
est clericus, si est dignus, vt extrà, de rescript. c. cùm a-
deo. & extrà, de transact. c. ex literis. & extr. de instit. c.
vlti. & extrà, de elect. c. causam. item intelligitur clau-
sula ista, si ecclesia potest sufficere tot. vt extra, de insti.
c. 1. QVAESTIO. † Sed qualiter dicitur ecclesia sufficere? 8
Respondeo, si de monasterio monachorum loquimur:
tūc dicitur sufficere, quādò monachi possunt recipere
de communi illa quæ exprimuntur extra. de statu mo-
nacho. c. cùm ad monasterium. si de ecclesia seculari lo
quimur, debent habere victum & vestitum, vt 12. q 1. c.
ex his. QVAESTIO. Sed quæritur: quid si ecclesia est suf-
ficiens valdè, vt possit plures recipere quàm habeat:
nunquid recipientur tot quot sufficere possunt? vide-
tur quòd sic, per illud. c. 1. extrà, de institu. & c. penu. &
extra, de censi. c. quanto. & 12. q. 1. c. præcipimus. & 16.
q. 7. c. omnes. propter minimum tamen incrementum
non dicam recedendum a numero consueto, vt arg. C.
de alluuio. & paludib. l. penul. & vlti. Item & aliud e-
tiam subintelligitur, quòd sit de terra illa, vt 71. distin.
c. hortamur. & argum. C. de episcn. & clericis. l. in ec-
clesijs. Item & istud si non habet aliud beneficium cum
petens, vt extrà, de præbend. c. cùm teneamur. Item &
istud si non habet perpetuam vicariam, quæ sibi suffi-
ciat, vt extrà, de rescript. c. postulasti. Item ista condi-
tio intelligitur, si ecclesia, cui scribitur, habeat iustam
excusationem, vt extrà, de rescript. c. si quando. & c. cū
adeò. Vnde hæc notantur in istis versibus. Versus:

Clericus, indigena, dignus, pauper, residensqz,
Redditus vt poterant scripto sunt ista docenda.

† Sed istā exceptionem de pluribus beneficijs nō potest 9
opponere ille qui habet plura beneficia, vt extr. de ex-
cept. c. cùm ecclesiasticè. licèt enim dominus Papa prę-
cisè scribat, exceptiones tamen patienter admittit, vt
ext. de rescript. c. si quando. & extrà. de æta. & quali. &
or. præfic. c. accepimus. & de offi. deleg. c. ex parte. vbi
dicitur, quòd dominus Papa † quantumcunqz absolutè 10
scribat: exceptiones tamen admittēdæ sint. & hoc Vin.
& T. dicunt. Sed quod dictum est de dispensatione in fi.
illius c. de multa, quia per sedem Apostolicam poterit
dispensari: quæritur quare per Romanæ sedis legatum
non possit dispensari? Respondeo: sic seruat curia, quia
casus iste est vnus de casibus illis, qui soli Papæ reser-
uantur, sicut habetur in versibus istis. Versus:

Restituit Papa solus, deponit & ipse:
Diuidit, ac vnit, eximit atqz probat.
Articulos soluit, synodumqz facit generalem,
Transfert ac mutat, appellat nullus ab illo.

Solus † namque Papa restituit depositos, vt 2. quęst. 6. c. 11
ideò. Deponit Episcopos, vt 6. q. 6. c. accusatus. & c. quæ-
tis. & c. dudum. & extr. de transf. epis. c. inter corpora-
lia. Diuidit vnum Episcopatum in duos: & duos Epis-
copatus vnit in vnum, vt extrà, de exces. prælato. c. sicut
vnire, & 16. q. 1. c. & temporis qualitas. Eximit Abba-
tes Episcopos. 16. quęst. 1. c. frater noster Adrianus. Pro-
bat scripta Doctorum, & concilia, vt 15. distin. c. sancta
Romana. 17. distin. c. 1. & 2. quęst. 6. c. ideò. Articulos sol-
uit scilicet fidei, cùm dubitatur super aliquo articulo
fidei. 24. q. 1. c. quotiens. & c. quoniam vetus. & extrà, de
hæreti. c. cùm Christus. Synodum facit generalem, vt
17. distinct. c. 1. 2. & 3. Transfert sedem episcopalem de

loco ad locum, vt 16.q.1.c.& temporis qualitas. Et mutat Episcopos scilicet de Ecclesia ad Ecclesiam, vt 17. q.1.c.mutatione.& extra, de transla.episc.c.1.2.& 3. Nullus ab ipso appellare potest, vt 9.q.3.c.cuncta per mondum. Item dispensat circa plura beneficia, vt extra, de extra, de præbend.c.de multa.in fin. Hæc omnia ita pertinent domino Papæ, vt legatus etsi generalem habeat legationem de his non audeat se intromittere, vt extra, de offi.leg.c.quòd translationem.& c.nisi specialis. Vincent. Vnde circa prædicta vario modo concipiuntur libelli. Et primò videamus de illo qui frequenter occurrit. Ecce quis impetrauit literas primò præceptorias, secundò monitorias, tertiò executorias: qualiter concipiet iste libellum coram executore? certum est, quòd iste ex rescripto nullam habeat exactionem, licèt rescriptum det sibi impetrandi seu petendi facultatem, vt ff.de relig.& sumpr.fune.l.si quis sepul-
12 chrum. Concipiet autem libellum sic. LIBELLVS. † Coram vobis domine M. iudice seu executore à domino Papa côcesso, propono ego Titius pauper clericus contra Sempronium procuratorem domini Archiepiscopi Lugdun. nomine ipsius Archiepiscopi: quod cùm dominus Papa mandaret sibi per suas literas, vt mihi in aliqua Ecclesiarum suæ diœcesis, prouideret in beneficio competenti, hoc facere recusat: vnde obtinui literas monitorias ad tales Abbates, quorũ monitionib° dũ acquiescere nollet, vos à summo Pontifice iudicem seu executorẽ obtinui: quare peto, vt secundùm mandatũ apostolici tenorẽ vos ipsum Archiepiscopũ ad prouidẽdum mihi in côpetenti beneficio côpellatis. & quòd sic formari debeat libel. probat decre.ext.de pręben.c. cùm teneamur.& ext.de rescript. c.cũ ex insinuatione. ideò enim facio primò mentionẽ de pręceptorijs: secũdò de monitorijs: vltimò de executorijs: quia aliter literæ impetratę non valent, vt in prędicta decre. ex insinuatione. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd in casu isto libellus nô sit necessarius. Nam si ille est executor, quid habet ille necessariò facere nisi mandatum istud executioni mandare. non enim debet partes iudicantis sibi assumere, vt C.de execu.rei iudic.l.si vt proponis. ext.de offi.& po.indi.deleg.c.super quæstionum. Respondeo imò necessarius est libellus. multæ iustę possunt contra istum impetrantem exceptiones opponi, sicut superiùs dixi: & ideò de veritate precum, & de alijs inquiret, vt C.si contra ius vel vtil.pub.l. & si non cognitio. Si verò quis impetrat literas, vt recipiatur in canonicum & in fratrem & præbendam, si qua vacat, vel quàm citò se facultas obtulerit, sibi debeant assignare, & super hoc habeat executorem concipiat sic libel. LIBELLVS. Coram vobis &c. propono ego Titius &c. contra procuratorem talem &c. quòd cùm dominus Papa mandauerit ipsi Archiepiscopo siue capitulo, vt me reciperẽt in canonicum, & in fratrem, & præbendam si qua vacat, vel quàm citò se facultas obtulerit mihi conferrẽt, & obtinuerim etiam super hoc literas monitorias ad tales iudices, & dum nec prætorijs nec monitorijs vellent parere, ad vos literas executorias impetraui: quare peto, vt secundùm tenorem mandati Apostolici ad vos directi prædictos Archiepiscopum vel capitulum compellatis, quòd me recipiant in Canonicum, & in fratrem, & præbendam, si qua vacat, mihi conferãt, vel quàm citò se offerat facultas. Quòd sic rectè concipiatur libel. probatur ext.de rescript.c.mandatum. & c.literis. & c. Abbatem. & extra, de præbend.c.relatom. & extra, de concessio.præben. & ecclesiæ non vac. c.cùm super quæstione. Si autem post præceptorias & monitorias vacauit prębenda, & capitulum alij pręebendam contulit, quod videtur fecisse in elusionem mandati Apostolici, tunc coram executore retento ex toto primo libello propè posito adijcias in libello sic. Et cùm post monitorias præbenda in Ecclesia ipsa vacauerit, quam alij contulerunt in elusionem mandati Apostoli, peto illos compelli per vos, vt me recipiant in Canonicum &c. & medio tempore faciatis mihi assignari tot prouentus, de prouentibus illius Ecclesię quòd possim commodè sustentari, donec mihi in prębenda li beneficio duxeritis prouidendum. quòd sic rectè concipiatur libellus probatur extr. de præben.c.dilectus filius. Si autem impetrauit quis literas, vt superiùs dixi, quòd dominus Papa decernat irritũ & inane, si de præbenda primò vacatura duxerit capitulũ aliquid aliud faciendũ, tunc concipiet sic libellum. LIBELLVS. Corã vobis domine &c. propono ego Titius &c. contra procuratorẽ Archiepiscopi & capituli Beneuentani, quòd cùm dominus Papa primò præceptorias & postmodùm monitorias eis destinasset, vt me reciperent in canonicum & in fratrem, & præbendam si qua vacaret, mihi conferrent, vel quàm citò facultas se offerret, decernẽs irritum & inane, si quid aliud de pręebenda vacanti seu vacatura duxerint faciendum, vel illam suæ donationi reseruans: & postquàm talis præbenda vacauit illam G.clerico contulerunt: quare peto ipsos per vos compelli, vt me recipiãt in Canonicum & in fratrem. Item peto ab ipso Gulielmo præbendam illam assignatam cum fructibus inde perceptis & percipiendis mihi assignari, quòd sic rectè côcipiatur libellus probatur extra, de concess.pręben. & eccles. non vacan. c.proposuit. & extra, de pręben.c.inter cætera. Veruntamen hodiè si literæ tales concedãtur, vel pro beneficio, vel vt recipiatur quis in Canonicum & in fratrẽ, cùm tot clausulis conceduntur, quòd nõ reportet quis nisi laborem & dolorem. Nam conceduntur ita sub his clausulis, si pro alio siue pro alijs vobis nõ direxerimus scripta nostra, Item apponitur hæc clausula, nisi canonicum quid obsistat. Item apponitur hæc, si non scripserimus pro aliquo, qui huiusmodi gratiam prosequatur: multæ enim sunt exceptiones quæ competunt contra istum impetrãtem, de quibus suprà in eodem tractatu in illa rubrica, quib° sint præbendæ côferendæ tractaui. QVAESTIO. Vnũ tamen quęritur ecce dominus Papa scribit pro aliquo, et dicit in rescripto nõ obstante si pro alio direxerimus scripta nostra, modò cõstat quòd pro pluribus scripsit domin° Papa: quęritur an teneatur ecclesia isti pro quo scribitur prouidere? Respondeo, non credo: quia non est intentio domini Papæ si assignauit illam Ecclesiam pro pluribus, quòd iterum velit eam grauare, vt extra, de rescript.c. mandatum. & c.literis. & c. Abbatem. hoc tamen volt, vt si est grauata pro vno, quòd pro alio grauetur, & sic pro duob°: pro tribus autem non præsumo, cùm non sit afflictio addenda afflicto, vt C.de Episcop.audien.l.tam dementis.& ff.de tuto.& curato.dan.ab his.l. Romanus Apulus. & cùm sit onus siue grauamen, ergo odiosum, & sic restringendum, vt ff.de liber.& posthum.c.cùm quidam. Contraria tamen sunt argumen. nam singularis † accipitur pro 13
plurali, vt ponatur illa oratio neutraliter, sicut quandò dicimus multum hominẽ venisse Romam, & Piscẽ vilem esse in vsu. Item cùm dico: promittis mihi hæredi meo, & si plures sint hæredes omnibus acquiritur, vt ff.de verbor.significat. l. si in vsu iuris nostri. & cui est vnicus filius, dicitur habere liberos, vt ff.de verborum significat. l. non est sine liberis: aliàs ponitur pluralis pro singulari, vt ff.de negot.gest.l.1. & ff.vi bonorum raptor.l.prætor. & in passione Domini dicitur: indignati sunt discipuli propter effusionem vnguenti: cùm solum Iudam inueniamus indignatum. & Apostolus dicit de martyrib°, lapidati sunt, secti sunt, cùm solum Stephanum lapidatum, & solum Isaiam sectum legamus. Consulo tamen si potes vt impetres literas sub hac forma, non obstante si pro alijs scripserimos. Item non obstante si est clericus alterius Ecclesię, vel si habeat aliud beneficium. Item non obstante certo Canonicorum numero, etiam iuramento firmato, tunc cessabunt exceptiones. QVAESTIO. Sed citra ista quæritur: quoddam capitulum habebat certum numerum Canonicorum iuramento firmatum, si clausula illa non apponatur, non obstante &c. fortè rectè excipitur. QVAESTIO. Quid autem si fuerit certus numerus Canonicorum iuramento firmatus: & posteà recipiant aliquem vltra numerum: nunquid posteà poterunt excipere? Respondeo, non: † quia per contrarium actum suo priuilegio renuntiauerunt, vt extrà,

trâ,de præbend. c.pro illorum. & extra,de constitut.c.
cùm accessissent. & c.cùm M.Ferrar. imò plus ibi dici-
tur quòd subintelligatur tacita conditio hæc: scilicet,
nisi supereacreuerint facultates: verum si redditus nō
sint diminuti,si diminuatur numerus præbendarum,et
confirmetur istud statutum per Papam, dico quòd non
valeat exceptio, si excipiatur de hoc contra impetran-
tem,vt extra, de constitu.c.ex parte Episcopi. Si verò
quis habeat plures præbendas seu plura beneficia cu-
ram animarum habentia annexam,vel plures ecclesias
vel plures dignitates,potes concipere libellum sic con
tra eum, vel coram ordinario iudice, vel coram dele-
15 gato. LIBELLVS. †Coram vobis domine R.iudex à sum-
mo Pontifice delegato proponit Titius procurator Ar-
chiepiscopi & capituli Ecclesiæ Beneuentanæ cōtra
talem, qui cùm in Ecclesia Beneuentana talem præben
dam obtinuerit,vel ecclesiam, vel dignitatem : & po-
steà secundò obtinuerit alibi talem præbendam,vel ta
lem Ecclesiam,vel dignitatem: & sic cùm à prima præ-
benda vel dignitate sit secundùm iura priuandus,peto
ipsum prima præbenda vel ecclesiastico beneficio siue
dignitate priuari. quòd sic rectè concipiatur libellus
probatus per decreta.extr.de præben.c.de multa.Si ve-
so vis procedere contra eum quòd sit inelegibilis ,di-
16 ces sic. † LIBELLVS. Propono ego Titius contra Thomā
Rothomagen.electum : quòd cùm plura habeat benefi-
cia habentia curam animarum annexam,siue plures ec-
clesias,vel dignitates sine dispensatione apostolicæ se-
dis,peto electionem ipsius cassari,& cassam & irritam
nuntiari. Quòd sic rectè concipiatur libellus,dicitur
extra,de elect.c.dudum ecclesia Rothomagen. QVAES-
17 TIO. Item quæritur : ecce scribitur † executoribus pro
aliquo , vt prouideant ei in aliqua ecclesiarum ciuita-
tis seu diœcesis : quæritur vtrùm possint executores ei
prouideri in maiori ecclesia ciuitatis? Item quæritur
vtrùm beneficia quæ ipsis Canonicis sunt concedenda,
siue sint distinctæ præbendæ, siue non , possint illi pro
quo scribitur cōferri? vel si est aliqua ecclesia quæ per-
tinet ad patronos in qua debent ipsi patroni præsenta-
re:quæritur verùm possint in illa prouidere? Respon-
deo, videtur quòd sic:nam ex quo in literis non fit ali-
qua exceptio de maiori Ecclesia , & habita est mentio
de ciuitate. ergo & ipsa includitur : nam nomine fami-
liæ continetur etiam princeps familiæ, vt ff.de verbor.
signifi.l.familiæ. & Dux militiæ inter milites compu
satur,vt ff. de testam.milit.l.1.in fine.& præsertiam in
ipso ordine continetur , vt ff.quandò appellan.sit.l.1.§.
2.in fine. Item prætor præcepit præstari legata liberis
& parentibus petita bonorum possessione contra tabu.
vt ff.de bonor.possess.cont.tab.l.1. & cùm non sit facta
aliqua distinctio de omnibus intelligitur,vt ff.de lega.
præstand.pe.poss.contra tabul.l.1. Item beneficia prin-
cipum largissimè sunt interpretanda,vt ff.de constitu.
princip.l.beneficia.C.de bon. vacan.l.1. & ff. de milit.
testamen.l.1.in principi. Contraria tamen fuor argu-
men. vt non intelligatur de ecclesia maiori, vt extra,
de rescript.c. sedes apostolica. nam sub illa generali
clausula, & quidam alij,non intelliguntur maiores.
Item nomine plebis,non intelliguntur nobiles,vt Inst.
de iure natur.gent. & ciuil. sed primùm credo verius.
Et licèt possint conferre isti executores de mandato Pa
pæ ecclesias, in quibus patroni habent ius patronatus:
nullum tamen patronis in futurum præiudicium ge-
neratur, vt extra,de supplend. negligen. prælato. c. si-
cut nobis. QVAESTIO. Item quæritur,aliquis iurauit,
promisit & etiam conuenit cuidam Abbati, quòd nul-
lo tempore cōtra ipsum literas impetraret pro aliqua
causa,& maxime pro beneficio, vel pro præbenda.con
tigit posteà , quòd iste impetrauit literas ad quosdam
executores, vt in aliqua ecclesia ciuitatis vel diœcesis
sibi faciant prouideri , in qua ciuitate vel diœcesi ęst
ille Abbas, vacat quædam præbenda vel ecclesia, quæ
spectat ad donationem Abbatis : quæritur an possit il-
le qui iurauit dicere executoribus, quòd illam præben
dam vel ecclesiam vacantem faciant sibi conferri, non
obstante iuramento siue promissione? Respondeo:
ipse per se non potest hoc dicere executoribus iura-
mento vel promissione obstante,oblatam tamen eccle-
siam recipere potest, vt extrà,de renuntiat c.cum inter
P.Gaufridi. QVAESTIO. Item quæritur,an quis possit
sine titulo ordinari? Respondeo, videtur quòd si ha-
beat vnde possit commodè sustentari , quòd possit , vt
12.quæstin.1.c.illi autem qui.15.quæstio.1.cap.vltim. &
est expressum extra, de præbend.c.tuis.70.distinctio.c.
neminem absolutè: imò † videtur quòd sine titulo & si- 18
ne beneficio possit quis ordinari : quia ille qui ordinat
habet sibi necesse prouidere, vt extra , de præbend.c.
Episcopus. Illud autem diligenter attende, quòd non
† solùm ille qui ordinat eum sine titulo , tenetur sibi 19
prouidere,sed etiam successor ipsius, vt extra, de præ-
bend. c. cùm secundùm Apostolum. QVAESTIO. Sed
ex hoc quæritur : hic punitur vel conuenitur seu tene-
tur successor ex facto defuncti, quod est contra iura,
cùm realiter crimina morte extinguantur:& 25.distin-
ctio.can.quorundam. & C. si reus vel accusator mor-
tuus fuerit,l.1,& 2. & successor non conuenitur ex de-
licto defuncti , vt C.ne ex delict.defunct. l.1. Respon-
deo , hoc ideò est ne in opprobrium clerici mendica-
re cogantur,vt 93.distinct.c.diaconi.vel dic,quòd non
tam successor quàm ecclesia puniatur : quia non resti-
tuit Episcopo in promotione tali : nam sine concilio
Ecclesiæ non facit ordines,vt 24.distinct.cap.vltim.vn-
de punitur si ei delinquenti non restiterit,vt 2.quæst.7
c quapropter.& hoc intelligas quando ipse Episcopus
examinauit. si autem alij examinauerunt ipsi puniun-
tur,vt 54.distin c.si seruus.24. distin. c.quando. & hoc
innuit illud quod dicit , nullo præsente vacauerit. In
hac autem prouisione dignitas promoti attendēda est,
vt 41.distinct. c.non cogantur.ff.de iudic. l. sed & si.ff.
de vsu & habi.l.plenum.Item considerandæ sunt facul
tates ipsius dātis, vt ff.de administratio.tuto.l.cùm plu-
res.§. cùm tutor.ff.de religi. & sumptib. fune. l. si quis
sepulchrum.§ sumptus.ff.de dona.l.filiusfamilias, Io-
an. QVAESTIO. †Item quæritur si Episcopus ordinaue- 20
rit aliquem ad certum titulum, & euictus ab eò nun-
quid tenetur de euictione : videtur quòd non,quia do-
nator est, & donator non tenetur de euictione, vt ff.de
ædil. edict.l.ad res donatas. & C. de euict.l.2.nisi sciens
dedisset alienum, vt ff.de donat.l. Aristo. & ff.de legat,
1.l.si à substituto.§. si verò certus homo. Contraria ta-
men sunt argum.7.quęst.1. c.pręsentium.ff. de leg.1. l. si
domus.§.functionum. & l.à substituto.§ hæres & l.nō
quocunque. argum. tamen pro & contrà notatur.ff. de
lega.2. l.cùm pater.§. euictis. Respondeo, non credo,
quòd Episcopus teneatur specialiter, sicut non tenetur
si dedit ei sufficiens beneficium,sufficit enim ab initio
adiri hæreditatem locupletem à minori, vt ff. de mino-
rib.l.verum.§.si locupleti. tenetur tamen generaliter
quadam generali obligatione:quia prouidere debet &
ordinare omnes ecclesias Episcopales qualiter subsiste-
re possint,vt de consecrat.distin.1.c.omnes.non tamen
tenetur ei aliter prouidere , vt argumen.ff.pro socio.l.
si socius pro filia. verum credo tamen quòd teneator
dare talem qualem de iure posset habere, vt extra,de
præbend. c. inter cætera. sicut ergo tenetur prouidere
qui promouit ad ordines , sic tenetur prouidere si scri-
psit seu mandauit alij ordinandum , nec debet eum ad
beneficium reputare minus idoneum,quem ad ordines
idoneum reputauit, vt extra, de æta. & qualita.c.acce-
pimus. Successor tamen † eius potest eum reprobare,si 25
sit indignus,& sic in medico qui est probatus,reproba-
ri tamen potest, vt ff. de muner. & honor. l. vt gradatim,
& sicut in magistro , vt C.de profess. & medic. l.gram-
maticos.libr.10.& virgo semel probata, iterum repro-
batur,vt 27.quæstin.1.c.nec aliqua. & 2.quæstion.4.c.
& habet. & c.mennam. sed hoc totum est gratia, vt ex-
tra,de præbend.c.cùm secundùm Apostolum. aliàs de
facto vnius hominis non esset sæpiùs quærendum , vt
ff.naut.caup.stabul.l.licèt. QVAESTIO. Sed nónne præ-
sumi debet prò ordinato,vt extrà,de probat.c.post ces-
sionem.nā ibi pro ordinario præsumitur, nisi probetur
contrarium. Item qualiter cognoscetur de eius in ido-
neita-

neitate, cùm sententia Episcopi quæ eum probauit ido
neum transiuit in rem iudicatam, cùm ab ea non sit ap-
pellatum, vt extra, de electio. c. cùm dilectus. in fin. Re-
spondeo, quòd hoc totum est gratia, vt dixi. Vel dic,
quòd agi potest tàtùm ex noua emergenti causa, vt ex-
tra, de æta. & qualita. c. 1. & C. de sponſ. l. 1. Ioan. QVAES-
22 TIO. Item quæritur: pone quòd † Papa mandat alicui da-
ri præbendam aliquam: & Canonici quibus mandaba-
tur contempto mandato Apostolico conferunt eam a-
lij, nùquid valet talis collatio? videtur quòd sic, vt ex-
tra, de conceſſ. præbend. vel eccleſi. non vacan. c. no-
stris. & c. dilectus. quia nō sola sententia iudicis ad hoc
sufficit, vt impediat collationem Canonicorum, vt ff.
de actio. pign. l. non est mirum. & extra, de senten. & re
iudic. c. cùm aliquibus. Item licèt personæ sint obliga-
tæ, non tamen res seu præbenda, de qua mandatum est
receptum, vt ff. de pollic. l. 2. & ff. de contrah. empt. l. 2.
argumen. contra. de donat. c. per tuas. extra, de conceſſ.
præbend. & eccleſ. non vac. c. proposuit. Item eo ipso
quòd Papa iussit isti dari, prohibuit alij dari? vt ff. de
cond. & demonstratio. l. cùm ita. Item talis collatio est
contra legem animatam, scilicet contra Papam: ergo
collatio est nulla, vt dist. 10. c. vides. Item ratione præ-
cedentis denuntionis non debet valere quod factum
est, vt C. de rei vendic. l. si fundum. extra, de iure patro.
c. ex literis. & ff. de oper. nou. nunti. l. prætor. ff. ad leg.
Fal. l. dolo. ff. de edendo. l. quædam. Ego credo talē col-
lationem tenere, licèt isti puniendi sint per decre. extr.
de conceſſ. præbend. c. dilectus. QVAESTIO. Si tu quæ-
ras an talis electio seu collatio sit canonica? Respon-
deo, non est canonica quantum ad eligentes seu confe-
rentes, sed est canonica quantum ad electum seu quan-
tum ad illum cui collata fuit illa præbenda, sicut sacer-
dos qui in mortali peccato existens illicitè confert sa-
cramentum alijs: ipsi tamen licitè recipiunt, donatio e-
nim potest esse vitiosa, & tamen tenet donatio, vt extr.
de iure patrona. c. pastoralis. & C. de rei vendi. l. quoti-
ens. Vel dic, quòd licèt rectè dent, peccant tamen rece-
dendo à mandato Papæ: tamen non peccant alium eli-
gendo vel alij conferendo, vt 17. q. 1. c. nuptiarum. ideò
ille pro quo scribitur, nō habet ius in re, vt superiùs di-
xi. Hæc omnia sunt vera, nisi dominus Papa adiecerit
in mandato sic, & si quid contra hoc factū fuerit, decer-
nimus irritum & inane, vel nostræ donationi reserua-
mus, tunc enim nulla esset donatio vel collatio, vt ext.
de præben. c. inter cætera. & extr. de conceſſ. præben. &
eccle. non vacan. c. proposuit. & arg. ff. de leg. 1. l. huius-
modi. & C. de re. non alie. l. vlt. C. de legib. & const. l. nō
dubium. Et quod habetur extra, de conceſſ. præben. &
eccle. non vac. c. cùm dilectus. vbi non cassatur electio
facta præter mandatum domini Papæ, & ideò fecit ibi
Papa vt plus puniantur illi Canonici scilicet prouiden
23 do vtriq;. hoc di. Ioan. Item nota, quòd † si Episcopus
concedat mihi beneficium quod concedere nō potuit,
tenetur mihi ad aliud, quod dare de iure potuit, vt ext.
de præben. c. inter cætera. & 7. q. 1. c. præsentium. & extr.
de fil. presbyt. c. veniens. ff. de actio. pign. l. eleganter. §.
si reprobos. & ff. de legat. 1. l. filiusfamiliâs. §. si quis ali-
cui. ff. de lega. 2. l. mortuo. §. Labeo. quia adiuuari bene-
ficijs nō decipi nos oportet, vt ff. commod. l. in commo
dato. §. pen. & hoc est quod dicit lex, quòd donator de
euictione non teneatur, vt ff. de ædil. edict. l. ad res do-
natas. & C. de euict. l. 2. sed in decre. illa, inter cætera. nō
dicitur eam donare, quia necesse habet eam dare, & in
necessitatibus nemo liberalis existit, vt ff. de adimen.
leg. l. rem legatam. nec enim videtur donare, qui in ne-
cessarijs hominibus succurrit, vt ff. de dona. inter virū
& vxo. l. si quis pro vxore. nec enim facultas necessariæ
electionis propriæ liberalitatis beneficium est, vt ff. de
legat. 2. l. vnum ex familia. §. 1. & alibi legitur, quòd in
necessarijs coniunctis personis sub liberalitatis appel
latione debitum naturale persoluatur: & potiùs debita
solutio quam muneris oblatio comprobatur, vt not. C.
lib. 10. de impon. lucrat. descript. l. vnic. & hoc intelli-
go, quandò Episcopus sciuit se rem illam dare non pos
se, & ille qui recipit, ignorauit, & habes optimum arg.
ad hoc ff. de donat. l. Aristo. cæterùm si ille qui recipie-
bat, sciebat se non posse recipere, non credo quòd ha-
beat petitionem alterius præbendæ ad instar illius qui
sciens emit liberum hominem, in quo casu si fuit sciēs,
emptio nulla est, secùs si ignorauerit, vt ff. de contrah.
empt. l. liberi. Ioan. QVAESTIO. Itē quæritur de eo quod
habetur extra, de præben. c. dilectus. vbi receptio Cano
nici tenuit, assignatio autem præbendæ vacaturæ non:
& sic sententia siue donatio pro parte tenet & pro par-
te non, & est simile extr. de arbitris. c. cum tempore. 11.
quæst. 2. c. si quos. 17. q. 4. c. quæst. aduerte tamen qualiter
fiat elect. vt extra. de conceſ. præben. & ec. non va. c. nul
la. Si verò sic dicatur, eligimus te, & volumus vt repe-
tas primum vacans beneficium, tunc tenet electio, vt
extra, de præbend. c. dilectus. & c. relatum. & extra, de
conceſſ. præben. & eccle. non vacan. c. cùm pro quæsti-
one. QVAESITO. Si tu quæras ad quod ius ille sit electus,
cùm nullum ius ibi vacet? respondeo & dico, quod ad
quoddam ius, quod de nouo est creatum. vt extra, de
præbend. c. dilectus. & illud ius perit statim ex quo as-
signatur vacans præbenda, non enim posset diu perma-
nere tale ius sine re corporali, vt prima quæstion. 3. c.
si quis obiecerit. & talis Canonia quandoque auget
numerum Canonicorum, non autem numerum præ-
bendarum, sicut econtrà, quandoque augetur nume-
rus præbendarum, & non Canonicorum, vt extr. de in-
stitutionib. c. in ecclesia. Sed nùquid plures possunt ta-
liter eligi? nam si duo possunt eligi, ergo eadem ratione
& mille. Respondeo & dico. quòd ad numerum præben
datum quę sunt in ecclesia possunt plures vel paucio- 24
res eligi, vt prędicto c. in eccleſi Ioan. QVAESTIO. Item
quæritur, prohibetur in iure, quòd præbēdarum nō fiat
diuisio, vt extra, de præbend. c. maioribus. & c. tuæ fra-
ternitatis. & extra, vt beneficia ecclesiastica sine dimin.
conferantur, c. vt nostrum. Sed cum vna parochia pos-
set diuidi in duas, vt 16. q. 1. c. præcipimus. 10. q. 3. c. vnio.
& de conse. distin. 1. c. omnes. ext. de eccle. ædifi. c. ad au
dientiam. quare similiter vna præbenda, non potest di-
uidi in duas? Respondeo, duæ parochiæ licitè fiunt ex
vna, si vtraq; parochia fiat per se, & habeat propriam li-
mitationem, sed si ita fiat quòd duæ sint sub vna limita-
tione, non potest 16. quæst. 1. c. plures. similiter concedo
quòd de vna præbenda possunt fieri duæ, & duo Cano-
nici, dummodo sufficiant, sicut vna domus potest diui-
di pariete medio, sic limitatione erunt duæ: & fun-
dus vnus si diuidatur erunt duo fundi, vt ff. commun.
præd. o. l. si quis duas. sed non debet diuidi præbenda, vt
sub vno nomine vnius præbendæ censeatur vterque di-
midius Canonicus. quia vnitas non recipit diuisionem,
vt 24. quæst. 1. c. loquitur. nulla enim seruitus diuidi-
tur, licèt vsus diuidatur, vt ff. ad leg. Falcid. l. 1. §. si v-
sus. QVAESTIO. Sed nónne hoc modo potest diuidi præ-
benda, quòd idem ius apud vtrumque resideat, cùm iu-
ra incorporalia apud plures possint residere, vt extr. de
iure patro. c. 1. & ff. de seruitu. l. viæ. Respondeo & dico
quòd non, vt extr. de præbend. c. maioribus. licèt enim
dicatur idem ius esse apud plures: re vera tamē quilibet
habet vsurpatum & speciale ius, vt ff. quemadm. serui.
amit. l. aquam. ita dicit Io. Ego dico quòd vna præbenda
potest diuidi in duas præbendas, dum vacat: illa causa
interueniente, dummodò talis sit quòd vtrique suffi-
ciat. & est expressum extra, de præbend. c. vacante.
QVAESTIO. Item quæritur: ecce dominus Papa scribit
alicui Archiepiscopo pro aliquo, vt prouideat sibi in
aliqua ecclesiarū suarum, quæritur vtrum intelligatur
de ecclesijs sitis in diœcesi sua vel in prouincia? quòd
possit intelligi de ecclesijs suæ prouinciæ est arg. extr. de
vsu pal. c. cùm super. ergo intelligantur omnes ecclesiæ
& etiam episcopales totius prouinciæ, vt extra. de præ-
ben. c. pro illorum. ar. contra ext. de verb. signifi. c. cleri-
ci. Sed respon. ibi ideò strictè sumitur pro ecclesia ca-
thedrali, propter periurium euitandum, quod hîc non
est: quia per hoc nō magis præiudicatur vni quam alte-
ri, sed primum credo verius. QVAESTIO. Item quæritur
ecce aliquis impetrat diuersas literas ad diuersos, quòd
sibi debeant prouidere, & in nulla illarum literarum
babe-

habetur mentio de alia: nunquid tenentur omnes pro-
uidere? Reſpondeo, non: primo eacepto, imò literæ nul
læ ſunt, vt eatra, de reſcript. c. in noſtra. QVAESTIO. † Sed
quæritur impetrat quis ſuper præbenda literas: poſteà
committit ſe gratiæ eorum quibus mandabatur, vt ei
prouideteret: nunquid ſi non prouideant, poteſt ille,
qui impetrauit redire ad eaecutores ſuos? Reſpondeo,
25 non. eatra, de renun. c. veniens. QVAESTIO. † Item quæ-
ritur, habetur in c. pro illorum. extra, de præben. quòd
tamdiù excommunicatos denuncient, donec recipiant
illum in Canonicum & in fratrem. & ſic videtur quòd
receptio facta ab eacommunicatis valeat, quòd vide-
tur mirum, cùm omnis legitimus actus ſit eacommuni
cato interdictus, adeò quòd nec impetrare poſsit, vt
eatr. de reſcript. c. dilectus. nec conſtitui poteſt procu-
rator, vt eatr. de prob. c. poſt ceſsionem. Reſpondeo,
valet receptio ab eacommunicatis, & eacommunican
tur hi donec recipiant illum, ſicut eacommunicatur
quis donec in cauſa procedat, vt extr. de offi. iudi. ordi.
c. ſignificauit. præterea iſti non abſoluũtur priuſquàm
ſatisfaciant, vt eatra, de offi. deleg. c. ea literis. licèt ſa-
tisfacere non poſsint, niſi eligant: veruntamen per ta-
lem electionem ſeu receptionem quam faciunt cano-
nici in electione manentes nullum ius acquiritur illi:
quoniam iam canonicus erat per mãdatum domini Pa-
pæ, vnde illa receptio ad factum reſpicit tantùm: ſimi-
lem præſentationem per quam ius non conceditur ha-
bes extra. de iure patr. ſi verò. T. hoc dicit. QVAESTIO.
26 † Item quæritur: ecce indultum eſt priuilegium aliqui-
bus de certo numero canonicorum, & eſt illud inſta-
tutum, & illud priuilegium iuramento firmatum: ſi do-
minus Papa mandat quòd recipiant aliquem in cano-
nicum & in fratrẽ, nunquid poſſunt eacipere? Reſpon-
deo, vtiq;. & literæ eliduntur per eaceptionem: & hoc
verum eſt ſi impetratæ fuerunt poſt certum numerum
canonicorum iuramento firmatum, vt eatr. de reſcrip.
c. conſtitutus. niſi hoc fecerint poſt literas impetratas,
quia tunc non poſſunt eacipere, vt in illo c. cõſtitutus.
27 QVAESTIO. † Sed quid ſi dominus Papa mandat, quòd
non obſtante certo canonicorum numero iuramento
firmato aliquis recipiatur: nunquid tenerentur illum
recipere in canonicum & in fratrem? Reſpondeo, vti-
que, vt in prædicto c. conſtitutus. non enim poterunt
domino Papæ legem imponere, vt eatrà, de præben. c.
28 pro illorum. † Item in quolibet iuramento ius & au-
ctoritas ſuperioris videtur eacepta, vt eatrà, de iure-
iuran. c. veniens. OPPOSITIO. Sed opponitur: ecce do-
minus Papa mandat, vt primò diai, vt illi qui iuraue-
rant, & qui habebant certum numerum canonicorum,
quòd aliquem recipiant: ſi recipiant illum ſintne per-
iuri? videtur quòd ſic: quia faciunt contra iuramẽtum,
cùm augent numerum, & ſic videtur quòd non poſſint
recipere, nec Papa poſsit eis præcipere contra iuramen
tum, etiam ſi dicat non obſtante &c. cùm dicat auctori-
tas, ſerua iuſiurandũ. & alibi habetur. omne ſacramen-
tum ſeruandum eſt, quod ſeruari poteſt ſine interitu
ſalutis æternæ, vt eatra, de iureiuran. c. cùm contingat.
ſed ſi in omni ſacramento auctoritas ſuperioris vide-
tur eſſe eacepta, vt dictum eſt, ergo poſſunt recipere ſi-
ne periurio, etiam ſi Papa non ſcriberet, non obſtante
&c. Item ſi intelligitur illa conditio tacita, ſcilicet ſal-
uo mandato ſuperioris, recipient ne illum ſine periu-
rio? Reſpondeo, dicit Ioan. hanc conditionem tacitam
non eſſe intelligendam. Sed ideò dicitur domini Papæ
eacepta auctoritate, quia nõ præiudicatur domino Pa-
pæ, quin poſsit contrarium ſtatuere. Alij dicunt quorũ
opinionem ſequitur T. quòd re vera in hoc ſacramen-
to conditio hæc intelligatur, quamuis non apponatur,
ſicut multæ aliæ conditiones intelliguntur, 22. quæſt. 2.
c. beatus Paulus. & eatra, de iureiuran. c. quemadmo-
dum. vnde ſi dominus Papa mandat ea certa ſcientia
illum recipi in Canonicum & in fratrem, non obſtan-
te illo iuramento non ſunt periuri illi Canonici, ſi do-
mino Papæ paruerunt, vt eapreſſè dicit. eatra, de iure-
iur. c. ex tenore, ſed quia tacita veritate impetrauit li-
teras, nec de certo numero Canonicorum iuramẽto fir-
mato habeatur in literis mentio, ideò literæ non valẽt,
nec valet etiam quod factum eſt. T. Simile etiam habes
alibi, vt ſi pactionis quæ interuenit in contractu non
ſit habita mentio, quòd non valeat, vt extr. de deci. c. ex
multiplici, imò puniendus eſt tanquàm falſarius qui
veritatem ſuppreſsit, vt ff. ad leg. Corn. de falſ. l. ſi quis
obrepſerit. Lauren. Sicut ergo tollitur hic ſtatutum iu-
ramento firmatum per mandatum domini Papæ: ſic tol
litur & per ipſos eoſdem per contrarium actum: nam
pone, quòd vltra numerum illum aliquem recipiant,
ſublatum eſt tunc illud ſtatutum, vt extra, de præben.
c. pro illorum. & 11. queſt. 3. c. priuilegium. & arg. C. de
iure dom. impe. l. 2. & ff. de leg. commiſſ. l. poſt diem. &
eatr. de his quæ ſi. à maio. par. capitul. c. ea ore. Contra-
ria ſunt arg. eatra. de priuileg. c. accedentibus. C. de ea-
cu. tu. l. volũtariæ. ſed de hac materia copioſè dicemus
infrà in tract. de priuileg. QVAESTIO. † Sed aliud quæri- 29
tur: pone, quòd aliquis clericus præbendatus eſt ita in-
firmus, quòd non poteſt in eccleſia deſeruire: nunquid
fructus præbendæ debent ſibi durante infirmitate mi-
niſtrari? videtur quòd non, nam ideò dantur præbendæ
clericis, vt per eos in diuinis officijs eccleſijs ſeruia-
tur. Item qui altari ſeruit debet viuere de altari. vt eat.
de præben. c. cùm ſecundùm Apoſtolum. ergo ſi non ſer
uit clericus, quia eſt infirmus, non debet habere bene-
ficium. Econtrà, videtur quòd ſic: nã non eſt afflicto ad-
denda afflictio, vt C. de epi. audi. l. tam demẽtis. & ff. de
tu. & cu. da. ab his. l. Romanus Apulus. & eatr. de cleri.
ægro. c. ex parte. quia dum percuſſio corporalis immi-
net vtrùm pro purgatione, an pro vindicta contingat,
in hoc Dei iudiciũ ignoratur. & ideò nõ debet à nobis
addi flagellatis afflictio, vt 7. q. 1. c. cùm percuſſio. & ex-
trà, de cleri. ægro. c. cùm percuſſio. & c. de rectoribus. et
c. tua. & ar. ff. de ſtatulib. l. cùm hæres. §. Stichus. vbi di-
citur: ſeruire nobis intelliguntur, quos curamus ægro-
tos, & ita in meis ſeruientibus ſeruo. QVAESTIO. † Sed 30
pone, quòd fuit rector alicuius eccleſiæ iſte qui eſt infir
mus, nũquid remouebitur, & alius loco eius ſubſtitue-
tur, vel remanebit in eadem rectoria? Reſpon. ab admi-
niſtratione remouebitur, & dabitur ei coadiutor: et de
fructibus eccleſiæ ſibi prouidebitur, ſi ſit ita infirmus,
quòd ſine ſcandalo tolerari non poſſit: putà, quia lepro
ſus: alioquin tolerabitur, vt extr. de cler. ægro. c. ea par-
te. & c. de rectoribus. & c. tua. & arg. C. de offi. præfect.
præto. Orien. l. ſi quo. Hæc de præbendis, inſtitutioni-
bus, & eccleſiæ non vacantis conceſsione, & de clerico
ægrotante vtilia & quotidiana tractaui: cætera ſi qua
deſint curioſis tractanda relinquo.

De cenſibus, procurationibus, & exactionibus.

CVM tractatus de cenſibus, procurationibus, &
eaactionibus eahibendis ſit frequens, vtilis &
quotidianus: & quia de hoc parum vel ferè nihil
tractatur in iure ciuili: ideò de hac materia tractare
præuidi. Videamus ergo quid ſit cenſus. Quis cõſtituat
cenſum, ſeu poſſit cenſum imponere. In quo tempore
poſſit imponi: vtrùm poſsit cenſus augeri vel minui.
Item in quo caſu poſsit remitti. Item quid ſit procura-
tio, à quibus debeãtur procurationes, & cui. Item qua-
liter procuratio ſit præſtanda. Item ea qua cauſa pro-
curatio ſit præſtanda. Item ea qua cauſa procuratio de-
beatur. Item in quibus caſibus, & ex quibus cauſis poſ-
ſit eaactio fieri ſuper eccleſijs.

Quid ſit cenſus. Rubrica.

1 *Cenſus diffinitio.*

CEnſus † eſt quædam penſio quæ de prouentibus
eccleſiæ ſoluitur, vt 1. q. 3. c. quæſitum. ſic diffini- 1
unt Doctores cenſum in iure Canonico. arg. illi-
us canonis. licèt hæc diffinitio in iure Canonico nõ ha
beatur expreſſè. Iure autem ciuili poteſt ita diffiniri.
Cenſus eſt quædam præſtatio, quæ à perſona ſeu præ-
dijs percipitur: à perſona, ſicut à ſeruo cenſito. vt C. de
agri. & cenſi. lib. 11. & in titu. in quib. cauſ. colo. cenſ. &
C. de epiſ. & cle. l. ſi quis cẽſibus. De prædijs percipitur
cenſ-

census, sicut est tributum & vectigal. de primo habes C. si propt. public. pensitat. per totum. de ceosu prædiorum habes C. sine censu vel reliq. & specialiter in l. omoes. vbi dicitor omnes pro his agris quos possident, tributa persoluant. vt C. de censi. & censitor. De tertio habes C. libr. 10. de annon. & tribut. & ff. de verbor. signifi. l. ager est. §. 1. De quarto habes ff. si ager vectig. vel emphyt. pe. & ff. de publi. vectigal. & commiss. & C. eo. titul. Dicitur & aliquãdò indictum seu superindictum: vt C. libr. 10. de indict. & C. de sacrosanct. eccles. l. placet. vnde propterea dicitur in Euãgelio. Exijt edictum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis. & alibi dicuntur ista fiscalia, vt C. de epis. & cler. l. de his. Alibi dicuntur pensiones, vt in prædicta l. de episcopis & clericis. Alibi dicũtur canonica illatio seu functio, vt C. de sacrosan. eccles. l. placet. ista tamen exiguntur alio modo iure ciuili, sicut in prædictis titulis & legibus habes. Census autem de quo tractamus io præsenti rubrica alio modo ponitur, & super alijs rebus, & alio modo exigitur, sicut infrà ostendemus.

Quis imponat censum. Rubrica.

1 *Episcopus censum imponere potest.*
2 *Censum imponere potest habens ecclesiam canonico titulo.*
3 *Patronus ecclesiæ censum imponere potest.*

1 IMponitur † autem iste census ab Episcopo secundũ quod sibi videbitur: & hic cẽsus erit perpetuus. debet aotem Episcopus esse discretus vt censum imponendo consideret qualitates ecclesiæ, & possessionum, & redditũum, quæ consideratio etiam alibi fit, vt C. de alluuio. & palu. l. vlt. & C. de prædijs mi. l. si fundus. §. 1. Quod autem Episcopus possit impooere censum, dicitur q. 3. c. quęsitum. ar. ad idem extra, de his quæ fi. à prę. sine consen. c. pastoralis. & extra. de eccl. ędifi. c. ad
2 audientiam. † Item censum imponere potest persona, quæ habet ecclesiam canonico titulo, vt presbyter, qui si imponit censum auctoritate Episcopi, erit perpetuus: si autem per se, erit temporalis & personalis, vt extra. de
3 trãsact. c. de cætero. & extr. de censibus. c. pręterea. † potest enim imponere censum patronus, quandò res suas dotando ecclesiam confert, vt extr. de censib. c. quanto.

Quo tempore imponatur census. Rubr.

1 *Census in ipso fundationis ecclesiæ principio ponendus est.*
2 *Libertus operas præstare non, nisi manumissionis tempore imposita sint, tenetur.*
3 *Census nouus imponi non potest.*
4 *Pedagia vnde dicta.*
Vectigalia vnde dicta.
5 *Vectigalia noua imponentium pœna.*
6 *Census nouus quis dicatur.*
7 *Vectigal est octaua pars rerum quæ vehuntur.*
8 *Superioris arbitrio committuntur, quæ diffiniri non possunt.*
9 *Vectigal non debetur de rebus quas quis portat pro vtilitate domus suæ vel sui prædij.*

1 QVo autem tempore ceosus imponatur quęritur. † Et certè in ipso principio fundatioois Ecclesiæ, quandò Episcopus imponit vel etiam quandò patroous res illas Ecclesiæ coosert, alioquin ecclesia illa erit libera, & res illæ liberæ transeunt in ecclesiam, alioqoin si posteà impooatur, non valet, quia videtur nouus censos, qui imponi non potest, sicut infrà dicemus. Et habes bonum simile in operis libertorum,
2 vt † si tempore manumissionis impositæ sint, præstentur, aliàs oon, vt ff. de ope. liber. l. vt iurisiurandi. in traditione enim rerum mearum possum legem imponere quam volo, vt ff. commun. prædior. l. si quis duas ędes. & ff. de seruitut. rosticor. prædior. l. si si vrbano prędio. & l. si binarum. & ff. commun. de seruitut. l. in tradendis. & argum. C. de pact. l. legem. & C. de pact. coouent. l. 1. & C. de rerum permu. l. rebus. sed licèt à principio possit censos constitui: nouus tamen † posteà imponi 3
oon potest, vt extr. de cen. c. scientes. & c. prohibemus. & c. ecclesijs. imò etiam nouus census de voluntate Episcopi soluendus non est, vt extra, eo. c. significauit. sicut nec noua pedagia, vt extra, de censi. c. innouamus.
† Dicta sunt autem pedagia ideò, quia illa soluunt, qui 4
pedes transeunt. Item noua vectigalia dicta ideò, quia pro rebus quæ vehuntur soluitur pensio illa, nisi auctoritate Regis vel Priocipis hoc fiat, vel nisi posteà sit adeò census tenuis, vt oporteat qoòd extraordinario auxilio adiuuetur, quia non habet tantum in communitate quòd possit facere seruitia curiæ: tunc com auctoritate Priocipis nouum pedagium seu vectigal imponetur: oon † eoim ciuitates possuot hoc per se impo- 5
oere, sicut faciunt in Tuscia & in Lombardia. Item nec Barones nec Comites, & qui contrà fecerint, tradentur esilio de iure ciuili: de iure autem canonico excommunicabuntur, vt in prædicto c. innouamus. & c. noua vecti. iostit. noo posse. l. 1. & 2. & vltim. vetus ergo pedagium, vetus vectigal, & vetus cẽsus exigi potest. QVAESTIO. † Sed illud quæritur, quis dicatur nouus ceosus? 6
Respondeo, qui non fuit impositus io fundatione ecclesiæ, vt 18. quęst. 2. c. Eleuterius. vel post Lateranen. coocilium, vt extr, eo. titu. grauis. QVAESTIO. Si tu quęras quid sit nouum vectigal, vel nouum pedagium, vel oouus census? Respondeo, & dico secundùm quod de nono impositum fuit. Si tu dicas nos sumus in imponendo, quid debet imponi in vectigali? ego habeo per
iura † quòd sit octaua pars illarum rerum quæ vehun- 7
tur, vt C. de vect. & cõ. l. ex præstatione. De pedagio nõ auderem hoc dicere, quia si soluitur pro persona transeunte (sicot multotiens fit io põtibus & in fluminibus, vbi scapha inuenitur, in qua si peregrinus transit cum baculo, oportet quòd soluat pedagium) nõ possum dicere, quòd det octauam: nam cuius rei daret octauam? certè oescio. nam de persona non: quia liberum corpus non recipit ęstimatiooem, vt ff. si qoadru. pau. feciss. di. l. ex hac. & ff. de his qui deie. vel effu. l. vlti. rerum suarum non dabit octauam, quia nullam rem fert oisi baculum & peram: & si portaret res cùm in propria persooa labores sicut faciuot Tudertini, & illi qui portant basiliecias in collo, sicut faciunt Eugubi, qui dant octauam: imò intellexi quòd per totum mundum liberi sunt, & hoc intellexi per eos, non possum ergo diffinire quantum debeaot dare: sit ergo in arbitrio domini Imperatoris, domini Papæ vel Regis, quòd cum dis-
cretione imponant. Argumento simili, † quia vbicun- 8
qoe aliqua oon possunt diffiniri, committuntur arbitrio superioris vel Imperatoris, vt ff. de iure delibe. l. 1. In pœnis similiter fit extraordinarijs, vt ff. de effracto. & expilato. l. 1. Istius vectigalis vel pedagij seu census sine auctoritate principis gratiã nullus facere potest, vt ff. de publican. l. vltim. §. si quis professus. De rebus
† autem quas aliquis portat pro vtilitate domus suæ 9
vel prædij sui, vectigal noo præstat, vt C. de vectigalib. & commiss. l. vniuersi. Sed licet dicatur, quod secundùm iura ista peti non possint de nouo: tamen hodiè isti pessimi Passeiarij, & maximè sicut sunt illi qui staot iuxta flumeo Vulteraoi tempore hyemali quandò quis non potest fluminis vadum transire: tunc si peregrini transirent, espoliant eos, sicut multotiens vidi de facto: & quicquid possunt ab eis auferunt.

Vtrùm census possit augeri vel minui. Rubrica.

1 *Census an augeri vel minui possit.*
2 *Intellectus c. cùm M. Ferrariensis. extr. de constitu.*
3 *De modico quandoque non habetur ratio. & quandoque sic. nu. 4.*
5 *Libellorum concipiendorum formula contra eos qui censum præstare recusant.*
6 *Census quare petatur, causa in libello inserenda est.*
7 *Census qui 10 vel 20. annis soluit, an vt in futurum soluat compelli possit.*

8 Censu

8 *Census seu seruitia an possideri possint, & praescriptioni subiaceant.*
9 *Mansi & fundi patrisfamil. destinatione constituuntur.*

5 NVNC videamus, † an census possit augeri
vel minui. Et certè census impositus non potest
minui, vt dictū est, nec debet augeri, & res cen-
sui destinata non debet in proprios vsus conuerti, vt
extr. eod. tit. c. prohibemus. & argum. & ff. de assess. l. lo
cus. & C. lib. 11. de pasc. priuat. C. noua vectig. inst. non
posse. l. 2. extr. de censi. c. quanto. C. de alluuio. & pa. l.
vlt. & 18. quaest. 2. c. seruitium. & 1. quaest. 1. c. si quis Epi-
scopus. Item non potest minui, vt extrà, de praebend. c.
auaritiae. Econtra videtur, quòd possit augeri vel mi-
nui, vt extra, eod. c. quanto. & ff. de fluminib. l. 1. §. ripa.
ff. qui & a quibus ma. li. non fi. l. si mortis tempore. §. 1.
& ff. de vac. mun. l. his honoribus. §. auitis. Solutio: ve-
rum est, quod census impositus non augetur, nisi bona
ecclesiae crescant. sed qualiter? distingue: Aut creue-
runt bona, quòd de nouo praedia sint concessa ecclesiae:
aut creuerunt ideò, quia fructus hoc anno facti sunt ca
riores, vel fuit maxima vbertas. in primo casu potest
augeri census cum consensu Episcopi, vt dicunt iura,
quae pro prima parte allegantur. ff. de vsufruct. l. item
si fundus. & extra, de vi. & hon. cler. c. quoniam. In se-
cundo casu siue sit vbertas fructuum, siue fiant cario
res, non debet nec potest augeri. quia propter incerti-
tudinem fructuum, qui possunt augeri vel minui, cen-
sus debitus non mutatur, argum. C. de vsur. l. si ea lege.
si autem redditus ecclesiae diminuantur, vel siquidem
parum augeantur, propter hoc census non diminuitur,
nec augetur: si autem multum diminuantur, tunc di-
minuitur vel augetur, & hoc secundum discretionem
& prouidentiam superioris, vt extr. eod. tit. c. quanto.
& argum. ff. locati & conduc. l. si merces. §. vis maior. &
l. si vno tempore. §. cùm quidam. & sic bonum est argu.
ad diminutionem: cùm contrarium eadem sit ratio vel
disciplina, vt ff. de verbo. oblig. l. inter stipulantem, in
fine 1. columnae. & circa augmentū intelligas, vt quan-
do prouenit de rebus datis forte ex deuotione fideliū:
caeterum si ex industria canonicorum redditus creue-
runt, census nullo modo augetur, vt C. de allu. l. vltim.
& ff. de rei ven. li. l. caeterum. & extr. de in integr. restit.
c. requisiuit. Sed videtur contra dicere decret. extr. de
2 † constitut. c. cum M. Ferrari. vbi excreuerunt reddi-
tus cura & diligentia canonicorum, & sic tenentur vl-
trà numerum recipere canonicos. Respondeo: ideò
fuit ibi motus Dominus Papa, quia ipsi sibi praeiudi-
cauerunt recipiendo canonicos vltra ipsorum nume-
rum, non obstante protestatione quam fecerant. quia
per contrarium actum fecerunt cōtra protestationem
suam, & sic notant Tancredus & Laurentius. Et quae di-
cimus circa censum augendum vel minuēdum, eadem
intelligas circa procurationes, & exactiones. Verùm
quia circa hanc materiam per Ioh. Theutonicum nota-
ta sunt bona argumenta prò & contra: ideo illa inse-
renda praeuidi: licèt sententia sit talis, sicut superiùs
3 dictum est. Notandum est, † quòd sicut de leuibus ex-
pensis non possunt canonici in procuratione conque-
ri, vt extr. eod. tit. c. quanto. sic nec colonus vel inqui-
linus propter leue damnum, vel commodum auditur,
vt ff. loca. & conduct. l. si vno tempore. §. cùm quidam.
& l. si merces. §. vis maior. Item modicum damnū qui-
libet aequo animo sustinere debet, vt 11. quaest. 3. c. ter-
rulas. Item nec pro modico damno petetur restitutio,
vt ff. de in integr. restitut. l. scio. Nec pro modico prae-
sumitur simonia committi, vt extrà, de simon. c. & si
quaestiones. 1. quaest. 1. c. iudices. nec pro modico repe-
ritur naulum, vt ff. loca. & condact. l. sed addes. §. si quis
mulierem. Item pro modico nec plus nec minus, vt
de conse. distinct. 2 c. re vera. Nec pro modico appel-
latur ad iudicem, vt 2 quaest. 6. c. anteriorum. & C. quo-
rum appel. non recip. l. vlt. Et modicas expensas nō cu-
rabit iudex, vt ff. de impen. in reb. dotal. l. omninò. Nec
pro modico retractabitur venditio, vt ff. de contrahen.
empt. l. res bona fide. Nec pro modico datur actio de
dolo, vt ff. de dolo. l. si oleum, in fine. Item pro modi-
re non praesumitur facta transactio, vt ff. de transactio.
l. cùm hi. §. modus. Et de modico non curat iudex, vt
ff. de ventr. inspicien. l. 1. in fin. Item nec pro modico
itur ad praesidem, vt C. de pedan. iudic. l. placet. Item
pro modicate vel vili non datur libellus, vt in Authē.
de mand. Princip. collat. 3. Contra praedicta sunt argu-
men contraria, † quia pro modico deponitur iudex vel 4
praelatus, vt 17. quaest. 4. c. quicunque, extra, de simonia.
c. per tuas. ff. de reb. cor. qui sub. tut. l. 1. in prin. Et pro
minimo damno agitur damni infecti, vt ff. de damn. in-
fect. l. si proprietarius, in fin. 1. respons. Et pro modico
datur actio furti, vt 14. quaest. c. vltim. in fin. & Institut.
de rerum diuis. §. gallinarum. Et pro modico distrahi-
tur pignus, vt C. de distract. pign. l. quandiu. & haec Io.
Teutonicus. & ff. de verbor. obligat. l. in executione. Et
pro modico datur petitio haereditatis, vt ff. de petitio.
haeredit. l. licet minimam. Et pro modicis rebus euictis
agitur de euictione, vt ff. de contrahen. empti. l. modi-
cis. Si ergò ille qui censum debet, denegauerit cen-
sum praestare, poterit libellus contra ipsum concipi
sub hac forma. † LIBELLVS. Coram vobis Domine ta- 5
lis, si es coram iudice ecclesiastico, dicas: Domine E-
piscope, si est ordinarius: vel Domine Officialis, si ex
vltra montes, vbi officiales regunt curam loco Episco-
porum: vel si sunt delegati a Domino Papa, vel ab Epi-
scopo, tunc dicas: Coram vobis a Domino Papa, vel
a Domino Episcopo iudices delegati: & ideo talibus iu
dicibus dico: quia coram seculari petitio seu causa cē-
sus ecclesiastici tractari non potest, vt extrà, de iudi. c.
decernimus. LIBELLVS. Coram vobis &c. petit Titius
à Sempronio 10. sol. vel vnam libram cerae vel piperis.
vel talem rem (secundùm quod census fuerit imposi-
tus) sibi seu ecclesiae suae debitus vel debitum nomine
census. Et si forte fuit detentus per aliquos annos, ad-
iciat in libello: & cum a tribus annis & citra detinue-
rit, petit triginta sibi praeteriti temporis praestari, & si-
bi caueri, quod in singulis annis sibi 10. solidos praesta-
bit, Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicunt iura
praedicta, & specialiter extra, de cens. c. prohibemus. &
c. praeterea. & c. quanto. & extr. de transact. c. de caete-
ro. † QVAESTIO. Sed nonne debet inseri causa in libel- 6
lo, quare census petatur? Respon. certè si petatur, sic:
nam alius non videtur, quòd sit recta petitio. quia cen-
sus ignorantiae nec diuinis, nec humanis legibus inue-
nitur. vnde oportet, vt ex qua causa, & ad quid, & quā-
do persolui debeat, proponatur, vt extra, de censib. c.
peruenit. & est argumen. ff. de donat. l. nuda. Quam er-
go causam inseram in libello? Respondeo, istam: peto
censum mihi debitum de volūtate patroni, seu Episco-
pi, & ipsius auctoritate qua fundata est ecclesia: si te-
stes non supererunt, nec instrumenta, dicam sic in libel
lo: peto censum mihi debitum & constitutum de ec-
clesia ista mihi praestandum authoritate Episcopi. &
oportet quòd persona quae petit, sit ecclesiastica: alio-
quin laicus censum ab ecclesia petere non posset, nisi
esset patronus laicus, qui censum imposuit illo tempo
re, quando fundauit ecclesiam, vel quando dotauit, vt
extr. de censib. c. quanto. causa est ergò exprimenda in
libello, sicut & alijs petitionibus, vt notaui suprà in
principio libelli de iure Ciuili, in illa Rubricella, de
causa agendi: licet dicant quidam non exprimendam,
vt argum. ff. si seruit. vendi. l. si quis diuturno. vel si ex-
primis, non habebis illam necesse probare, vt in prae-
dicta l. & arg. pro hoc. 10. quaest. 3. c. quia cognouimus.
ponam ergò causam: scilicet, conuentionis, & promis-
sionis, & cum auctoritate Episcopi: & si non possum
probare causam, allegabo in libello, & inducam solu-
tionem longi temporis mihi factam ad praesumendam
causam, & dicam sic: Peto decem solidos mihi dari no-
mine census ab eo promissi, nomine talis ecclesiae, de
auctoritate Episcopi, quem censum soluit mihi decem
annis: de quo dic vt notaui suprà de actio. ciuil. in spe-
ciali Rubrica de actio. ex stipulatu praesumpta ex tem-
pore. QVAESTIO. Sed circa hoc quaeritur: ponamus,

Vu † quòd

7 † quòd census est mihi solutus vel 10. vel 20. annis, compellitúr ne quis soluere in futurum? non videtur propter hoc quòd debeat compelli, per decret. illam extr. de censib. c. prohibemus. imo videtur quòd soluēti detur repetitio, maximè cùm semper ignorantia præsumatur: nisi scientia probetur, vt ff. de administrat. tuto l. hoc autem. & ff. de probat. l. veriùs. vnde in decret. illa, peruenit. glossauit Tancredus. census ignorantiæ, id est, cuius rei causa ignoratur, vt ff. de fideius. l. si quis
8 postquam transact. QVAESTIO. Sed quæritur: an † talis census, seu tale seruitium aliquo tempore acquiratur? videtur quòd non: quia tempus non est modus tollendæ vel inducendę obligationis, vt ff. de act. & oblig. l. obligationum fere. §. placet. & C. de pact. l. si certis. 1. q. 1. c. nullus 10. q. 3. c. quia cognouimus. & C. ne vxor pro marito. l. vlt. Econtra videtur, quòd sic. 18. q. 2. c. seruitium. 1. q. 3. c. quæsitum. ff. de vsur. l. cùm de in rem verso. ff. de aq. plu. arc. l. vlt. ff. si seru. vend. l. si quis diuturno. Solutio, obligatio, etsi tempore non acquiratur, res tamen acquiritur: seruitutes autem res sunt, inter quas huiusmodi seruitia computantur: & acquiruntur etiā tempore seruitutes illæ, quæ nec continua causam habent, neq; perpetuam. sic glossauit ipse Tancred. Sed ego dico illas seruitutes acquiri, quæ continuam habēt causam atque perpetuam, vt ff. de seruit. l. 1. & 2. & ff. de aq. plu. arc. l. vlt. imo de seruit. præscribendi acquirendi loquitur lex expressè. C. de agric. & cens. l. litibus. lib. 11. & ar. 18. q. 2. c. seruitium. & ideo quicquid alij dixerint, puto & talia seruitia 40. annorum acquiri spacio: cùm tali tempore omnes actiones tollantur ergo & negatiua quæ competit aduersus seruitium, vt expressè dicit C. de præscript. 30. ann. l. vlt. in fin. & extr. de præscrip. c. ad aures. Hæc autem vera sunt de talibus seruitijs, quæ ius scriptum, aut consuetudo possideri nō negat: alia verò quæ possideri non possunt, non præscribuntur, vt extr. de præscrip. c. si diligenti. & ff. de vsuca. l. sine possessione, nec etiam possessor in tali possessione defenderetur: quia contra bonos mores est, vt ff. de vsur. l. generaliter. T. autem dicit sic: qui petit cēsum, debet probare sibi debitum. hoc verum est, si nō est in possessione: alioquin si est in possessione, tunc non tenetur docere de titulo, vt ff. de seruit. ven. l. si quis diuturnn. & C. de per. hær. l. cogi. & 2. q. 6. c. hæc quippe. ac ideò fuit inuentus, & ideò præstatur in signū subiectionis, vt extr. eod. tit. c. cùm omnis. De cæteris autem rebus, putà de manso dato ecclesiæ, in quo ecclesia est fundata & de his quæ sunt circa ecclesiam, nullus census, nullum seruitium, nec decimæ, nec oblationes dandæ sunt: ad nihil enim aliud tenentur clerici, nisi ad seruitium ecclesiæ tantum quòd ergo dicunt iura superiora censum soluendum, intellige de alijs rebus, vt extr. eo. c. sanctum. & sic de primis rebus posset intelligi C. de sacrosanct. eccl. l. placet. Et quod dictum est, quod soluatur tributum subiectionis: hoc intelligas de laicis: clerici enim non dicuntur subiecti: sicut est illud quod laicis dicitur 11. q. 1. c. magnum. & extr. de maior. & obed. c. solitæ. vel potest extendi ad clericos etiam exteriorem, vt 23. quęst. c. tributum. vel debent obedire prælatis suis. 23. distinct. c. quanquàm. & extr. de elect. c. significasti. ita glossauit T. & benè. QVAESTIO. Sed quęritur: quid intelligamus per mansum, vnde debeat solui ab ecclesia census? Respond. Tan. secundùm vulgare idioma Italicorum, mansus est tanta terra, quę sufficit duobus bobus per annum ad arandum. sed si ita accipimus, paucæ vel nullæ essent ecclesiæ in Apulia quæ haberent vnde soluerent censum, cùm non habeāt terram tantam: intelligo ergò illum esse mansum, secundùm quod dat ille, qui fundat, vel qui cōstrui facit ecclesiam, vel domus & cœmiterium: fundi enim & mansi destinatione partis sam. constituuntur, vt ff. de lega. 1. l. quod in rerum. §. vlti. & hic intellectus melior est, vt mihi videtur: quia citiùs dant homines pro ecclesia construenda modicam terram, quàm ita magnā. QVAESTIO. Sed quęrit Alanus: quid si mansus ille sit tributarius, quomodo poterit eum tradere immunem à tributo? sicut seruus factus presbyter, qui à seruitute non liberatur: sicut habes 54. dist. c. seruus canonicum: aliàs c. sancta. cùm res transeat cum onere suo, vt C. sine censu vel reliquis. l. 3. & ff. de acq. pigno. l. si conuenerit. & ar. 23. q. 8. c. tributum. & C. de Episco. & cleri. l. 3. nisi aliquid speciale dicatur de dote ecclesiæ, per c. nouerunt. 10. q. 1. sed magis placet dotem ecclesiæ auctoritate Episcopi tributariam esse posse, dummodò immoderatè non grauetur, vt extr. de iur. patro. c. præterea. Alanus. Illud vltimo nota circa cēsum, quòd si clerici cum religiosis colludant, vt sæpè de facto contingit, quòd ecclesias faciant censuales, vt filius vel nepos habeat illā ecclesiam, quòd non valeat, & ab ecclesijs sint amouendi, vt extr. de censi. c. cùm clerici. Item si rector ecclesię iuret dare censum eo tempore quādo instituitur, si cēsus non suit debitus, quòd Episcopus prohibere debeat, ne soluat, non obstante iuramento, vt extr. eo. tit. c. significauit. & sacramentum debet relaxari, vt in prædict. c. significauit.

De procurationibus. Rubrica.

1 *Procuratio quid.*
2 *Procuratio à quibus & quibus prestanda sit.*
3 *Procuratio quare præstetur.*
4 *Procuratio debetur vel ratione institutionis, vel ratione consuetudinis*
5 *A procuratione ratione visitationis debita nullus excusatur, nisi priuilegiatus sit.*
6 *Visitatores quibus datur procuratio, prædicare, corrigere & exhortari, non deglubere populum tenentur.*
7 *In visitationibus quis modus seruandus.*
8 *Procuratio vltra ecclesiæ facultates non est exigenda.*
9 *Procuratio ab ecclesia paupere exigi non debet.*
10 *Legatis visitantibus qua victus ratio habenda sit.*
11 *Legatus transiens per aliquam diœcesin quod omnes clerici ad procurationis præstationem teneantur.*
12 *Libellus quomodo formandus sit quando nonnulli clerici ex diœcesi, qui legato transeunte procurationem præstiterunt, à cætero clero secundùm quotam ipsam procurationem rependunt petere volunt.*
13 *Legatus qua actione, vt procurationem consequatur, expetere possit.*

NVNC de procurationibus videamus: & primò videamus quid sit procuratio. † Procuratio est quædā exhibitio à subditis superioribus in pecunia, vel alijs ad vsum quotidianum rebus pertinentibus consistens: sicut ex inferioribus apparebit. † Prę- 1
statur autem ista procuratio a laicis dominis, & à clericis suis prælatis. laici præstant: puta, Domino Imperatori: & vidi multotiens, quod quando Imperator erat transiturus per aliquem locum, quòd præmittit nūcios suos: & ciuitas in qua debet hospitari, dat sibi procurationem. i. omnia necessaria personis & equis: & hoc fit per totum Imperium, & in Teutonia, & Lombardia, & Tuscia, & per totum Regnum: & hoc expedite & sine quæstione habet quilibet Rex in Regno suo: sed de ista procuratione omittn: & dicamus de illa, quæ pręstatur a clericis vel ecclesijs. Videamus ergò qui sint qui pręstent procurationes. & quibus pręstentur. Et certè pręstant clerici seu ecclesiæ suis Episcopis, Archiepiscopis, Archidiaconis, legatis seu nuncijs Domini Papę, vt extr. de cens. & procur. c. sopitæ. & c. procurationes. & c. cùm nuper. † Quare autem procuratio præstetur, ratio redditur extr. de pręscrip. c. cùm ex officij. vbi dicitur, quòd nemo debeat proprijs stipendijs militare: & cùm seminemus spiritualia, debemus metere carnalia, & hęc eadem ratio redditur 28. q. 1. c. iam nunc. vbi dicitur: Quis vnquàm suis stipendijs militat? quis plantat vineam, & de fructibus eius non comedit? quis pascit gregem, & de lacte eius non comedit? & hoc attende de illa procuratione, quę debetur ratione visitationis, quæ etiam præscribi non potest, vt extr. de pręscri. c. cùm ex officij. Debetur autem procuratio † duabus de causis, fortè quia ita statutum à tempore fundatio- 3

ois ecclesiæ fuit: & dicitur ista procuratio debita rati-
one institutionis, vt 18.q.2.c.Eleutherius. debetur etiã
procuratio ratione consuetudinis, vt 18.q.2. c.seruitiũ.
Istæ duæ procurationes possunt præscribi : & de his
dnabus nou attendas per omnia, sicut in procuratione
5 debita ratione visitatinnis: † omnes hanc procuratio-
nem debitam ratione visitationis subditi præstare te-
oentur: & nullus potest se excusare, si velit dicere se
nullo tempore præstasse, nisi habeat priuilegiũ, vt ex-
trà, de præscrip. c. accedẽtes. & secundùm quod ibi di-
citur apud Mediolanum erant quidam ordinarij, qui
nolebant io procurationibus legatorum Papæ aliquid
conferre: & tamen præcipitur eis, quòd conferãt: nam
sicut dixi, omnes clerici & omnes ecclesiæ debent dare
procurationes ratione visitationis suis prælatis. & ma-
ximè legatis & nuncijs Domini Papæ, qui etiam procu
rationes recipiunt, licèt non visitent, si habeant transi-
tum per aliquas partes pro negotijs ecclesiæ expedien-
dus: nec potest excusari quia à procuratione, nisi ratio-
ne priuilegij, vt dixi, vt extr. de censib. c. cum instantia.
imò plus dico, quòd & clerici & ecclesiæ suffraganeæ
præstent procurationes Metropolitano, si cõtingat ip-
sum prouinciam visitare, vt extr. de præscrip. c. cùm ex
officij. & extr. de cens. c. sopitæ. & c. cùm nuper. & est
vnus iste de casibus vbi Metropolitanus habet aliquid
in clericos sui suffraganei, qui notantur extr. de offic.
ord. c. pastoralis. & extr. de exceff. prælat. c. sicut vnire.
Hanc tamen procurationem recipiunt illi, qui visitant
cum moderamine, sic quòd nullus grauetur, vt extr. de
6 cens. c. cum instantia. & c. procurationes. & † omnes isti
qui recipiunt procurationes, & maximè ratione visi-
tationis, (cùm quærãt quæ sunt Iesu Christi, & nõ quæ
sua sunt) debent prædicare, corrigere, & exhortari, nõ
autem expoliare, vt in prædict. c. procurationes. sed ho-
die prælati & legati nostri temporis contrariũ faciunt,
& demergunt oues suas per lanam modicam, & nullã
vtilitatem reddunt, nisi quòd spolient. ideò statutus
fuit modus euectionum in Concilio Lateran. tempore
Domini Alexã. contingebat enim sæpè, quòd subditi à
prælatis grauebantur, ita quòd cogebãtur vendere or-
namenta: & longi temporis victum breuis hora cõsu-
7 mebat, vt extr. de cens. c. cùm Apostolus. † ergò modus
sic statuitur, vt Archiepiscopus non excedat numerum
44. vel 50. euectionum. Episcopus 20. Cardinalis 25. Ar-
chidiaconus 5. aut 7. Decanus cõstitutus sub eo, duorũ.
Nec ducant canes venaticos, sed ita vadant, quòd non
quærãt quæ sua sunt, sed quæ sunt Iesu Christi: nõ quæ-
rant delicata cibaria, sed gratanter accipiant quod eis
fuerit ministratum. Vnde semel cõtigit in persona cu-
iusdam legati, quòd dum peteret sibi parari pro salsa
sua nuces muscatas, & spicas galãtas, quę sunt species
odoriferæ: balliuus terræ illius, qui sibi assistebat, ad-
duxit sibi nuces istas communes, & adduxit sibi vnum
fasciculum spicarum de frumento. commotus fuit le-
gatus, quia credidit sibi esse illusum. vnde dixit ei bal-
liuus: Domine, in partibus nostris aliæ nuces & spicæ,
& aliæ gallę non habentur. & hoc dico, vt qui habet
aures audiendi, audiat: & tales aliquando vadũt in le-
gatione: de clericis & laicis loquor, qui extendũt pen-
nas vltrà nidum: & cùm domi non habeãt panem quo-
tidianum cum modico edulio, in legationibus suis de-
licatissima petunt: & cùm solus fortè equitauit in do-
mo propria, vel fortè, vt veriùs loquor, pedes ibat, in
legatione multos secum æquitantes quærit. hæc legun-
tur extr. de cens. c. cùm Apostolus. Illud autem est no-
8 tandum, quòd vltrà facultates ecclesiæ ab aliquo non
est procuratio exigẽda, vt 16. q. 1. c. illud. si enim tenuis
est patria, extraordinario auxilio iuuanda est. C. noua
9 vect. insti. non poss l. 2. & 3. imò à paupere ecclesia † non
est procuratio exigenda, vt 1. q. 1. c. placuit. nam nec iu-
dex à pauperibus sportulas exigit, vt in Auth. de mand.
Prin. §. sit tibi quoq; tertium studium. Item nec tenuis
vitæ homines sub aduentu officialium vel militũ, bre-
ui suppellectili ad eorum vsum translata, iniurijs ve-
xentur, vt ff de offi. præsi. l. illicitas. §. 2. & hęc Laurent.
nec enim victum longi temporis vna hora cõsumat, vt

extr. de cens. c. cùm Apostolus. † Quæ autem sint dãda 10
legatis, attende: Dabitne legatis lac ad bibendum. ne
enim ieiunia prædicent alijs ipsorum legatorũ tuben-
tibus buccis, vt 35. dist. c. 6. & c. ecclesiæ. Nec habet vl-
tra tertiã vicem, vt 42. dist. illa palea quando. Itẽ come-
det legatus lardum & carnem cum aceto, vt C. lib. 12. de
erogat. mil. anno. l. 1. arg contrà 41. dist. c. non cogãtur.
& secundùm Ioh. Credo tamen, quòd non ita rigide a-
gatur cum legatis hodie, seu saltem ipsa iura per con-
trariam consuetudinem sint immutata: splẽdidè enim
ipsis hodie ministratur. QVÆSTIO. Sed illud quęritur
† circa procurationes istas, quæ exhibentur legatis: 11
transit modò legatus Domini Papæ per aliquam terrã,
quæ est iuxta stratam: sicut verbi gratia, per Cepanum,
datur sibi procuratio à clericis loci illius: vnde clerici
illi agunt contra alios clericos eiusdem diœcesi. s. Ve-
rulanen. (quia tam Cepanũ, quàm alia loca sunt in di-
œcesi illa) & petunt quòd sibi conferant in illa procu-
ratione, quam illi clerici de Cepano pręstiterunt lega-
to: quæritur an sint audiendi: & quæstionem istam vi-
di de facto moueri, & fui pro clericis alijs Aduocatus.
Respond. quòd legatus Domini Papæ à quibuscunque
potest procurationem exigere. ita quòd si exactus fue-
rit vltrà suam facultatem grauatus, sibi ab alijs restau-
retur, vt extr. de censib. c. cum instantia. & c. cùm procu
rationes. verùm quia ibi ponitur verbum impersona-
le, nõ dicit quomodo, & qualiter. ideò glossat ibi Lau-
rent. cessis sibi actionibus à legato, vt ff. de censi. l. cùm
possessor. & sic isti clerici qui soluerũt procurationes,
facti procuratores in rem suam, agent contra illos, vt
sibi conferant. Sed quia videtur quoddam inconueni-
ens, vt tali modo procedatur: quia vituperium esset in
persona legati actiones cedere, sicut diximus, illis cle-
ricis qui soluerunt: credo & dico esse honestiùs, quòd
debeant agere condictione ex canone isto, extr. de cen-
sib. c. cum instantia. nam quotiens per canonem vel per
legem cautum est, quòd agere possumus, nec est cautũ
ea lege, vel à canone, qua actione experiamur, condict.
ea l. vel ex canone agitur, vt ff. de condict. ea lege. l. v-
nica. & in hoc consentit Lauren. Vnde in casu isto cõ-
cipiet Actor sic libel. † LIBELLVS. Coram vobis Domi- 12
ne talis proponit Titius Rector ecclesiæ S. Mariæ pro se
& talibus, quorum est procurator, contra talem procu
ratorem talium clericorum: quòd cùm ipsi tali legato
Domini Papæ transeunti per Cepanum, procurationẽ
exhiberent, vel exhibuissent, in qua expenderant vsq;
ad summam 10. lib. (& computent omnia, si petat aduer
sarius: videlicet tantum pro pane, & tantum pro vino,
& tantum pro carnibus: & sic de cæteris) & ista procu-
ratio sit ab omnibus clericis Verulan. diœces. exhiben-
da, peto vt pro prædicta procuratione pro me & nomi-
ne prędictorum clericorum, quorum sum procurator,
de prædicta summa 10. librarum, quinque, vel partem
eos contingentem, secundùm facultatem ecclesiarum
suarum conferant seu contribuant. & si peteret & in-
staret Aduocatus partis aduersę, vt specificaret quantũ
pro qualibet ecclesia sit conferendum, vel vt ponat in
libello: tunc si potest ponat: sed si non potest certifica-
re, dicat tunc peto partem ipsarũ 10. lib. mihi ab eo con
tribui vel conferri secundùm facultatem ipsarũ eccle-
siarum vestro arbitrio æstimandã. & si vult dicat: pro-
pono condictionem ex canone illo extr. de censi. c. cum
instantia. Verùm de hoc non multũ curo: quia iure Ca-
nonico sufficit, si proponatur factũ purè & simpliciter:
nec habet quis necesse proponere nomen actionis, vt
extr. de appel. c. dilecti. licèt si actio proponatur, & in-
competens, iure Canonico faciẽda sit absolutio, vt ex-
tr. de iudi. c. examinata. & extr. de mut. peti. c. 1. & sic de
iure Canon. in casu isto fit quædam cõtributio, sicut fit
in iure Ciuili, quando alij creditores agunt contra do-
minum, & contribuat eis peculium serui, cum quo cõ-
traxerunt, pro rata cuiuscunq;, vt tractaui supr. in spe-
ciali Rubr. in tract. de tributoria: & omnes quęstiones
ferè quæ notantur ibi, hic possunt repeti. OPPOSI-
TIO. Sed non videtur hic, quòd qui soluit possit agere
contra alios, sicut libellus continet, nam nec mandato

corũ soluit, nec ipsorum nomine, vt saltẽ fuerit negotiorum gestorum. si ergò soluerunt: quia nullus pro alio soluere cogitur, licet soluere possit, & liberet debitorem, vt ff. de sol. l. solutionem. & ff. de neg. gest. l. soluenda. sic ergò quomodò potest agere cõtra illos? Respond. quia iste qui soluit, non soluit nomine suo tantùm, sed soluit nomine omnium, qui necessariò habebant soluere procurationem: & ideò de iure soluenti consulitur, quòd possit agere contra alios: & fortè de iure posset probari, quòd daretur ei actio negotiorum gestorum: ex quo gessit illud negotium, quod ipso gestu fuerat aliorum, & etiam illius qui soluit, vt ff. de nego. gest. l. si pupilli. nõ enim legatus Domini Papæ habet necesse expectare donec omnes vocentur & contribuant, & posteà recipiat procurationem: quia interim & fame periret, & negotia Romanæ Ecclesiæ etiã medio tempore possent perire: sicut nec expectare tenetur legatus, vt per communes ministros illorũ, qui debent soluere procurationem ipsam recipiat: ideò quicunque fuerit requisitus, vt procurationem soluat, tenetur soluere: & ipsi soluenti consulitur contra alios pro portionibus aliorum, vt in prædict. c. cùm instãtia. quia particularis exactio non minima habet incommoda, vt ff. famil. ercisc. l. planè. arg. contrà. ff. ad leg. Falci. l. lineam. & l. Plautius. & ff. de pact. l. si debitor. Iohan. QVAESTIO. Sed secundùm Laurent. qui glossauit, quòd ille qui soluit, agat ex iure sibi cesso à legato, & hoc per
13 l. cum possessor. ff. de cens. quæritur, † quæ actio competat legato ad procurationem petendam: vel quæ actio competat publicano ad petenda tributa? Respon. legato competit actio ex canone prędicto, extr. de censib. c. cum instantia. publicano competit petitio ex l. omnes. C. sine censu vel reliquis. vel actio ex edicto illo quo cautum fuit, exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis &c.

Qui possunt visitare, & quibus procurationes debeantur. Rubric.

1 *Episcopus visitare tenetur ecclesias sua diœcesis.*
2 *Legatus Papa visitandi potestate gaudet.*
3 *Intellectus c. procurationes, extr. de censib.*

SED cùm procurationes debeantur ratione visitationis, præterquàm legatis Domini Papæ, quibus debentur, quando transeunt pro negotijs Romanæ ecclesiæ, etsi non visitent, vt superiùs dixi: videamus
modo qui sint qui possint visitare, & quibus procurationes debeantur. † Visitat Episcopus ecclesias, & visitare tenetur, siue sint ecclesiæ seculares, siue monasteria, vt 10. q. 1. c. Episcopum. monasteria enim à lege diœcesana sunt exempta, s. vt nõ soluant dimidiã, vel tertiam, vel quartam, seu duos solidos nomine cathedratici: quos duos solidos singuli clerici seculares singulis annis præstant, vt 16. q. 1. c. cùm pro vtilitate. & 10. q. 3. c. inter cætera. à lege tamen iurisdictionis non sunt monasteria exempta, sicut statim dicam. † Item visitat legatus Domini Papæ. Itẽ videtur, quòd Archidiaconi visitent & etiam alij, vt extr. de censib. c. procurationes. † quæ verba sic intelligas, Archidiaconus & alij. putà, Archipresbyter, vel plebani, habent ius visitandi, si cõsuetudo pacifica hoc eis dederit, vel si de licentia Episcopi hoc faciant, vel quãdo Episcopus infirmatur, vel impeditur, ita quòd ipse visitare non potest: tunc committit Archidiacono, vel diacono, vel alicui presbytero quòd visitet: sed Archidiaconus ex suo iure ius visitandi non habet: hæc probantur 10. q. 1. c. Episcopum. & extr. de offi. Archi. in c. Archidiaconus. & c. mandamus. & c. dilecto. Quæ autem sint, quæ Archidiacono competant, suprà de iuribus Archidiaconalibus notaui.

An Episcopus quolibet anno possit visitare. Rubrica.

1 *Episcopus an annis singulis semel, vel sæpiùs visitare possit.*
2 *Census cùm in mensura sint soluendi, siue vna sit, siue plures, in qua mensura veniant soluendi.*
3 *Sacerdotum genus auarissimum.*
4 *Procuratio præstanda non est, si ad ecclesiam visitandam Episcopus accedat.*
5 *Episcopo nihil præter procurationem dandum, etiam si secundùm facultates ecclesiæ peteret.*
6 *Episcopus in ecclesiis an & quod ius Episcopale habere possit.*
7 *Scriptura publicè reperta fidem facit, donec contrarium probetur.*
8 *Commodum ex re quam quis oppugnauit, reportare non debet.*
9 *Contractum qui pro se adprobauit, contra se adprobet, oportet.*
10 *Episcopus ecclesiam eximens cathedrati, tamen procurationem & visitationem semper retinere censetur.*

ITEM videamus, † vtrùm singulis annis possit Episcopus visitare, & vtrùm semel in anno, vel sæpiùs: & certe decret. videtur velle quòd bis in anno potest 2
recipere procurationem, vt extr. de cens. c. cùm venerabilis. sed illa loquitur de Episcopo Fauẽtino, qui in Marchia est Episcopus & Archiepiscopus. ad hoc facit 10. q. 1. c. rogãda. vbi dicitur, quòd Episcopus circuire debet parochiam suam, cùm sibi necessarium visum fuerit. & ar. ad hoc, sed leue est, extr. de hæret. c. ad abolendam. & 18. q. 2. c. visitandi. & c. non semel. in quibus dicitur, quòd visitandi gratia & corrigendi quotiẽs Episcopo placuerit, accedat ad monasteria. Item non semel, sed sæpiùs in anno Episcopus visitat monasteria monachorum, sicut ibi dicitur. Sed illa loquuntur de monasterijs, de quibus maior cura Episcopo committitur. & est ratio: quia cùm monasteria sint à lege diœcęsana exempta. si in hoc onerentur, non est mirum: & sic si pro vno commodo sentiunt aliud incommodũ, æquo animo tolerare debent, vt arg. ff. de iureiu. l. eũ qui. licèt etiam visitare non sit onus, sed nõ commodũ. dare autem procurationem istud est onus: sed nõ credo, vt si pluribus vicib. vellet visitare Episcopus monasteria, quòd sæpiùs recipiat procurationem: quia secũdùm quod dicit canon prædictus. 18. q. 2. c. visitãdi. si potest Episcopus, monasterium visitet, vt monasterium grauamen aliquod non incurrat. vel fortè in decret. cùm venerabilis. tempore fundationis fuit talis lex apposita, quòd sæpiùs possit visitari: & hoc dicit Tancr. Lauren. autem dicit, quòd Episcopus potest & monasteria & ecclesias alias visitare, si viderit expedire: & si vtilitas & necessitas hoc requirat, vt in præd. c. aliàs in anno non visitabit nisi semel, vt extr. de offi. Archidiac. c. mandamus. †
Item circa solutionem census attende, quòd si quid est soluendum in mensura, illa mensura consideratur secundùm quàm consueuit solui: sed si posteà illa mensura sit siue augmentata, siue diminuta, vel si dubiũ sit, ad quam mensuram soluetur, cùm diuersæ sint mensuræ? Respondeo: ad minimam habetur respectus, & secundum illam soluetur, vt extrà, de censib. c. ex parte. si verò non sint diuersæ mensuræ, sed vna, illa considerabitur, ad quam homines emunt & vendunt, vt in prædicto c. ex parte. & ff. de contrahen. empt. l. Imperatores. Et sic ex illa decret. nota duo optima argum. primum, quòd † licèt sacerdotum genus auarissimum sit, 3
sicut & genus mulierum, vt ff. ad Velleia. l. si ergò. hic tamen Dominus Papa facit bonam interpretationem pro laicis contra sacerdotes, & hoc totum est commodum sacerdotum, ne laicorum circa illos munificentia retardetur, argum. C. de bonis quæ liber. l. cùm oportet. & argum. extrà, de vo. & vot. redemp. c. licèt. alibi verò dona pleniùs sunt interpretanda, vt extrà, de censib. c. olim. ne excogitatis fraudibus aliquis possit donationi suæ obuiare, vt 16. quæst. 2. c. vilis. & 17. quæstio. 4. c. sunt qui opes. & C. de donatin. l. si quis argentum. §. vltim. Item nota aliud argum. quia quod maior pars seruat, & omnes alij seruare debent: sicut dicit c. contra morem. distinct. 100. & extra, de capell. mona. c.

dilc-

dilectus.& ff. ad municip.l.quod maior.& ff. de reg.iu. l.aliud.§.i.eferetur. Item contrariam argu.& mittur, quòd in dubijs seruanda sit consuetudo vi[illegible]orum, vt ext.de consuetud.c.cùm olim.ff.de leg.i.l.si seruus plurium.§. vlt. Item quartum argum.collige, quod in dubijs non sequimur maximum, sed minimum. ff.de l[illegible] l.nummis.& ff.de regu.iur.l.semper.e[illegible] tamen [illegible] gum. quod medium sit sequendum.10.q.1.c.hoc ius porrectum est. C.commu.de leg.l.si duobus.ff.de a[illegible]dic. l.tetendù. & arg.extr.de iureiur. c.quanto.& ideo maior medijs gratia rebus inest. Item illud nota, quod hæc procuratio non debeatur, si Episcopus ad ecclesiam visitandam non accedat, vt extr.de cens[illegible]. c.cùm venerabilis. & 1.q.1.c.relata. na subtracto officio, subtrahitur quod pro eo debetur, vt extr.de præbend.c.relatum. & 16. q. 1.c.generaliter. & 81.distin.[illegible] quis a modo.& c.eos.

5 Item nota, [illegible] prælatus aliquid vltra petit præter procurationem secundùm facultates ecclesiæ, quod de iure potest subditus ei denegare, vt e[illegible]tr.de excess. prælat.c.cùm ad quorundam & arg.ff.de aq.quotid.& æst. l.1.§.Trebatius. & arg.10.q 3.c.quia cognouimus. Item nota quædam notabilia ex decret. de censib. c.cùm o-

6 lim. videtur enim, quod Episcop[illegible] in ecclesijs habere possit ius Episcopale, vt extr.de præscrip.c. auditis. Sed in parte ista iura variare videntur: nam quandoque dicitur habere medietatem pro isto iure episcopali, vt 10.q.1.c.antiquos. aliquando tertiam, vt 10.q.1.c.de his. aliquando quartam, vt extr.de censib.c.cùm ol[illegible]m.& 16. q.1.c.constitutum.& extr.de præscrip.c.de quarta.& alibi dicitur, quòd nihil debeat habere, vt 10.q.3.c.1. Ad hoc dixit Laurent. quòd Episcopus potest habere medietatem omnium redditum Episcopalis ecclesiæ, de parochialibus ecclesijs tertiam. postea ista tertia mutata est in quartam, vt 12.q.2.c.quatuor. & c.de rebus. demùm statutum fuit, quòd Episcopi nihil percipere debeant, nisi vellent subire onus fabricæ & expensas, vt 10.q.3.c.1.& c.vnio.& ista sententiauit Dominus Cæl. contra Episcopum Bon. [illegible] autem Episcopus sit pauper, nec potest [illegible] ecclesiam reparare, ostiliominus potest illam quartam p[illegible] 10.q[illegible]. [illegible]is. Vel dic. quod capitula illa loquantur secundum variam consuetudinem in locorum [illegible], & de sepult c.cert[illegible]cari. quod magis approbat T. Item aliud notabile nota in

7 prædict.decre c cùm olim. quòd ex [illegible] quo inueoitur in aliqua scriptura publica in finibus alicuius Episcopatus, quòd ille scriptura illetur, donec probetur contrarium: licet illa scriptura principaliter ad aliud facta sit, argum.C.de contrahen.& committ.sti[illegible]ulat.Lopti-mam. & C.de iure del[illegible]ber. l.cùm quis. Item tertiú no-

8 tabile ex decret.prædicta collige, quòd fructum non debeat consequi quis, ex eo quod impugnat, vt 13.q.2. c.quam est præposterû. & 17. quæst.2. c.sunt qui opes. quod verum est, si vsque ad sententiam perseuereret, argum ff.de inoffi.testa. l.Papinianus.§.meminisse. Item

9 quartum notabile, [illegible] instrumentum quod quis approbat pro se, tenetur recipere contra [illegible], vt 4.quæst.2.c.lege Iulia.§.si quis testibus. C.de testib.l.si quis testibus. & distinct.19.c.si Romanorum.& c.de rebus cred.l.generaliter. & argum.3.quæst.8. c.cuius in agendo. C.de sentent. & interlocut.omnium iudi.l.cum Papinianus. & argum.1.quæst.7.c.si hæreticus. & 10.dist.inct. & c.1. & 37.distinct.c.si quid veri. Item ex decret.illa, extr.de censib.c.cùm venerabilis. nota quoddam notabile, sci

10 licet, quòd quibuscunque verbis Episcopus eximat aliquam ecclesiam, semper retineat cathedraticum, & procurationem, & visitationem, vt h[illegible]c, & 16.quæstio. 2.c.visis. & extrà, de donatio. c. pastoralis. Nec obstat extrà, de religios.domib. c.constitutus. vbi dicitur, quòd Episcopus generaliter potest eximere: nam illud factum fuit auctoritate Domini P[illegible]pæ: sicut enim subditus non potest à se reijcere iurisdictionem Episcopalem, vt extrà, de foro competen.c.si diligenti. & extrà, de renunciat.c.admonet. sic nec prælatus suam iurisdictionem à se abdicare potest: nam si præses à se abdicando amittet imperium, vt ff. de offic.præsig. l.præses. sic & patronus quibuscunque verbis generaliter vtatur, aliquaiura retinet in liberto, vt C. de bon.liber.l.vlt.& hoc Laurent. QVAESTIO. In vltimis quæritur: ecce Episcopus visitat monasteria seu ecclesias alias seculares in ciuitate sua constitutas, nunquid debet procurationem ab illis recipere? Respon. de iure debet habere benè: sed satis reputarem ipsum auarum, si ab aliquo procurationem exigeret: cum honorifice possit sibi, non [illegible]endo magnum laborem, in domo propria prouid[illegible].

De immunitatibus ecclesiarum, & à quibus dari vel concedi possint. Rubrica.

QVIA ecclesia multas immunitates habet: idcò immunitatibus ecclesiarum tractare prauidi. Videamus ergò quid sit immunitas, vel emunitas. iure ciuili dicitur immunitas, vt ff. de iur.immunit. iure Canonico dicitur emunitas, vt extr.in Rubr. speciali de emunitate ecclesiarum. sed licèt videantur nomina diuersa, idem tamen sonant, nam quando dico immunitatem illud, im, priuatiuè ponitur: quasi de iure immunitatis.i.de iure [illegible]larum rerû, quæ non subeunt munera, quæ subeunt aliqui: sicut per totam i[illegible] rubricam quilibet videre potest. similiter quando dico de emunitate ecclesiarum.i.de iure, quod habet ecclesia ratione sui priuilegij extra alia munera, quę subeunt laici. Emunitas vel immunitas est priuilegium ecclesiasticæ libertatis personarum vel rerum ad eam pertinentium.

De immunitate quam habet ecclesia ratione personarum & rerum: & quot modis dicatur ecclesia.

1 *Ecclesia multis modis sumitur.*
2 *Clerici non nisi coram suo Episcopo conueniendi sunt. cui iuri renunciare etiam cum pacto non possunt.*
3 *Clericum verberans in canonem lata sententia incidit.*
4 *Clericum stipulationis verba in ecclesia personam concipiend. ipsi ecclesia quæret.*
5 *Ecclesia prò rebus emptis seu donatis res venditationem intentare potest.*
6 *Clerici sordida & obsequia munera non subeunt.*
7 *Clerici angaria & parangaria munera non subeunt.*

VIDEMVS ergò quòd emunitatem habet ecclesia ratione personarum, & quòd habet ratione rerum. Illud tamen nota inprimis, quòd ecclesia multis modis sumitur: & secundùm diuersos modos, diuersas emunitates habet. Primò dicitur ecclesia collectio personarum constitutarum ad seruiendum Deo: sicut in canonicis secularibus seu regularibus in monachis: in fratribus Prædicatoribus & Minoribus: & in alijs religiosis. Et secundùm hanc significationem habet ecclesia has emunitates. prima, quod clerici nò conueniantur, nisi coram Episcopo: adeò quòd nò possint per pactum tali iuri renunciare, vt ext.de for.com pet.c.si diligenti.& in Authentic. de sanctiss.Episcop.coll[illegible] œconomos. licet de iure ciuili sit contrarium. C.de pact[illegible]. si quis in conscribendo. Secunda, quòd quicunque verberet clericum, vel aliquem religiosum, incidit in canonem latæ sententiæ, vt 17.quæstio.4.c.si quis suadente diabolo. Tertia, quod concipiendo verba stipulationis in personam ecclesiæ quærat ipsi ecclesiæ, vt C.de sacros.eccles.l.vt inter diuinum, circa principium. alias de iure communi nondum in administratoribus habet locum, & in tutoribus & curatoribus, vt ff.de consti.pec.l.eum qui l.pecti.§.Iulianus. Quarta, quòd possit illi collegio legari: & possit hæres institui vt C.de sacrosan.eccl. l.1.alias de iure communi contrarium, vt C.de hæred. instit.l. collegium. Quinta, quod in rebus emptis seu donatis habeat rei venditionem, vt C.de sacros.eccle. l.vlt. §.vltim. Sexta, quod ipsæ personæ non subeunt sordida munera: sicut calcis coquendæ arenæ fodiendæ

[The right-margin numbers 1–6 in this section appear beside the lines beginning "sia multis modis", "conueniantur", "ligiosum", "rat ipsi ecclesiæ", "habeat rei venditionem" and "§.vltim."]

calefactiones balnei [illegible] odiæ: aqu[illegible]ductus, & a[illegible] mi[illegible]a. quæ speci[illegible]cantur ff. de mu[illegible] & honorib. l. munerum. vsque ad §. patrimonior[illegible]m. & quod sor[illegible]da munera ecclesia in hac [illegible]ificatione non subeat, cauetur [illegible] de sacrosanct. eccle. [illegible] placet & 16. quæ. 1. c. placet. alia vero munera, quæ non sunt [illegible]ida, subit: & cert[illegible] vid[illegible]tur, [illegible]odex[illegible] quo[illegible] subit [illegible] ordida e gu, subit non [illegible]ord[illegible] qu[illegible] [illegible] extraordinariorum hæc est, [illegible] [illegible] & exempta [illegible] munér: vt [illegible] pro[illegible] c[illegible] [illegible] pr[illegible]etur & re[illegible] m. [illegible] ff. qui [illegible] ff. de pro[illegible] Pom[illegible] & [illegible] cep. [illegible]
7 [illegible] Se[illegible] ita, [illegible] & parang[illegible] [illegible], quantum ad a[illegible]lins [illegible] la [illegible] subi[illegible] C. de Episco. & cler[illegible] & [illegible]pre[illegible] [illegible] per locum, vt C. de sacrosanct. eccles. l. nemi[illegible].

Quid sit angaria & parangaria.

1 *Angaria definitio.*
2 *Par[illegible]garia definitio.*

1 DIc[illegible]vr a[illegible]garia præstatio † alicuius operis personalis sine sumptu eius cui fit. vnde habet [illegible] one Domini, quòd ad baiulandum cru[illegible] Domini ang[illegible]auerũt quendam Simonem C[illegible]enæum. & sic vulg[illegible]iter dicuntur angarij nostri, qui exhibent nobis operas sine sumptu & victo nostro.
2 Parangaria dicitur exhibitio operis personalis cum ex[illegible] ne [illegible], id est, cum quis facit operas suas sumptu, victu & expensa sua: sicut notare co[illegible]mus in operis l[illegible] certis [illegible] incertis, vt ff. de oper. libert. l. [illegible]mponi. & l. sua. Nec [illegible] ff. de mu[illegible] & honor. l. munerum. § pat[illegible]moniorum. vbi [illegible] quod parangaria onus sit seu munus p[illegible] Respondeo: quod ibi dic[illegible] anga[illegible] & [illegible]arangar[illegible]a: illa propositio, per, an[illegible] pr[illegible] d[illegible] auget depositum, vt ff. depo[illegible] l. 1. circa [illegible] ncip.

De diuersis muneribus.

1 *Munera alia ordinaria alia extraordinaria.*
2 *Clerici tributorum [illegible] agnoscere videntur.*
3 *Munera patrimonialia ab [illegible] su[illegible]cunda sunt.*
4 *Cleri[illegible] ad munera extraordinaria non nisi duobus in casibus tenentur.*
5 *Embola quid.*
6 *Coll[illegible] clericis indicenda non est.*
7 *Ecclesia pro [illegible] congregatione sumitur. Item pro templo siue ædificijs.*

1 ALIA verò munera † quædã sunt ordinaria, quædam extraordinar[illegible] mun[illegible] ordinaria & maximè [illegible]erum [illegible]nt: puta, sol[illegible] [illegible] ubi vnde si cessauit in solutione tributi [illegible] fiet translatio in publicum, & venditio, vt C. de Episcop. & cleric. l. de his. v[illegible] potest [illegible]la lex intel[illegible]igi de propr[illegible]js prædijs cl[illegible]ricorum, quæ sunt de patrimonio, & non de his quæ sunt ecclesiæ, vt [illegible] de [illegible]crosanc[illegible] eccles. pl[illegible]cet. Item
2 v[illegible]etur, † quòd onus [illegible]ributorum debeant agnoscere c[illegible]ici, vt ff. de muner. & honor. [illegible]unerum. §. patrimoniorum. C. si cen[illegible] quis. l. omnes. & C. de acti tributor. [illegible] d[illegible]uod [illegible] dicitur, potest i[illegible]tel[illegible]igi de domo Diuina, vel de domo Imperiali: sicut legitur C. de quadrien præsc[illegible] l. [illegible] a Zenone. quæ constitutio mittitur Petro procuratori diuinæ domus. Item vi[illegible]etur, quòd del[illegible]ant agno[illegible] munera tributorum
3 † [illegible] munera quæ pat[illegible]moniorum sunt, ab omnibus su[illegible]cunda sunt, vt [illegible] o. d [illegible] ib. patrimonior l. munera. & l. neque & [illegible] & l. nec. & l. patrimoniorum. & l. vltim. & [illegible] luere [illegible]enentur tributa: nam exi[illegible] edictum [illegible] Cæsare A[illegible]usto, v[illegible] descr[illegible]be[illegible]ur vniuersus orbis. & ip[illegible] [illegible] c[illegible]m [illegible]oseph & Maria matre eius iuerunt, vt profiterent[illegible] in [illegible]erus[illegible]m. forte non timentes translationem suorum pr[illegible]orum, vt alia prædia vend[illegible]ntur [illegible] sic transferuntur, hoc est, tamd[illegible] d[illegible] [illegible] res publ[illegible] quandiu de tributo toto [illegible], vt C. de [illegible]crosanct. ec[illegible] l. pl[illegible]ce[illegible] vt lex [illegible] loquitur qua[illegible] præd[illegible] de cuius fru[illegible]ctu [illegible] bat euchar[illegible]. quia ill[illegible] prædium non soluit tributum, nec a[illegible] quam time[illegible] [illegible]lationem. [illegible]
4 o[illegible] enim mun[illegible] [illegible] subit e[illegible] lesia, vt in l[illegible] placet. nisi in duobus c[illegible]sibus. vnus respicit p[illegible]tatem: puta, ad instaurationem viarum & pontium, vt C. [illegible] sacrosan. eccle. l. ad instaurationem. alius respicit publicam vt[illegible]itatem: pu[illegible] quando minus Imperat[illegible] venit, vel quando debet i[illegible] fœlix embola, id est, Roma quæ ibat ad acquirendas alias p[illegible]rtes mun[illegible], & d[illegible]
5 ceb[illegible]tur [illegible] iuuentus embola, id est, superexcrescẽs: nam annus dicitur embolismalis, id est, superexcrescens. sic & [illegible]liquis qui multum comedit, dicunt Philosophi, quòd habet embolismum, vt C. de sacrosanct. ec[illegible] [illegible] iubemus. & [illegible] neminem. & [illegible] nunc in casibus [illegible] compellitur ec[illegible] sia ad [illegible]uenda munera pe[illegible] iudicem ecclesiasticum. Sed licet clerici excuse[illegible]tur a prædictis muneribus extraordinarijs, a custodia tamen & vigil[illegible]js murorum clerici non excusantur, sicut scio factum esse tempore meo, quando Dominus Imperator Fridericus tempore di[illegible]cordiæ opp[illegible]mebat Beneuentum: tunc enim cle[illegible]ici custodiebant ca[illegible]rum, vt extra, de [illegible] munita. eccles. c. peruenit. † Septima, quòd nulla co[illegible] [illegible] eis ind[illegible]catur, v[illegible] quicunque [illegible]ndixerit, incidat in canonem latæ sententiæ, vt extra, de immunit. eccles. c. non minus. & c. aduersus c[illegible]nsules. in qua constituti[illegible] ne ca[illegible]
6 tietur, quòd ipsi offic[illegible]les qui contra fecerint, inc[illegible]nt in canonem latæ sententiæ: & post depositum officium teneantur etiam successores eorum. Se[illegible] und[illegible] [illegible]
7 mitur ec[illegible]lesia pro congregatione fidelium & secundum hoc hab[illegible]t multas im[illegible]nitates: hab[illegible] enim omnes le[illegible]itimos actus, qui hæreticis [illegible] interd[illegible] de hæret[illegible] & mani[illegible] l 3. Tertio modo sumitur ecclesia, id est[illegible] locus ipse qui est parietibus [illegible] con[illegible]atu[illegible] est Deo consecrat[illegible]s: ad quam vadunt [illegible]mentes Deu[illegible] veniam peccatorum suorum postulantes, v[illegible] m[illegible] [illegible]diam consequantur, vt Authent. de lib. matr. & [illegible] colum. 8. §. quia verò. Et secundum hanc significat[illegible] consequitur ipsa ecclesia multas emunitates.

De multis emunitatibus ecclesiæ.

1 *Latro publicus & nocturnus agrorum depopulator immunitate ecclesia non gaudent.*
2 *Cœmeterium eadem immunitate gaudet, qua & ecclesia ipsa*
3 *Cœmeterium quanta magnitudinis esse debeat.*
4 *Ecclesia immunitate non gaudent, qui in ecclesiam delinquunt.*
5 *Ecclesia immunitates infringentes, quibus pœnis subiaceant.*
6 *Libellus contra infringentes immunitates ecclesia quomodo concipiatur.*

PRIM[illegible], quia nullus debet ipsa sep[illegible] maximè de laicis loquo[illegible] vt C. de sacrosanc. ecc[illegible] l. r[illegible]o. Secund[illegible], vt [illegible]lu[illegible] eccl[illegible]siam vendat, vt C. eod. tit. l. nemo. & in Au[illegible]t. multo magis. q[illegible] [illegible]ena a super l. [illegible]la. iubemus. Terti[illegible], vt nullus [illegible] [illegible]a debeat hab[illegible]re, vt [illegible] prædi[illegible]ta. l. nemo. & [illegible] de Iudæi & cœlico. [illegible] nagoga. Quarta [illegible] [illegible] quo titulo ecc[illegible]siam al[illegible] [illegible]: etiam si omnes mona[illegible] [illegible] pe[illegible] nt, vt [illegible] Authent. [illegible] alien. & emphyt. § [illegible] am, c[illegible] Q[illegible]rta, [illegible]od si aliquis in ea manu[illegible] pe[illegible] unde habeatur, [illegible] si coram i[illegible]ice ma[illegible] facta [illegible], vt ff. de his qui in eccles. mani[illegible] l. 1. & 1. Sexta, quod qui in ecc[illegible]a excla[illegible] [illegible], & [illegible] officium, puniatu[illegible] pœna [illegible]apit[illegible], vt [illegible] de his qui ad ecclesiam confug. l. de [illegible] [illegible]ptima quòd confugientes ad ecc[illegible]siam sec[illegible] [illegible] fuerint malefactor[illegible] vel innocentes, secu[illegible] [illegible] lex [illegible] di[illegible]inguit, & formam adijcit, C. [illegible] his qui ad eccle.

cou-

confug. l. præsenti. & circa hoc optime distinguit de cre. extrà. de emuni. eccle. c. inter alia. vbi cauetur, quòd pro malefactore confugiente ad ecclesiam debeat rogare rector ecclesiæ, vt obtineat a præside vitam & membra. Sed fallit hoc in publico latrone, & nocturno depopulatore agrorum, qui non habent emunitatem ecclesiæ: vt ibi. Octaua: quòd in ecclesia non [illegible] re gi curia, nec pro causa ciuili, nec pro causa criminali. vt extrà. de emuni. eccles. c. cùm eccl [illegible] sia. & qui contra faciunt, incidunt in canonem latæ sententiæ: licet in multis partibus fiat contrarium: & maxime in regno in quo officiales in omnibus causis in ecclesias regunt curias suas, non attendentes canonem istum, nec prohibitionem domini dicentis: domus mea domus orationis vocabitur: vos autem [illegible] illam [illegible] cam latronum. Nona: quia non solùm habet emunitatem ecclesia ipsa, sed etiam cœmeterium habet [illegible] emunitatem.

3 QVÆSITO. Sed quantum [illegible] eccl [illegible] ecclesiæ? Respondeo: [illegible] debent esse 60 passus [illegible] c. sicut antiquitus. & licet [illegible] hoc de iure [illegible] facto nunquam vidi in partibus meis [illegible] habere talé cœmeterium [illegible] immediate coniunctas ipsis [illegible]. Vnde [illegible] cundum hoc si darem immunitatem ecclesiæ, da [illegible] ca ecclesiam 40. passus vel 30. da [illegible] de domibus laicorũ, quòd esset absurdum [illegible]. Decima emunitas est quã consequuntur res ecclesiasticæ: nam [illegible] domibus ecclesiarum non debent officiales hospitari, nec placita tenere, remota omni consuetudine. vt extrà. de emuni. eccles. c. vt in domibus. [illegible], quòd omnes superiores emunitates habet ecclesia, et non dum constructa sit. vt extrà. eo. ti. c. ecc [illegible] sia. sicut & aliàs sponsa habet idem priuilegium in recuperanda dote, quàm habet vxor. & ita prohibetur alienatio fundi sponsi [illegible], sicut & alienatio fundi dotalis, vbi iam matrimonium contractum est, vt ff. de priuileg. creditor. l. debemus. C. de bo [illegible] l. non sine ratione. & ff. de dotali fundo lega l. [illegible]. Illud nota, quod licet confugientes ad ecclesiam [illegible] tamen si

4 ipsam [illegible] lesiã delinquant [illegible] bebunt [illegible] quia [illegible] eam, vt ff. de mino. [illegible] pellationem [illegible] fragatur, vt [illegible] licet [illegible] propter [illegible] præsumit [illegible] ecclesiæ pro legatus ecclesiæ [illegible] sprædam [illegible] rit, debet compelli [illegible] & tantumdem debet [illegible] c. quia plerique. [illegible] rij, quòd infringant [illegible] munitatem eccl [illegible] ci pœna puniuntur. Primò, [illegible] communicantur, vt 17. quæ [illegible] 4. c. [illegible] admonitionem [illegible] uerint, damnum non [illegible] tripliciter, & vltimo sacr [illegible] gi canonicæ sen [illegible] incurrantur, & fortè pœna [illegible] aminati argenti [illegible] quæstion. 4. c. [illegible]

6 Vnde posset sic concipi libellus. LIBELLVS. Propono Titius procurator tali [illegible] ecclesiæ contra Seium, quòd [illegible] munitatem [illegible] ecclesiæ [illegible] ecclesiam ipsam fugi [illegible] authoritate propria inde extraxit: & damnum [illegible] vinum, occidendo animalia: quòd damnum æstimo [illegible] libris, quare ipsum peto pro tanto excessu excommunicari per vos dominum Episcope & damnum ipsi ecclesiæ emendari, & ipsum in triplum puniri [illegible] emunitatem ecclesiæ. Quòd sic [illegible] de concipiatur libellus, probatur per prædictum canonem. [illegible] quæstio. 4. c. quisquis. quòd autem [illegible] ecclesiæ sit soluenda compositio cuius emunitas est fracta, [illegible] canon 17. quæst. 4. c. si quis arbitrio. QVÆSTIO. Sed quæritur quid dicitur ipsum in triplum puniri, quòd est illud simplum, quòd debet [illegible]plicari? Respondeo, sunt nongenti solidi, vt 17. quæst. 4. c. si quis contumax. vnde [illegible] secundum hoc expressius ponitur in libello: & ipsum in pœna pecuniaria nongentorum [illegible] in triplum ipsi ecclesiæ condemnari. vel [illegible] dicitur [illegible] simplum quòd præstatur pro effractura im [illegible] triginta librarum argenti, vt 17. quæst. in. 4. c. quisquis. & sic ista [illegible] triplicatur. Sed licet omnes illæ pœnæ imponantur: nõ tamen omnes simul exiguntur [illegible] imponuntur [illegible] quod placet [illegible] quod excepit pertin [illegible] & [illegible] quod magis videtur ubi [illegible], vt argumentum extrà. vt lite non contesta. c. quoniam [illegible] nam sanctio [illegible] eum non æstimanti idem de [illegible] æstimatio [illegible] coercendi [illegible] ff. de pœ [illegible] delicto enim eisdem hominis debet sæpiùs quæri. vt ff. nau cau [illegible] l. licet. Ego autem credo omnes [illegible] pœnas imponi & posse agi simul: & hæc est ratio, quæ mouet [illegible] damni non est pœna, sed consequitur actor vt intereesse suum: licet quantum ad interesse sit pœna. & illud interest [illegible] excommunicetur [illegible] omnes offendit. quò [illegible] pœna ideò quia [illegible] quia emunitas ecclesiæ [illegible] & sic cum diuersi tangant, [illegible] sint mal [illegible] si diuersæ pœnæ imponantur non est mirum. & [illegible] omnibus possis agi dicit C. ad l. Iuliam de vi pub. vel priu [illegible] argumen. [illegible] & obligatio. [illegible] Nec [illegible] nunquam plura [illegible] potius est pro ipso, quam contra. & ff. [illegible] Multa tamen [illegible] pœnæ imponantur, non tamen simul [illegible] bello: sed pro [illegible] opinio vt hoc est pro ecclesia sed quidam voluit somniare & dicere quòd pœna fractæ immunitatis est extraordinaria æstimanda arbitrio & taxatione iudicis: sicut in actione iniuriarum, vt ff. de iniur. constitutionib. sed hoc est mirum, quòd legislator ponit pœnam [illegible] licet [illegible] & non ponit simplum pro quo [illegible] triplicandum: vnde hoc nihil est. [illegible] in summa C. de sacrosan. eccles.

De peculio clericorum & testamentis eorundem.

1 *Peculium propriè & impropriè quod dicatur.* 4

QVIA de peculio clericorum & testamentis eorum sæpius dubitatur: & nihil de his cauetur in iure [illegible] lis vid [illegible] ascendam [illegible] quod tur [illegible] improprie dicitur [illegible] vnde nullus [illegible] potest habere [illegible] nec seruus bona [illegible] ff. [illegible] significat [illegible] patres famil. dicuntur [illegible] pecu [illegible] pecu [illegible] rum [illegible] proprium [illegible] detur: secundum [illegible] peculij [illegible] inter dicimus, quòd hæc [illegible] peculi. §. pote [illegible] filia pecuniam [illegible] ff. de peculio. [illegible] positi. §. peculium. [illegible] peculium, quòd præter cartam deposit [illegible] dicitur pecunia sine peculio fragilis est [illegible] autem [illegible] culio quando [illegible] in bellis et [illegible] tibus expo [illegible] totam suam pecu [illegible] bellis con [illegible] non essent in mundo. vt ff. de leg. 3. l. si chorus. [illegible] canonico dicitur

Peculium à pecunia: & pecunia dicitur à pecoribus: quia antiquorum pecunia in pecoribus erat, vt 1.q.3.c. totum. sicut habuit Abraham: sicut habuit Isaac: sicut habuit Iacob.

Quot modis dicitur peculium.

1 *Peculium secundum ius canonicum aliud est profectitiũ, aliud aduentitium, & aliud quasi castrense.*
2 *Clerici proprium & peculium habere possunt.*
3 *Monachi, canonici regulares, fratres minores & prædicatores, neque proprium, neque peculium habere possunt.*
4 *Peculium profectitium clericus, neq; alienare, neque de eo testari poterit.*
5 *Clericus qui diuersis ecclesiis præfectus est quod acquirit, omnibus ecclesiis secundum quotam quærit.*
6 *Tutor qui tempore suscepta tutela tenuissimæ erat fortunæ, licèt posteà ad amplissimam fortunam deuenerit: hoc de bonis pupilli euenisse præsumendum non est: si bonam tutelæ rationem reddiderit.*
7 *Persona quæq; generans & generata gradum facit.*
8 *Datum aut legatum Episcopo vel administratori an & quando personæ vel dignitati datum aut legatum esse cẽseatur.*
9 *Abbatissa etiam non ingressa monasterium legare non potest.*
10 *Clerici de peculio aduentitio & testari & alienare possũt, & venientes ab intestato succedunt.*
11 *Clerici non habentes neq; administrationem neq; prælationem, si aliquid relinquatur, contemplatione personæ relictum esse censetur.*
12 *Libellus quo modo formandus sit quando syndicus nomine ecclesiæ bona profectitia clerici à detentore vendicat.*
13 *Clerici bona acquisita in dubio ex ecclesiæ bonis acquisita præsumuntur.*
14 *Testamentum factum coram tribus aut duobus testibus quòd valeat, iuris canonici est.*
15 *Hæredis institutio totius testamenti caput & fundamentum est.*

1 ET licèt in iure ciuili sit multiplex diuisio peculij: in iure tamen canonico potest notari triplex diuisio: scilicèt, profectitium, aduenticium: & quasi castrense. Profectitiú potest appellari quod proficiscitur de bonis ecclesiæ. Aduenticium quod prouenit clerico obtentu personæ non contemplatione ecclesiæ, quòd potest appellari quasi castrense: potà, legatur clerico ab aliquo consanguineo, vel donatur sibi ab aliquo amico suo: vel acquirit aliquid clericus ex illo iusto patrocinio quod præstat in foro ecclesiastico alicui: & maxime in curia Romana: ista talia acquisita dicuntur peculia clericorum quasi castrensia: vt in Authent: de sanctiss. Episcop. §. presbyteros. col. 9. QVAE-
2 STIO. Sed quæritur an clerici possint habere aliquod proprium vel etiam Episcopi? Respondeo, sic: nam olim per Augustinum fuit institutum, vt nullus clericus haberet proprium, sed totum haberet in communi, & communiter viuerent. posteà idem Augustinus mutauit: & sic primitiua ecclesia in statu primo fuit. vt 12. quæst. 1. c. nolo. & c. non dicatis. & c. certe ego sum qui statueram. Et sic omnes clerici possunt habere peculium & proprium: nisi fortè sint tales qui sæculo renun-
3 tiauerunt: vt monachi, canonici regulares, & fratres minores, & prædicatores: nam isti non possunt habere peculium, nec proprium: sed quando in administratione sunt, possunt nomine ecclesiæ de licentia abbatis sui, vt extra de statu monachor. & cano. c. cùm ad monasterium. & c. monachi. Sed licet clerici possint habere peculiũ nomine suo, & nomine ecclesię & peculium profectitium & aduenticium, seu quasi castrense: tamen istud peculium, quòd est profectiti- 4
um, nullo modo clericus alienare potest: nec etiam super illo condere testamentum: imò tenetur totum ecclesiæ relinquere: imo si aliquem contractum facit super illo peculio, vel emptionis vel alterius, nomine ecclesiæ facit, & non nomine suo, vel nomine alterius: & si fecerit nomine alterius, ab illa ecclesia in qua est ordinatus discedat, vt extrà. de pecul. cleric. c. vnusquisque. & c. inuestigandum. & c. inquirendum. adeò quòd si in terra ecclesiæ vineam plantauerit eam potest in vita sua tenere: tamen debet postea ecclesiæ relinquere, vt extra. de pecul. cleric. c. si quis. imò si clerici sine beneficio. & aliqua acquirant: subaudi, nomine ecclesiæ vel etiam contemplatione ecclesię: siue ex testamento siue ab intestato decedant: totum debent ecclesiæ relinquere, vt extra. de testament. & vltim. volun. c. officii. & si aliqua mobilia acquirunt per ecclesiam vel non, tunc vel occasione ecclesiæ non possunt de illis testari: viuentes tamen in ægritudine possunt aliqua de illis dare causa eleemosynæ. vt extra. de testamentis. c. ad hoc. Alìter enim mobilia vel immobilia per ecclesiam acquisita alienare non possunt, vt extrà. de testamen. c. relatum. QVAESTIO. Sed quid si clericus ha- 5
buit in diuersis ecclesijs diuersa beneficia, cui ecclesiæ acquiritur id quod per illum clerum acquiritur? Respondeo: quòd secundum beneficiorum æstimationem illa acquisita diuidet, & sic quælibet ecclesia secundum illam diuisionem recipiet portionem suam. vt extra. de testament. c. relatum. In Episcopo autem habes, quod si aliqua habuit ante episcopatum, quod illa potest alienare: & super illis condere testamentum. Sed si aliqua post episcopatum acquisiuit illa non alienabit, nec super illis testabitur, vt extrà. de testament. c. Iura tamen ciuilia aliter distinguunt, tam in Episcopo quam in administratore cuiuslibet loci religiosi: vt tam episcopi quàm ipsi administratores quæ habuerant ante episcopatum vel ante administrationem ab aliquo ipsos contingente vsque ad quartum gradum, de his possint testari, & alienare: si hoc probatum fuerit ab illis, quibus illa bona relicta sunt: alioquin in dubio restat pro ecclesia probatum, vt præsumatur omnia de bonis ecclesiæ illius esse, cuius Episcopus fuit vel administrator acquisita: ad instar vxoris quæ præsumitur omnia habere de bonis mariti, vt ff. de donat. inter virum & vxorem l. Quintus Mutius. & C. de donatio. inter vir. & vxorem l. etiam. illa autem omnia quæ post Episcopatum vel post administrationem acquirit: omnia illi ecclesiæ relinquet, cuius est Episcopus, vel cuius administrationem habuit: vt in Authent. de ecclesiastic. titul. §. si quis autem. collation 9. OPPOSITIO. Sed videtur posse opponi quæ habentur. C. arbitrium tutelæ. l. si defunctus. vbi dicitur, 6
qui fuit pauper tempore susceptæ tutelæ, licet postea multa habuit, non præsumitur habere de bonis pupilli. Sed respondeo: illud ideò contingit quia tutor reddiderat bene rationem suæ villicationis: & ideò non est præsumptio quòd de bonis pupilli haberet: sed si poneres quòd bonam rationem non reddidisset, præsumptio esset quòd de bonis pupilli habuisset. Item tu instabis, quòd non bene iura inducuntur de vxore, quia illud ideò euenit: quia præsumitur habere de bonis mariti quod habet mulier ratione vitandæ suspicionis turpis quæstus. Respondeo verum est: sed quod facit ista præsumptio ibi, hoc facit in prælato & administratore. Sed attende, quòd dicit Authent. vsque ad quartum gradum. hoc intelligas secundum iura ciuilia de fratribus consobrinis, qui sic vulgariter appellãtur: illi enim sunt in quarto gradu: duo enim fratres carnales sunt in secundo gradu: nam linea transuersalis non habet primum gradum: quare? ideò quia sola linea descendens & ascendens habet primum gradum. vnde de necessitate sequitur, si pater & filius sunt in primo gradu, quòd duo fratres faciant inter se alium gradum. Et prætereà respond. aliter, quod oporteat quòd 7
quæli-

quælibet persona generata & generans faciat gradum, vt Institu: de gradib. cognat. Et ideò si vsque ad quartum gradum persona cõiuncta aliquid donet vel leget Episcopo vel administratori potiùs ratione consanguinitatis quàm ratione episcopatus sibi reliquisse
8 præsumitur. argum. ff. de Castrens. pecul. l. si forte. & l. si pater. & l. si filius. † Quidam tamen tentauerunt dicere, quòd si aliquid relinquatur Episcopo non addito proprio nomine: sed si dicat relinquo Episcopo Bononiensi. tunc sine distinctione acquiratur ecclesiæ, vt ff. de annu. legat. l. annua. sed intelligo legem illam secundum distinctionem Authentico. Dominus autem P. voluit ex sua subtilitate notare, quod quando aliquid legatur Episcopo à quocunque, & apponatur nomen proprium & appellatiuum, referat quid cui præponat: si præponat proprium nomen appellatiuo: putà, dicendo sic: relinquo decem Ioanni Episcopo, videtur sibi esse relictum contemplatione personæ: vnde ecclesiæ non acquiritur: & ideò poterit de hoc testari & alienare pro voluntate sua. Si autem præponat appellatiuum proprio: verbi gratia, dicendo sic: lego 10. Episcopo Ioanni: tunc ecclesiæ acquiratur: quia videtur esse relictum contemplatione dignitatis, & non personæ: & ideò illud non poterit alienare, nec de hoc potest testari: & habes argumentum. ff. de stipulat. seruor. l. si communis seruus. Vel si propria nomina præponantur appellatiuis: putà stipulatur seruus sic: promittis Titio & Lucio dominis meis: tunc acquiret dominis pro parte virili. ad hoc facit ff. ad Trebellian. l. quotiens. & l. nunquam. & C. de impube. & aliis substitut. l. 1. Si autem præponat appellatiua proprijs: putà sic, promittis dominis meis Lucio & Titio: tunc acquiritur dominis pro dominica portione, quia tantum habebit vnus
9 in illo acquisito quantum habet in seruo. † Item abbatissa alicuius loci aliquid legare non potest, licèt habitum non susceperit. vt extra. de testament. c. quia ingredientibus: si enim susceperit habitum, & ingressa est monasterium de illa non est dubitandum: quia testari non potest, vt C. de sacrosanct. eccles. authen. in-
10 gressi. † Si autem sit peculium aduenticium: tunc super illo testari potest, & alienare, & in illo venientes ab intestato succedunt. vt extrà de testament. c. tua nos. &
11 c. relatum. Illud tamen in iure canonico nota, quòd † si aliquid relinquatur alicui non habenti administrationem vel prælationem, quòd præsumatur sibi esse relictum contemplatione personæ. vt extrà. de testamẽ. c. requisisti. sed licèt ita iure ciuili distinguatur, de his quæ relinquuntur Episcopis ab his qui contingunt eum in quarto gradu, vt superiùs dixi: tamen de iure canonico non fit eadem distinctio, si non specificat gradum coniunctionis. sed dicit sic, si relinquatur Episcopo à coniuncta persona: & forte intelligo secundum Authentic. vsque ad quartum gradum: quia promptum est leges legibus concordare, vt C. de inoffic. dotib. l. vnica. & optime distinguit decret. quando relinquatur ecclesiæ & Episcopo: vel quando ecclesiæ tantum. quæ portio debeatur Episcopo, & quæ ecclesiæ. extrà. de testament. c. requisisti. Sed decretistæ, qui non numerant gradus consanguinitatis sicut numerant legistæ fortè admittunt, quòd computetur persona vsque ad quartum gradum: vt Institut. de gradibus. § vltim. & §. consobrinos. & sic computatur vt generaliter sonat verbũ quartum gradum. Alij, quòd non approbo, volunt intelligere coniunctam personam vsque in infinitum. Verum quia omnia quæ sunt de profectitio peculio clericorum, ecclesiæ acquiruntur: ideò si ab aliquibus illa bona detinentur, possunt nomine ecclesiæ vendicari. vnde concipiet syndicus vel actor sic libellum. LI-
12 BELLVS. † Petit talis syndicus vel actor talis ecclesiæ à tali res tales, quas dicit ad ipsam ecclesiam pertinere iure dominij vel quasi, de hoc libello quære sicut alias diximus in tractatu ciuilis de rei vendicatione. Quòd autem illa quærantur ecclesiæ probant iura prædicta canonica. & C. de sacrosanct. eccles. l. vltima. Potest & alio modo formari libellus vt magis specificet factum & dicat sic. LIBELLVS. Coram vobis domine talis iudex ordinarie (si ordinarius est:) vel (si est iudex delegatus) coram vobis domine M. à summo pontifice vel à domino Papa iudice delegato, proponit Ioannes actor ecclesiæ sanctæ M. & petit nomine ipsius ecclesiæ contra Martinum de tali loco, quòd ipse tenet seu possidet talia prædia seu tales domos quæ Titio clerico prædictæ ecclesiæ nomine vel contemplatione ipsius data fuerunt: vel quæ acquisiuit de bonis ipsius ecclesiæ: in qua ecclesia fuit beneficiatus, & non acquisiuit de artificio, nec ex negotiatione sua. vnde cùm ipsi ecclesiæ sint acquisita: ideò res ipsas ab ipso peto cum fructibus inde perceptis & percipiendis. Non pono in libello mihi nomine meo restitui: quia cum agitur personali actione, tunc illud verbum: scilicèt, restitui, consueuit apponi. At quando reali, non: quia tunc agimus contra eum, qui nullo iure est obligatus nobis: sed ideò quia rem tenet seu possidet, vt Instit. de actioni. circa princip. & de hoc nota supra de rei vendic. Melior tamen mihi videtur & planior primi libelli forma. Duo in 13
vltimis nota. primum † quod in dubio si non est certum verùm de bonis ecclesiæ vel eius contemplatione sit illud quæsitum vel aliunde: scilicèt, ex artificio suo vel ex aduocatione sua, præsumo semper quòd sit de bonis ecclesiæ, sicut superius dixi. Verumtamen non ineptè posset distingui, vt consideretur quantum habuit in beneficio, & quantum ex artificio suo, vel ex aduocatione sua lucrari posset: vt secundum ista in dubio pro ecclesia vel pro alio possessore præsumatur. Si enim habet in redditibus ab illa ecclesia 10. libras, & ipse ex artificio vel ex aduocatione sua lucratur 10. marchas, non præsumam acquisitum de bonis ecclesiæ. QVAESTIO. Sed pone quòd tantum lucrabatur quantum habebat ex redditibus, quid tunc erit? Respondeo: in casu isto dicendum est, nec mihi nec tibi: sed diuidatur pro prima distinctione. præbet argumentum ff. de donat. inter virum. & vxorem l. verum. quare ergo ecclesiæ Anglicanæ & Gallicanæ possent habere rei vendicationem & vendicare infinita quæ sunt quæsita de bonis ecclesiarum ipsarum à clericis Romanis & Campanis, & alijs Italicis, qui fuerunt in ecclesijs illis beneficiati: quæ cùm mala conscientia illa quæsita consanguineis reliquerunt. Secundum: quia licèt iure ciuili certa solennitas & certus numerus testium in testamento desideretur: iure † tamen canonico valet testamentum factum coram tribus vel coram duobus, vt 14
extrà. de testamentis. c. cùm esses. & c. relatum. nec requiritur iure canonico, quòd testes sint rogati: quia illo iure non exprimitur. Veruntamen non omitto ad tollendum errorem de cordibus multorum in iure canonico, qui credunt quod aliquis in testamento possit vltimam voluntatem conferre in arbitrium alterius: vt ita dicat, Ego cõstituo mihi hæredem si tu volueris: vel ego ordino bona mea secundum voluntatem tuam: vel si dicat, ego dispono quod habeat potestatem minuendi [illegible] augendi, & hoc dicunt per decret. domini Innocen. III. extrà. de test. c. cum tibi de benignitate. vbi continetur quòd non videtur decedere intestatus, qui extremam voluntatem suam alterius dispositioni committit. Sed vt error ipsorum tollatur: testamentum est [illegible] mentis testatio. vt ff. qui testa. fa. facere poss. l. 1. Item testamentum nullum est, [illegible] hæredis in- 15
stitutio non habetur. quia † hæredis institutio caput & fundamentum est totius testamenti. vt Instit. de hæredita. instituend. quomodo ergo videor test[illegible] decedere, qui voluntatem non exprimo, [illegible] committo alij exprimendam. Item quomodo [illegible] testatus qui nullum hæredem mihi instituo[illegible] De- cretalem ergo illam sane [illegible] ligas, qu[illegible] in vltima voluntate sua dicit, sic: ego [illegible] quod omnia bona mea pro anima mea expendenda [illegible] dispositionem talis: tunc valet ista voluntas, non iure testamenti, sed iure vltimæ voluntatis: vel valet iure testamenti, quia ista generalis distributor habetur loco hæredis: vt notatur suprà in libello [illegible] in speciali rubrica de actione ex testamento. & de illi distributore loquitur prædicta decreta. & loquuntur leges

leges C.de episcop.& cleri.l.nolli licere.& l.de ceteuimus.& l.si quis ad declinandam. Alioqnio prædictæ omnes institutiones nullæ sunt, & captatoriæ. vt C.de hæredi.institu.l.captatorias.& ff.de hæred.institu.l.illæ institutiones. Caueat tamen sibi ille qui generalem distributorem relinquit, ne sibi contingat, sicut contigit cuidam, quem bene cognoui. Quidam laborans in extremis reliquit Titium generalem distributorem bonorum suorum pro anima sua: ista Titius habebat vxorem & filios & filias & nepotes: mortuo illo Titius iste fecit congregari totam familiā suam in domo sua, & omnia illius defuncti illis distribuit, sic dicens: tibi vxor mea talem domum illius defuncti do pro anima eius, canta pater noster: & tibi fili do vineam eius similiter, canta pater noster. & sic inter illas personas bona illius miseri defuncti diuisit seu distribuit.

De regularibus & transeuntibus ad religionem. Rubric.

1 *Persona maior, sui iuris, sana mentis, & sponte, vt profiteatur tondi potest.*
2 *Clericari quis in septimo anno, & non antè potest.*
3 *Probationis tempora quæ sint: & quid differat in his ius ciuile à canonico.*
4 *In probationis temporibus, quæ ius canonicum statuit, obseruantur.*
5 *Probationis tempus arbitrarium.*

RVBRICA quædam hic ponitur, de regularibus & transeuntibus ad religionem. Sed licet ista rubrica sic ponatur, vt det intelligere quando ad aliam religionem regularis vult transire: tamen generaliter tractat de omnibus, qui religionem assumunt. Videamus igitur in primis quando aliquis fiat regularis monachus, clericus seu religiosus: posteà videamus quādo iste possit ad aliam religionē transire. Inprimis est considerandum de persona quæ debet fieri religiosa, vtrum sit maior 14. annis, vel minor. Item vtrum sit in potestate patris, an sit sui iuris. Item vtrum sit sanæ mentis, an non. Item vtrum spontè hoc faciat, vel inuitus. † si persona est maior, & est sui iuris, & est sanæ mentis, & sponte hoc faciat, tonsurari potest. vt extrà. de regularib. & transeun. ad relig. c.nullus. quam decre. intelligas ad profitendum, vt fit monachus: vt 20. quæst.1.c.aliàs.& 9.quæst.3.c.nullus.& extrà. de regul. & transeunt ad relig. c.quia in insulis. † clericus tamen potest fieri statim, ex quo est doli capax: scilicèt, in septimo anno. vt 28.distinct.c.de his.77.d.c.quicumque in singulis. ante septennium enim non potest fieri clericus: quia eius ætas quid videat ignorat, vt C.de fal.mod.l.1.& argumentum præbet.C.de iure deliber. l.si infanti. in multis tamen partibus minorem triennio faciunt clericum ad hoc vt possit, sic malo modo cum proditione animæ præbendas acquirere.& audio quod nepoti cuiusdam Cardinalis, qui erat in cunabulis, in tali ætate collata fuit maxima præbenda, per ipsum eundem Cardinalem qui fuit legatus in partibus anglicanis. QVÆSTIO. † An autem per tantum tempus debeat quis esse in probatione, antequàm recipiatur in clericum, vel in monachū vel in aliquem religiosum: an statim recipiatur: an dato sibi aliquo tempore probationis? In parte ista iura varia videntur. nam quædam iura dicunt, quòd per annum probari debent omnes illi, qui profiteri desiderant, vt 17.quæst.3.c.consaldus. alia dicunt quòd per biennium. vt 19.quæst.1.c.monasterium. alia dicunt quòd per triennium. vt 54.distinc. c.1.& in Authentic.de sanctissim. episcop.collat.9.§.si quis autem monasterium. Alibi dicitur quòd per 15. annos, quando curialis vult fieri clericus. vt in Authent. de sanctiss. Episcopi.collat.9.§.sed neque curialem. Soluit Tancre. ista contraria: vt clericus notus stet in probatione per annum. vt in d.c.Consaldus. clericus verò ignotus, & laicus ignotus, per triennium in probatione esse debent, vt 17.quæst.n.2.c.si quis incognitus. Iure verò ciuili, si clericus vel laicus notus est: incontinenti potest eum prælatus in monachum recipere & si prouideat, præbeat ei scæma & habitum monachalem, & recipiat professionem. Si verò est incognitus: aut cuilibet fortunæ subiaceat, ante tres annos non accipiet scæma monachi: vt in Authen.de sanctiss.episcop. collat.9.§.si quis autem ad monasticum. † Sed in parte ista seruatur quod iure canonico dicitur: scilicèt, per decret.domini Innocen.III.extrà. de reg. & transeun. ad religi.c.apostolicam. vbi datur ignoto annus probationis. verum si ante annum habitū suscepit, & professionem fecit, erit amodò monachus: quia quilibet potest renuntiare his quæ pro se sunt introducta. Tempus enim à sanctis patribus fuit ideo diffinitum, vt cōuersus asperitatem regulæ, & Abbas mores monachi illius valeant experiri: & sic pro vtroque tempus probationis fuit inuentum: & in subsidium fragilitatis humanæ spatium probatiōis fuit regulariter institutum: & caueant sibi Abbas & monachi, quòd ante annum incognitum non recipiant: licèt factū teneat: alioquin castigabuntur. vt extrà. de regular. & transeuntib. ad relig.c.ad apostolicam.& sic propter diuersa tempora quæ statuuntur in iure datur intelligi, † quòd tempus probationis sit arbitrarium.& hoc dixit Alanus. Verū consulo isti qui ingreditur, & est infrà tempus probationis: vt propositum suæ intentionis explanet quo animo ingrediatur: nam si ingrediatur eo animo, quòd volebat habitum mutare: & modò vult esse in seculo: tunc non potest ad seculum redire: sed si vita illa sibi non placeat, debet ad latiorem regulam transire. Si autem eo animo intret, vt si non placeat sibi illa religio, quòd ad seculum reuertatur: tunc secundum illam regulam habenti habitum cum illa veste, cum qua intrauit, cum illa reuertatur. vt extrà. eodem titu.c.consulti.& c.super eod.& sic proderit protestatio isti. sicut & alibi. vt ff.de relig.& sumptib.funer. l.at si quis. §.interdum. ne forte in dubio iste ad seculum redire non possit.

Quot sint necessaria, vt quis fiat religiosus. Rubric.

1 *Religiosus esse qui desiderat, profiteatur oportet.*
2 *Professio quid.*
3 *Professio tria continet, quæ per dispensationem remitti non possunt.*
4 *Pacta quæ fiunt in professione professionem ipsam vitiant.*
5 *Conditiones posita contra matrimonij substantiam, matrimonium ipsum vitiant.*
6 *Professio qualiter fiat.*
7 *Professio regularis, non habitus monachum facit.*
Habitus an religiosum faciat.
8 *Habitus triplex, professionis scilicèt, conuersionis & probationis.*
9 *Quis talis esse præsumitur, qualis habitus eum demonstrat.*
10 *Monachum facere voto pater an possit.*
11 *Intellectus c. cùm virum. de regular. & transeun ad relig.*
12 *Filiusfamilias vxorem ducere non cogitur.*
13 *Filiusfamilias post decimumquartum annū de monasterio exiens quæ bona ex paternis vendicare possit.*
14 *Omne delictum in impuberis personam præter carnis crimen cadit.*
15 *Furiosus vel mente captus religiosus fieri non nisi compos mentis factus, in religione perseueret.*
16 *Religiosi quare regulares dicantur.*
Libelli concipiendi formula contra monachum qui habitu derelicto se in regularem canonicum creari fecit.

NVNC videamus quot sint necessaria vt quis fiat religiosus, præter tonsurationem, præter tēpus probatiōis. Et certè † necessariū est, vt ille q. vult esse religiosus, quòd faciat professionem. Videamus igitur

igitur quid sit professio, & quid contineat professio.
2 Professio † est solennis promissio religionis. Continet
3 autem professio ista † tria. Primò, renunciare proprijs.
Secundo, promittere continentiam. Tertio: promitte-
re obedientiam & reuerentiam: & ita sunt illa tria de
substantia professionis, quòd per dispensationem re-
mitti non possint. quæ autem sint alia à quibus mona-
chi debeant abstinere, omnia habes extra. de statu mo-
nach. & c. regul. c. cùm ad monasterium. & optime ac-
cedit Authen. de monach. coll. [illegible] Item accedit decre. in
prædicto tit. de sta. monach. c. monachi. & c. quòd Dei
4 timorem. QVAESTIO. † Quid ergo de illis, qui cum
religionem assumunt, & faciunt professionem, pacta
& conditiones apponunt. multi dicunt ita: nos ista vo-
lumus retinere in vita nostra. Item [illegible] stipulatur ab
Abbate: tu dabis mihi talem obedientiam, vel talem
ecclesiam toto tempore vitæ meæ possidendam vel si-
milia. Respondeo quod omnia illa pacta & conditio-
nes sint nullæ: quia contra bonos mores sunt. vt alias
pactum de futura successione. & [illegible] ia, vt C. de pact. l. de
quæstione. & ff. de pact. l. iurisgentium §. prætor &
quia omnia contra substantiam ipsius religionis, &
professiones sunt. vnde videtur, quod vitient illam pro-
fessionem, quasi quod professio sit nulla, & ille non fi-
5 at regularis † sicut & conditiones appositæ contra sub-
stantiam matrimonij vitiant matrimonium: puta, si v-
nus dicit alteri: contraho tecum matrimonium, si ge-
nerationem prolis euites: vel contraho tecum donec
inueniam aliam honore vel facultatibus digniorem.
vt extra. de condit. appo. in sponsal. vel in alijs contra-
ctibus c. vltimo. ad id etiam facit quod habes Institut.
de legat. §. vltimo, vbi conditio impossibilis vitiat le-
gatum. Item ad hoc accedit quod habes. ff. de actioni-
bus & obligationib. l. non solùm. vbi dicitur, quòd v-
bicumque conditio impossibilis in contractibus appo
nitur, contractus vitietur: & videtur velle contrahen-
tes contractum illum non valere: nam si côcedatur ser-
uitus aquæ hauriendæ, & apponatur pactum vt hau-
stus non concedatur, non videtur seruitus constituta.
vt ff. de seruitu. rustico. prædiorum l. item si sic. §. fin. I-
tem econtrà licèt pacta & conditiones turpia sint, &
contra bonos mores, tamen remotis conditionibus il-
lis & pactis, tenet monachatio: vt extra. de conditio.
apposit. in sponsal. vel in alijs contra. [illegible] c. si conditio
nes. in fine. Institut. de hæredibus instituen. impossibilis,
vbi dicitur, quòd impossibilis conditio apposita habe
tur pro non scripta, & hæreditas in diem vel ad diem
relicta remoto vitio temporis, remanet institutio, vt
ff. de hæredib. institut. [illegible] hæreditas. & posset in materia
ista allegari pro ecclesia totum illud generale. vtile
per inutile non vitiatur. Item si adijciatur in peculio
legato quod sit contra formam peculij, adiectio non vi
tiat, vt ff. de pecul. leg. l. peculij. §. [illegible] vn [illegible] quendam
nobilem iuuenem qui recitauit mihi in curia, quòd i-
pse fuit in quodam monasterio per quatuordecim an-
nos, & in simul cum omnibus monachis comedebat
carnes in refectorio, completo 14. ann. ipse fecit pro-
fessionem in ipso monasterio: visitatores venientes vi-
sitare monasterium, prohibuerunt illis monachis, &
illi iuueni esum carnium: iuuenis ille dixit. Nunquàm
ego consensissem illi professioni, si regulam illam sci-
uissem sic arctam: nec fuit auditus in curia, quòd ad a-
liam regulam latiorem posset se transferre. Vnde in
parte ista, salua opinione melius scientis, respondeo
vbi conditio impossibilis apponitur, quæ contra sub-
stantiam religionis sit, & maximè in persona istius,
qui futurus erat monachus, & sic quodam modo vide-
tur, quòd totum vitietur, & nihil agatur. sicut in lega-
to vbi apponitur conditio in persona eius à quo relin-
quitur: vel in contractibus, vbi vterque obligatur: vt
in prædicta l. non solùm. ff. de actio. & obligatio. Cæte-
rùm si alia pacta apponantur, cum turpia sint, dico in-
gressum tenere. & illum fieri religiosum: licet pacta
6 attententur. Fit autem † ista professio in manu Abbatis
sic. Ego Titius promitto Deo & vobis domine Abbas
me seruaturum continentiam, quantum Deus fragili-
tati meæ permiserit: & renuncio proprijs & vobis ob-
edientiam & reuerentiam promitto: & sic postea reci-
piet habitum: & sic professio regularis facit monachū
† & non habitus: vt extrà. de regularib. & transeunt. ad 7
religionem c. porrectum. & c. ex parte. & extrà. de re-
nuntiat. c. ex transmissa & extrà. qui cleri. vel votum,
matrimon. contrah. possess. c. consuluit. in qua decre.
optimè continetur, qualiter fiat professio: scilicet, vel
in manu Episcopi, vel Abbatis, vel alicuius abbatissæ,
vel super altare. OPPOSITIO. Econuersò videtur,
quòd solus habitus faciat aliquem religiosum. vt 27.
distinct. c. quod interrogasti. & 27. quæstion. 1. c. viduas.
& extrà. de relig. & transe. ad re. c. vidua. & c. super eo.
Solutio: verum est de plano, quòd habitus sine profes-
sione non faciat monachum seu religiosum, sed sola
professio vera vel præsumpta. de vera teneas, quòd v-
bicunque fiat in ecclesia, vel extrà, faciat monachum,
& solennizet votum: vt extrà. qui cleri. vel vo. c. insi-
nuante. Si verò in ecclesiâ quis suscipiat habitum, præ-
sumitur professionem fecisse seu promisisse: ita quòd
huic præsumptioni stetur, in quo casu loquuntur iura
contraria, nisi probetur contrarium: vt extrà. quòd me
tus causa. c. perlatum. Si autem extrà ecclesiam susci-
piat habitum, non censetur monachus vel religiosus.
vt extra. qui cleri. vel vo. c. consuluit, nisi probetur cō-
trarium. vt extrà. qui cleri. vel vo. c. insinuante. Alij ve-
rò aliter soluunt ista contraria, & dicunt, † quod tri- 8
plex est habitus: est enim habitus professionis. qui vo-
tum continentiæ habet annexum: vt in prædicto c. quòd
interrogasti. & in c. viduas & est habitus conuersionis
qui votum habet annexum, licèt non solemne. vt in
prædicto c. super eod. & est habitus probationis, qui
nullum habet votum annexum, in quo casu intelligū-
tur iura quæ dicunt, quòd habitus non faciat religio-
sum: sed prima solutio magis placet magistro Tancre.
QVAESTIO. † Sed quid dicemus in dubio, non potest 9
probari aliquod aliud nisi quod portauit aliquis habi-
tum, quid præsumemus? forte posset dicit, quòd præsu-
meretur religiosus, & hoc his argumentis. nam si ho-
nesta mulier vadat induta veste meretricali, si fiat sibi
iniuria, non punitur iniuria: quasi facta matronæ cum
meretrix præsumatur. vt ff. de iniur. l. item apud Labeo
nem. §. si quis virgines. & si quis clericus vadat sicut
laicus, & aliquis ipsum verberet, ignorans ipsum esse
clericum: non incidit in canonem latæ sententiæ, vt
extrà. de sentent. excommis. c. si vero. Multotiens enim
per actus extrinsecos præsumitur quid homo gerat in
mente. vt argum. C. de testa. l. non codicillum Illud au-
tem nota, quòd potest quis fieri religiosus, & remanet
in domo propria: sicut vides hodie de illis continenti-
bus, & de multis oblatis: vt dicit decre. extrà. qui cleri.
vel vo. c. insinuante. Quòd autem dixi in principio de
maiore 14. annis ideò dixi: quia si minor intrasset reli-
gionem, adueniente 14. anno exire posset: nisi sit à parē-
tibus oblatus: vel nisi post 14. annum illam religionem
approbauerit. vt extrà. de regular. & transe. ad relig.
c. significatum. & c. cum virum. nam monachum seu
religiosum facit propria professio, & paterna deuo-
tio. vt ibi dicitur. Et quòd de parentibus dicitur, intel-
ligas de patre vel auo in cuius potestate est: non intel-
ligas de parentibus ita vulgariter. Sed in parte ista iu- 10
ra variare videntur. nam quidam dicunt, † quòd pater
filium maiorem 14. annis non potest facere monachū.
vt in prædicto c. significatum. & c. cum virum. Et cum
in illo c. cum virum. littera talis sit, monachum facit
aut paterna deuotio, aut propria professio. Et in præ-
dicto c. significatum inueniatur, quòd minor 14. annis
possit exire religionem quam intrauit, nisi fuerit à pa-
rentibus oblatus: tunc enim in eadem religione vel in
alia manere potest. Item pater filiam impuberem &
inuitam dat religioni: vt in prædicto c. cum virum. E-
contrà videtur, quòd non: nam si pater filium impube-
rem facit religionem intrare, filius potest religionem
exire post 14. annum. vt extrà. de reli. & transe. ad reli-
gion. c. cùm scimus. ad idem facit c. antiquus. [illegible] q. 1. c.
puellæ. vbi dicitur, quod puellæ quæ non coactæ parentū
impe-

imperio, sed spontanea volonrate habitum suscipiunt
ad matrimoniũ conuolare oon possint Solotio: verum
est. quòd patetna deuocio filium impuberem faciat
monachum: sed de honestate intelligas hoc: non de ne-
cessitate: aliquando est filius patri obedines: nõ tamen
iutelligas quòd pateroa deuotio filium inuitum faciat
11 monachum. & quod dicitur † in prædicto c. cum vir-
um. aut paterna deuotio: eapone, aut, pro &: sicut &
alias in interdicto quòd vi aut clam. vt C. de ver. sig. l.
vlt. Et si tu opponis: oportet filium consentire propter
ius patriæ potestatis: nam sua valuntas consideranda
non est: nam velle omnioo non creditur qui obtempe-
rare tenetur, vt ff. de regul. iur. l. velle. sed licet vo-
luntas filij nihil attendat quandiu est infrà annos dis-
cretionis. post tamen voluntas eius attenditur: quia ex
ire potest, vt dixi Iure etiam ciuili postquàm filius est
pubes atteoditur eius voluntas, nec habet necesse pa-
12 ter coosentire: † nam filius fa. non cogitur vaorem du-
cere. vt ff. de ritu nuptia. l. non cogitur. nec contrahere
sponsalia. l. filiosami l. Si tamen filius patri consentiat,
licet inuitus, tenet matrimonium: quia magis voluit
sic cõtrahere, quam incurreee patris offensam, vt ff. de
ritu nup. l. si patre cogente. QVAESTIO. Sed mirum vi-
detur, quòd legitur in c. illo, cum simus. io fine: quod
† filius tunc de monasterio exiens post annum 14. pos-
13 sit bona paterna, quæ sibi ex successione veniunt, ven-
dicare. Sed quomodò potest hoc esse, cùm in illa decre.
dicatur, quòd pater ipsius factus fuerit monachus, &
omnia bona sua obtulerit monasterio. Respõdeo: quòd
ibi dicitur, quòd possit vendicare bona paterna: glosa:
non tameo omnia, sed portionem sibi debitam: vt di-
stinguit c. antiquus. 19. quæst. 1. c. si qua mulier. & in Au
then. de sanctis. Episcop. colũ. 9. §. si qua. & propter hoc
dixi suprà in principio de illa persona, quę est sui iuris.
Sed in decre. prædicta significatum sic habetur, quòd si
minor. 14. ann intret religiooem. & posteà velit exire
in 14. anno, quòd eum absoluas: ergo argum. sumitur ex
hoc quod fuit obligatus: si enim non fuisset necessaria
absolutio, non posuisset Papa, eum absoluas: vt extrà.
de elect. c. venerabilem. argumẽ. ff. de iniusto rupto te-
stamen. l. nam & si sub cooditione. & hoc sentiebat Ho
go. nam si patee delinquendo potest obligari diabolo:
vt extrà. de delict. pu. c. pueri. Et enim malorum mores
infirmitas animi non excusat. C. si aduers. delict. l. 1. er-
go multo fortiùs potest obligari Deo. Sed non est ita:
nam hic in religione ideò minor non obligatur: quia
ibi votũ intercedit: & omnis qui vouet, oportet quòd
sit maior, sic ergo hic & quia minor, & quia filiusfam.
illo voto non astringitur, vt ff. de pollicitation. l. si quis
rem. §. filius. & extra. de vo & voti redem. c. veniens. &
14 21. quæst. 5. c. tribus In delicto autem secus: † quia omne
delictum cadit in personam impuberis præter crimen
carnis: tale enim crimen post pubertatem incipit, vt ff.
ad leg. Iulia. de adulte. l. si maior. Vbi miseratio ætatis
produxit iudicem ad mitiorem pœnam, vt ff. de mino-
ri l. auxilium. §. in delictis. & sic aliud est in minore, &
aliud in maiore. vt de consecrat. distinct. 4. c. quæris à
me. Deo enim debet quisque ex deliberatione se obli-
gare. vt 27. quæstio. 1. c. nuptiarum. circa princip. non e-
nim vult qualitercunque obligatum admitti. & hoc
Vincẽtius. Ideò autem minorem dixi: quia minor Deo
non obligatur. quia eius ætas quid videat, igoorat, vt
C. de fal. mo. l. 1. & quia scientee fallere non videtur, vt
ff. de iureiuran. l. qui iurasse. licet lex illa posset induci
io contrarium. argom. hoc vide de matrimonio caroa-
li: vbi dicitur: minor 12. annis et si de facto contrahat, ta
men potest pœnitere adueniente 14. anoo. vt extrà. de
despoosat. impubet. c. de illis. Item ideò dixi de illa per
15 sona quæ sit sanæ mentis. † quia furiosa vel mente ca-
pta intrare non posset religionem, oisi postquàm com-
pos mẽtis facta est, perseueret in religione: tunc enim
valet, vt extrà. de religios. & transeunt ad relig. c. cùm
simus. & assignatur ratio in prædicto canone: quia à
mente alienatus non sentit: & ideò non poterit conseo
tire. & hæc eadem ratio redditur aliàs. nam consentire
noo potest furiosus: quia seotire oon potest, vt ff. de o-
ptio. lega. l. si tibi. & alibi dicitur, qoòd furiosus su us
non est, vt ff. ex quib. caus. in posses. eatur. l. Fulcinius.
§. latitare. & alibi dicitur, quòd habetur loco absentis
vel quiescentis. vt ff. de iur. codicill. l. 2. §. furiosus. &
aliàs habetur loco dormientis, vt ff. de acquir. possess. l. 16
1. §. 2. aliàs loco ignorantis & dissentientis, vt ff. de ritu
nuptiae. l. viro. §. penul. † Omnes autem prædicti reli-
giosi dicuntur regulares ideò, quia certæ regulæ ascri
bũtur, & promissione professionis prælatis suis astrin
guntur, vt superius diximus: & possent etiam dici om-
nes illi qui sub aliqua regula viuunt. Canon enim Grę-
cè, Latioe dicitur regula. vt 3. distinct. c. canon. Multi ta
men credentes fallere dominum, qui falli non potest:
cum ab ipso visitantur, & in loco ægritudinis iacent fa-
ciunt se canonicos regulares vel monachos, postea re-
cuperata sanitate in domibus remanent & proprijs bo
nis vtuntur, certè isti tales compellendi suot censura
ecclesiastica ad habitum resumendum: & monasteri-
um intrare: vt extrà. de regular. & trans. ad reli. c. sicut
vobis. Vnde contra prædictos potest Abbas concipere
sic libellum, si fortè de plano ipsos reuocare ad se non
potest. LIBELLVS. Coram vobis domine Episcope: vel
coram vobis domine G. à summo pontifice iudice de-
legato proponit Titius, œconomus monasterij sancti
Pauli, contra Sempronium: quòd cum ipse sit monaste-
rij nostri monachus, & professionem fecerit, & habi-
tum susceperit: tunc dimisso habitu ad monasterium
ipsum venire recusat, & viuere secundum alios fra-
tres secundum regulam: quare ipsum in mooachum i-
psius monasterij vendicamus adiecta causa de iure ca-
nonum, quo cauetur, vt illi qui professiooem faciunt,
debeant esse in monasterio, & regulam profiteri (sicut
patet per capitula supradicta) & ad hoc facieodum pe-
timus illum per vos ecclesiastica cen. compelli: vt di-
cit prædicta decre. sicut nobis. & rei vendic. l. 1. & ff. ad
munici. l. de iure omnium incolarum, vt in prædicta l.
de rei vendicat. notauit dominus Azo. sicut pater ven-
dicat filium, sic Abbas monachum, sic potestas ciuem
suum. Vel breuius concipias. vt dicas sic. LIBELLVS. Co
ram vobis &c. proponit Titius œcooomus monasterij
sancti Pauli cõtra Sempronium monachum ipsius mo-
nasterij, quod ipse dimisso habitu ad monasterium re-
dire recusat: vnde peto ipsum per vos ecclesiastica cen
sura compelli, quòd ad monasterium reuertatur re-
sumpto habitu, & viuat ibi secundum ordinem regu-
larem. Quòd sic rectè concipiatur libel. probant c. prę-
dict. & præcipuè decre. illa, sicut nobis.

Vtrum monachi vel canonici regulares possint transire de sua religione ad aliam.

Rubric.

1 *Canonicis regularibus, monachis vel alijs religiosis dimisso monasterio in quo professi erunt, an ad aliam religionem vel aliud monasterium migrare possint.*
2 *Obedientia bonum non aspernandum.*
3 *Superior quis dicatur à quo licentia petenda sit.*
4 *Religiosus qui venia non petita ad arctiorem vitam transiuit, non est propter hoc reuocandus.*
5 *Monachus ad ordinem Cister. transire potest.*
6 *Lex priuata an publicæ legi praeiudicet.*
7 *Monachi à quibus se abstinere teneantur.*
8 *Matrimonialium causarum cognitio ad quem pertineat.*
9 *Religiosus ad dignitatem ascendere non, nisi licentia petita potest.*
10 *Abbas an excommunicare possit.*
11 *Abbas officij nomen est, non dignitatis.*
12 *Monachus in Episcopum postulari potest.*

NVNC videamus † an aliqui postquam facti 1
sunt regulares canonici vel monachi, vel aliàs
religiosi, an possint dimisso illo monasterio, in
quo professi erunt professionem, vel ad aliud monaste-
rium, vel ad aliam religiooem migrare? Et certè vide-
tur

tur quod nullo modo: dicitur enim quod monachis
nullo modo de monasterio ad monasterium migrare
liceat, nec aliquis eorum aliud peculiare habere: sed si
hoc praesumpserit, monasterio quo ab initio conuersa
tus est, sub Abbatis sui regulam competenti coercitio-
ne reddatur. vt extrà de regular. & transe. ad re. c. Io-
annes. & c. non est dubium. & hoc ideo: quia causa le-
uitatis videtur hoc fieri. Caeterum si vult transire ad a-
liud monasterium: ideo quia asperitatem vitae sustine-
re non potest, ante professionem facere potest, vt extr.
eod. tit. c. super eo. Caeterum post professionem nun-
quam ad aliud monasterium transibit, nisi sit maioris
religionis, vt extrà eod. titu. c. sanè. vel nisi sit vitae ar-
ctioris. sed in his duobus casibus potest transire mona-
chus sine licentia Abbatis: debet tamen bene de hoc pe
tere licentiam: sed si non concedatur, transire nihilo-
minus potest, vt extrà eod. tit. c. licèt. QVAESTIO. Quid
est ergo quod dicis, quòd debeat petere. et si non conce-
datur tamen transibit. quid prodest ergo petere? certè
nihil, sicut videtur: & ita imposita videtur lex seu c.
verbis, & non rebus, quòd iura nolunt. vt C. communia
de legat. l. omne verbum. Respondeo: subditus debet
2 postulare: † vt bonum obedientiae non contemnat: &
debet cum humilitate postulare: & praelatus tenetur
sibi concedere de iure: vt in praedicta decr. licèt. & ali-
quid vides etiam simile, quòd licentia petatur, siue cō-
cedatur siue non: tamen ille qui petit facere potest quod
petere vult. sicut in magistro qui docendi licentiam pe
tit: vt extrà. de magistr. & ne aliquid pro doctr. exigat.
c. 1. idem habes in emphyt. vt C. de iure emphy. l. penu.
& hoc idem Ala. nam si debes eligere cum consilio, &
consensu alicuius, & requisitum fuerit eius consilium
siue consensus: siue consentiat, siue non: tenet electio.
vt extra. de arg. c. cum olim. & optimè argu. ff. de admi-
ni. tut. l. pater. Et hoc intelligas esse verum, quando cer
tum est quod illud monasterium sit arctioris vitae: vel
maioris religionis. alioquin si dubitetur, iudicio supe-
3 rioris relinquitur, vt extrà, eod. tit. c. licèt. † Et intelli-
go superiorem scilicet Episcopum loci. aut illum cui
Abbas subest: si verò sit exemptus, intelligo Papam. &
simile alias 7. quaest. 1. c. peruenit. extrà. de conces. prae-
bend. c. post electionem extr. de iur. pa. c. nullus. in Au-
then. de sanctiss. Episcop §. si a clero. coll. 9. & hoc secū-
4 dum Tancre. qui ista similia induxit. QVAESTIO. † Sed
illud quaeritur pone quòd aliquis non petita licentia
recessit ad arctiorem vitam, & hoc certum est: nūquid
est reuocandus? Consueuit dici, quòd non: dummodò
leuitatis causa non transeat: vt colligitur ex illo c. li-
cèt & certè ex illo. c. apertè liquet, quòd licentia est pe
tenda. Sed contraria quaedam videntur, argum. vt 19. q.
3. c. mandamus. extra. de aeta. & qua. & ordin. pati. c. in-
telleximus. & extrà. de re. & trans. ad reli. c. ad nostrā.
& c. sanè. 20. quaest. 1. c. puellae. QVAESTIO. Item quaeri-
tur: quomodò potest quis inuito suo praelato perso-
nam suam alienare, cum rem non possit alienare. & ma
ior sit alienatio personae quam rei: vt 17. quaesti. 1. c. 2. &
22. quaestio. 1. c. praecipimus. cum fortè clericus teneatur
ex iuramento obedire: vt 8. quaest. 1. c. sciendum. & per-
egrinari non potest clericus sine Episcopi licentia. vt
de conse. dist. 5. c. non oportet. & saepè bonum est omit-
tendum propter bonum obedientiae, vt 11. quaest. 3. c. quid
ergo. cùm obediendum sit. licèt quid iniustè praecipia-
tur, vt 23 quaestion. 1. c quid culpatur. Sed Respondeo,
licèt sit ita, facit hoc cum authoritate illius decre. ex-
trà. eod. titu. c. licèt. & instinctu sancti spiritus. vt & a-
5 lias extrà. de diuor. c. gaudemus. & sic monachus † ad
ordinem Cister. transire potest, vt in praedicto c. licèt.
Vnde sicut intellexi, (quòd & verum est) quòd stricti-
or sit regula Cister. quàm regula minorum & praedica-
torum, & hoc de facto vidi. nam quidam, me procuran-
te, cùm esset de fratribus minoribus, impetrauit à do-
mino Papa, vt possit ad ordinem Cister. transire, & sic
data licentia intrauit monasterium fossae nouae, quòd
est de ordine Cister. & recessit de vita fratrum minorū
quam profitebatur esse leuiorem. Item vide quòd dici-
tur in praedicto c. licèt. quòd ex lege priuata, quae publi
cè legi praeiudicat, & redditur pro ratione, quare pos-
sit monachus ad vitam arctiorem transire. OPPOSITIO.
Sed opponitur: legitur in iure † quòd vtilitas publica 6
est praeferenda priuatae. vt C. lib. 12. de primipilo. l. vti-
litas. & ff. pro soc. l. cum duobus. Respondeo: ibi appel-
lat dominus Innocen. legem priuatam scilicèt, illam
quae est timor Dei siue charitas. scilicèt de qua dicitur:
habe charitatem & fac quicquid vis. vt de poeni. dist. 2.
c. iudicata. & dicitur lex priuata, quia quilibet in sua
propria persona legem priuatam debet habere. Ita er-
go lex priuata praeiudicat publicae legi quae est, scili-
cèt vt quilibet religiosus debeat esse in suo monaste-
rio. In iure verò ciuili alio modo suscipitur lex publi-
ca & vtilitas publica: vt per exempla ipsarum legum
colligi potest. Item alibi legitur, quòd communis vti-
litas debet praeferri priuatae vt extrà. eod. tit c. licèt. &
est simile. 7. q. 1. c. scias. Sed hoc intelligas cum per pu-
blicam non impeditur priuata: aliàs propriam potest
quilibet praeponere: nam ordinata charitas à seipso in-
cipit. vt 23 q. 5. c. si non licèt. & ff. de iudi. l. si longius. &
ff. de praescript. verb. l qui seruandarum. & actor dicit
excussis proprijs aliena negotia cura. vel dic: vbi quis
vocatur ad praelaturam, tunc non potest suam praepone
re vtilitatem, vt 8. q. 1. c. in scripturis. sic nec praelatus
debet praeponere sua negotia negotijs ecclesiae. vt 12.
quaest. 1. c. quicunque. Vel dic, quòd si priuata vtilitas
in communi vtilitate includitur, tunc praefertur com-
munis vtilitas priuatae, aliàs non. vt ff. pro socio. l. acti-
one. § Labeo. vbi distinguitur, quae vtilitas consistat in
acquirendo, vel damno vitando: vt in primo casu prae-
feratur communis vtilitas priuatae: in secundo econ-
uersò. & hoc dicit Ioannes. Illud autem nota, quòd mo
nachi † vel Abbates non possint pecunias dare: nec in- 7
firmos visitare: vel vnctiones eis facere: nec missas pu-
blicas cantare: chrisma & oleum, consecrationes alta-
rium, & ordinationes clericorum, non dent nec faci-
ant: sed ab Episcopis accipiant, in quorum parochijs
sunt, vt 16. q. 1. c. interdicimus. nec de causis matrimo-
nialibus cognoscant: nec indulgentias concedant: nec
de episcopalibus iuribus se intermittant: nisi eis fue-
rit ex dispensatione concessum: vel nisi legitima causa
possint se tueri, ratione praescriptionis. vt extra de excessib. prae
lator. c. accedentibus. & 16 quaest. 1. c. doctos. quae autem
sint illa iura episcopalia legitur 69. distinct. c. quam-
uis Corepiscopis. & extrà. de offic. & potest. iudic. ordi
nar. c. conquaerente. Et sic cognitio † causarum matri- 8
monialium ad Episcopum pertinet de iure communi,
ex priuilegio tamen vel ex praescriptione pertinet ad
Archidiaconum, vt 27. q. 2. c. multorum. & extrà. de con
sangui. & affinit. c. ex literis. & extrà. de sent. & re iud.
c. tenor. & arg. de praescrip. c. auditis tonsuram tamen
primam imponere potest Abbas; scilicèt, in monaste-
rio suo: vt in praedicta dist. [illegible] quorum vices. & c. quoni-
am videmus. Potest etiam Abbas interdicere: & quos-
dam Abbates vidi vti pontificalibus: scilicèt, mitra &
annulo: sed hoc faciebant ex priuilegio. OPPOSITIO.
† Sed videtur quòd religiosus non possit ad dignitatē 9
ascendere sine licentia sui praelati. vt extrà. de tempor.
ordi. c. ad aures. & 18. q. 1. c. statutum. 21. q. 1. c. monacho.
& c. monachum. cum tamen praestiterit obedientiam
Abbati illam seruare debet. vt 100. distinct. c. contra mo
rem. 18. quaest. 1. c. sciendum. ff. de re milit. l. 2. §. in bello.
10. quaest. 3. c. absit. Argumen. contrà 12. q. 2. non liceat. &
quaesti. 5. c. iuratos. 11. q. 3. c. non semper. C. de decur. l. o-
mnes. Respondeo & dico, monachum petita licentia
ab Abbate posse ad dignitatem assumi siue licentia con
cedatur, siue non: & hoc propter publicam vtilitatem:
quia plus potest prodesse & proficere in dignitate,
quàm in monachatu: maximè in episcopatu. quia qui
episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: vt non
praesit, sed vt prosit, vt 8. quaest. 1. c. qui episcopatum. I-
tem sicut superiùs dixi, ad arctiorem religionem tran-
sire potest petita licentia, licèt non obtenta: ergo mul-
tò fortiùs potest transire ad dignitatem. Alij dicunt
quòd sine licentia ad religionem transire possit, & in
praedictis argum. vtraq; videatur sententia. QVAESTIO.

10 † Item quæritur: an Abbas possit excommuoicare sal-
tem monachos? Et videtur quòd sic: nam habet iurisdi-
ctionem: & iurisdictio sioe coertione nulla est, vt ff. de
offic. eius cui mand. est iurisdict. l. vltima. Alij contrà
(inter quos est Alanus,) dicunt quòd excommunicare
non possit: cùm eacommunicare ad Episcopum tantùm
pertineat, vt 10. quæst. 3. c. corripiantur. 16. q. 7. c. visis.
Sed arg. contra 2. q. 1. c. nemo. & hoc Alanos. Sed tamen
credo verum, quòd omnes prælati qui per electionem
eliguntur à collegio possint eacommuoicare, vt extrà.
de appell. c. reprehensibilis. & eatrà. de offi. & potest.
iudic. ordini. c. cum ab ecclesiarum. & eatrà. de iur. pa-
tron. c. cùm secundum. & extrà. de institu. canon. c. cùm
venissent. & 24. q. 2. c. de illicita. & eatrà. de symonia. c.
cùm nobis olim. & hoc dicit Tancredus. Tertij dicunt,
quòd ita potest eacommunicare Abbas sicut Episco-
pus, si hoc habet ea priuilegio vel ex consuetudine: a-
liàs non potest. Quomodò enim posset excommunica-
11 re Abbas † cùm illud nomen non sit nomen dignitatis,
sed officij: vt in decre. Item ego inuenio quod Abbas
debet esse subiectus hostiario monasterij. vt 16. q. 1. c. ge
neraliter. §. hoc idem. sed ibi loquitur secundum illa
tēpora, secundum quę laici erant Abbates, & ideò sub-
erant hostiario: quia hostiarius clericus erat. hodie au-
tem eùm clerici tantum fiant Abbates, absurdum esset
quòd hostiario subessent. QVAESTIO. Item quæritur po
namus quòd aliquis monachus postuletur in Abbatem
alterius monasterij, vel postuletur in Episcopum: po-
test ne ab illo monasterio recedere, esto quod petat li-
centiam ab Abbate suo, & non obtineat? Respondeo:
videtur quòd sic. nam certum est, quòd monachus ad
regimem ecclesiarum assumi possit. vt extr. de sta. mo.
c. monachi. & c. quòd Dei timorem. & 16. quæst. 1. c. do-
ctos. & c. si monachus ad clericatum. & c. in parrochia.
& c. cùm pro vtilitate. Respond. verum est quod possit
assumi ea dispensatione, sed de iure communi non: vt
eatrà. de reli. & transeun. ad reli. c. super eod. & extrà.
de capel. mona. c. in ecclesijs. & hoc Alanus. Vel aliter,
ipse non potest petere licentiam: sed si vocetur ad regi
12 men: recipere potest, vt in prædictis capitulis. † Potest
enim monachus in Episcopum postulari, vt extrà. de
vo. & vo. redemp. c. per tuas. in fi. nisi in causæ: scilicèt,
quando primò fuit Episcopus, posteà transiuit ad mo-
nachatum. QVAESTIO. Sed nunquid posteà potest ad E-
piscopatum resurgere? Respondeo, nō: oisi traoseat ad
monachatum propter aliquam quatuor causarum: tūc
enim potest ad Episcopatum resurgere. primò, vt si fiat
monachus propter persecutionem: nam cessante impe-
dimento persecutionis poterit ad episcopalem digni-
tatem ascendere. Secundò, propter inualitudinem cor
poris, & posteà fiat sanus: alioquin non posset assumi
infirmus, vt C. de offi. præfecti prætor. orient. l. si quos.
& extrà. de cleri. ægro. vel debili ministr. per totum. &
de hoc notaui suprà circa fin. titul. de præben. Tertiò, si
propter defectum literaturæ: & intelligas, si posteà fit
literatus: alioquin non posset assumi: vt notaui suprà de
elect. Quartò, si Episcopatum habuit ex cupiditate pa-
rentum, eo tamen penitùs ignorante, & posteà hoc cō-
perto Episcopatum de licentia superioris dimisit. hæc
leguntur eatià. de renun. c. post translationem.

De conuersione coniugatorum.

1 *Coniugatus an & quando religiosus fieri possit, & an vo-
lente muliere vel inuita.*
2 *Carnalis copula multum in matrimonijs operatur.*
3 *Sponsalia qui cōtraxit, & iurauit se ducturum, quòd ma
trimonium contrahere teneatur.*
4 *Lex priuata quæ.*
5 *Maritus vt religionem ingrediatur an sola vxoris licen-
tia sufficiat.*

QVIA non solum soluti, & qui non habent vxo-
res ad religionem transeunt, de quibus dictum
est suprà in superiori rubrica, sed etiam cooiu-
gati aliquando conuertantur, & ad religionem tran-
seant: ideò de conuersione cōiugatorum videamus. Vi-
deamus ergo nunquid coniugatus possit ad religionē
traosire: & vtrum volente vaore an ipsa inuita; & quid
iuris sit in vtroque: & vtrum possit vxor maritum re-
uocare à religione, quando ipsa inuita transiuit ad reli
gionem vel econuersò. Vltimò videamus, quid erit de
rebus, si medio tempore sint oblatæ. Item vtrum coniu
gatus possit ad sacros ordines promoueri viuente vxo-
re vel mortua. Et certè † matrimonium sit contractum 1
per verba de præseoti, & non sit carnalis copula subse-
cuta: tunc potest coniugatus etiam inuita vxore ad re-
ligionem transire: & illud matrimooium separabitur,
vt C. de Episcop. & cleri. l. Deo nobis. & eatrà. de con-
uer. coniuga. c. verum. & c. ea publico. & c. ea parte. &
omoia sunt restituenda quæ hinc inde data sunt: vt in
prædicto c. ex publico. & in prædicta l. Deo nobis. in
qua l. plus habetur, quòd omoia locum habeant ac si
mors naturalis interueoisset: & sic licèt consensus, nō
concubitus faciat matrimonium, vt dicit regula iuris.
ff. de regul. iur. l. nuptias. & ff. de donat. int. vir. & vxor.
l. cùm hic status. & eatra. de sponsa. c. cum locum. tamē 2
† multum operatur carnalis copula, sicut vides QVAE-
STIO. † Sed quid si aliquis contraxit sponsalia cum ali- 3
qua, & iurauit se illam ducturum io vxorem: nunquid
potest ad religionem transire: mirabiliter statuit do-
minus Alexand. III. quòd propter iuramentum inter-
positum tenetur contrahere matrimonium: & posteà si
vult, potest ad religionem transire, nisi carnalis copu-
la fuerit subsecuta, vt eatrà. de spons. c. commissum.
QVAESTIO. Sed quid si iurauit se illam ducturum &
carnaliter cogniturum, nunquid poterit ad religionē
migrare? videtur, quòd sic. argumen. 19. quæst. 2. c. duæ
sunt. vbi dicitur, quòd lege priuata ducatur: legem † pri 4
uatam appellamus spiritum Dei quando aliquis vult
iotrare religionem: nulla ratio exigit vt à lege publi-
ca astringatur. quæ enim spiritu Dei aguntur, non sunt
sub lege. Item non videtur quis contra promissum &
iusiurandum venire, si promissum & iuramentum su-
um in melius commutet: vt extrà. de iureiurand. c. per-
ueoit. Item transgressor voti non habetur, qoi causa re
ligionis temporale votum in perpetuum commutat. vt
extra. de voto & voti redemp. c. scripturæ. Contrà ar-
gum. 22. quæsti. 1. c. si aliqua causa. & c. si aliquid. credo
in hoc casu per decre. prædictam, commissum. istum
non posse ad religionem transire, cum per sacramentū
teneatur contrahere matrimonium, quia iurauit: oam
matrimonio sic eootracto tenetur illam carnaliter co-
gnoscere propter iuramentum: & si carnaliter cogoo-
uerit, non poterit posteà ipse vxore inuita ad religio-
nem transire, vt suprà dictum est. Et de hoc vide pleni-
us: nam † si matrimonium carnalis copula sit subsecuta 5
etiam de licentia vaoris noo potest ad religionem trā-
sire: nisi vxor ad religionem transierit: vel nisi promi-
serit perpetuò castitatem. vt extrà. de conuer. coniug.
c. præterea. & sic videtur quòd sola vxoris licentia non
sufficiat. vt 33. quæst. 5. c. notificasti. sed ibi licentia per
metum fuit obtenta. Item oon valet vaoris licentia, &
econuersò: nisi in duobus casibus, scilicèt qoaodo al-
ter iurat, vel quando vouet perpetuam castitatem: &
subaudi quòd ita sit senex & sterilis, quòd de ipsa su-
spitio haberi noo possit: & tunc marito intrante ipsa
potest in seculo remanere. vt extrà. de conuer. coniu-
gat. c. cum sit prædictus. & c. vxoratus. & c. ad apostoli-
cam. & c. sigoificauit. Sed contraria sunt argumeor. 33.
quæstioo. 5. c. qoi vxorem. vbi dicitur: qui vxorem ve-
lare permiserit, aliam non accipiat: sed ipse similiter
conuertatur. & c. mulier. vbi dicitur: si mulier sine li-
centia mariti in caput velum miserit: si non placuerit
viro, recipiat eam interim in coniugium. ad hoc idem
inducitur. 27. quæstio. 2. Agathosa. vbi dicitur, quòd li-
cētia vxoris maritus potest monasterium intrare, vxo-
re castitatem promittente vel religionem iotrante, alio
quin cū maritus & vxor sint duo in carne vna. vt 32. q. 2.
c. sunt qui dicunt. & eatrà de conuer. cooiugato. c. ad
apostolicam. non potest pars conuerti, & pars in secu-
lo remanere: vt in fine illorum capitulorum dicitur.

Tan-

Tancredus autem omnibus alijs opinionibus excuſſis
dicit quòd ſi talis eſt vxor, quòd non poſſit in ſeculo re
manere ſine ſuſpitione, maximè fornicationis: tunc nō
ſufficit ſola licentia, niſi & ipſa ſimiliter conuertatur.
in quo caſu intelligitur decre. de conuerſ. coniugat. c.
1. & omnia ſimilia iura de materia iſta loquentia. Si ve-
rò ſenex ſit ita, quòd de ea ſuſpitio haberi non poſſit,
ſufficit ſola licentia, vxore ipſa caſtitatem promitten-
te. vt extrà. de conuer. coniugat. c. cùm ſis prædítus. &
c. vxoratus. Alij dicunt quòd nulla habita diſtinctione
perſonæ nunquam ſufficit ſola licentia vxoris, niſi &
ipſa conuertatur. vt 32. q. 2. c. ſunt qui dicunt. & hoc A-
zonis. Sed prima ſententia magis placet.

Vtrùm poſſit vxor reuocare maritum à religione,
quando ipſa inuita tranſiuit ad religionem,
& econuersò. Rubric.

1 *Inuitus quis dicatur.*
2 *Ignorantia ſemper præſumitur.*
3 *Vxor virum & maritus vxorem à monaſterio reuocare poteſt.*
4 *Libellus quomodo concipiendus ſit, quando vxor maritum vel econtrà à monaſterio reuocare vult.*
5 *Contractus vbi de iure non valet, ipſe qui contraxit contrauenire poteſt.*
6 *Caſus in quo illud, quod Deus coniunxit, ſeparatur.*
7 *Matrimonium Mariæ cum Ioſeph legitimum fuit.*
8 *Fornicationis exceptio multum efficax.*
9 *Maritus vt de fornicatione cum vxore excipiat, cogi non poteſt.*
10 *Dolus ſi in ſpiritualibus interueniat, nihilominus contractus tenet.*

NVNC videamus ſi maritus ingrediatur religio
nem cōtradicente ſeu inuita ſeu ignorante vxo-
re: vel econuersò, ſi vxor ingrediatur contradi-
cente & inuito ſeu ignorante marito, an poſſit vxor re
uocare virum à monaſterio vel maritus vxorem? acci-
pias contradicentem, quando ſcit & contradicit. & hoc
1 planum eſt. inuitam, quando expreſſè non conſentit.
ſicut & aliàs circa conſtitutionem procuratoris, † vbi
inuitus accipitur non ſolum is qui contradicit: verum
etiam is qui conſenſiſſe non probatur, vt ff. de procu-
rat. l. filius § inuitus. Idem in conſtitutione ſeruitutis,
vt ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. l. 2. Idem in actione fur
ti, vbi dicitur furtum eſt contrectatio rei alienæ inui-
to domino fraudulosa, vt ff. de fur. l. 1. & accipimus
hic dominum inuitum non ſolum qui ignorauit rem
ſuam contrectatam, ſed illum qui non conſenſit, vt ff.
2 de furt. l. qui vas. §. vetare. de ignorantia non eſt necesse ex-
empla ponere: † quia illa ſemper præſumitur, vt ff. de
adminiſtrat. tuto. l. hoc autem. & ff. de probat. l. verius.
Si ergo expreſſo conſenſu intelligimus, non ſufficit ſo-
la licentia ſine expreſſo conſenſu: nec expreſſus con-
ſenſus niſi illa voueat continentiam, vel ingrediatur
3 monaſterium, ſicut ſuperius dictum eſt. In quæſtione
autem propoſita reſpondeo & dico, quòd † poteſt vxor
4 virum, & econuerso maritus vxorem à monaſterio re-
uocare, & concipiet ſic libellum. LIBELLVS. † Coram
vobis domine talis &c. propono ego Titius contra do-
minam Bertam vxorem meam, quod cum matrimoni-
um contractum fuerit inter me & ipſam, & carnalis
copula fuerit ſubſecuta: ipſa me contradicente, inuito
ſeu ignorante monaſterium ſancti Petri intrauit, ſu-
mendo ſibi habitum religionis de facto, cum de iure
non poſſet: quare peto per vos domine iudex eam com
pelli, quòd ad me reuertatur, & me ſicut virum ſuum
maritali affectione pertractet. Et quod ita ſit concipi-
endus libellus probatur extrà. de conuer. coniug. c. 1. &
c. quidam. in principi. & c. ad apoſtolicam. & 22. quæſt.
2. c. ſunt qui dicunt. & c. Agathoſa. de iure etiam ciuili
marito ſuccurritur ad reuocandam vxorem quando
detinetur eo inuito, & habet interdictum de vxore ex-
hibenda. Item illa exhibita habet interdictum de vxo-
re deducenda, vt C. de liber. exhibend. l. 1. in fine. & l. i-
mò. QVAESTIO. Item quæritur: pone, quòd maritus in-
trauit: conſentit vxor: tamen non promiſit caſtitatem,
nec intrauit religionem: & talis eſt mulier, de qua ha-
beri poſſet, ſi in ſeculo remaneret, ſuſpitio: nunquid
poſſet reuocare maritum non obſtante conſenſu ſuo?
videtur quòd non quia nemo contra factum ſuum ve-
nire poteſt, licet de iure non teneat. vt ff. de adoptio. l.
poſt mortem. & ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. l. per fun
dum. Contrarium tamen verum eſt: quia ingreſſus non
tenuit ſecundum veram opinionem: vnde ipſe idem
poteſt venire contrà, & hoc idem habetur aliàs: quia 5
vbi † contractus de iure non valet: ipſe idem, qui con-
traxit, veniet contra. vt C. de agric. & cenſi. l. quemad-
modum. & hoc idem in œconomo quem admittimus
ad reuocandam rem iniuſte a ſe alienatam. vt C. de ſa-
croſanct. eccleſ. l. iubemus. Sed contrarium eſt verum;
ſcilicèt, quòd non poſſit virum repetere, vt 33. quæſt.
5. c. quòd Deo. Sed illud nota, quòd licèt maritus con-
ſentiat vxori, quod intret religionem, vel econuersò,
& poſſit a monaſterio reuocari, ſicut dictum eſt, tum
vxore mortua maritus non poteſt compelli, quòd mo-
naſterium intret: cum alia tamen contrahere non po-
teſt, vt extrà. de conuer. coniuga. c. quidam. & c. ex par
te. & c. conſuluit & c. placet. & ratio aſſignatur in ca-
pitulis illis: quia promiſit ſe nō exigere debitum, quòd
fuit in eius poteſtate: & ideò quantum ad hoc verum
tenuit: reddere autem debitum vel non reddere non
erat in eius poteſtate, ſed vxoris. OPPOSITIO. Sed
opponitur: non videtur quòd matrimonium contra-
ctum carnali copula ſubſecuta, etſi alter continenti-
am promittat: vel ſi vterque religionem intret, quòd
matrimonium poſſit diſſolui: quia ſcriptum eſt: quod 6
† Deus coniunxit, homo non ſeparet. Reſpondeo: in
caſu iſto admittitur ſeparatio: quia non ſeparat homo
hic: ſed Chriſtus, vt 22. quæſtion. 2. c. ſcripſit nobis Te-
berga Regina. & eſt hoc adeò verum: vt ſi vnus religio
nem intret, & alius promittat continentiam, & non ſit
ſuſpitio de perſona, ſicut ſuperius dixi: quòd matri-
monium ſeparetur: nec audiatur vir, ſi dicat quòd ira-
tus fecit ſeu calore iracundæ: ſicut ſcio de quodam A-
retino, qui vocabatur Caputurns, & habuit vxorem
pulcherrimam nomine Adelaſiam de quibus hodie fa-
cta eſt decre. extrà. de conuer. coniu. c. dudum. Sed con-
tra rationem prædictam quæ aſſignatur in illis capitu-
lis: ſcilicet, c. quidam. & c. ex parte. & c. conſuluit. & c.
licèt. non videtur bona ratio: nam ſi propter illud vo-
tum non poſſet cum alia contrahere: quid ergo eſt de
beata virgine Maria, quæ promiſit votum continentiæ
in eo quod dixit. Quomodò fiet iſtud: quoniam virum
non cognoſco, id eſt, non propoſui cognoſcere: ecce
votum: & tamen poſteà contraxit cum Ioſeph matri-
monium † & matrimonium illud fuit legitimum. Sed 7
in canone reſpondetur. 27. quæſtio. 2. c. cùm ergo. & eſt
reſponſio talis: quòd beata virgo nunquam fecit vo-
tum, nec expreſſit ore, ſed corde reuouit, & commiſit
ſe diſpoſitioni & prouidentiæ diuinæ, ſicut ibi dicitur:
& ideò ratio bona. QVAESTIO. Sed quæritur quid ſi iſte
poſteà contraxit: nunquid matrimonium tenet? Reſpō-
deo, ſic: quia votum non fuit ſolenne, ſed ſimplex: vt
extrà. qui cleric. vel vo. c. rurſus. QVAESTIO. Item quæ-
ritur, an in hoc caſu poſſit vxor intrare monaſterium
inuito viro? Reſpondeo: diſtingue: aut eſt reconcilia-
tus vxori, poſtquam fuit reuerſus de monaſterio, aut
non: in primo caſu non poteſt, vt 33. quæſtion. 5. c. quòd
Deo. in ſecundo caſu poteſt: vt 27. quæſt. 2. c. Agathoſa.
33. quæſt. 5. c. qui vxorem. & hoc Vin. Sed licet hoc di-
ctum ſit, quòd vxor poſſit repetere virum quādo intrat
ipſa inuita religionem, licèt talis ingreſſus nullus ſit:
† tamen ſi mulier poſteà fornicetur, non poterit poſteà 8
ipſum repetere: quum mulieris intentio commiſſæ for-
nicationis exceptione eliditur. vt extr. de conuer. con-
iug. c. veniens. & 27. q. 2. c. Agathoſa. & eſt ſimile extrà.
de diuor. c. ſignificaſti. QVAESTIO. † Sed pone quòd vir 9
nolit excipere, nec enim cogi poteſt, vt excipiat: ſicut

a

Item licèt lex reprobet dationem pecuniæ: non tamen reprobat liberationem pignoris. vt ff. quib. mod. pign. vel hypothe. sol. l. 1. § cum venditor. Item si extranea persona sit annexa cum suis institutione facta in imperfecto testamento, sola persona extranea remouetur à successione, vt C. famil. erciscun. l. vltima. & C. de testament. l. hac consultissima. §. vltim. Item si quis vendidit rem aliquam, & pro parte fecit animo donandi: illa sola quæ donationis causa facta est, [illegible]atur alia firma manente, vt ff. de contrahen. empt. l. si quis donatio nis. Item si quis in testamento rogatur, vt hæredem faciat, licèt hoc non valeat: tamen videtur rogatus, vt quicquid ad eum de hæreditate peruenerit [illegible] restituat. & hoc valet, nec hoc vitiatur, vt ff. [illegible] bel [illegible] ex facto. in princip. Item [illegible] si aliquid [illegible] acto [illegible] de iure non teneat, vt ff. de sta. libe. l. penultim. adeo vt reuocari non possit, vt ff. de adoptio. l. post mortem. Item contra factum suum quis venire non potest si de iure non teneat. vt in prædict. l. post mortem. & ff. de seruitu. rustic. prædio. l. per fundum. & accedit ad hoc ff. de furt. l. vulgaris est quæstio. vbi solummodo ipsius rei furti nomine tenetur quam subripuit de aceruo & illud solummodo reuocatur quod inuito [illegible] factū est. In quæstione præsenti est multiplex distinctio secundum dominum Ioan. vtrum ille simpliciter offerret se monasterio, & sic tacitè bona sua videatur offerre: an exprimat sic: ego offero me Deo & offero bona mea. In primo casu reuocata persona reuocantur & bona. & hoc per legem C. si penden. appellat. mors interuen. l. si is qui ademptis bonis. nam legitur, ibi, quòd si condictio tacita contineat ademptionem bonorum: tunc morte interueniente finitur quæstio ad personam & ad bona: si verò sententia contineat pœnam expressam capitis, & expressam ademptionem bonorum: tunc licèt morte interueniente finiatur quæstio quantum ad pœnam temporalem, durat tamen causa appellatiõis propter bona. & hoc idem dicitur ff. de iniust. rupto test. l. si quis exhæredato. § 1. & hoc secundum Ioan. Dominus autem Py. aliter distinguit scilicet vtrum credebat sibi licere, an sciebat sibi non licere: vt [illegible] primo casu reuocata persona, reuocentur bona. in secundo casu non reuocentur bona: quia sciens videtur voluisse donare: nam cuius per errorem dati repetitio est, eius cõsultò dati donatio est, vt ff. de regul. iur. l. cuius per errorem. & ff. de conditio. inde l. 1. & optime induettor ff. de oper. libe. l. Papinian. scribit, alij habent cùm Papinianus. & ff. ad Velleiano. l. si ego. Vel posset aliter distingui: & hoc videtur Py. approbare: vtrum iste qui dedit bona, expressit causam propter quam dabat: & tunc repetat per conditionem ob causam, vel sine causa an non expressit: vt tunc non repetat. vt C. de transactio. l. cùm donat. & l. si maior. & C. de conditione ob causam l. si repetendi.

Vtrùm coniugatus quis possit ad sacros ordines promoueri.

1 *Coniugatus an & quando ad sacros ordines promoueri possit.*

2 *Libellus quomodo concipiendus sit quando maritus reuocatus à monasterio, bona quæ ibi detulit, sibi restitui petit.*

3 *Dominium quandoque ex inutili contractu transfertur.*

1 NVNC videamus an coniugatus possit ad sacros ordines promoueri, & quando. Et certe secundū quosdam necesse est quod vxor ipsius transeat ad religionem: vt extr. de conue. coniug. c. sanè si cõiugati. Alij dicunt, quod hoc est verum, quãdo quis debet in Episcopum promoueri: alioquin sufficit si vxor promittat continentiam: tunc enim maritus potest ad sacros ordines promoueri quod verum [illegible] si non sit suspitio de fornicatione ipsius: alias [illegible]us. quia tunc nõ sufficeret [illegible] intra [illegible] sare [illegible] on [illegible], vt extrà e cõuersio. coniug. c. vxoratus. Et pro repetendis bonis dx[illegible]

[illegible] hic potest sic formari libel. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit Titius cõtra Sempronium œconomum a [illegible] torem, syndicum seu procuratorem talis monasterij (assume vnum de istis nominibus secundum quòd vis: tamen de consuetudine admittimus omnia ista simul) nomine ipsius monasterij, quòd cum ipse intrasset monasterium sine voluntate vxoris [illegible] & hoc quando sine voluntate vxoris intrauit) vel aliter, quòd cum intrasset monasterium, [illegible] ingressus non tenuit: quia ipsius vxor continentiam non promisit: & nunc cū ipsum monasterium [illegible]nna ipsius Titij teneat, petit prædicta bona [illegible] tibus inde perceptis restitui. [illegible] po[illegible]t condictionem sine causa vel proponit condictionem ob causam, quando causa fuit expressa. [illegible] uo. [illegible] on cipiatur libellus, probant iura quæ in solutione quæstionis notaui [illegible]d contra libell. istum sic potest opponi: licèt ingressus non tenuerit: tamen dominium bonorū in monasterium est translatum: ex inutili enim contractu transfertur dominium: putà, quando dolus dat causam contractui bonæ fidei, vt ff. de dolo. l. elegantes. §. 1. & quando aliquid indebitè soluitur, vt per tot. titul. de solutione indebiti. Nec obstant C. de fide instrumē. l. contractus. & C. de suffragio. l. vnica. quia ibi ita fuit actum inter contrahentes, vt dominium non transiret, donec instrumentum fuerit scriptum & completum. & in [illegible]lla, de suffrag. voluit legislator, vt dominium non transferetur, antequam gemina scriptura esset cõpleta. sic nec ascriptitius sit antequàm duæ scripturæ interueniant, vt C. libro 11. de agrico. & censib. l. cum scimus. 3

De voto & voti redemptione. Rubric.

1 *Voti diffinitio.*

2 *Obligatur vnus alteri pacto, stipulatione, pollicitatione & voto.*

3 *Deus præsens & vbique.*

4 *Voti à pollicitatione differentia.*

QVIA prædicti qui intrant religionem votum emittunt: ideò hac occasione de voto videamus: quia parum de hoc tractatur de iure ciuili. Item quia vota redimuntur: ideo de redemptione votorum videamus. Videamus ergo quid sit votum. Item quot sint species votorum. Item quæ personæ possint vouere, & quæ non. Item qualiter possint redimi. Item qualiter possit a voto recedi. Votum ita diffinitur. Votum est firma mentis pollicitatio facta Deo. quidam adijciunt in diffinitione, de his quæ ad diuinum cultum pertinent. Posset & prædicta diffinitio variari, etiam secū dum iura ciuilia, vt ff. de pollic. l. si quis rem. vbi apertè dicitur: si quis rem aliquam vouerit, voto obligatur persona vouentis, & non res quæ vouetur, obligatur: res enim quæ vouetur, soluta quidem liberat, ipsa autem sacra non [illegible]citur. Hæc etiam diffinitio colligitur per prophetam, dicentem: Vouete & reddite domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera. F[illegible] sic nota quoddam valdè notabile, quomodò quis obligetur voto: hoc ex illa causa procedit sola: scilicet, quia Deo obligamur: & sic de iure communi aliàs vnus alteri obligatur per pactum quòd est duorum vel plurium consensus, [illegible] est, ad aliquid dandum vel faciendum. Item & alius per stipulationem, quæ est inducta de iure ciuili. Et alias ex pollicitatione, quæ est solius offerentis promissio, vt ff. de pact. l. 1. & ff. de verborū obligatio. l. 1. & ff. pollicitat. l. pactum. hoc voluit Deus plus habere, quod ex voto sibi aliquis obligaretur & est ratio: sicut enim ex pollicitatione in certis casibus obligatis [illegible] præsenti quem vides: ita ex solo voto obligaris Deo, cum sit [illegible] præsens sua potentia & essentia: quia Deus vbique est: vnde non est mirum, quod tu [illegible] obligaris ei quemadmodum si videres eum & tecum loqueretur. Nonne quando intras ecclesiam & oras coram Deo loqueris sibi [illegible] am præsenti: vt dimittat [illegible] peccata tua, habe [illegible] ni pro præsenti ita & in voto. Si tu quæras [illegible] quid differat votum à pollicitatione,

1 (line "liter possit a voto recedi"), 2 (line "vnus alteri obligatur"), 3 (line "solo voto obligaris Deo"), 4 (line "& in voto")

tatione, quia oportet quòd differant: nam si non esset differentia, frustra his nominibus diuersa vocabula imdarentur. vt C. de codicil. l. si idem. In hoc credo differentiam: quia votum emittitur quando quis soli Deo obligatur: & cùm non posset per alios modo obligationem contrahi: quia non per stipulationem, quod Deus interroget, & tu respondeas: sicut in stipulatione. Item nec per pactum, de aliquo faciendo vel non faciendo: dando vel non dando ab aliquo alteri: nec possent illa verba quę in pacto sunt necessaria interuenire: quia nec ipsum Deum videt cum quo loquatur. nec aliquis est suus procurator, qui habeat eius mandatum ad hoc, vel negotiorum gestor per quem ipse ratum habere posset. Item nec per pollicitationem quia in pollicitatione oportet ad minùs quòd persona sit præsens cui pollicitatio fiat: & ideò in subsidium fuit inuentus modus per quem Deo efficacissime quis obligetur. Item nec potest dici votum donatio ... qua quis obligetur absenti in voto, cum alias si quis obligetur absenti non soleat obligari, vt ff. de confess. l. certum. & ff. de interro. act. l. vlti. Nec in donatione ... absenti, nisi mittat aliquem, qui rem ferat absenti vel nisi absens habeat rem penes se, & sciat ... esse donatam quam ego donn sibi: vel sibi habeat aliquem præsentem, qui nomine ipsius rem illam accipiat, vt ff. de don. l. absenti. & ff. de neg. gest. l. si ego.

Quot sunt species voti. Rubrica.

1 Votum vnum simplex, alterum solenne.

2 Votum simplex & in faciendo & in non faciendo consistit. Solenne vero in non faciendo tantum.

1 VOTI autem duæ sunt † species: simplex, & solenne. Quæ autem sint simplicia, & quę solennia & quæ sit inter illa differentia notaui supra, de impedimentis matrimonij super illa rubricella libr. su-

2 per matrimonio contracto ab aliquo vouente. † Simplicia autem vota quædam consistunt in faciendo puta ire ad sanctum Iacobum, vel vltra mare, vel aliquid aliud facere: quædam consistunt in non faciendo: putà, quòd non comedet carnes die martis, vel vouet quod non contrahet cum aliqua matrimonium, & sic indicit sibi celibatum, seu viduitatem de qua loquitur C. de indic. vid. tol. l. penult. & vltim. Sed in hoc differt quia ibi non loquitur hoc modo, quod aliquis sibi indicat viduitatem: sed quando alius, puta, relinquit legatum mulieri ne nubat. Solenne votum consistit semper in non faciendo, & maxime in continentia seruanda: & sic non contrahere, licet prima facie videatur consistere in faciendo: scilicet, in seruanda continentia, sicut diximus supra de prædicta rubrica de impedimentis matrimonij ratione voti.

Quæ personæ possint vouere, & quæ non. Rubrica.

1 Vouere quilibet potest præter impuberem, qui sui iuris nō est filiumfamilias & seruum.

2 Episcopus vouere religionem intrare, non nisi cum Papæ licentia potest.

3 Episcopus non exemptus cum sui Metropolitani permissione neque votum emittere, neque religionem intrare potest.

4 Clericus vt peregrinetur vouere, non nisi cum sui prælati licentia potest

5 Maritus sine vxoris voluntate vota emittere non potest, & econtrà.

6 Mulieribus præter maritorum voluntatem extrà domum pernoctare non licet.

7 Votum omne seruandum.

8 In voto tria præcipuè considerandâ sunt, & quæ.

9 Libelli componendi formula quando agnatus proximior petit hæreditatem auferri à filio tanquam indigno, qui votum patris non adimpleuit.

10 Votum alterius adimplere, & alter pro altero ieiunare, potest.

11 Fiscus caducorum vltimus successor.

NVNC videamus quæ personæ possint vouere, vt voto astringantur: † & certe omnes vouere possunt, & quilibet qui est paterfamil. impubes 1
autem non licet sui iuris. filijfamil. & serui etiam sine patris domini ne authoritate voto non obligantur vt ff. de pollicit. l. si quis rem. §. bliustam. & 17. q. 2. c. si quis incognitus. ideo dixi de impubere, & sui iuris: quia tunc oportet quod tutoris authoritas interueniat, sicut & in alijs obligationibus: vt Institu. de autho. tuto. & ff. de autho. tuto. l. 1. & 2. & l. obligari. QVAESTIO. Quid de minore? certè non inuenio exceptum: imò impuberem & sui iuris dicunt iura voto obligari: vt in l. prædicta, si quis rem. nisi fortè minor esset, qui haberet curatorem, & sine ipso voueret tunc non obligaretur ... cui bonis est interdictum: vt C. de in integ. rest. ... si curatorem haben. ff. de verb. oblig. l. si is cui. Quód autem filiusfamil. sine patre voto non obligetur, legitur in prædicta l. si quis rem. & 20. quæst. 2. c. puella & ... 2
q. 2. c. tribus. & q. vlt. in c. puer ... † Item Episcopus sine licentia domini Papæ non potest vouere intrare religionem: quia per hoc ... Episcopatum, vt extra. de relig. & trans. ad relig. c. ... & hoc in exempto. 3
QVAESTIO. † Nunquid autem Episcopus non exemptus cum authoritate sui Metropolitani posset vouere, vel religionem intrare? Respondeo non: hoc enim dominus Papa sibi soli seruauit sicut & multa alia: nec etiā votum peregrinationis potest emittere prælatus sine consensu ecclesię, & domini Papæ, vt extr. de vo. & vo. redem. c. magnæ. quod quidam intellexerunt, si vellet peregrinari ad loca remota, vt ... q. 1. c. si quis in cler. & de consecra. dist. 5. c. non oporter sed fortè posset in eligi ... etiam de loco vicino ... nec præsidi licet deserere prouinciam, etiam causa voti caplendi, si velit extra prouinciam pernoctare, id est, per totam noctem esse, vt ff. de offic. præsi. l. sciendum. & ff. de ver. sig. ... banum §. vltimo. Sed hoc fortè durum esse, cum tota die videamus quod etiam sine licētia Papæ Item ... morentur extra Episcopatum suum per plures noctes ... verum pro bona & honesta causa hoc faciant ... scientiæ suæ relinquo. Item † nec clericus sine consen- 4
su prælati sui potest vouere, quod peregrinetur: vt extra. de vo. & vo. redemp. c. magnæ. † Item nec maritus 5
sine voluntate vxoris potest vouere, quòd peregrinetur. licèt vxor sit ad hoc inducenda: multo fortius econuersò vxor sine licentia viri vouere non potest vt extrà. de vo. & vo. redem. c. ex mul ... Omnes ergo personæ præter prædictas possunt vouere: † mulieribus 6
enim præter volūtatem maritorum extra domum pernoctare non licet: vt in Authen. vt l. ceat mat ... § quia verò plurimas, collat ... & est posita C. ... Authen. sed nouo iure, miseri tamen mariti ... permittunt de nocte surgere vxores ad matutinas ... festa quæ sunt extra villam. O quàm malum ... ibi cantāt vxores pro maritellis: & quā ma... lebrant pro eis: scio hoc de facto: reuelare non audeo sed qui habet aures audiendi audiat. † Omne ... vo- 7
tum siue sit simplex, siue sit solenne, ... quia omnis qui vouet, spiritu Dei ducitur: & vbi spiritus Dei ibi libertas, vt 19. quæst. 2. c. duæ. & extra. de regulari. & transf. c. licet. Votum autem à principio voluntatis est. quia cuilibet a principio liberum est vouere vel non vouere: postquam autem fuerit emissum, necesse est conseruare: nam euolat emissum ... irreuocabile verbum. vt extra. de vo. & voti red. c. ... & 5. q. 1. c. ... & hic dicit propheta: vouete & reddite domino Deo vestro &c. vouete, hoc est con... reddite domino Deo vestro &c. h... sicut ... ās in mandato: commodato & ... à principio sunt voluntaria ... vt ff. commodati l. in commodato. & ff. de a... † tamen, in quolibet voto tria præcipuè ... 8
da. Primo, quid deceat secundum ...

Quid deceat secundùm honestatem. Tertiò, quid deceat secundùm veritatem. Quartò, quòd nullus contra votum suum veniat, vt extr. de vo. & vo. re. c. magnæ. & alibi legitur: reddite altissimo vota sua, vt extr. eod. tit. c. per tuas. adeo hoc est verum, quòd si aliquis voueat se suscepturum habitum regularem, si votum non implet, & medio tempore eligatur, quòd electio vitietur, & resignare debeat: verum postea poterit eligi, si votum compleuerit, quod emisit, vt extr. eo. tit. c. per tuas. Omnis ergo vouēs votum suum implet per se, vel per alium, si de tali re sit votum, quod possit per alium adimpleri: alioquin potest adimpleri per superstitem, vt extr. eod. tit. c. quod super his. Si etiam pater faciat votum, & committat filio quòd adimpleat, filius tenetur exequi: & si non exequitur, priuatur, filius: quia hæreditas sibi aufertur, & aliis qui de iure succedunt, vel succedere poterunt, applicatur, vt extr. eod. tit. c. licèt. Iure tamen ciuili tenetur hæres & compellitur Pontificali seu principali auctoritate complere voluntatem testatoris, vt ff. de petit. hæred. l. hæreditas. §. vlt. & punitur, si infra annum secundum voluntatem testatoris non impleat omnia quæ sibi in testamento relicta committit, præter debitum naturale. i. præter falcidiam sibi debitam interuenientem: illa enim bona deueniunt ad certas personas primò substitutas: postea alios, qui in ipsa Auth. numerantur, vt in Auth. de hære. & fal. col. 1. & est posita C. de fidei. com. ff. Auth. hoc amplius. & sic Iustinianus mitius loquitur, quam Dominus Innoc.

9 Vnde in illo casu potest sic concipi libellus. LIBELLVS. Coram vobis &c. proponit Titius agnatus proximior Sempronij testatoris contra Seium filium & hæredem ipsius, quod cùm ipse Sempronius votum fecerit ire ad S. Iacobum, vel vltra mare, & præceperit dicto Seio, vt pro ipso votum ipsum adimpleret, id efficere non curauit: quare petit bona ipsius Seij, quæ fuerunt ipsius testatoris, ab eo vt ab indigno, per vos auferri, & sibi applicari, paratum votum testatoris adimplere. Quod sic rectè concipiatur libellus, probatur per de. extr. eo. tit. c. licèt. & quidam adijciunt in libello, & petit ipsum Seium denunciari publicè excommunicationis vinculo innodari. & hoc posset bene poni. quia hoc cauetur in illa decret. licèt, extr. eo. tit. OPPOSITIO. Sed opponitur: si debent auferri bona ab illo, sicut ab indigno, ergò debēt fisco applicari, vt C. de incest. & inut. nup. l. qui contra. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. cum hic status. § vlt. Respond. illud quod opponis locum habet tanquam regula: sed fallit in multis casibus, quorum vnus est hic: nec enim quod ob correctionem morum inducimus, fisci volumus videri habere rationem, vt C. de secun. nup. l. 1. Et aliàs etiā fallit in Auth. si captiui. quæ est posita C. de Episco. & cleric. & est in Corpore Auth. vt cum de appell. cogn. col.

10 8. Patet ergo ex his quæ superiùs dicta sunt, quòd alius potest pro alio ieiunare, & votum alterius adimplere: & patet etiam, quod mortuus soluat votum suum per superstitem, vt 13. q. 2. c. animæ defunctorum. & 26. q. 6. c. si quis fuerit. & extr. eo. tit. c. quod super his. QVÆSTIO. Item circa prædicta quæritur: si quis fecit votum, & non adimpleuit, & filius eius similiter non adimpleuit, nec habeat aliquem agnatum vel cognatum proximiorem, qui sic concipiat libellum contra filium vel hæredem, vt dixi suprà: certum est, quòd bona debent auferri filio, sicut ab indigno, vt dictum est. in hoc casu cui applicantur bona? Respond. forte (sicut

11 aliàs) locus est fisco, † qui ea caduca ... vltimus est successor vt ff. de petitio. hæred. l. pri. §. enim antequam partes. & C. de petit. hære. l. ... ita in casu illo crederem bona debere peruenire ad ecclesiam loci illius, vbi defunctus mortuus fuit: & expendantur per manus Episcopi pro anima illius defuncti in pijs operibus, argum. C. de Episcop. & cleri. l. nulli. & l. si quis ad declinandam. Vel forte si quis extraneus se offerret, qui vellet votum adimplere, certè admitteretur, vt ff. de ... & Auth. liberi furiosi. & argum. Instit. de co cui libertat. caus. bo. adijciunt. & arg. de ... vl.

Quando possit votum redimi, vel commutari, & qualiter. Rubrica.

1 *Voti commutatio seu redemptio non nisi cum causa necessaria, vtili, & euidenti facienda.*

2 *Voti redemptio seu commutatio cum superioris auctoritate fit.*

3 *Super voto quis dispensare possit.*

4 *Papa super continentiæ voto an dispensare possit.*

6 *Peregrinationis iniunctæ ex pœnitentia commutatio, non nisi peregrinanti infirmitas superuenerit, & via tuta non essent, fieri potest.*

7 *Votum ob quatuor causas non adimpletur.*

NVNC videamus quando possit votū redimi seu commutari, & qualiter. Et certè non indifferenter votū redimitur, nec commutatur, nec à quolibet petenti seu concedi debet: nec potest commutatio seu redemptio voti fieri. † nam debet necessaria esse & 1 vtilis & euidens causa, quare fiat commutatio seu redemptio voti, vt extr. eod. tit. c. de peregrinationis. & hoc etiam dicitur: eo. tit. c. magnæ. vbi dicitur, debere considerari causa: alias, vt superius diximus: & hoc etiam dicit extr. eod. tit. c. quod super his. & c. ex multa. † 2 Item fit redemptio seu commutatio voti auctoritate superioris, vt in prædict. c. de peregrinationis. & ext. eo. tit. c. nō est. vbi dicitur, non est dicēdus voti transgressor, qui votum auctoritate Sedis Apostolicæ in aliud commutauit. nō enim licitū est alicui auctoritate propria redimere votū vel commutare: quia nemo mittēs manū ad aratrum respiciens retrò aptus est regno Dei, vt extr. eo. tit. c. magnæ. & postquam Deo voto aliquid promittimus, necessario reddere astringimur, vt 17. q. 1. c. nam. Nam & vouentibus non solū nubere, sed & velle nubere damnabile est. & Ananias qui Deo pecunias vouerat, quas victus postea diaboli persuasione subtraxit, qua morte mortuus sit scitis, vt 17. quæst. 1. c. 1. & c. Ananias. QVÆSTIO. Sed nunquid omnis prælatus potest dispensare in voto, vel facere redemptionem, vel commutationem voti? Respond. † quidam dicunt, quòd 3 nullus prælatus potest hoc facere, nisi solus Papa, vel aliquis alius cui speciali mandato, vt extr. cod. tit. c. ex multa. quæ decret interpretatur posteriorem decre. vt extr. eo. tit. c. quod super his. per quam decret. videbatur quòd prælatis esset concessa dispensandi facultas. T. tamen dicit, quod omnibus Episcopis liceat. & quod legitur in decret. prædicta, ext. eo. tit. c. ex multa. speciale est in his qui crucem susceperunt in subsidium terræ Sanctæ. Sumitur tamen arg. quod Papa possit dispēsare in voto, arg. extr. eo. tit. c. 1. & c. non est voti trāgressor. & hoc nulli venit in dubium rectè sentēti. QVÆSTIO. Sed quibusdam videtur, quòd Papa in voto dispensare non possit, quos errare credo: & hac tali ratione mouentur: vota enim ex necessitate soluenda sunt, vt 44. distinctio. c. 1. & sunt quodammodò de iure naturali: quia dicitur, Vouete & reddite. sed ipsi dicunt quando Papa dispensat, proprie non dicitur dispensare, sed declarare: nam cùm quis vouet peregrinari, intelligitur si commode fieri potest, vt argum. extrà, de iureiurando. c. quanto. ff. de verbor. signific. l. nepos Proculo. & non frangit votum, qui in melius mutat, vt extrà, de iureiurando. c. peruenit. & extra, eod. c. scripturæ. alij dicunt, quòd circa votum peregrinationis Papa possit dispensare, sed circa votum continentiæ nequaquam: 4 quia vnum de maioribus bonis, vt 32. quæstio. 1. c. nuptiæ. vbi dicitur nuptiæ implent mundum, sed virginitas paradisum: & nihil est acceptabilius Deo, quam continentia: illa enim sola est possibilis cum fiducia Deo animas hominum præsentare, vt in Authenti. de sanctis. Episc. coll. ... Quòd autem in voto continentiæ Papa dispensare non possit, probatur extrà, de statu monach. & cap. regul. c. cùm ad monasterium. Sunt tamen qui dicunt, quod possit Papa super voto continentiæ dispensare, arg. extr. qui cler. vel vo. matrimon. contrah. poss. c. veniens. vbi videtur, quod si

in simplici voto continentiæ emisso Papa possit dispē-
sare, quod admitto in voto simplici: in solemni verò
non: in articulis enim fidei, & in his quæ sunt in vete-
ri testamento prohibita: vt in vsuris, in illis Papa dis-
pensare non potest: vnde audio quòd Dominus Inno-
cent. III. voluit tempore concilij dispensare & inue-
nire remedium in vsuris, propterea quia totus mūdus
super his vadit in præcipitium, sicut dispensauit in ma
trimonio, qui septimum gradum reduxit ad quartum:
5 sed non potuit remedium inuenire. † Fit autē ista com
mutatio voti, vt dictum est, auctoritate superioris:
ipsa cōmutatio & redemptio ex eius pendet arbitrio:
nam potest ipse superior commutare votum in aliud
votum: potest etiam ipsum redimere eleemosynis: vt
considerata persona & qualitate ipsius fiat cōmutatio:
vt hoc faciat quod magis Deo acceptum sit, vt ext. eo.
tit. c. de peregrinationis. & c. magnæ. vbi dicitur, quòd
superior debet considerare laborem, expensas quas il-
le qui vouit, esset facturus in via. & optimè dicit hæc
6 decret. eod. tit. c. quod super his. qualiter sit dispensa-
tio voti facienda. Illud autem nota. quòd vbi peregri-
natio iniungitur ex pœnitentia, ibi non est locus com-
mutationi: nisi forte infirmitas peregrinantis, vel for-
tè viarum pericula essent in terra, vt exer. eo. ti. c. quod
7 super his. & c. ex multa. † Sed licet quis teneatur votū
adimplere, tamen aliquandò propter quatuor non ha-
bet necesse adimplere. Primum est rei malitia, vt 22. q.
4. c. in malis. vbi dicitur: in malis promissis rescinde fi-
dem: in turpi voto muta decretum: quod incautè vouis-
ti, ne facias. impia enim est promissio, quæ scelere ad-
impletur. Secundum est, status suscepti habitus, sicut
in monacho, nam non licet monacho vouere sine con-
sensu Abbatis: si autem vouerit, frangēdum erit, vt 22.
q. vlt. c. monacho. & c. monachus. Tertium est, vtilitas
officij, vt si monachus postuletur in Episcopū, dimit-
tet votum de licentia sui Abbatis quod fecit, quando
fuit monachus de perpetua residētia in monasterio fa-
cienda: non intelligas, quòd frangatur votum. s. vt quis
desinat esse monachus, eò quod est Episcopus: nam &
multos vidi Episcopos, qui fuere monachi: nec propter
dignitatem Episcopalem vitam monasticam intermiserunt:
imò tenacitèr eam seruant: sicut est in Episcopo Prene-
stino, qui fuit & est monachus: fuit enim Abbas trium
fontium. Quartum est dignitas sacramenti, vt 33. q. 5. c.
si dicat vir. vbi dicitur, si dicat vir, iam cōtinere volo:
nolo dicit vxor: certè non potes: quod enim tu vis, illa
non vult. nunquid enim per continentiā tuam illa de-
bet fieri fornicaria: si enim alij nupserit, te viuo, adul-
tera est: non enim vult Deus tale damnum tali lucro
compensari: redde ergò debitum. & si non exigis, pro
satisfactione perfecta Deus tibi commutabit: si non
quod tibi debet, exigis, sed reddis debitum quod de-
betur vxori.

Qualiter possit à voto recedi. Rubrica.

NVNC vltimò videamus, qualiter possit à voto recedi. Et certè potest recedi à voto auctoritate superioris vt dixi. Item potest recedi propter defectum conditionis, si votum fuit conditionale, vt 31. quæstio. 1. c. non solum. Item propter defectum causæ: si contemplatione certæ causæ fuit emissum, vt extrà, eod. tit. c. magnæ. Item si commutetur in melius, vt extr. de sede iureiuran. c. peruenit, vt extr. eod. tit. c. scripturæ. & c. non est voti.

De statu monachorum & canonicorum regula.

1 *Monachari omnes possunt.*
2 *Monachus antequam quis fiat, triennio probandus est.*
3 *Seruus quomod. monachus fiat.*
4 *Monachi quomodo viuere teneantur.*
5 *Iuuenum optima educatio, si cum senioribus conuersentur.*
6 *Monasteria ingressi se & sua Deo dedicant.*

QVIA frequenter illi qui trāseunt ad religionem,
& coniugati qui conuertuntur, fiunt monachi,
seu canonici regulares: ideò de monachis & re-
gularibus canonicis, & de statu ipsorum videamus. Mul-
tas enim quæstiones de talibus sæpe vidi: & ideo de ip-
sis propter Legistas tractare proposui, licèt de monachis
tractetur in iure ciuili, vt habes in Authent. de mona-
chis, col. 1. vbi tractatur hoc modo: Primo tractat, quid
operetur monachatus, quantum ad Deum: Deus enim
maculam abstergit, vt in Auth. eo. tit. in princ. Secun-
do tractat, qualiter monasterium monachorum debeat
ordinari, vt in Auth. eod. tit. §. illud. Tertiò tractat, qui
possint fieri monachi: & certè omnes possunt fieri 1
monachi, non solum liberi, sed & serui: quia omnes si-
mul diuina gratia suscipit: quia quantum ad Dei cultū
non est masculus neq; fœmina, neq; liber, neq; seruus
exclusus, omnesq; in Christo vnā mercedem debent
recipere, vt in Auth. eod. tit. §. hunc autem non. Quar- 2
tò tractat, quòd debeat esse in probatione per triennium:
non enim est facilis vitæ mutatio, sed cum animi
fit labore: & ideo secundum iura ciuilia tantū tempus
statuitur ad probationem, vt in Authen. eo. tit. §. sanci-
mus igitur. Et optima ibi ratio assignatur, quomodo
fictitius possit fieri monachus: nam secundùm ius 3
seruus in multis casibus mutare potest: trāseat in alterius
dominium, & etiam aliquandò in libertatē eripiatur:
multò fortiùs præualebit diuina gratia, vt transeat in
cœleste dominium, & eripiatur in libertatē, vt in Au-
thent. eod. tit. & eod. §. sed hoc verum est post trienniu,
infra triennium enim conceditur domino posse seruum
suum vendicare, vt in Auth. eo. tit. §. si quis igitur. Quin
tò tractat, quomodo oporteat ipsum viuere: & cer- 4
te in eadem domo dormire, comedere, morari, & vi-
uere debent: quod maximè interest iuuenū, si cum se-
nioribus conuersentur: sic enim optima educatio iu- 5
uētutis cōuersatione fit omniū, vt in Auth. eo. tit. §. cogi-
tādum. Sextū, quòd ingressi monasteria se & sua dedi-
cant Deo. non ergo testantur nec alienāt: nisi quòd pos-
sint diuidere inter filios, vt in Auth. eo. ti. §. illud quo- 6
que decernimus. Septimo tractat, quādo aliquis intra-
uit monasteriū, & exiuit de monasterio: quid faciendū
sit, si vxorem habeat: & quid sit faciendum, si ad mili-
tiam, aut ad aliam vitæ figuram, vel ad aliquod monaste-
rium se transferat, vt in Auth. eo. tit. §. si verò vxore ha
bens. & ideò ponit de monacho sic exeunte quia etiam
vita est talis vita monastica, quæ nullatenùs taleret
proxima, neq; constanti, & persistentis animæ in-
dicium habeuriscit simulare & aliunde alia requirens,
vt in Auth. eod. tit. §. si vero relinquens. Octauo tractat
de ordinatione Abbatis, qui vtiq; est eligendus: nam
quia primus, non quia secundus, non quia tertius, sed
Episcopus percurrat per omnes. Episcopos illi o o-
ei, in cuius diœcesi monasterium est: sed secundùm vi-
tæ merita. & est ratio: non enim exonerandus est o-
mninò Episcopus, & ex eo ordo, & qui apparuit prius
optimus inter monachos constitutus, & dignos præsu-
latu is eligator, neque enim omnes per ordinem inter
summos: neque enim rursus inter nouissimos con-
tenti sunt, vt in Authent. eodem tit. § ordinatione verò
Abbatum. & sic breuiter & succincte tractatur in iu-
re Ciuili de monachis.

Quid iuris sit de monachis in iure Canonico. Rubrica.

NVNC videamus de monachis, & quid iuris sit de illis in iure Canonico secundum opiniones. Et primo de nomine monachi, vnde dicatur. Item qualiter fiant monachi. Item quod sit eorum officium, & a quibus debeant abstinere. Item quis vel qualis debet esse status eorum. Item qualiter viuere debeant. Vltimò videmus in hac Rubrica de Abbate, quid sonet hoc nomen, Abbas: qualiter eligatur. & quibus & a quo instituatur & confirmetur: & quod sit Abbatis officium.

Vnde dicatur monachus. Rubrica.

Mo-

MONACHVS dicitur à monos Græcè, quod est vnus Latinè: & achos Græcè, quod est tristis Latinè: vnde monachus dictus quasi solus & tristis, vt probatur 16.q.1.c.placuit. ideò solus dicitur, quia aliorum debet consortia euitare: vnde monacho dicitur, si cupis esse quod diceris, scilicet esse monachus, quid facis in vrbibus: si enim audis monachum de nummis sæpè loquentem, reputa ipsum negotiatorem, & non monachum, vt ead.q.1.c.si cupis esse quod diceris. ideò tristis dicitur, quia monachus non docentis seu Doctoris, sed plangentis habet officium: lugere enim debet vel se vel mundũ, & Domini pauidus præstolari aduentum, vt eo.q.1.c.monachus. & sic nomen illud. s. monachus nomen Græcum est.

Qualiter aliqui fiant monachi. Rubrica.

1 *Monachorum habitus multiplex.*

1 QVALITER isti fiant monachi non curo prosequi, quia hoc dixi suprà in Rubri.de regularib. & transeun.ad relig. † Et licèt hodie diuersi sint habitus, quidam nigri, sicut illi qui sunt de ordine B. Benedicti: quidam albi, sicut illi qui sunt de ordine Cisterciensium: quidam grisij, & sunt de eodem ordine: licèt inter illos non sint: & alij, qui aliam vitam & fortè strictiorem ducunt: quidam sicut fratres Minores & Prædicatores: quidam sunt Eremitæ: omnes tamen monachi sunt: nec est de colore vestium disputandum, sicut dicit regula sancti Benedicti.

Quod officium monachorum, & à quibus debeant abstinere. Rubrica.

1 *Monachorum status & officium quale sit.*
2 *Monachus in claustro manere tenetur, & diuinis officijs inuigilare.*
3 *Monachi à quibus abstinere debeant.*
4 *Sepultura ecclesiastica carere debet omnis qui in peccato mortali decedit.*
5 *Papa, vt monachus proprium habeat, & nubere possit, dispensare non potest.*
6 *Multa sunt præter articulos fidei, in quibus Papa dispensare non potest.*
7 *Papa an contra quatuor concilia & Apostolum dispensare possit.*
8 *Papa monachum demonachare potest.*
9 *Papa cur non possit contra castitatis votum dispensare ratio hic assignatur.*

NVNC videamus, quod vel quale sit monachorũ officium, & à quibus abstinere debeant: & quis debeat esse status ipsorum. Et certè status ipsorum satis apertè monstratur in Regula B. Benedicti: &
1 status † eorum, & officium est istud: † quòd debeant in
2 claustro iuxtà regulæ suæ statuta diuinis obsequijs vigilare, vt extrà, de offic. iudic. ord. c. quanto. nam sicut piscis sine aqua caret vita: sic monachus sine claustro vel monasterio, vt 16.quæst.1.c.placuit. Ad officiũ eius pertinet sedere solus, & tacere: quia mundo mortuus est, Deo autem viuit: & officium suum vacet circa lectiones & responsoria: plangat se & mundum: quia vnus & tristis appellatur, vt ea.caus.q.1. c.placuit. plangentis enim habet officium, vt 16. q.1. c.monachus. in eodem dormitorio dormire, & in eodem refectorio comedere debent, vt in Auth.de monach.collat.1.§.cogitandum. & extr.de stat.mon. & can.regu.c.cum ad monasterium. Et vt plenè scias de statu monachorum, oportet te scire, à quibus debeant abstinere: de quibus videamus. nam qualiter fiant monachi, & infra quod tempus debeant esse in probatione, notaui suprà in tit.
3 de re. & transe.ad relig. † Abstinere debent monachi à multis. In primis, quòd non habeant proprium: & ideò à principio religionis renunciant proprio. Secundò, à vitio carnis: sicut hæc leguntur extr. de stat. monach. & can.reg.c.cum ad monasterium, in fin.c.monachi. & c.super quodam canonico. & si inuenti fuerint habere proprium, sicut ibi dicitur, non debent tradi ecclesiasticæ sepulturæ: & hoc ideò, quia in mortali peccato decesserunt, cùm vellent habere proprium contra votum suum: quod non licet, vt in prædicto c.cùm ad monasterium, in fin & 12.q.2.c.non dicatis. † Idem esset 4
de quolibet, quem constabit in mortali crimine decessisse, vt 21.q.3.c.Cyprianus & 13.q.5.c.placuit, arg.contrà.24.q.5.c.quicunque. Sed illud c.intelligitur de clerico pœnitente: vel expone illud c.de sepultura asinina. † Contra ista duo etiam Summus Pontifex dispen- 5
sare non potest, vt eadem decret.in fi. Et sic nota, quòd
† præter articulos fidei multa sunt, in quibus dispensa- 6
re non potest: sicut notauit T.in illa decret.in quadam sua notula. nam non potest dispensare Papa in his duobus casibus, vt dictum est: item non potest dispensare in secundo gradu consanguinitatis, vt extr.de restitut. spol.c.literas. Item nec contra Apostolum, vt 31.q.1.c.
sunt quidam. † Item nec contra quatuor Concilia, vt 7
15.dist. c. sicut. sed istud non est vsquequaque verum, quoniam Papa dispensat contra Apostolum quandoq;, vt 24.dist.c.lector. & cõtra multa statuta quatuor Conciliorum dispensare potest, quamuis ista quatuor Cõcilia non audeat reprobare. Quòd autem dicitur in illa decret.cùm ad monasterium, in fin. Papa dispensare non potest, quòd monachus habeat proprium: de plano concedo, quia abdicatio propriorum est de substãtia monachatus. Sed Vincentius & Iohannes notauerũt hoc, quòd Papa non potest dispensare, vt monachus ha-
beat proprium: verum est, existens monachus: sed † de 8
monacho facere potest non monachum. Alij dicunt, quòd Papa de plenitudine potestatis suæ potest facere quòd monachus existens monachus habeat proprium: licèt abdicatio proprietatis sit de substãtia monachatus. quoniã Papa potest diuidere substantiam rei. vt C. de rei vxo act. l.vnica. circa princ. & de eo quod nihil est potest facere aliquid, vt 1.q.5.c.quippe. & argum.de consecr.dist.3.c.reuera. & quod dicitur in prædict.decret. quòd non potest facere. & c. exponunt. i. non congruit potestati illius. sic 32.q.5.c.si Paulus. Vel non po-
test, nisi subsit causa. T. dicit, quod † contra votum ca- 9
stitatis dispensare non potest Papa: & quare ipse T. assignat rationem, quia nihil inuenitur in mundo æquè bonum, in quod posset cõmutatio fieri, quia nihil melius continentia, vt 32.q.4. c.mulier. nam castitas sola est, quæ cum fiducia potest Deo animas præsentare, vt in Auth.de lenonib. col.4. §.sancimus & nullam commutationem potest Deo quis dare pro anima sua, cùm sit anima pretiosior omnibus rebus, vt 24.q.1.c.si Abbates. si ergò per Papam non potest in his duobus dispẽsari, multominùs per Episcopum vel Abbatem.

In quibus causis possit dispensare Abbas cum canonico vel monachis. Rubrica.

1 *Abbas circa quæ cum monachis suis dispensare possit.*

VERVNTAMEN Abbas potest † dispensare cum mo- 1
nacho, quantum ad esum carnium. vt in prædic. decret.cùm ad monasterium. de consecr.dist.5.c.carnem. Item dispensare potest in cella Episcopali constituenda, vt 11.q.1 c.monachum. Item potest dispensare circa ordinem, vt extr.de ordi.ab Episcop.qui renunc.Episcopatui.c.requisiuit. & extr.de ætat. & qualit. & ordin.præfic. c.cùm contingat. Item potest dispensare cum monachis circa canonem latæ sententiæ, vt extr.de sent.excom.c.cùm illorum. hoc dicit T.

De his quæ solus Papa, & nullus alius potest dispensare. Rubrica.

1 *Papæ soli multa reseruata, & quæ.*
2 *A Papa non appellatur.*

SED licèt Papa possit dispensare circa duo prædi-
cta: sunt tamen multa, quæ potest Dominus † Papa 1
solus, & nullus alius, & sibi soli sunt reseruata, vt 18.dist.

18. distin. c. huic sedi. & quę sint illa, Alanus notauit in quatuor versibus, & appoluit iura Canonica. vnde versus:

Restituit Papa, solus deponit & ipse:
Diuidit ac vnit, eximit atque probat.
Articulos soluit fidei, synodumq; facit generalem:
Transfert, & mutat, appellat nullus ab illo.

Solus namq; Papa restituit depositos, vt 2. q. 1. c. & ideò. Solus deponit Episcopus, vt 3. q. 6. c. accusatus. & c. prauis. & c. dudum. & extr. de transla. Episc. c. inter corporalia. Solus diuidit vnum Episcopatū in duos. vt 16. q. 1. c. pręcipimus. Solus vnit duos Episcopatus in vnum, vt ext. de concess. prębēd. c. sicut vnire. & 16. q. 1. c. & tēporis qualitas. Solus eximit Episcopos & Abbates, vt 16. q. 1. c. frater noster Adrian. Solus probat scripta Doctorum. & Concilia, vt 15. dist. c. sancta Romana ecclesia. & 16. dist. c. regula. & 2. q. 6. c. ideò. Solus articulos soluit. f. fidei, cū dubitatur de aliquo articulo, vt 24. q. 1. c quoties. & c. quoniam vetus, extr. de hæret. c. fin. Solus facit Synodum generalem, vt 17. dist. c. 1. 2. & 3. Solus trāsfert sedem Episcopalem de loco ad locum, vt 16. q. 1. c. & temporis qualitas. Solus mutat Episcopos de eccle-
1 sia ad ecclesiam, vt 7. q. 1. c. mutationes. & extr. de translat. Episco. c. 1. 2. & 3. † Item nullus appellat ab eo, vt 9. q. 3. c. cuncta per mundū. & est ratio, quia appellatio semper interponitur à minori ad superiorē, vt in Auth. de appel. col. 4. & Papa nullum habet superiorem. Hæc omnia ita pertinent ad Dominum Papam, vt si generalē mittat legatum, quòd hæc attentare non audeat, vt extr. de offi. leg. c. nisi. & c. quod translationem. Alanus.

Monachi à quibus abstinere debeant.
Rubrica.

1 *Loca solitaria nociua.*
2 *Monachus qui sæpè de nummis loquitur, ille vt institor, non vt monachus habendus est.*
3 *Monachus Abbatem accusare potest, & de hoc vide singularia.*
4 *Monachi qui prædicatores esse desiderant, quid eis faciendum incumbat.*
5 *Facetè dictum in illos, qui volare volunt antequàm pennas habeant.*
6 *Monachi quidam nigri sunt intus & extra.*
7 *Monachum nullam cognationem habere, quomodo intelligatur.*
8 *Monachus succedit, remanet in patris potestate, & vsumfructum retinet.*
9 *Pro monachatione nihil dandum, nihilq́ue accipiendum.*
10 *Monachus peculium habere, ex Abbatis licentia licitum.*
11 *Priores conuentuales qui per electionem instituti sunt, perpetuo priores remanent.*
12 *Monachi an ad ecclesiarum etiam parochialium regimen assumi possint.*
13 *Inter monachos & canonicos regulares differentia.*
14 *Monachatio facta sub conditione, vt proprium retineretur, non tenet.*
15 *Monachatio votum omnibus præiudicat.*
16 *Monachus siue canonicus regularis in susceptis ordinibus ministrare potest: item & suscipere, & ad dignitates promoueri.*
17 *Monachus an Abbatem accusare possit.*
18 *Monacho accusanti Abbatem, quis expensas ministret.*
19 *Monachi an ab alijs monachis accusari possint.*
20 *Monachus denuntiare potest.*
21 *Monachus in scholis & agere & conueniri potest.*
22 *Monacho accusanti Abbatem expensæ danda sunt, & quæ*

ITEM debet abstinere monachus, vt nulla sibi obedientia perpetuo concedatur extra claustrum, vt in prædicta decre. c. cum ad monasterium. Item abstineat vt non sit solus in loco solitario: nam † loca solitaria nocent. quia infamia nascitur inde, vt ext. de sta. mon. & can. re c. monachi. & c. quod Dei timorē. Item abstinere debent monachi, vt nemini extra monaste. rium pœnitentias tribuāt, nisi inter se adinuicem. Item abstineant, vt non sepeliant mortuos intra monasterium, nisi monachum in monasterio secum commorantem, vel nisi aduentitium fratrem ibi mori contigerit, vt 16. q. 1. c. placuit omnibus. Item abstineant a multo colloquio: quia vt dicit Salomon: In multo colloquio non deest peccatum. Item abstineant quod non tractent, nisi de quotidiano victu & necessitate corporis sui: sicut dicit Apostolus: habentes enim victum & vestitu, his contenti simus. nam † si audis monachum sæpe lo- 2
quentem de nummis, illum institorem habeto potiùs, quàm monachum, vt 16. q. 1. c. si cupis. Item abstineant monachi, vt neq; filiū alicuius de baptismo accipere, neq; aliquem baptizare, neq; mortuos sepelire, neq; ad ecclesiam secularem transire præsumant, vt 16. q. 1. c. placuit communi nostro cōsilio. & 18. q. 2. c. peruenit. Item abstineant monachi & Abbates, ne iura Episcopalia sibi vendicent: videlicet pœnitentias dare in remissionem peccatorum: nec facere reconciliationes pœnitentium: nec recipere decimas: nec ecclesias aliquas abīq; proprij Episcopi licentia, vt ext. de priuil. c. cum & plātare. vel abīq; Apostol. Sedis auctoritate: quòd si fecerint contrarium, incidunt in canonem latæ sententiæ, vt 16. q. 1. c. peruenit. Item abstineant monachi & Abbates, ne publicas pœnitentias dent, nec infirmos visitēt, nec vnctiones extremas faciāt, nec missas publicas cantent, Chrisma, Oleum & consecrationes altarium: & ordinationes clericorū ab Episcopis accipiant, in quorum parochijs permanent, vt 16. q. 1. c. interdicimus. Itē abstineant vt non pergāt per vicos, per plateas, per castella, & per ciuitates, sed in claustro morentur. Item a prædicatione populorum omninò cessent, nisi fortè aliquos voluerint inducere, vt claustrum intrēt, vt 16. q. 1. c. iuxta. Item abstineant vt seculares actiones non tractent, nisi imminente & vrgente necessitate, & maximè monasterij: & tunc de auctoritate & mandato Episcopi hoc faciant, Abbate nihilominùs imperante, vt 16. q. 1. c. qui vice. & c. monachi. intelligas hoc vbi monasteria sunt subiecta Episcopo, vt ead. caus. & ca. q. c. qui vice. † QVAESTIO. Sed quid si monachus velit ac- 3
cusare Abbatem, quòd ei à iure conceditur, vt extr. de accus. c. ex parte. adeo quod etiam ipsi monacho dandæ sint expensæ ab ipso monasterio, cùm propriū nō habeat, vt extr. de accus. c ex parte. & c. olim, in fi. quomodò hoc procedit, quòd debeat egredi monachus Abbate imperante? certe illud nūquàm erit, quòd Abbas mandet monacho, vel det sibi licentiam, vt ipsum accuset. Respon. in alijs negotijs procurandis per monachum, intellige canones supradictos: in casu autem de quo opponis, dico quòd non est necessarium mādatum Abbatis, sed faciet hoc cum licentia Episcopi tantum, vt dictum est. & arg. ad hoc C. de Episc. & cleri. l. si quis per calumniam. Vel monachus admittitur auctoritate iuris, sicut & aliâs seruus in multis casib. admittitur auctoritate iuris contra dominum, & etiam contra alios, vt ff. de iud. l. vix certis. & C. de quæst. l. 1. & C. qui leg. personam ha. sta. in iudi. l. momentaneæ & C. si per vim vel alio mod. l. 1. hanc quæstionem certiùs examinabo infra in hac eadem Rubrica. His autem actionibus videntur multa capitula contradicere. nam videtur, quod monachi Missas publicas possint celebrare, vt 16. q. 1. Agapitus. possunt etiam mortuos extra monasterium morientes recipere ad sepulturam, vt in prædict. c. Agapitus. & c. admonete. & c. considerantes. & notauimus de hoc supra de sepult. Item videtur, quod monachis presbyteris sit permissum prædicare, baptizare, pœnitētias dare, debita, id est. peccata miseris relaxare, decimarū, primitiarum, oblationum viuorum & mortuorum portione iusta perfrui. Sed omnia ista contraria per istud verbum positum in canone tolluntur. f. moderata dispēsatione commendamus, vt 16. q. 1. c. doctos, & sic intellige oēs canones qui dicūt, quod prædicta

dicta facere monachis sit côcessum, sicut istud c.ead.
causa & q.c.ex auctoritate.& c.sicut oonnulli. Et nota
optimū verbū: quia si monachus presbyter vult prædi
4 care,† primò addiscat antequàm doceat: & semper cô-
uerfetur inter bonos & meliores, & eos sectetur, nec
sit miles antequam tiro: nec primò magister antequàm
sit discipulus, vt in ead.caus.& ea.q.c.sic viue in mona-
sterio, vt clericus esse merearis.& c.si clericatus.& ex-
tr.de elect.c.cum in magistrum assumi non debeat, qui
formam discipuli non assumpsit.& 60.dist.c.misetum.
5 † Ex hoc nota multos, qui volare volunt antequàm ha-
beant pennas. nam quosdam scio in regimine docen-
di positos, de quibus dicitur: de puteo vacuo nihil e-
greditur: & qua fronte tendet ad cathredram, qui nô-
dum sedit discipulus in scabello. Multi etiam assumût
& iudicaturæ & aduocationis officium, qui sciunt sa-
tis de iuris & facti ignorantia, & diu studuerunt in il-
la Rubrica, & legetunt locum secundùm ignorantiam
elenchi. Prima ergò capitula sine dispēsatione loquū-
tur, quæ ita prohibent: & maxiroè monachis vagabun-
6 dis, qui nô sunt monachi, sed mooachi † qui nigri sunt
intus & extra: & sic intelligitur in ead.c.q.1.c.adijci-
mus. vbi dicitur: adijcimus vt oullus audeat prædica-
re, siue monachus, siue laicus sit, siue cuiuslibet scien-
tiæ nomine glorietur. Cæterùm ex dispensatione pos-
sunt: & ita intellexit Gratianus, vt ea.caus.& ead.q.c.
sunt noonulli, in fi. Item abstineant ab omoibus secu-
laribus actibus, vt ea.c.& q.1.c.de præsentium.& c.sunt
nonnulli. præterea dicitur in Auth.quomodo oporteat
7 Episcopos viuere, col.8. † quòd nullam cognationem
habeat monachus, intellige hoc, quantùm ad seculares
8 actus: non intelligas sic ex toto. † nam ego video quod
monachus succedat, vt C.de Episc.& cleric.l.Deo oo-
bis. Item filius remanet in potestate patris, quia mona-
chatus oon liberat a patria potestate, sed Episcopalis
digoitas, vt in Auth.constitutio. qoæ de dignitate lo-
quitur col.5. Item oon amittit vsumfructū, quia capite
nô minuitur, sed augetur: vt notauit Dominus meus in
Summa, quibus mod. vsusfruct.amitt. Sed licèt habea-
tur monachus mortuus quantom ad modum, vt dixi su
prà. & aperte habetur hoc io c.illo placuit.& ioc.seq.
non tamen intelligas illum mortuum in vero. nam de
malis monachis loquor: quia quot mala committant,
sciunt illi qui sunt in terris ipsorū mouachorum: quod
verum loquor, & sunt mihi testes veri. † Item abstineât
9 vt nihil dent quaodo fiunt monachi: alinqui & dantes
& recipientes puniûtur: cùm sit simonia commissa, nô
tenuit monachatio: & ideò à loco illo expellitur, vt
extr.de statu monach.& can.regu.c.monachi. nec excu
santur ratione paupertatis. Et hoc vitium maximè io-
oleuit in Regno in monasterijs monialium, in quibus
noo recipiuntur moniales, nisi detur aliqua pecuoiæ
quantitas: & hoc pessimum vitiū obtinebat, & adhuc
obtinet in terra mea Beneuenti. certè tam dâtes, qoàm
recipiêtes, siuo sint subditæ, siue Abbatissæ, ab ipsis mo
nasterijs perpetuo expellûtur, & traduntur in mona-
sterijs perpetuæ moraturæ, quæ sint regulæ arctioris,
vt extr.de simon. c.quoniā simoniaca labes. quæ côsti-
tutio etiā traditur ad præterita. Item abstineaot mooa-
chi, vt oon habeant peculiū: & ne vadât singuli per ca-
stra, per vicos, & per oppida, sed sint in conuentu, iux-
ta Salomooem, dicentē: Væ soli, quia si ceciderit, nô ha
10 bet subleuantem se, vt extr.eo.c.mooachi. † peculiom
autē potest habere monachus de permissione Abbatis:
aliàs a communione priuatur altaris: & mortuus non
traditur ecclesiasticæ sepulturæ, vt in prædicto c.mo-
nachi. Item non dent Abbates perpetuam obedientiā
vel Prioratum, nec pro côcessiooe Prioratus perpetuū
vel temporale aliquid accipiant: alioquin & dantes &
recipiêtes à monasterio expellâtur: & cùm oportuerit
sine conditione qualibet mûtentur priores. & hoc de
Prioribus illis iotelligas, qui annuales dicuntur, & nô
11 iostituūtur per electionem: † in conuentualibus autem
ecclesijs instituuntur per electionem: illi enim ex quo
semel sunt per electionem instituti, semper sunt Prio-
res, & nunquam possunt nisi eorū culpis exigentibus,
removeri, vt extr.de stat.mona.& c.re.c.monachi. & c.
cùm ad monasteriū, circa fi. Item isti Priores annuales
pecuniā quam habent, Abbatibus suis reddere debent.
Vnde circa ista ootauit Tanc. quòd monachi Priorati-
bus suis sine causa rationabili nô mutentur: & ponun-
tur causæ. s. dilapidationis: vel si incontinêter vixerint:
vel si aliquid tale egerint, propter quod essent meritò
amouendi: aut pro necessitate aliqua maioris officij es-
sent transferendi, vt io prædict.c.monachi. & dicit T.
hoc intelligas de his Prioribus, qui habent caoonicum
titulum per canooicā electionem Capituli, & habent
confirmationē superioris: hi absq; culpa de Priorati-
bus suis remoueri nô possunt, vt 56.dist.c.satis peruer-
sum.15.q.5.c.2.16.q.vlt.c.cùm inuentum, extr.de iudi.c.
1. Istis talibus côfirmari possunt Prioratus & Abbatiæ,
vt extr.de præbend.c.nisi essent. Alij vero Priores, qui
nô creantur per canonicam electionem, sed ad volun-
tatem Abbatū suorum constituūtur, hi remoueri pos-
suot absq; culpa, vt extr.de stat.monach.& c.re.c.cùm
ad monasteriū.& extr.de simon.c.per tuas, in fi. nec ta-
libus beneficia confirmâtur, vt extr. de concor.vtil.vel
inut.c.ad nostrā & c.porrecta.& extr.de capel mon.c.
ex parte.& 16.q.1.c.peruenit.& de hoc dic vt notabo in
fi. huius Rubricæ. † QVAESTIO. Sed quæritur: an mona- 12
chi possint ad regimen ecclesiarum assumi etiam paro-
chialium? & videtur quod sic, vt extr.de stat.mon.& c.
re.c.quod Dei timorem. & 16.q.1.c.doctos.& c.in paro-
chia.& 55.dist.c.priscis. QVAESTIO. Sed nunquid de iu
re vel ex dispensatione possit sibi cura animarum com
mitti? certè de hoc dubitari consueuit, & quidam di-
cunt, quòd hodie de iure communi possit, sed olim tā-
tùm ex dispēsatione, vt extr.de eo.tit.c.quod Dei timo
rem.& 55.dist.c.priscis. Alij dicunt, quòd nec olim nec
hodie possit sine dispēsatione, vt extr.capel.mona.c.io
ecclesijs.& extr.de stat.mon.& cano.regul.c.mooachi.
Sane potest dici, quòd olim nô poterant præfici nisi ex
oecessitate, vt 55.dist.c priscis. sed hodie possunt vtili-
tate suadente, vt 16.q.1.c.cum pro vtilitate. Regulares
tamen canonici licitè possunt assumi, vt extr.de sta.mo
nach.& cano.regul.c.qood Dei timorem. scilicet quan
do causa vtilitatis exposcit. Differentia † tamen est in- 13
ter monachos & canonicos regulares: quia monachus
tenetur secum habere socios sui ordinis, vt extr.de sta.
mon.& cap.reg.c.monachi. sed regulares canonici nô
tenentur, nisi commode haberi possiot, vt ext.eo.tit.c.
quod Dei timorem.& hoc dixit Ioh. Tancre.autem a-
lio modo voluit distinguere, vt in pauperibus ecclesijs
parochialibus possit assumi monachos ad regimen il-
lius ecclesiæ ex dispensatione, cum côsensu sui Episco-
pi & Abbatis. & sic intelligit decret.extr.de stat.moo.
& can.reg.c.monachi.& 16.q.1.c.in parochia. & c.pro
vtilitate.& c.doctos.& c.si monachi. si verò talis sit ec-
clesia, quòd plures clericos secum habere possit mona-
chus præfici ecclesiæ parochiali. & sic intelligūt c.ex-
trà, de statu mon.& cap.reg.c.quod Dei timorem. & c.
monachi. quibus dicit Tancre. ego assentio. Sed salua
pace sua tacere potuit, & noo debuit hoc coolenti-
re cum alijs: quia potiùs econuersò videtur posse di-
ci. Placet ergò magis sententia Ioh. Non ergò mona-
chi debent habere proprium. nisi pro iniuncta admi-
nistratione, vt in prædicto c monachi. sed tunc non di-
citur vere propriū monachi, sed administrationis po-
tiùs. multò ergò minus possunt habere proprium pro
se, vt 12.quæst. 1.c.nondicatis. 18.quæstio.2.c Abbates.
27.quæst.1.c.de monacho.18.quæst.1.c.1. Sed contra.17.
quæstiu.1.c.de viduis. & 19.quæstio.1.c.si qua mulier.
Solutio: nil proprium potest habere monachus. † et- 14
si sub tali conditione fiat monachus, vt proprium re-
tineret, non est verus monachus, & conditio si ange-
retur, argum.cont a.de condit.apposi.c.quicunque. &
c.vltim.& extr.qui cleric.vel vo.c.insinuante.& ff.si v-
susfruct.pet.l.1.§.2.& 3. Hug.tamen dicit, eum non esse
monachum, argum.32.quæstio.2.c.solet. & extrà, de
fide instrumen.c.inter dilectos, circa finem. Vsu ve-
rò modernorum cum voluntate Abbatis fieri potest,
vt vsum habeat, quamuis parum distet a simonia

Argumenta tamen addo, vt nō valeat monachatio sub
illo pacto, vt teneat proprium: quia contra substantiā
monachatus est, vt ff. de pecul. lega. l. si peculium lega-
tum. §. 1. licèt in eodem §. sit argum. contra. quia sola ad-
iectio vitiatur, vnde tenet monachatio. Et secundùm
hoc sume argum. prò & contrà. & primò, quòd teneat
monachatio: & illud videtur, quod contra naturā sit:
nam quotiescunque aliquid apponitur, quod sit cōtra
naturā illius quod geritur, totum vitiatur illud quod
est contra naturam: sed tamen relinquitur, quod geri
intenditur, vt in vsufructu: nam vbi vsufructuarius nō
satisdat, non valet talis adiectio, vt C. vt in possess. leg.
ea. l. scire debetis sed ex illa l. argum. pro & contra su-
mi potest. Item si testator dicat, tutorem filiorum me-
orum volo esse analegistam, non valet, vt ff. de admin.
tut. l. quidam decedens. ista enim sunt contra substan-
tiam vsusfruct. quia quilibet vsufructuarius tenetur sa
tisfacere de vtendo fruendo arbitrio boni viri, vt ff. de
vsufruct. l. 1. & l. vsusfructus legatus. & quilibet tutor
tenetur reddere rationem villicationis suæ, vt ff. de ar-
bit. tut. & ff. de tutel. & rationib. distrahen. & l. 1. Item si
maritus contractum legitimum faciat cum vxore: pu-
tà (quia vendidit) & donationis causa fiat pactum, vt
aliquid venditor non præstet, solum pactum vitiatur,
vt ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si vir. §. si vir vxori. ad
idem inducitur ff. de pact. l. inter debitorem. Item ar-
gum. ff. de hær. instit. l. hæreditas ex die. vbi sublato vi-
tio temporis manet institutio: & sic potest secundùm
hoc totum illud generale induci, vt ... per inutile non
vitiatur, sed solùm inutile. Econtrà possunt argumen-
ta notari, vt tota monachatio vitietur: nam si tutor de-
tur certarum rerum vel causarum non deductis rebus
non valet tutoris datio: imò si datus sic fuerit, tota
datio nihil valebit, vt ff. de testamen. tut. l. certarum. &
l. si datus. argum. C. in eod. tit. l. sed si testamento tutor.
Item si vsusfructus legetur deducto vsu, inutile est le-
gatum, vt ff. de vsu & habita. l. per seruum. Item si ser-
uus communis stipuletur, & dicat: promitti mihi par-
tem Mæuij alterius de Dominis: certe hæc adiectio mi-
hi totam vitiat stipulationem, vt ff. de stipul. seru. l. ser
uus communis. §. si seruus Titij. Contra argum. ff. eod.
tit. l. sed & sibi. §. 2. Item si pro parte l[e]gat[ur], seruitus adi-
matur, nequ[e] legatum, neque ademptio valet, vt ff. de
seruitut. l. pro parte, in fin. Item si vsufruct. legetur, &
fru[ctus] adimatur, totum videtur ademptum, vt ff. de v-
su & [ha]bit. l. & si f[ruct]. Et sic potest allegari illud ge-
nerale, quòd vti[le] per inutile vitiatur. Argum. contrà.
nam & si legato vsufruct. tunc adimatur, nu valet quod
adimitur, nec t[am]en vitiatur legatum, vt ff de adimen. leg. l. 3.
§. si loci. Item si al[i]quis hæredem instituat ex fundo, te-
net institutio detracta fundi mentione, vt ff. de hæred.
instit. l. 1. §. si ex fundo. Hæc vti vtilia elegi tractare de
priuilegiis monachorum. Monachatio enim est magni
priuilegij & fauoris, & multi reputant vitam illam o-
nerosam & grauem: sed nouit Deus, nisi quia ipsi mo-
nachi dæmoniaci sunt propter inuidias & tentationes,
& quia vnus se reputat meliorem altero: vita sæcula-
rium est vita miseriæ, & vita tenebrarum: & illa vita
15 est quietis & solatij: vnde † monachatio præiudicat o-
mnibus votis: nam præiudicat voto peregrinationis,
vt extr. de vo. & voti re. c. scripturæ. Item præiudicat
iuramento, vt extr. de spons[a]l. c. commissum. Item ma-
ior est quam pœnitentiæ impositio, vt 33. quæst. 1. c. ad-
monere. Item præiudicat matrimonio, vt extr. de con-
uersat. coniug. c. ex publico & C. de Episcop. & cler. l.
16 Deo nobis auxilium præbente. † QVAESTIO. In vlti-
mis quæritur, an monachus vel canonicus regularis si
fuerit albus, & fiat niger, vel econuerso. & fuit promo
tus ad ordines, an po[s]sit in susceptis ordinibus mini-
strare, vel an possit suscipere ordines, vel an possit ad
dignitates promoueri? Respondeo & dico, quòd sic: vt
extr. de tempo. ordina. c. ex parte. & extra. de statu mo-
nach. & c. rc. c. monachi. & c. quod Dei timorem. Sed
caueat religiosus, vt si ad dignitatem assumatur, quòd
faciat cum licētia Abbatis: alioquin religiosus sine li-
centia Abbatis ad dignitatem promoueri nō potest, vt

vt extr. de supplen. neglig. prælat. c. ad aures. Sed illud
quæritur, † an monachus possit accusare Abbatem, cùm 17
ei præstiterit obedientiam? Respondeo & dico, quòd
sic: vt extrà, de accusat. c. ex parte. & c. olim. OPPOSI-
TIO. Sed videtur, quod non possit accusare: primò,
quia mortuus est mūdo. 16. quæst. 1. c. placuit. item quia
monachus admitti non debet, nisi quatenùs vtilitas
monasterij deposcit, & Abbate nihilominùs imperan-
te, vt 16. q. 1. c. monachi a monasterio. Item cùm præsti-
terit sibi obedientiam, & debeat sibi subesse, quomodò
ipsum accusabit Abbatem, qui habetur loco patris: &
cautum sit, quod nec filius patrem, nec frater fratrem,
nec familiaris accusare potest de publico crimine, nisi
iniurias suas prosequatur, vt C. qui accus. non poss. l. si
magnum. & l. propter. & l. iniquum. & l. si sororem. &
l. si quis ex familiaribus. Idem est in milite seculari, vt
C. eod. tit. l. non prohibentur. Item si ponamus Abba-
tem loco patroni, tamen monachus ipsum accusare nō
posset: quia persona eius sancta & reuerenda debet sibi
videri, vt ff de obseq. à lib. patro. præstan. l. vlti. Respō.
si contra Abbatem vult venire monachus, & ipsum ac-
cusare, omnia prædicta cessant: quia facit hoc ex iuris
permissione: vnde non debet petere licentiam Abba-
tis: nunquàm enim Abbas licentiam concederet mo-
nacho, vt ipsum accusaret. & quod illa non sint necces-
saria, ratio redditur in iure: ea enim quæ domi gerun-
tur, melius sciri no possunt, quam per familiares, vt C.
de repud. l. consentu. & extr. de testib. c. veniens. & per
hoc vtilitati ecclesiæ prouidetur, sed iudex sit cautus,
vt monachum non admittat, nisi petita venia & licen-
tia ab ipso Abbate: sicut & in filio qui vult agere con-
tra patrem, vt ff. de in ius vo. l. quicquid §. prætor. & sic
iudex cautus & discretus monachum ad accusationem
Abbatis non admittat indifferenter: sed cōsideret per-
sonam ipsius & causam, & sic admittat eum, vel nō ad-
mittat. nam si forte sic indistinctè admitteretur mona-
chus ad accusandum, iam daretur ei vagandi materia,
quæ debet sibi potius interdici: & quando sibi placeret
posse extre monasterium. † QVAESTIO. Sed istud quę- 18
ritur circa ista, quis dabit sibi expensas? & certè decre-
tales prædictę c. ex parte. & c. olim. dicunt, quòd expē-
sæ necessariæ, dum causa debitum finem accipiat, de-
bent de rebus monasterij ipso m[on]acho ministrari: sed
non dicunt a quo: quis ergo dabit? vel à quo debent
ministrari? Respond. iudice: si enim Abbas daret, pri-
mò pateretur monachum fame perire, quam sibi vnum
denarium ministraret: quòd enim iudex faciat sibi mi-
nistrari, dicit prædicta decre. olim. & ratio assignatur
à canone: quia monachi non habent proprium. & hoc
etiam altâs inuenitur, vt licet habeant propriū, nihil-
lominùs debeant habe[r]e expensas: nam & miles qui li-
cèt habeat stipendia à publico, tamen si pro causis pri-
uatorum vadat, ab eis recipere debet, vt C. libr. 12. de e-
rogat. milit. anno. l. fortissimi. & l. annonas. & l. penult.
Item tutor recipit expensas & sumptus litis de bonis
pupilli, licet de suo habeat, vt ff. de adminst. tut. l. à tu-
toribus. § vlt. & ff. de tutel. & ratio. di[str]. l. 1. §. si pupil. in
fin. Hoc idem in procuratore, vt C. mand. l. idem. §. idē
Labeo. Idem est in teste, vt C. de testib. l. quoniam. & ff.
de testib. l. testium. & C. de appella. l. eos qui. & 4. q. 2. c.
veteris autem ad iudicium. Item pupillo dantur expen
sæ, si quæstionem [st]atus siue bonorum patiatur, vt ff. de
Carbon. l. 2. Idem est in fi[li]o de libertate, vt ff. de iure
delib. l. filius. Item idem in filio proponente querelam,
vt ff. de inoffi. testa. [l.] si institutus. Item idem est in eo,
qui prosequitur causam electionis, vt extrà, de elect. c.
vt præteritæ. Et sic de his argumentis omnibus idē iu-
dicium est. ff. ad Trebell. l. mulier. § bimembris. & ff. de
iniust. rup. testa. l. 3. & C. de lib. præte. l. 3. 10. Item seruo
& tractanti causam liberalem expensæ dandæ sunt, vt
C. de ordin. cognit. l. vltim. † QVAESTIO. Sed nunquid 19
monachi possunt alios accusare? Respond. quòd non:
vt extrà, de accusat. c. ex parte. Sed intelligunt Docto-
res de iure Canonico, quod non possint aliquos accu-
sare contra voluntatem Abbatis, vt argumen. C. de bo.
quæ liber. l. vltim. aliàs possunt. 2. quæst. 7. c. cura pasto-
ralis.

20 talis. tamen licèt alios accusare nō possint, † denunciare tamen possunt, non solum fratrem ad pœnitentiam, sed & quemlibet alium fidelem: & hoc etiam Abbate cōtradicente, quoniam generaliter dictum est à domino: si peccauerit in te frater tuus &c. à cuius mandati executione nulla obligatio, vel iuramenti vel voti, vel obedientiæ, vel professionis debet impedire: maximè si dicitur esse præceptum. Alia ar. habes extr. de iureiu. c. quemadmodum. Tancre. QVAESTIO. † Sed pone mo-
21 nachum in scholis † esse de licentia sui Abbatis: nunquid potest aliquem accusare, vel contra aliquem agere? Respondeo: si interest eius, potest: aliàs non, vt 16. q. 1. c. monachi. eo enim ipso quod licentiam dedit ei Abbas, omnia sine quibus exercere non potest, ei concessit, vt argum. ff. de iurisdict. om. iudi. l. 2. & extr. de offi. & potesta. iudi. deleg. c. prætereà. & c. quæsitum. T. Sed fortè posset dici quòd tunc possit agere vel accusare, secundùm quod distinguit in filio ff. de iudi. l. si lōgius. Sed sicut superius diximus expēsæ necessariæ sunt dan-
22 dæ monacho accusanti. QVAESTIO. † Primò quæritur, quæ sint expensæ necessariæ in casu præsenti? Respon. omnes illæ quæ desiderantur in lite, sicut salarium pro aduocatis, quod debet constitui secundùm aduocati facundiam, & qualitatem causæ, & consuetudinem fori, vt ff. de var. & extraor. cog. l. 1. Item salarium quod datur iudicibus secundùm iura ciuilia, duo aurei in principio, & duo in fine. in authen. de iudi. collat. 6. secundùm consuetudinem imperij vigesima pars: secundum verò quod hodiè soluitur in imperio vel in regno trigesima, vt in constitu. quæ datur balliuis & iudicibus, vt in officijs camerariorum & iusticiariorum, id est, cum certa. quæ vigesima etiam in Tuscia & in Lombardia secundùm statuta ciuitatum. Item sportulæ quæ dantur viatoribus, vt in authen. de litigio. §. ad excludendas. & est posita in C. de episco. & cleri. authen. generaliter. vel salarium quod datur viatori, vt ff. de rebus eorum qui sub tu. vel cu. sunt. l. magis. Item sumptus qui dantur testibus quos produxit, vt C. de testib. l. quoniam. & ff. de testi. l. testium. Item salarium quod fuit de consuetudine, quòd datur iudicibus & notarijs pro subscriptione sententiæ, vt C. de assesso. l. nemo. Item salarium quod datur promittendo aduersario in possessionem. Item expensæ suæ, vt ff man. l. idem. & generaliter omnia quæ in lite sunt necessaria pro exemplandis attestationibus & instrumentis, vt C. de iudi. l. sancimus. Sed quid de inutilibus & voluptarijs expensis? Respon. istæ non dantur, aliæ sic, vt extrà, de iureiuran. c. quemadmodum. T. Admittuntur autem ad accusandum subditi contra prælatum suum, vt extrà, de accusa. c. nulli. & c. illa. & 2. q. 1. c. quapropter. & 17. quæst. 4. c. quæsti. Alanus.

De monachis & canonicis regularibus. Rubrica.

1 *Canonicorum regularium status, quid à monachorum statu differat.*
2 *Intellectus c. intelleximus. de etat. & qualit. & ordin. præfic.*
3 *Canonici regulares vnde sic dicti.*

NVNC de statu Canonicorum regularium videamus. & certè ferè omnia consideranda sunt circa statum Canonicorum regularium, quæ & circa statum monachorum: in paucis tamen differunt. pri-
1 mò † enim differūt in habitu sicut videre potestis: nam Canonici regulares vtuntur cappis nigris, & tunicis albis, & panno lineo, sicut sunt sancti Ioannis de Lateran, sanctæ crucis, sanctæ Mariæ nouæ in vrbe, sancti Fridiani in ciuitate Luciana. sunt & alij Canonici regulares, & alterius habitus, sicut sunt illi de sancto Victore apud Parisios. Differunt & in esu carnium, quia Canonici regulares carnes comedunt, et hoc habent ex regula ipsorum: monachi verò nunquàm, nisi sicut superiùs dixi. Itē alia differentia notata est superiùs, quia Canonicus regularis solus potest esse in Ecclesia parochiali: monachus autem non. Item alia, quia Canonicus regularis nō potest transire ad monachatū: imò si transit ad monachatum, compellitur redire ad canonicatū, vt ext. de æta. & qual. & ord. præfi. c. intelleximus. quod valdè mirum videtur: nam ego inuenio quòd quis potest transire ad vitam arctiorem. & vita monachorū arctior est, quàm vita Canonicorum, nam monachus niger transire potest ad vitam & ordinem Cister. vt extr. de re. & transeun. ad re. c. licèt. in fi. Sed † fortè c. illud. intelleximus. intelligitur quādo ille Canonicus ex causa leuitatis transiuit, secundùm quod consueuimus intelligere canonem illum. 19. q. 3. c. mandamus. Vel ille Canonicus fuerat tantū in habitu probationis, vel fortè locus ille quem dimiserat, fuerat regulæ arctioris: & ille ad quē trāsierat, fuerat vitæ laxioris: vel dic, quòd si aliquis petita licentia, licèt non obtenta, transiuit ad strictiorem regulam, quod tunc non potest reuerti ad priorem locum: & sic loquitur decre. illa, licèt. sed si nullo modo petijt licentiam, & transeat, tunc redire cogitur, & ita intelligitur decre. illa, intelleximus. & illud. c. mandamus. Et dicuntur † isti regulares, vnde omnes Canonici dicuntur quasi regulares, habent enim quandā regularitatem in se, quia vita eorum separata debet esse à vita laicorum, vt dicit specialis rubrica extrà, de vita & ho. cler. Licèt in multis partibus deterior & lasciuior sit vita clericorū, quàm vita laicorum. Dicuntur præterea Canonici regulares propter strictiorem regulam: & sic sunt illi regulares. nam alij Canonici vocātur à multis Canonici seculares, vel ideo dicuntur regulares per aptitudinem, & non in actu: nam si clericus sit bigamus, fit irregularis: quia promoueri nō potest, vt extr. de biga. non ordi. per totum. multotiens inuenies, quòd clerici seculares vocātur Canonici, canon enim græcè, latinè dicitur regula, vt 3. dist. c. canō. licèt diuersæ sint religiones, & diuersi habitus, tamen eiusdē religionis sunt, & maximè stantes in eadem domo, eundē habitum seruare debent, vt extra. de vita & honest. cleric. c. Deus qui ecclesiam suam.

Quid sonet hoc nomen, Abbas, & quis debeat eligi in Abbatem, & à quibus. Rubric.

1 *Abbatis nomen quid importet.*
2 *Abbas officij & sollicitudinis nomen est.*
3 *Quis in Abbatem eligendus sit.*
4 *Abbatis electio quando & à quibus facienda.*
5 *Electio precibus facta nulla est, & sub simoniaca specie facta censetur.*
6 *Abbas de quibus monachis eligendus sit.*
7 *In Abbatem eligi quis non nisi professus sit, potest.*
8 *c. quapropter. extr. de elect. an in Abbatum electionibus lo. non habeat.*
9 *Abbas non dicitur pastor, sed gubernator.*
10 *Vidua quæ, & vnde dicatur.*
11 *Abbas confirmandus, & benedicendus, & à quo.*
12 *Episcopus in monasterijs suæ diœcesis quæ iura non habeat.*
13 *Abbates in Episcopi potestate sunt.*
14 *Abbatis officium in quibus consistat.*
15 *Libelli quomodo formētur contra monachum fugitiuum, pro rebus monasterij vendicandis.*
16 *Abbas negligens à suo Episcopo diœcesano deponitur.*
17 *Monachorum & monialium congregatio esse non debet.*
18 *Abbates Cisterciensis ordinis facilius remouentur, quam cæteri Abbates.*
19 *Prioratus Canonicorum regularium quare non confirmetur.*
20 *Monachus in duobus monasterijs locum habere non debet.*
21 *Abbas duobus præfici monasterijs non debet.*

VIdeamus vltimò de hoc nomine Abbas, quid sonet hoc nomen Abbas: quis debeat eligi in Abbatem, à quibus fiat electio, à quo confirme-

 tur

tur & benedicatur: & quod sit Abbatis officium. Et cer
1 tè Abbas nomen græcum est, † tantum sonat in latin,
quantum hoc nomen pater. multa tamen Abbates non
sunt patres, sed vitrici: & fortè quia non habent filios,
sed priuignos. Item nomen Abbatis non est nomen di-
2 gnitatis, † sed est nomen officij, seu sollicitudinis, vt
18. quęst. 2. c. hoc nomen. argum. extrà, de ætat. & qual.
3 ord. præfi. c. tuam. † Debet autem eligi in Abbatem ille
qui dignus est moribus, atque actibus monasticæ disci-
plinæ: qui est etiam dignus ordine, & merito vitæ, & 18.
q. 2. c. Abbatem in monasterio. Item qui sit honestus &
industrius, vt extra, de ætat. & qual. & ord. præfi. c. tuã.
4 Fiet † autem electio Abbatis, cùm monasterium vacat
per mortẽ prioris Abbatis, vel quia fortè alius ad ma-
ius monasterium est translatus in Abbatem. Si enim al-
ter Abbas viuit, alius medio tempore non potest eligi,
vt extr. de concess. præben. vel eccl. non vac. c. qui in vi-
uorum. & 16 q. vlt. c. vlti. arg. ff. de dona. l. quidam. ff. de
vulg. & pupil. substi. l. 2. C. de capt. & post li. re. l. 1. ff. de
iur. & fact. ign. l. 2. Eligi debet à congregatione sua, vel
à maiori & saniori parte, vt 18. q. 2. c. Abbatem. & 16. q.
vlt. c. vlti. & extr. de consuetud. c. cùm dilectus. Si enim
electio Abbatis fiat ab Episcopo, nulla est, vt 18. q. 2. c.
Abbas. Item si fiat à laicis, vel ad clamorem ipsorum,
vel ad ipsorũ preces, seu ad petitionem, & maximè eo-
rum qui sunt ipsi electo consanguinitate & affinitate
coniuncti, nulla est electio, vt extra, de æta. & qual. &
5 ord. præfi. c. tuam. † Quoties enim quis ordinatur pre-
cibus interuenientibus, ordinario nulla est seu electio,
quia illicitæ sunt & generant speciem symoniæ, vt 1. q.
2. c. ordinationes. 8. q. 1. c. in scripturis. extrà, de iur. pa-
tro. c. per tuas. quòd procedit si indignus est. Si verò a-
liquis cùm dignus sit preces porrigat superiori, non
credo hoc illicitum esse, arg. 1. q. 1. c. non itaque. arg. ext.
de elect. c. sicut dignũ. & est expressum quòd quis pos-
sit pro se rogare, vt ext. de simo. c. tua. aliàs multi hodiè
damnarentur: & hoc etiam sentit Laur. arg. pro hoc ff.
de offi. prætor. l. Barbarius. ff. quod cuiusque vniuersi. l.
item eorum. & ff. de decur. l. eos qui vtensilia. Si autem
quis offerat preces Canonicis seu electoribus pro se, vt
eligatur in prælatum, illicitæ sunt & ambitiosæ tales
electiones, vt 1. q. 1. c. nullus itaque. Si verò precibus
promouetur vel ordinatur quis, aut preces illæ sunt
carnales, aut spirituales: si carnales, & fiant pro indi-
gno, symonia committitur, vt 1. q. 1. c. de ordinat. quia
succedunt loco pretij, vt 1. quęst. 1. c. sunt nonnulli. Si
verò sunt carnales, & fiant pro digno, dummodò ele-
ctor vel ordinator nõ habeat respectum ad preces, sed
ad meritum illius qui debet ordinari, vel eligi, licitè
possunt interponi, nec committitur symonia, vt in pręd-
dicto c. tuam. & 1. q. 1. c. quibusdam. Si autem spiritua-
les sunt, admitti possunt, nec faciunt symoniam, vt 1. q.
6 1. c. latorem. T. † Eligi autem debet Abbas de capitulo,
si ibi inueniatur idoneus, alioquin aliũde eligi potest,
vt extrà, de consuetudine. c. cùm dilectus. In fi. et 18. q. 2.
c. quàm sit necessarium. & 13. dist. c. in nomine Domini.
C. de Epis. & cler. l. in ecclesijs. & ff. de tut. & cur. da. ab
7 his. l. diuus. & 18. q. 2. c. Abbas. Item is eligatur † in Ab-
batem qui sit professus: si enim aliquis eligitur in Ab-
batem, qui non sit professus, eius electio vitiatur, vt
extr. de elect. c. causam. & c. cùm in magistrum. QVAES-
8 TIO. Illud † autem frequenter quæritur, an in electio-
ne Abbatum, seu Abbatissarum, seu Priorum, seu ali-
quorum aliquorum rectorum ecclesiarum locum ha-
beat constitutio Lateranen. concilij. extr. de elect. quia
propter diuersas? vt si non sit seruata aliqua forma vel
per scrutinium, vel per compromissum? scio quòd mul
ti admittunt, quòd sic: quia constitutio indistinctè lo-
quitur, vnde indistinctè est intelligenda, vt argu. ff. de
leg. præstan. de. bo. poss. contr. tabul. l. 1. & ff. de publ. l.
de pretio & ff. de aleam. l. 1. Curia tamen Romana te-
net vt prædicta constitutio in talibus locũ non habeat,
& sic pronunciauit dominus Otto sancti Nicolai dia-
conus Cardinalis de mandato domini Papæ, & de con-
cilio Cardinalium in causa præpositurę sanctæ Mariæ
Magdalenes Virdun. in qua causa fui patronus, et defen
debam partem meam: quia pars altera non probabat a-
liquam formam constitutionis illius, quia propter: sed
benè probabat, quod electio erat a maiori parte facta,
vt dicit decre. extr. de elect. c. dudũ. nec probabat quòd
factum fuisset scrutiniũ, nec illa solennitas quæ in con-
stitutione illa continetur: & assignauit dominus Otto
talem rationem dicens, constitutionem illam intelli-
gimus in Episcoporum electione, & in talibus qui ve-
rè dicuntur pastores: & hoc dicit prædicta constitutio,
vt consulatur ecclesiæ de pastore. Abbas † aũt siue præ- 9
positus, siue alij rectores nõ dicuntur pastores, sed gu-
bernatores. Item & alia ratione, † mulier dicitur vi- 10
dua quæ habuit maritum & amisit illum: & sic propriè
& strictè sumitur vidua. sic sumitur C. quando Impera-
tor inter pu. & vid. l. vnic. sic sumitur C. de indicta vi-
dui. per totum. & dicitur vidua, quasi separata à viro,
vt sit pars illa cõposita à vi, id est, & dua. i. diuisa. Idus
enim græcè, latinè diuisio dicitur: sic inuenitur in Ca-
lendario. Largè autem quælibet mulier potest dici vi-
dua, alia tamẽ significatione, quasi vecors. i. sine corde.
mulieres enim molles sunt, & pusillanimes, vt ff. de
ver. sign. l. malum. Sicut ergo de iure Canonico verus
sponsus, & verus maritus ecclesiæ dicitur Episcopus: &
inter Episcopum & ecclesiam dicitur contrahi matri-
moniũ spirituale, vt extr. de transla. Episco. c. inter cor-
poralia. & sic morte Episcopi ecclesia quæ fuit vxor re-
manet vidua, sic in matrimonio carnali contingit: quia
mortuo viro remanet vxor vidua, vt C. de nup. l. viduæ.
& hoc dicit prædicta cõstitutio, vt consulatur ecclesijs
viduatis. Inter Abbatem autem & prædictas personas
non dicitur matrimonium contrahi spirituale, & ideò
in morte ipsorum non potest dici ecclesia viduata, cùm
nõ habeant, nisi quandam bonorum ipsius ecclesiæ ad-
ministrationem: cùm sicut dixi, officium cuiusdam sol
licitudinis est officium Abbatis, vt 18. q. 1. c. hoc tãtum.
† Confirmatur autem Abbas, & posteà benedicitur, si 11
persona eius sit idonea, & si nõ sit de exẽptis à suo diœ-
cesano, in cuius diœcesi monasterium illud consistit, vt
extrà, de symo. c. sicut pro certo. & extr. de elect. c. cùm
inter R. seniorem. Omnes enim Basilicæ, & omnia mo-
nasteria, in omnibus episcopatibus subsunt, & debent
subesse illi Episcopo in cuius diœcesi sunt sita, vt 16. q.
4. c. omnes Basilicæ. & c. monasterium. & c. causa. q. 3. c.
si quis Episcopus. & c. possessio. & 10. q. 1. c. directũ est,
& ext. de præscrip. c. cũ olim. & c. auditis. & ext. de ex-
cep. c. cũ venerabilis. & ext. de reli. do. c. constitutus. &
extr. de præsc. c. cũ non liceat. & extr. de confir. vtil. vel
inuti. vel inuti. c. cũ dilecta. & ext. de off. iud. ord. c. con
querente. Quædã tamẽ sunt iura † quę Episcopus in mo 12
nasterijs suæ diœcesis non habet, nam non habet partẽ
de oblationibus, quæ fiunt in monasterijs, vt ext. de sta.
mo. & c. re. c. 1. à lege enim diœcesana monasteria sunt
exempta, vt 16. q. 1. c. cùm pro vtilitate. Item nec recipit
cathedraticum ab eis, vt 10. q. 3. c. inter cætera. nisi fortè
haberet monasteriũ populum, vt 18. q. 2. c. Eleutherius.
& ext. de testam. c. requisiuit. Tenetur tamen Abbas re-
spondere suo diœcesano ferè in omnibus iuribus epis-
copalibus, vt dixi per c. de conquerente. ext. de off. iud.
ord. Item visitatio monasterij & correctio ad diœcesa-
num loci pertinet. Item vocatus Abbas tenetur ire ad
synodum Episcopi, vt 18. q. 2. c. Abbates: imò plus con-
tinetur in prædicto c. Abbates, scilicet quòd Abbates
† sint in potestate Episcopi, & monachi sint in potesta- 13
te Abbatis. ad idem potest induci, 16. q. 2. c. visis. & ac-
cedit his quæ dicta sunt, 18. quęst. 2. c. visitandi. & c. non
simul. Potest & superior compellere Abbatem, vt reci-
piat monachos suos per subtractionem officij & bene-
ficij, vt extrà, de offic. & potest. iudic. ordina. c. quanto.
Item nota, quòd Abbates non sunt veri sponsi ecclesiæ,
quia ipsi benedicuntur, & Episcopi consecrãtur, vt ex-
trà, de symonia. c. sicut pro certo. ad Episcopum enim
pertinent omnia monasteria in cuius territorio consti
tuta sunt, vt 18. q. 6. c. Abbates. in fi. & extrà, de corpo vi-
tiat. c. exposuisti. † Officium Abbatis cõsistit circa per- 14
sonas monachorum, & circa gubernationes status re-
rum monasterij: & hoc satis exprimitur in 18. quęst. 2. c.
tantùm.

tantùm. Pertinet etiam ad suum officium corrigere monachos errantes, & fugitiuos ad monasterium reuocare, & illa quæ per illum monachum sunt quæsita monasterio vendicare, vt 18.q.2.c. Abbates pro humilitate. et sic probatur quòd Abbas possit res nomine monasterij vendicare. Vnde contra monachum fugitiuum siue errantem potest Abbas concipere sic libellum. LIBELLVS.
55 † Ego Titius Abbas monasterij Casinensis ago contra Sempronium, quòd cùm ipse sit monachus monasterij Casinen. & ab eo recessit sine mea licentia: peto ipsum ad monasterium reuocari, & ipsum in monachum meum vendico, adiecta causa, quia monachus meus est. Sic habes argum. ff. de rei vendic. l. 1. ff. ad municipal. l. de iure omnium incolarū. Vnde glossauit ibi dominus meus, sicut pater vendicat filium adiecta causa de iure Quiritum, sic Abbas vendicat monachum, & potestas eiuem, & hoc per c. illud, Abbates pro humilitate. 18. quæst. 2. Pro rebus autem monasterij sui vendicandis, vel pro his rebus quas acquisiuit monachus errans & fugitiuus, medio tempore poterit Abbas libellum concipere sub hac forma. LIBELLVS. Proponit Titius Abbas talis monasterij contra Sempronium monachum, qui possidet res tales, cuius fines sunt tales, si sunt res immobiles: si autem sint mobiles dicat res tales, & designet numerum & colorem, vt notaui suprà de rei vendicatione, quas dicit ad ipsum monasterium pertinere iure dominij vel quasi: & hodiè sic rectè concipitur libellus in omnibus curijs, vt notaui suprà de publiciana. Et nota quòd sicut Abbas concipit libellum pro rebus monasterij, sic concipere debet pro rebus quas acquisiuit medio tempore ille monachus fugitiuus, siue pro rebus quæ fuerunt ipsius monachi. & quod pro rebus Ecclesiæ vendicandis admittatur Abbas dicit c. 18. quæst. 2. c. luminoso. in fin. vbi dicitur, quòd monachi semper maneant in Abbatum potestate. & c. nullum. vbi dicitur, quòd omnia quæ ad vtilitatem monasterij pertinent, ad Abbatum sollicitudinem pertinere conueniat. & c. Abbates pro humilitate. vbi dicitur, quòd si peculium habuerit monachus, vel aliquid acquisierit ab Abbate auferatur. Abbas si conuenit, vel vult agere, sic experiatur: si autem Abbas conueniatur, sub Episcopo suo conuenitur, vt 18.q.2.c. cognouimus. Item cùm Abbas sit legitimus administrator rectè poterit nomine ecclesiæ agere, & nomine ecclesiæ res vendicare, vt & aliàs C. de epis. & cler. l. orphanotrophi. Abbati autem sicut capiti omnes monachi obedire tenentur, vt extrà, de sta. monach. & ca. re. c. cùm ad monasterium. circa fi. & 18. q. 2. c. nullum. Caueat tamen sibi Abbas,
56 † quia si in officio suo inuenitur negligens, deponitur per Episcopum suum diœcesanum, vt extrà de stat. mona. & ca. re. c. cùm ad monasterium. in fi. imò plus dicit canon, quòd si Abbas in regimine cautus, humilis, castus, misericors, discretus, sobriusque non fuerit, & diuina præcepta verbis & exemplis non ostenderit, ab Episcopo in cuius territorio consistit, & à vicinis Abbatibus Deum timentibus à suo arceatur honore: etiam si omnis congregatio voluerit illi Abbati consentire, vt 18. quæst. 2. c. si quis Abbas. quod capitulum si hodie seruaretur pauci vel nulli essent Abbates, nescio tamen qua de causa Episcopi & superiores illud omittant, sed caueant sibi: quia reddituri sunt domino rationem. Item
57 † caueant Episcopi vt in vno & eodem loco non fit congregatio monachorum & monialium, sicut audio quod est in Anglia in monasterio sancti Spiritus, & in Francia in ecclesia sanctæ Katharinæ: quòd contra canones est, vt 18. q. 2. c. diffinimus & c. nullo loco. & c. monasteria. cum cap. sequ. & hi tales Abbates, cùm regulares sint, de facili possunt ab administratione remoueri, vt extr. de symon. c. per tuas. circa fin. sed quidam intelligunt hoc in Abbatibus Cister. ordinis,
58 qui faciliùs † amouentur, quàm alij Abbates, qui per electionem eliguntur, quia Cister. habent quædam, quæ non habent alij monachi. nam illi faciūt in singulis regnis & prouincijs concilium de triennio in triennium, & vadunt Abbates visitatores cum octo equis & octo personis: & qualiter debeāt procedere legitur extr. de sta. mo. & cano. re. c. in singulis. quòd non inuenies in alijs monachis. Et sequitur alia constitutio in eo. tit. c. eod. quæ loquitur de eodem & in exceptis & non exceptis. In vltimis nota differētias quasdam inter Canonicos regulares et seculares. Regularibus autem Canonicis prioratus non confirmantur personaliter, vt superius dixi. Sed cùm prioratus sint perpetui, vt extra. de sta. mo. & ca. re. c. monachi. quæritur † quare non con- 59
firmentur? Respon. ne daretur materia monachis sic factis prioribus & confirmatis, contra suum superiorem superbire. vel aliter: noluit dominus Papa tales prioratus debere confirmari: nec enim sequitur, sunt perpetui, ergo confirmantur. Est & tertia ratio quare regularibus non confirmetur prioratus, quia non habent ita pingue ius, sicut & seculares. Primò, quia faciliùs amouētur, vt dixi per decre. ext. de symo. c. per tuas. & extr. de sta. mo. & ca. re. c. cùm ad monasterium. Secundo est alia differentia inter regulares & seculares, quia quicquid superest necessitatibus regularium in eleemosynam vel alimoniam pauperum est conferendum, vt 12. q. 1. c. quia tua. Quod autem superest clericis secularibus, vel in fabricam collocatur, vel saltem in emptionem prædiorum, vt 12. q. 2. c. à nobis. Item seculares, domini sunt fructuum præbendarum suarum, & possunt illa in vita sua donare, vt extrà, de testa. c. ad hæc. & c. relatum. regulares verò nihil habent, vnde donare nō possunt, vt 12. q. 2. c. non dicatis. 54 distin. c. Abbati. T. Hæc de monachis regularibus & Abbatibus eorum, vt vtiliora tractaui. Si enim vellet aliquis copiosè omnia facta ipsorum comprehendere, et omnia facta ipsorum tractare, & chartæ deficerent, & scriptor vix posset aliquis inueniri. Vnum tamen non omitto in fine, quòd
nullus † monachus debet habere locum in duobus mo- 60
nasterijs, nec aliquis † Abbas debet esse Abbas duorum 61
monasteriorum, vt extrà, de relig. domi. c. vlt.

De religiosis domibus. Rubric.

1 *Domus religiosa quæ sint.*
2 *Ecclesia authoritate diœcesani Episcopi construi debet.*
3 *Missæ in laicorum domibus celebrari non debent.*
4 *Ecclesia quare constructa.*
5 *Ecclesiæ cui subiaceant.*
6 *Ecclesia per quæ verba ab ordinario eximatur.*
7 *Ecclesia an per præscriptionem se eximere possit.*
8 *Intellectus c. auditis de præscr. extr.*

QVIA monachi & Canonici regulares, & etiam Abbates consueuerunt esse, & sunt in religiosis domibus, ideò de religiosis domibus videamus. Et quia illæ domus Episcopo debent esse subiectę, ideò etiam hic adijcitur in rubric. scilicet vt Episcopo sint liberatæ. Videamus ergo quæ domus dicatur religiosa, cuius authoritate construi debeat. Item cui subiacere debeat, & an possit in seculares vsus conuerti. † Et certè 1
domus religiosæ sunt, quæ ritè Deo per Pontificem dedicatæ sunt, vt Inst. de rer. diui. §. nullus. sic assumo domum religiosam. Iura tamen nostra ciuilia appellant ecclesiam, rem sacram, vt Inst. de rer. diuis. §. nullius & ff. de rer. diu. l. in tantum. & l. sacra loca. Locum autem religiosum appellant, vbi aliquis homo sepelitur cum capite, alioquin si in diuersis locis sepultus sit homo: pone, in vno loco totum corpus sepeliatur, in alio caput: ille locus solus erit religiosus, vbi solùm caput humanum est, vt ff. de relig. & sump. fu. l. cùm in diuersis. Et audiui induci legem illā ad quæstionē de facto quæ sæpè contingit: ecce duæ ecclesiæ contendunt de corpore alicuius sancti, certè illa ecclesia est dignior, in qua caput sancti reconditum est: & ratio assignatur in l. illa, cùm in diuersis, quia ratione imaginis capitis cognoscitur vnus ab alio. assignatur & alia ratio in C. de pœn. l. si quis in metallum. in qua cauetur quòd nullus debet signari in facie, quia ad similitudinem pulchritudinis cœlestis est figuratus, quando dixit Dominus in Genesi, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. si enim mille corpora occisorum essent in campo vno, non cognosceretur vnus ab alio nisi

ratione c mitis & sic secùdùm iura quilibet etiam laicus potest facere locum religiosum, sacium verò non, vt in prædictis legibus cauetur, & per totum titulum ff. de religio. & sumpt. fune. & C. eo. tit. Iure tamen Canonico ecclesia dicitur religiosa ad differétiam domus
2 laicorum. Ecclesia autem † construi debet cum authoritate Episcopi diœcesani. nullus enim antequam veniat ecclesiam construere præsumat: imò quando Episcopus veniet ibidem crucem figat, & publicè designet, & antè diffiniat qui ædificare voluerit, quæ ad luminaria, ad custodiam, & ad stipendia custodum sufficiant: & sic ostensa donatione, ecclesiam constituat, & posteà consecrabitur, vt de consecra. distin. 1. c. nemo. & in authen. vt nullus fabricet oratorium vel domum præter voluntatem Episcopi, colla. 5. ideo enim istæ domus religiosæ sunt inuentæ: quas domos ipse dominus vocat suas, dum dicit in Ioãne: Domus mea domus orationis vocabitur, vt ibi sacerdotes milites Christi sacra my-
3 steria celebrent. In alijs autem † domibus missas celebrare presbyteri non audent, vt de consecra. distin. 1. c. nullus presbyter. cum cap. seq. & in authen. vt in priua. domib. sacra mister. non fi. colla. 5. QVAESTIO. Quid est ergo quod tota die videmus, quòd prælati quando sunt in curia domini Papæ, vel domini Imperatoris, vel quando vadunt per mundum habent altare viaticum, & celebrant omnia misteria in domibus secularibus? Respondeo: hæc habent ex indulgentia domini Papæ, vel sui Episcopi. aliàs non auderent sic celebrare, vt de consecra. distinct. 1. c. missarum. Item ecclesiæ ideo per
4 † mundum sunt constructæ, vt timentes Deum, ibi possint peccatorum veniam postulare, & in eis animarum salutem petere. vt in authen. vt liceat matr. & auiæ. §. quia verò. Vnde proptereà ius publicum dicitur consistere in sacris & sacerdotibus, vt ff. de iustitia & iure l. 1. §. ius publicum. Proptereà maleficium in ecclesia commissum acerrimè punitur, vt C. de his qui ad eccles. consug. l. denunciamus. & iniuria commissa in Episcopum punitur sicut publicum crimen ad instar sacrilegij, vt C. de episco. & cleri. l. si quis in hoc genus.
5 Domus autem religiosæ siue † monasteria, siue aliæ ecclesiæ debent subesse illi Episcopo, in cuius diœcesi monasterium constructum est, vt ext. de religio. domi. c. constiturus. & extrà, de præscr. c. cùm non liceat. & c. cùm olim. & c. auditis. & extra, de except. c. cùm venerabilis. & extra, de confirma. vtil. vel inutil. c. cùm dilecta. 16. quæstio. 7. c. omnes Basilicæ. c. monasterium. & ead. caus. quæst. 3. c. si quis Episcopus. & c. possessio. & 10. quæst. 1. c. directum est. Nisi fortè priuilegio summi Pontificis sint exempta illa monasteria, vt extr. de relig. domi. c. cùm dilectus. vel nisi legitima præscriptione sint munita, & tunc etiam si Abbas præstiterit obedientiam Episcopo sine consensu capituli sui, maximè quando dolo Episcopi fuit inductus, sibi non præiudicat, vt in prædicto c. cùm dilectus. QVAESTIO. Sed circa ista duo scilicet exceptionem & præscriptionem ecclesiarum cõsueuit sæpiùs dubitari. Et ideo istas duas quæstiones noto. Primò ad hoc vt dicatur ecclesia exempta per priuilegium summi Pontificis, quia ipse solus exi-
6 mere potest, vt notaui suprà de statu mona. quæ verba † debent continere priuilegium, vt ecclesia videatur exempta? Respondeo, quòd si in priuilegio contineantur illa verba, ita tamen loquatur Papa, & dicat talem ecclesiam à iurisdictione talis Episcopi eximimus. eximitur ecclesia. item si dicatur in priuilegio, nulli alij Episcopo respondeatis, nisi nobis. & sic loquitur Papa in priuilegio. Item si dicat quòd talis ecclesia iuris beati Petri existat. Item si dicat Papa in priuilegio, quòd talis ecclesia ad ius & ad proprietatem Roma. ecclesiæ pertineat. Item si dicat dominus Papa in priuilegio, quod talis ecclesia ad nos nullo mediante pertineat. Item si in talibus priuilegijs apponatur vt consueuit apponi in fine clausula talis, ad indicium huius libertatis duos solidos Romanæ ecclesiæ nostræ annis singulis persoluatis ista probantur ext. de præscrip. c. si diligenti ext. de arbit. c. cum tempore. de confir. vtil. vel inut. c. cùm dilectus. ext. de priuileg. c. recepimus. Et intelligas ista

sanè, scilicet, si istud priuilegium, in quo talia de illis verbis inueniuntur, sit originale & authenticum. Cæterùm si dicit ad instar talium summorum Pontificum prædecessorum nostrorum sic facimus, &c. non valet. & sic seruat curia Romana, nota ea authen. vt fratrum filij, quæ est posita in C. de edend. auth. si quis in aliquo documento. Cæterùm si in priuilegio contineantur illa verba, talem ecclesiam sub protectione ecclesiæ Romanæ suscipimus. Et si soluit censum, & dicatur sibi, ad indiciũ autem huius protectionis tantùm nomine census singulis annis soluetis: non erit exempta, vt extr. de priuileg. c. recepimus. Item si dicitur in priuilegio ad instar, etsi contineantur verba exemptionis, nõ erit ecclesia exempta, nisi appareat illud originale, sicut superiùs dixi. si ergo priuilegium protectionis non inducit exemptionẽ. quid operatur, quem effectum, vel quã vtilitatem consequitur ille qui impetrat? Item si census exemptionem non inducit, vt dictum est, quare tota die impetrantur talia priuilegia & soluunt censum? Solutio: propter stultos & simplices fuerunt illa priuilegia inuenta, quia quando aliquis videt bullam cum cera pendẽtem, credit aliquod magnum videre, & credit de facili ecclesiam priuilegiatam & exemptam. Itẽ propter aliud, quia si aliquis habet priuilegium protectionis, non potest aliquis de re illa cognoscere, quæ est in protectione, nisi solus delegatus à Papa qui habet super hoc specialem cognitionem. Si autem allegatur, quòd priuilegium sit impetratum per falsi suggestionem, & probetur, vt extr. de confir. vtil. vel inutil. c. de confirmationibus: hoc non nocet, quia decret. illa non loquitur in protectione, sed in confirmatione, quæ aliquando ius tribuit, vt ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. suor. l. 2. Hoc saltem credo operari posse, licet modicum sit, quod propter illud priuilegiũ videatur, quod dominus Papa maiorem habuerit curam illius ecclesiæ, quàm aliarum: licèt omnium ecclesiarum sit sollicitudo continua domini Papæ, vt extrà, de præscrip. c. accedentes, quia plus solet timeri quod speciali sponsione cõceditur, quàm quòd generali, vt 23. dist. c. quan-
7 quàm. QVAESTIO. Secundò † quæritur, quomodo per præscriptionẽ ecclesia potest se eximere, cùm inte Canonico desiderentur in præscriptione tria scilicet titulus, bona fides, & continuata possessio, vt extr. de præscrip. c. si diligenti. quomodo aliqua ecclesia quæ est in diœcesi alicuius Episcopi, potest habere bonam fidem, vt possit credere se posse præscribere, ita quòd nec [illegible] lum posset habere, nisi fortè priuilegium Epi [illegible] i exemit? Respõdeo, quæstio ista notata est per Io. q [illegible] sic notauit in tit. de præscript. super decre. illa, auditis. dicit enim sic, hic manifestè habes quòd iura Episcopalia præscribãtur, & hoc idem in eo. tit. c. cùm olim. & c. ad aures. & 16. q. 3. c. licèt. QVAESTIO. Sed quæritur quali-
8 ter Abbas potuit † præscribere exemptionem in [illegible] c. auditis. cùm cautum sit in iure, quod quis cõtra procurationem debitam ratione visitationis præscribere nõ possit, vt extrà, de præscrip. c. accedentes. Item nec contra obedientiã currit præscriptio, vt extrà, de præscrip. c. cùm non liceat. Respondeo, Io. dicit quod quis non potest præscribere libertatem nisi tanto tempore subfuit Papæ: vel forte habuit priuilegium qualecunque, & tunc potest præscribere libertatem, & est arg. ad hoc extrà, de priuile. c. cùm olim. et C. de fund. patrimo. lib. 10. l. vlt. Item videtur ex illa decre. auditis. quòd omnia iura Episcopalia, quæ Abbas possidere potest, & præscribere potest, vt extr. de præscrip. c. cùm olim. sed alia iura non, quæ enumerantur 68. dist. Corepiscopi. Vnde non solùm ea quæ ad legem diœcesanam spectant, potest Abbas præscribere, vt in prædicta decr. auditis. sed etiam quæ ad legem iurisdictionis, potest Abbas præscribere, vt in prædicta decre. auditis. nam certum est, quòd cognitio causarum matrimonialium tãtùm ad iurisdictionem Episcopi pertineat, vt ext. de pœn. c. licèt. & extr. de his quæ fiunt à maio parte capi [illegible]. quæsiuisti. & ext. de præscript. c. accedens. & tamen dicitur in illo c. auditis. quòd potest ab Abbate præscribi. & sic ea quæ ad legem iurisdictionis spectant, præscribuntur a subditis.

ditis, vt extr. de præscrip. c. de quarta. Io. Hoc etiam sentit Lauren. nam Abbas potest præscribere iura episcopalia, vt extr. de sen. & re iud. c. inter monasterium. Sed contrarium videtur extra, de præscript. c. cùm non liceat. & c. cùm ex officij, vbi dicitur, quòd contra obedientiam præscribi nõ possit, sed verum est, quòd subditus in persona sua præscribere non possit, quin visitetur, sed in aliena persona potest præscribere, & in obedientia & in scrutinio, dum tamen præscriptionem alleget ex alterius persona, vt si dicat se subfuisse alij per annos 40. vt extrà de capel. mo. c. dilectus. Laur.

Vtrùm possit domus religiosa in secularem vsum conuerti, vel non. Rubrica.

1 *Domum religiosam in secularem conuerti non posse regulare.*

2 *Libelli concipiendi formula, quando Episcopus ecclesiam vel monasterium vendicat.*

3 *Ecclesias de nouo fundare & gaudere cœmiterio & proprio sacerdote, leprosi possunt.*

4 *Inopiam alicuius alterius iactura nullus releuare debet.*

1 VLtimò videamus † an possit domus religiosa in secularem vsum conuerti. et certe non, vt extra, de religio. do. c. ad hoc. scio tamen de facto contrarium factum fuisse: nam secundum iura tam canonica, quam ciuilia nũquam locus sacer ad humanos vsus transferri licet. quod enim Deo semel consecratum est, ad humanos vsus transferri non licet, vt extra, de rer. permu. c. mancipia. & c. iniustum. adeò hoc verum est, nedum in loco sacro, sed & in religioso quis humanũ vsum habere non potest, vt ff. de sepul. violato. l. 3. §. 1. et 2. Item & diruto ædificio loci sacri, locus ille nihilominùs sacer remanet, vt ff. de rer. diui. l. in tantum. §. sacræ. & Inst. de rer. diui. §. sacræ. nã ea quæ humani iuris esse desinunt, seruitutem non recipiunt, vt ff. commun. de serui. l. causam. Item nec vẽdi nec obligari à quoquam potest impediente iuris religione, vt C. de relig. & sumpt. funer. l. in vita. & sic nota vt notauit R. quod semel dedicata Deo in vsus secularium transire non possint, vt 19. q. 3. c. quæ semel. de consec. dist. 1. c. ligna. & c. vasa. ff. de relig. & sumpt. fune. l. si quis sepulchrum. Argu. contra. 54. dist. in c. ea antiquis. & c. frequens. extrà, de rer. permut. c. si princeps. 10. q. 2. c. sed & permutare. Solutio: prima regula vera est regulariter, arg. de conse. dist. 1. c. vestimenta. contraria verò dicuntur de seruis, qui in eo tempore quo promoti sunt peccauerunt. & ideò in hoc puniuntur. & hoc R. Sicut ergo ex præmissis apparet, potest Episcopus monasterium vel ecclesiam in diœcesi sua situm seu sitam vendicare, &

2 potest sic concipere libellum. LIBELLVS. † Proponit Titius procurator Episcopi Troiani, quod ipse nomine ipsius Episcopi petit à tali Episcopo ecclesiam beati Iacobi, quæ est sita in diœce. Troia. & ad ipsum Episcopũ pertineat iure dominij, vel quasi, nomine Troianæ ecclesiæ cuius est pastor, & sibi debet esse subiecta, quare ipsam ecclesiã ab ipso petit sibi restitui. quòd sic rectè cõcipiatur libel. probatur per canonem antiquũ. 16 q. 7. c. omnes Basilicæ: & alia iura hoc probant quæ supra in hac eadem rubrica notaui, & de hoc quære supra in illa rubrica de iuribus episcopalibus. OPPOSITIO. Sed non videtur quòd libellus sic possit concipi, duabus de causis. Primò, quia Episcopus non est dominus, sed procurator. extra, de dona. c. fraternitate. si procurator est ergo non potest vendicare. Item res sacra est ecclesia, ergo est in bonis nullius, vt ff. de rer. diuis. §. sacræ. ergo vendicari non potest, vt ff. de rei vendic. l. in rem actio. §. loca. Respondeo, habito respectu ad personam suam, verum est quod proponis: secùs est si nomine ecclesiæ vendicet, vt C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. In ecclesijs autem ædificandis de nouo consensus fundatoris prioris ecclesiæ requirẽdus est, vt vir idoneus ad regimen ecclesiæ præsentãdus sit. Et si villa sit multum remota ab ecclesia, aliã Episcopus de nouo constituere potest, cùm prior ecclesia abundet, & prior ecclesia seruetur indemnis. & si in noua ecclesia patronus per negligentiam negligat præsentare, transferetur præsentatio ad Episcopum, & ipse instituet: & si appelletur, appellatio non recipitur. hæc omnia leguntur ext. de eccle. ædifi. c. ad audientiã. Item nota, quòd vbi regulares sunt, non possunt seculares institui, econuerso autem fieri potest consentiente diœcesano Episcopo, vt extr. de eccle. ędifi. c. ad audientiam. Item Episcopi de nouo possunt fundare ecclesias nõ obstante iuramento quod Episcopus pręstat de reb⁹ ecclesiæ nõ alienandis, vt ext. de eccle. ędifi. c. tua. in ecclesijs autem iam constructis omnes beneficiati tenentur conferre ad refectionem, ipsarum, vt ext. de eccl. ędifi. c. quicunq;. & c. de his. leprosi † etiam possunt de nouo fundare ecclesias & gau- 3 dere cœmeterio, & proprio sacerdote sine contradictione alicuius scilicet ecclesiæ vel priuatæ personæ. consensum tamẽ Episcopi diœcesani de honestate credo requirendum. caueant tamen vt iniurias veteribus ecclesijs de iure parochiali non inferãt: quod enim eis pietate conceditur, non debet ad aliorũ iniurias redundare, vt ext. de eccle. ędifi. c. cùm dicat. Et quidam intelligunt quòd hæc concedantur leprosis congregatis in vnũ qui sunt 10. ad minus. vt 10. q. 3. c. vnio. & hoc Alan. Sed Tancredus credit de vno solo, dummodo possit dotare ecclesiam, vt de consecra. dist. 1. c. nemo ecclesiã. nec obstat, quod in prædict. decre. est verbum pluralis numeri, quia resoluitur in singularẽ, vt aliàs. ff. de neg. gest. l. ait prętor. & ff. de vi bon. rapi. l. prætor ait. circa prin. & indignati sunt discipuli propter effusionem vnguenti, cùm solum Iudam inuenerimus indignatum. Et sic nota per ea quę de leprosis maximè dicta sunt, quòd † nullus debeat releuare inopiam alicuius iactura alte- 4 rius. sic 14. q. 5. c. deniq;. 22. q. 1. c. primum. C. de emancip. l. nec. Lauren. nam & si concedit Imperator alicui, vt liceat ei ędificare in loco publico sine iniuria alterius videtur concedere, vt ff. ne quis in loco publi. l. 2. §. si quis à principe. 25. q. 2. quòd vero. ff. ad trebel. l. sed cum. ff. de administrat. tuto. l. impuberi. sic enim interpretãda sunt Principis beneficia, vt non incipiant esse iniqua, vt ff. de vulgar. & pupil. substitu. l. ex facto ff. de prętorijs stipulationibus. l. Paulus. ff. ex quib. caus. maio. l. sciendum. Vinc. C. de inoffi. testam. l. si quando. veteres enim ecclesiæ propter nouas lædi non debent, 16. quęst. 1. c. quicunque ecclesiæ decimas.

De capellis monachorum & aliorum religiosorum Rubric.

1 *Episcopus quantumcunq; generaliter ecclesiam à se eximat, quatuor sibi retinuisse semper intelligitur: correctionem scilicet, procurationem, visitationem, & cathedraticum.*

2 *Episcopus ecclesiam à se eximere nonnisi cum sui capituli consensu potest.*

3 *Libelli quomodo concipiantur quando Abbas vendicat ecclesiam sibi donatam seu exemptam ab Episcopo.*

QVIA frequenter contentiones sunt, & vidi multoties eos fieri de capellis monachorum, & aliorũ religiosorum inter pręlatos scilicet Abbates seu priores ex vna parte, & Episcopos diœcesanos ipsarũ ex altera: quia Episcopi aliquãdo volunt illas capellas seu ecclesias sibi in solidum, & quãtum ad temporalia, & quantum ad spiritualia vendicare: Abbates autem et priores eorum aliquãdo in nullo eius respondere permittunt. Ideò videamus quæ iura competant Episcopis in capellis prędictorum, & quæ iura cõpetat ipsis Abbatibus & Prioribus in prędict. capellis, vt sic amodo cesset inter eos discordia, & sit quilibet suo iure contentus. vnde ad huiusmodi rei euidẽtiam sic distingue: quia aut monasteria habẽt capellas ex fundatiõe, quia ipsi Abbates & conuentus fundauerunt ecclesias illas, aut habent ecclesias illas ex concessionibus laicorum, aut ex concessionibus Episcoporum. Item aut illa monasteria sunt exempta in capite & in membris, aut non. Si habẽt capellas ex fundatione, habebũt in eis omnia temporalia, & Episcopus habebit spiritualia, vt 16. q. 2.

 c. sanè.

c. sani. & ext. de capel. monach. c. in ecclesijs. & extra, de praben. c. in Latera. Si autem habēt capellas ex concessionibus laicorum: tunc solum ius patronatus habebunt. & sic intelligitur decret. extrà, de iure patrona. c. cùm secundum. quia non potest laicos plus iuris in alium transferre, quàm ipse habeat, vt ff. de regu. iur. l. nemo. & extra, de dote post diuor. restitu. c. nuper. Si verò ecclesiam male detentam laicus trásferat cum consensu Episcopi in religiosos: tunc habent religiosi omnia temporalia, vt 16. quæst. 1. c. vl im. & extrà, de iure patrona. c. illud. vel si patronus cum consensu Episcopi eis ecclesiam donat, vt extrà, de donat. c. pastoralis. Si verò habent ex donatione Episcoporum: tunc si certo modo donauit eis illud ius habebūt quod expressum est, vt ff. de pact. l. in traditionibus. Si verò dedit eis Episcopus pleno iure omnia temporalia habebunt, & institutiones in alia ecclesia, vt 16. q. 2. visis. Si autem dedit eis Episcopus simpliciter non expresso aliquo: tunc habebunt omnia temporalia, si nihil ibi Episcopus percipiebat: si verò percipiebat aliqua, portionem illam tantùm contulisse intelligitur, vt extrà, de dona. c. pastoralis. & arg. ff. de leg. 1. l. si dominus & ff. de contrah. emp. l. qui tabulas. Hæc procedunt in monasterijs non exemptis: in exemptis verò circa capellas non obtinet prædicta distinctio, sic notauit Damasius. Tancredus verò aliter notauit, & dicit sic monachi habent ius in ecclesijs interdum ex donationibus laicorum, & túc nullum ius patronatus habent, vt extrà, de iur. patro. c. cùm secundum. & hoc tantùm sine consensu Episcopi. Si verò donat laicus ecclesiam quam de facto possidet accedente cōsensu Episcopi, habent tunc monachi omnia temporalia, vt 16. q. 1. c. vlt. & ext. de priuil. c. cùm & plantare. Si verò consensus Episcopi nó accedit, nihil agit, vt ext. de iure patro. c. quod autem consul. Si verò ex donatione Episcoporum in collatione certa forma fuit expressa, illa seruabunt, vt ff. de pact. l. in traditionibus. Si verò contulerit ipsam, pleno iure habebunt si simpliciter eam dedit Episcopus, dico ego Rofredus licèt alij notauerint in contrarium, sed cathedraticum & cohabitatio remanet penes Episcopum, vt extra, de donatio. c. pastoralis. vbi per priuilegium domini Papæ monasterium sit exemptum cum omnibus capellis habitis & habendis: tunc enim Episcopus in capellis nihil haberet. Si autem tantum esset exemptum monasterium in capite, in capellis Episcopus habet omnia iura salua. quia exemptio capitis ad capellas non pertinet, et sic seruat curia. Si verò ex sui fundatione habent capellas: tunc quoad temporalia habent eas, vt 16. q. 2. 2. c. vltim. & penult. nisi monasterium sit priuilegiatum cum capellis habitis & habendis, vt 16. quæst. 2. c. penul. & vltim. Sed si non habent priuilegium, & ipsi fundauerunt, habebunt temporalia pleniùs quam alius: quia omnes fructus dotis pertinent ad monasterium, reseruata sufficienti sustentatione presbytero, vt extrà, de præben. c. auaritiæ. & extrà. de supplen. negli. prælato. c. sicut. de decimis tamen non habebunt aliquid nisi secundùm distinctionem positam, extrà, de decim. c. fraternitatem. T. Ioan. vero notauit aliud, & sic eius sententiam nota, vt iudex qui iudicare debeat, eligat, cui dicat: tu mihi sola places, dicit enim per illam decret. extr. de dona c. pastoralis. propter illa verba, & Episcopus confert illud, quòd ipse temporaliter obtinet in eadem &c. per hoc probatur, quod dicitur 16. quæst. 1. c. 1. & ext. de iure patrona. c. quòd autem. scilicet quòd idem est si Episcopus concedat ecclesiam cum omni iure suo, vel simpliciter dicat, concedo vobis: nam vt hic paret, aliud ius est in vno, et aliud in alio, sicut aliud est quando aliqui contrahunt societatem simpliciter, & aliud si contrahunt societatem omnium bonorum, vt ff. pro socio l. 3. §. . & l. cum societatem. Sicut aliud est dicere à munere, & aliud ab omni munere, vt 1. q. 1. c. sunt nonnulli arg. contrà 32. quæst. 1. c. quòd si dormierit. ff. de seruitu. l. si cui. extr. de iure patrn. c. ex literis. ff de contrahen. emp. l. aquæ ductus. Ioan. Item notauit Io. quòd si ita generaliter dat Episcopus ecclesiam, túc & dedisse intelligitur ius instituendi, vt 16. quæstio. 2. c.

visis. Et nota, † quòd quantumcunque generaliter eximat 1
Episcopus aliquam ecclesiam à se, semper intelligitur quatuor sibi retinuisse scilicet correctionem, vt 16. q. 2. c. visis procurationem & visitationem, vt extrà, de censi. c. cùm venerabilis. et cathedraticum, vt ext. de donat. c. pastoralis. nec obstat quod est extrà de relig. domi. c. cōstitutus. vbi videtur dicere, quòd Episcopus in totum generaliter possit eximere aliquem ecclesiā: quia illa donatio fuit confirmata authoritate domini Papæ. Vides etiam, quòd quantumcunque generaliter patronus remittat ius patronatus: tamen quædam iura retinet in liberto, vt C. de bo. liber. l. vlt. & videtur mirabile quòd Episcopus intelligatur plus dedisse quàm ipse habeat, sed hoc ideo est, quia donationē interpretari debemus, vt donatio potiùs valeat, quàm quòd pereat, vt extrà, de verbo. signi. c. Abbate. Io. Sed illud no-
ta, quòd † ad hoc vt talis donatio & concessio valeat & 2
exemptio, sicut superiùs dictum est, oportet quòd Episcopus faciat aliam cum consensu capituli sui, vt extrà, de don. c. pastoralis. Sed quidā voluerunt notare, quòd Episcopus solus possit concedere ratione consuetudinis præscriptæ, vt ext. de his quæ fiunt à præla. sine consensu capi. c. ex noscitur. & sic dicit Io. Sed Tancre. dicit sic. ego dico quòd nunquàm potest Episcopus perpetuò concedere aliquam ecclesiam alicui loco religioso sine consensu capituli sui, vel nisi de licentia summi Pontificis, vt extr. de his quæ fiunt a præla. sine consensu capituli. c. tua. & c. pastoralis. & illa decret. ex noscitur. quam pro se induxit Ioan. loquitur de institutione clericorum, quæ temporalis est, vnde non facit ad præsentem materiam, sicut ergo ex præmissis apparet, potest Episcopus concipere libellum et ecclesiam vendicare, sicut superiùs diximus in rubrica de iuribus Episcopalibus, & in rubrica de religiosis domib. Vendicare dico aliquando in totum illa iura, quæ ab ipso non sunt translata in monasterium. Abbas etiam pro iuribus sibi competentibus in illa ecclesia, aliquando totam poterit petere, secundùm quod superiùs diximus. & dicet
sic. LIBELLVS. † Proponit talis syndicus talis mona- 3
sterij contra talem procuratorem talis Episcopi nomine istius, quod cùm talis Episcopus prædecessor ipsius cum assensu capituli sui donauerit ipsi monasterio ecclesiam sancti Ioan. & sic ipsi monasterio ipsa ecclesia pertinet: ideò illam ecclesiam à prædicto procuratore Episcopi petit sibi restitui cum pertinentijs suis: & hoc quando tota ecclesia monasterio est concessa: si autem temporalia sint concessa, vel si ius patronatus est concessum, sic dicat. LIBELLVS. Proponit talis syndicus contra talem &c. quòd cùm talis patronus de consensu Episcopi ipsi monasterio donauerit ius patronatus, petit illud ius patronatus in ipsa ecclesia. Item cùm monasterium ecclesiam illam à fundatione habuerit, & sic per consequens temporalia sibi debeantur, ideò petit ipsam ecclesiam, vt sibi in omnibus temporalibus debeat respondere, vel petit temporalia in ipsa ecclesia. Quòd sic rectè concipiantur libelli, probant iura iura superiùs allegata.

De rebus ecclesiæ alienandis vel non. Rubrica.

1 *Alienatio quid.*
2 *Annona ciuilis inter immobilia computatur.*
3 *Immobilia ecclesiæ pignorari possunt. Item & mobilia.*
4 *Alienatio rei ecclesiasticæ quare prohibita sit.*
5 *Alienatio rei ecclesiasticæ quibus in casibus concessa sit.*
6 *Emphyteusis quid significationis importet.*
7 *Contractus emphyteuticus à iure ciuili inuentus est.*
8 *Res ecclesiæ quæ in emphyteusim concedi possint.*
9 *Res ecclesiæ etiam immobiles ob æs alienum alienationi subiectæ sunt.*
10 *Res ecclesiæ permutationis causa alienari possunt.*
11 *Res ecclesiæ etiam immobiles pro captiuorum redemptione, alienationi subiacent.*
12 *Ecclesiæ immobilia an famis occasione alienari possint.*

13 *Rei ecclesiæ alienatio in quatuor casibus prohibetur.*
14 *Rem ecclesiasticam contra iura alienantes & recipientes, quibus pœnis subiaceant. nu. 19.*
16 *Res contra iura alienatas quis reuocare possit.*
16 *Res sacræ & religiosæ à priuatis vendicari non possunt.*
17 *Rei ecclesiasticæ alienatio secundùm ius canonicũ, in quibus casibus sit permissa.*
18 *Alienationis rerum ecclesiasticarum forma.*
20 *Rem ecclesiasticam alienam præter iuris formam vendicans, libellum quomodo formabit.*
21 *Deus nunquam irascitur.*
22 *Subscribens an consentire videatur.*

LICET in iure ciuili sit cautum de rebus ecclesiæ non alienandis, vel alienandis in certis casibus, tamen quia de iure canonico quædam sunt inducta de quibus non habetur mentio in iure ciuili: ideò videamus de rebus ecclesiæ non alienandis, vel alienandis in certis casibus. Et primò videamus quid sit alienatio. Secundò, quare alienatio rei ecclesiasticæ sit prohibita. Tertiò, in quibus casibus alienatio sit concessa: & qualiter secundùm ius ciuile & canonicum. Quartò, quæ sit pœna alienantis & recipientis rem ecclesiasticam: nisi in casibus a iure concessis. Quintò, quis possit
1 reuocare alienata. Est † autem alienatio omnis actus per quem dominium transfertur. vt C. de fundo dot. l. maritus. Hic tamen alio modo sumitur alienatio, & magis generaliter. nam comprehéduntur hic casus in quibus etiam non transfertur dominium, sicut cum alienatio prohibetur: sicut & generaliter sumitur C. de reb. eccles. alien. vel non l. vlt. & est expressum extr. de reb. eccle. non alie. l. cum non liceat. c. nulli liceat. nam ista duo verba quæ ponuntur hic de rebus ecclesiæ non alienandis, vel rebus alienandis, generalissima sunt. nã nomine rei omnia intelliguntur immobilia: siue in domibus, siue in agris, siue in hortis, siue in rustico manci-
2 pio, † aut in ciuili annona: nam ista inter immobilia cõputantur. vt C. de sacrosanct. eccles. l. iubemus. in auth. de non alie. aut permut. reb. eccle. colla. 2. §. nos igitur. ff. de diuers. & temporal. præscript. l. longe. mobilia enim sicut sunt vasa superflua, alienari possunt pro soluendo debito cum solennitate iuris. vt dicit auth. prętereà. posita C. de sacrosanct. eccle. & est sumpta de corpore authenticorum de alie. & emphy. §. de vasis. alienari enim possunt fructus, & alia mobilia, quæ conseruando conseruari non possunt, & animalia superuacua ad instar rerum pupilli. vt C. de administr. tut. l. lex quę tutoris. Item nomen alienationis omnem contractum continet, venditionem scilicet & donationem, & commutationem, & pignoris dationem. vt in auth. de non alienandis & permut. rebus eccl. §. nos enim. sed quod dicit de commutatione, ideo dicit: quia illa non procul ab alienatione consistit, vt in prædicto §. & videtur quòd hodie capiat correctionem in emphyteusi, & iure ciuili, & iure canonico: iure ciuili, vt in authen. eod. tit. §. emphyteusis. & in authen. collat. 9. de alien. & emphy. §. licentiam. iure canonico. vt extr. de reb. eccles. non alie. c. vt super aliqua. §. possessiones. nam possessiones minus vtiles quæ sunt ecclesiæ, possunt pro melioribus commutari, vt ibi. Item quod dicit de speciali pignore, videtur quod & hodie capiat correctionem:
3 quia immobilia † possunt dari pignori, vt in auth. de alie. & emphy. § hoc & super ipsis. colla. 9. Item iure canonico videtur, quod bona immobilia dari possunt pignori. vt extr. de pign. c. nullus presbyter. & c. ex præsentium. videtur etiam quod immobilia possint vendi,
4 vt dicit auth. hoc ius porrectum. † Prohibita est autem alienatio rei ecclesiasticæ, & maximè immobilium propter hanc causam: quia sicut ecclesia mater est religionis, ita eius patrimonium debet conseruari illæsum. vt C. de sacrosanct. eccles. l. iubemus. in fin. primæ colum. quæ lex licet localis fuerit in ecclesia Constantinopolitana, tamen tam per Leonem quàm Iustinianũ facta est hodie generalis, & trahitur ad omnem venerabilem locum, quem actio, id est, pius actus constituit. vt in authen. de non alien aut permut. reb. eccles. §. si veri. Item propter aliud est inhibita alienatio, scilicet propter malos prælatos: nisi enim hoc esset, tanta est malicia ipsorum, quod hodie ferè omnes possessiones ecclesiæ alienarentur, & cùm toto hoc vix hodie abstinent ab huiusmodi alienationibus: sicut alias fit ad literam. ff. nau. caup. stab. l. 1. in fin. Interdicta est alienatio rei religiosæ & rei sacræ. vt ff. de contrahen. empti. l. liberi. cum vniuersitate tamen transit. vt ff. de acqui. rer. l. quædam. & extr. de iure patro. c. ex literis. & argu. ff. de fundo dot. l. 1. † Concessa est autem alienatio rei ecclesiasticæ in certis casibus. ecce in primis. illa l. videamus. permittit vt possessio rei ecclesiasticæ præstetur pro temporali vsufructu: & vt ille qui recepit det rem similem ipsi ecclesiæ retinendo sibi eiusdem rei vsumfructum: vt sic finito tempore vtraque res pleno iure ad ecclesiasticam proprietatem reuertatur: & in lege literam manifestum sit: quia quicunq; acceperit vsumfructum ecclesiastici prædij pro tempore præstando. i. pręstare debet ad inuicem rem aliam gratia huius beneficij, vt post statum & tempus, &c. & hoc habes C. de sacrosan. eccle. l. iubemus §. 1. in fin. Secundò concessa est alienatio, scil. vt concedat in emphyteusim, & hoc iure authenticorũ vt auth. de non alie. aut perm. re. & § emphyteusim. colla. 5 & 10 auth. de alie. & emphy. colla. 9 5
† Est autem emphyteusis verbum Græcum, & tantùm sonat in latino quantùm melioratio: vnde contractus emphyteuticus quasi contractus meliorationis dicitur, quia a principio ita erat vt tantum sterilia deberét dari: puta area, vt fieret ibi vinea, vel ibi plantarentur arbores, hodie autem & sterilia & similia conceduntur in emphyteusim. vt in prædictis auth. nomen tamen remansit emphyteosis propter causam primordialem. sicut & aliàs C. de caduc. tollend. † Et contractus ille fuit inuentus a iure ciuili: quia de hoc contractu non inuenis aliquid dictum vel tractatum in ff. nisi in C. & in auth. licèt omnes contractus sint inuenti de iure gentium. vt Institut. de iure natorali, gent. & ciuil. §. ius autem. & ff. de iustitia & iur. l. ex hoc. præter contractum literarum, & contractum stipulationis: illi enim de iure ciuili fuerunt inuenti: & propterea dicitur omnes fere contractus de iure gentium sunt. OPPOSITIO. Sed opponitur: quia de cõtractu emphyteutico inuenitur in iure. vt ff. si ager vectiga. vel emphyt. pe. Respondeo, alio modo tractatur ibi, quam hic, ibi tractatur de contractu emphyteutico, id est, de illo, qui conducit ad nõ modicum tempus, hic autem tractatur de eo qui cõducit in perpetuum, vel vsque ad tertiam generationem. nam per authen. quæ est de non alien. quæ est in secunda collatione, non potest fieri contractus emphyteuticus, nisi vsque ad tertiam generationem. & authent. de non alien. aut permut. rer. eccles. §. emphyteusim. si verò in perpetuum fieret, contractus non valeret secundùm istam authen. vt in prædicta auth. si vero in perpetuum. sed per auth. de alienat. & emphyt. §. licentiam. collat. 9. videtur, quòd perpetua emphyteusis fieri possit: vnde quidam dicunt, quòd illa authen. de alie. & emphy. corrigit illam de non alien. aut permut. tanquã posterior. Vel quod est melius: dicas quod illa de alie. & emphy. licèt sit posterior, intelligatur secundum auth. præcedentem de non alie. aut permut. quia non est nouum quòd leges posteriores trahantur ad priores, & quod priores trahantur ad posteriores, & quod secundùm illas leges priores posteriores intelligantur. ecce lex dicit maritum accusantem iure mariti non teneri inscribere. Si autem accusat post 50. dies: quia tũc accusat ex iure cõmuni, tunc tenetur. vt C. ad leg. Iul. de adulte. l. iuris mariti. authé. enim dicit maritum accusantem debere inscribere: vt authent. vt liceat matri & auiæ. § si vir. de adulterio intelligo, quando accusat post quinquaginta dies, & non iure mariti. & hoc etiam colligitur ex eadem authentica, quæ dicit maritum puniri. Si verò maritus accusat iure mariti, tunc de calumnia non punitur, vt in prædicta l. iuris. & sic intelli-

intelligitur authentic. posita in C. de sacrosanct. eccle.
authentic. perpetua. Iure etiam canonico permittitur
contractus emphyteuticus, qualiter fieri debeat legi-
tur 10. quæst. 2. c. casellas. & idem in hoc casu cauetur
iure canonico secundùm quod cauetur iure ciuili: sci-
licèt, quod omnes authen. de non alien. aut permut. re.
ecclesi. & de alien. emphyt. sub illo c. casellas. con-
8 tineantur. Et possunt concedi † in emphyteusim res mi
nores & ruinosæ, res steriles & infructuosæ, res impre
tiosæ, & modici redditus, secundùm quod in prædict.
9 authen. & in prędicto c. continetur. Potest † etiam alie-
nari res ecclesiæ si immineat æs alienum, & ex mobilibus
solui non possit, pro quo vel detur immobile in solu-
tum, vel pignoretur propter debitum. & quando dabi
tur solutio sibi, si vult fiat ei gratia: vt si res valet nouē,
detur ei pro decem secundum quosdam: sic hic esset ta-
lis gratia, sicut est illa affectio quando pater exhære-
dat filium, & dat tutorem illi filio exhæredato. vt C. de
leg. l. cùm quidam. sed certe tunc non decima, sed vn-
na adderetur. dic ergo si res valet decem detur pro vn-
decim, & ita addetur decem, sed certè mirabilis erit
gratia: imò duo sunt onera. primum, quia soluitur ali
ud pro alio. quod est contra ff. si certum petatur. l. 2. est
& aliud onus, scilicèt, quia res tantum valet, quantum
vendi potest. vt ff. ad legem Rhodiam de iactur. l. 2. §.
portio. ff. de donat. causa mortis. l. mortis causa. & ff. ad
legem Falcid. l. in ratione. Hic autem res pluris æstima
tur: vendi ergo res debet, si non vult eam recipere cre-
tor. Et vendetur res ita, quòd primò subhastetur: & fi-
at alienatio in scriptis: & ita si maior pars canonico-
rum consentiat, & authoritate Episcopi & clerici &
authoritate Archiepiscopi fiat. Si autem Archiepisco-
pus vult alienare, duo Episcopi sui suffraganei debent
intercesse: si habet duos suffraganeos. Si autem non ha-
beat nisi vnum: sicut Archiepiscopus Sipontinus, qui
habet vnum solum suffraganeum, scilicèt, Episcopum
Vellanum: tunc aduocet alium Episcopum vicinum, &
ita Archiepiscopus in præsentia clericorum & duo-
rum Episcoporum alienet & vendet: vt in authentic. vt
nullus fabricet oratorium. §. vltimo, collat. 10. & in au-
thentic. de alien. & emphyteu. §. hoc etiam. sed cum sit
perpetua emphyteusis, potest diuidi sexta pars pensio-
nis: si verò detur in emphyteusim res ruinosa: tunc po-
test diminui tertia pars pensionis, quæ colligebatur
extantibus adhuc ædificijs. & hoc si vult soluere pensi-
onem ædificio posteà refecto: tunc pensionem consue-
tam secundùm quòd soluebatur ante ruinam, & dabit
medietatem pensionum adiectarum emphyteuta vo-
lente vti illa ruina pro ædificio. Si autem datur in em-
phyteusim perpetuam res pretiosa, sicut rutris, quæ
præstat parum pensionis: tunc res subi[illegible] æstimatur
hoc modo, vt tantùm detur singulis vsque ad viginti an-
nos, quod totum pretium rei contineat. vt in authent.
de non alien. aut permut. reb. eccle. §. quia verò Leonis.
10 & §. si verò alicuius. † Item alienari potest res ecclesiæ
ex causa permutationis, & hoc in duobus casibus de iu
re ciuili, scilicet quando ecclesia permutatur cum ec-
clesia & cum principe, & cum prædicta solennitate. vt
in auth. de alien. & emphyt. §. hoc verò iubemus. & in
auth. de non alie. aut permut. reb. eccle. §. vt autem. col-
lat. 5. & extr. de reb. eccle. non alie. c. 1. imò plus est iure
canonico, quòd permutari potest etiam cum laico, mo-
do cum solennitate prædicta, & cum consensu sui capi
tuli, dando possessiones minus vtiles pro alijs meliori
bus. vt extr. de rebus ecclesi. non alien. c. vt super. §. vlti.
Item alienari potest propter onus rerum fiscalium, sed
cum solemnitate prædicta. vt in authentic. de alien. &
emphyt. §. si verò contingit. Sed si benè inspicitur §. il
le non dicit posse alienari propter hanc causam: sed
dicit quòd liceat ei supponere aut dare in speciale pi-
gnus. vt ibi: sed verbum, suppone, intelligitur pro
11 venditione. Item † alienantur res ecclesiæ etiam im-
mobiles pro redemptione captiuorum: quæ si sint da-
tæ ecclesiæ sub ea conditione, vt non alienentur: tunc
in redemptionem captiuorum etiam alienari non pos-
sunt. vt C. de sacrosanct. eccles. l. sancimus. & in auth.
de alien. & emphyt. §. sanctissimas. colla. 9. QVAESTIO.
Sed nunquid † pro necessitate famis possunt immobi- 12
lia [illegible]enari: dominus Ioan. admisit quod sic. nam ani-
mæ & personæ hominum sunt præferendæ singulis re-
bus. vt in prædicta l. sancimus. & gratia hominum natu
ra omnium comparauit. vt Instiut. de rer. diuis. §. is a-
pud quem. ff. de vsur. l. in pecudum. nam & propter fa-
mem pater potest filium vendere. & C. de patri. qui fi.
distra. l. 1. & sic pro alimentis intelligas victum & ve-
stitum, sine quibus homo viuere non potest. vt ff. de ver
bor. sign. l. verbo victus. ff. de alimen. legat. l. alimenta.
& l. vlt. ff. de transact. l. cum hi. Item vasa superflua alie
nari possunt pro debito, ne quid immobile alienetur cū
eadem solennitate alij ecclesiæ: vel conflatum quodli-
bet. vt in auth. de alie. & emphy. §. de vasis. coll. 9. & C.
de sacrosan. eccle. l. sancimus. Illud autem notandum
est † quod in quatuor casibus omninò rei ecclesiasticæ 13
alienatio prohibeatur. Primus est in his rebus, quæ ab
imperiali domo prædictis applicantur locis. Secundus
est de ipsa ecclesia. Tertius est, quando res datur eccle-
siæ ea conditione, ne alienetur. Quartus, cum prælatus
vult alienare hæretico. vt in authen. de alien. & emphy.
§. ea. & §. quoniam. & § sanctissimas. & in auth. de ec-
clesiastic. tit. §. iubemus. collat. 9. Quintus etiam potest
adds, quando vult alienare œconomo vel syndico. vt
in auth. de alie. & emphy. §. œconomus. † Si autem con 14
tra leges & canones, & aliter quàm dictum sit fiat alie-
natio puniuntur contrahentes. eccè si ex causa donatio
nis ponitur donatarius, & rem restituit cum fructibus
perceptis & percipiendis: quia videtur mala fide acces
sisse, ex quo mercatus fuit contra legum interdicta. vt
C. de agric. & censi. l. quemadmodum. & aliud tantùm
soluet de suo. Si autem ex contractu venditionis acce-
perit, & contra legem, vt dictum est: punitur, & pretio
caret. Si verò in emphyteusim acceperit, & contra iura
emphyteutica: & re caret, & pensionem soluere tene-
tur singulis temporibus & futuris, vt conuentum erat.
& sicut videtur adiecisse Garnerius: repellitur emphy-
teuta, non exceptionis ope, sed ipso iure denegantur
ei actiones contra ecclesiam. Si verò accipit rem hanc ab
initio vel in emphyteusim, & postea faciat rem il[l]a de-
teriorem, vel debitum canonem non soluat infra bien-
nium, repellitur & tenetur soluere pensionem præteri
ti tēporis non futuri. vt in auth. de non alie. aut permu.
reb. eccl. §. quia verò Leonis. & in auth. de ali. & emph.
§. si verò quis. QVAESTIO. † Illud autem quæritur a qui- 15
bus fiant reuocationes istarum rerum alienatarum cō-
tra iura. Et certè fiunt per collegium, vel per eū qui or-
dinatur ad hoc à collegio, vel per eundem qui [illegible]oa-
uit, sicut & pater filium alienatum renocat, vel mari-
tus donationem. vt C. de liberali caula. l. si liberū. & l. 1.
& per totum tit. ff. de dona. inter vir. & vx. vel per paro
chianos ad instar curialiū. vt C. li. 10. de decur. l. si quis.
& l. generali. & C. vbi quis de coarta. l. 1. Nec obstat quod
legitur ext. e. c. iubemus. œconomū priuari administra
tione: quia priuatur ipso iure non per sententiam. hæc
notat dominus meus in summa de sacrosan. eccl. in fin.
vel per ipsum eundem syndicum qui alienauit. facit e-
nim non nomine suo, sed nomine ecclesiæ, & hoc ideò,
quia contractus non tenuit, & fuit contra iura: sicut a-
liàs C. de agric. & cens. l. quemadmodū. alias si contra-
ctus non esset contra iura, non posset ipse idem. vt ff. de
adopt. l. post mortem. ff. de serui. rust. præd. l. per fundū.
Episcopus etiam poterit vendicare aliter alienata: vt
C. de sacrosan. eccl. l. sancimus. nec obstat ff. de rei ven 16
di. l. in rem actio. §. locat. quia verum est, quod res sa-
cræ & religiosæ vendicari non possint à priuatis, ab E-
piscopis autē sic. Vel reuocabit œconomus per Episco
pum cōstitutus. vt C. de episc. & cler. l. omnes. & quod
possit solus Episcopus dicit decr. extr. de his quæ fiunt
à præl. sine consen. c. cū apostolicę. imò de iure data est
potestas reuocādi cuilibet ecclesiasticę personæ, & sic
quolibet de capitulo alienata reposcāt. vt extr. de reb.
eccl. nō alie. c. si quis presbyterorū. & 12. q. 2. c. nō liceat
Papæ. & etiā cum fructibus: vt ibi. & 12. q. 1. c. sine exce-
ptione. & c. licèt. per quod apparet, quibus cōpetat re-
uocatio

tatio debuit vltimò poni:tamen propterea quia dominus meus notauit de hoc in summa, quod totum posui ideò aliquantulum ordine præpostero notaui. Nûc
19 autem videamus in † quibus casibus de iure cannonico alienatio rei ecclesiasticæ fit permissa. Et certe saluis his casibus quos notaui de iure ciuili suprà in hoc eod. tractatu, casus ponuntur etiam in iure canonico: multis modis etiam alienatio potest fieri ecclesiæ. In primis res mobiles & thesaurus ecclesiæ alienari potest pro alimentis pauperum. Item pro captiuis redimendis. Item pro liberatione alicuius ne occidatur, ne insepulti aliqui iaceant. vt 12. quæst. 2. c. aurum habet ecclesia. & c. gloria. Item in alio casu, scilicet pro debito liberando. vt 10. q. 2. c. hoc ius porrectum. Res autem immobilis alienari non potest, neque à Papa, neque à quolibet alio prælato. vt 12. q. 2. c. non liceat Papæ. & c. monemus. & c. sine exceptione. in casibus tamen alienatur. scilicèt si hoc vertitur in vtilitatem ecclesiæ: quia tunc dat ecclesia minus vtilia pro magis vtilibus. vt in prædicto c. sine exceptione. & tunc etiam si cum laico permutat, tenet permutatio. vt extr. de reb. eccles. non alien. c. vt super aliqua. nisi sint quæ ad mensam pertineant: quia illa non alienabit. vt in prędicto c. vt super aliqua. Item terrulas & vineolas exiguas, & cæteras minus vtiles, aut longè positas Episcopus sine consensu fratrum suorum: si necesse fuerit, distrahere potest. vt 12. quæst. 2. c. terrulas. Si autem sint vtiles, non potest. vt 17. quæst. 4. c. quicumque. Potest etiam distrahere seruum fugitiuum. vt eo. c. Et licet multi casus possint notari, in quibus res immobiles alienari non possint, ad duos tamen casus possunt reduci, scilicet vtilitas & necessitas. vtilitas enim dat minus vtilia pro vtilibus detur: & tunc cum consensu capituli fieri debet. vt in prędictis c. non liceat, & c. sine exceptione. Similiter necessitas: putà, in casibus prædictis, scilicet pro fame, & pro redemptione, & pro alijs sicut suprà diximus. quia animæ hominum sunt præferendæ singulis rebus. vt C. de sacrosanct. eccles. l. sancimus. & in prædictis c. aurû habet ecclesia, & c. gloria. Vel si debitum habet, & ex mobilibus solui non possit. vt 10. quæst. 2. §. hoc ius porrectum. alias autem præterquam in casibus à iure expressis nullo modo alienatio rei ecclesiasticę fiat. vt in prædi. c. non liceat Papæ. & c. monemus. & c. sine exceptione. & extr. de rebus eccle. non alienan. c. nulli liceat. & c. si quis presbyterorum. & c. vt super aliqua. & c. possessiones. sicut infra copiosè dicemus. In prædictis † autem casibus in quibus a iure conceditur alienatio, debet fieri alienatio cum certa solennitate & forma, vt subsit causa quare alienatio fiat: & vt cô[...]tiat maior pars capituli. vt 12. q. 2. c. sine exceptione. & in illa authen. hoc ius porrectum. Item scriptura debet interuenire, in qua subscribant clerici nihil fieri in læsionem diuinæ domus. vt in prædicta authen. c. hoc ius porrectum. Item in venditione rerum monasterij consensus Episcopi requiritur, vt 17. quæst. vlt. c. in venditionib. Pœna autem male alienantis est depositio, si super hoc accusatus fit. vt 17. quæst. 4. c. quicunque & 12. q. 2. c. monemus. & c. diaconi. nisi celeri re[...]itutione ibi prospexerit. vt in prædicto c. si quis presbyterorum. & restituerit rem non deterioratam: quia non videtur res reddita, quæ deterior redditur. vt ff. depositi. l. 1. §. si rem. & ff. commod. l. in commodata. §. rem commodatam perdidi. Item excommunicatur: vt in prædicto c. non liceat Papæ. & c. si quis presbyterorum. Pœna verò recipientis contra formam præmissam [...]st, vt restituat cum fructibus, & actionem nullam habeat ad repetendum pretium contra ecclesiam: & tene[...]t etiam de fructibus percipiendis, sicut malæfidei possessor, titulo habito pro non titulo: quia contra legum interdicta mercatur. vt C. de sacrosanct. eccles. authentic. qui res iam dictas. & C. de agricol. & censi. l. quemadmodum. & 10. quæst. 2. §. hoc ius porrectum. sed fortè habebit actionem contra alienantem, si fuit bonæfidei emptor, credens rem à prælato posse alienari: dicitur enim bonæfidei emptor quis etiam si in iure erret. vt ff. de petit. hæredita. l. sed si lege commissoria. §. 2. & 12. quæstion. 4. c. Vulteranæ. quantum enim ad ecclesiam semper præsumitur hic contractus malæ fidei. Concipiet autem sic libellum Episcopus aut Oeconomus, siue clericus, siue parochianus, negligente Episcopo, subaudi, ad reuocandam rem alienatam præter formam iuris, & dicet
hoc modo. LIBELLVS † Proponit talis Episcopus nomine ecclesiæ suæ, vel talis Oeconomus, vel talis clericus, vel talis parochianus nomine ecclesiæ talis contra talem, qui tenet seu possidet rem talem, cuius fines sunt tales, quam dicit ad prædictam ecclesiam pertinere iure dominij vel quasi. Verùm licèt libellus iste posset sic concipi, rectè tamen vt res euidentius appareat, proponat sic. LIBELLVS. Coram vobis domine iudex proponit talis contra talem talis ecclesiæ, cuius fines sunt tales, qui tenet aut possideat ex contractu venditionis factæ sibi a tali prælato contra formam iuris, & non in casibus a iure concessis. petit rem illam nomine sibi dictæ ecclesię restitui cum fructibus iam perceptis & percipiendis. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicunt iura prædicta extr. de rebus eccles. non aliena. c. si quis presbyterorum. & in decret. 12. quæstio. 2. c. non liceat Papæ. OPPOSITIO. Sed opponitur: mirum videtur, quod rector agat ad vendicationem: si vis dicere, quòd ipse idem non vendicat, qui alienauit, hoc dico posse fieri, sicut suprà in hac eadem rubric. notaui. sed si hoc admittas: quomodo potest ipse vendicare, cum honore priuetur. vt 17. quæst. 3. c. quicunque. & 12. quæst. 2. c. monemus. & c. non liceat Papæ. Respondeo, potest ipse idem repetere donec tollatur: & ita intelligitur c. si quis presbyterorum. & argum. 35. quęst. 9. c. quisquis. & argum. de elect. c. nosti. secùs si remotus fuerit: vt in prędictis c. monemus. & c. non liceat Papę. vt in authen. de non alienan. aut permut. re. eccles. §. nos igitur. & C. de fundo dot. l. 1. & ff. de alienan. iudi. mut. causa fact. l. ex hoc. §. 2. Alanus. Sicut ergo re ecclesiastica alienata habet ecclesia actionem personalem contra alienantem, vel actionem in rem contra possessorem. vt 12. quæsti. 2. c. apostolicos. & est expressum in C. si tutor vel curator inter. l. vltim. QVAESTIO. Sed pone, quòd conuenit alterum, & consecuta est suum interesse: nunquid potest alium conuenire? Respondeo, non: vt ff. de eo per quem factum est, l. si plures. QVAESTIO. Quid si cępit conuenire vnum, nunquid fit [...] præiudicium quò ad alium? Respondeo, non: quia sola rei vel interesse consecutio imponet et silentium, vt ff. deposi. l. 1. §. si apud. & C. si tutor vel curator inter. l. vlt. QVAESTIO. Sed nunquid ecclesia tenetur cedere actionem soluenti contra alium: scilicet, alienanti contra possessorem vel econuersò? Respondeo, non: cùm enim quis conuenitur ex maleficio suo, vel ex delicto suo non potest petere cessionem actionum. vt ff. de administrat. tuto. l. si plures. & ff. de solu. l. Stichum aut Pamphilum. §. dolo. OPPOSITIO. Item diximus suprà quòd quandiu Episcopus non deponitur, quod potest repetere: potest & vendicare. Sed opponitur, nonne Episcopus tenetur de euictione? certe sic. vt C. de sacrosanct. eccles. authé. qui rem huius. & quod de euictione tenetur actio, meritò vendicantem repellit exceptio. vt ff. de euictio. l. vendicantem. & C. de euictio. l. exceptione. Respond. illud verum est, sed illa exceptio per replicationê tollitur, & replicabit hoc modò rectè concipiens. Si nomine meo vendicarem, sed cùm vendicem nomine ecclesiæ, tua exceptio cessat: sicuti quando excipitur contra mulierem vendicantem rem alienatam contra Velleianum: si excipitur contra mulierem de re vendita & tradita: ipsa replicabit factum esse Velleianum. vt ff. ad Velleian. l. si mulier. §. item si mulier. nec mirum, si hoc contingat in Episcopo, quia hoc idem contingit in priuato. vt C. de agricol. & censi. l. quemadmodum. & Episcopus si nihil habet, nôn dabit pretium. vt C. de rei vendic. l. si mancipium tuum. QVAESTIO. Item quæritur: legitur in c. si quis presbyterorum. vbi si quis presbyterorum, diaconorum seu defensorum & aduocatorum seu procuratorum alienanti prædium se subscripserit vel asscripserit: quo iratus Deus ananias percutit, anathemate feriatur. vt ext. de reb. eccl. nô alie. c. si quis presby-

presbyterorum.& 16.q.1.c.de præsentium. quomodo di
at ciiur, quod Deus irascitur? † cum Deus nunquam irascatur. vt 22.q.3.c.incommutabilis. Respondeo, quòd ibi humano more loquitur: sicut & alibi dicit: Domine, ne in furore tuo arguas me, &c. QVÆSITIO. Item quæritur, quare propter solam subscriptionem quis excómunicatur, cum non debeat quis excommunicari nisi pro crimine mortali, & pro contumacia. vt 11.quæst. . c.nemo Episcopotum, & c.certum. Respondeo, hic excommunicatur ideò ille qui subscribit, quia propter subscriptionem videtur consentire, imò alienare videtur: & ideò si monitus non prouideat sibi ita quod satisfaciat, excommunicatur: quod † enim qui subscribit
aa videatur consentire, habes hic: & ff. de in rem verso. l. penult. ff. quod iussu. l.1.§.sed & si.1.q.1.c.non liceat. & c.cum redemptor. & ff. de pign. l. fideiustor. §.pen. & argum. ff. de actio. pign. l. Gaius. ff. de edendo. l. si quis ex argentarijs. C. si certum peta. l. mutar. C. de fideiusso. l. si pater. Dixerunt enim Lauren. & Ioã. & Hug. subscribenti prouidere, quia auctoritas contractus subscriptionem exigit. vnde distinguunt: aut subscribit quis nomine alieno, aut suo: si alieno, non obligatur, qui subscribit, cum non intelligatur consentire. vt ff. de instit. actione. l. vlti. ff. de rescin. vendi. l. Titius. si nomine suo scienter, obligatur: quia consentire videtur, vt hic, & & in primis concordantijs. sed si ignorat, non videtur consentire, nec ei nócet. vt C. plus valere quod agitur. l. vlt. de dona. l. ignorans. & C. de admio. tut. l. si no subscripsisti. Vincen. Item nullo modo potest alienare prælatus ea quæ pertinent ad mensam eorum vel capituli: licèt hodie contrarium faciant. Item non alienabunt ecclesias in quibus consueuerunt monachi ministrare clericis vel laicis assignando: vt extr. eod. tit. c. possessiones. Nec alienabit ea quæ antecessor suus tenuerit ad manus suas, dum vixerit: siue fuerint de mensa, siue non. vt extr eod. tit. c. vt super aliqua. præsumuntur enim esse de mensa. argum. C. de proba. l. siue possideris. OPPOSITIO. Sed videtur contra. 12.q.3.c.vlti. vbi dicitur quod Episcopus tertiã partem de rebus parochialium ecclesiarum sibi debitam, illi ecclesiæ vel alteri conferre potest irreuocabiliter. Solutio: c. illud loquitur in ecclesijs debitis Episcopo, hic autem loquitur de his quæ ad mensam pertinét: vel aliter, non alienat sine consensu capituli, & quando iusta causa non subest, sicut superius dixi: aliàs si iusta causa subesset, cum consensu capituli alienare potest, præter excepta: sicut superiùs dixi: sed licèt Episcopus non possit ecclesiam vbi fuerunt monachi dare clericis, vel econuersò possint sæculares amoueri ab aliqua ecclesia in ea institui regulares, si Episcopi diocœsani consensus accedat: dum sæcularibus alibi honeste prouideatur. vt extr. de eccle. ædificandis. c. ad audientiam. non tamen intelligas illud posse fieri in veris clericis: non enim potest proprietarius in vero vsufructuario, vel vsuario in meliorem statum commutare. vt ff. de vsu & habi. l. vltim. Lau. Hæc vt vtilia de reb. eccles. non alien. tam de iure canonico, quàm de iure ciuili tractare præuidi.

De his quæ fiunt à prælato sine consensu capituli, & de his quæ fiunt à maior. parte capi.

1 *Episcopus vel prælatus quæ sine consensu capituli alienare non possint.*
2 *Ratihabitio in spiritualibus retrotrahitur.*
3 *In spiritualibus ea quæ ab initio non valent, ex post facto conualescunt.*
4 *Prælatus an solus beneficia conferre possit.*
5 *Præsentatio Abbatis sine collegio, quando collegium ius præsentandi habet, nulla est.*
6 *Episcopus solus & Abbas, an alienata repetere possit: & sic agere.*
7 *Libellus quomodò concipiendus sit pro rebus ecclesiæ alienatis sine consensu capituli vel maioris partis, vendicandu.*

EST quidam tractatus, de quo etsi aliquid tangetur in iure ciuili, non tamen ad plenum doctrina eius traditur, scilicet de his quæ fiunt a prælato sine consensu capituli. Item & de his quæ fiũt à maiori parte capituli: videamus ergo in primis, quare statuta sint ista: & certè duabus de causis. prima, quia ea quæ fiunt consilio, firma ratione nituntur. vt C. de repud. l.1. & dicit Salomon: fac omnia cum consilio: & post factum nó pœnitebis. Secunda, quia quod omnes tangit ab omnibus debet reprobari. vt C. de auct. tut. l. vlti. & extr. de offic. Archid. c. ad hæc. & cum prælatus seu Episcopus dicatur caput capituli, & capitulum seu clerici dicantur membra, ideò caput sine membris malè consistit, & econuersò: & ideò illud statuitur. vt 12. dist. c. cùm decet. & extr. eod. tit. c. nouit. † Videamus ergo quæ sint illa quæ Episcopus siue prælatus sine consensu capituli sui, subaudi, totius vel maioris partis facere non possit: licèt enim rubr. 1. indefinite loquatur de his quæ fiũt ab Episcopo vel a prælato sine consensu capituli: ne aliquis intelligeret quod totum capitulum debeat cósentire. ideò quia indefinita æquipollet vniuersali secundùm iura. vt ff. de lega. præstan. pet. bon. poss. contra tabu. l.1. & ff. de leg. 3. l. Iulianus. ideò suppleo de his quæ fiũt ab Episcopo sine cósensu capituli: subaudi, totius vel maioris partis: & ideò in extra ponitur sequens rubric. de his quæ fiunt à maiori parte capituli, & in primis circa alienationem rei ecclesiasticæ, & maxime immobilis: certè Episcopus non alienabit, nec alius prælatus etiam in casibus à iure concessis sine consensu sui capituli, vel maioris partis, imò plus quod necesse est, quod capitulum siue maior pars subscribat: alioquin irrita erit omnis alienatio atq; commutatio rei ecclesiasticæ, & intelligo irrita ipso iure, non irritanda: nisi eatenus quatenus de facto processit. dominium enim illius rei alienatæ in casu à iure concesso remansit in bonis ecclesiæ: ita quod recta rei vendicatio poterit intentari ab eodem prælato, qui alienauit: vt notaui in rubri. superiori. & ad hoc induco canones & iura extr. e. tit. c. irrita. & 2.q.2.c. sine exceptione. C. de sacrosan. eccles. auth. hoc ius porrectum. 10. q. 2. c. casellas. §. hoc ius porrectum. Item in venditione prædiorum curialium. vt C. lib. 10. de vendit. prædior. curial. l.2. Item in vẽdendis rebus ciuitatis. & C. lib. 11. de vendi. rer. ci. l. vlt. & ff. de reb. eo. qui sub tut. vel cura. sunt. l. magis. §. vlt. in qua lege cauetur apertè, quod si prædium pupilli alienetur sine decreto, quod directa actio remaneat illi pupillo vel minori: omnia prædicta intelligas circa alienationem rei ecclesiasticæ, quæ magna est & vtilis. Cæterùm si parua & inutilis rectè alienat sine consensu capituli. vt 12. quæstio. 2. c. terrulas. Secundò alienare non potest prælatus nec prælata: ponamus, si fuerit Abbatissa, decimam sine voluntate conuentus tacita vel expressa: vt extr. eod. tit. c. continebatur. Sed circa istud exemplum tria videntur mirabiliter malè dicta. primum videtur malè dictũ, quod dicitur de Abbatissa, & quod dicitur de decima: quia quomodò posset habere decimam, cũ decima sibi deberi non possit: sed tãtom matrici ecclesiæ, vel nisi quis audit diuina, vt dixi suprà de decim. maximè cùm omnia monasteria in nullo diocœsana lege ab Episcopis cõstringantur. 1. quod nõ habuit neq; tertiã neq; quartam de mortuarijs: nec synodaticum nec cathedraticũ: nec decimas. ista enim sunt quæ Episcopo lege diocœsana debentur. vt 16. q. 1. c. cum pro vtilitate. Respond. non loquimur hic de illa decima quæ monasterio lege diocœsana debetur: sed loquitur de illa decima quã Abbatissa volebat alicui concedere de bonis vel de re aliqua ipsius monasterij: vel loquitur de illa decima quam aliquis fortè legauit monasterio, præter illam quam debebat Episcopo: potest enim decimam quis legare de aliqua re sua, vel de rebus suis præter illam quam debet Episcopo. vt ff. pollici. l. si quis rem. Secundum est quod videtur malè poni in canone: quia videtur, quod tacitus consensus sufficiat: nam ita dicitur in illo c. continebatur: quod teneat alienatio facta decimæ sciente conuentu, & non contradicente: vt superiùs diximus. quod tamen capitulum

ſum eapreſſim debeāt conſentire & ſubſcribere: quo-
modo ergo ſufficiet tacitus conſenſus. cum ſecundùm
iura vbicunque expreſſus conſenſus eſt neceſſarius, ta
citus non ſufficiat: ſicut habes in conſtitutione procu-
rationis. vt C. de procu. l. filius. §. inuitus. & in conſtitu
tione ſeruitutis. vt ff. de ſeru. ruſt. præd. l. inuitus. Idem
in actione furti. vt ff. de fur. l. qui vas. §. necare. & eaoo-
nes antiqui eapreſſum conſenſum requirunt. vt 12. q. 2.
c. ſine eaceptiooe. & 10. q. 2. c. hoc ius porrectum. Reſpō
deo, de decima tali ſuprà diaimus. fortè iura noluerūt
adbibere tantam ſolennitatem, nec tantam curam cir-
ca rem immobilem eccleſiæ alienandam. vt ſuprà diai-
mus: & ſic eſt in decima eſt caſuale, & tacitus cōſenſus
ſufficiat, cum aliàs deſideretur expreſſus cōſenſus: vel
intelligas quando decima erat minima, vel conceſsio
fuit facta ſine læſione eccleſiæ, vel ad certum cenſum,
vel ad modicum tempus, vel ad caoſam pietatis, alio-
quin locum haberent canones. 12. q. 2. c. ſi ſacerdotes. ſi-
cut & notabis aliud in c. continebatur. vbi parificantur
iſta. ſcilicet ignorantia & conditio, & eſt ſimile ff. de ri
tu oupt. l. viro. §. peo. & ff. de iure dot. l. ſi ego. §. ſi res. &
ff. de reg. iur. l. quæ inuitis. Tertium videtur malè dictū
qood ſi ſola Abbatiſſa concedat decimam: & non poſt
multum temporis (qnod eſt ſecundùm arbitrium iudi-
caotis, vt ff. de iure delib. l. 1. in fin.) de conſenſu conuē
tus eidem contolit, quod illa ſecuoda coocesſio teoeat
& ratificetur illa coocesſio, quę à principio nulla fuit,
vel pendebat. & hoc melius, alioquin ſi nullo fuiſſet i-
pſo iore, oon potuiſſet poſtea per conuentom ratifica-
ri. vt ff. de act. & oblig. l. obligationes. & ff. ad Tertul. l.
2. §. vlt. & ſimile habes ff. de ſerui. ruſt. præd. l. per fuo-
dum. & ff. de adopt. l. poſt mortem. ſi ergo capitulum ſi-
ue conuentus contradicit, niſi poſteà ratum habeat: ali-
enatio eſt nullius momenti. vt extr. eod. tit. c. cùm oos.
neque ioſtitutiones oeque deſtitutiones poteſt facere
prælatus ſine coofenſu capituli, vel maioris partis: &
ſi faceret, careret roboris firmitate. vt extr. eod. tit. c. oo
2 uit. & ſic nota, quod in † ſpiritualibos ratihabitio retro
trahatur, & inutile prius factum confirmet. vt extr. de
deſponſ. impub. c. de illis. & ſimile 16 q. 1 c. vlti. & extr.
de iure pat. c. paſtoralis. Alanus. Item nota, quod in ſpi-
ritualibus ea quę † ab initio non valent ex pòſt facto cō
3 naleſcaot. vt & aliàs eatr. de coniugio ſeru. c. propoſu-
it. & 31. q. 2. c. 1. & 2. & ff. de ritu nupt. l. ſi quis ſenatoria.
& 1. q. 1. c. cùm ergo. 12. q. 2. c. ſi quis de rebus. argum. con
tra. 24. q. 1. c. ſciſma. eatr. de ſimon. c. non ſatis. ff. de reg.
iur. l. quod ab initio. 32. q. 7. c. flagitia. Tertiò, circa inſti
tutiooes quas non facit prælatus ſine conſenſu capitu-
li, ſeu maioris partis, & ſi fecerit carent roboris firmi-
tate. vel extr. eod. tit. c. nouit. concordant iura commu-
nia. 12. q. 2. c. alienationes. 15. q. 7. c. oullus. Tertiò exigi-
tur io his præſentia clericorum. vt 86. diſtinc. §. ſi quid
verò. Alanus. Quartò, circa coocesſiones & confirma-
tiones caueat ſibi prælatus, ſicut aliquando vidi, quod
nomine caoonicorum vel monachorum abſentium nō
ſcribat pro præſentibus, quia crimine falſi teneretur.
vt extr. eod. titu. c. quanto. & C. ad leg. Coroel. de falſ. l.
qui veluti. & ipſa ioſtrumenta ſunt irrita. vt C. de te-
ſtamentis. l. iubemus. & in authent. de fide inſtrument.
§. 1. colum. 6. Quintò, circa ordinatiooes. vt 24. diſtinct.
c. Epiſcopus. Sextò, circa dignitates conferendas. vt 23.
diſtinc. c. legimus. Septimò, circa diſpenſationem rerū
eccleſiæ. vt 12. q. 2. c. hoc excepimus. Octauò, circa cau-
ſarum audientiam, ſeu veotilationem. vt 15. q. 7. c. fœ-
lix. & c. Epiſcopi. Nonò, circa collatiooes beoeficiorū
caueant ſibi prælati, ne aliquid attenteot in bis ſine cō-
4 ſenſu capituli, † niſi fortè de conſuetudine vel priuile-
gio habeant conceſſam eis libertatem quod poſsint per
ſe ſolos conferre. vt extr. eod. tit. c. ea noſcitur. ſicut fie
ferè in toto regno Siciliæ, vbi ſoli pręlati cooferunt be
neficia. & hoc fortè vel habent ex conſoetudine, vel
ea priuilegio, vel quia præbendæ non ſunt diſtinctæ:
ſcio enim quod Archiepiſcopus Beneuentaous, cùm
ſim de terra illa, ſolus beneficia conferat. Decimò, cir-
5 ca præſeotationes, verbi gratia, aliquod † collegium a-
licuius mooaſterij babet ius præſentandi in aliqua ec-
cleſia: certè ſi Abbas præſentat aliquem Epiſcopo ſuo
diocœſ. ſine collegio, illa præſentatio nulla eſt. vt extr.
eod. titu. c. ea noſcitur. Vndecimò, circa alienatiooem
rerum eccleſiaſticarum: quia ſolus Epiſcopus vel præ-
latus alienare non poteſt, niſi faciat, vt meliora proſpi
ciat: ſolus tamen poteſt agere ſine conſenſu capituli. &
in his duobus vtilitati eccleſiæ prouidetur: & ſic domi
nus Innocent. III fecit concordiam inter Hierony-
mum & Leonem. Hieronymus enim diait ſolum con-
ſenſum Epiſcopi ſufficere ad reuocandam rem eccle-
ſiæ: Leo enim diait ſolum conſenſum Epiſcopi ſuffi-
cere ad alienandam rem eccleſiæ. vt extrà, eodem
titulo. c. cùm apoſtolicæ. ſimilem concordantiam
fecit Iulianos inter Sabinum & Pegaſium. ff. de verbor.
obligat. l. ita ſtipulatus. Sed licèt iſta decret. ſic deter-
minatè loquatur, quòd ſolus Epiſcopus alieoata poſſit
repetere: quæri tamen conſueuit, & tota die de facto
qoæritur, † ao ſolus Epiſcopus poſſit agere ſine literis 6
& conſenſu ſui capituli: vel Abbas ſine literis & con-
ſenſu ſui conuentus. Sed videtor bæc quæſtio fruſtrato
rio: cum per decretal. iſtam videatur apertè diffinita.
Nam decreta. iſta dicit, quod poteſt alienata repetere.
vt eatr. eod. tit. c. presbyterorum. & fortè ita ideò eſt
in iſto caſu, propter odium malè alienantis: quæ alie-
natio ipſo iure irrita eſt. vt extr. eod. titul. c. 1. & prop-
ter fauorem eccleſiæ competit realis actio, vel perſona
lis, vel mixta. QVAESTIO. Probabiliter dubitator: ao
ſolus Epiſcopus poſsit agere, ſicut eſt qoæſitum. Vide-
tur enim quod poſsit, & ſi poſsit, quæritur an debeat ſa
tiſdare de rato. quod poſsit agere probatur: nam admi-
oiſtrator decurionum admittitur ad agendum pro vni
uerſitate. vt ff. quod cuiuſq; voiuerſitatis. l. vlti. & non
cauet de rato. vt ibi in ead. l. Item eorum actor & cu-
rator agit pro pupillo, & noo caoet de rato, niſi dubite-
tur, an ſit tutor. vt ff. de adminiſt. tut. l. vulgò. & ſi inuē
ti ſiot multi tutores, vnus ſolus agit. vt ff. de adminiſtr.
tut. l. vltim. & pater ſicut adminiſtrator legitimus ſo-
lus agit ſine filio. vt C. de bonis maternis. l. 1. & orpha-
notrophus, qui habet legitimam adminiſtrationem, ſo
lus agit. vt C. de Epiſco. & clericis. l. orphanotrophos.
Et de Abbate videtur, quod poſsit ſolus agere vbi ne-
gotia ſunt communia. Cæterùm ſi negotia ſiot diſcreta,
ooo poteſt ſolus Abbas ſine conſenſu cōuentus. vt ea-
trà, de reſcript. c. edoceri. Econtra videtur quod nō poſ
ſit agere: nam Epiſcopus procurator dicitur & noo do-
minus. vt extr. de donat. c. fraternitatem. ergo non vide-
tòr quod poſsit agere. Sed tamen iſtud argumen. poſ-
ſet in contrarium induci, nam procurator ſolus agit:
credo tamen vt ſolùs Epiſcopus ſine coofenſu capituli
agere poſsit, per ea iura quæ allegata ſunt. Duodeci-
mò, circa interdictum ponendum in eccleſia vel de ter
ra. vt extr. de his quæ fiuot a maior. parte capituli. c. quę
fiuit. aliàs præterquàm in caſibus ſupradictis, prælatus
cum Archidiacono ſine conſenſu capituli, vel maioris
partis oihil ſecuodùm quod ſuperiùs dictum eſt, face-
re poteſt. vt extr. eod. tit. c. tua nuper. oam nec religio-
ſus ſine conſenſu capituli obuentiones cōferre poteſt:
vt extr. eod. tit. c. paſtoralis. nec etiam Archiepiſcopus
& proprijs & fauorabilibus cauſis: nec etiam pro fa-
brica eccleſię poteſt ſtatutum facere. vt extr. de his quę
fiunt à maiore parte capituli. c. ex parte. vnde in rebus
eccleſiæ alienatis ſine conſenſu capituli, vel maioris
partis concipiet Oeconomus, vel ſyndicus ſeu procu-
rator Epiſcopi vel prælati ſic libellum. † LIBELLVS.
Proponit talis ſyndicus contra Titium qui teoet do- 7
mum talem, cuius fines ſunt tales, quæ pertioet maiori
eccleſiæ iure dominij vel quaſi. quam petit ſibi reſtitui
cum fructibus inde perceptis & percipiendis. Libel-
lus iſte ſic rectè concipitur: quia licèt ſit vendita res à
prælato: quia ſine conſenſu capituli vel maioris par-
tis, dominium non eſt tranſlatum: & idcò directa rei
vendicatio poteſt proponi: vt notaui ſuprà in hac ru-
bric. & in ſuperiori de reb. eccleſ. non alieo. vel ſi fortè
tranſiuiſſet dominium in emptorem ea titulo emptio-
nis, quod non credo: quia non fuit dominus ſed procu-
rator, qui alienauit: vt extrà. de dona. c. fraternitatem.

occ

nec alienatio facta fuit eo modo quo debuit:& sic illa alienatio est ipso iure irrita, & sic titulus ille habetur pro nô titulo. vt aliàs in petitiòe hęreditatis. vt ff. de pe tit. hæred. nec vllam. & l. etiam. ad minus tamen competit ecclesiæ seu syndico rei vendicatio, pua si remanserit res in bonis ecclesiæ, sicut remanet in bonis passi metum. vt ff. qund met. caus. l, metum. §. nolenti. Si autè vis concipere libellum in quo tantum factum recites, dicas sic. LIBELLVS. Proponit talis syndirus contra Titium, quod cum dominus Episcopus vèdidisser sibi domum talem, cuius fines sunt tales, sine consensu totius capituli, seu maioris partis:& sic cum ipsa venditio sit ipso iure irrita, & dominium ipsius domus remanserit penes ipsam ecclesiam,& proinde habetur ac si illa vèdirio facta non esset, peto prædictam domum nomine meæ ecclesiæ mihi restitui cum pensionibus inde perceptis,& percipiendis. Quidam tamen cauent sic concipere libellum, vt non videantur aliud dicere pro parte altera:& ideò sicut primò diai, ira simpliciter concipiunt libellum : sed quocumque modo concipiatur libellus, rectè concipitur: sicut patet per ea quę superiùs dicta sunt.

De his quæ fiunt à maiori parte Capituli. Rubrica.

1 *Pars maior qua dicatur.*
2 *Numerus maior an semper attendatur.*
3 *Inuestitura an eum cui facta est, possessorem constituat.*

QVIA in superiori parte diximus de his, quæ facta sunt à prælato sine consensu capituli, quòd
illa rata sint: propterea statim post primam ru
bricam ponitur & ista : de his quæ fiunt à maiori parte
1 capituli. Videamus ergo qualiter hoc statutum sit, † &
quæ sit maior pars capituli, habito respectu ad nume-
rum, vel ad dignitatem, vel ad saniorem partem, quia
fortè melius & rationabilius dicitur pars vna quam a-
lia. & certè ratio est vt stetur indicio partis maioris, a-
deò quod minor oportet quod consentiat his, quæ à
maiori parte facta sunt. ff. ad municip. l. quod maior. &
ff. de reg. iur. l. aliud. §. referenr. extr. de elect. c. dudum.
ff. de pact. l. maiorem. C. qui bon. cedere possunt. l. vlti.
ff. quod cuiusque vniuers. nom. l. nulli. C. de decur. l. no
minationum. extr. de elec. c. licèt pro cuitanda. ff. de de-
cretis ab ordi. faci. l. 1. & extr. de præben. c. de multa. &
2 sic semper attendimus maiorem numerum. † Aliquan-
do tamē attendimus vltrà quam maiorem, id est, vt sint
duæ partes, sicut in elect. domini Papæ : vt in prædicta
decret. licèt. & in electione decurionum & actoris. vt
C. de decur. l. nominationum. & ff. quod cuiusq; vniuer
si. l. nulli. & intelligas duas partes præsentium in ciui-
tate vt in prædict. l. nominationum. Aliquando non nu
merus sed causa consideratur, id est, quantitas, si cumu-
lus desuit. vt in prædict. legib. ff. de pact. l. maiorem. &
C. qui bon. cedere possunt. l. vlt. Et aliquando humani-
or, quando omnia sunt paria. vt in prædict. legib. Ali-
quando maior & sanior, vt in electionibus. vt extr. de
elect. c. quia propter diuersas. In præsenti autem tracta
tu intelligimus maiorem partem quantum ad numerū:
& semper statur iudicio maioris partis, nisi minor pars
aliquid rationabile opponat. vt extr. de his quæ fiunt à
maior. part. cap c. cùm in cunctis, & intelligas maiorè,
id est, saniorem. vt extr. eod. tit. c. 1. & c. ea ore. & consi-
deratur maximè vbi sit maior & sanior pars. vt in præ-
dict. decret. ex ore. Statur enim iudicio maioris & sani-
oris partis. vt extr. de appel. c. constitutus. & hoc est a-
deò verum, quòd si dominus Papa aliquem de aliqua
præbenda mandet inuestiendum, tamen si maior & sa-
nior pars capituli alium de illa præbenda inuestiuit, te
net inuestitura facta per capitulum. vt in illa decre. ex
3 ore. QVAESTIO. † Sed quęritur circa materiam istam, an
aliquis propter inuestituram factam à Papa, vel ab Epi
scopo, vel a capitulo fiat possessor. Et videtur primò, quod
propter inuestituram non fiat possessor. vt extr. de don.
c. per tuas. & argu. extr. de censi. c. cum aliquibus. Item
inuestitura est quoddam præambulum de possessione assignanda: non tamen propter hoc videtur possessio assignata, cùm possessio sit pedum positio. vt ff. de acq. poss. l. 1. & arg. ff. ea quib. caus. maior. in integr. restit. l. denique. Econtrà videtur, quòd inuestitura faciat aliquem possessorem, vt saltem debeatur sibi ius agendi. vt extr. de his quæ fiunt à maior. part. capit. c. ex ore. & & extrà, de success. ab intestat. c. cum dilectus. & ext. de consuetudine. c. 1. in fin. & 16. q. 7. c. si quis deinceps. Sed contra ff. de contrah. empt. l. clauibus. ff. de bon. author. iudi. poss. l. quamuis. exer. de restitu. spolia. c. sæpè. ff. de damno infect. l. si finita. §. vlti. Item patet hic quod si Papa mandet alicui dari præbendam,& capitulum eligat alium, quod valeat talis electio. vt supra dixi de præb. & digni. clericorum: posset tamen dici, quod aliud est, si mandet Papa:& aliud si præcipiat, tùm idem non sit mandare quod rogare. vt ff. de lega. 2. c. cum parer. §. mādo. C. commun. de leg. l. omnem. ff. mandati. l. 1. & quod verbo, mandandi, rogetur aliquis, habes 33. q. 1. r. Guilisarius. similiter econuersò, verbo rogandi, præcipitur aliquid. 2. q. 1. c. thorum. 28. q. 1. c. sic enim. similiter per verbum, mando, præcipimus. vt C. de actio. & oblig. l. si quidem. Io. Item aliud nota. in decret. illa, ex ore. quod est notabile, quòd si quis habet ius in præbenda, vel in aliena præpositura: & faciat reuerentiam illam quæ debetur pręposito, quod suo iuri renunciasse videatur: putà accipiendo beneficium vicariæ ab eo, vel aduocando pro eo super illo beneficio. vt extr. de transact. c. vlt. ff. de inoffic. testam. l. penult. QVAESTIO. Sed si alius ageret contra illum prępositum,& cassaretur eius electio: nunquid qui eahibuit reuerentiam, potest agere super præpositura? non : quia filius exhæredatus, si approbabit testamentum patris, non potest postea impugnare. vt ff. de inoff. testa. l. parentibus. & si alsquis impugnet testamentum, ipse tamen qui approbauit non potest petere vltrà quàm sibi relictum est. vt ff. de bon. poss. contra tab. l. is qui. Vincen. ff. de publicia. l. si ergo. §. 1. argu. ff. de inoff. testam. l. si proponas. §. 1. & hæc tacita renunciatio valet circa authoritatem superioris, licèt expressa renuntiatio non valeret. extr. de testam. c. admonet, sicut plus valet tacita prohibitio, scilicet si litem contestor. ff. de solut. l. si quis stipulatus fuerit 10. in melle, quam expressa. ff. eod. tit. vero procuratori. Lauren. Nota argu. de tacito consensu:& licet quis verbis non consentiat, sufficit tamen factis consentire. vt 31. q. 2. c. honorantur. extr. de transactio. c. ea literis. 43. distinct. c. sit rector. ff. mandati. l. si præcedente. §. luctus. ff. ad municip. l. 1. extr. de paroch. c. coram. extr. de offic. legat. c. nouit. ff. de inoffi. testamen. l. si proponas. §. 1. & l. nihil. & l. vltim. ff. de publiria. l. si ergo. § 1. ff. de minor. l. si filius. argum. contra ff. de decurio. l. Herennius Io. Ista vt præcipua de præsenti materia ad vtilitatem legistarū tractare præuidi.

Vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. Rubric.

1 *Beneficia ecclesiastica integrè conferenda sunt.*
2 *Collatio clandestinè facta non valet.*
3 *Ordinarius qui clàm & primò contulit beneficium: & Papa quod illud non contulerit, rescripsit, tanquam falsarius puniendus est.*
4 *Beneficia non ex carnalitate conferenda.*
5 *Beneficia sub pactione & modo conferenda non sunt.*
6 *Modus & conditio in beneficiorum collationibus symoniā induount.*
7 *Libellus quomodò formandus, quando beneficium non est integrè collatum.*

QVIA crederet aliquis, quòd omnia quæ fiunt à
prælatis cum consensu capituli seu maioris par-
tis essent valida: ideò ponitur hic rubr. vt eccle-
siastica beneficia sine diminutione conferantur. † inte- 1
grè enim, & non cum diminutione ecclesiastica benefi
cia sunt conferenda: vt extr. eod. titul. c. vnic. maiora e-
nim & minora beneficia non sunt diuidenda. vt extrà,
de præbend. c. maioribus. & c. auaritiæ. & c. tuæ frater-
nitatis

nitatis.& c.dilecto.quæ omnia intelligas & attendas,
vbi beneficia & præbendæ distinctæ sunt.Cæterùm sic-
ut in Apulia vbi præbendę & beneficia non sunt distin
cta,non habet locum hæc rubri. in regno enim prælati
conferunt beneficia pro voluntate ipsorum, vnde ali-
cui plus,& alicui minus aliquando cōfertur. vbi enim
numerus præbendarum est distinctus, duobus non po-
test eadem præbenda conferri. vt extr.de præb. c. dile-
cto.in quo enim casu etiam legatus ecclesiæ Roma.non
potest vnam præbendam diuidere in duas,vt in prædi.
c.dilecto.adeò enim hoc est verum,quòd si pręlatus di
uidat vnam præbendam in duas, quod teneatur vnam
quamcunq; præbendā reintegrare,nisi fructus sint tot,
& præbenda sit ita pinguis,quod per fructus & prouē-
tus possit vtriq; commodè prouideri, tunc valet diui-
sio.vt extr.de pręben.c.vacante.vnde si vincatur,quod
reintegraretur præbenda,non debet alia scindi. vt ext.
de præben.c.cum causam. ita non debet alij concedere
beneficium,& sibi retinere prouentus.vt extr. eod. tit.
c. vt nostrum.prohibetur etiam prælatis,vt partes red-
dituum suis vsibus appropriare non præsumant.vt ex-
trà.de censib.c.prohibemus.dignitates etiam & benefi
cia sine diminutione conferenda sunt. vt 1. q. 3. c.si quis
præbendas.Item nulla debet distractio fieri.vt 1.q. 2. c.
quam pio. multa etiam notabilia notantur in illa decr.
vt nostrum.† Primò,quia aliquando prælati conferunt
2 beneficia vacantia clàm & priuatim: posteà contingit,
quod dominus Papa conferat illam præbendā alij.pri-
mus vult probare,quod primò habuit illam prębendā:
& probat de illa occulta concessione: certè illa cōces-
sio nulla est,& suspitione non caret: vnde tenet colla-
tio facta à domino Papa, licèt enim Papa vicem Dei ge-
rat in terris.vt extr.de transla.Episco. c.inter cor. & a-
libi dicitur,quod primus homo dicitur tenuisse vicem
Dei.vt 34.q.5.c.hęc imago,& alibi dicitur quod Episco
pus. vt 33.q.5. c.mulierem. Vincen.non tamen potuit di-
uinare de clandest.collatione illa.vt in pręd.c.vt no
strum. maximè cum ignorantia facti prudentissimos
fallat.vt ff.de reg.iur.l.in omni. & in facto alieno iusta
est ignorantia.vt ff.pro socio.l.vlt.nullus enim diuina
re tenetur, nec iniuriatur alicui si non diuinauit. vt ff.
3 mand.l.si fideiussor.§.si cùm debitor.Secundò,† quia si
prælatus sic primò concedat clàm beneficium, & scri-
bat Papæ quod beneficium illud non contulerit:redar-
guitur,& punitur falsitas,nec valet illa sua collatio.pu
nitur enim per Papam,qui ex plenitudine potestatis ex
officio suo potest excessus corrigere subditorum. vt in
4 prædict.decre.c.vt nostrum. Tertiò est notandū,† quod
beneficia sint concedenda non ex carnalitate, nec ex
carnali affectu: sed discreto iudicio. vt extr. eod. c.vt
nostrum. consanguinitas enim inducit suspitionem,
quod vitiosa sit donatio. vt 12.q.2.c.Episcopus.12.dist.c.
decenter. nam clandestinis & domesticis facilè quid
confingitur pro negotij qualitate:vt C.de donat. l.lata.
alias consanguinitas elidit suspitionem. vt extr. de co-
habita.cleri.& mulier.c.à nobis.vt C.de episc.& cleri.
l.eum qui probabilem.vbi enim Episcopus propter cō
sanguinitatem alicui concedit beneficium, aliàs non
cōcessurus,committit symoniam. Nam iniustus cordis
amor,&c.vt 1.q.1.c.si quis neque.Huius enim beneficia
humanam gratiam non requirunt. vt 1.q.1.c.& sunt nō-
nulli. Lauren.Sed certè si canones illi attenduntur à re-
motis pertinent ad materiam istam præsentem. & pro
maiori parte video, quòd carnalitas & carnalis affe-
ctio inducunt,vt beneficia tota die conferantur, sicut
nepotibus & summorum Pontificum & Cardinalium,
& Episcoporum,& omnium curialium: ita & tota die
5 seruatur de facto. Item † non sunt conferenda benefi-
cia sub pactione,vel sub modo.cessare enim debet om-
nis pactio,& omnis conuentio.vt 1. quæstio. 1. c.quam
pio.& extr.eod.tit.c. vt nostrum.& extr.de pactis.c.vlt.
6 † Conditio enim & modus in talibus inducunt symo-
niam:modus enim æquipollet conditioni. vt 18. quæst.
2.c.si infidelis.extr.de cond.apposi.c.cùm sit proprium.
& C.de his qui sub mod.vel condi.relin.l.1. imò magis
obligatur quis sub modo, quàm sub conditione, nam
ille cui aliquid relinquitur sub modo, statim petere
potest,si cauet de modo adimplendo.vt ff.de lega.3.l.si
de lega.Sed quid si sub conditione relinquatur, nō po-
test petere illud antequā adimpleatur conditio, licèt
paratus sit cauere de adimplenda. vt ff.de cond. & dem.
l.cui hæredi.§.vlt.& ff.de fideicom. libert. l.cùm in te-
stamento.in prin.Io.Hæc tamen parificantur modus &
conditio quantum ad hoc, vt symonia cōmittatur, sed
licèt beneficia non patiantur diminutionem:quia tuni
ca domini inconsutilis erat,sed prælati de facto hodiè
contrariū faciunt:vnde de Episcopis potest dici. Diui-
dunt sibi vestimenta mea,& super veste mea mittūt sor
tem. Iusta tamen causa potest interuenire, vt fructus re
tineantur ad tempus,& nudum beneficium interim cō
cedatur:putà,vacauit hodiè beneficium, statuit præla-
tus cum capitulo, vt pro debito ex soluēdo quo ecclesia
grauabatur,fructus retineantur ad tempus. vt arg.extr.
de constitu.c.cùm M.& extr.de concess.præb.& ecclef.
vacan.c.cùm nostris.in fin.nam alienare potest præla-
tus fructus pro debito,vt notaui suprà de reb.eccl.non
alien. Circa ergo præsentem materiam potest esse cu-
ius præbenda sine beneficium est diminutum: vel si in-
tegrè non est sibi concessum,hoc modò formare libel- 7
lum.LIBELLVS.† Proponit Titius canonicus maioris ec
clesiæ Beneuentanæ,contra Archiepiscopum Beneuen
tanum,qui cū de mandato domini Papæ,vel de sui gra-
tia sibi præbendam seu beneficium quod fuit talis,con
cessit:sed non integrè,quia tertia seu quarta pars est di
minuta: seu tales possessiones, seu tales redditus sunt
ex illa præbenda,seu ex illo beneficio diminuti: vnde
petit illud beneficium,seu præbendam illam sibi rein-
tegrari. Quod sic rectè concipiatur libellus,dicunt su-
ra superiora.vnum tamen est notandum, quod non re-
ctè ponatur exemplum de Archiepiscopo Beneuenta-
no: quia in illa ecclesia non sunt distinctæ præbendæ,
seu beneficia:& ideò nō habet ibi locum reintegratio:
vt ergò rectè stet libellus, pone exemplum libelli in
Archiepiscopo Rothomagensi,vel in alio,vbi sunt prę
bendæ distinctæ.

Ne sede vacante aliquid innouetur.
Rubric.

1 *Capitulum Episcopo viuente nullā habet iurisdictionem, nisi à Papa,aut ex consuetudine habeat.*
2 *Consuetudo an det iurisdictionem.*
3 *Capitulum sede vacante iurisdictionem habet.*
4 *Capitulum sede vacante, an excommunicare vel soluere possit.*
5 *Vacare verè,& vacare interpretatiuè paria sunt.*
6 *Archimandrita officij nomen est.*
7 *Archimandrita vnde dicatur.*
8 *Libelli formula sede vacante.*

Diximus suprà sufficienter ea quæ facere possunt
prælati cum consensu capituli totius, vel maio-
ris partis. Nunc videamus an capitulum totum,
vel maior pars aliquid possit facere sine cōsensu pręla
ti ipso pręlato viuente,sed sede vacante: vel verùm per
cessionem vel depositionem, vel per mortem capitu-
lum aliquid medio tempore facere possit,& ideò poni-
tur hic rubr. ne sede vacant. aliquid innouetur: scio e-
nim quod capitula sede vacante de multis se intromit-
tunt: videlicèt circa iurisdictionem: quia regunt curi-
as,sententias proferunt, appellationes recipiunt, po-
nunt interdicta,excommunicant,electiones Abbatum
& Episcoporum,si sit capitulum Metropolitanæ eccle-
siæ,confirmant: sicut & de facto vidi in capitulo eccle-
siæ Beneuentanæ quæ est Metropolis, & multos habet
suffraganeos,omnia illa vidi fieri de facto. Sed primò
videamus, an capitulum aliquid facere possit sine con
sensu prælati.& an habeat iurisdictionem viuente prę-
lato.& certum est,† quod capitulum viuente Episcopo 1
nullam habeat iurisdictionem, nisi ex indulgentia do-
mini Papæ,vel ex consuetudine. vt extr.de for. compe.
c.cùm contingat.& extr.de offic.iudic.ordi. c. irrefra-
gabili.& quod dicit,ex indulgentia, planum est: quia

dominus Papa potest dare iurisdictionem. Sed aduerte
a quod dicit de consuetudine, mirum videtur † quomo-
dò consuetudo det iurisdictionē: & non videtur quod
consuetudo det iurisdictionem. vt 9. quęst. 3. c. conque-
stus. & extr. de arbitr. c. cùm dilectus. & C. de emancip.
l. vltim. sed in hoc casu cum iurisdictio non sit volunta
ria, sed contentiosa, quomodò consuetudo vel priuile
gium dat iurisdictionem? cum nemo sibi iudicere pos
sit. vt extr. qui fil. sunt legit. c. causam. & ff. de iurisd. om
ni. iudi. l. qui iurisdictionem. Sed respondeo, quòd cō-
suetudo vel priuilegium det iurisdictionem. vt ff. de e-
mancip. libe. l. 1. & l. vltim. & ff. de albo scribendo. l. 1. ff.
quod vi aut clam. l. prohibere. §. 1. in fin. extr. de arbitr.
c. dilecti. & c. ad hoc. & extr. de electio. c. dudum bonæ
memoriæ. & extrà, de offic. Archidiac. c. dilecti. & ex-
trà, de offic. iudic. ordin. c. duo. dominus enim habet or
dinariam iurisdictionem super familiam suam. vt in
authen. de sequestra. collat. 6. §. si verò. & C. de Episcop.
& cleric. l. quisquis. & magister habet ordinariam iu-
risdictionem de discipulis suis: vt in constitutione ffo-
rum. omnem rei publicæ. §. discipuli. & Episcopus ha-
bet ordinariam iurisdictionem super clericos & cano-
nicos: & pater super filios. vt 3. quæstion. 7. §. tria. circa
finem. argum. est de domino. C. an seruus ex suo facto.
l. vltim. de magistro est argum. ff. locat. & conduct. l. itē
quæritur. §. si iuror. ff. ad leg. Aquil. l. sed & si cuicunq.
§. vltim. Sed & si suspectus fuerit dominus, poterit a-
ctor ei adiungi. vt 3. quæstio. 3. c. offeratur. & extrà, de
foro competen. c. si quis contra clericum. vt C. de iudi.
authen. sed si contigerit. quædam de prædictis hic nota
uit Ioan. Habet enim capitulum viuente Episcopo iu-
risdictionem ex consuetudine. vt extr. de offic. iudi. or
b din. c. irrefragabili. † Et habet aliàs capitulum iurisdi-
ctionem sede vacante, propter immanitatem criminis:
putà iudicare & condemnare hæreticos. vt extrà, de hę
ret. c. ad abolendam. Alanus tamen sumpsit argum. ex
prædicta decreta. ad abolendam. quod capitulum ha-
beat iurisdictionem, & omnia quæ sunt iurisdictionis
remaneant penes capitulum: ea verò quæ sunt officij
vel ordinis non. vt putà, conferre ordines, consecrare
basilicas. QVAESTIO. Sed nunquid excommunicare
vel absoluere potest capitulum vacante sede. Alanus
dicebat quòd sic: quia primum ad iurisdictionem per-
tinet: & est coercitio, licèt maxima iurisdictio sine co-
ercitione nulla sit. vt ff. de officio eius cui mand. est iu-
risdictio. l. vltim. & ff. de iurisd. omn. iudi. l. neque. Se-
cundum, scilicèt absoluere fauorabile est: in quo non
debemus esse auari. vt ff. de actio. & obliga. l. Arrianus.
& ff. de pœn. l. interpretatione. & adducit Alanus argu
men. pro se, scilicèt quod ea quæ sunt iurisdictionis re-
maneant penes capitulum: vt 61. distinct. c. vltim. 23. di-
stinct. c. in nomine domini. 7. q. 1. c. pontifices. Sed vidi
illa capitula & consideraui, & vidi quod nihil prorsus
de hac materia loquantur. Tractatur enim ibi qualiter
Episcopus sit eligendus, & specialiter de Papa: vt in il-
lo c. in nomine domini, quod capitulum ferè locum ha
buit in electione domini Innocen. IIII. qui primò fue-
rat domini Sinibaldi sancti Lauren. in Lucina presby-
ter Cardinalis, qui fuit electus anno domini 1241. men-
se Iunij. post mortem domini Gregor. IX. qui decessit
anno domini 1241. mense Iulij. & post mortem domini
Cœlestini, qui fuit Gofredus Mediolanens. qui fuit E-
piscopus Sabinens. qui paruum durauit, sicut ephime-
ra, & sicut interdictum de glande legenda, quòd durat
triduo: vt ff. de glande legenda. l. vnic. & sicut Episco-
pi puerorum, qui fiunt in festo Innocentium pro modi
co tempore durant: sic ille modico tempore durauit,
scilicet per 15. dies. & sic vacauit ecclesia Dei ferè per
biennium: & sic diuino miraculo factum est vt domini
Cardinales (vt cùm ipsorum reuerentia loquar) electi-
ones omnes impugnabant: ita quod mora fieret in deri
sum & contemptum toti mundo: non solùm his qui in
circuitu nostro sunt: hoc dixi ex abundantia cordis: &
non potui hoc tractare vel notare in tractatu de electi-
one: quia longè antequam hoc acciderer tractatum il-
lum compleueram. Dicit etiam per ius Alanus, quòd il
la quæ sunt ordinis, ad superiorem deuoluantur: non
vt ipse ministret, sed vt ministratorem ei constituat, vt
61. distinct. c. obitum. Sed licèt dixerit Alanus, quòd ca
pitulum possit absoluere: tamen nō videtur. & hoc per
capitulum 11. q. 3. c. si Episcopus ante datam absolutio-
nem, sed certè c. illud non obstat: quia licèt non possit
successor: nihilominus tamen potest capitulum medio
tempore. vt 26. q. 6. c. vlti. & 17. q. 4. c. si quis suadente. in
quibus capitulis exprimitur, quod in articulo mortis
possit absoluere: & ita in illo casu credo. De capitulo:
nunquam enim sede vacante habet capitulum iurisdi-
ctionem. vt extr. de maior. & obed. c. his. & extrà, de sy-
mon. c. sicut tuis. Item vacante sede nihil est innouan-
dum. vt extrà, eod. tit. c. 1. & ratio assignatur ibi: quia
non est qui defendat iura ecclesiæ. Item vacante sede
capitulum non fungitur vice Episcopi, nec cōferre po-
test præbendas. vt extrà, eod. tit. c. deuotionis. nec res
aliquas alienare potest. vt 12. q. 2. c. precariè. & c. si qua
de rebus. & c. non licèt. & si fiat alienatio, rescinditur
& rescisso contractu, intelligo ipso iure quòd ad ius ec
clesiasticum reuocatur: vt in potestate sit futuri Epis-
copi, quod recipiat pretium necne: vt in prædict. c.
nec rem in iudicium deducere potest. cùm sit species
alienationis. vt argum. ff. de iure deliberand. l. ait præ-
tor. Absurdum est enim, vt cui alienatio interdicitur,
permittatur actiones exercere: vt ibi dicitur, & hoc est
adeò verum, vt si iudicium sit inceptum viuente Epis-
copo: & in ipso negotio procedatur vacante sede: & te
stes inducantur: quod testium receptio nulla censea-
tur. vt extr. eod. titul. c. constitutus. & generaliter om-
nia illa in quibus authoritas Episcopi desideratur, si fi-
ant vacante sede non valent: est ratio quare iudicium
non teneat: quia cùm Episcopus moritur, remanet Ec-
clesia vidua & pupilla: & sic indefensa, quia suum legi-
timum defensorem amisit, & sic sententia est ipso iure
nulla, sicut quæ datur contra minorem indefensum: vt
ff. de re iudica. l. contra pupillum. Et intelligas † eccle- c
siam vacare siue verè: putà, per mortem prȩlati, siue in-
terpretatiuè, quia prælatus est suspensus, vel negligēs
vel remissus: ista enim sunt in iure paria: vt ff. de offic.
præfecti præto. l. si quos. ff. quod cuiusque vniuersi. l. 1.
§. penult. in quo casu nulla potestas in capitulum con-
fertur, imò quamdiu prælatus est suspensus: collatio
præbendarum & omnium suspenditur, & ad eum redit
postquam fuerit restitutus. vt extrà, de conces. præbeo.
& ecclesi non vacan. c. quia diuersitatem. Videtur tamē
quod vacante sede possit capitulum maioris ecclesiæ
confirmari, vt extr. de maior. & obedien. c. vltim. Gre-
gorianum est: multa capitula sumunt exemplum occa-
sione prædicti capituli Gregoriani: quod capitulum cō
firmat Episcopos sede vacante. Sed illi capitulo respō-
detur, quod illud contingit ex indulgentia Papæ, nam
dominus Papa fecit indulgentiam ecclesiæ sancti Sal-
uatoris: quia cùm esset conuentu eligēdi potestate pri
uatus, ei potestatem restituit eligendi. & sic ex illa gra
tia procedit, vt capitulum infrà sex menses confirmet.
Vel loquitur ibi, sicut verum est, in Archimandrita ca-
pitulum fungitur vice Abbatis, vbi non est maxima dif
cultas: cùm nomen † Abbatis seu Archimandritȩ sit no d
men officij, non dignitatis: vt suprà notaui de elect. Ab
bat. † dicitur enim Archimandrita ab archos, quod est
princeps. & mendra, quod est locus vbi includuntur o-
ues, id est, monachi qui stant in monasterio. vnde Ar-
chimendrita quasi princeps monasterij, id est, Abbas.
In parte autem ista libellus sic concipitur sede vacan-
te. LIBELLVS. † Proponit Titius syndicus maioris eccle- e
siæ Beneuentanæ contra Sempronium, quod cùm ipso
ecclesia maiori vacante emerit, vel in emphyteusim
acceperit prædium tale: cuius fines sunt tales à capitu-
lo Beneuentano: vel cùm ipse fuerit confirmatus ab ip-
so: vel cùm sententia sit lata contra ipsam ecclesiam i-
psa vacante: petit ab ipso Sempronio prædium prædi-
ctum sibi pro parte ipsius ecclesiæ restitui cum fructi-
bus inde perceptis & percipiendis: vel petit electionē
sic de facto confirmatam irritam nunciari, vel extenus
quatenus de facto processit irritari: & eodem modo di-
cas

e s de sententia, quòd sic rectè concipiatur libellus, di c nt iura prædicta. OPPOSITIO. Sed videtur, quòd libellus quantùm ad fructus nõ sit rectè conceptus, quia cùm titulum habeat, titulus eum eacusat à fructibus. vt C. eod. l. certum. Institu. de rerum diuisio. §. si quis à non domino. ff. finium regun. l. 3. §. post litem. Institu. de offic. iudic. §. 2. Respondeo, titulus iste habetur pro nõ titulo, & ideò non excusatur: sed de fructibus perceptis & percipiendis tenetur. Reuera malæ fidei est: quia contra canonum instituta fuit mercatus. vt C. de agricol. & censi. lib. 11. l. quemadmodum. vbicunq; enim titulus habetur pro non titulo, non eacusat quominùs de fructibus teneatur. vt ff. quod met. caus. l. sed & partus. & ff. de pet. hæred. l. etiam.

Explicit sexta pars huius libri.

SEPTIMA PARS.

Incipit materia de accusationibus, inquisitionibus, denunciationibus & exceptionibus, quotiens crimen opponitur in modum exceptionis: quæ septimam huius operis partem occupat.

1 *Accusare vnumquemque posse, nisi à iure prohibeatur, regulare est.*
2 *Edictum de accusationibus prohibitorium est.*



CVM diligenter secundùm facultatem & qualitatem ingenij mei, & secundùm quod mihi diuina gratia ministrauit, tractauerim de ciuilibus actionibus: restat vt de criminalibus debeam in præsenti tractare. Verùm quia libellus in ciuilibus non est completus quantum ad ordinem ipsius iudicij, sicut infrà notabo: ideò de criminalibus ad præsens non tracto. De accusationibus autem insero, propterea: quia quædam de iure canonico ad notitiam legistarum inserui: & de accusationibus, inquisitionibus, & denuntiationibus, & etiam de exceptionibus, quotiens crimen in modũ exceptionis opponitur, tractare præuidi: cum summa diligentia prout possum: quia vbi maius periculum, maius debet remedium adhiberi: vt ff. de Carbon. edic. l. 1. Et primò tractabo de illis qui accusare poss. & qui non. Secundò, de accusatis. Tertiò, de natura ipsius accusationis. Quartò, de libellis, & qualiter in accusationibus concipiantur, & qualiter in ipsa accusatione procedatur. Quintò, de inquisitionibus. Sextò, de denunciationibus. Septimò, de exceptionibus, quotiens in modum exceptionis crimina opponuntur. Videamus ergo de prima parte qui sint, qui accusare non possint. Et
1 traditur generalis doctrina † quod quilibet possit ac-
2 cusare, nisi sit à iure prohibitus. Istud † enim edictum
prohibitorium est: vt quicumque non prohibetur, admittatur, sicut edictum de testibus, & sicut edictum de procuratoribus, & sicut edictum de postulando. vt ff. de testibus. l. 1. & ff. de procuratorib. l. mutus. §. conqueritur. & ff. de postulando. l. 1. & est ratio: sunt enim omnia à iure permissa, nisi inueniantur nobis à iure prohibita. vt ff. ea quib. caus. maior. l. necnon. & ff. de probat. l. ab ea parte. Si enim viderimus illos qui accusare non poss. per consequentiam intelligimus omnes alios accusare posse. vt ff. de accusa. l. qui accusare. & ideò fuit in C. intitulata rubric. negatiua, qui accusare non possunt. Nam contrario tom hæc est regula, quod probato vno de contrarijs, per consequentiam restet probatum & reliquum: nam si cognouerimus quid sit furtum manifestum, per consequentiam scimus quid sit non manifestum. vt Institut. de obligat. quæ ex delicto nascunt. Item & si sciuerimus, qui sint sub potestate, per consequentiam scire possumus, qui sint sui iuris. vt ff. de his qui sui vel alien. iur. sunt. l. 1. Item si pronuntiatur rem meam esse, per consequentiam pronuntiatur rem tuam non esse. vt ff. de except. rei iudic. l. si inter me & te. & ff. de procu. l. Pomponius. argum. ad idem. 30. quæst. 4. c. qui spiritualem. ff. de pecul. l. licet. §. parui. & 6. quæst. 1. c. sunt nonnulli. distin. 5. c. ad eius verò concubitum. 28. quæst. 1. c. quod inter. Sed notantur contraria argu. 2. quæst. 5. c. consuluisti. ff. de collat. l. 1. in prin. 19. quæst. 2. c. hoc tanium. ff. de dona. l. filius. distinct. 32. c. de illo clerico. ff. quod cuiusque vniuers. l. nulla. & 55. distin. c. si euangelica. 2. quæst. 5. c. monomachiam. Solutio. soluuntur sic ista contraria, vbicunq; constitutio est promulgata affirmatiuè: semper enim intelligitur etiam concessum nisi inueniatur etiam prohibitum. exempli habes 31. q. 2. c. Deus masculum & fœminam: si autem negatiuè fuerit constitutio promulgata: intelligitur semper prohibitum nisi inueniatur concessum. exemplum patet. 23. q. 3. c. si non licet.

De his qui non possunt accusare ratione sexus, vt mulier. Rubrica.

1 *Mulier actus quos exercere non potest.*
2 *Mulier in septem casibus hic descriptis ad accusandũ admittitur.*

PONamus exempla istorum qui accusare prohibentur. Primò enim debemus videre de personis tam accusantium, quàm accusatorum: & posteà de iure quod eis competit circa accusationem. vt ff. de iure codicil. l. quidam referunt. Ecce in primis propter se- 1
xus verecundiam mulier † accusare non potest: sicut nec arbiter, nec iudex, nec procuratrix debet esse: nisi in casu, & hoc ideò, ne conuentibus virorum irreuerẽter irruant. vt ff. de accus. l. qui accusare. 2. q. 1. c. prohibentur. & C. de arbitr. l. vltim. & ff. de iudi. l. cum prætor. ff. de procur. l. fœminas. & C. de procura. l. alienam nec potest esse tutrix nisi filiorum. vt C. quando mulier tut. off. non potest fung. l. 1. & 2. & vlt. Vnde dicitur. Arbitrij librum non tractet fœmina nullum. Fœmineo generi non tribuit natura tribunal. Nesciat arbitrij libram nec iurgia penset. Quæ melius pensat: pensa columque
gerit. Fallit tamen illud in septem casibus. † Eccè muli- 2
er primò accusare potest lege Corne. testamentaria de fals. Item de testamento falso materni vel paterni liberti accusare potest. Tertiò, si prosequatur iniuriam suam vel suorum: & qui sui sint, hoc habes ff. de accos. l. 2. & C. qui accusa. non possunt. l. vxor. & l. senatus. & l. nõ ignorat. & l. de crimine. sed istud est commune omnibus qui accusare prohibentur. vt ff. de accusa hi tamen omnes. Quartò, si velit accusare l. Iulia de annona. & hoc propter publicam vtilitatem, si fortè officiales, qui præpositi sunt ad custodiendam, vel vendendam annonam, vt non vendatur: quia prohibitio facta fuit ne extrahatur de regno, vel fortè, quia offitiales carius venduot ciuibus, quibus vendi debet vilius, quam exigat pretium commune annonę. vt ff. ad leg. Iul. de annona. l. vlti. & ff. de accusa. l. mulierem. & arg. C. de nautico fœnor. l. 2. Quintò, in l. Iul. maiestatis: nam & coniurationem sæui Catilinæ Iulia mulier detexit. & Marcus Tullius Consul iudicium eius instruxit. vt ff. de accusa. l. in quæstionibus. Sextò, in crimine suspecti tutoris. vt ff. de suspect. tuto. l. 1. Septimò, in crimine symoniæ. vt extr. de symonia. c. tanta. Octauò, in crimine hæresis. vt extr. de diuort. c. de illa. sicut ergo mulier non admittitur ad accusationem publici criminis: ita nec conceditur ei intentare accusationem popularem, nisi causa ad eam pertineat. vt ff. de populari actio. l. mulieri.

De his qui accusare non possunt ratione ætatis, vt pueri. Rubric.

1 *Pupillis & impuberibus accusatio prohibita.*
2 *Pubes cum tutoris authoritate accusare potest.*
3 *Minor quinque & viginti annis de adulterio accusare*

non potest.

4 *Pupillus nec minor quinque & viginti annis de publico crimine accusare, non nisi suam prosequatur iniuriam, potest.*

PRohibentur etiam ab accusando aliqui ratione æ-
1 tatis,† vt pupillus, vel impubes. vt ff. de accusat. l.
qui accusare,& 2. quæst. 1. c. prohibentur. & est ra-
tio: quia eorum ætas quid videat ignorat. vt C. de fals.
monet. l. 1. Item tales dicuntur ignorantes consilij. vt ff.
de rei vend. c. quod infans. Item tales scientes fallere
non videntur. vt ff. de iureiur. l. qui iurasse: præterquam
in duobus casibus, quãdo mortem patris exequitur aut
aui sui: aut l. Corn. testamentariam contra testamentũ
patris,& tunc cum auctoritate tutoris: & intelliges de
pupillo doli capace. vt ff. de accusa. l. a. §. vlt. Item nec
permittitur pupillo accusationem popularem intenta
re, nisi causa ad eum pertineat. vt ff. de actio. popul. l.
mulieri & pupillo. Et fortè admitterem pupillum in
crimine læsæ maiest. cum auctoritate tutor. & est argu.
pro prædictis. C. de auct. tut. l. clarum. Sed l. illa, clarũ.
loquitur de pupillo doli capace, & de accusato pupil-
lo, in quo omne crimen cadit præter crimen carnis, ta-
le enim crimen post pubertatem incipit. vt Instit. quib.
2 mod. tut. fin. & ff. ad l. Iul. de adult. l. si minor.† Quid de
pubere? certè ille admittitur ad accusandum cum au-
ctoritate tutoris: vt in prædicta l. clarum. Item ea quæ
de pupillo excipitur: ergo in adolescente secùs. In le-
3 ge verò Iulia † de adult. non potest minor 25. ann. accu-
sare. & assignatur ratio: quia non est visus idoneus ac-
cusator, qui non est robustæ ætatis, nisi velit propter
suum violatum matrimonium accusare: tunc admitti-
tur. vt ff. ad leg. Iul. de adult. l. si maritus. §. lex Iul. &
sic sentit dominus meus Azo. & ibi notat in summa C.
4 qui accus. nõ pos. Alij dicunt, quòd nec † pupillus, nec
minor 25. ann. accusare possit de publico crimine, nisi
prosequatur iniuriam suam: & hoc per rationem præ-
dictam superiùs assignatã in l. illa, si maritus. Et quod
dicit l. illa, qui accusare. de pupillo: glosant ipsi idem
de adolescente per l. prædict. si maritus. Verùm domin°
meus assignauit casuale in adulterio: ne fortè maritus,
& vxor qui benè viuũt per iuuenem qui nõ est robustæ
ætatis. vt l. prædicta. & cuius non est firmum consilium.
vt ff. de mino. l. 2. dissocientur. C. ad legem Iul. de adul.
l. quamuis adulteri. sicut est aliud speciale in adulte-
rio, in quo non potest interuenire transactio. vt ff. de
transact. l. transigere. In testem tamen non admittetur
minor 20. annis in causa criminali, propter lubricum
sui consilij. vt ff. de testib. l. testium. §. lege Iul. De iure
tamen ciuili admittitur post quatuordecim annos, ẽa
quo non inuenio in iure prohibitum. QVÆSTIO. Si tu
quæras quæ sit ratio secũdùm dominum meum, qui ad-
mittit minorem 25. an. ad accusandum, & non ad testifi-
candum minorem 20. annis. & sic minor 25. annis accu-
sabit, non tamen testificabitur in causa criminali? Re-
spondeo, in accusatione quod deest minori ætati, sup-
pletur per auctoritatem tutoris. vt ff. de acquir. poss. l.
quamuis. & in prædicta l. clarum. at quãdo testificatur,
solus deponit. vt C. de test. l. nullum. & sic maior est mi-
nor: vnde medium tempus considerauit legislator in-
ter pupillarem ætatẽ & maiorem, secundùm alios qui
nullo modo admittunt minorem, quomodò respode-
bis? dico sic in testificando ideò minus tempus statui-
tur, ne propter defectum rei posset veritas deperire: si-
cut aliàs C. de hæret. l. quoniam.

De his qui accusare non possunt ratione sacra menti, vt milites. Rubric.

1 *Milites accusare non nisi suas suorumq́ iniurias prosequã tur possunt*

2 *Stipendia quæ dicantur.*

3 *Milites ad accusandum tribus in casibus admittuntur.*

PRohibentur etiam ratione sacramenti ab accusan
1 do, vt † sunt milites qui stipendia merentur. vt ff.
de accus. l. qui accusare & 2. quæst. 1. c. prohibẽtur.
nisi suas suorumque iniurias prosequantur. vt C. qui
accusa. non possunt. l. non prohibentur. QVÆSTIO.
Sed illud quæritur de quibus militibus hoc intelliga-
tur? Respõdeo, de illis qui iurabunt se non euitaturos
mortem pro salute reipubl. sicut dicit Vinc. ff. de re mi-
litari. De forma enim illius sacramenti in iure non ha-
bemus: licèt de illo sacramẽto multotiens habetur mẽ
tio. vt ff. de re milit. & ff. de his qui not. infam. l. 2. QVÆ
STIO. Item quæritur quare illi milites non possunt ac-
cusare? Respondeo, ne propter huiusmodi accusatio-
nes à susceptis signis auocentur. vt arg. C. locat. & con-
duct. l. vlt. & C. eod. tit. l. milites. vbi optima ratio red-
ditur. Et sic intelligas vbicunque in iure inuenis de mi-
litibus, de talibus intellige: milites enim nostri tempo
ris qui stant in domibus proprijs, qui non iurant modo
prædicto, nec stipendia merentur, illi benè admittun-
tur ad accusandum: abusiuè enim dicũtur milites: imò
multi ex illis tota die in curijs, etiam pro alijs sunt liti
gantes, & dicuntur † stipendia, id est: solidi seu salaria, 2
quæ dabantur militibus. vt C. de procura. l. qui stipen-
dia. & vocantur quasi stipendie, sed causa euphoniæ de
trahitur & dicuntur stipendia. Colligebantur enim sti-
pendia per singulas stirpes, & per modica æra: & hoc
fecit edictum inductum à Cæsare Augusto vt describe
retur vniuersus orbis. vt ff. de verb. signi. l. agere. §. sti-
pendia. Sicut ergo veri milites matrimonium accusare
non possunt: ita nec procurare etiam in causa ciuili. vt
ff. de procur. l. filius. §. milites. & ff. de procura. l. qui sti
pendia. In duobus tamen seu tribus casibus admittun- 3
tur. Primò, si suas vel suorum prosequatur iniurias: vt
C. qui accusa. non possunt. l. non prohibentur. Secun-
dò, in crimine læsæ maiestatis, quia ibi est omnium ex-
æquata conditio. vt C. ad l. Iul. maiest. l. nullus. & quis
vnquam melius ad istud crimen deberet admitti quàm
miles. certè nullus. Tertiò, pro annona fraudata: nam
cum pro pace excubent, magis sunt ad hanc accusatio-
nem admittendi. vt ff. de accusa. l. mulierem.

De his qui accusare non possunt ratione magistratus: vt præsides, & iustitiarij. Rubric.

1 *Præsides prouinciarum, iustitiarij, & ij qui mixti vel meri imperij cognitionem habent, accusare non possunt.*

2 *Magistratus maior quandoq́ occidi potest.*

3 *Magistratus minores & accusari & conueniri possunt.*

4 *Fraudem pro pœna veteres posuerunt.*

PRohibentur etiam ab accusando propter magi-
stratum potestatis, in qua agentes sine fraude in
ius vocari nõ possunt: sicut sunt † præsides prouin 1
ciarũ, & iustitiarij, & omnes illi qui habent cognitionẽ
mixti vel meri imperij. Et qui sint illi notaui suprà cir-
ca princ. istius operis in prima charta. hæc probantur
ff. de accusa. l. qui accusare. & l. hos. & 2. q. 1. c. prohibẽ-
tur. & ff. ad l. Iul. de adult. l. si maritus. sicut in magist: a
tu. ff. de iniur. l. nec magistratibus. & ff. de ind. l. nec para
literarum. isti enim magistratus ad depositum eorum
nec accusare, nec accusari possunt, nec conuenire, nec
conueniri. verum in casu inuenio † quod maiorem ma 2
gistratum pater si inueniat in adulterio cũ filia, quod
possit ipsum occidere. vt ff. ad le. Iul. de adult. l. marito.
QVÆSTIO. † Quid de alijs magistratibus minoribus, si- 3
cut sunt defensores ciuitatum, vt sunt hodie potesta-
tes? certè isti tales ad accusandum possunt admitti: isti
enim tempore sui officij possunt accusari & conueni-
ri. vt ff. ad leg. Aquil. l. quemadmodum. § si magistratus
& ff. de iniur. l. nec magistratibus. ff. de iudi. l. si filius.
Institu. de oblig. quæ ex quasi delict. nasc. & ff. de regu.
iur. l. factum. in authen. vt iudi. non exced. sacr. iuss. C.
vt omnes tam ciui. quam mili. iudi. l. vnica. & quod di-
citur in illa l. qui accusare. & in illa l. nec magistrati-
bus. & in illo canone, sine fraude vocari non possunt,
id est, sine pœna: fraudem enim † veteres pro pœna po 4
nebant. vt ff. de ædil. edic. l. cum autem redhibitio. §. ex-
cipitur. ff. de verb. sig. l. aliud est fraus. licèt alibi pona-
tur pro damno. vt C. de repu. bon. po. l. filio. Sed quæ est
pœna? Resp. non inuenio pœnam, quã dicam. ergo ex-
traordinariam. vt arg. ff. de effi. act. & expilator. l.

De his

De his qui accusare non possunt propter delictum proprium, vt infames. Rubric.

1 *Infames ab accusando præterquam in quinque casibus repelluntur.*
2 *Hæreseos crimen maius est læsæ maiestatis crimine.*
3 *Infames de facto ab accusando non repelluntur,*
4 *Infames de facto qui sint.*

1 PRohibeotur † etiam aliqui ab accusando propter
delictum proprium, vt infames: vt ff. de accusa. l.
qui accusare.& 2.q.1.c. prohibentur. præterquam
in quinque casibus. Si suas suorumve iniurias prosequá
tur. vt ff. de accusa. l. hi cum omnes. Et præterquam in l.
Iul. maiest. vbi omnium est exæquata conditio. vt C. ad
l. Iul. maiest. l. nullus. Et præterquam in crimine symo-
niæ. vt extr. de symon. c. tanta. Et idem crederem in cri
2 mine hæreseos, quod est † maius vel adeò graue, sicut
crimen læsæ maiestatis, quia illud in diuini numinis
procuratur iniuriam. vt 17.q.3.c. sicut qui ecclesiam. Et
in crimine fraudatæ annonæ. vt ff. de accusa. l. mulieré.
Qui autem sint infames habes ff. de his qui not. infami.
per totum. siue sint infames ipso iure, siue ipso facto, si-
ue per sententiam: vt ibi ponuntur exempla.& sicut in-
famato interdicitur accusatio, sic & accusatio popula-
ris. vt ff. de popul. act. l. popularis. QVAESTIO. Quid di-
3 cemus de illis qui sunt infames de facto? certè † illos
non credo repellendos: quia non inuenio à iure repul-
sos. Circa tria tamen obest eis infamia facti. circa que-
relam inofficiosi testamenti. vt C. de inoffic. testament.
l. fratres. Circa honores, si habet legitimum competi-
torem. vt ff. de cura. l. generaliter. §. spurios. Item in te-
stimonio reddendo: si sint ex alia parte testes bonæ opi
4 nionis. vt ff. de testam. l. ob carmen. Sunt † autem infa-
mes de facto, qui per procuratorem damnati sunt: si cō
tra eos ex delictis agatur ciuiliter: & qui damnantur in
terdicto vnde vi, vel alia vt ff. de obseq à libert. patro.
præstan. l. honori.& l. licet. & quos pater in testamen-
to increpauit, vt reformarent se ad frugem melioris
vitæ. vt C. quibus ex caus. infam. irrog. l. verbum.& l. ea
quæ. Item tabernarios, aleatores, & tales, infames de
facto reputo.

De his qui repelluntur ab accusando propter turpem quæstum. Rubric.

1 *Quæstus turpis ratione, nonnulli ab accusando repelluntur.*
2 *Vniuersitas si delictum in aliquem commisit, offensus omnes de ciuitate accusare potest.*
3 *Accusare non potest, qui, vt non accusaret, pecuniam accepit.*

1 REpelluntur etiam ab accusando quidam † prop-
ter turpem quæstum: vt qui duo iudicia aduer-
sus duos Reos subscripta habent, nummos verò
ob accusandum vel non accusandum acceperunt. vt ff.
de accusa. l. qui accusare.& 2. quæst. 1. prohibentur. De
primò præsumitur, quod ratione quæstus vult alium
tertium accusare. De secundo certum est, quia in incer
tis, non in certis locus est coniecturis. vt ff. de verb. ob-
lig. l. continuus. §. 1.& in auth. de resti. & ea quæ parit
in 11. mense. OPPOSITIO. Sed primò opponitur: tu di
cis, quòd aliquis duos reos potest deferre vel accusare,
tertium non. vt in legib. prędictis.& C. qui accusa. non
poss. l. cum rationibus. sed alibi dicit lex, quòd de duo-
bus Reis simul quis eodem tempore quæri non potest.
vt ff. de accus. l. eos. §. l. Iul. alibi dicunt iura, quod duos
accusare possim, si meam prosequar iniuriam. vt in prę
dicta l. eos. alibi dicit lex, quòd tres possim accusare, si
iniuriam meam prosequar. vt in prædicta l. cum ratio-
nibus. alibi dicunt iura, quod etiam si iniuriam meam
prosequar, duos non possim similiter accusare, marem
& fœminam. vt C. de adulter. l. reos.& C. ad l. Iul. de a-
dult. l. si maritus. §. vlti. alibi dicunt etiam iura, quòd si
duos reos maritus ex aliquo crimine habeat: potest ta-
men tertium de adulterio accusare, quoniam ea causa,
scilicet accusatio adulterij non cadit in numerum cæ-
terorum. vt ff. ad leg. Iul. de adult. l. inte. §. vlt. & alibi
dicunt iura, quòd adulterum vel adulteram, & illū quę
domum præbuit, vel consulto fecerit, vt crimen redi-
meretur, accusare possum: vt ff. de adolte. l. nibi inter-
est. § vlti.& alibi dicunt iura, quòd vnus tres accusare
potest. vt C. si reus vel accus. mor. fu. l. 1. Respondeo, ad
soluenda ista contraria, quando vnus accusat plures:
quia in alijs articulis, quando vnus accusat vnum: vel
plures vnum, vel plures plures quid iuris sit, dicemus
infrà in eodem tractatu quando dicemus de accus.& de
natura ipsius accus. Sic distingue, aut vnus accusat du-
os, vel tres, vel plures de diuersis maleficijs, aut de eo-
dem maleficio. Item aut prosequitur quis iniuriam suâ
aut suorum, aut publicam accusationem. Si de diuersis
criminibus, & in diuersis libellis: tunc duos accusabit,
tertium non, nisi prosequatur Iniuriam suam vel suo-
rum: & tunc potest in eodem libello. Fallit tamen in
crimine adulterij. vt in l. prædicta.& de adulte. l. denū-
ciasse §. quæritur.& quod dicit illa l. eos. §. lege. eodem
tempore. sic expone, scilicet in eodē libello: sic strictè
sumitur illud verbum, eodem tempore: & sic dominus
meus Azo notat in summa C. qui accusare non poss. Si
autem de eodem crimine vnus plures accusaret, posset
& forte in eodem libello, quod satis admitti potest: li-
cèt quidam dicunt, quod cuilibet dandus est libellus
per l. prædictam, eos. §. lege.& l. libellorum. §. penult.
QVAESTIO. Sed illud quæritur circa omnia illa: eccè si
plures accusare volunt vnum, non possunt: imò vnus e-
ligitur ad accusandum. vt ff. de accusa. l. si plures. qua-
re ergo vnus potest accusare plures, secundùm prædi-
ctam distinctionem? Respondeo, ratio in euidenti est:
Ecce si plures accusarent vnum, & in accusatione defi-
cerent: cum calumniantes ad vindictam poscat simili-
tudo supplicij. vt C. de accusa. l. vlti.& C. de calumn. l.
vltim. maxima esset ista inæqualitas, vt tot occiderен-
tur pro vno solo, qui esset occidendus, si conuincere-
tur. at quando vnus accusat plures, aut probat contra
vnum: tunc illę condemnabitur, & nihil procedetur
contra alium, contra quem si probat, similiter & ille cō
demnabitur: si non probat contra primum, vel contra
secundum, punitur accusator: & sic nulla iniquitas in
casu isto emergit. Item pone, quòd vniuersitas commit
tat † aliquod maleficiū cōtra te, potesne omnes accusa- 2
re? Respondeo sic: vt ff. quod met. caus. l. metum. & etiā
criminaliter, vt omnes punientur. vt C. de re mi. lib. 11.
l. eam collationes. vbi etiam plus statuitur, quod in ca-
su illo posset vniuersitas syndicū constituere, licet con
tra communitatem sententia sit ferenda: & hoc etiam
constituit Imperator in constitutionibus regni. † Qui 3
autem non receperunt pecuniam ob non accusandum,
de illis planum est: quia non possunt accusare propter
pactum appositum, licèt turpis sit quæstus. sed illi qui
receperunt ob accusandum, illi etiam repelluntur pro
pter turpem quæstum: & talis contractus est nullus. vt
ff. de verb. oblig. l. generaliter.& l. veluti. imo punitur
vterque istorum leg. Iul. repet. vt ff. ad leg. Iul. repet. l.
1. §. 1. & 2. tenetur etiam crimine concussionis. vt ff. de
concuss. l. vlti. in quo casu accusatio publica est, vt ibi,
tenetur etiam crimine falsi. vt ff. ad leg. Cornel. de fals.
l. 1. §. 1. tenetur etiam actione in factum de calumniato-
ribus. vt ff. de calum. l. 1. tenetur etiam lege Remmia. vt
ff. ad Turpil. l. 1.

Socij criminum & participes repelluntur ab accusatione.

1 *Criminis participes, & qui simile crimen commiserunt, neq; accusare, neq; testimonium dicere possunt.*

REpelluntur etiam aliqui ab accusando, † quia 1
sunt socij, & participes criminum eorumdem.
vt C. de liber. causa. l. si liberum.& C. de Episco.
& cleric. l. si quemquam. sicut etiam nec testes admit-
tuntur. vt C. de testibus. l. quoniam. Idem fortè secun-
dùm dominum meum, si fortè simile vel par crimen cō

miserunt.vt ff.solut.matr.l.viro.licet crimen lenocinij non repellat maritum.vt ff.ad l.Iul.de adulte.l.2.postquam nomen accusati inter reos receptum est:alias repellitur.vt C.de adult.c.quoniam.& ff.sol.matr.l.cum mulier. repelluntur etiam qui similiter destiterunt. vt ff.ad Turpil.l.1.Item qui simul facit calumniam, repellitur propter calumniam.vt ff.de accus.l.si cui.§ item. Alij propter suspicionem calumniæ, qui falsum testimonium subornati dixerunt.vt ff.de accus.l.alij.Hi tamen omnes in crimine maiest.& si prosequantur iniuriam suam, vel suorum admittuntur, vt suprà de his diximus.

De his qui repelluntur ab accusando propter paupertatem. Rubric.

1 *Pauperes ab accusando repelluntur, & quare.*

1 Repelluntur aliqui ab accusando propter † paupertatem, sicut sunt illi qui minus habent quam 50.aureos in bonis.vt ff.de accusa.l.nonnulli. & 2.q.8.c.prohibentur.sicut repellitur à tutela, dummodò sit insidelis, aliàs autem admittitur.vt Instit.de excus.tuto. & ad hoc vt scias quantum debeant habere in bonis:scias quod 70.aurei accepto ferantur in librã auri.vt Cod.lib.10.de suscepto.& archar.l.quotiens.& sic nota, quod hic obest paupertas, & alibi:quia verberatur, si non potest soluere pecuniariam condemnationem.C.de seru.fugit.l.quicunque.& ff.de pœn.l.2.alibi prodest.vt C.de episc.& cler.l.si quis ad declinandam. & l.id quod pauperibus.& ff.qui & à quibus ma.li.no. & l.si quis habens.& ff.de transact.l.cum hi. §.in persona,& l.si in annos.& ff. si cui plusquam. per l. Falcid.l. cum autem.& ff.de excus.tutor. l. paupertas. & l. post susceptum.& ff.mand.l.si curatorem.§.vlti. & in auth. de ecclesi.tit.col. 9. §. si quis autem vnum secundorum, sed à tali prodesse libera nos domine. QVAESTIO. Sed quæritur quare repellatur quis propter paupertatem? Respondeo, propter vtilitatem ipsius præsumptio est, quod possit facilimè corrumpi.

De his qui repelluntur ab accusando propter conditionem & reuerentiam personarum. Rubric.

1 *Conditio & reuerentia ab accusatione repellunt.*
2 *Filius patrem, libertus patronum, & seruus dominum nõ accusant, & quare.*
3 *Serui, liberti, & familiares si accusare velint, vltimo supplicio afficiuntur.*
4 *Frater fratrem, nec soror sororem non nisi propriam prosequatur iniuriam, accusabit.*

1 Repelluntur etiam ab accusando alij † propter conditionem & reuerentiam personarum:putà, liberti, filij emancipati, beneficiati, vasalli, serui, familiares.vt ff.de accusa.l.qui accusare.in fine.& 2. q.1.c.prohibentur.& ff.de accusa.l.2.§.liberi.C.qui accusa.non poss.l.vlti. & l.si quis a familiaribus.& l.iniquum.† Sed quare?Respondeo, iusta est ratio de filijs & 2 libertis: quia persona patris & patroni sancta & reuerenda debet videri filio & liberto:ff.de obseq.a lib. pa. præstan.l.honori. Item de liberto etiam alia est ratio: quia pro beneficio acquireret patronus maleficium: nec ideò ipsum manumisit, vt ipsum aduersarium haberet.vt C.de obseq.& lib.l.si manumissori.De seruo ratio est:quia non habet personam standi in iudicio, nec communionem habet ciuilis vel prætorij edicti. Itemhabetur pro mortuo.vt ff.qui testa.face.post l.qui testamento §.seruus.& ff.de reg.iur.l.seruitutem.Item non solum repelluntur, † imò serui liberti & familia- 3 res si velint accusare, puniuntur vltimo supplicio.vt ff. qui accus.non poss.l.si quis.& l. vlti. & signatur ibi ratio, quia funestam vocem interdici oportet potius, quam audire.Et in seruis est adeò verum, quod siue ser ui sint hodie, siue fuerint, etiam dominum antiquũ accusare non possint:& hoc in memoriam prioris domini:

vt argu. ff. de quæst. l. vnius. §.seruo.& l.etiam & C. de quæstio.l.seruos.Isti tamen omnes excepti s seruis admittuntur, si prosequantur iniuriam suam propriam. vt C. qui accus.non poss.l.propter insidias.& ff.ad l. Corne de sica.l.1.Item frater fratrem † non accusabit, nec soror sororem, nisi propriam iniuriam prosequatur, & nisi de leuibus criminibus:alioquin pœna exilij punitur:vt C.qui accusare non possunt. l.si magistratum, & l.si sororem.Item excipimus crimen læsæ maiestatis. vt C.qui accus.non poss.l.si quis ex familiaribus.in fin.& crimen hæreseos, sicut in alijs suprà diximus.

De his qui prohibentur accusare propter ipsorum defectum, vt condemnati, vel accusati. Rubric.

1 *Accusare non possunt publico iudicio redempti, notati de calumnia, intromissi in arenam pugnandi cum bestijs causa, artem ludicram exercentes, lenones, præuaricator, & accusati de publico crimine.*
2 *Rei non criminum relatione, sed innocentia purgandi sunt.*
3 *Accusatus de publico crimine, an accusantem se aut alium accusare posit.*

Repelluntur ab accusatione illi, † qui iudicio publico sunt redempti. Item qui de calumnia sunt notati. Item qui cum bestijs pugnandi causa in arenam intromissi fuerũt. Item qui artem ludicram vel lenocinium fecerit. Item qui pronuntiatus fuerit præuaricationis vel calumniæ causa quid fecisse in publico iudicio:vt ff.de accus. l. qui iudicio. Item qui sunt accusati de aliquo publico crimine, nec se accusantem nec alium accusare possunt. vt ff.de publ.iud. l. his qui reus.& C.qui accus.non poss. l. neganda. & assignatur ratio, quia antè se debent accusare, quã alios accusent, quia † non relatione criminum, sed innocentia purga- 2 di sunt Rei, vt in legibus prædictis. Et hoc intelligas nisi prosequantur iniuriam suam vel suorum : quia tunc accusati accusare possunt, siue accusatores, siue alios siue nomen eorum sit receptum inter reos, id est, quia lis est contestata, siue non: siue de maiore crimine, siue de minori, siue de pari: vt in prædict. ll. qui iudicio publico.& l.negãda.Sed de accusante sic intelligas, nisi agat. Ille prosequendo iniuriam suam, vel suorũ:tunc enim accusatus, etsi prosequetur iniuriã suam vel suorum non accusaret se accusantem sed aliũ: vel vt quod vni detur, alteri denegatur. vt arg.C.qui pot.in pig.habe.l. assiduis. Alioquin si accusatus velit aliũ, vel se accusantem accusare modò:& non prosequatur iniuriã suã, vel suorum, si velit ante litis contest.i.antequã nomen eius recipiatur inter reos, [illegible] t.vt C.ad l.Iul.de adulte. l. quoniam. post litis vero contest.i. postquã nomen eius inter reos receptũ est, nõ accusabit aliquẽ, sicut superius diximus.vt ff.ad l.Iul.de adul.l.2.§.si publico iudicio.in fi.& l.si maritus.§.præscriptiones.† Quidam tamen in quodam crimine scilicet lenocinij distinguunt 3 à quo accusatio opponatur, aut ab vxore, aut ab extraneo, si ante lit.contest.opponatur, idẽ est in vxore quod in extraneo:si post lit.contest.ab extraneo nunquã opponetur, nec quò ad hoc vt repellat maritus, nec quo ad hocvt puniatur.Si aũt ab vxore accusata opponatur crimen lenocinij post litis contestat. tunc licet maritũ non repellat:tamẽ nocet marito quantum ad pœnam: quia tunc iudex sine accusatore potest ipsum damnare: nam & Claudius Gorgonius accusans vxorem de adulterio, fuit in crimine lenocinij obtecto post litis contestat.damnatus, licet non fuerit ab accusatione repulsus:vt ff.ad leg Iul.de adult.l.2.§. si publico. Alij in hoc crimine ita distinguunt, quando crimen lenocinij opponitur, refert aut quia opponitur marito quod consentit adulterio vxoris suæ, vel post adulterium ipsius, vel ipsum, vel ipsam approbauit adulteram: sicut peremptoria potest opponi a quocumque in qualibet parte litis, dummodò antè sententiam: vt in prædictis legib.quoniam & l.cum mulier. si aũt oppona-

... marito illius lenocinij exceptio, quòd aliquá damnatam de adulterio duxerit in vxorem, non prodest extraneo, nec nocet marito. at si opponatur ab vxore accusata, non prodest vxori, vt repellat maritum: nocet tamen marito, qui puniri potest, vt ff. de adul. l. 2. §. si publico. & adde ad hóc vt infra notaui de excep:. quotiens crimina in modum exceptionis opponuntur. Sed licèt accusatus nec alium nec se accusantem accusare possit post lit. contest. verum est in pari vel minori crimine. De maiori autem potest, etiamsi præsequatur suam iniuriam vel suorum, vt dixi: & probatur C. qui accu. nó poss. l. neganda, & l. 1. Adeò est hoc verum, quia accusatio prima silet, vt in prędicta l. 1. C. qui accu. non poss. & ponitur ibi exemplum: vt cum me accusabas de furto serui tui, & ego accusabam te, quia ipsum occideras: & sic intelligitur ibi ea euêtu &c. quia quæstio prima &c. C. ad leg. Iul. de adul. l. adulterij. & C. de or. iu. l. vlti. & assignatur ratio in l. illa, quia maius, meritò minori præfertur. Si autem post lit. conte. vult accusatus accusare, vel se accusantem, vel alium: de crimine pari vel minori licèt non possit, tamen inscriptionem faciet, & illa cognitio suspendetur vsq; ad sententiam, vt C. qui accu. non poss. l. neganda. & si feratur sententia contra ipsum accusatum, aut condemnatoria, aut absolutoria: si absolutoria indifferenter de quolibet crimine quemlibet accusabit. si condemnatoria, aut amisit ciuitatem, aut libertatem: putà, quia deportatur, vel cõdemnatur in metallum, & tunc inchoare non poterit accusationes nouas: inchoatas autem ante condemnationem potest implere etiam post damnationem, vt ff. de pub. iud. l. is qui. & ff. de accu. l. qui in iudicio. Et multi intelligunt l. illam, is qui. secundùm illã distinctionem, quando accusare volebat se accusantẽ, quòd inchoatas possit implere accusationes. Alij dicunt, quòd se accusantem condemnatus accusare potest etiã de nouo: & est ratio, quia ignoscendum est ei qui se vlcisci voluerit prouocatus, vt ff. de bon. lib. l. qui cùm maior. & ff. ad l. Iul. de adult. l. si adulterium. §. Imperatoris. & l. is qui reus. intelligunt in extraneo. Sed hoc videtur mirabile, vt post lit. contest. non possit accusatus se accusantẽ accusare, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur: & nisi de maiori. post sententiam verò non audiretur, vnde primum magis placet. Si autem sententia contineat minorem pœnã, putà relegationem: tunc sine distinctione accusabit etiam condemnatus, & hoc a contrario sensu l. illius, is qui. arg. pro hac dictu. posset sumi. ff. de donat. l. post contractum. & C. de procurator. l. rerum.

De laicis qui repelluntur ab accusatione clericorum. Rubric.

1 *Laicos clericos accusare non posse, regulare, fallit vt hic.*

2 *Laicus quilibet indifferenter & accusare, & testimoniũ dicere contra clericos potest.*

3 *Clericus clericum accusare non nisi eiusdem ordinis sit, potest.*

Repelluntur quidam varijs de causis ab accusando ecce † laicus clericum non accusabit, vt extr. de accus. c. cum P. Manconella. 2. q. 7. c. non est à plebe. & c. nullus laicus. & c. laici. & extra, de restib e. de cætero. Fallit hoc si suam suorumque iniuriam prosequatur; quia tunc accusant laici clericos, vt in prædicta decre. de cætero. Item fallit in criminibus exceptis, vt sunt crimen læsæ maiest. & crimen perduellionis, hæreseos, symoniæ, sacrilegij, fraudati census, annonæ. Super his dicunt quidam quòd omnes laici criminosi & infames admittantur ad accusationem & testificationem sine aliqua exceptione. Alij strictius intelligunt, quòd nulli laici admittuntur ad accusationẽ vel testificationem istorum criminum contra clericos: etiam in exceptis criminibus, nisi sit grauata clericorũ opinio. Tancre medium elegit inter illa, & dicit quòd omnes laici si sint bonæ vitæ & bonæ famæ admittantur ad accusationem istorum criminum, alias non viderentur crimina excepta: si verò laici sint criminosi vel infames, tales non sunt admittendi ad clericorum accusationem, nisi ipsi clerici fuerint malæ famæ reperti, in quo casu intelligitur quod dicitur, & colligitur hæc distin. per decisionem illam, per tuas. ext. de symo. & 2. q. 1. c. in primis. & extrà. de accus. c. cum P. Manconella. † Contra clericos verò symoniacos quilibet laicus indifferenter admittitur tam ad accusandum quàm ad testificãdum. 2 Quidam tamen dicunt, quòd nedum laicus possit accusare laicum: imò † nec clericus clericũ, nisi sit eiusdem ordinis. 3 & hi argumentantur per iura, 2. q. 7. ferè per totum. & specialiter in c. ipsi Apostoli. & c. testes. & assignant rationem in criminum accusatione, tam iure Canonico quàm iure ciuili, & calumniantes poscat similitudo supplicij ad vindictam, sicut infrà dicemus. Quomodo ergo posset simplex clericus acusare presbyterum vel Episcopum: iã similitudo supplicij nõ posset imponi: quia sacerdos vel Episcopus conuictus degradaretur, sed clericus simplex in quo puniretur? amitteret fortè tonsuram, vel pone quòd etiam subdiaconus vel hostiarius, & sic videretur secundùm illos, quòd clericus clericum, subdiaconus subdiaconum, sacerdos presbyterum, Episcopus Episcopum debeat accusare propter similitudinem pœnæ, vt dictum est. Sed licèt hoc videatur æquum, tamen rari essent accusatores: quia dicit prouerbium, quòd coruus coruo non extrahet oculum.

Repelluntur ab accusatione inimici, & qui cum eis morantur, & suspecti, & infames.

1 *Blasphemia & infestationes affectionem amicitiæ mutare solent.*

2 *Inimici sunt qui cum inimicis conuersantur.*

Repelluntur ab accusando inimici & cohabitantes cum inimicis accusati: † quia infestationes et 1 blasphemiæ solẽt mutare affectionem amicitiæ, vt ext. de accus. c. repelluntur. & c. cùm oporteat. & 3. q. 5. c. accusatores. & c. accusatoribus. vbi dicitur de accusatoribus inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui cum inimicis commorantur, aut suspecti sunt, quòd his nõ credatur, ne irati nocere cupiãt, & ne læsi velint se vlcisci. & c. suspectos. vbi dicitur suspectos autem inimicos, aut facilè litigãtes, aut qui non sunt bonæ conuersationis, aut quorum vita est accusabilis, aut rectam non tenent, nec docent fidem, hos esse accusatores, aut testes Apostoli etiam prohibuerunt. & c. canonica. vbi prædicta dicuntur. & adijcitur, quòd illi quorum vita fidei & libertas esse nescitur, & quos diuinæ leges mortuos appellant, id est, illos qui sunt in mortali peccato ad accusandum non accusabit. Item nõ admittuntur ad accusandum homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incestuosi, venefici, suspecti, criminosi, domestici & periuri, qui raptum fecerunt, & qui falsum testimonium dixerunt, & qui ad sacrilegos diuinosque currunt, nec etiam ad testimonium admittuntur, vt eod. c. constituimus. & c. nulli nunquàm. Item nullus alienigena accusabit, vt eod. ca. c. accusatores. & c. canonica. Item repellitur qui est multum gratiosus, id est, qui libenter flectitur ad gratiam, aut criminosus, aut qui facilè litigat, aut affines. Item nullus seruus, nullus libertus, nullus infidelis, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, vel qui inimicitijs studet, vt eodem ca. c. si mulier. & c. nullus. Item nullus apostata auditur accusans, vel testimonium perhibens contra aliquem rectè credentem, vt 3. quęst. 4. c. beatus. & c. si quis non. incestuosi & non legitimè coniuncti sacerdotes legitimè coniunctos accusare non possunt, vt eod. ca. c. consanguineorum. & extrà, de accus. c. cum P. Manconella. Item publicè concubinarij, & conspiratores nec ad accusandum, nec ad testificandum vel denuntiandum admittuntur, vt extrà, de accusa. c. cùm dilectus. Item conspiratores & excommunicati non accusabunt, nec testimonium ferent, vt ea. causa. c. conspiratores. & c. nullus. & c. omnes. Item consanguinei accusatorum: familiares, & de domo ipsorum prodeuntes non accusabunt,

bunt, nec testimonium ferunt, vt eo. cano. c. consangui-
nei & extrà, de accus. P. Manconella. Item clericus, qui
Episcopum accusauit, aut eius insidiator extitit, Epis-
copum non accusabit. Item nec detractores Episcopi,
vt eo. ca. c. clericus. & 7. q. 3. c. detractores. Et quod dixi
in prin. de commorantibus cum inimicis, meritò dixi:
2 † nam inimici sunt qui cum inimicis conuersantur, vt
4. q. 1. c. testes & C. de inof. test. l. liberi. & 9. dist. c. si ini-
micus. contra ar. ff. pro socio. l. nam socius. præsumendũ
enim pro cohabitatione. 18. q. 2. c. diffinimus. extrà, de
off. deleg. insinuâte. & 3. q. 5. c. accusatoribus. Item odio
habentes alium ab accusatione prohibentur, vt 1. q. 1.
c. omnes. OPPOSITIO. Sed circa ista opponitur: dictum
est, quòd inimicus & odiosus repellatur: at iste qui ac-
cusat de crimine publico, non est amicus, nec ex amici-
tia procedit. sed odio: imò iura dicunt illum capitalem
inimicum. ff. de his quibus vt indig. l. si inimicitiæ. & ff.
de iure pa. l. cùm patronum. & in auth. de restib. col. 7.
§. si verò. et sic debet ab accusando repelli eo ipso quod
accusauit. Respon. illa iura sic intelligas, vt si aliquis
primò accusauerit et posteà destiterit, vel fortè nõ pro-
bauerit, & iudex sibi pepercit, quòd ipsum de calumnia
non condemnauit, vt ff. ad Turpil. l. 1. vel fortè quia im-
petrauit abolitionem, vt C. de aboli. l. 2. nunc si vellet
accusare, reputarem ipsum inimicum ex facto præteri-
to: nõ autem intelligas illum inimicum, si de nouo ve-
lit ipsum accusare: alioquin nullus ad accusandũ ad-
mitteretur.

In quibus casibus prædicti accusare possunt.
Rubrica.

1 *Accusati si suam aut suorum iniuriam prosequantur, ac-
cusare possunt. item & in criminibus exceptis.*
2 *Abolitio quid & quibus modis fiat, & à quo conceda-
tur.*
3 *Abolitio generalis operatur vt accusator in Turpilianum
non incidat.*
4 *Abolitio specialis maximã causæ cognitionem desiderat.*
5 *Abolitio quædam est quæ per legem fit, & quando.*
6 *Accusatum accusatore mortuo vel impedito, quòd ab alijs
accusari possit, & vsq; ad quod tempus.*
7 *Falsi crimen in generali abolitione an & quando extin-
guatur.*
8 *Ignorantia semper præsumitur.*

1 SED licèt prædicti ab accusatione repellantur, in
certis tamen casibus admittuntur. † Primò, si pro-
sequantur iniuriam suam vel suorum, vt ff. de ac-
cu. l. hi tamen omnes. & 3. q. 9. c. omnibus. Item in cri-
minibus exceptis scilicet in crimine læsæ maiest. in cri
mine hæreseos & in crimine fraudati census, seu anno-
næ & in crimine symoniæ, vt ff. de accu. l. mulierem. C.
ad l. Iul. maiesta. l. nullus. 15. q. 3. c. sanè. & C. de episc. &
cleri. l. si quenquam. & 15. q. 3 c. nemini. & ext. de symo-
nia. c. tanta. QVAESTIO. Item quæritur quid si crimen
fuit abolitione remissum: nunquid potest accusatus ab
eo vel ab alio accusari? Resp. vide primò quid sit abo-
2 litio. † Abolitio est accusationis peremptio est: debet ista
abolitio fieri tribus modis: primò, per solum principẽ,
quæ est generalis, & extinguit omnes accusatores quo
ad omnes, præterquàm ad accusantem, qui potest repe-
tere accusatum infra 30. dies vtiles, computandos ab il-
lo die, quo generalis abolitiõis feriæ finitæ sunt. & fiet
ista repetitio eo iure quo accusabit. Et debet fieri ista
generalis abolitio à principe propter multas causas,
aut ob diem insignẽ natalis sui scilicet vel filij. aut rem
prosperè gestam, quia obtinuit cõtra Apulos, aut pro-
pter publicam gratulationem, quia voluit facere festũ,
quod quilibet lætaretur, vel ob aliquam lætitiam, vel
honorem diuinæ domus. hæc probantur C. de generali.
abol. l. dum eo tempore. & ff. ad Turpil. l. si quis repete-
re. & l. vel ob rem. & l. si interueniente. adeò si infra il-
los 30. dies vtiles interueniat vera abolitio, à fine secũ-
dæ abolitionis computantur alij 30. dies. ff. ad Turpil. l.
3 senatus. §. vlt. Item facit aliud ista † generalis abolitio,
quia facit vt accusator in Turpil. non incidat, vt in præ-
dicta l. si interueniente. † Secundò etiam abolitio inter-
uenit: quæ dicitur specialis, id est, quando accusator il- 4
lam petit, aut à principe, aut ab alio iudice, qui habet
cognitionẽ meri vel mixti imperij: ista aliquando con-
ceditur, aliquando non: & ideò maximè causæ cogni-
tio interuenit: primò, quia delegari nõ potest: secũdò,
vtrùm accusauerit aliquem extraneum aut cognatum,
& vtrùm accusauerit aliquem verè, aut per errorẽ, vel
temeritatem, & vtrùm accusauerit propria iniuria sua
vel suorũ, aut non: & vtrùm accusatus sustinuerit vin-
cula, vel carceres, vel non, quia dedit fideiussorem, vel
quãdo accusat pro sua iniuria, vel suorum, vt tunc con-
cedatur. Sed in casu illo vbi accusatus passus est iniuri-
am, vt suprà dixi, dabitur illo consentiente, aliàs non,
si autẽ non sit passus iniuriam, dabitur accusatori inui-
to accusato, & debet peti abolitio infra 30. dies, nume-
randos à die interpositæ accusationis, infra quos habet
accusatus spacium ad deponẽdos mœstos penates. post
30. dies non dabitur ista specialis abolitio, nisi consen-
tiente accusato. In casibus tamen prædictis, vbi per cor-
ruptelam, & quando fallaciter quis impetrat abolitio-
nem, non est ei concedenda, præterquam coacto, & est
ratio, quia quanto quis admittitur ad prosequendã in-
iuriam suam vel suorum, tantò magis conceditur ab ea
recedere. Item vbi testes tormẽtis suppositi sunt. Item
in violata maiestate. Item in patria expugnata, vel pro-
dita, aut crimine peculatus, aut in sacramẽtis desertis,
aut in crimine falsi, vbi ex vtraq; parte fit acerrima in-
dagatio: in his criminibus specialiter abolitio nõ con-
ceditur, hæc probantur C. de abolit. l. 1. 2. & vlt. & C de
fals. l. vbi. ista abolitio specialis petita hæc operatur
quòd petentem posteà non admittamus, sicut in gene-
rali diximus: alium autem volentem accusare admitti-
mus, nisi ille qui impetrauit specialẽ abolitionem ob-
tinuerit à principe, quòd possit iterum accusare, vt C
de abol. l. 1. † Tertiò abolitio fit per legem, quando ac- 5
cusator est mortuus, vel alia iusta causa impeditus: ita
quod in accusatione procedere non potest, vt ff. ad Tur
pil. l. aut priuatim. tunc finita est accusatio, quãtum ad
accusantem: non tamen reus est liberatus, quòd nõ pos
sit accusari, vt C. si reus vel accusator mor. fue. l. 1. & 2.
& l. defunctus. & sic eximitur reus ab accusatione abo-
litione interueniente, vt ff. ad Turpil. l. si interueniẽte.
& accusator in Turpi. nõ incidit, vt ibi. QVAESTIO. † Sed 6
quæritur: ecce accusator moritur vel etiam fortè impe
trauit specialẽ abolitionem: certum est vt dictum est,
quòd accusatus poterit ab alijs accusari. Sed infra quod
tempus. Respon. satis credo, quod infra 30. dies vtiles, sicut
suprà dixi de his diebus de eo qui vult repetere. & cur-
runt isti dies à tempore accusatoris. Item ab illo tem-
pore quo fuit petita abolitio specialis & concessa, vel
ab alio tempore, ex quo certum est accusatorem impe-
ditum, sicut in repetente recurrere incipiunt post fini-
tas ferias, vt suprà dixi, & habes ff. de accus. l. libellorũ
§. vlt. QVAESTIO. Item quæritur l. quædam ad Turp. quæ
incipit, Lucius. dicit quòd † generali abolitione inter- 7
ueniente reus accusatus crimine falsi non aboleatur.
Respon. ibi tãtùm erat datus libellus nec fuit nomẽ rei
receptum inter reos. & ideò non pertinet generalis ab-
olitio ad hoc genus criminis, quandò tantùm datus est
libellus, quia potest accusator, etiam sine beneficio ge-
neralis abolitionis recedere per se, nec incidit in Turp.
vt ff. ad Turpil. l. quæsitum. si autẽ esset vltra processum
in crimine, benè sopiretur illud crimen per generalem
abolitionem, vt C. ad l. Corne. de fal. l. si docueris. & de
ista materia vide 2. q. 3. c. si quem pœnituerit. Itẽ de ac-
cusatis nota quòd non possunt accusari si accusati fue-
runt absoluti, aliquo agente: ab alio posteà accusari
non possunt, vt extrà, de accusa. l. de his. & ff. de accu. l.
si eni. §. illud. non solùm si per sententiam, sed etiam si
per dispensationẽ fuerit remissum: quia semel remissa
peccata in vltionem redire non patimur, vt 23. q. 3. c. si
illic. fallit tamen in sententia in duobus casibus, quan-
do potest doceri de crimine præuaricationis primi ac-
cusatoris, vt ff. de præuari. l. 3. Item si prosequatur iniu-
riam suã vel suorum, & doceat primam accusationẽ in-
stitutam

ſtitutam ignoraſſe, vt ff. de accu. l. ſi cui. § illud. QVAESTIO. Sed qualiter docebit de ignorantia † cùm ſemper præſumatur, & ex alia parte debeat probari ſcientia, vt ff. de admi. tu. l. hoc autem. & ff. de proba. l. verius. et Inſti. de leg. §. 4. Reſpon. hoc probat per affirmatiuã contrariam ſcilicet quòd illo tempore fuit abſens quando accuſatio fuit inſtituta: & ſic potuit ignorare, ideo autem probat, quia ſentẽtia lata eſt, idem eſt & ſi per iuſiurandum delatum reus fuit abſolutus, quia eſt pro ſententia, vt ff. de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus. ſecùs tamen ſi crimen ſit remiſſum per pactum: tunc enim ab alio accuſari poſſum, vt ff. ad l. Iul. de vi. pup. l. qui cœtu. §. qui vacantem. Sed quæritur, aliud eſt in iureiurando, & aliud eſt in ſententia. Reſpondeo, quia illa pro veritate accipiuntur, vt ff. de reg. iur. l. res iudicata. & ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero.

De accuſatis, & perſonis quæ poſſunt accuſari, & quæ non. Rubrica.

1 *Accuſari poteſt omnis perſona, niſi à iure probibita inueniatur.*
2 *Papa & Imperator accuſari non niſi de hæreſi poſſunt.*
3 *Magiſtratum maximum habentes neque accuſare neque accuſari poſſunt.*
4 *Legati Imperatoris vel præſidis prouinciæ neque accuſare neque accuſari poſſunt. Item legatus prouincialis, magiſtratus populi Romani, & qui Reipublicæ cauſa abſunt.*
5 *Abſentes criminoſi an accuſari poſſunt, & quomodo contra eos procedendum ſit.*
6 *Bonorum annotatio quomodo fiat.*
7 *Mortui accuſari non niſi in duobus caſibus poſſunt.*
8 *Infans & furioſus accuſari non poſſunt.*

NVNC videamus de accuſatis. & primò de perſonis quæ poſſunt accuſari, & quæ non. & nunc
1 circa iſta trado regulam generalem: † quia omnis perſona poteſt accuſari, niſi interueniatur à iure prohibita, quòd non poſſit, ſicut dixi in prin. quãdo tractaui de perſonis quæ accuſare non poſſunt. Sunt enim
2 quædã perſonæ quæ accuſari non poſſunt. ecce † dominus Papa & dominus Imperator propter ſummæ probitatis excellentiam accuſari non poſſunt: quia non habent ſuperiorem, corãm quo accuſari poſsint: a ſolo enim Deo accuſantur & iudicantur, quia qui illos iudicat, dominus eſt, nec propter hoc æſtiment ſe non habere inquiſitionis formidinem: quos Deus præ cæteris ſuo ſeruat examini, nam coram illo non habet reus de allegationis nitore ſubſidiũ, quoniam ipſorum ſactiuũ vtitur eodem teſte quo iudice, vt 9. q. vlt. c. oĩa. & c. illorum. & c. facta. & c. ipſa. ſunt enim ipſi duo ſcilicet dominus Papa & dominus Imperator duo luminaria magna ad firmamentum mundi poſita, vt ext. de maio. & obe. c. ſolitæ. & maxima quidem in hominibus ſunt dona Dei ſuperna collata clementia ſcilicet ſacerdotiũ & imperium: illud quidem diuinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens in vno eodemq́; principio, vtraq́; prouidẽtia humanam exornet vitam, vt in auth. quomodo opor. epiſcop. cleri. ad ordi deduci. in prin. col. 1. Iſti ergo non poſſunt accuſari niſi de hæreſi, vt 40.
3 diſt. c. ſi Papa. Item † accuſari nõ poſſunt omnes illi qui habent maximum magiſtratum, vt ſicut nec accuſare, ſic nec accuſari poſſunt: & qui ſint illi notaui ſuprà in hoc opere in illa rubricella, qui prohibentur accuſare propter magiſtratũ & poteſtatem, ſed licèt non poſſint accuſari tempore ſui honoris: poſtulatur tamen interim reus, & differtur eius accuſatio, & cautionem iudicio ſiſti compromittet in fine honoris, & ſic ſtatuit Tyberius Cæſar, vt ff. ad l. Iul. de adul. l. ſi adulterium. §. vl.
4 † Item accuſare non poſſunt nec etiã accuſari legati Imperatoris vel præſidis prouinciæ ex ſententia Lentuli, dicta Sylla & Tyrone conſulibus. Item legatus prouincialis eius duntaxat criminis, quod antè commiſit, quã in legatione veniret. Item magiſtratus populi Romani. Item qui reipublicæ cauſa abfuit, dummodò nõ ſit abſens in fraudem legis, quia affectauit vel data opera, vel ſui commodi, vt ff. de accu. l. hos accuſare. & arg. ff. ex quib. cau. maio. l. hi qui. & l. qui data. Item omnes illi qui in ius vocari nõ poſſunt, non poſſunt accuſari, & qui ſint illi legitur ff. de in ius voc. l. 2. 3. & 4. & 5. & l. adoptiuum. Item legati ciuitatis tempore ſuæ legationis, niſi in delegatione delinquant, accuſari non poſſunt: ecetiã in ciuili, quia nec conueniri poſſunt, vt ff. de iud. l. 2. et in auth. de ſanctiſſ. epiſ. col. 9. §. reuerendiſſimis. Item omnes illi non poſſunt accuſari qui enumerantur. ff. de iudi. l. 2. Item ſi aliquis eſt ab aliquo accuſatus, ab alio tempore medio nõ accuſabitur, vt ff. de accu. l. hi tamẽ omnes. §. vl. & l. hos. §. hoc beneficio. His ergo exceptis omnes aliæ perſonæ de mundo poſſunt accuſari. † Sunt 5
etiã & alij qui accuſari non poſſunt, putà, abſentes. ſed hoc ſic attendendum eſt, quod contra illos ſic procedetur, ſcilicet quòd requiratur. & ſi deſint bona illius annotabuntur, vt C. de accu. l. abſentẽ. & C. de accu. l. qui de crimine. contra abſentem enim ad accuſationẽ non proceditur, vt in prædict. l. & ff. de pœn. l. abſentem. & ſi venerit infra annũ, recuperabit bona, quæ annotata fuerunt, & accuſatori reſpondebit: ſi non veniat, poſt annũ auditur ad ſui defenſionem, nec aliquod tempus poterit ſibi opponi, quominùs poſsit ſe defendere: bona tamen ſua non recuperabit, ſi ſint annotata & occupata à fiſco, alioquin ſi per 20. annos fiſcus non petat, nunqua petet. Item ſi moriatur infrà annum, licèt bona fuerint annotata, crimen morte extinguitur, & bona veniẽt ad ſucceſſores. Qualiter autem requiratur reus, & quid iuris ſit in talibus, loquitur ff. de requir. reis. vel abſentib. l. 1. & 2. & per totum. & quãdo etiam incipiat currere annus, & quando viceſimus annus ſit, ibi habetur. QVAESTIO. † Sed qualiter fiet annotatio iſta bonorum? Reſpondeo, ſcribat notarius omnia bona, ſcilicet, quot domus, quot prædia, quot vineæ ſint, & quot iugera, ſicut habes aliàs ff. de cenſi. l. forma. & C. de bo.
proſcript. l. ſi quis intra prouinciam. † Item accuſari 7
non poſſunt mortui, quia ad maius auditorium vocati ſunt: nam cùm crimina morte extinguãtur (quia mors omnia ſoluit) meritò mortui accuſari nõ poſſunt, vt C. ſi pen. ap. mors interuenerit. l. 3. & C. ſi reos vel accuſator mor. ſu. & in auth. de nupt. Fallit hoc in duobus caſibus, vbi quis accuſatur poſt mortem in lege Iulia maieſt. primus, quando quis cogitat contra principem, & ſecundus, quando diuidit ciuitatem in duo. vt C. ad l. Iul. maie. l. quiſquis. & l. meminiſſe. & in l. Iul. repe. in omnibus alijs ſecùs, vt ff. de accu. l. ex iudiciorum. & in alijs quibuſdam poſſem dicere, vt ff. ad l. Iul. pecul. l. vlt. & C. lib. 11. de primipilo. l. 1. & C. de apoſtatis. l. apo-
ſtatarum. Item † accuſari non poſſunt infans & furio- 8
ſus, quia vnum excuſat infœlicitas facti, alium innocentia conſilij, vt ff. de rei vend. l. quod infans. & ff. ad l. Cor. de ſic. l. infans. & C. de pœn. l. impunitas.

De accuſatione, & quid ſit accuſatio, & qualiter ſit accuſatio facienda. Rubrica.

1 *Accuſationis diffinitio.*
2 *Accuſatio cuius natura ſit.*
3 *Crimen quod dicatur, ex quo criminalis accuſatio procedit.*
4 *Accuſatio crimen commiſſum deſiderat.*
5 *Accuſatio accuſatorem requirit.*
6 *Sine accuſatore quandoq́; ad pœnam proceditur.*

NVNC de accuſatione videamus, & de natura ipſius, & quid ſit accuſatio, & qualiter ſit facienda. † Equidẽ accuſare, eſt aliquem de aliquo cri- 1
mine reum deferre, vel facere ad vindictam. hæc diffinitio colligitur C. qui accuſ. nõ poſſunt. l. cum rationibus. & l. non ignorant. & l. ſi quis ex familiaribus. & ff. de accu. l. libellorum. & C. de priuat. delict. l. vlt. & ff. leg. Iuli. de adul. 2. §. ſi publico. & ff. de ſuſpect. tu. l. 4. §.
præterea. † eſt enim talis naturæ accuſatio, quòd non 2
procedat, niſi ex publico crimine vel priuato, et quãdo crimi-

criminaliter agitur, in quo casu necessarius est libel-
lus, vt ff. de accu. l. libellorum. & ff. de priuat. delict. l. 1.
in quo casu aliter formabitur libellus, quando ciuili-
ter agitur, sicut dicemus statim qualiter libellus in cri
3 minibus sit formandus. QVAESTIO. † Sed illud quæri-
tur, quòd dicatur crimen, ex quo procedat ista accusa-
tio & criminalis? Respondeo, illud dicitur crimen sci-
licet graue peccatum accusatione & damnatione dig-
nissimum, vt 91. dist. c. Paulus Apostolus. Et tunc intel-
ligas ad accusationem veniri, quãdo illud crimen pro-
rumpit in actum: alioquin cogitationis pœnam nemo
pateretur, nec inde posset accusari, quia occulta cor-
dium non nouit, nisi solus Deus, vt ff. de pœn. l. cogita-
tionis. & vbicunque inueneris aliquem in iure de co-
gitatione puniri, intelligas quando cogitatio peruenit
ad actum, sicut intelligitur C. de epis. & cle. l. si quis nõ
dicam. & C. ad leg. Iul. de adul. l. eum qui. & C. de rapt.
4 virgi. l. vnica. Item accusatio † est talis naturæ quòd de-
fieret, vt diat, crimen cõmissum, & ita crimen est cau-
sa, vnde accusatio procedat, sicut & aliàs l. Aquil. dam-
num exigit, vt ff. ad l. Aquil. l. 1. Sed damnum est causa
quare illæ accusationes dentur, vt ff. quod metus causa.
l. sed & partus. & contractus bonæ fidei desiderat mo-
ram, id est, mora est causa quare ex contractu illo aga-
tur, vt C. de in integ. resti. l. in minorum persona. Item
5 requirit † accusatio aliud scilicet accusatorem: quia si-
ne accusatore procedere nõ potest, siue crimen sit pub-
licum, siue sit priuatum, vt C. de accu. l. vlt. & ff. de pri-
ua. delict. l. vlt. & ff. de accu. l. si cui. & ff. de mune. & ho.
l. rescripto. nam ibi dicitur, nullus sine accusatore dam
natur. & Deus etiam noluit mulierem in adulterio de-
prehensam sine accusatore damnare: vide autem qua-
liter necessarius sit accusator, nam alioquin accusatio
6 non procedet. In quibusdam tamen casibus sine † accu
satore proceditur ad pœnã, scilicet, in lenocinio quod
mulier marito obijcit, secùs si extraneus obijceret, vt
ff. ad l. Iul. de adult. l. 1. §. si publico. Item in crimine su-
specti tutoris sine accusatore proceditur. Item in teste
falso seu vacillante, vt ff. de suspect. tut. l. 3. §. præterea.
& ff. de testib. l. nullum. Item in charta falsa, vt C. de
probat. l. penul. Item in suspecta charta, vt ibi. Item in
calumniatore idem. nam cum tempore sententiæ sine
accusatore damnare potest iudex, postea non sine accu-
satore, vt C. de calumnia. l. . & 2 q. 4. §. notandum. & ff.
de bon. lib. l. qui cùm maior. §. si libertus. Item in noto-
rio crimine, vt C. de accus. l. ea quæ, & 2. q. 1. c. de mani-
festa. & extrà, de accu. c. euidentia. Item & in alijs casi-
bus, vt C. de epis. & cler. l. si quis in hoc genus. & C. de
apostat. l. apostatarum. & C. de Iudæis l. ne quis. Item
in aliquo infamato deficiente in purgatione, vt extrà,
de symonia. c. de hoc autem. Item quotiens crimen in
modum exceptionis opponitur, vt extra, de accus. c. su-
per his. & c. qualiter & quando.

Qualiter libelli accusatorij formentur.
Rubrica.

1 *Libellus sicut in ciuilibus, ita & in criminalibus causis necessarius est.*
2 *Libellus in omnibus accusationibus necessarius.*
3 *Accusator vbicunque interuenit, ibi libellus dandus est.*
4 *Crimina leuia libellum non desiderant.*
5 *Crimina leuia quæ sint.*
6 *In accusationibus quæ de iure necessaria sint.*

VErùm quia in accusatione necessarius est libel-
lus siue quis accuset de crimine publico, siue de
priuato, ideò qualiter libelli accusatorij fiant,
videamus, & quę debeat continere libellus, & qualiter
1 in ipsa accusatione procedatur. Et ecce in primis si-
cut in ciuilibus ita in criminalibus causis est necessa-
rius libellus, siue agatur de crimine ciuiliter, siue crimi
naliter, vt ff. de accus. l. libellorum. ff. de priua. delict. l.
vlt. ff. de furt. l. vlt. & C. qui accus. non poss. l. 2. & 4. & l.
si crimen. l. neganda. & C. de accu. l. si quis se iniuriã.
& l. in causis. & l. accusationis. & C. ad l. Iul. de adult. l.
sine metu. & l. iure mariti. & ff. ad Turpil. l. quæsitum. &
ff. de in ius vocan. l. quæsitum. & l. libertus. quòd autem
in ciuilibus sit dandus libellus, dicit auth. offeratur. C.
de lit. contest. offeratur ei qui ad iudicium vocatur li-
bellus. QVAESTIO. † Sed illud in primis quæritur, nun- 2
quid in omnibus accusationibus necessarius sit libel-
lus? Respondeo, sic: in omnibus præterquàm in quibus-
dam. si enim in ciuilibus desideratur libellus, sed nõ in
omnibus, ergo multò fortiùs in criminalibus, quia vbi
maius periculum, maius debet adhiberi remedium, vt
ff. de Carb. l. 1. In quibusdam tamen criminalibus, tam
publicis, quàm priuatis, libellus nõ est necessarius, li-
cèt sit necessarius accusator, sicut sunt illa quæ notãtur
in proxima rubrica superiori, in quibus nec accusator,
nec libellus est necessarius, sicut sunt quædam crimi-
na, in quibus licèt accusator necessarius sit, libellus ta-
men non exigitur. Ecce in primis maritus quando accu
sat iure mariti, infra 60. dies vtiles facere potest, vt C.
ad l. Iul. de adulte. l. iure mariti. & l. quamuis. Item illa
crimina quæ per officiales præsidibus nunciantur, li-
bellum non desiderãt, vt C. de accus. l. ea quæ. ita crimẽ
abigeatus, vt C. de abigeis l. vnica Quidã tamen dicunt
in casibus prædictis proximè positis etiam debere dari
libellum: nam vbicunque † accusator interuenit, ibi 3
dari debet libellus. Quòd autem maritus debeat dare
libel. dicit ff. ad l. Iul. de adulte. l. miles. §. sexaginta. Itẽ
officiales qui delatores esse dicuntur, suis nuntiationi-
bus adesse debent, vt ff. ad Trebell. l. ab accusatione. §.
nuntiatores. & iuta prædicta non dicunt, quòd mari-
tus & alij non debeant inscribere, sed hîc dicunt, quòd
maritus accuset iure mariti, id est, quòd pœnam calum
niæ non timeat, libellum non teneatur dare maritus,
non cum libello subscribere, quod tenentur alij accu-
satores facere, sicut statim infrà dicemus, vt ff. ad l. Iu-
li. de adulte. l. miles. § sexaginta. & hoc est quod di-
cunt iura prædicta C. de accus. l. ea quæ. & C. de abig.
l. vnica. circa autem solemnia accusationis, & cum in-
scriptionibus & sine subscriptione proceditur, id est,
quia subscribere non tenetur, vt dixi: libellum tamen
dabit. Qui autem tenent contrariam sententiam, scili-
cet quòd libellus accusationis nõ sit dandus respõdent
illi l. miles. quòd ibi nõ detur lib. accusationis, sed quę-
dam petitio causa memoriæ, & hoc est quod dicit ibi,
libellus de plano datur, et sic intelligitur C. ad l. Iul. de
adult. l. sine metu. † Item in leuibus criminibus sine li- 4
bello proceditur, vt ff. de accusa. l. leuia. nam ibi dici-
tur, quòd de plano sint discutienda leuia crimina, & sic
accusati condemnabuntur vel absoluentur, sed alij ex-
ponunt, vt suprà dixi. QVAESTIO. † Sed quæritur, quæ
sint leuia crimina? Respondeo, crimen abigeatus, furta 5
domestica, leues iniuriæ, quæ fiunt verbo. Item mulier
non inscribet in omnibus illis casibus, vbi ipsa admit-
titur ad accusandum, vt suprà notaui casus illos sub il-
la rubrica, qui prohibentur accusare ratione sexus.
hæc probantur C. qui accusa. non poss. l. de crimine. &
56. quęst. 3. c. de crimine. Quidam tamen voluerunt ne-
tare vel soluere, & primò scilicet quòd mulier non te-
neatur subscribere, vt proximè dixi: sunt etiã quidam
casus vbi quis non tenetur dare libellum, secundùm
quosdam, in criminibus, quod nõ credo, vt C. de apost.
l. apostatarum. Si Christianus accusatur, qui cõtraxerit
de facto matrimoniũ cum Iudæa, vt C. de Iudæis & cœ-
lico. l. ne quis. idem dicunt in falsa moneta, vbi dicitur
quòd accusator habeat immunitatem, ipsi glosant, sci-
licet, inscriptionis, vt C. de falsa mo. l. 1. sed de alia im-
munitate scilicet pœnæ loquitur ibi: sic ergo inscribet.
Itẽ si tutor accuset, vt C. qui accu. nõ pos. l. 2. Item quo-
tiẽs aliquis de necessitate iuris exequitur accusantem,
vt ff. de his qui vt indign. l. tutorem. sicut hæres, qui te-
netur vendicare necem defuncti. Sed de his omnibus si
leges inductæ considerantur, non inuenitur quòd non
debeant dare libellum. vnde admittũt quidam quòd in
his casibus detur libellus, sed non inscribant cum sub-
scriptionẽ, quod satis admitti potest. † Sunt ergo de iu- 6
re communi in accusationibus necessaria: in primis, no
men accusatoris. Secũdò, nomẽ accusati & iudicis corã
quo

quo libellum porrigimus. Tertiò, crimen commissum,
& eius magnitudo. Quartò, cum qua personæ sit com-
missum. Quinto, in quo loco sit commissum crimen, &
etia locos loci: putà, in tali angulo domus, item in oli-
ueto oliuarum, item in vineto vinearum. Sextò, quo
anno, quo mense, diem autem & horam commissi cri-
minis nullus inuitus comprehendet, annum autem &
mēsem & diem dati libelli ponet. Septimò, nomen do-
mini Imperatoris, si ea in imperio: si ea in patrimonio
ecclesiæ, ponas nomen Pontificis, si es in aliquo regno,
ponas nomen regis, nomen autem consulis non habea
necesse ponere, quia hodie non sunt. Octauò, debet ac-
cusator subscribere, hoc modo videlicet.

Qualiter debeat se quis inscribere. Rubrica.

EGo Titius profiteor hunc libellum dedisse, prō-
fitens etiam pœnam calumniæ me subiturum, si in
probatione desecero: quę omnia nisi interue-
niant, reprobatur libellus, quia non est legitimè or-
dinatus, & nomen rei aboletur, & ex integro datur fa-
cultas accusatori repetendi reum, quod multi intelli-
gunt, petente reo, & infra .10. dies vtiles, vt in fine l. il-
lius, libellorum. hęc probantur C. de accusa. l. in causis.
quæ lex imponit pœnam officialibus ic. librarum au-
ri, si omiserint. & l. accusationis. & C. qui accu. nō poss.
l. qui crimen. & ff. de accu. l. libellorum. & 2. q. 8. §. libel
lorum. & q. 1. §. notandum. & ff. de accus. l. si crimen. &
Inst. de obli. quæ ex delict. nasc. Daniel etiam instruit,
vt ponatur locus loci, nam vnus senex dixerat adulte-
rium commissum in pomerio, & ipse quæsiuit ab vno
de loco loci: dic mihi sub qua arbore vidisti eos, vt ex-
trà, de procura. c. iuæ fraternitatis. & est in illa decre.
quoddam notabile, quia si coram iudice seculari accu-
sat maritus vxorem, & se inscribat: per se & non per
procuratorem accusabit: quia ad crimen publici iudi-
cij prosequendum frustrà procurator interuenit, vt ff.
de publi. iudi. l. penul. §. ad crimen. & extrà, de accusa. c.
veniens. & est ratio, quia ibi agitur ad vindictam. si au-
tem accusaret eam coram iudice ecclesiastico: tunc per
procuratorem poterit agere. & est ratio, quia tunc agi-
tur ad separationem thori.

Hic inseruntur quidam libelli super quibusdam criminibus, vt per eorum exempla sciamus formare libellos in alijs criminibus.

1 *Crimina publica & extraordinaria quare sic dicta.*
2 *Pœna in extraordinarijs criminibus iudicantis arbitrio committuntur, in ordinarijs secus.*
3 *Pœna & augeri & minui causa cognita potest.*
4 *Pœna in extraordinarijs criminibus quomodo dicatur augeri & minui, cùm certa non sit.*
5 *Pœna quæ soleant imponi de iure canonico.*
6 *Excommunicatione nulla maior pœna in ecclesia Dei.*
7 *Excommunicato aqua & igni hodiè interdicitur.*

INseramus ergo quosdam libellos de aliquibus ma-
leficijs, quæ frequenter occurrunt gratia exempli:
vt sic per ipsorum exempla sciat peritus aduocatus
in alijs criminibus similes formare libellos. Et primò
super l. Iul. maiesta. super hæresi, super symonia, super
adulterio, tam coram iudice seculari quam coram iu-
dice ecclesiastico, super homicidio, super falso, & sic
super istis concipias libellos, cùm sint publica & ordi-
naria. Inseramus etiam de publicis criminibus & ex-
1 traordinarijs. † quæ ideò extraordinaria dicūtur, quia
certam pœnam nō imponunt, ideò dicuntur publica,
quia cuilibet de populo competunt, vt Instit. de publi.
iud. l. 1. † in extraordinarijs committuntur pœnæ arbi-
2 trio iudicantis, vt secundùm qualitatem delicti, & con
ditionis personæ pœnam imponat, vt ff. de effractorib.
& expila. l. 1. in ordinarija verò certa pœna statuitur,
quam nō licet iudici minuere, quia facti qualitas est in
arbitrio iudicantis: pœnæ verò persecutio legis pote-
stati demandatur, vt ff. ad Turpill. l. 1. §. 1. & ff. ad mu- 3
nicipa. l. ordine. §. † nisi fortè causa cognita: quia tunc
& augere & minuere pœnam ordinariam potest: au-
get enim pœnam, quandò multis grassantibus opus est
exemplo, vt pœna vnius metus sit multorum. Dimi-
nuit, quandò fortè persona quę delinquit, honesta per-
sona fuit, & non deliquit nisi semel, quia certè tunc
minuere potest pœnam: imò & indulgere seu remitte-
re, vt C. ex quib. cau. infam. irro. l. si Possidonium. & l.
& si seuerior. & ff. de his qui no. infam. l. quid ergo. §.
pœna grauior. & ff. de pœn. l. in seruorum. §. vltim. &
l. respiciendum. & ff. de cust. & exi. re. l. diuus. & argu-
men. ff depositi. l. bona fides. & C. ad l. Iul. repet. l. 1. in
illis etiam quæ extraordinariam pœnam imponunt,
potest augere & minuere pœnam, vt ff. de pœn. l. ho-
diè. † Sed quomodo in illis dicitur pœna augeri vel mi 4
nui, cùm non sit certa? Respondeo: habito respectu ad
pœnam quæ pro talibus criminibus consueuerat im-
poni, tunc dicitur pœna maior vel minor imposita. Et
de illis publicis, quæ extraordinariam pœnam impo-
nunt, ponamus aliquos libellos. verbi gratia, de lege
Iul. repe. Item in lege Flauia de plagiarijs. Item insera-
mus etiam quosdam libellos de priuatis delictis, in
quibus si agatur criminaliter, pœna extraordinaria im
ponitur, vt ff. de priua. delictis. l. Iulià. Inseramus etiam
quotiens quis de furto accusatur. Item de iniuria. Vlti-
mò dicemus quæ crimina sint publica, & extraordina-
ria. Item quæ crimina priuata, quæ pœna imponatur
de iure ciuili: † quia de iure Canonico inuenies pœ- 5
nas non capitales, quòd caput non auferatur, sed inue-
nies similes, scilicet, amotionem & degradationem ab
officio & beneficio, & excommunicationem, † quia 6
pœna nulla maior est in ecclesia Dei, vt 24. q. 3. c. corri-
piantur. quæ succedit hodiè in locum interdictionis a-
quæ & ignis, in cuius locum successit, secundùm iura,
deportatio, vt ff. de pœn. l. 2. & ff. ad l. Iul. pecul. l. pecu
latus. §. pœna. excommunicato † enim hodiè interdici- 7
tur aqua & igni: quia nullus debet communicare sibi,
nec in oratione, nec in salutatione, quòd dicat sibi aue:
exceptis quibusdam personis personis, vt 11. q. 3. c. ex-
communicatos. & c. vlti. concipitur autem in accusati-
one læsæ maiestatis sic libellus.

Super crimine læsæ maiestatis libellus.

EGo Lucius accuso Titium coram vobis domine Ioannes Encij illustri senatore Romano, quòd ipsecum talibus scelestam inijt factionem de nece domini Imperatoris Friderici in vrbe Romana, in domo ipsius Titij in prima camera domus ipsius Titij, hoc anno, mense Nouembris: regnante illo domino Friderico Romanorum Imperatore semper Augusto: Hierusalem & Siciliæ Rege. vnde peto ipsum l. Iul. maiest. puniri: profiteor ego Lucius & subscribo me hunc libellum dedisse anno domini M.CC.34. mense Ian. 10. die intrante: & me accusationem hanc legitimè probaturum promitto: & si calumniose hanc accusationem instituo, ad pœnā calumniæ seu taliōis me obligo. Quòd sic rectè concipiatur libellus dicunt iura ff. de accus. l. libellorum. & 2. quæst. 8. §. libellorum. & ff. ad l. Iulia. maiest. l. quisquis. & l. meminisse.

Super crimine hæreseos Libellus.

EGo Lucius accuso Titium coram vobis venerande pater ac domine Rainalde Dei gratia Hostiēsi ac Vellerecēsi Epis. quòd ipse hæreticus est, & malè de fide sentit, dicens sacrificiū corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi nullum esse: damnat matrimoniū non credit resurrectionē, tota die cum hæreticis talibus cōuersatur in vrbe Romana, in domo ipsius Titij, in prima camera ipsius domus, hoc anno, mense Nouembri, regnante domino Gregorio Papa IX. Vnde pēto ipsum excommunicari, & ab ordine presbyterij seu diaconatus degradari, & degradatum reddi potestati seculari legitimè puniēdum. profiteor ego Lucius & sub-

& subscribo hunc libellū dedisse anno domini M.CC. xxxvii. mense Ian. 10. die intrante: & me hanc accusationem legitimè probaturum promitto: & si calumniosè hanc accusationem instituo: ad pœnam calumniæ seu talionis me obligo. Quòd sic rectè concipiatur libellus dicunt iura extra, de hæretic. c. sicut. & c. ad abolendam. & c. excommunicamus & anathematizamus. Si autem velles accusare tu laicus laicum aliquem, serua omnia vsque ad verbum illud: vnde peto &c. abinde dicas, vnde peto ipsum secundùm iura puniri, vel vnde peto ipsum capitali pœna puniri: & ab illo verbo, profiteor, &c. serua vsque ad finem: & vbi est in libello coram vobis domine Hostiensis dicas, coram iudice seculari. LIBELLVS. Coràm vobis domine senator &c. Quòd sic conci. libellus dicit C. de hæretic. & Mani. l. Arriani. eodem etiam modo concipies etiam libellum contra credentes Patarenorum. si sunt clerici coram iudice ecclesiastico, vt primò dixi: si sunt laici, sicut proximè dixi: eodem enim modo credentes iudicantur Patareni, sicut hæretici, vt extra, de hæretic. c. excommunicamus in fine.

Super crimine simoniæ libellus.

1 *Libellus super crimine symoniæ variè concipi potest.*

EGO Lucius accuso Titium coram vobis venerande pater domine Romane Dei gratia Episcopo Portuensi, quòd ipse per symoniam ad presbyteratum est promotus: quia 10. marchas vel palefredum dedit tali Episcopo, vt ipsum in presbyterum ordinaret, quæ munera dedit ipsi Episcopo in tali ciuitate, in domo tali, in prima camera domus ipsius, præsidente summo Pontifice domino Papa Gregorio IX. vnde peto ipsum à suscepto ordine degradari. profiteor ego Lucius me talem libellum dedisse, & subscribo anno domini M. CC. xxxvii. mense Ian. 10. die intrante. & me hanc accusationem legitimè probaturum promitto: & si calumniosè hanc accusationem instituo, ad pœnam calumniæ seu talionis me obligo. Quòd sic rectè concipiatur libel. dicunt iura. extra, de symon. c. ex tuæ. & c. de regularibus. & c. per tuas literas. & c. si quis ordinauerit. Eodem modo concipe libel. si aliqua monacha vel monachus pretio dato monasterium intret, sicut in regno Siciliæ fit frequenter, & serua omnia ita vsq; ad verbum, vnde peto talem monacham vel monachum de isto monasterio expelli, & in locum arctioris regulæ ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudi. Et eodem modo concipies libellum contra Abbates & Abbatissas retinentes pecuniam ipsam, nec excusantur prætextu paupertatis seu consuetudinis, vt extra, de symonia c. quoniam. & c. mandata. & c. non satis. & c. cùm in ecclesia. & c. veniens. Eodem modo concipio libellum si aliquis per symoniā habuerit beneficium: & serua omnia, mutans tantùm: vnde peto ipsum beneficio ipso priuari. Eodem modo dicas contra illos, qui per symoniam emunt officia ecclesiastica vice dominatus, vel alias administrationes rerum ecclesiasticarum, vt extr. de symonia. c. ex insinuatione. & c. consuluit.
1 † Multis etiam modis posset quis libellum concipere in crimine symoniæ secundùm quod multis & varijs modis istud crimen committitur, vt ex decretalibus positis sub rubrica de symonia: diligēs lector poterit inuenire, & aliquantulum de symonia tetigi supra de decimis. in colum. penul.

Libellus super crimine adulterij.

1 *Frater qui adulterum accusauit, quomodo se ad calumniæ pœnam obligabit.*

2 *Maritus qui intra diem sexagesimum vxorem de adulterio accusauit, neq; se subscribere, neq; ad talionis pœnam obligare tenetur.*

EGO Lucius accuso Titium coram vobis domine senator, quòd ipse commisit adulterium cum Berta vxore Sempronij in vrbe Romana, in domo ipsius Sempronij, in prima camera domus ipsius, regnante domino Frederico Dei gratia Romanorum Imperatore semper Augusto, Hierusalem & Siciliæ Rege hoc anno, mense Nouembri: vnde peto ipsum lege Iul. de adulte. puniri, vel peto ipsum capitali pœna l. Iul. de adulte. puniri: profiteor ego Lucius et subscribo me talem libellum dedisse, anno Domini MCC. 32. mense Ianuarij 10. die intrante, & me accusationem legitimè probaturum promitto, & si calumniosè hanc accusationem instituo, ad pœnā calumniæ seu talionis me obligo. Quòd sic rectè concip. libel. dicit C. ad l. Iul. de adult. l. quamuis. & dicunt iura prædicta. Si autem contra sacerdotem vis accusationem instituere tu, qui potes: quia prosequeris iniuriam tuam vel tuorum, & idē de marito dicere, sed ille non tenetur secundùm quosdam inscribere, vt suprà dixi. concipias libellum sicut suprà proximè, retentis omnibus exceptis quod mutabis, vbi ponitur coram vobis domine senator: dicas, coràm vobis domine Episcope: excepto, vt dicas, vnde peto dictum sacerdotem a sacerdotali ordine deponi, vt extra, de adulter. c. significasti. QVAESTIO. Sed quomodo in hoc libello obligabit se ille ad pœnam calumniæ? Respondeo: fortè quia frater est ille qui accusat etiam laicus † qui in isto casu admittitur, vt suprà notaui sub hoc tractatu de accusat. 1
Item quia æqualis pœna laico non posset imponi, dicerem sic: & si calumniosè hanc accusationem instituo, ad pœnam pro vestro arbitrio mihi imponendam me obligo, & eam sustinere promitto. Vel forte in casibus istis non obligabit se accusator ad pœnā calumniæ vbi laicus prosequitur iniuriam suam, sicut iam statim dicam in marito. Si autem maritus iure Canonico accusat vxorem de adulterio, si coram iudice seculari: tunc quia agit ad vindictam, & ad pœnam legitimam imponendam, debet maritus inscribere, & se ad pœnam talionis astringere: & personaliter, & non per procuratorem accusare. Sed ne contradicant ista iuri ciuili, intelligas, quandò accusat maritus non iure mariti, sed iure extranei post 60. dies
vtiles: talioquin si iure mariti accusaret: scilicet, infrà 2
60. dies vtiles, nec subscribet, nec se ad pœnam talionis obligabit &c. vt dixi suprà. & probatur C. de adulte. l. iure mariti. vnde sic concipies libellum. LIBELLVS. Ego Lucius accuso Bertam vxorem meam coram vobis domine senator quòd ipsa commisit adulterium cum Titio in vrbe Rom. in domo ipsius Titij, in prima camera domus ipsius, regnante domino Frederico Imperatore &c. hoc anno, mense Februario. vnde peto ipsam secundùm iura puniri, scilicet quòd verberata & tonsa monasterio tradatur ibi perpetuo moratura. vnde sequentia quę ponuntur in libello maritus non ponet, si iure mariti accusat, quia nō inscribit: si autem iure extranei, tunc ponit dicens: profiteor ego Lucius hunc libellum me dedisse & subscribo, anno domini MCC. 37. mense Ianuarij, & promitto me pœnam calumniæ seu talionis subiturum, si hanc accusationem calumniose instituo. Quòd sic rectè concipiatur libel. dicit decre. extrà, de procura. c. tuæ fraternitatis. in authen. vt liceat matri & auiæ, collat. 8. §. quia quædam. & est posita C. de adulter. authent. sed hodiè. quia per illam authen. hodiè, mulieri adulteræ pœna capitalis nō imponitur. Si autem maritus accusat vxorem de adulterio coràm iudice ecclesiastico concipiat libellum sic: quia tunc non agitur ad vindictam, sed ad separationem thori. LIBELLVS. Ego Lucius accuso Bertam vxorem meam, quæ commisit adulterium cum Titio &c. vsque ad illud: vnde peto ab illius cohabitatione discedere: & per vos quoad cohabitationem thori separari. & alia sequentia: & de subscriptione pones. Quod sic rectè concipiatur libel. dicit decret. extr. de procur. c. tuæ fraternitatis.

Libellus de crimine homicidij.

EGO Lucius accuso Titium coràm vobis domine senator, quòd ipse occidit Gaium in ciuitate Romana in platea Lateranen. hoc anno, mense Nouembri,

uembri, regnante Friderico Dei gratia Romanorũ Imperatore Augustn, Hierusalẽ & Siciliæ Rege, vnde peto ipsum lege Cornelia de sicarijs puniri. vel dicas, vnde peto ipsum lege Cornel. de sicar. pœna capitali puniri: profiteor ego Lucius, & subscribo me hunc libellum dedisse anno Dnmini M. C C. xxxvij. mẽse Iannarij, 10. die intrante: & me hanc accusationem legitimè probaturum promitto: & si calumniosè hanc accusationem instituo, me ad pœnã calumniæ seu talionis obligo. Quòd sic rectè concip. libel. dicunt iura prædicta, & Instit. de public. iudic. & C. ad leg. Cornel. de sicar. l. l. 1. & l. si quis. & ff. ad leg. Corn. de sicar. l. qui cedere. & est iusta pœna, vt qui occidit, occidatur.

Libellus super crimine falsæ monetæ.

1 *Nummos qui falsa effusione formauit, ignis flammis viuus comburendus est.*

2 *Bullam Papæ, aut Imperatoris rescriptum falsificantes, viui flammis ignis committendi sunt.*

3 *Accusatio falsæ monetæ, vel falsi rescripti, an publica sit.*

EGo Lucius accuso Titium coram vobis Domine Senator, quòd ipse exercuit falsam seu adulterinam monetam in vrbe Romana, in domo Sempronij, in prima camera ipsius domus, hoc anno, mẽse Nouembri, regnante Frederico Imperatore Romanorum &c. vnde peto ipsum pœna capitali puniri: profiteor ego Lucius, & subscribo me hunc libellum dedisse hoc anno Domini M. C C. xxxvij. mense Ianuar. 10. die intrante: & me hac accusationem legitimè probaturum promitto: & si calumniosè hàc accusationem instituo, ad pœnam calumniæ seu talionis me obligo. Quòd sic rectè concip. libell. dicunt iura prædicta. & C. de falsa moneta. l. 1. Item concipias libellum si moneta non sit falsata. vel adulterina fabricata, quæ moneta non sit de auro: si autem sit de auro, sicut sunt aurei seu solidi: quia idem sunt, quorum 72. accepto ferũtur in libram auri, vt C. lib. 10. de susceptor. & arcar. l. quotiens. sicut fortè Amphisini & Portugalenses in Hispania: sicut fortè Mecodalor. Messamitinæ in Aphrica: sicut Tenigen. & Augustales in Regno Siciliæ: & sicut Perperi
1 Constantinopoli: tunc imponitur pœna, † quòd flammis viuus exuratur, vt C. de fals. moner. l. si quis nummos. & sic omnibus retentis hoc mutabis: vnde peto ipsum viuum flammis exuri. & eodem modo concip.
2 libell. sicut in primo, † si bulla Domini Papæ vel Imperatoris falsabitur, vt C. de falsa monet. l. vltim. & in
3 his casibus † accusatio publica est: quia cuilibet de populo competit & præmium datur accusatori secũdùm quantitatem patrimonij accusati: in alijs casibus querela falsi. quidam tamen dicunt, quòd non sit publica, præterquàm si agatur de testamento falso: & prætereà dicunt, quòd non ponatur in ff. de public. iudic. inter publica iudicia, in dicta lege Cornelia, de testamentis falsis. Alij dicunt, in alijs casibus esse publicam accusationem, quod non credo. vnde siue sit publica, siue non, in alijs etiam casibus multis, vbi falsum committitur, concipiunt eodem modo libellum, retentis omnibus præterquàm quia dices: vnde peto ipsum perpetua deportatione puniri. Quòd sic pœna imponatur in alijs casibus, præterquàm in prædictis, quando criminaliter agitur, dicitur ff. ad leg. Cornel. de fals. l. 1. §. pœna falsi. Si autem ex falsn vis ciuiliter agere, in duplum ages: & concipe libellum sicut in ciuilibus, hæc probantur ff. ad leg. Cornel. de fal. l. hodie.

Libellus super publicis & extraordinarijs iudicijs, scilicet, super lege Iulia repetundarum.

1 *Legis Iuliæ repetundarum, & legis Fauiæ de plagiarijs, iudicia publica sunt, & extraordinariam pœnam imponunt.*

2 *Quadruplum quod venit in publicis & extraordinarijs iudicijs fisco applicatur.*

NVNC formemus libellos super publicis & extraordinarijs iudicijs, scilicet, super lege Iulia repetundarum. & l. Flauia de plagiarijs. quando venditus fuit seruus alienus. † quòd enim sint ista 1
iudicia publica, & extraordinariam pœnam imponãt, dicunt iura, vt ff. de publ. iudi. l. 1. & ff. ad leg. Iul. repe. l. lex Iulia. §. hodie. & ff. ad leg. Fauiam, de plagia. l. vlt. de his ergò duobus publicis & extraordinarijs concipiemus libellos. super alijs studiosi Aduocati per simile, & eodem modo, quotiens etiam eis necesse fuerit, mutatis nominibus, & nomine maleficij libellos poterunt concipere competentes: Ego Lucius accuso Titiũ coram vobis Domine Senator, quòd ipse Potestas vel Iudex Ciuitatis Bononiæ pecuniam accepit à Sein aduersario meo ob iudicandum vel non iudicandum: ob interponendum decretum, vel non interponendum: & ipse iudicauit vel interposuit decretum: vel non iudicauit & non interposuit decretum: vel quod recepit pecuniam ob dicendum testimonium, vel non dicendum. Item recepit pecuniam ob accusandum vel non accusandum: & ipse dixit testimonium vel accusauit: vel non dixit testimonium, vel non accusauit: vnũ pone de istis secundùm quod contigit, in Ciuitate Bononiæ, in domo ipsius Titij, in prima camera domus suæ, hoc anno, mense Nouembri, regnante Domino Fr. Imperatore &c. vnde peto ipsum per vos Domine Senator ex vestro arbitrio puniendum, vel extraordinariè puniendum: profiteor ego Lucius &c. Quòd sic rectè concip. libel. probant iura prædicta. & ff. ad leg. Iul. repe. l. lex Iulia. §. hodie. Ita concipias, si vis agere criminaliter: si verò ciuiliter, concipias libellum sicut in ciuilibus, & dicas sic. LIBELLVS. Ago Lucius contra Titium, quòd cùm ipse esset Iudex seu Potestas Ciuitatis Sutrinæ, sui tempore officij recepit à tali pecuniã: putà 10. ob iudicandum &c. vnde peto ipsum in quadruplum condemnari. Quòd sic rectè concipiatur libell. dicitur C. ad leg. Iul. repet. in fi. Quidam tamen dicunt omnia posita in primo libello seruanda vsque ad verbũ, vnde peto. & posteà dicas: vnde peto ipsum in quadruplum condemnari. & hæc argumentantur ex illa decret. extr. de procurat. c. tuæ fraternitatis. vbi licèt agatur ciuiliter ad separationem thori: tamen omnem solennitatem seruat in scribendo ille qui agit, licèt nõ
scribat. † QVAESTIO. Sed cui applicatur illud quadru- 2
plum? Respondeo, fisco: vt argum. C. de mod. mulcta. l. mulctarum. & quod ab indigno aufertur, fisco applicatur, vt ff. de don. inter vir. & vxor. l. vlt. & C. de incest. & inutil. nupt. l. quod contra. vel fortè dimidium fiscus, dimidium accusator recipiet, vt arg. C. de assessor. l. 1.

Libellus super lege Fauia de plagiarijs. Rubrica.

1 *Lex Fauia de plagiarijs vnde dicta.*

2 *Crimen legis Flauiæ de plagiarijs licèt publicum sit, non tamen est extraordinarium, vt capitis pœna puniatur.*

EGo Lucius accuso Titium coram vobis veneran de Senator, quòd vendidit Titium seruum Sempronij Gaio pro 10. ignorante Sempronio in Ciuitate Romana, in Capitolio, regnante Domino Fr. Imperatore &c. vsque ad verbum illud, vnde peto: & dicas, vnde peto ipsum leg. Fauia, de plagiar. arbitrio vestro puniri: profiteor ego Lucius &c. Quòd sic concip. libel. dicunt iura prædicta ff. ad leg. Faui. de plag. l. vlt.
† Dicitur autem lex Fauia, de plagiar. quia à Fauio fuit 1
inuẽta: vel ideò de plagiarijs, quia plagam infligit domino serui. † Si autem vendit quis filium alterius, tũc 2
licèt crimen sit publicum, non tamen est extraordinarium illud, sed ordinarium: quia imponit pœnam capitis, vt C. ad leg. Faui. de plag. l. vlt. & tunc serues omnia vsque ad verbum illud, vnde peto & dicas sic: vnde peto ipsum leg. Fauia. de plagia. pœna capitali puniri.

Qualiter in priuatis delictis concipiatur libel. si criminaliter agatur. Rubrica.

 t Libellus

1 *Libellus super actione furti quomodo concipiatur, quando criminaliter agitur.*

NVNC de priuatis delictis videamus, & videamus qualiter libel. concip. quando ex eis criminaliter agitur: & sic videamus qualiter conci-
1 piantur super actione furti. Concipies ergò sic: Ego † Titius accuso Lucium coram vobis Domine Senator, quòd ipse subtraxit mihi per furtum nec manifestum codicem meũ, in vrbe Romano, in hospitio meo, quod habebam in Laterana, scilicet, tali, regnante Domino Fr. Imperatore &c. hoc anno, mense Decembri: vnde peto ipsum puniri vestro arbitrio extraordinario: profiteor ego Titius &c. Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicunt iura prædicta. ff. de priuat. delict. l. vlti. & ff. de furt. l. vlt. Si vis adijcere in libello per furtum, nec manifestum, dicas: sin minùs, non habes necesse. Qualiter autem concipiatur libel. cùm ago ciuiliter, notaui suprà de act. furti non manifesti, & manifesti, in tractatu prætoriarum ciuilium.

Qualiter concipiatur libellus in actione iniuriarum. Rubrica.

1 *Iniuria tribus modis infertur, verbo scilicet, facto & scripto.*

2 *Iniuria quomodo scripto inferatur.*

SVPER accusatione iniuriarum concipies sic libellum: Ego Lucius accuso Titium coram vobis, &c. quod ipse dixit mihi talem iniuriam in vrbe Rom. in Palatio Domini Papæ, in Consistorio, regnante &c. hoc anno, mẽse Decembri &c. vnde peto ipsum vestro arbitrio extraordinario puniri: profiteor ego Lucius &c. Quod sic rectè concip. libel. probatur ff. de priuat. delict. l. vlti. vbi instruitur iudex quam pœnam imponat. & C. de iniur. l. vlti. In qua accusatione non interuenit procurator, nisi quando conuenitur illustris, vt ibi: & tunc sunt duo necessaria: illud primum, & aliud quòd feratur sententia contra dominum, & non contra procuratorem: ideò dico in libello de certa iniuria: quia aliquis in crimine negare non debet, vt C. de iniur. l. prætor. Qualiter autem concip. libell. super hac accusatione, quando ciuiliter agitur, quære supra in actione iniur. in tractatu prætoriarum & ciuilium: ideò dico in libello de iniuria data. alias dicta ver-
5 bo. † nam tribus modis fit iniuria: dicto, facto, & scriptis: de primis duobus dixi suprà in tractatu de actione iniuriarum: & hic dixi qualiter criminaliter concipiatur libellus in hac actione priuata. Cæterùm in scri-
6 pto † committitur iniuria: puta, scribit quis famosum: tunc est crimen publicum, & pœna capitalis imponitur. & concipies libellum sicut dicitur suprà concipiendum in publicis, vt C. de famos. lib. l. vnica.

Qualiter in ipsa accusatione procedatur ante accusationem, & post. Rubrica.

1 *Citandus nullus vel exhibendus, nisi quem iudex præceperit: fallit, vt hic.*

FINITIS libellis, & per ista habita notitia, qualiter in alijs accusationibus sint formãdi: videamus nunc, qualiter in ipsa accusatione procedatur, & antè datum libellum, & postea. eccè videbis, quòd omnia ferè seruẽtur in accusatione criminali, sicut in accusatione ciuili: nam vidimus quòd sicut in ciuilibus datur libellus, sic in criminalibus, licèt alia sit forma: nunc videbis idem ferè seruatum in citationibus, & in alijs. Coram ergò Domine Præside inprimis debet cõparere accusator, & dicat Præsidi: Domine, ego volo accusare talem: Domine, citetis ipsum. certe secundũ iura: licèt fortè de consuetudine in plurimis locis aliter seruetur: sic debet facere Præses: tu vis, dicet accusatori, quòd ego citem talẽ, quẽ vis accusare: modo obligas te. quòd tu accusabis, & facies omnia. quæ in accusatione desiderantur, & sic citabo illum: si vult se obligare accusator, citabitur Reus, aliter non. nullus † enim est citandus, vel exhibendus, nisi quem iudex præceperit, hoc habes C. de exhiben. reis. l. nullus. & l. neminem. & C. qui accus. non poss. l. qui crimẽ publicum. fallit hoc tamen in quibusdam, qui possunt sine mandato iudicis exhiberi, & inuiti. ecce in falso monetario, vt C. de falsa mone. l. 1. circa prin. & in desertore militiæ, & in latrone publico, & in raptore virginis: nam cùm istos liceat occidere, multò fortiùs licet ducere inuitos, vt C. quando liceat vnicuique sine iudi. se vind. l. 1. & 3. & C. de rapt. virgin. l. vnica. & C. de Episcop. audien. l. raptores. & fortè idem in fure, vt liceat ipsum repræsentare inuitum: licèt non liceat occidere, nisi in casibus, vt ff. de furtis. l. interdum. §. qui furem. & ff. ad leg. Aquil. l. itaque. §. vltim. & l. sed & quicunque. & ff. ad legem Cornel. de sica. l. furem. idem fortè in debitore ex maleficio fugiente: quia possum eum ducere inuitum, licèt non possum occidere, vt ff. de his quæ in fraudem credit. l. ait prætor. §. si debitorem. nec videatur hoc tibi mirum in accusatione criminali, quòd sic obliget se accusator: nam & simile habes in criminibus secũdùm iura, licet non videatur de consuetudine causarum seruari: nam in ciuilibus non prius citabitur Reus, nisi Actor caueat se contestaturum litem infra duos menses: & quòd omne damnum ei restauret, quod propter hoc continget, si non fuerit litem contestatus, vt C. de lit. contest. Authent. libellum. vnde licèt ita sit de iure, contrarium vide de facto: sic tamen ex parte accusatoris ita sunt hodie fauorabiles præsides accusatoribus, vt possint aliqua extorquere: quia statim ex quo aliquis dicit: Domine, ego volo accusare talem, mittatũs pro eo incontinenti, citatur: de iure tamen debent illud seruare: & quare: ratio est, quia etiam in ciuilibus non sine magno incommodo à nostris negotijs auocamur, vt ff. quemad. test. ap. aper. l. si quis ex signatoribus. & in accusationibus multò fortiùs: & est ibi maius periculum, ergò magis tenaciter procedendum, vt ff. ad Carbon. l. 1. quæ autem pericula sequantur, videbis. Si tu dicis, est hoc de iure, quare non seruatur: Respond. ex ignorantia deficit, quod à sciente fieret, vt alias dixit V. me assidente, si præsides sic processerunt secundum iura.

De citatione. Rubrica.

1 *Citatur quis in ciuilibus edictis tribus, aut vno peremptorio pro omnibus. Idem in criminalibus.*

2 *Citatus quos dies habere debeat.*

3 *Accusator antequàm det libellum, de prosequenda accusatione fideiussorem dare tenetur.*

4 *Accusatus dato libello fideiussorem de iudicio sisti, si crimẽ tale sit, quod fideiussori sit committendum: secus si graue sit crimen, carceribus detinebitur.*

5 *Induciæ quæ Reo dantur, vt deliberet.*

SEQVITVR de citatione. certè citabitur sicut in ciuilibus: † nam in ciuilibus quis citatur edictis, vel 1
vno peremptorio pro omnibus. Quòd in ciuilibus quis citetur sic, dicunt iura. ff. de iudic. l. ad peremptorium: cum legib. sequentib. C. quomodo & quando iudex. l. consentaneum. & l. tres. & Authent. qui semel. ff. de re iudi. l. contumacia. Quòd ita quis citandus in criminalibus, sicut in ciuilibus, dicunt iura. ff. de pœn. l. absentem. & ff. de publ. iudi. l. inter accusatorem. & C. qui accus. non poss. l. qui crimen publicum & quod dicit l. illa, inter accusatorem. nec per singulos dies est citandus: intellige sic, scilicet, quòd reus est citandus, sed nõ per singulos dies, id est, hodie. cras post & cras: sed ter citabitur per edicta tria, vt infrà notatur: sed considara † quos dies debeat habere citatus: certè si Præses iubet eum citari, debent dari sibi inprimis antequàm veniat coram eo, triginta dies: ad quid? vt componat suos mœstos penates, qui dicebantur dij ædium: vnde ratione similitudinis ibi ponuntur, q. d. ille qui est accusandus, habebit istos dies triginta, vt componat, & benè collocet res suas, & consulat consanguineos suos, vel illos de domo sua: & dicat: mœsti estis de

accu-

accuſatione, quæ mihi eſt inferenda à tali: non timea-
tis: quia Deus liberabit me. ſic compono, ſic ordino de
rebus meis: quia forte non potero redire: quia non in-
ueniam fideiuſſores: vel talis erit fortè accuſatus. quòd
fideiuſſori nō committatur, ſicut infra dicemus. de his
triginta diebus, & pro tali cauſa loquitur C. de exhib.
reis. l. nullus. Poſt quàm autem venerit coram Præſide
accuſator dabit libellum ſecūdùm illam formā, quam
ſuprà diximus in illa Rubric. qualiter in accuſationib.
3 libelli concipiantur. Sed antequàm accuſator det li-
bellum, debet dare fideiuſſorem, de illa accuſatione
proſequenda: ſicut ſuprà propè diximus, & probatur
C. qui accuſ. non poſſ. l. qui crimen publicum. Præſtito
4 fideiuſſore ab accuſatore, & dato libello, † accuſatus
dabit fideiuſſorem iudicio ſiſti, ſi tale ſit crimen, quod
fideiuſſori ſit committendum: alioquin ſi maximum ſit
crimen: putà, capitale, nō committitur fideiuſſori, ſed
in carcerem detrudetur. hoc etiam idem dico in accu-
ſatore, quòd ſi maximum ſit crimen, ſtabit in carcere: &
tutius eſt, quod ſeparetur ab accuſato propter pœnam
calumniæ, vt ff. de cuſtod. & exhib. re. l. Diuus Pius. &
l. de cuſtodia. & C. de cuſtod reorum. l. 1. Dato libello
& fideiuſſ. tam ab accuſante, quàm ab accuſato, vel po-
5 ſitis in cuſtodia, ſicut dictum eſt, habebit † Reus trigin-
ta dierum inducias: ſicut habet quis vocatus in cauſa
ciuili, vt in Authent offeratur. C. de lit. conteſta. infra
quot deliberet, an procedat in accuſatione, vel confi-
teatur, & ſic cedat: nam ſi eſt ita citandus in criminali-
bus, ſicut in ciuilibus, vt dixi: ergò tot dierum habebit
inducias: quidam tamen intelligentes minùs, dicunt
quod illi triginta dies, qui dantur ad componēdos mœ-
ſtos penates, quod illi dies dentur ad deliberandū Reo
ſuper libello: ſed neſciunt quid dicant: nam ſi l. nul-
lus. C. de exhib. reis. diligenter aduertis, ita loquitur,
ſicut ſuperiùs dixi, & antè datum libellum: nec etiam
admitto, quòd tertij dicere voluerunt, ſcilicet, quod
poſt illos triginta dies dabitur libellus: nec habebit
accuſatus inducias ad deliberandum: nam nō eſt præ-
ſumptio vel dubium quod vult cedere accuſatus in ma-
ximo crimine: quia ſtatim decapitaretur: ſtultus enim
eſſet, ſi veniret ante Præſidem, & incontinenti reſpon-
deret, quod ſatis eſſet durum. dico ergò quòd habet
inducias triginta dierum: & multa proueniūt tem-
pore, quæ non poſſunt præuideri conſilio: nam interim
poſſet accuſator mori: interim poſſet indici abolitio
generalis, & alia plura, quæ non ſunt ſpecificanda: ſed
hæc omnia locum habent, ſi inueniantur accuſator &
accuſatus: quia tunc poſt lit. conteſt. procedetur in ac-
cuſatione: ſi autem non inueniantur, qualiter proce-
dendum erit, quæritur & ſic videamus de accuſatio
nibus, qualiter accuſatoris vel accuſati contumacia pu
niatur antè accuſationem conſtitutam, & pòſt.

Qualiter puniatur contumacia accuſatoris.
Rubrica.

1 *Accuſator contumax præter accuſati ſumptus, quos re-
pendere tenetur, extraordinaria correctione ſubiacet.*

2 *Intellectus l. 1. C. ad Turpilianum.*

3 *Pœna quæ dicatur maior.*

ET videamus primò de cōtumacia accuſatoris an-
te accuſationem conſtitutam. & certe nunc ſive-
2 niat accuſatus, & accuſator non compareat, † ac-
cuſator per edicta citandus eſt, vel per tria, vel per v-
num peremptorium, vt veniat ad accuſationem agen-
dam: & ſi non venerit, punitur extraordinariè, & in
omnes ſumptus, quos fecerit accuſatus, condemnabi-
tur, vt C. qui accuſ. non poſ. l. qui crimē. Item poſt illud
peremptorium non auditur, vt C. eo. tit. l. ſi ea. & l. qui
crimen intendit. OPPOSITIO. Sed opponitur, imò
videtur, quòd aliter puniatur contumacia accuſatoris,
ſcilicet, in quarta parte bonorum C. vt infra certū tem
pus crimin. quæſt. termin. l. 1. alibi dicūt iura quòd ac-
cuſatoris contumacia puniatur in publicis criminibus
pœna Turpilia. quæ eſt quinque librarum auri, vt ff. de
præuaricat. l. 3. quod Turpil. locum habet, quādo quis
deſiſtit in publicis criminibus, vt C. ad Turpilia. l. 1. in
priuatis enim delictis nō habet locum Turpil. vel eius
pœna, ſed extraordinaria, vt ff. ad Senatuſconſul. Tur-
pil. l. ſi quis repetere. § ſi ſtellionatus accuſatoris enim
contumacia non grauiùs punitur, quàm Turpil. vt ff. de
pœn. l. abſentem. §. in accuſatorem. Item alibi videtur,
quòd contumacia accuſatoris non puniatur, vt C. de a-
dulter. l. quamuis. Reſpondeo, remotis omnibus alijs
quæ ibi notantur, dicas, quòd iura iſta in caſibus diuer-
ſis loquantur: verum eſt enim, quòd loquantur de pu-
nienda contumacia accuſatoris, quocunque tempore
committatur. Si enim accuſator ſit contumax ante lit.
conteſt. locum habet l. illa, qui crimen. C. qui accuſ. nō
poſſ. ſi terminus ſit præfixus à iudice, adijcitur plus,
(quaſi loco cuiuſdam pœnæ) quòd poſtea nō audiatur,
vt dicit l. illa. C. qui accuſ. non poſſ. videtur enim deſti
tiſſe, ex quo Reum infra tempus à iudice præfinitū non
peregit, vt ff. ad Turpil. l. ab accuſatione. §. deſtitiſſe. Si
autem ſit contumax lite conteſtata, punitur tunc pœ-
na Turpil. & † ſic intellige l. 1. C. ad Turpil. alioquin 2
per ſolam dationem libelli, ſi antè lit. conteſt. eſſet cō-
tumax, non puniretur. poteſt enim quis ab accuſatio-
ne in caſu illo recedere ſine pœna, vt ff. ad Turpi. l. quæ-
ſitum. & ff. de in ius vocand. l. libertus. & C. ad leg. Iul.
de adulte. l. ſine metu. ſed omnes leges prædictæ nō vi-
dētur benè adaptari ad præſentem materiam in l. quæ-
ſitum. & l. libertus. & l. ſine metu. in primis enim dua-
bus legibus non fuerat libellus datus parti, ſed Princi-
pi: ideò meritò releuatur: quia non accuſauit, ſed ac-
cuſare voluit: ſicut in ciuili: quia non petijt, ſed pete-
re voluit, vt ff. rem rat. habe. l. amplius non peti. in l. il-
la, ſine metu. contingit propter fauorem matrimonij.
& quia maritus reperit, quòd fuit deceptus: vt dicunt
ſequentia. vnde R. voluit ita ſoluere, quòd puniatur
extraordinariè, vt in l. illa, quæ crimen publicum. &
nihilominùs pœna Turpil. locum habet. Sed hoc du-
rum videtur, vt pro eodem delicto duplex pœna impo
natur: nam ſanctio legum non æſtimauit idem delictū
varijs exactionibus coercendum, vt ff. de pœn. l. ſan-
ctio. ne de delicto eiuſdem hominis ſæpiùs debet quæ-
ri, vt ff. naut caup. ſtabul. l. licet. nec Deus iudicat ali-
quem bis in idipſum. Vnde Dominus meus primam
comprobat reſponſionem, vt notatur in Summa C. ad
Turpil. in princip. Domino autem Io videbatur, quòd
locum habeat Turpil & antè lit. conteſtat. ſi poſt libel-
lum oblatum quis deſiſtat, vt ff. ad Turpil. l. inferatur.
§. qui poſt inſcriptionem. nam ibi non incidit propter
iuſtum impedimentum: alias incideret, vt C. de calum
nia. l. fallaciter. Quomodo ergò reſpondebis ad illa
contraria? Reſponderi poſſet ſic, & non inſubtiliter. l.
illa, qui crimen. loquitur, quando accuſator fuit cōtu-
max poſt datum libellū. & datum fideiuſſorem ex par-
te ſua: Reus nec fideiuſſorem dederat, nec in aliquo
fuerat contra eum proceſſum, niſi ad condemnationē.
l. 1. ad Turpil. l. in ſenatu. & de calumniat. l. fallaciter.
loquitur quando Reus eſt contumax, & ante lit. conte-
ſta. ſed quando poſtquam Reus receperat libellum, de-
derat fideiuſſorem, vel fortè detentus erat in carcere:
vnde ſi habet locum Turpil. non eſt mirum. & hoc ex
legibus illis colligitur: nec admitto illos, qui dicunt,
quod vtraque pœna imponatur: ſed altera debeat eſſe
contentus accuſatus: hoc reprobatur. quia ſi vtraque
ſimul in eodem caſu competeret, vtraque imponere-
tur. vt C. de ſepulch. viol. l. qui ſepulchra. & argu. ff. de
actio. & oblig. l. quotiens. Si verò pòſt litem conteſt. ſit
contumax Actor, ita quòd vltimo die biennij. quod tē-
pus per legem inducitur, fuerit abſens, punitur in quar
ta parte bonorum, vt C. vt infra cert tempus quæſt. cri-
min. termin. l. 1. vel loquitur lex illa antè lit. conteſtat.
pòſt libellum datum non inſtante Reo, quòd accuſator
citaretur: nec Reus dederat fideiuſſorem, nec in aliquo
fuerat grauatus: niſi quia citatus accuſator diſtulit,
quòd totum biennium tranſijt, tunc illa pœna quartæ
partis bonorum locum habet. † QVAESTIO Si tu quæ- 3
ras, quæ pœna ſit maior? Reſpondeo: ſecundum qua-
litatem perſonæ accuſatoris, & eiuſdem conditionem:
quia aut eſt pauper, aut diues, aut nobilis, aut ignobi-

lis: & secundùm hoc erit vna pœna maior vel minor altera: nam in paupere maior pœna est Turpil. quàm amissio quartæ partis bonorum: in diuite econuersò: item si est aliquis ignobilis & vilis, nil curat de extraordinaria pœna Turpil. si est aliquis honestus & diues: maior esset illi extraordinaria illa corporalis: quia modicus ictus, maior est alicui honesto qualibet pœna pecuniaria, vt ff. de pœn. l. in seruorum. §. vlti. Si verò sit contumax die sententiæ, tunc in illo punitur: quia si tunc de accusatione liquet, feretur sententia diffinitiua, & satis punitur eius contumacia: quia non appellauit. & sic intellige l. C. de adult. l. quamuis. & ff. de re iudic. l. contumacia. in illo ergò impedit contumacia cognitionem Præsidis: & ideò non punitur. vel in l. illa, quamuis, statuitur vnum pro illo contumace: vt eius non puniatur contumacia: aliud pro alio, quòd eo absente procedatur, & hoc propter publicum officium, ne ab excubijs reuocetur, vt dicit l. prædicta in fi.

Qualiter puniatur contumacia Rei in accusatione ante litem contest. & post litem contest.

Rubrica.

1 *Causa inaudita nullus damnandus.*

2 *Accusatus absens, quomodo citandus & requirendus sit.*

3 *Præses coram quo absens accusatur ad quid magistratui, in finibus cuius accusatus degit, rescribat.*

NVNC qualiter Rei contumacia puniatur in accusationibus ante lit. contest. & post, videamus. Ecce venit accusator ad Præsidem, dicēs sic: Domine, talem volo accusare, dato fideiussore de prosequenda accusatione, vt suprà dixi. citabitur Reus, si est absens, requiritur vbi sit. & hoc statuerunt Diui Seuerus & Antoninus. & audiuimus ne aliquis absens dam-
1 netur seu puniatur: neque enim inaudita causa quemquam damnari æquitatis patitur ratio: nam nec inauditum filium pater solet occidere, vt ff. de requir. reis. l. 1. §. 1. & ff. ad leg. Corn. de Sic. l. inauditum. QVAESTIO.
2 † Sed qualiter requiritur accusatus: edictis, subaudi, tribus: sicut in ciuilibus suprà dixi. QVAESTIO. Sed nunquid sufficit, si citetur ad domum, vt in multis alijs casibus vt C. de annali except. l. vt perfectius. ff. de damn. infect. l. dies. §. prætor. ff. de excus. tut. l. scire. & ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. 2. in fin. extr. qui filij sint legit. c. causam. Sed idem posset adduci pro & contra. ff quæ sententiæ sine appell. resc. l. 1. §. sed neque. & quibus lex videtur quod sic. nam hoc sufficit in ciuilibus, ergò & in criminalibus. cùm ita quis citetur in vno, sicut in alio. maximè cùm in vi inquietatiua, (ex qua oritur interdictum quod vi aut clam) satis sit citare ad domum, vt in l. prædicta, aut qui aliter. Sed non credo sufficere, imò requirendus est & citandus in loco vbi est: vt sic sciat se esse citatum: nisi per eum steterit quò minus ad eum citatio perueniret: ianua inquit fortè clausa, vt ff. quod vi aut clam l. vim facit. & ff. de euict. l. si dictum. & ideò non sine causa statuitur, quòd licèt
3 sic citetur, nihilominus literas mittat Præses, coram quo accusatur ad magistratum loci illius, vbi consistit accusatus: vt per illum magistratum possit ignoscere illi, qui requirendus est: quare hoc? propterea, quia bona eius sunt annotata: vt sic hic sciat se accusatum, citatum, & bona sua annotata, vt ff. de requiren. reis. l. 1. & erunt literæ Præsidis, quæ mittuntur ad magistratum, talis formæ.

De forma literarum, quas mittit Præses ad magistratum.

1 *Magistratus vnus in his quæ sui sunt officij, alteri magistratui parere tenentur.*

2 *Citatio alicui mittitur, vt alius citetur.*

3 *Annotatio bonorum quomodo fiat.*

4 *Annotatio quare fiat.*

5 *Contumacia accusati post bonorum annotationem qualiter puniatur.*

6 *Bona annotata Rei absentis non, nisi à procuratore fisci petantur, confiscantur.*

7 *Pœnam eludentes paupertatis occasione, in corpus torquendi sunt.*

8 *Reus post litem contestatam contumax aut pœna pecuniaria mulctabitur, aut ad tempus relegabitur.*

9 *Fideiussor qui Reum sistere in iudicio non potuit, quomodo contra illum procedatur.*

10 *Fideiussor qui accusatum sistere in iudicio non potuit, si eum defendere, & iudicium in se suscipere velit, non auditur.*

NOBILI & prudenti viro Titio defensori ciuitatis Castellanæ, Lucius Præses Prouinciæ talis, salutem & prosperos successus. Cùm Sempronius accusaret Seium, qui in vestro magistratu moratur, & ego ipsum Seium edictis citauerim, vt veniat accusationibus responsurus, & bona ipsius annotauerim: vos rogo, quatenùs ipsi innotescatis vel significetis, quòd est annotatus: & ipsum requiro, vt tali die cō pareat coram me Mæuij responsurus obiectis. Et ex hoc
colligūtur duo notabilia: primum, † quòd vnus magi- 1
stratus alij magistratui tenetur obedire in his quę per
tinent ad eius officium. Item secundo, quod † citatio 2
mittatur alicui vt alius citetur: ne si mittatur ad illum qui est citandus, posset occultare citationem. Item antequàm mittat literas illas, facit Pręses statim facta accusatione & impleta solennitate ex parte accusatoris, annotari bona illius accusati: & hoc colligo ex prædicta l. 1. ff. de requiren. re. vbi dicitur, vt innotescat ei, qui est requirendus, quòd sit annotatus: & propter hoc non sufficit citatio facta ad domū. Itē si annus nō currit, quantum ad recipiendum bona, ex die factæ annotationis: sed ex illo die, ex quo illi accusatio innotuit per magistratum: ergò annotatio præcessit, vt ibi, &
C. cod. tit. l. 1. † QVAESTIO. Sed illud quæritur, qua- 3
liter fiat illa annotatio? Respondeo: hoc modo, veniet præses seu iudex vel officialis, & erit ibi tabellio, & venient ad domum accusati, & inquirent, quot prædia vrbana, quot rustica, quid in vineis, quid in mancipijs, quid in colonis, quid in mobilibus, & quid in prædijs habent: quot sint castra, & quot redditus: & sic omnia per ordinem describet: sicut quando describūtur bona alicuius, quando proscribitur: qualiter autem illa sint describenda notatur in ipso textu. C de bon. proscript. l. si quis inter prouinciam. sicut denotantur bona, quæ dantur in censu, vt ff de censib. l. forma. sicut & denotantur bona, quando hæres vel tutor faciunt inuentarium, vt C. de iure deliber. l. sancimus §. licentia. & C. arbitr. tute. l. vltim. & fiet inde publi-
cum instrumentum. † & fit annotatio, vt nulla fraus 4
possit in rebus illis committi: siue bona illa debeant confiscari, siue illi absenti restitui: quia de his duobus fiet alterum, sicut infrà dicem⁹. sed licet omnia ita sic interueniant, sic in nullo greuatur accusatus: quia si veniat, & est paratus accusatoribus respondere & satisdar, vt supra dixi, omnia bona sua quæ fuerunt annotata denotabuntur. & ei restituentur insolidum quandocunque venerit infra annum continuum: qui annus incipit numerari, ex quo vel edictis vel per hunc magistratus illi denunciatum est, vt ff. de requiren. re. l. 1. Item si infra annū moritur accusatus, vel Præses prouinciæ satis offerat, quòd accusationi responderit, bona recuperat, & ad hæredes transmittit, vt C. de requi-
ren. re. l. 1. §. vltim. † Si autem non venerit, tunc inci- 5
pit puniri contumacia eius: quomodo? si annus est transactus, bona illa sic annotata confiscantur. Item fit infamis non ipso iure, sed opinio eius læditur apud bonos & graues: & sic intelligit Dominus meus: quia non fuit damnatus de aliquo crimine, & sic non potuit fieri infamis, nec ipso facto, nec per sententiam, vt ff. de his qui not. infam. l. 1. & l. athletas. hoc probatur ff. de requiren. re. l. 1. & l. vlti. Et nota, quòd eodem modo contingat in ciuili: quia veniens infra annum recuperat possessionem, non quādo fuit actum actione re-

vi C

vt C. de præscript. xxx an. l. si quis emptionis §. vlt. sed
licet sic confiscentur bona, & fiat infamis: de facto ta-
men ad se defendendum omni tempore admittitur. vt
6 ff. de requiren. re. l. annus. † Item ita cōfiscantur si a pro
curatore fisci accipiantur: alioquin licet sint anootata:
si tamen fiscus illa non petat vsq; ad annos xxx. posteà
non poterit petere. vt ff. de acqui. rer. domi. l. anni spa-
cium. & ff. de diuers. & tempo. præscripi. l. in omnibus.
hodie forte bona seruarentur filijs & descendentibus,
& ascendentibus vsque ad quartum gradum: & dotes
seruarentur vxoribus, vt in Authen. vt nulli iudi. §. vlt.
col. 8. † QVAESTIO. Quid si accusatus sit contumax antè
lit. contesta. & non habeat bona quæ possint annotari,
quid fiet? fortè indicetur mulcta sibi per illud edictū,
si quis ius dicc. non obt. sed quid ad illum illa mulcta,
cùm pauper sit? certè multum: quia si capiatur in cor-
pus torquebitur. † Quotiens enim aliqui propter pau-
7 pertatem pœnam eludunt, in corpus torquendi sunt. vt
ff. de pœn. l. 3. §. fi. & hoc satis tolerabile est: nec admit-
to quod ponatur in banno: quia hoc esset valde durū,
& puniretur fortè à quolibet, & offenderetur sic ea-
bannitus. consulo ergo accusato citato, quòd veniat ad
bona sua recuperanda, quæ sic annotata sunt. postquàm
venerit, dabit fideiussorem de stando iuri, & recupe-
rabit bona. Quid si non poterit habere fideiussores, vel
talis sit accusatus, quòd accusatus fideiussori non com-
mittatur, & sic timeat venire: vel forte conscientia eum
remordeat de commisso maleficio: tunc non est consi-
lium: imò consulo, quòd non veniat, sed primò patia-
8 tur annotationem bonorum. † QVAESTIO. Si autē Reus
sit contumax post lit. contest. nunquid requirentur, &
annotabuntur bona, sicut dixi ante lit. contest. Respon.
non credo, sed alio modo procedetur: puta, contra il-
lum: quia pecuniariam pœnam potest Præses ei impo-
nere: vel si perseuerat iterum in contumacia, quia sæ-
piùs admonitus per contumaciam abest: ad tempus sōc
imponet pœnam, scilicet relegabit illum: quæ pœna
licèt fiat ad tempus, tamen auferet æstimationem: & sic
vsque, ponitur inclusiuè, vt ff. de pœn. l. absentem. §. ad-
uersus. & l. capitalium. §. ff. an per alium causa app. l.
1. Et in prædicta l. absentem. dicitur qualiter aliquis sit
contumax prope sententiam: & citatus fuit ad senten-
tiam audiendam, vt ff quæ senten. sine app. re. l. 1. & ex-
trà, de testib. c. cùm olim. QVAESTIO. Sed si dederit fi-
deiussorem de stando iuri, vt dixi, quare non procedi-
tur contra fideiussorem: & si procedetur, qualiter? Re-
spond. potest procedi contra illum fideiussorē sic. quia
9 † aut promisit certam pœnam, vt illum exhiberet, aut
non: si promisit, tunc ad pœnam promissam agitur, vt
ff. si quis caut. l. 1. & ff. de exhib. reis. l. si quis Reum. si au
tem non promisit pœnam, sed sic purè seu simpliciter
ipsum exhibere, & non exhibeat: tunc pœna pecunia-
ria potest eum Præses punire, quasi quòd iudici iuben-
ti non paruit, vt ff. si quis ius dic. non obst. l. 1. & hæc pœ
na seu mulcta fisco dabitur, vt C. de modo mulctarum.
l. mulctarum. & quantam condemnatio eis pœnam in-
fligat, ipse statuit pro qualitate accusationis & condi-
tione personæ. & hæc vera sunt, quando ille fideiussor
sine dolo non exhibet, & quando certa quantitas non
fuit comprehēsa in mandato Præsidis, vt dixi: quia di-
xit Præses, tu repræsentabis illum sub tāta pœna: quia
tunc illa imponitur, vt dixi. Si autem dolo faciat, quia
non exhibeat: tunc poterit etiam extra ordinem puni-
ri, vel ad tēpus relegabitur, vel fustigabitur, vel acriùs
fortè contra eum procedetur, vt ff. de exhib. re. l. si quis
10 Reum. & C de fideiuss. l. si Barsatorā. QVAESTIO. Sed
quæritur: ecce fideiussor non potest accusatum in iudi-
cio exhibere. vult ipsum defendere, & pro ipso subire
defensionem, vel vult habere inducias ad illum reprę-
sentandum, secundùm quòd hæc omnia conceduntur
fideiussori, quando in causa ciuili ❧ deiubet pro aliquo
iudicio sisti, vt C. de fideiussor. l. sancimus. Respon. pri-
mum non admitten. s. quòd possit defendere, & iudiciū
in se suscipere. secundum. s. de inducijs dandis, admit-
terem vel de sex mensibus, vt dicit l. illa. sancimus vel
secundùm arbitrium iudicis, secundùm instantiam lo-
corum, vbi dicitur esse accusatus, vt ff. de fer. l. 1. vel se-
cundùm l. 1. C. de dilat. l. 1. De primo est ratio quare nō
admittatur ad defendendum: quia ad crimen publicum
iudicij vel priuati prosequendum frustrà procurator
interuenit, præterquàm pro illustri persona, vt ff. de
public. iudic. l. pen. §. ad crimen. & C. de iniur. l. vltim.
Item iam puniretur, qui non commisit maleficiū, quod
iura nolunt: cùm peccata suos teneant authores, vt C.
de pœn. l. sancimus. Item si procurator si defensor con
demnaretur ad amissionem capitis vel manus: vt in il-
lo qui falsam chartam scribit, vt in Authē. de mandat.
Princ. col. 3. vel relegationis, vel deportationis pœnā
sustineret, nunquàm repeteret ista: nec posset per acti-
onem mandati, quia in ciuilibus secùs est.

Qualiter sit procedendum, quando neuter contumax inuenitur.

Rubrica.

1 *Exceptiones dilatoriæ antequàm lis contestetur proponendæ sunt.*

2 *In causis criminalibus iuratur de calumnia.*

3 *Probationes quandoque ex præsumptionibus desumuntur.*

4 *Testes in criminibus publicis in præsentia esse debent.*

5 *Procurator ad publici iudicij crimen prosequendum non admittitur.*

VIdimus ergò qualiter vtriusq; tam accusatoris,
quam accusati contumacia puniatur: modo vi-
deamus qualiter sit in accusationibus procedē-
dum, quando neuter contumax inuenitur: & certè si ta
le sit crimen, quòd tam accusator, quam accusatus cō-
mittatur fideiussoribus planum est: quia veniēt ipsi in
iudicio coram Præside: & ille dabit libellū accusato-
rium, & accusatus recipiet, † proponēs exceptiones di- 1
latorias, si quas habet ante lit. cōtest. quia sicut possunt
opponi in ciuilib', vt C. de probat. l. excep. & C. de ex-
cep. l. pen. sic & in maleficijs, vt ff. ad leg. Iul. de adult. l.
si maritus. § præscriptionis. si autem non habet dilato-
rias, contestabitur lit. iurabit de calumnia: nam † in cri 2
minibus iuratur de calumnia: vt dicemus infrà de iure-
iur. propter calum. contra confiteotem dabitur senten
tia, vt ff. de exhib. re. l. si cōfessus. si negabit, probabitur
cōtra eū per apertissimas probationes, & non per præ-
sumptiones, vt C. de proba. l. sciant. nisi in casibus: † pu- 3
tà, si inueniatur nudus cum nuda: solus cum sola in le-
cto iacentes, in locis secretis & latebris, præsumitur
quòd sint fornicarij, vt extr. de pręsump. c. literas Item
si aliquis accusatus aufugiat, potest condemnari, vt ff.
de bon. lib. l. si in libertū. & C. vt omn. tam ciuil. quàm
milit. iudic. l. vnica. Item si aliquis denunciet alicui, ne
cum vxore sua loquatur, & post denunciationem eum
cum ea inueniat loquentem in quocunque loco, pote-
rit eum capere, & iudici tradere puniendum: quia vi-
olentissima est præsumptio, quòd pro malo loquatur,
vt in Auth. vt lic. mat. & auiæ. §. his quoq; vel quorum,
col. 8. & est posita in C. de adult. Auth. si quis ei. Item si
accuso te de adulterio commisso cum Bertha, & tu repu
listi me, quia erat tua consanguinea: & posteà cum ea
contrahas, puniri poteris, quasi de maleficio cōfessus,
vt C. de adult. l. si quis adulterium. aliàs autem per prę̄-
sumptiones aliquis in criminalibus nō condemnatur:
quia satiùs est impunitum relinqui facinus nocentis,
quàm innocentem damnare, vt ff. de pœn. l. absentem. † 4
Inducentur ergò testes in præsentia, non autem cōmit-
tetur testium audientia: quia testibus, & non testimo-
nijs creditur, vt ff. de testib. l. testiū. & ff. de his qui not.
infam. l. Lucius. & in Auth. de testib. §. quoniam, col. 7.
& est posita in C. de fid. instr. Auth. apud eloquentissi-
mum. Item principaliter interueni, & non per procu-
ratores: quia † ad crimen publici iudicij prosequendū 5
frustrà procurator interuenit, vt suprà dixi, argu. ff. de
publ. iudic. l. pen. §. ad crimen. præterquàm si vniuersi-
tas accusetur, tunc enim interuenit syndicus, vt C. de
re milit. l. tam collatores, lib. 12. & de hoc dic vt notaui
infrà de except. quotiens crimina in modo except. op-

 ponun-

ponuntur. QVAESTIO. Sed nunquid media iudicij in criminalibus cauſis poſſunt pro procuratorem expediri: puta, dare teſtes, allegare. multi prudētes admittunt quòd ſic, alij admittunt quòd non: quia illa ſunt de proſecutione iudicij. ſ. inducere. & alia ad quorum perſecutionem procurator non poteſt interuenire, vt dixi. ſi nihil probatur contra accuſatum, abſoluetur. & accuſator de calumnia condemnabitur: ideò enim iſta exiguntur: quia non ſtatim ex quo aliquis accuſatur, Reus eſt, ſed qui conuincitur criminoſus eſt. ſicut hæc leguntur C. de accuſ. l. 1. & vlt. in fi. Si verò probabitur crimē, nec aliqua peremptoria pro parte accuſati probanti proponatur, (quod poteſt, vt C. ad leg. Iuli. de adulr. l. quoniam Alexandrum.) tunc cōdemnabitur accuſatus; ſed appellare poterit, vel ipſe vel alius pro ipſo inuito, vt ff. de appell. l. non tantùm. & per procuratorē poterit appellare, nec appellationis cauſam proſequi, niſi crimen pœnam relegationis cōtineret, vt ff. an per alium cauſa appellari l. 1. Si autem ſit probatum crimen per teſtes, & accuſatus ſit confeſſus, in quibuſdam criminibus condēnatus non appellabit, vt C. quorum appel. non re. l. obſeruare. hæc omnia ſic procedūt quando accuſator & accuſatus fideiuſſori committuntur, ſicut ſuperiùs dixi. Cæterum, ſi in carcere detineātur, tunc ſerua omnia ſuprà dicta, præterquàm quādo debet coram Præſide cōparere, liberi compareant: nec in vinculis cauſam dicant, vt ſint vinculati, ſed extra carcerem ducti coram Præſide comparebunt: in ſeruo contra, vt ff. de exhib. reis. l. ſi quis ſeruus. & ff. de quæſt. l. 1. §. ſic ergò. ſic ſecundùm iura in accuſationibus proceditur: ſic contumacia accuſatoris & accuſati legitime punitur. hæc vtilia ſub compendio de accuſat. tractare præuidi, & qualiter in accuſationibus procedatur.

Qualiter ſecundum conſtitutionem regni in accuſato procedatur: & qualiter puniatur accuſatoris & accuſati contumacia in regno Siciliæ, & ſic iſta rubrica localis eſt.

Rubrica.

1 *Induciæ nullæ dantur etiam in ciuilibus quando præſentibus partibus libellus datur.*

2 *Accuſatus quibus caſibus fideiuſſori committendus non ſit.*

QVALITER autem in Regno Siciliæ in accuſationibus per conſtitutiones Imperiales procedatur, pro illis de Regno aliquid tangam, cùm ſim de Regno: & eis ſicut alijs, imò magis ſim obligatus. vnde iſta q̄ tracto modo nō ſunt generalia iura, licet ſint iura Principis, ſed ſunt iura ſingularia, quæ ſunt in Regno Siciliæ tantùm. Ecce ſi aliquis accuſatur de crimine publico vel priuato & criminaliter, citandus eſt, ſicut ſuperiùs diximus. ſi accuſator ſit præſens & accuſatus, dabitur libellus accuſato, ſecundum qualitatem
1 criminis confectus, ſicut ſuperius diximus. & † accuſatus libello recepto non habebit inducias etiam in ciuilibus, ſed incontinenti in ipſo loco iudicij cum amicis & Aduocatis ſuis deliberet, & reſpondeat, niſi aliqua dilatoria exceptio illi competat: in criminalibus autem principales perſonæ litem conteſtabuntur per negationem, vel per confeſſionem, fideiuſſoribus tamē præſtitis ab accuſato: alioquin in carcere detinebitur.
2 † præterquàm in crimine læſæ maieſtatis: vel niſi ſit crimen notorium, vel confeſſum, vel per inquiſitionē ſit notorium, vel ipſe malefactor in ipſo crimine ſit deprehenſus, in quibus caſibus fideiuſſori non committitur accuſatus, ſed in carcere detinetur: & tunc citiſſimè debet expediri accuſatio criminalis, ne fortè accuſator malitioſè faciens accuſationem differat, vt in carcere maneat accuſatus. hæc leguntur in conſtitutionibus Imperialibus, in illo c. de dilat. & except. in iudic præcedent. l. dilationes. & in Rubr. de his qui fideiuſſ. dare non poſſ. ne incarcer. l. humanitatū. & ſic non inuenio per cōſtitutiones Imperiales, quòd accuſator debeat dare fideiuſſores. Item quòd in carcere detineantur, ſicut dixi, eſt ideò, vt malefici terreantur, in cauſa poſteà præcedente, quòd de calumnia iur[illegible] conſtitutionibus habetur: quòd principaliter per [illegible] accuſationem procedent, & non per procuratores, [illegible] hnc in duobus caſibus: putà, ſi mulier accuſetur vel [illegible] cuſet de crimine aliquo, in quo proſequatur iniuri[illegible] ſuam vel ſuorum: quia poſſunt per alium procuratorē vel maritum in accuſatione procedere. Item & in alio caſu, quando vniuerſitas accuſatur: tunc ſyndicus ordinatur, ſed in his caſibus non condemnatur procurator vel ſyndicus, ſed perſonæ principales: vt in conſtitutionibus Imperialibus legitur, vt in illa Rubric. de pœna contumaciæ. in criminalibus autem cauſis generalia.

Qualiter ſit puniendus accuſator, vel accuſatus ſi fuerit contumax.

Rubrica.

1 *Accuſator qui ante litem conteſtatam contumax eſt, in ſexta mobilium parte, & in expenſis accuſati mulctandus eſt. & quid ſi poſt litem conteſtatam nu. 2. & quid ſi accuſator expreſſim accuſationi renunciet nu. 3.*

PRAEDICTA locum habent, quando eſt contumax accuſator & accuſatus: quid autem ſi alter ſit contumax. Et primo de accuſatore ponamus: tunc
† ſi antè lit. conteſta. ſit accuſator contumax. quòd ac- 1
cuſatus veniat: accuſator autem non compareat: tunc mulctabitur in ſexta parte mobiliū, & in expenſis, quas fecerit accuſatus ſuo ſacramento cum iudicis taxatione manifeſtandis. ſexta portio fiſco præſtatur: expen-
ſæ accuſato. † Si verò poſt lit. conteſt. accuſator ſit con- 2
tumax, tertia parte immobiliū mulctabitur fiſco perſoluendæ. & hæc pœna imponitur, ſi fortè poſt lit. conteſt. in primo termino dato ſit contumax. ſi autem in alio dato termino ſit contumax, præſumitur præſumptione iuris deſtitiſſe: & ideò condemnatur in 100. Auguſtalibus: quæ pœna ſucceſſit in locum pœnæ quinq;
librarum auri, quæ per Turpil. imponebatur. † eadem 3
pœna imponitur, ſi accuſator expreſſim accuſatiōi renunciet. Hæc leguntur in conſtitutionibus, in illa Rubric. de deſiſtentibus ab accuſatione. l. accuſatorum temeritatem.

De accuſato contumace qualiter puniatur.

Rubrica.

1 *Accuſatus citatus contumax ante litem conteſtatam in tertia bonorum mobilium parte puniendus eſt: & bonorum reliquum annotatur.*

2 *Bannum quando apponatur.*

3 *Forbannitus neque appellare neque ſupplicare poteſt.*

SI autem accuſatus ſit contumax, † & ante lit. con- 1
teſt, poſt citationem emiſſam, vt ſuprà diximus, punitur in tertia parte mobilium: & ſic minus punitur accuſator cōtumax, quàm accuſatus: & reliqua bona iuxta antiqua formam annotantur, vt diximus ſup. & ſic anno tranſacto, incipiente currere p[illegible]ſtquàm per literas annotationis fuerit publicè nunciatum, bona illa fiſco quæruntur: ſiue habeas liberos annotatos, vel parentes vſque ad certum gradum: vt de pœn. contumac. l. fortè iudicatorum: inſuper etiam in banno ponitur & diuulgatur, & publicè forbannitur: & dicet præco ſic: audiatis bannum: Ex parte Domini Imperatoris, talis cùm fuerit annotatus à tali de tali crimine & ipſe citatus peremptoriè coram magiſtro I. offic. ſiue iuſtitiario noluerit comparere: proquomodo in banno ponitur: vt ſiuicunque amodò eum offenderit in perſona, vel in rebus, ab omni pœna ſit immunis: & hæc probantur in conſtitut. de pœn. contumac. l. gran-
dis. & l. pœnam. Sed illud attende, † quòd illud ban- 2
uum nō ponitur ſimile cum annotatione bonorum, ſed anno annotationis peracto ponetur bannum, & dabitur alius annus numerandus à die banni: ideò bannum debet ſcribi, & dies banni, & nomen banniti, & cognomen, & cauſa banni. Eodem modo ſcribentur omnia coram iuſtitiario ſeu magiſtro iuſtitiario, ſi aliquis rebannitus infra quem annum ſi bannitus venire noluerit, nūciet alicui officiali curiæ Domini Imperatoris,

quod

quòd ipse paratus est in iudicio accusatori respondere: & illud per illum officialem vel eius literas imperiali curiæ nunciabitur sub expensis banniti: & sic literis à domino Imperatore per iusticiarium vel per magistrum iusticiarium obtentis, & ad illum officialem, qui præ licta renunciauerat transmissas receptis idoneis fideiussoribus de iustitia facienda, vel in defectu fideiussorum retento accusato in custodia redeat ad iusticiam faciendam, satisfacto priùs in damnis & expensis accusatoris ratione prædictæ contumaciæ ipsi accusatori illatis, sacramento accusatoris taxatione iudicis declarandis hæc leguntur in constitut. de pœn. cõtumac. l. grandis. & l. pœnam. & l. clementiæ. Sed licèt aliquis banniatur in constitutionibus, vt dixi, tamen post bannum infra duos menses venire poterit, & nullus eum propter illud bannum offendet. Si autem eum aliquis offenderit, punietur: & prædicti duo menses numerabuntur à die banni: post illos duos menses, seruabitur prædicta solennitas: & colligitur per prædictam l. clementiæ. Si autem annus transierit, nec legitimam poterit suæ absentiæ prætendere: tunc perinde habe-
5 bitur ac si esset per sententiam condemnatus: ita, quòd sibi aditus vel iudicij limina præcludantur: & nec appellare nec supplicare poterit sui bannitus: ita quòd quò ad omnia ferè pro mortuo habeatur: hostis publicus reputetur, sic vt ab omnibus offendatur: & qui eũ offenderit sit immunis: adeò etiam quòd ille qui eum occiderit vel ceperit, si fuerit forbannitus, pœnam bãni sibi remittamus in suæ præmium probitatis: & insuper de bonis illius forbanniti certam quantitatem pro præmio sumet, & si ille forbannitus fuerit Comes habebit 100. augustales si Baro 50. si miles. 25. si Burgensis. 12. si rusticus. 7 & hæc ita sunt vera quando post annum eum occiderit vel ceperit, alioquin si infra annum in quo casu bannum est impositum: & si aliquis forbannitus post annum illum occidit vel capiat: non erit immunis: nec habebit præmia supra dicta: quia hic forbãnitus est plus odiosus, quam ille: vt in constitution. de pœn. contumac. l. pœnam. eadem pœna imponitur receptatoribus & occultatoribus ipsorum: si requisiti illos reddere noluerunt. Si vero sit vniuersitas illud dominus Imperator sibi reseruat, vt in fine prædictæ constitutionis.

De pœna statuta contra accusatorem & accusatum, quando non comparent statutõ termino coram iudice.

3 *Accusator & accusatus, colludentes, vt iudicium eludatur, coram iudice non comparuerunt, qua mulcta eos maneat. & quid si post accusationem, & antequàm lis contestetur accusator & accusatus concordent nu. 2 quid lite contestata nu. 3.*

4 *Accusator si alite desistat, calumnia pœnam non, nisi per calumniam accusationem instituisse constiterit, punitur.*

1 VERVM quia aliquando contingit, quòd † accusator & accusatus non comparent coram iudice: ideò statuitur hæc pœna contra vtrumque. s. quilibet punitur in 100. augustalibus: vt in constitutio. de desistentib. ab accusat. l. sæpè contingit. & hoc quando inter se colludunt, vt accusationis iudicium eludatur. † Si verò post accusationem: si antè lite conte. neuter compareat, & volunt concordare inter se, possunt: dummodò non recipiat aliquid accusator: si enim aliquid recipiat, illud in duplum fisco persoluit: nisi fuerit accusatio pro damno dato: tunc in nullo punitur. Item punitur vterque in 10. augustalibus: & hæc sunt
5 vera ante lite. conte & quando sine curiæ licentia: † si verò post litẽ contest. inter se transigant seu componant, accusator soluet 24. augustales. & sic tractabitur suo ordine: quæ omnia locum habent in his quæ sanguinis pœnam irrogant: in alijs autem præterquam in falso, transactio non admittitur, vt de constitutionib. de pœn. desistent. & ab accusatio. l. sæpè contingit. & l. post citationem. & sic accusatus ante lit. contest. punitur post litem non, quòd in primo casu satis videtur durum. Illud autem nota, quòd licèt iuris ciuilis calumniæ pœna imponatur, vt superius dictum est, per constitutiones aliter obseruatur, cum ita demum puniatur, si constet illum per calumniam accusasse. Cæterùm si iustam habeat causam, vel fortè semiplenè probauerit: tunc nõ punitur calumniæ pœna, vt in constitut. de desistentib. ab accusat. l. pœnam.

De inquisitionibus. Rubric.

DICTVM est suprà de accusationibus, restat nunc vt per ordinem de inquisitionibus dicamus. Videamus, ergo qualiter fiat inquisitio. Itẽ qui possint inquirere, & qui non. Item quando & & cõtra quos fiat inquisitio. Item an aliquibus exceptionibus possint repelli, qui ad inquirendum procedunt. Itẽ quæ sint necessaria ad hoc vt ad inquisitionem procedatur. Item qualiter in inquisitione sit procedendum. Item quæ pœna imponatur, si crimen fuerit per inquisitionem probatum.

Qualiter fiat inquisitio. Rubr.

1 *Inquisitio de iure ciuili in quibus casibus fiat.*

SCIENDVM est in primis quod inquisitio fit in terminibus tam de iure ciuili, quàm de iure canonico. verumtamen de iure ciuili non habetur ita distinctum sicut de iure canonico, sicut infra videbis. vnde inseramus casus in quibus iure ciuili fit inquisi-
tio. † Ecce si aliquis de familia dicatur occisus, & constet illum esse occisum quocumque modo siue per vim, aut per cædem sit interfectus, vel iugulatus, aut strangulatus, vel præcipitatus, vel saxo, vel fuste, vel lapide percussus, vel alio quocumque modo necatus, præses prouinciæ procedet ad inquisitionem: quia inter quæstionem a familia, & illam torquebit, vt sciat occisores. Si autem veneno vel sine vi aliquis dicatur occisus: licet non fiat inquisitio per senatusconsultum Sillanianum: fit tamen inquisitio per legislatorem Vlpianum. ff. de senatusconsult. Sillanian. l. 1. § occisorum. & §. si quis in metu. de qua materia notaui supra de senatusconsul. Claudiano. Item fit inquisitio quando accusatio fuit proposita, & accusator pecunia corruptus à reo abolitionem aliàs absolutionem nõ petierit: si hoc iudex per inquisitionem inuenerit, competentem pœnam imponet, & sine accusatore, vt C. de abolit. l. abolitio. Item procedet ad inquisitione ex officio suo præses, vt quærat & inquirat latrones malos homines in prouincia: vt prouincia careat malis hominibus. Item sacrilegos, latrones, plagiarios, fures & receptatores ipsorum: sine quibus diutiùs malefactores non possunt latere: & in eos animaduertere prout vnusquisque deliquerit, vt ff. de offic. præsid. l. congruit. Item procedet in inquisitione in crimine lenocinij sine accusatore: & si inueniet crimen commissum, pœnam imponet, vt ff. ad l. Iul. de adulte. l. 2. § si publico. Item procedet ad inquisitionem, etiam sine accusatore in crimine suspecti, & pœnam imponet, vt ff. de suspect. tut. l. tutores. §. tamen. Item procedet ad inquisitionem & sine accusatore capitalem pœnam imponet, si quis in ecclesias catholicas irruat & personas ecclesiasticas: vel in ipso occulto loco aliquid importet iniuriæ, vt C. de Episcop. & cle. l. si quis in hoc genus. Item procedet iudex ad inquisitionem quando quis suspectis instrumentis vtitur: & sine accusatore pœnam imponet, vt C. de probatio l. iubemus. Item procedet ad inquisitionem quotiens hæres aliqua subtraxerit de hæreditate, vt C de iure delibe. l. sancimus. § si. enim. Item optimam legem attende quæ loquitur in inquisitione facienda. C. de naufra. l. quotiens. lib. 11. vbi dicitur, quòd si nauis sit obruta vel submersa trium nautarum quæstione habita solers inquisitor inueniet quis si naturali fortè defuerunt, in alios inquisitio transferatur. Itẽ fit inquisitio de maleficijs, quando etiam vnus

de malefactoribus confitetur se socios habuisse: licèt illi non credatur, quasi in proprio crimine confesso, vt C. de accusat. l. vltim. tamen inquiritur de socijs, vt ff. de quæstionib. l. 1 §. si quis vltro. argum. est quòd etiam in causa ciuili fiat inquisitio. C. de solutionib. l. inquisitio. in his exemplis & in alijs, quæ studiosus scholaris poterit inuenire, euidenter ostendam quod in iure ciuili fuit inuenta inquisitio. vt C. de solutio. l. inquisitio. frustra ergo insultant dicentes doctores in iure canonico quod de ipsorum iure inquisitio sit inuenta: verum fateor quod modus & forma, & qualiter, & quando procedatur in inquisitione sint inuenta in iure canonico, & euidentiùs quam in iure ciuili, sicut infrà dicemus.

Qui sint illi qui possint facere inquisitionem. Rubrica.

1 *Inquisitionem facere potest quicunque merum imperium habet.*

VIDEAMVS nunc qui sint illi qui possint inquirere. ecce in primis summi domini: scilicet, dominus Papa, & dominus Imperator. Item legati ipsorum. Item delegati à domino Papa, vel à domino Imperatore, dominus Papa & dominus Imperator per se non inquirunt, sed mandant inquiri. Item Episcopi in diœcesibus suis. Item Metropolitani, non tamen in clericis suorum suffraganeorum, nisi in casibus, vt extrà. de excessib. prælat. c. sicut vnire. Item præses prouinciæ. Item dominus ille qui habet cognitionem causæ criminalis, hoc est, ille qui habet merum imperium, & qui [illegible] legitur supra in principio libelli illius, in [illegible] ca. quæ causæ possint delegari, & qui possunt esse iudices ordinarij & qui delegati. hæc omnia probantur ff. de quæstion. l. 1. §. si quis vltro. nam ibi mandat dominus Imperator inquiri, & in prædictis omnibus legibus in quibus fit inquisitio. Inquisitionē enim facere est meri imperij: vnde bene dico,
1 † quicunque habet merum imperium potest facere inquisitionem. Item probantur hæc extrà. de probatio. c. cum dilectus. & c. sicut olim & de offic. ordinar. c. licet. in quo continetur qualiter Metropolitani possint ad inquisitionem procedere, quando prælatus descendit ad inquirendum: quia debet descendere cum canonicis suis. 86. distinct. c. si quis verò. nomine suorum canonicorum canonici maioris ecclesiæ intelliguntur, vt extra. de verbo. signific. c. cum clericis. & si Abbas est infamatus, eredo alios Abbates suæ diœceseos adiungendos. 34. q. 1. c. si quis Abbas. Laureu.

Quando debeant prælati procedere ad inquisitionem. Rubric.

1 *Inquirendum est statim atq; clamor ad eorum aures, qui inquirendi potestatem habent peruenerit. Et quando clamor peruenisse dicatur.*
2 *Clamor à quibus prouenire debet.*
3 *Maleuoli qui dicantur.*
4 *Prouidi & honesti qui dicantur.*

NVNC videamus quando debeant ad inquisitionem
1 nem procedere, & contra quos. & † certè tunc ad inquisitionem procedet prælatus vel præses sicut dictum est, vel mandabit dominus Papa vel Imperator inquisitionem fieri, quando clamor ad ipsum descendet contra aliquem, qui commisit facinus aliquod vel maleficium spirituale & non semel tantum sed sæpius: ecce venit clamor ad aures prælati primus: quòd talis subditus dilapidat bona ecclesiæ: vel focariam habet, vel symoniacus est, vel aliud maleficium commiserat. Ite venit & [illegible]ius clamor, & similis & adhuc, quòd talis sit ille, vel forte venit clamor eccè talis occisus est, nescitur a quo: vt dixi per l. 1. ad Sillan. tunc incontinenti procedet præses ad inquisitionem: sed quando contra al[illegible]uam certam personam, vt diat, non semel sed sępius clamor ascendit, tunc ad inquisitionem procedit, vt extrà. de accusat. c. qualiter & quando. [illegible] qualiter accipietur istud sępius, duabus vicibus ve[illegible] bus vel quot? fortè per duas vices: quia binus actus inducit consuetudinem, vt C. de episcop. audien. l. ne [illegible] vel quotiens opus erit, vt superior moneatur, vt a[illegible] ff. de edendo. l. vltima. vel saltem vt dixi duabus vici[illegible] argumen. ff. de lega. 3. l. fideicommissa. §. si quis 10. Titio. Respondeo, in hoc enim scio ita respondere, sicut de facto vidi in curia Romana, quòd aliquando potest t[illegible]ta esse iniquitas subiecti, sicut dicit canon antiquus 86. distinct. c. tanta. & alius canon [illegible]. dist[illegible]. tantis Daniel quòd propter vnicam prædicationem conceditur inquisitio, sicut de multis vidi seruatum per dominum Gregor. Papam IX. vt in Archiepiscopo Acheruntino, & Abbate sancti Trinitatis de Verona: & Abbates sancti Saluatoris de Venetijs. Si verò non sit bonæ famæ subditus: tunc nō semel, sed sæpius vidi prælatum motum per duas vices, aliquando per tres, aliquando per infinitos clamores nunquam motum: ita habebat de ipso bonam conscientiam: & sic non po[illegible]um diffinire per quot vices, quia vbicumque tempus vel numerus vel repetitio non diffinitur a iure, committitur arbitrio iudicantis, vt argum. ff de iure deliber. l. [illegible] in fine. Nam dicas mihi per quot vices ascendit clamor Sodomitarum ad eum qui dixit descendam & videbo vtrum clamorem, qui peruenit ad me, opere compleuerint. Item per quot vices fuit diffamatus villicus coram domino suo, quod bona dissipasset, cui dixit iam non poteris villicare, si dixeris mihi, & ego dicam tibi de [illegible] lis authoritatibus præcipue sumpsit inquisitio fundamentum & principium, vt in illa constitutione qualiter & quando [illegible] & aliud ad hoc necessarium, vt per
sequentem famam procedatur ad inquisitionem: † vt 2
perueniat ill[illegible] clamor non a maleuolis & maledicis se[illegible] à prouidis & honestis, vt in prædicto c. qualiter & quando. QVAESTIO. Sed quæritur qui dicantur maleuoli seu maledici. item qui dicantur prouidi & honesti. Re
spondeo. † Illi dicuntur maleuoli qui sunt inimici capitales, vel aliter, maleuoli sunt, qui cum inimicis conuersantur, & multi alij de quibus diximus suprà in tractatu, qui accusa. non possunt. & habes bonum capitulum ad hoc extrà. de accus. cùm oporteat. & c. inquisitionis negotium. maledici sunt qui semper consueuerunt malè dicere, etiam de bonis. c. quos enim cognoscis. de quibus dicitur per prophetam. Disperdat dominus omnia labia dolosa, & linguā vaniloquam. de quo dicitur. Cuius os maledictione plenum est, & dolo. de quibus etiam dicitur, Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolosè agebant, iudica illos Deus. de quibus in alio Psalmo dicitur: Acuerunt linguas si 3
cut serpētes venenum aspidum sub labijs eorum. † Qui 4
autem dicuntur prouidi & honesti? Respondeo, quilibet præsumitur bonus nisi probetur malus & inhonestus: & quilibet præsumitur bonus, donec probetur malus, vt ff. de re milit. l. non omnes. §. a barbaris. & extra. de præsumptio. c. dudum.

Vtrum is contra quem debet fieri inquisitio, possit repellere inquisitores per exceptionem. Rubrica.

1 *Inquirendus contra eum qui inquirit, exceptionibus vti potest.*
2 *Inquirendus contra inquisitorem suspicionis causas proponere potest.*
3 *Appellationis remedium ad quid inuentum.*
4 *Inquirendus contra inquisitionis rescriptum, & eos qui impetrauerunt exceptiones opponere potest.*
5 *Inquirendus contra testes & excipere & replicare potest.*

NVNC videamus an aliquibus exceptionibus possit vti is circa quem debet inquisitio fieri, seu ille contra quem inquisitio impetrata est, † & cer 1
tè potest vti exceptionibus multis: ecce citabitur i[illegible]e
con[illegible]a

contra quem impetrata est inquisitio per iudicem, cui commissa est inquisitio contra eum: citatus petit copiam rescripti: quã inquisitor ille facere debet, aliás non posset procedere: facta copia faciat collationem illius exempli cum originali. & diligenter considerandum est, an illud originale sit verum: quia aliquid vitiũ falsitatis posset deprehendi vel in bulla: vel in filo: vel in alijs de quibus loquitur constitutio extra. de fals. c. licet ad regimen. hæc leguntur extrà. de offi. & po. indic. delega. c. cum in iure. & C. de man. prin. l. vnica. Secundò, cõsideret si persona inquisitoris aliqua ratione potest illi esse suspecta: tunc causam suspitionis proponat: & eligentur arbitri secundum modum constitutionis. extra de offi. & po. iudi. deleg. c. suspitionis. & extrà. de app. c. cùm speciali. & hoc locum habet in inquisitione: siue inquisitio committatur ordinario, siue extraordinario. vterque potest enim recusari suspectus. vt ff. de hoc causa. l. ordinata & C. si rector prouinciæ. l. vnica. & C. si quacumque præ. potesta. l. vnica. moltotiens enim dominus Papa committit ordinarijs: putà, vt ecclesias visitent, & corrigant: & aliquando dicitur authoritate sua quam nostra visitent: propterea remedium iuris non auferuntur. vt extrà de offi. ordi. c. licet. extra de cen. sib. c. cum super. quod enim possit recusari legitur 3. q. 5. c. iudicet. ... Sed opponitur. videtur quod in casu isto nec ordinarius nec delegatus possit recusari: nam ... est, quod appellatio ... admittatur, nisi corrigantur excessus, vt extra. de offic. ordi. c. licet. & extra. de appel. c. ad nostram. Item appellationis remedium est institutum non ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiæ, vt extr. de app. c. cùm speciali. si ergo est prohibita appellatio: ergo & recusatio. vt extra. de appella. c. super eo. & C. de Episcopali audi. l. si clericus. & C. de senté. & interlo. om. iud. l. vlt. Respondeo, sic attende quod opponis, si aliquis diceret ego appello fine ab ordinario siue delegato, ne inquirat, ne corrigat, ne visitet, talis appellatio nulla est, idem est & si diceret renuo te: siue recuso te vt suspectum: & nihil aliud dicat: nolo inquirere: certe & istud prohibetur: cæterum si nullum infertur grauamen ab ordinario quando inquirit, etiam in criminibus admittitur, vel tenet appellatio, vt extra. de appel. c. cum spirituali. idem est in causa suspitionis, vbi si probabilem causam allego: quoniam inimicus meus est, vel alia causa suspectus, aut ... endus est: & maximè in criminibus vbi maius periculum imminet: durum enim est coram suspecto iudice litigare, vt extrà. de appel. c. secundo requiris. & C. de iudi. l. apertissimi. & si bene cõsideras decreta. illa, cum spirituali. loquitur & de suspitione, & de appellati. facienda in criminibus. OPPOSITIO. Sed circa istud opponitur duobus modis: non est verum, quòd appellatio interdicatur & recusatio: vt probatur per decre. ext. de appe. c. secundo requiris. Vnde quidam dicunt, quòd illa decre. corrigat, eũ sic vlt. vel aliter vbi remouetur appellatio. s. friuola & recusatio friuola: vt illi possint ex iusta causa appellare: & ex iusta causa possint recusare: appellare ergo oc corrigas non possim, sicut ne corrigas recusate. sed si grauas me. quia non facis mihi copiam articulorum: nec etiam attestationum: tunc appello, vt infra dicem in illa rubrica qualiter fit io inquisitione procedendum: & sic si es mihi suspectus ex ista causa rectè possum recusare, sicut dictum est. OPPOSITIO. Item opponitur si appellatio & recusatio paribus passibus ambulant: quare necesse haben probare causam recusationis, & non causam appellationis: nisi allegarem causam probabilem coram superiore: nec probo de veritate. vt extrà. de appe. c. secundò requiris. & c. cum spirituali. & c. vt debitus honor. & c. interposita. & extra. de offic. & po. iudi. del. c. suspitionis. Respondeo non per recusationem eximor a iurisdictione iudicis delegati recusati. vt di... inter ira allegata. sed per appellationem in continenti sum exemptus. vt ext. de appe. c. directe. & c. pastoralis. Tertiò, consideret ille contra quem facienda est inquisitio diligenter tenore rescripti & inquisitionis: & si inuenerit formam talem. venientibus ad apostolicam sedé G. & H. nobis multa enormia de suo Episcopo nunciauerunt, quæ nõ potuimus sub dissimulatione transire: quare mandamus &c. tunc excipi at sic domini iudices seu inquisitores isti qui hanc inquisitionem impetrauerunt, non zelo iustitiæ, sed typo malitiæ ducti fuerunt, & talia summo Pontifici suggesserunt, sunt enim inimici mei manifesti. & cum meis hostibus conuersantur: consanguineos suos aut cõplices intendunt ad testificandum contra me producere. Item suos sacramenti mihi præstiti transgressores: vnde nec ad denunciandum aliquid enorme contra me debuerunt vel debent admitti: nec ad prosequendã inquisitionem, cum sint illis & alijs multis criminibus irretiti. Item nec vnquàm fama mea in aliquo læsa fuit: tunc inquisitores in casu isto ad inquirendum nõ procedent, nisi constet illius famam ante læsam fuisse: vnde super hoc inquirent: & si inuenerint famam læsam: nunquid recipientur testes de maleficijs ab illo commissis? Sed quæ sit fama quid dicunt homines de eo vt ad inquisitionem criminum denũciatorum procedét: non quòd illa admittatur nec ad procestum inquisitionis nec ad testificandum sed alij, & tunc isti repelluntur: ita si ille contra quem sit inquisitio, illos tales esse probauerit: alioquin admittentur: hæc omnia probantur extrà, de accu sat. c. cum oporteat & sic in casu isto multum protelabitur inquisitio, sicut de facto quilibet videre potest. si autem non probatur ipsos fama læsa ... & ... ptiones probauerit illos tales sicut diximus ad inquisitionem non procedetur, sed indicetur illis purgatio: hæc autem leguntur in prædicto c. cùm oporteat. Qualiter autem fiat illa purgatio, dicetur infra in speciali rubrica de purgatione. si autem tenor rescripti sit talis: ad nos fama deferente nouerities recepisse, quod talis frater noster Episcopus talis loci enormia multa commisit: & tunc quidam dixerunt: opponendã hanc exceptionem: domini inquisitores nõ debetis ad inquisitionem procedere: quia ista vice illa enormia sunt nunciata, & sic semel tantum & non sæpius. Item si non semel sed sæpius ipsi nunciatores fuerunt mali eiosi & maledici inimici mei: & tales de quibus suprà dixi: à quibus illa fama frequens ortum habuit: & hic sum paratus probare: tunc inquisitores ad inquirendũ superse debunt donec Episcopus probet: & si probat, indicitur ei purgatio: si autem non probet: procedatur ad inquisitionem, & hoc per prædictam decretalé. cum oporteat. & per aliam, qualiter & quando. Quartò opponet exceptiones, & replicationes contra testes qui contra eum inducentur: tales sunt eorum sibi exceptiones & replicationes, vt extra. de accus. c. qualiter & quando. vnde quando testes inducuntur talis suos sibi omnes exceptiones contra personas testium, & contra dicta & faciat libellum interrogatorium super illis articulis, qui inducuntur: namque sic cauetur in constitutione illa qualiter & quando. Articulorum de quibus infamatus est, fiet sibi copia, & statim dicemus. eccè super adulterio fiet inquisitio, inducentur testes, & tu facias tibi ... lum interrogatorium sic. domine si testes dixerint quòd ego commiserim adulterium, quæratis cum qua & in quo loco: & in quo anno: & in quo mense, & in quo die: & in qua hora diei: & quæratis si interfuerunt & viderunt: & quæratis si cognoscũt mulierem: & quæratis si odio, amore, timore vel gratia iostru ... deponant. Quintò, publicatis attestationibus excipiet de dictis, si fortè testes inter se in loco dis ordent, sicut in testibus Susannæ: quorum vnus dixit sub pruno: alius dixit sub cino. Item si discordabunt in tépore, quia vnus dixit in Februario, & alius in Martio: quia testes non sunt idonei, quos varietas temporis non admittit, vt ff. ad leg. Cor. de fals. l. cos. & 3. q. 3. c. ... 9. pura. & multis a ijs exceptionibus vti potest contra testes, quæ colligere potes ex his quæ inferius notabuntur.

Quæritur quot sint necessaria ad hoc vt fiat inquisitio. Rubrica.

1 Inquisitio

8

1 *Inquisitio ad hoc vt fiat, quæ requirantur.*
2 *Inquirendus inferior & subesse debet. & qui inquirit.*
3 *Inquisitio contra eum qui bonæ famæ est facienda nõ est.*
4 *Inquisitio pro quibus criminibus facienda sit.*

1 NVNC videamus quæ sint necessaria, & quot ad hoc vt ad inquisitionem procedatur: ecce, In † primis necesse est, quod aliquis infametur de aliquibus criminibus. Secundum, quod ille sit subditus de quo infamia Inquiritur. Tertium est, quòd ad aures superioris fama siue infamia illa ascenderit. Quartum, quod non semel tantum ascenderit, sed sæpius. Quintum, quòd non à maleuolis & maledicis, sed à prouidis & honestis. Sextum, quod zelo iustitiæ & non typo malitiæ talis infamia de aliquo prædicetur. sicut enim maculationem præcedere debet famosa insinuatio cum concurrentibus, sicut dictum est: & denunciationem debet præcedere charitatiua admonitio. Quod omnia ista sint necessaria probatur extra. de accusati. c. super
2 hi. & c. qualiter & quando. & c. cùm oporteat. De primò ideò dixi, quia debet † esse fortè clericus qui habet superiorem dominum Episcopum. Episcopus forte qui habet Archiepiscopum, Archiepiscopus qui habet primatem vel patriarcham. Primas vel Patriarcha qui habet dominum Papam: alioquin par in parem non habet imperium, vt ff. de arbit. l. nam & magistratus. & ff. ad Trebellia. l. ille a quo §. tempestiuum. & ff. de manumi. vin. l. apud filium. ergo multò minus de maiori minor inquiret, vt ff. de minorib. l. minor autem magistratus.
3 superioris est ergo corrigere facta inferioris. † Secundum exigitur: quia contra aliquem bonæ famæ non est inquisitio facienda, nec debet iudex esse velox, qui est superior, dare siue concedere inquisitionem: cum magis delectemur in odorem bonæ famæ quam malæ, vt extra. de accus. c. licet in beato. Item & de talibus cri-
4 minibus intelligas diffamatio, quæ maxima sunt. † pro minoribus enim non est inquisitio concedenda seu facienda, sed pro illis qui sine dissimulatione dimitti nõ possunt: sicut simonia: adulterium: dilapidatio homicidium: periurium: talis enim & similes sustinendi nõ sunt, etiam post pœnitentiam, & maximè homicida, vt extrà. de accus. c. inquisitionis. & idem est in periurio & symoniaco: nam ecclesias nõ debent regere, qui sunt crimine periurij irretiti, vt extrà de iureiur. c. querelam. De tertio ponitur: quia est illud valde necessarium, sicut diximus supra de primo. De quarto ideò ponitur: quia talibus non est fides adhibenda: vt legitur in c. prædictis. & dicit quoddam prouerbium. qui non vult tibi bonum, nunquam tibi bonum somnum somniabit: præsumptio enim est quòd sicut sunt maledici alias, quòd & nunc malum dicunt: sicut dicitur qui heri suspectus fuit & hodie suspectus est, & qui heri calumniatus est & hodie calumniari præsumitur, vt ff. de accus. sicut de prouidis & honestis præsumitur, quòd zelo iustitiæ, pro non typo malitiæ, vt dictum est. De quinto ideo ponitur, quia vnica clamatio non sufficit: nam nec fortè vnus actus sufficeret ad condemnationem, vt arg. C. de episcopa. audi. l. nemo. Item propter vnicum clamorem non mouet dus est superior: quia si facit, præsumitur ratione leuitatis seu iracundiæ ad ista processum: vnde si sæpius iteretur clamor, præsumptio illa cessat: & præsumitur quod perseuerantia sit in malo: & ideò inquisitio conceditur, ar. ff. de reg. iur. l. quicquid. nam Imperator assiduis petitionibus mulierum fuit motus ad dandum eis priuilegium, vt creditoribus tempore prioribus præponantur, vt C. qui pot. in pig. ha. l. assiduis. De sexto superius rationem assignaui.

Qualiter sit ab inquisitoribus in inquisitione procedendum. Rubric.

1 *Inquisitio quibus modis fiat.*
2 *Inquisitor ad inquisitionis locum descendere debet.*
3 *Processus in inquisitione qualis esse debeat.*
4 *Inquisitio quando super statu ecclesiæ vel monasterij fit, testes omnes etiam conspiratores admittuntur.*
5 *Inquisitio si fiat super excessibus alicuius quomodo procedatur.*
6 *Inquisitores testes recipere non nisi super articulis, ex quibus infamia processit, debent.*
7 *Sacramenti, quod à partibus & testibus inquisitores exigunt, forma.*
8 *Inquisitores quos testes recipere non debeant.*
9 *Inquisitus si contrà articulos super quibus inquisitus est, probare se offerat, an & quando audiendus sit.*
10 *Inquisitores publicatis attestationibus an & quando super eodem crimine testes recipere possint.*
11 *Inquisitores excommunicatos quos inuenerint in conuentu, etiam si ante negotium inceptum essent excommunicati, absoluere possunt.*
13 *Inquisitores iuramenta relaxare possunt.*

HIS ergo concurrentibus, nunc videamus qualiter inquisitores debeant in inquisitione procedere. † In primis tamen sciendum est, quòd inquisitio fiat tribus modis. aliquãdo enim fit inquisitio super statu monasterij seu ecclesiæ: aut fit inquisitio super excessibus alicuius. Item aut fuit inquisitio impetrata aliquo procurante, & nomen illius in rescripto habetur: aut dominus Papa mandat inquisitionem fieri ex officio suo quasi fama deferente, & in omnibus istis sic proceditur. In primis quocunque modo debeat inquisitio fieri. † inquisitor debet ire ad locum vbi inquisitio debet fieri, siue fiat super statu ecclesiæ, siue de excessibus alicuius: quia si fiat de statu monasterij, debent res & loca oculis subiacere, vt ff. finium regundorum. l. si irruptione. & extrà. de accusati. c. prælatorum. & c. qualiter & quando. Si fiat de excessibus nunquam in alio loco potest melius inquiri de vita & conuersatione illius, quam in loco vbi ille infamatus degit: nam ibi potest diligentier instructio fieri, & possunt documenta præstari, vt C. vbi de ratiocinijs agi oport. l. 1. & C. vt omnes tam ciuil. quam milit. iudici. l. vnico. in Authen. de administrat. §. insuper hoc iubemus. col. 7. nam in Genesi legitur, descendam, subaudi, ad locũ, & videbo si opere compleuerunt clamorem, qui venit ad me. vt extra. de accusa. c. qualiter & quando. & 2. q. 1. c. Deus omnipotens, & argum. 24. quæst. 1. c. pudenda. & argu. extrà. de præscript. c. quosdam. ecce iam inquisitores † veniunt ad locum, & volunt procedere: videamus primò quando inquisitio impetrata est, vel est impetrata super statu monasterij, & tunc si impetrata est aliquo impetrante, iudices citabunt impetrantem, vt proponat citationem suam: impetrans dabit libellum suum, citabitur Abbatis pars seu ecclesiæ vel Archiepiscopi vel monasterij de cuius statu debet inquiri: & tunc si potest illum ab agendo repellere: ecce bene. sin minus procuratoribus vtriusque partis ad locum secu rum & idoneum conuocatis, faciant litem legitimè cõtestari, & postea testes ab vtraque parte productos recipiant, & in causa procedant. Si autem pars Archiepiscopi seu Abbatis sit absens, & ante litem contestatam, tunc recipient inquisitores testes senes & valitudinarios: quos ille qui inquisitionem impetrauit, voluerit producere: & causam remittent ad Romanam curiam, præfigendo partibus terminum peremptorium quo se apostolicæ conspectui repræsentent, iustam dante domino sententiam recepturi, vt extr. de testi. c. cũ olim. Idẽ credere & si de excessibus alicuius inquisitio impetraretur per aliquem, cuius nomẽ sit in rescripto inquisitionis contentũ. Sed multum cõtradicit decre. extr. de scot. & re iud. c. cum I & A. vbi in rescripto inquisitiõis cõtinebantur nomina illorum qui inquisitionẽ impetrauerãt, & tamen proceditur lite non contestata, vt dicam statim. Itẽ quotiens † inquiritur super statu eccle-4 siæ vel monasterij qualescunq; testes recipiuntur, etiã cõspiratores, vt in prædicto c. cum I & A. Si verò pro-5 cedatur ad inquirendum de excessibus alicuius: tũc alio modo inquiritur, & sic quia proceditur lite nõ contestata, vt in prædicto c. cum I & A. & extr. vt lite non cõte. c. quoniã frequenter. §. sunt & alij casus. & extr. de acc

accuſ.c.prælatorum. Item conſpiratores non recipiuntur contra illum in teſtes, vt extrà.de ſenten.& re iudi.
c.cum I. & A. Item in hoc caſu hoc modo procedetur
contra illum: primò citabitur: ſecundò, fiet copia re-
ſcripti inquiſitionis: & ſit præſens ille contra quem
inquiſitio fiet, niſi per contumaciam ſe abſentet. Item
exponenda ſunt ei illa capitula de quibus fuerit inqui
rendum, vt facultatem habeat ſe defendendi, vt 1.quæ-
ſti.2.c.ſi primates. Item & nomina teſtium & dicta ip-
ſorum ſunt ipſi publicanda: & exceptiones & recepti-
ones & replicationes illi ſaluæ ſunt tam in cauſa prin-
cipali quam circa teſtes: ne fortè dicendi talium mate-
6 ria teſtibus concedatur, vt extra.de accuſa.c.qualiter &
quando.& c.olim. † Caueant autem inquiſitores vt te-
ſtes recipiant ſuper illis tantum articulis, ſuper qui-
bus infamia præceſſit: & non recipiant libellos, vel a-
lios articulos occultos. vt extrà. de accuſa.c.inquiſitio
nis. Item inquiſitores Deum habeant præ oculis & ſi-
ne perſonarum acceptione procedant. Si autem ex of-
ficio ſuo procedant nemine impetrante inquiſitionē:
tunc faciēt iurare reum, contra quem fit inquiſitio, vt
ad interrogata reſpondeat. Si verò alio impetrante in-
quiſitio proceſſit: tunc reus non iurabit imò impera
tor teſtes producet: & ſi non probauerit, punietur. hoc
probatur extra.de accuſa.c.qualiter & quando.& in c.
cùm dilectus.& extra.de calum.c.vltim.& 2.q.3.c.calū-
niator.& C.de calūnia.l.vlt. Item inquiſitores aliquā-
do exigunt ſacramentum à partibus & à teſtibus, quos
etiam ad teſtimonium prohibendum compellent, vt
7 extra.de teſtib.cogen.c.ſuper his. *Forma iuramenti.* † Sed
quæ eſt forma ſacramenti? Reſpondeo, prima eſt, vt ſu-
per his, quæ ſciunt vel credunt in ſua eccleſia reformā
da tam in capite, quàm in membris exceptis occultis cri
minibus, iurent, vt dicant veritatem puram & verā at-
que meram inquiſitoribus. vt extrà.de accu.c.qualiter
& quando.& c.cum dilectus. Item ſecunda forma eſt,
quòd ad inquiſitionem reſpondeant, vt in prædicta de-
cretali, cum dilecti. Multi tamen inquiſitores faciunt
tam ab illis à quibus debent inquirere, quàm à teſtibus
ſic præſtari ſacramentum: vos iurabitis dicere omnem
veritatem quam ſcitis vel creditis, & ad inquiſita re-
ſpondebitis: certè non malè faciunt, vt excludatur om
nis via malitiæ, & veritas pateſiat. Sed nulla differen-
tia eſt in his ſacramentis: & ideo faciunt omnia iurare:
nam ſi apertè exigitur ſacramentum ſub illa forma, vt
dicat omnem veritatem quam ſcit & credit, non habet
locum excuſatio, ſi velit ſe excuſare de aliquibus cri-
minibus, quæ fortè contra eum ſunt probata. Si autem
iurat, vt ad interrogata reſpondeat: tunc habet locum
excuſatio ſua: vt in prædicta decretali, cùm dilectus. †
8 Item caueant inquiſitores vt non recipiant teſtes illos,
qui ſunt manifeſti inimici, qui cum hoſtibus cōuerſan
tur, nec conſanguineos, nec complices, vt in c. cum o-
porteat. extrà. eo.tit. non recipiant publicè concubina
rios. vt extra.eo. tit.c.cum dilectus, nec homicidas, nec
ſymoniacos. nec alijs criminibus irretitos. vt cod.tit.c.
inquiſitionis. Item nec illos qui eodem laborant vitio.
9 vt extrà.de teſtib.c.veniens. QVAESTIO. † Item quæri-
tur ſi ille contra quem fit inquiſitio vult probare con-
tra illos articulos, qui dati ſunt contra illum, an ſit au-
diendus, & quando: verbi gratia, articuli ſunt contra
eum dati de fornicatione cōmiſſa cum Berta: ipſe vult
de honeſtate probare & caſtitate ſua. vel quòd illa ſit
mater vel ſoror ſeu filia nata ante ſacerdotium, ſeu ne-
ptis ſua. Item inducit contra eum articulos de dilapida
tione ipſe vult probare quod bene tractauit rem eccle
ſiæ. & ſic de alijs Reſpōdeo, vtique. nam ſicut diximus,
potiùs debemus delectari in odore bonæ famæ quā ma
læ, vt extra de accu. l. licèt in beato. & ſi probat illam
matrem vel ſororem eius, auditur: nam in illis perſo-
nis nihil ſæui criminis æſtimare fœdus naturale per-
mittit. vt C. de Epiſcop.& cler. l. cum probat idem, ſimi
liter ſi probet, quod bene adminiſtrauerit, id eſt, quòd
eccleſia ſit augmentata, auditur: ſed hoc ante teſtium
publicationem: & antequam renuncietur teſtium pro-
10 ductioni, vt extra, de accu.c.cùm dilectus. † QVAESTIO.

Item quæritur nunquid publicatis atteſtationib. poſ-
ſint inquiſitores iterū ſuper eodē crimine teſtes reci-
pere? Reſpō. Doctores iuris canonici diſtinguunt, vt in
quiſitio fiat ex officio ſuperioris, quòd poſſint, ſi autē
ad impetrationē alicuius, non: hoc colligunt ex illis ca
pitulis. 2. q. 1. c. notum. vbi dicitur quòd per tres vices
fuerūt teſtes inducti contra eum: & inquiſitum eſt ſacta
de fornicatione & homicidio contra præsbyterum Ia-
nuarium: & ſic quia nihil fuit probatum contra eū fuit
reſtitutus. Itē contra Leonē Epiſcop. diutiùs fecit Pa-
pa Greg. per inquiſitionē perquiri, & nullam in eo cul-
pā inuenit, vt 2.q.4.c. habet. vbi optimum verbū eſt pro
inquiſitione. Item idem Greg. inquiſitionem requiſiuit
contra Mennā Epiſcopum, & nullam in eo cauſam in-
uenit. 2.q.4.c. Mennam. Sic ſecundum ordinem inquiſi-
tores procedant: alioquin nō valet quod agunt: ex inor
dinato enim proceſſu, nihil poſſet ordinatè ſequi, & ſi
aliquid inordinatè fecerunt inquiſitores, ipſi per ſeip-
ſos corrigant, & non ſit eis verecundum. nam Auguſt.
cōſiliū ſuum mutauit, vt 12.q.2.c. certè ego ſum qui ſta-
tueram. & Iuſtinianus dixit: non piget nos noſtras e-
mendare leges, vt in Auth. vt fratrum filij. hæc proban
tur extra.de accu.c.qualiter & quando. & c.ad petitio
nem. iſtum autem ordinem circa regulares perſonas
non dicimus eſſe ſeruandum: quia de facili poſſunt à
ſuis adminiſtrationibus amoueri, vt extr. de accu.c.qua
liter & quando, in fi. Item illud attendant inquiſitores,
quòd † ſi aliquos inueniant in conuentu ſeu capitulo ſu 11
ſpenſos, ſeu excōmunicatos: ſiue à ſuo prælato: ſiue ab
alio iudice poſt inceptum negotium, ſiue etiam ſpolia-
tos, quòd illos abſoluant & reſtituant: ne inquiſitionis
negotiū valeant impediri, vt extr. eo.tit.c.olim. QVAE-
STIO. Quid ſi ante inceptum negotium eſſent excōmu-
nicati? Reſpondeo, & tunc abſoluendi eſſent ad caute- 12
lam, vt extrà. de teſti.c. veniens in fin. Item attendant †
inquiſitores vt ſi inueniant monachos ſeu clericos piç
ſtitiſſe iuramenta de veritate tacenda, ſicut multi præ-
lati fraudulenter faciunt, quòd illa ſacramenta relā-
xent, nec videntur deierare, cum ex conceſſa cauſa de-
ferant iuſiurandum. vt extrà.eod tit.c.olim.& ff. qui ſa
tiſd. cog. l. vlt. tale igitur ſacramentum nō tenet, vt ex-
trà. de teſti.c. conſtitutus. Item faciant medio tempore
inquiſitores monachos, & conuentum Abbati obedire:
licet enim fiat inquiſitio contra eum, non tamen eſt me
dio tempore ſuo iure priuandus. Item ſi aliqui debent
inquiſitionem proſequi, faciant tribus vel 4. de bonis
monaſterij prouideri, vt extrà. eod titu.c.olim.& c.ex
parte. Item in illis inquiſitionibus procedant inquiſito
res ſine iudiciorum ſtrepitu, & de plano. vt extra.eod.
tit.c.olim. QVAESTIO. Si tu quæras quomodū proſequē
tur inquiſitionem? Reſpondeo: procedunt inquiſitores
ſic, quando dominus Papa ex officio ſuo mandat inqui-
ri, erunt inquiſitores, proſequutores & inquiſitores.
Reſpond. in caſu illo quando ſa[illegible] re[illegible] loco de-
latoris ſeu perſecutoris, vt in illo.c.qualiter quando.

Qualiter puniatur qui inquiſitionem conuincitur.

1 *Conuicti per inquiſitionem quomodo puniendi ſint.*
2 *Iudex qui ſuper inquiſitione vult procedere potiùs atten ditur quàm reus. qui accuſatore non comparente, vt pur- gatio ſua recipiatur, contendit.*
3 *Inquiſitio ſolo iudicis officio expeditur.*
4 *Reus ad purgandam ſuam innocentiam, etiam ſi iudex in quirere velit, teſtes inducere poteſt.*
5 *Inquiſitionis literas impetrans ſi remotus ſit, nunquid al- ter aut iudices inquiſitionem ipſam ad finem vſque dedu cere poſſint.*

NVNC videamus qualiter puniantur Rei, qui per
inquiſitionem conuincuntur. & certè ſi per te-
ſtes contra ipſos nihil eſt probatum, abſolui de-
bent à purgatione ſibi indicta, vt extrà. de teſtib. c.ex
literis. & extra.de accuſ.c. inquiſitionis. & c.cum opor
teat. & extra. de purgat.ca. c. 2. & de hoc dicemus in-
frà

1 strà de purgatione. † si autem probetur aliquod crimen de quo fuerint infamati: tunc distingue. aut est tale crimen quod executionem suscepti ordinis & retentioné beneficij etiam post peractam pœnitentiam impediat: verbi gratia, sicut homicidium vel symonia. quia si per symoniam ordinem est adeptus: tunc si accusatur, deponeretur ab officio & beneficio: sic inquisitores astũ ab officio ordinum, & beneficio perpetuò priuabunt: alioquin si non sit ita crimen graue: tunc secundum personæ merita & qualitatem excessus pœnam poterit iudicantis discretio moderari, vt extra, de causa. c. inquisitionis. OPPOSITIO. Sed opponitur. non videtur, quòd talis pœna debeat imponi, nam si grauis sit excessus non debet ab ordine degradari quotiens per inquisitionem quis conuincitur: sed ab administratione omninò debet remoueri: in alijs verò minoribus punitur quis secundum qualitatem delicti: vt canonica districtio culpam feriat delinquentis, vt extrà. de accusa. c. qualiter & quando. Item si ita grauiter debet puniri vt dixistis: ergo debet ille qui denunciat se ad talionem obligare: vt extrà. de accus. c. super his. OPPOSITIO. Item opponitur: in crimine symoniæ si in modum accusationis conuincatur quis de symonia, deponitur: si in modum inquisitionis, priuatur beneficio. vt extrà de symonia. c. dilectus. & c. de regularibus. vnde respondeo quòd dicitur in decretali illa, inquisitionis. quòd puniatur de symonia tanquàm si accusatus esset: intelligas quantum ad beneficium & officium: non tamen quãtum ad depositionem. vnde petet, quòd si quocumque aliud crimen præterquàm ista duo, scilicèt, homicidium, & symonia, sit probatum in modum inquisitionis, quòd non ideò priuandus sit eius officio & beneficio: licèt aliàs puniri debeat, nisi essent regulares prælati, qui pro modicis causis remouentur ab administratione. vt extr. de symonia. c. per tuas. Quędam
2 quæruntur: pone, quòd iudex † super inquisitione vult procedere: reus dicit, vt præfigatur terminus accusare volentibus: & si non apparuerit accusator, vt recipiatur purgatio sua: nunquid potius est audiendus Reus, quàm iudex. videtur quod reus sit audiendus potius quam iudex: quia quod Reus petat ordinarium est: quòd autem iudex, extraordinarium: & potius ordinarium ius, quã extraordinarium attẽdendum est, vt 2. q. 3. c. multi. in fi. & ff. de minor. l. in causæ. sed in hoc casu dico iudicem potius audiendum qui sequitur inquisitionem: vt extrà. de pur. ca. c. inter. QVAESTIO. Item quæritur: nunquid locum habet inquisitio, dico, quòd
3 non: † quia inquisitio solo officio iudicis expeditur, non iure accusationis: sicut dico non habere locum denunciationem siue denũciationis admonitionem: quia præsumitur quod non sit charitatiua admonitio talis vel talis denunciatio: quia creditur, quod ex offensa illud fecerit: vt 3. quæst. 5. c. 1. QVAESTIO. † Item quæri-
4 tur si iudex velit inquirere: Reus velit inducere testes ad purgandam suam innocentiam? quòd possit videtur: quia etiam familiares suos, si volunt, potest inducere ad probandum se bene administrasse, vt 12. quæst. 2. c. sunt manifesta. Item famam suam & conuersationem probare potest per suos familiares secretos, vt 2. quæst. 7. c. pastoralis cura. Respon. si aduersarius inducat testes ad probandam infamiam vel delictum: tunc potest inducere testes ad famam probandam, vel innocentiam suam. Si verò iudex inducat testes ex officio suo (quia ita non præsumitur cõtra iudicem, sicut cõtra aduersarium) tunc iudex procedet vt summatim fiat inquisitio de crimine, non de fama: Si verò clamauerit fama contra illum: tunc iudex procedet ad inquisitionem: vt extrà. de accu. c. cùm oporteat. QVAESTIO. † Item pone, quòd ille qui impetrauit literas in-
5 quisitionis sit remotus ob aliquam causam: nunquid aliter potest promouere inquisitionem, si iudices nolunt: vel nunquid possunt procedere, si nullus promouet inquisitionem. arg. quòd sic: extrà. de accus. c. cum oporteat. & extrà. de ap. c. oblatæ. & ar. ff. de inosti. te. l. posthumus. Item non refert per quem preces sint oblatæ: vt C. de præci. Imper. offe. l. vniuersis. nec refert vnde caruerint crimen 23. q. 4. c. ecce. Item quia iudex hic ex officio suo procedit, vnde propter inhabilitatem impetrantis non debet iudicis officium impediri: potest ergo cõcedi, vt iudex possit procedere sed non aliter: veriùs tamen credo, quod literæ non valeant, vt pote per falsi suggestionem impetratæ: nam si Papæ significasset se fuisse inimicum eius, qui inquisitionis literas impetrauit, repulisset eum: vt extra. de accusat. c. cùm oporteat. vnde literæ non valent. vt extrà. de rescript. c. super literis. cum eadem causa debeat mouere delegatũ qui moueret delegantem: vt ibi dicitur. idem dico si aliquis impetrat literas cuius non interest: putà cum impetrat, qui non est subditus illius, nec hoc significat domino Papæ: nam præsumitur talem non charitatiuè moueri. Ideò ista vt præcipua super inquisitione de qua contingit aliquando dubitari, tractaui. Et nota, quòd licèt in literis domini Papæ ponatur aliquando inquiratis, nunquàm propter hoc verbum procedent ad inquisitionem: sed iudiciarius ordo seruabitur, maximè si ponatur in rescripto, vocatis qui sunt euocãdi: vt extra. de iudi. c. exhibita. & extrà. de testi. c. super his. Si autem ponatur in rescripto ex clamosa insinuatione peruenit vel personaliter accedatis ad locum: tunc est inquisitio, vt superius dictum est. QVAESTIO. Quid si dubitetur? quia non est ibi in literis, vocatis qui fuerũt euocandi: non est, personaliter ad locum accedatis nõ, ex clamosa insinuatione peruenit: nunquid erit inquisitio vel procedetur secundum ius commune iure ordinario? putà continetur ita in literis. mandamus quod inquiratis. Respondeo, secundum ordinarium iudicium debet procedere: & non sit inquisitio sed commissio: & sic redeat ad suam naturam, sicut in dote, vt ff. de pact. l. si vnus. §. item diximus. & semper rescripta ad ius commune sunt reducenda, vt ff. de vulg. & pu. sub. l. ex officio.

De denunciatione. Rubric.

VIdimus de accusatione & inquisitione, restat vt de denunciatione videamus. videamus ergo quid sit denunciatio Quæ sint necessaria ad hoc vt denunciari possint crimina. Qui sint qui ad denunciationem admittantur. Qualiter in denunciatione procedatur. Quæ pœna imponatur, quando crimina denũciata in modum denunciationis probantur.

Quid sit denunciatio. Rubric.

1 De, præpositio denunciationem auget.

DEnunciatio est aliquem de aliquibus criminibus reum deferre, ita, quod ista † præpositio, 1
de, augeat denunciationem, vt intelligatur de criminibus: nam hæc præpositio, de, auget depositum, vt ff. depositi. l. sed sola nunciatio sufficit, etiam quantum ad crimina, vt C. de accusa. l. ea quæ. & alibi etiam sufficit in ciuili, vt in speciali rubri. de oper. no. nunc. & specialiter in l. 1. & alibi de bonis vacantibus, & fisco nondum nunciatis. & alibi habetur. ff. ad Turpill. l. ab accusatione. §. nunciatores.

Quæ sint necessaria ad hoc vt possint denunciari crimina. Rubric.

1 Denunciatio ad hoc vt locum habeat, quæ requirantur.
2 Admonitio quomodò fieri debeat.
3 Denuncians non eodem vitio vel maiori quo is quem defert, laboret.
4 Denunciare qui non possint.

AD hoc † vt locum habeat denunciatio, & in illa 1
procedatur oportet, quòd ista interueniant: oportet, quòd charitatiua admonitio præcedat, iuxta illam auctoritatem: si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum: si audierit te, ecce bene: si autem te non audierit, dic ecclesiæ. vltimò sit tibi sicut ethnicus & publicanus. in illa auctoritate colligatur modus denunciationis: vt probatur extrà. de

de accusatio.c.qualiter & quando, circa finem. vnde si venit aliquis ad curiam, (sicut sæpè de facto vidi) vt multa mala nunciet de prælato suo, dicatur ibi quomodo & qualiter denuncias, vis accusare: si dicet, volo: dicetur ei oportet te inscribere & dare libellum: sicut suprà de accusationibus diximus. & sic citabitur accusatus: si dicet, nolo accusare: dicetur sibi, quid vis: quare denũcias? dicet ille, volo quod inquiratur. & tũc dicetur illi, q̃a clamosa & frequẽs insinuatio nõ præcessit nõ admittimus te. dicet ille: domine & ego denũcio, saltem vt scribatĩ illi nostro Episcopo, qui ita malus est, vt seipsum corrigat, alioquin scribatur alicui, qui debeat ipsum corrigere, ad solam enim correctionẽ quotiens agitur, in modum denunciationis proceditur, vt extrà, de accusatio.c.super his, tunc dicetur ei præcessit charitatiua admonitio? dicet ille, domine sic: & sic literæ conceduntur, si dicet, domine non admonui charitatiuè, tunc non auditur, nec literas reportabit, ex quo charitatiua admonitio non præcessit, vt dixi. & habes extrà. de accusat.c.cum dilectus. QVÆSTIO. Sed illud quæritur, qualiter admonitio fieri debeat, & quo modò vtrum priuatim vel publicè, an cũ testibus. quare dicitur charitatiua? Respondeo, admonitio ista sic
2 fiat, † vadat iste clericus ad dominum Episcopum, & dicat sibi, domine talia dicuntur de vobis, quod habetis concubinam, quam non decet vos habere, vt C. de Epi. & cle. l. cum qui probabilem. luditis ad tabulas, quòd sanctissimis Episcopis interdicitur, vt en. tit. in illa Authent. interdicimus, vel similia, moneo vos pro Deo & intuitu charitatis, quòd ab istis cessetis: non sitis prodigi famæ vestræ: cum melius sit nomen bonum quam diuitiã multæ: cum in odore bonæ famæ debeatis delectari, vt extrà. de accus.c. licet in beato. Et credo quod prima admonitio fiat per illum & solum iuxta prædictam auctoritatem: si castigauerit se: ecce bene. si autem adhuc ipse eodem vitio laborat, adhibeas duos vel tres testes: & prædicta verba admonitionis coram eis sibi repetes: si te tunc nõ audierit: postea dicas ecclesiæ, id est superiori: & fiet istud, quotiens opus fuerit, vt ff. de edendo. l. veluti. & propter hoc dixit dominus Petro: non vsqoe septies sed vsque septuagesies septies. & ideò dicitur charitatiua: quia perfecto amore propter Deum debes, & proximum & superiorem diligere: nõ ergo ex odij fomite: non vt famam illius lædas: sed sicut clamor, qui ascendit ab æmulis non auditur, quantum ad inquisitionem obtinendam: ita admonitio non charitatiua non proficit quantum ad crimina nuncián-
3 da. Secundò est necessarium, quòd ille † qui admonuit, & modò denunciat, non laboret eodem vitio vel maiori: nam tunc non admittitur: nam nec claudus incusat maneum, nec Catelina Cethegum: & cum tua præuideas oculis mala, lippus inuenris: cur in amicorum vicijs tam cernis acute: & cur consideras festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides: non er-
4 go † denunciabit publicus concubinarius, non conspiratores, non homicidæ, non symoniaci, vt extr. eod. tit. c. cum dilectus, & c. inquisitionis.

Qui admittantur ad denunciandum. Rubrica.

1 *Denunciare qui possint.*

RESTAT ergo videre de plano qui sint illi, qui ad denunciandum admittantur: & † certè omnes illi, qui sunt bonæ famæ & vitę seu conuersatiõis: qui non ex odij fomite, non criminosi, sed ex charitatis affectu ad denunciationem veniunt, sicut dixi. vnde prælati habent suos procuratores in curia: & statim ex quo in audientia publicè leguntur, ipsi pro parte dominorum suorum contradicunt, & opponunt illas exceptiones, dicendo sic: domine charitatiua admonitio non præcessit: domine hic mouetur odij fomite, quòd habet contra dominum meum: iste talis est qui denunciat &c. & sic literæ posteà impediuntur, ita quòd non transeant.

Qualiter procedatur ad denunciationem. Rub.

1 *Commissus visitationi monasterij vel ecclesiæ, nunquid inuisitatione procedere poterit, sicut & in inquisitione.*

NVNC videamus qualiter ad denunciationẽ procedatur. ecce ponamus, quòd literæ transeant, veniunt literæ ad Episcopum, corrigit se, veniet etiam ille cui correctio est commissa, & dicet, domine Episcope talia fuerut denunciata de vobis domino Papæ, si confitebitur, ecce bene, si minus proceditur eodem modo sicut superius diximus in inquisitione, in superiori rubrica, & si illa vera inuenerit, corriget illum Episcopum: quia ad correctionem tantum agitur, sicut dixi, non ergo deponet eum, nec priuabit eum ab administratione, sicut diximus faciendum, quotiens in modum accusationis & inquisitionis proceditur, vt diximus suprà. hæc itaque sunt vera, nisi tale sit crimẽ denunciatum, quòd amoueat ab officio & beneficio post pœnitentiam, sicut suprà in homicidio & symonia commissa in ordine: & tunc eadem pœna imponetur sicut in accusatione, aliter indicetur pœnitentia illi Episcopo vel triennalis, vel quadriennalis, vt ieiunet vel abstineat, secundum quòd religio superioris prouidebit. vt extrà. de accusatio.c. inquisitionis, & ad hoc idem facit quòd habes extrà. de symonia.c. quoniam. vbi illud vitium multum reprehenditur quod in regno sæpiùs frequentatur, quòd moniales pretio recipiantur, vnde tam Abbatissa quàm moniales perpetuò remouentur, nec excusantur prætextu paupertatis, vel ignorantiæ secundum quòd distinguitur in prædicta constitutione. QVÆSTIO. Illud autem quæritur, † quo- 2
tiens visitatio committitur in aliquo monasterio vel ecclesia, quid possit facere visitator, maximè si contineatur in mandato personaliter, accedentes ad locum, visitetis, corrigatis, & reformetis, quæ correctione & reformatione videbitis indigere, nũquid deponere possunt, si inuenireot talia crimina, nunquid ab administratione possunt priuare, sicut diximus in accusatione & inquisitione, nunquid pœnitẽtiam indicere possunt, & sic ad correctionem procedere? Item nunquid procedent ita in visitatione sicut & in inquisitione? Respondent quidam & dicunt, quòd non. Hæc est enim differentia inter visitatores & inquisitores, quòd visitatores quando mittuntur, vt videant de personis, & statu monasterij, an seruant regulam beati Benedicti in dormitorio, refectorio, capitulo, & in alijs. Item an sint obedientes Abbati. Item an habeat se bene Abbas cum alijs. Item vtrùm seruent regulam in habitu. Item videbũt statum ecclesiæ circa altaria, qualiter ibi Deo seruiatur. Item circa sacra vasa, an sint de argento secũdum quòd esset debent, & non de stano vel plumbo, vt de consecrat. distinct. i. c. vasa. Item videbunt insuper libros, vestimenta, & paramẽta altaris, & illorum, qui celebrant diuina. Item videbunt similiter ecclesiam & officinas, an refectione vel reparatione indigeant, & sic de similibus. vnde isti visitatores hoc habebunt officium, vt tàm in capite quàm in membris, & circa ista loca corrigant & reforment ea quæ nouerint corrigenda, non autem inquirent de criminibus aliquorum, q̃a illud pertinet ad officium inquisitorum. Si enim idem possint visitatores quod & inquisitores, cur diuersa vocabula fuissent inuenta superuacua, vt & aliàs C. de codicil. l. si idem. Et hoc attende circa alios non circa regulares, scilicèt, Cistersien. fratres minores, prædicatores, hospitalarios, templarios. isti enim per visitatores sicut & per inquisitores de facili amouentur. vt extrà, de accus. c. qualiter & quando. in final. Alij dicunt, quòd idem sit visitator, quòd & inquisitor, & sunt synonima, sicut ensis, mucro, & gladius, & spada, fama, opinio, & æstimatio, vt ff. de var. & extraord. cog. l. cognitionum. possunt enim visitatores idem quod inquisitores. & econuersò, vt extrà. de accusa. c. qualiter & quando. & c. sicut & c. olim. Sed secundum primam responsionem videntur multum facere ista nomina. visitatores enim dicuntur quasi videntes statum monachorum & monasterij, inquisitores dicuntur quasi intus

quærentes, & sic illis illa quæ exteriora sunt videnda committuntur: inquisitoribus illa quæ sunt intus: & sic de criminibus & vitijs inquirent: & etiam de statu: & ideò sic puniunt quod non possunt visitatores.

Quem effectum habeat crimen obiectum in modum exceptionis. Rubric.

1 *Crimen obyciens in modum exceptionis, inscriptioni non subycitur: nec punitur si non probauerit. & ille contra quē obiectum est, etiam si probatum sit non punitur, nec infamis fit.*

2 *Maritus accusans vxorem de adulterio, repellitur, si eodem morbo laboret.*

3 *Crimen in modum exceptionis oppositum, agentem seu accusantem repellit.*

4 *Crimen quando in modum exceptionis obycitur, quare nō proceditur ad pœnam.*

5 *Pœna quando non est certa, iudicantis arbitrio committitur.*

6 *Procurator in causis criminalibus neque ad accusandum neque ad defendendum interuenire potest: fallit in duodecim casibus hic enumeratis.*

RESTAT vt videamus quando crimina in modū exceptionis obijciantur siue opponantur: & videamus quem effectum habeat crimen sic obiectum: & qualiter iudex debeat procedere: & an aliqua pœna sit imponenda accusatori, si crimē contra ipsum probatum fuerit, vel si non probet ille qui excipit, an aliquo modo puniatur. Sciendum est ergo quod non solùm iure canonico, sed etiam iure ciuili crimina in modum exceptionis opponantur: aliquando contra accusatorem: & aliquando contra testes: & aliquando cōtra aliquos qui debent promoueri: & certè in omnibus istis refert qualiter quis obijciat crimen: si obijciat crimen vt repellat accusantem vel testem à testificando: tunc qui excipit, non inscribit, vt extr. de symonia. l. licèt Hely. & si non probauerit ille qui excipit. non punitur ille contra quem excipitur, nec propter hoc fit infamis, vt ff. de his qui not. infa. l. Lucius. & extrà. de ordi. cogn. c. cum dilectus. §. vltim. & extrà. de testib. c. super eo. & extrà. de symonia. c. licèt Hely. & c. per tuas.
5 † idem etiam est quotiens crimen contra accusatorem opponatur in modum exceptionis: quia nec inscribet qui excepit: nec punitur aliquis illorum siue ille qui excipit. & si non probet: siue ille contra quem excipitur, si probetur. 32. q. 7. c. nihil iniquius. vbi maritus accusat vxorem de adulterio: mulier excipiebat de adulterio commisso à marito: mulier enim rectè excipit, & ille rectè ab accusando repellitur. quomodò enim vxorem condemnet, cùm ipse eadem agat, quę iudicat. Qui enim fornicationis causa vxorem vult obijcere, debet ipse à fornicatione esse purgatus: & talem debes te reddere, qualem vis inuenire vxorem. virginem quæris & intactam, talem te exhibeas. intactam quæris, intactus esto, puram quæris, purius esto. nō. n. illa potest, & tu nō potes: iniquum est enim iudicare de alio, quod de se iudicare non vult: imò tanto adulterium damnabiliùs est in viro, quāto ad ipsum virtute vincere pertinet: & exemplum rege fœminam: & cum caput sis vxoris, ipsa te præcedet ad Deum: & tu qui victus es vis vxorem habere victricem, hæc leguntur 32. q. 7. c. si ducturi & c. iniquum. & c. indignantur. & c. non mœchaberis. Excipitur etiam de crimine contra accusatorem & sine libello & sine pœna, vt 2. q. 7. c. si qui sunt. & c. quęrendú. vbi dicitur, accusatores cuius ęstimationis suspitionisque sint quærendum est, qua intentione: qua temeritate: qua vitā: qua conscientia, quo merito: an pro Deo, an pro vana gloria: aut pro inimicitia, aut odio: aut cupiditate: & optime facit per simile. 3. q. 8. c. iudicet. Itē
2 etiam de iure ciuili maritus † vxorem accusans de adulterio, repellitur si & ipse adulterium cōmiserit. quo modo enim maritus ab vxore pudicitiam exigit, quam ipse non habet: cum maritus vxori colendi bonos mores debeat esse autor. & ff. de adul. l. si vxor. §. iudex. & sic paria delicta mutua compensatione abolentur. vt ff. solut. matrim. l. viro atque vxore. Item & crimen lenocinij repellit maritum, si vxorem damnatam de adulterio sciens retineat, vt C. ad l. Iuliam de adulter. l. castitati. sed hodiè hoc corrigitur per Authen. vt nulli iud. §. adulterium. colum. 8. † Item crimen in modum exceptionis oppositum repellit agentem seu accusantem: 3
putà lenocinij: quando facit ipse maritus quæstum de vxore. quæ exceptio ita demum ab accusato opponitur, si liber est: alias not. vt C. ad l. Iuli. de adulte. l. quoniam Alexandrum. verùm si crimen in modum exceptionis opponatur: non tamen ad repulsam, sed ad pœnam. verbi gratia: accusas me de adulterio: ego repello te, non potes me accusare, quia lenocinium commisisti, de quo peto te puniri, vel si vxor excipiat contra maritum, quòd de adulterio accusare non possit: tunc videtur, quòd illud crimen in modum exceptionis sic oppositum pœnam imponat, vt ff. ad l. Iuli. de adul. l. 2. §. si publico. & hoc dic vt notaui suprà, in illa rubrica: qui prohibentur accusare propter eorum crimina. OPPOSITIO. Sed contra ista sic opponitur: lex illa de adulte. l. 2. §. si publico, dicit, quòd vxore excipiente de lenocinio, maritus puniatur. in C. ad l. Iuli. de adulte. l. 1. dicitur, quòd vxor maritum de adulterio accusare nō possit. Item ff. ad l. Iul. de adulte. l. si vxor. §. iudex dicit, quòd crimen lenocinij obiectum in modum exceptionis virum damnare possit: non autem ab accusatione repellere: nec ob compensationem mutui criminis inter vtrasque communicare. Item ff. sol. matr. l. viro. dicit, quòd paria delicta mutua compensatione aboleantur. Item ff. sol. ma. l. cum mulier. dicit, & mulier maritum ob lenocinium ab accusatiōe adulterij repulerit. quæ iura omnia inter se videntur contrariari. Respondeo, verum est, quòd mulier directè maritum de adulterio accusare non possit, vt C. ad l. Iul. de adulte. l. sed excipere potest, vt ff. ad l. Iul. de adulte. l. 2. §. si publico. & ff. solu. matrim. l. si mulier. Multa enim conceduntur nobis beneficio exceptionis, quę non dantur beneficio accusationis: sicut aliàs ff. de condi. indebi. l. si in aliena area. Institu. de rerum di. §. cum quis in suo. & ff. de acquir. re. do. l. adeo. C. de nup. l. si vt proponis. quòd autem legitur ff. ad l. Iul. de adult. l. 2. §. si publico. Item ff. sol. matr. l. cum mulier. vbi dicitur, quòd mulier ob lenocinium ab accusatione repellatur. loquitur post lit. cōte. postquam nomē adulteræ factum erat inter reos: vt in eo. tit. l. si maritus. §. pręscriptiones. alias rectè obijcitur, vt ff. sol. ma. l. cum mulier. Quòd autem legitur. ff. de adulter. l. si vxor. §. iudex. intelligitur sic: maritus si pudicè viueret, mulierem de adulterio rectè accusa. hoc dicit princ. §. illius, iudex. Sed pone quòd quidam extraneus accusat maritum de adulterio, quòd impudicè viuebat: maritus se excusabat in hunc modum: ideò impudicè viuo, quia vxor mea impudicè viuit: certè nec ista accusatio nec compēsatio legitima est: quia neuter excusabit se propter impudicitiam alterius altero accusante: licèt inter se marito accusante locum habeat exceptio & compēsatio, scilicèt quia paria delicta mutua compensatione abolentur, vt ff. solu. matr. l. viro. & sic intelligas: abolentur, quantum ad illos inter se: quantum autem ad alium accusantem non, vt dictum est. Et sic seruatur in criminibus, quotiens in modum exceptionis opponuntur, tam contra accusatorē quam contra testem: hoc est, quòd repellit: non autem imponat pœnam nisi in crimine lenocinij: & hoc propter priuilegium castitatis, & odium ipsius delicti, vt ff. ad l. Iul. de adul. l. 2. §. si publ. & est ratio, quòd nō possit puniri quia quotiens contra eum de crimine excipitur. ad hoc enim vt pœna imponatur, oportet quòd accusator interueniat. vt ff. de mune. & ho. l. rescripto. at qui excipit non accusat: quomodò ergo damnaretur aliquis sine libello accusatorio, sine quo vel etiam malè concepto nomen rei aboletur, vt de accusat. l. libellorum. Item non est intentio excipientis nec iudicantia, nec ad hoc agitur vt accusatus damnetur, sed vt repellatur.

latur. verũ est enim, quòd qui excipit agere videatur, quantum ad onus probationis, & non aliud, vt ff. de excep. l. 1. ff. de proba. l. in exceptionibus. Si autem crimẽ opponatur in modum exceptionis, vt quis à promotione officij excludatur, puta. est aliquis electus, excipitur contra illum, quod sit criminosus, sicut tota die videmus, & specialiter contra Aurel. & Baluacen. electos. tunc aut excipitur ante confirmationem, & tunc nõ cogitur inscribere illi qui excipit: quia crimen hoc modo probatum impedit promouendum, sed non deijcit iam promotum. Aut post confirmationem, & obijcitur forte quando quis est ordinandus aut consecrandus: tunc quia crimen in modum exceptionis obiectũ si probabitur, ab obtinendo repellit, & deijcit ab obtento: tunc licèt qui excipit non teneatur inscribere: est tamen ille qui excipit non teneatur inscribere: est tamen ille qui excipit secundum arbitrium discreti iudicis ad pœnam extraordinariam astringendus, si in probatione defecerit. & quare assignatur ratio, quia crimine sic probato, perdit quòd per electionem & cõfirmationem ei fuerat acquisitum: licet prius habita non amittat. Et licet agatur de crimine, non est tamen hæc quæstio criminalis, & ideò potest procurator interuenire, vt extrà. de accus. c. super his. & simile habes extrà. de procur. c. tuæ fraternitatis. Et sic nota, quòd ista exceptio quodammodo habetur pro accusatione. & ideò contra illum ad pœnam proceditur. QVAESTIO. Sed multa quæruntur circa ea quæ dicta sunt. In pri-
4 mis † quæritur quare non procedatur ad pœnam in superiori casu, quando crimen in modum exceptionis obijcitur? Respondeo, ideò quia parcitur excipienti: nam si tu accusas, quocunque modo licitum est mihi defendere sanguinem proprium: & sic ignoscendum est ei, vt ff. de bon. eorum qui mor. sibi consci. l. 1. sicut ignoscitur ei qui se vlcisci voluit prouocatus, vt ff. de bono. li. l. qui cum maior. & argum. ff. ad l. Iul. de adulte. l. si adulterium. §. Imperator. & C. ad l. Iuli. de adulter. l. Gracchus. At quando excipis contra aliquem electum, ideò pœna extraordinaria imponitur: quia quid ad te, si ille promouebatur, cum te non accusabat, te non vexabat, sed licèt habita non amittat, obstat tamen dignitatibus quas postea acquisiuit: vt extrà. de elect. c. super eod. & 2. quæstion. 1. c. prohibentur. QVAESTIO. Item quæritur quare fiat illa distinctio ante con-
5 firmationem vel post? Respondeo. ideò quia ante electionem nullum ius quæritur electo, vt extra. de elect. c. cùm inter. & de hoc notaui suprà de electio. post confirmationem verò coniugium spirituale confirmatur, vt extra. de translat. Episcopi vel electi. c. inter corporalia. QVAESTIO. Item quæritur, quare pœna illa committatur ad arbitrium iudicis? Respondeo ideò † quia hoc est generale in iure, vt vbicunque pœna non est certa, quòd committitur arbitrio iudicantis, vt extrà, de offi. & potesta. iud. delega. c. de causis. & ff. de effracto. & expilato. l. [illegible] certa pœna imposita appellatur, secùs si pœna sit determinata à iure, vt ff. de verbo. signi. l. si qua pœna. QVAESTIO. Item quæritur quare pœna imponatur ex quo non inscribit? Respondeo, hoc est quoddam medium ius inter accusationem & exceptionem: nam non inscribit, sed pœnam patitur. vt & aliàs extra. de electio. & electi potest. c. cùm dilecti filij. in fine. sed licèt post confirmationem propter crimen in modum exceptionis oppositum & probatum, quis sit ab obtinendo priuandus, & ab obtento requirendus: tamen est assensus plurium Episcoporum ac si esset accusatio criminalis, vt 24. dist. c. illud. & 3. quæst. 6. c. hæc quippè. Verum, vt dicit Vincentius. testes in causa ista non sunt compellendi ferre testimonium: sicut nec in exceptione famosa, vt extrà. de testi. cogen. c. dilectorum. sed nonne compellentur testes in causa inquisitionis. vt extrà. de testi. cogen. c. super his. Respondet ipsa, casuale est, sicut & multa alia sunt casualia. vt extr. de senten. & re iudi. c. cum I. & A. Item opponitur Vincentio, quòd testes sint compellendi in exceptionibus famosis oppositis contra electum, vt extrà. de electio. c. dilectus filius. Sed Respondet, quòd ibi inducabantur testes non ad improbanda crimina contra electum: sed inducebantur ad improbandam formam electionis. QVAESTIO. Item quæritur de eo quod dicit, quod procurator non potest interuenire, † nam in crimine procurator nõ potest interuenire, nec ad accusandum nec ad defendendum. & 5. q. 8. c. in criminalibus. ff. de publ. iudi. l. pe. §. ad crimen. & extra. de accusatio. c. veniens. quomodò ergo hic cùm pœna extraordinaria sit imponenda, potest causa ista per procuratorem tractari? Respondeo, de ordine iuris communis verum est, quod opponis. sed fallit in 12. casibus in quibus admittitur procurator. Primò, in actiõe iniuriarum, si sit illustris. vt C. de iniur. l. vltim. & 3. quæst. 9. §. 4. Secundò. admittitur procurator in criminalibus ad accusandum [illegible] licet allegando causas absentiæ, non causæ causę, vt ff. de procur. l. seruum. §. publicè vtile. & extrà. de accusatio. c. veniens. & sic intelligitur 22. quæst. 5. c. reos. Tertiò, ad excipiendum, vt extra. de accusatio. c. veniens. & 23. quæst. 5. c. reos. Quartò quando per nuncium causa tractatur, vt videtur dicere c. cùm fratres Artinianẽses. Quintò, per locum litis, vt 3. quæst. 6. c. hæc quippè. & extra. de dolo & contu. c. cum dilectus filius. in principio Sextò, cum causa non est purè criminalis, vt extrà, de procu. c. tuæ. Septimò, de leuibus criminibus, vt ff. de accusatio l. leuia. Octauò, si crimẽ non excedit pœnam relegationis, vt ff. an per alium causa appel. redd. possit. l. Nonò, in crimine suspecti tutoris, vt ff. de procuratoribus. l. non solum. §. vlti. Decimò cum quis accusat alium de ingratitudine, vt ff. de procu. l. sed hæ personæ. Vndecimò, si interueniat quis ad defendendum in actione populari, vt ff. de popul. act. l. qui populari: non autem ad agendum, vt ff. de procurat. l. licet in popularibus. Duodecimo: dominus seruum in accusatione criminali defendit, vt ff. de accusatio. l. si cui. §. penul. & C. de accusatio. l. si seruus. M. tamen dicit, post lit. contesta. procuratorem posse interuenire in criminalibus causis ex parte Rei, vt 22. quæst. 5. c. reos. & illud c. loquitur in procuratore dato ad allegandas causas sententiæ siue ad exceptiones proponendas. Ideò hæc fideliter & diligenter sum prosecutus secundum facultatem & possibilitatem ingenij mei super prædictis: verum quia Tancre. breuiter tradidit doctrinam circa inquisitionem: ideò & illam tosereodam per eadem verba præuidi.

Qualiter facienda est inquisitio super criminibus, super quibus fama præcessit. Rubrica.

1 *Inquisitio super quibus articulis facienda sit.*
2 *Inquisitio contra quem fiat, & super quibus criminibus certum esse debet.*
3 *Publicatio testibus receptis facienda est.*
4 *Reus conuictus secundum delicti qualitatem puniendus est.*
5 *Iudex contra contumacem infamatum quomodò procedere debeat.*
6 *Inquisitionis causa si delegato commissa sit, quomodò procedere debeat.*
7 *Probatio bonæ famæ, infamationis probationi præfertur.*
8 *Cognitionum quatuor sunt genera.*
9 *Duplicatio criminis contra excipientem de crimine nõ admittitur.*
10 *Doli replicatio contra doli exceptionem non datur.*

NOTA dicit Tancredus, quòd inquisitio † facienda est super his dumtaxat articulis, super quibus frequens fama præcessit apud bonos & graues: nec habuit ortum ab inimicis: & hoc modo procedendum est, si aliquis accusatur apud iudicem suum ordinarium, index debet præfigere terminum accusare volentibus, vt procedant ad accusandum, vt extr. de purgatione canoni. c. vltimo. vnde etsi appareant accusatores qui velint, & valeant infamatum canonicè ac- 1

cuſare, audiantur, vt 2. quæſti.4.c.omnibus.& 15.q.5.c.
1.extra de purgatio.cano.c.ex tuarum. Si verò accuſa-
tor non appareat, & fama mala creſcat: tunc Epiſco-
pus vocatis canonicis ſuis ſenioribus, procedet ad in-
quiſitionem, vt hic: & extrà, de ſymonia.c. licèt Hely.
80.diſt. c. ſi quid vero.& ſi eſt aliquis qui proſequatur
inquiſitionem, audiat eum, & recipiat teſtes ab illo no
minatos: ſi verò nullus appareat proſecutor: vel appa-
ruerit.& repulſus eſt: quoniam poteſt excipere cõtra
illum & probare bonam famam: tunc iudex ex officio
ſuo teſtes inducat, vt extrà.eod.c.cum oporteat.& 11.q.
2 3.c.præcipuè.arg.2.quæſt.5.c.præſul.Et nota quòd † cer-
tus debet eſſet contra quem fit inquiſitio & ſuper qui-
bus criminibus fieri debeat: nec debet fieri ſecundum
chartulam occultè datam, vt habeant copiam defendẽ
di ſe: & ſciat ſuper quibus fiat inquiſitio contra eum:
quoniam ſi probarent aliqua contra eum, de quibus nõ
eſſet infamatus, non eſſet propterea puniendus: vt pro
batur in conteſtatione Innoc.extrà.de accu. c.qualiter
& quando.& extrà.de accuſ.c. inquiſitionis. quæ mira-
3 biliter explicauit formam inquiſitionis: quia † rece-
ptis teſtibus debet fieri publicatio: & dicta eorum &
omnia nomina teſtium adijcienda ſunt, vt habeant ſal-
uas exceptiones, tàm contra dicta teſtium, quam per-
ſonas eorum & detur ſibi copia defendendi ſeipſum,
vt in præallegata decre.inquiſitionis.& ſi fuerit proba
4 tum crimen † puniatur ad arbitrium iudicis ſecundum
qualitatem criminis: ita quòd non degradetur, ſed ab
adminiſtratione remoueatur: ſicut villicus in euange-
lio, vt extrà, eod. c.qualiter. niſi eſſet conuictus de tali
genere delicti, quòd retento ordine non poſſet pœni-
tere: putà, homicidio vel ſymonia: quoniam tunc pu-
niendus eſt ac ſi accuſatus eſſet, & conuictus, vt extrà.
de accuſa.c.inquiſitionis.Si verò non fuerit conuictus
per teſtes & mala fama perduret, iudex indicet ei pur-
gationem ſecundum qualitatem delicti & infamiæ &
perſonæ: in qua ſi defecerit, puniatur canonicè, vt extr.
5 de ſymonia.c.de hoc.& c.inſinuatum eſt.† Si verò inſa-
matus eſt contumax, & non comparet, iudex poteſt cõ
tra eum procedere etiam lite non conteſtata, & teſtes
contra eum inducere, vt extrà de teſtib. c.cùm olim.&
eſt argum.expreſſum extrà. vt lite non conte. c. quoni-
am frequenter. §.1. Quales enim teſtes in inquiſitione
recipi debeant & qui non probatur extrà.de ſenten.&
re.iudi.c.cum I.& A.de ſymonia.c.licèt Hely.& c. per
tuas: quia laici & mulieres. extrà. de teſtib.c quoniam
6 aliqua.& c.tam literis.Sed ſi cauſa inquiſitionis † com-
miſſa fuerit iudici delegato, debet ſignificare illi vel
illis contra quem, vel contra quos eſt datus inquiſitor:
& debet procedere ad locum illum ſi commodè fieri
poteſt: aliàs infamatum vocare debet ad ſe præſente il-
lo, & aduerſarijs ſuis ſi aduerſarios habet, leget lite-
ras illas commiſſionis.arg.extrà.de accuſ.c.2.& 2.q.1.c.
Deus omnipotens. & extrà. de offic iudi.deleg.c.cum
in iure.& debet quærere ab illis ſi infamia præceſſit, de
his quæ contra eum geſta ſunt: ſi hæc profiteantur pro-
cedat ad inquiſitionem faciendam, ſi non neget infami
am præceſſiſſe. Si eſt qui proſequitur inquiſitionem,
audiat probationes eius quod infamia præceſſit: & et-
iam audiat probationes illius, quòd non ſit infamatus:
7 aut habuit ortum ab inimicis vel vilibus: † quoniã pro-
batio bonæ famæ præferenda eſt probationi infamatio
nis dummodo legitimè probetur: vt hæc probantur in
eod.titu.de accuſ.c.cum oporteat.& c.licèt in beato.&
de purgatio.cano.c.cùm in iuuentute. & ſi probet ex-
ceptiones legitimas, non procedat iudex ad inquiren-
dum: alioquin procedat, vt dictum eſt in titu.de purga-
tio.cano.vel abſoluat: vel purgationem iniungat reo:
imò quatuor modis præter iſtos tres modos agitur in
modum inquiſitionis, vt infrà c.proximo.excepto etiã
8 notorio: vt ibi dicitur. Et dicit, quòd † cognitionum
quatuor ſunt genera. aut enim agitur de capitali crimi
ne: aut de fama: aut de re pecuniaria: aut oneribus ſiue
muneribus augendis, vt ff.de var.& extraordin. cogni.
l.penult.Tancre.iſtam notulam inſerui propter breui-
tatem ſui. & ne videar doctores iuris canonici in con-
temptu habere. Quædam tamen vertuntur in dubium,
& de facto tota die contingunt.† Ecce aliquis eligitur: 9
tu contradicis electo, & excipis cõtra eum hoc modo:
nõ potes eſſe Epiſcopus, quia excommunicatus es: quia
periurus es: quia infamis: quia irregularis, ſcilicèt quia
filius ſacerdotis es, vt extra.de purg.cano. c. vltim. ille
qui eſt electus replicat, vt dicit, non potes excipere cõ
tra me: quia tu es excommunicatus vel es periurus. mo
do quæritur nunquid iſte ſic replicando audietur? Et
in primis videtur quòd ſic: nam qua ratione exceptio
tollit accuſationem, & per exceptionem oppoſitam il-
le repellitur: eodem modo replicatio tollit exceptio-
nem, & illum remouet ab excipiendo, vt Inſtitu.de re-
plicatio, & ff.de excep.l.2.Item paria delicta mutua cõ-
penſatione abolentur, vt ff.ſol.matrim. l. viro atque v-
xor.Item claudus incuſet mancum, Catelina Cethegũ,
vt argum.C.de inoffic.teſtam.l.in arenam.& C. de lib.
cauſa.l.liberum.& argum.ff.ne quid in loco publ. fiat.
l.2.§.ſi quis ædificat.Item qui habet plura beneficia, nõ
poteſt illum repellere, propterea quod habeat plura
beneficia, vt extrà.de excep.c.cùm eccleſiaſtica.Sed re-
ſpondeo & dico quòd non debet audiri in caſu iſto re-
plicans contra excipientem, & hoc per decre.extra.de
except. c.dilecti filij. & c.ſignificauerunt. & eſt ratio:
quia † contra doli exceptionem non datur replicatio 10
doli: quoniam tunc dolus eſſet accuſatori lucroſus: ſi-
cut in hoc.Si autem audiretur replicans contra excipi-
entem, iam lucraretur, quia dignitatem obtineret, &
ſic contra legem eſſet, vt ff.de doli.except. l.apud Cel-
ſum.§.Marcellus.& ad idem inducitur ff.de eo.per quẽ
fac.eſt.l.hoc edicto §.penult.& ff.de contrahen. empr.
l.domum.§ penult.aliàs enim lucroſus eſſet dolus ſeu
malicia, ſi daretur contra doli exceptionem replicatio
doli.vt ff.de cura.furio. l.conſilio. & ponuntur ibi ex-
empla.& eſt ratio: quia cum excipiens contra electum
obtineat vicem rei, licèt eſſet millies excommunica-
tus, nominus tamen poſſet excipere: cum omnis de-
fenſio, etiam ſi conſtaret eum excommunicatum, reſer-
uetur ſibi, vt extrà.de excep c.cum inter.& c. ſignifica-
uerunt.& c.dilecti.& c.dilecte.OPPOSITIO. Sed oppo-
nitur de illo c.24.diſt.c.illum. vbi dicitur, quòd denun-
tiantur primò perſonæ contradicentium. Reſpondeo:
canon ille loquitur in electo & confirmato.cæterùm ſi
non ſit confirmatus, locum habet decre illa, dilecti.ar-
gu.pro hoc extrà.de accu.c.ſuper his.& arg ad id quod
habes de accuſatoribus: quorum perſonæ ſi veniant, ad
accuſandum, debet inquiri, vt 2.q.7.c.ſi accuſatores. &
c.quærendum. QVAESTIO.Quid autem ſi aliquis pro-
ſequatur appellationem, & obijciatur excommunica-
tio, & maximè in facto electionis. Reſpondeo: non no-
cet: vt extrà.de exceptionib. c. ſignificauerunt. & c.ve-
nerabilem.

De purgatione canonica. Rubr.

VERVM quia poſt accuſationem propoſitam &
non probatam purgatio ſequitur, vel etiam pro-
pter infamiam præcedentem, licèt accuſatio nõ
ſequatur: videamus ergo quid ſit purgatio: quis debeat
ſe purgare: quando & qualiter & cum quot: & quæ ſit
forma ſacramenti, tam illius qui purgandus eſt, quàm
etiam compurgatorum. vltimò quis ſit effectus purga-
tionis.

Quid ſit purgatio. Rubr.

1 *Purgatio quid.*
2 *Infamia facti nullo iuris remedio tolli poteſt, & quia fa-*
cti infamia dicatur.
3 *Purgatio quotuplex.*
4 *Duellum de iure canonico vetitum.*

PVRGATIO eſt † criminum obiectorum ſeu in-
famiæ præcedentis liberatio. vel purgatio eſt de
obiecto crimine vel infamia defenſio. Et eſt iſta
purgatio quædam medicina ſeu quoddam antidotum
contra morbum accuſationis & infamiæ: contra mor-
bos enim conuenit antidotum præparari, vt extrà. de
iuram.

iuram.calumn. c. cæterum. multa enim prosunt medicamenta morbis: vt in Authent. hæc constitutio inter. priorem constitutionem. collat. 6. infirmus ergo quando patitur, dicit medico, volo purgari, & sicut per medicinam mali purgantur humores, sic & per istam purgationem præcedens tollitur infamia, fortè quantum ad ius,
2 infamia † enim facti nullo iuris remedio tolli potest, & illa dicitur infamia facti, quando homines
3 credunt aliquem esse malum. Ista † purgatio multiplex & vulgaris erat & cõmunis. ecce aliquis accusabatur, non habebat accusator testes, offerebat accusator duellum siue pugnam, siue per se, siue per campionem, oe
4 cesse habebat reus se defendere, † quòd hodiè iure canonico prohibetur, vt extrà de purga. vulga. c. cura. & c. significantibus. & 2. quæstio. 4. c. monomachiam. licèt enim Dauid fecerit duellum cum Goliat, nunquam tamen illud trahere poteris in exemplum, nec pro lege seruatur, licèt in imperio, in Theutonia & in regno Franciæ, & in Angelia ferè pro qualibet causa fiat duellum inter laicos. in regno verò Siciliæ licèt fieret duellum in viginti duobus casibus de iure Longobardor. hodiè tamen per constitutionem domini nostri Imperatoris Fr. Hierusalem & Siciliæ Regis, in duobus tantũ casibus admittitur inter laicos, scilicèt in l. Iulia maiest. & in morte furtiua, id est, absconsa, vt in constitutionib. de probationib. instrument. & legib. imperial. & pugn. sublat. l. monomachiam. & est ratio quare iudicium pugnæ sit sublatum, quia est incertum Dei iudicium, cum & multos videamus bonam causam suam amittere. vnde ipsi legislatores volebant pugnam tollere, sed dicunt ipsam non possumus tollere propter impiam consuetudinem gentis nostræ Longobardorũ, vt in Longobard. de monomach. l. recolimus. voluerunt etiam quidam vetare, quòd etiam in iure romano sit prohibita pugna, argum. de actionib. & obligation. l. negantes. & C. de gladiato. l. vnica. libr. 11. sed non est verum, de alijs enim gladiatoribus, & de alia vi armata loquuntur illa iura.

De alia purgatione quæ non est canonica. Rubrica.

1 *Purgatio ferri candentis qua erat, & quomodo fiebat.*

1 ERAT etiam alia purgatio; scilicèt, ferri cãdentis † quæ fiebat hoc modo, ecce aliquis accusabatur seu infamabatur de aliquo maleficio. accusatus seu infamatus negabat: accusatus seu infamatus purgabat se ita: ponebatur ferrum ignitum valde super aliquo lapide, ille accusatus seu infamatus accipiebat illud ferrum in manu sua extensa & portabat illud per duodecim pedes, & postea proijciebat, & statim ligabantur manus illius, & inuoluebantur de aliquo panno & cera, & sigillabantur sic manus quod essent inclusæ in panno, & postea circa sero pannus remouebatur & sigillum, & si manus inueniebatur læsa, puniebatur, si illæsa apparebat, liberabatur: ego sępè vidi hoc de facto. Istud iudicium hodie sublatum est, vt extr. de pur. vulg. c. cùm dilectus. & 2. q. 4. c. Mennam.

De tertia purgatione. Rubr.

1 *Purgatio aquæ frigidæ qua, & quibus modis fiebat.*

5 ERAT enim tertia purgatio aquæ frigidæ, † & hoc vidi duobus modis fieri, primò implebatur vas aliquod aqua frigida, infamatus imponebat manum, si apparebat signum in manu, sicut quando poneretur in aqua calidissima, condemnabatur, si non, absoluebatur. Item alio modo fiebat, implebatur aliquod vas maximum aqua frigida, aliquis qui erat infamatus, ligatis manibus & pedibus ponebatur in aqua, si mergeretur in profundum, liberabatur, si non mergebatur, condemnabatur. & istud iudicium hodie reprobatur, vt 2. quæstio. 4. c. Mennam. & c. consuluisti, & extrà de pur. can. c. ex tuarum. prohibentur etiam hodie omnia illa per constitutiones domini Imperatoris nostri Friderici, quas fecit in regno Siciliæ in tit. de probat. instrument. & de legib. imperial. & de pug. sub. l. paribiles. & l. persequentes. in istis modis purgatio dicebatur vulgaris, quæ hodie sublata est, vt dictum est.

De quarta purgatione. Rubric.

1 *Purgatio canonica per sacramentum fieri debet.*

EST & alia purgatio quę dicitur canonica, id est, regularis, canon enim Græcè, Latinè dicitur regula, vt 3. dist. c. can. † & illa debet fieri per sacramẽtum, sicut infrà dicemus. 1

Quis debeat se purgare. Rubric.

1 *Infamato publicè siue non, purgatio necessaria.*
2 *Accusato purgatio non est indicenda, nisi in probationibus accusator defecerit.*

VIDEAMVS quis debeat se purgare. & certè ille se purgat, qui est accusatus, vel † publicè infamatus: vel si non publicè, sed aliàs infamatus est apud bonos & graues: si infamia talis ab inimicis & æmulis non habuerit ortum. ar. illo quòd diximus suprà de inquisitionibus: imò licèt publicè infametur, dummodò ab inimicis & æmulis ortum habuerit infamia, purgatio non indicetur. malè dictum autem aliquando sequitur multitudo, vt extrà. de purg. can. c. cùm in iuuẽtute. † In accusatione autem ita se purgat aliquis, si accusator non habeat probationes, alioquin si probare poterit accusator: purgatio non indicetur, sed procedetur in crimine. & si probabitur crimen, pœna legitima imponetur, vt diximus. suprà de accusat. 1 2

Quando debeat fieri purgatio. Rubrica.

1 *Purgatio quando, & qualiter indicenda, & quomodo fieri debeat.*

NVNC videamus † quando & qualiter & cũ quot debeat quis se purgare: certè tunc indicenda est purgatio quando quis est accusatus, vt dixi: & accusator probationem non habet, vel quando quis est publicè infamatus. Equidem si infamia est publica, publicè se purgabit, vt 2. q. 4. c. omnibus. si priuata, priuatim est indicenda purgatio, vt 15. q. 6. c. de crimine. in quo c. legitur: quòd tunc est indicenda purgatio quando crimen ab accusatore probari non potest. & hoc idem habes extrà. de purg. ca. c. moniales. 1

Qualiter debeat quis se purgare. Rubrica.

1 *Papa infamari potest.*
2 *Purgatio Leonis Papæ.*
3 *Purgatio necessitatis est.*

QVALITER purgabit se: & certè per sacramentum: & quæ erit forma dicetur statim in sequentibus. purgabit se omnis qui est accusatus & non probatus, vt dixi: vel infamatus. De Papa quid dices: certè accusari non potest, † sed infamari sic: & tunc si vult, purgabit se negando. sicut fecit Leo Papa, qui dixit † audite fratres charissimi qualiter mali homines in me grauia crimina obiecerint: quamobrem ego Leo pontifex sanctæ Romanæ ecclesiæ purifico me in conspectu vestro coram Deo & Angelis eius, quod istas criminosas & sceleratas res, quas inimici mei obijciunt, non perpetraui, nec perpetrari feci, vel iussi. hoc autem faciens non impono legem cæteris quasi id facere cogantur, vt 2. q. 4. c. auditum. QVAESTIO. † Si autem quæratur vtrum purgatio sit necessitatis vel voluntatis? Respondeo: necessitatis. oportet enim accusatum seu infamatum se purgare: si autem se non purgauerit, punitur sicut statim notabo, vt 2. q. 4. c. Mennam. cum sequentibus capitulis vsque ad capitulum auditum. & 3. c. auditum. & extrà. eod. c. 3. 1 2 3

Cum quo debeat se quis purgare.

1 *Episcopus quomodo se purgare debeat.*

1 REgulariter † autem Episcopus debet se purgare cum 12. sacerdotibus, cum sex diaconis, & inferiores cum tribus: vt 2. quæstio. 5. c. si legitimi. & c. præsul. & c. omnibus. circa fi. verum in hoc vltim. c. dicitur augere numerum erit in voluntate superioris ad sedandũ scandalũ, vt extr. eo. c. inter. & c. quotiens. aliquãdo etiam minuere potest. nã aliquando Episcopus purgat se cum tertia manu, vt extrà. de pur. ca. c. quotiens. aliquando sacerdos cum quinta manu: aliquando cum sexta: vt extrà. de pur. ca. c. ex tuarum. vnde cauetur ex his versibus. Versus.

Pontificem partium manus excuset duodena.
Quinta sacerdotem, leuitam tertia pœna.
Maior maiori minor infligenda minori.
Cùm plebs accusat, purgabitur in manifesto.
Quem chorus ante chorum sua sit purgatio præsto.

De forma sacramenti se purgandi & compurgatorum. Rubric.

1 *Sacramenti purgantis se forma.*
2 *Compurgatores quomodo sacramentum præstare teneantur.*
3 *Compurgatores vitæ & conuersationis purgantis cognitionem habere debent.*
4 *Compurgatores quales esse debeant.*

1 FORMA autem sacramenti illius qui purgandus est, talis erit, quòd † iuret corporaliter se immunem esse à crimine, super quo infamatur, vt extr. de por. can. c. accepimus. & c. constituetur. vel specificet formam sacramenti. ecce accusatur Episcopus de symonia: ipse iurabit, quòd pro tali ecclesia danda vel aliqua re alia spirituali, nec ipse per se, nec per submissam personam, nec aliquis pro eo se sciente precium recepit. vt extrà. de purg. cano. c. quotiens. Item si super alijs criminibus fuerit infamatus iurabit: vt dixi, quòd sit ab illis immunis: vel sub expressa forma, videlicet quòd symoniam, venditionem iustitiæ incontinentiam non commisit, postquàm ad Episcopalem dignitatem fuit promotus, vt extrà. de purga. canon. c. accepimus. 2 † Compurgatores autem corporaliter præstabũt sacramenta super sancta Dei euangelia, quòd ipsi credunt illum verum iurasse, vt extra. de purg. cano. c. quotiens. vel iurabunt sic: quòd secundum suam conscientiam sit ille ab illo crimine immunis, & quòd bonum exhibuit iuramentum. vt extrà. de purg. ca. c. constitutus. vel quòd credant illum dicere veritatem, qui purgatur: vt extrà. eod. tit. c. de testibus. Sed illud attende, quòd isti compurgatores non admittantur indifferenter. ecce in primis exhibetur iudici, qui vult & debet recipere compurgatores, quòd nullas minas, nullam maleuolentiam, nullam indignationem illis compurgatoribus ostendat: nec illos impediat: nec quantum in se est permittat aliquem ab alijs impediri: vt extrà. eod. tit. c. cum P. Manconella. Item isti † compurgatores debent cognoscere vitam & conuersationem illius 3 quem purgant: alioquin anceps subibunt periurium, quòd iura nolunt, vt ff. de in lit. iurando. l. videamus. Item debent † esse isti purgatores bonæ famæ, vitæ ho- 4 nestæ & conuersationis, & bonæ opinionis: & quòd nõ possint flecti amore, odio, vel pecunia: vt extra. eod. c. cùm P. Manconella. Item debent esse fide catholica, vitæ probatæ, & qui conuersationem illius cognouerũt: tam moderno tempore quam transacto, vt extrà. eod. tit. inter solicitudinem. Item debent esse vicini illius quem purgare debent. & debent esse viri honestæ vitæ: & extra. eod. c. cùm dilectus. non enim examinare debent iudices, qui sint, & quarum nationum sint illi cõpurgatores: sed satis est quòd ab ecclesia tollerentur, & sint bonæ opinionis. & in suis ordinibus ministrantes, nec in aliquo crimine condemnati. vt extrà. eod. tit. c. constitutus.

De effectu purgationis. Rubr.

1 *Purgationis effectus quis.*
2 *Purgandus an ab omni infamia liberatur.*
3 *Accusatus an post indictam, & etiam præstitam iuris purgationem iterum accusari possit.*
4 *Suspicio in purgatione canonica facienda quid operetur.*
5 *Purgatio si legitimè fiat prodest: alias non, nec impedit vt iteratio fiat.*
6 *Compurgatores parcè examinandi.*
7 *Infamatus de hæresi nedum ab officio, sed & beneficio suspendendus venit.*
8 *Purgatione an egeat is cui crimen obiectum in modum exceptionis probatum est.*
9 *Compurgatorum numerus secundum sceleris qualitatem augetur vel minuitur.*
10 *Purgandus, de hæresi, de tempore præterito, præsenti, & futuro iurare tenetur.*

EFFECTVS autem purgationis maximus est. † nã si aliquis purgatus fuerit, absoluetur ab illo crimine de quo fuerat accusatus, vel infamatus liberabitur ab infamia: alioquin condemnatur, vt 2. q. 4. c. Mennam. cum capitulis sequentibus. & extrà. eod. tit. c. cum P. Manconella. & c. inter solicitudinem & extra. de symonia. c. de hoc autem. & c. insinuatum & extra. eod. tit. c. ex tuarum. nisi in tribus casibus. Primus est, si aliquis extraneus est incognitus: certè si non habeat compurgatores, qui eum cognoscant, nõ propterea punitur: sed credo ipsum sub sacramento liberandum: vel si publica laborat infamia, procedatur ad tempus contra eum, donec sedetur scãdalum, quòd ipsum suspendam ab officio & beneficio donec reformet se ad frugem melioris vitæ: vt extra. eod. tit. c. inter solicitudinem. Item si aliquis legitimè appellat: licèt se non purget, non punitur. non enim ipse iudex à quo legitimè est appellatum, indicet sibi purgationem, sed superior. vt extrà. eod. c. nos. Iudicio enim pendente etiam coram delegato, non potest ordinarius procedere ad indicendam purgationem, vt extra, cod. c. cum dilectus. in fin. Item in tertio casu cũ non poterant inueniri cõpurgatores, licèt ille qui est purgãdus sit notus, sicut ponitur exemplum: extr. eo. c. cum in iuuenture. QVAESTIO. Sed illud queritur ecce aliquis est purgandus: nũ- 2 quid liberatur ab omni infamia? Respond. ab infamia iuris sic. ab infamia facti solus Deus liberare posset, quòd ab infamia iuris sic liberetur, legitur C. de his qui not. infam. l. quid ergo. §. pœna grauior. QVAESTIO. Item quæritur, an † post iuris purgationem indi- 3 ctam & etiam præstitam possit ab alio accusari? Respõdeo, quidam dicunt quòd si accusatore præsente se purgauit, iterum accusabitur: sicut in accusatione, vel abolitione: nisi doceri possit de præuaricatione, vt ff. de præuarica. l. sicut. secus si purgetur non accusatus: tunc enim ab illo accusari potest: puta quando infamatus purgatur, vel aliud est in absolutione quam in purgatione. Alij dicunt Huguitio, quòd post purgationem de alio crimine accusari possit, de eodem crimine, de quo se purgauit, accusari non possit, & est ratio: nam iusiurandum maiorem habet auctoritatem quam res iudicata. vt ff de iureiuran. l. & si possessori. §. si tamen. nam prætor iusiurandum tuetur, vt ff. de iureiura. l. 5. 3. §. 1. consumitur enim publica accusatio, scilicet, popularis per iusiurandum, nisi per collusionem actum sit, vt ff. de iureiu. l. cum qui. §. in popularibus. solum enim Deum habet vltorem, vt ff. de iureiu. l. iusiurandum. & pœnam a Deo expectat, vt C. de a ibi. Authẽt. decreuit. & C. de pœna iudi. qui male iudi. Authen. sed nouo iure. sed erat ibi infamatus: vel est ibi speciale argu. ff. de iureiur. l. si duo patroni. §. 1. in fine. Sed ibi notorium erat periurium: vel per eius confessioné notum vel infamatũ. ita dicit Huguitio. Sed Damasus dicere videtur, quòd post purgationem non possit de eodẽ crimine accusari. vt extr. de accu. c. de his. sed non dicit lex: quòd

vbi

vbi lis deciditur per iuſiurandum, retractetur ſenten-
tia nouis probationibus repertis, vt ff. de iureiur. l. ad-
monendi. ſed tamen ſecundùm iura primum dictú ve-
4 rius eſt, vt extr. de pur. canon. c. cùm dilectus. † Item
nota in hac purgatione canonica facienda, quòd teme-
raria ſuſpicio ſemper repellatur, vt 6. quæſt. 1. c. oues.
veriſimilis admittatur ad purgationem indicendam: ſi
ſit efficax, violenta ad ſententiam ferẽdam ſufficiat, vt
32. quæſt. 1. c. dixit, argum. pro his extr. de purg. canon. c.
ſi quis de gradu. QVAESTIO. Item quæritur ſub illa de-
cret. extr. de purg. cann. c. quotiens. vbi dicit, quòd ac-
cuſatores plures interfuerũt: quomodo poteſt hoc eſ-
ſe, nonne quando plures ſunt accuſatores, iudex debet
eligere digniorem, vel ætate, vel moribus, vel alia iu-
ſta cauſa? vt ff. de accuſat. l. ſi plures. & extr. de accuſa.
c. cùm oportet. Reſpondeo: forte diuerſis criminibus
accuſabant iſti, non de eodem: vel aliàs iudex a princi-
pio poteſt hoc facere ex officio ſuo, non tamen ex ne-
ceſſitate hoc ei imponetur, vt ff. de iudic. l. non quic-
quid. & C. quomodo & quando iudex. l. 1. QVAESTIO.
Item quæritur: in eadem decre. dicitur, quòd illi accu-
ſatores teſtes ſecundum formam canonum, producere
non poterunt: quomodo potuit hoc eſſe: nam in de-
cret. illa accuſabatur de ſimonia: & in illo crimine o-
mnes indifferenter admittuntur, vt extr. de teſt. c. ve-
niens. & extr. de ſimon. c. tanta. & c. quamuis ad abolen-
dam. maximè cùm ille Epiſcopus in illa decret. erat de
ſimonia illa infamatus: quod ex eo patet, quod indici-
tur ſibi purgatio, vt ibi dicitur: quare ergò indifferen-
ter non fuerunt teſtes admiſſi, vt extr. de ſimon. l. licèt
Hely. & c. per tuas. Reſpondeo, teſtes inducti fuerunt
forte participes criminum: & ideo fuerunt canonicè
repulſi, vt extr. de ſimon. c. per tuas. vel dicas, quod ac-
cuſatores canonicè procedere non poruerunt: & hoc
dicit Tancred. Item in hac purgatione nota, quòd ita
5 demùm prodeſt † illa purgatio, ſi fiat legitimè: alioquin
non prodeſt quin iterato fiat, vt extr. eodem titul. c. ex
tuarum. nec enim reproba pecunia liberat ſoluentem,
vt ff. de pigno. actio. l. & eleganter. & minùs idonea li-
tis conteſtatio nihil operatur, quominùs iterum fiat,
vt C. ne de ſtat. defunct. l. ſi pater. Item ſi quis per im-
probatam religionem iurer, ſibi non prodeſt, quin ve-
rum iuret, vt ff. de iureiuran. l. non erit. §. 1. Item nota,
6 quòd in hac purgatione † ille qui debet recipere com-
purgatores, non debeat multum eos examinere. vt di-
cit decret. extr. eod. c. conſtitutis. quia qui multum e-
mungit, elicit ſanguinem, vt diſtinct. 4. c. denique. & ſic
nimia curioſitas & indagatio aliquando euitanda eſt,
vt ff. de nouat. l. doli. & ff. manda. l. ſi fideiuſſor. §. 2. & ff.
quib. mod. pign. vel hypothec. ſol. l. ſicut. §. antepenul.
& 34. diſtinct. c. fraternitatis. & 41. diſtinct. c. ſunt nan-
que. nam prodeſt curioſitas, vt ff. de in rem verſ. l. qua-
tenùs. § ſed ſicut. QVAESTIO. Item quæritur, an iſti com-
purgatores dum eſſent in aliqua cauſa teſtes inducti, &
fuerint repulſi à teſtificando propter crimina eis ob-
iecta, nunquid poſſent a purgatione repelli? quidam
dicunt, quòd ſic. Tancred. tamen dicit contrarium per
decretal. extr. de teſtib. c. porrò. & extr. de ordin. co-
gnit. c. cùm dilectus, in fine. Item nota in hac purgatio-
ne, quòd quis propter immanitatem ſceleris infama-
tus, putà, de hæreſi, † quòd non ſolùm ab officio eſt ſu- 7
ſpendendus ſed à beneficio, vt extr. de purgat. cano. c.
inter ſollicitudinem. & 2. q. 5. c. ſuper eam. † QVAE- 8
STIO. Item quæritur: an ille cui probatur crimen in
modum exceptionis, debeat ſe purgare? Reſponden,
quòd ſic, vt extr. de purgat. cann. c. inter ſollicitudi-
nem. nam ex dictis teſtium vix poteſt eſſe, quin ſequa-
tur infamia: vnde non poterit promoueri antè purga-
tionem, vt extr. de ſimonia. c. ſuper eo. hoc dicit Lau-
rentius. licet enim exceptio non infamet, vt extrà, de
ordin. cogn. c. cùm dilectus. tamen ſugillat opinionem
infamati, vt ff. de doli except. l. apud Celſum. § aduer-
ſus. & opinio alicuius ordinandi in nullo debet vacil-
lare, vt 24. diſt. in c. laici. Io. dicit hoc. † Item nota, quòd 9
propter immanitatem ſceleris, ſicut in hæreſi, excedi-
tur numerus compurgatorum, qui habetur 2. quæſt. 5. c.
præſul. quia hoc arbitrarium eſt: ſicut diminuitur quan-
doque in Epiſcopo, vt extr. eod. c. cùm in iuuentute. c.
cum ex tuarum. † Item nota, quòd ſi aliquis infamatur 10
in hæreſi, & poſteà purgat ſe, non ſolùm iurat de præ-
terito & præſenti, quòd ſit immunis, ſed iurat quodã-
modò de futuro, ſcilicet, quod familiaritatem hæreti-
corum abiuret, vt extr. eo. c. inter ſollicitudines. Item
ſimile: nam ſi aliquis incidit in canonem latæ ſenten-
tiæ, verberando clericum in virtute iuramenti iniun-
gitur ſibi, ne deinceps in clericum vel monachum, vel
alicuius religionis conuerſum, manus iniiciat violen-
tas, niſi ſe defendendo: aut de mandato prælatorũ ſuo-
rum, vel niſi habeat in eum magiſterium vel prælatu-
ram: vel niſi ſocius ſit in eadem cauſa, vt extr. de ſen-
tent. excommu. c. ex tenore. in quibus caſibus ideò nõ
iniungitur aliquid de futuro: quia ſeruare nõ poſſent,
præterquàm in vltimo caſu, ſcilicet, quãdo ſocius ver-
berando non incidit in canonem. Et hoc etiam contin-
git in quibuſdam caſibus ſpecialibus, vbi qui ſe iurat
ſimilia non facturum: ſicut qui liber abſoluendus, vt 11.
quæſt. vltim. c. cùm aliquis. Item incendiarius, vt 23.
quæſtio. 5. c. peſſimam. Item hæreticus, vt in prædicta
decret. inter ſollicitudinem. & in decret. 3. quæſt. 7. c.
quotiens. Item de quolibet nephando crimine, vt 11.
quæſt. 2. c. de viro. Contrarium argum. extr. de cohabi-
tat. cleri. & mulie. c. clericos. Sed reſpondeo, quòd il-
lud locum habet in ſua materia, ſcilicet, in his crimi-
nibus, quæ de facto incurrimus: vt in fornicatione,
ſine qua pauci vel nulli inueniuntur, vt 50. diſtinct. c.
quia tua. in his criminibus quis nõ iurat de futuro, ſed
tantùm de præſenti, vel præterito, ſicut dictum eſt. Hęc
diligẽter de purgatione canonica & vulgari ſum pro-
ſecutus. & de alijs, quæ omnia & ſingula corrigenda
Doctoribus meis in iure Canonico relinquo: & ipſi
ex eorum ſcientia ſuppleant, quòd mihi iuris Ca-
nonici ſcientia non miniſtrat, vt alias.
ff. de acquirend. poſſeſſ. l.
quamuis.

Celebris quotidianique Operis Libellorum Domini Rofredi Bene-
uentani ſuper Iure Pontificio,

FINIS.

QVAESTIO.

QVAESTIONES SABBATINAE NON MINVS DOCTAE QVAM FRVCTVOSAE AB EMINENTISSIMO TVM CIVILIS, TVM CANONICI IVRIS INTERPRETE,

DN. ROFREDO BENEVENTANO EDITAE.

PROOEMIVM.



VM essem Aretij, ibique in cathedra residerem, post trāsmigrationem Bononiæ, Ego Rofredus Beneuentanus iuris Ciuilis Professor, Anno Domini 1215. mense Octobri: & cogitarem quid vtile & fructuosum possem socijs de Legum sciētia ministrare: considerādo, quòd in scholis Dominorum Bononiensiū Sabbatinæ Quæstiones Domini Pylei tractarentur: & quia erat vtilius quæstiones de facto emergentis tractate in Sabbatis, quàm illas scriptas Domini Pylei recitare: in quibus recitandis nulla vtilitas nisi quoad astutiam inuenitur: ideò quæstiones de facto emergētes, vtiles ac fructuosas, & copiosè tractatas ad rogatum meorum sociorum in scriptis redegi: quas quæstiones periti & sapientes mei socij in singulis Sabbatis tractauerunt. Verū quia in legibus nostris fit furtum sine culpa laudabile, & opes & glossas quas fecerunt Doctores antiqui mortui iam multis retrò temporibus, viuentes Doctores & Domini sibi appropriāt & ascribunt, vt consequantur laudem scholarium, gloriam omnem & fauorem: per hæc verba nullum reum in iudicium defero, pœnam metuens delatoris: sed emitto crimen inultum, vt conscij agant pœnitentiam, vt redditis pennarum furtiuis coloribus, nudata moueat cornicula risum: & quia lucrari volunt, & semper aliena viuere quadra: nam species lucri est ex alieno largiri, & ex alieno beneficio alium sibi acquirere debitorem. vt ff. de furt. l. si pignore. §. 1. Et ideo istud metuens, & illud quod dicitur: Sic vos non vobis fertis aratra boues. Sic vos vobis mellificatis apes. Sic vos nō vobis nidificatis apes. Sic vos non vobis vellera fertis oues. Timēs de iure ne aliquis inuidus & subtractor operis alieni hoc meum opus sibi ascriberet: ideò nomē meum per initia quæstionum appositum studiosus Lector poterit inuenire. In prima quæstione, quæ sic incipit: Romana quidem Ecclesia &c. Prima nominis litera apponitur: & sic seruato ordine inspectis literis primis quęstionum, inueniet ista nomina: Rofredus Beneuentanus Iuris Ciuilis Professor factor operis. Accipite igitur studiosi socij, & studium, & sollicitudinē attendite offerentis: omnes enim sunt de facto quæstiones tractatæ præter quatuor: quarū materia est de quęstionibus Pylei: sed sunt alio modo, vijs & legib pertractatæ. Prima illarum quatuor est, quę incipit, Viuianus. Secunda, Aemilius. Tertia, Nicodemus. Quarta, Farulphus. Et ideo has inuenies hic positas: quia quidā ex meis socijs tirones in legibus, non poterāt dentibus panem durum manducare: ideò illas scriptas in medio proponebant. Cesset liuor, & inuidia repellatur, benè sunt & diligenter quæstiones positæ, & legibus pertractatæ, & in singulis quæstionibus adaptatæ sunt actiones legibus competentes. Incipiamus ergò in nomine Domini &c.

ARGVMENTVM.

Qui semel elegit, an possit secundò eligere, & si non vult, an cogatur.

SVMMARIA.

1 *Verba cum effectu accipienda.*

2 *Eligens, cuius electio non tenuit, ab eligendo non liberatur.*

3 *Eligendi ius suscipere voluntarium est: susceptum verò necessarium.*

4 *Petitione sola facti, stipulatio habere licere non committitur.*

5 *Elegisse non videtur, cuius electio non tenuit.*

6 *Eligendi ius eligenti non tollitur nominatione, quæ effectum non habuit.*

7 *Non eligere & electionem non tenere, paria sunt.*

8 *Eligere verbum cum effectu accipiendum est.*

9 *Eligens ex quo semel elegit, officium eius expirasse videtur.*

10 *Factum aliquid esse de facto semel sufficit.*

11 *Solutio quæstionis.*

QVAESTIO I.

OMANA quidē Ecclesia dum Pastore vacaret, Titio est potestas eligendi collata, vt aliquē eligeret in Pastorem, hic Titius virum honestū elegit, qui electus noluit cōsentire: vult alium eligere: alij Canonici dissentiunt: quæritur, an possit? vel non vult alium eligere, an possit cogi? Quòd alium possit eligere, vel etiā cogatur, ita probo: Ille Titius debuit eligere sed nō elegit: ergo adhuc eliget: verba enim † cum effectu sunt 1
accipienda, vt ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. l. 2. & l. pen. §. pen. & argu. ff. ad Velleia. l. non putat. §. si mulier. Nec † liberatur ideò quòd semel elegit: quia 2
illa electio non durauit: nam non videtur versum, nisi duret versum, vt ff. de in rem vers. l. si pro parte. §. versum. Item si aliquis debeat dare fideiussorem, & dedit talē, qui poterit se exceptione tueri: vel fortè exceptionē opposuit, & ita liberauit se à fideiussoribus, tenetur iterum dare fideiussorē, vt ff. ad Velleia. l. quamuis. §. si conuenerit. Item licèt † ab initio non compellaris 3
necessitatem eligendi suscipere, tamē posteaquàm suscepisti, teneris consummare: sicut in mādato legitur, quòd suscipere est voluntatis: susceptum consummare est necessitatis. vt ff. manda. l. si mādauero tibi. §. sicut autem liberum. Idem in commodato, vt ff. commod. l. in commodato. §. sicut autem. Nónne hoc idē est in arbitro, quòd ab initio nemo cōpellatur suscipere arbitrium, sed si susceperit, compellitur arbitrari, vt ff de arbitr. l. 3 §. 1. Hoc etiam in iudice idem, vt ff. de iudi. l. de qua re. procurator etiam qui susceperit procurationis officium, si velit stipulationem de rato committi, tamē compellitur agere, ex quo semel accepit, vt ff de procurat. l. filius. §. procuratorem. Nec enim qui inceperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. nam nihil actum credimus, dum aliquid superest ad agendum, vt C. ad Sillan. l. pen. § fin. Electio tua quā fecisti de facto fuit, & non de iure: quia effectum non habuit: & ideo iterum eliges: sola † enim petitio facti 4
nō committit stipulationē habere licere, vt ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista habere licere. §. hi qui. Item manumissio, quæ sola facti fuit, nō inducit commissionem pœnalis stipulationis, vt C. si mancip. ita fuer. alien. ve ma. l. pen. §. nam † nō videris elegisse, ex quo vel electus 5
est inutilis vel electus renūciat, arg. ff. de cond. & dem. l. hæc cōditio. Nā si legatū relinquatur alicui mulieri si nube-

oberet, si ea minor quàm viripotens nupserit: non antè ei legatum debebit, quàm viripotens esse cœperit: quia non potest videri nupta, quæ virum pati non potest, vt ff. quan. dies leg. ced. l. quod pupillæ. Item si relicta sit alicui optio mancipiorum & ille eligat, si optio illa non tenuit, non propterea vitiatur electio, vt ff. de optio. leg. l. quotiens. Nec videtur adempta aligendi potestas contra dominum: si frustrà contra procuratorem fuerit lis contestata, vt ff. de condi. indeb. l. cùm indebitum. § creditor. certum est enim quòd habebat

6 potestatem eligendi: vnde per illam † nominationem potestatem eligendi non amisit, cùm illa nominatio non habeat effectum: nam non tollitur patrono bonorum possess. contra tabulas, ex quo petitio ex testamento non habuit effectum, vt ff. de bo. lib. l. si virn. inutilis enim electio actionis non impedit quo minùs actio efficax possit intendi, vt ff. de euict. l. minor § 1. & inutilis sententiæ prolatio non impedit, quo minùs ipse & ipse iudex debeat iudicare, vt C. quomod. & quan. iudex. l. si præses. Item dico hunc non elegisse, ergò iterū

7 eliget: ista † enim duo sunt paria. siue non eligat, siue si eligat, tamen non tenet electio: sicut de eo qui ab intestato decedit, qui dicitur ab intestato decedere: siue nullum faciat testamentum, siue faciat tale, quod sit irritum, vt Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. in princ.

8 † verbum enim, eligere, cum effectu est accipiendū, sicut & verbum habere, vt ff. de verb. sign. l. nomen filiarum. § vlt. Quid enim obfuit ista nominatio quo minùs tenearis eligere, cùm electio nullum habuerit effectū, vt arg. ff. quod quisq; iur. l. 1. in fi. nec enim sufficit quòd semel elegi, nisi & iterum facias: nam sufficit, quòd semel factum est, &c. vt ff. quod met. cau. l. videamus. Nā qui debet reddere rationem, nō liberatur, nisi reliqua reddat, licèt semel rationes reddiderit, vt ff. de verb. signif. l. boues §. vltim. & ff. de condit. & demonst. l. cùm seruus. Econtra videtur, quòd iste non possit eligere:

9 † expirauit enim eius officium: & siue benè, siue malè functus est officio suo, vt ff. de re iudic. l. iudex. sufficit enim quòd semel elegit, licèt illa electio non durauit, nec habuit effectum. Sufficit enim aliquid semel peruenisse, licèt illud quod peruenit, non durauerit, vt ff. quod met. caus. l. videamus. Sicut si mulieri sit præstita semel dos, repellitur, si iterùm petat. ff. de iur. dot. l. cùm pater, in fi. nec enim ampliùs potest conditioni parere, cum semel sit expleta, vt ff. de ma. testamento. si ita fuerit. §. 1. Item ex quo debebas eligere, de prima electione est intelligendum: nam si promitto dotem mulieri, si nuberet, de primis nuptijs est intelligēdum, vt ff. de iur. dot. l. dotis promissio. Item si mulieri promitto donec nupta erit, de primis nuptijs est intelligendū, vt ff. de verbo. signific. l. boues. §. hoc sermone. illa enim electio quàm primò fecit omnem electionem consumpsit, vt ff. de optio. leg. l. apud Aufidiū. Item ex quo per illum electorem non stetit: habetur illa electio pro impleta, vt ff. de condit. instit. l. 3. & ff. quando dies legat. ced. l. 4. Item nónne a principio habuisti potestatem eligendi plures: ergò vno electo alium non eliges: sicut in actionibus, vt ff. de tributo. l. quod in hæredem. §. eligere. & ff. de lega. 2. l. cùm filius. §. varijs. hoc enim factū fuit tale, quod semel impleri debuit, vt ff. de condit. & demonstrat. l. hæc conditio. & sic vides quòd eligere non possis: & si velis eligere, suspectus videris,

10 vt ff. de procurator. l. quæ omnia. sufficit † enim semel de facto aliquid esse factum: nam emancipatio facti committit stipulationem, vt ff. de verbor. obliga. l. quidam. Et manumissio facti implet conditionem, vt ff. de condit. & demonstra. l. Mæuius & ff. de statulıber. l. Stichos, si hæredi. & C. de transactio. l. vbi. Diuortium enim facti repetitionem dotis inducit, vt ff. de condi. & demonstrat. l. quod seruus. Alienatio facti inducit condictionem, vt C. de condict. ob caus. l. ea lege. & prodigium quod est partus, facti indicat impletam conditionem, vt ff. de verb. signif. l. quæret aliquis. Et rescissio facti, Aquilianæ stipulationis pœnam committit, vt C.

11 de transactio. l. vbi pactom. & ff. eod. titol. l. pacto. In † hac quæstione videtur mihi, quòd si ille qui debebat eligere, se offerat: quod repellatur per l. quæ omnia. ff. de procur. si verò se non offerat, sed quæratur, verùm cogatur eligere? Respondeo: si hoc actum est, quòd semel eligat, iterū non eliget: alioquin eliget per l. hæc conditio. ff. de condit. & demonst. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Si scholari vel alteri collata est præbenda, qui putabatur peritus, si demùm appareat imperitus, an ab eo possit auferri: & an idem in eo, cui concessum fuit feudum.

SVMMARIA.

1 *Causa qua cum effectu secuta non est, secuta non videtur.*
2 *Commendans se cum asseueratione falsa, in alterius perniciem, de dolo tenetur.*
3 *Contractus cui dolus causam dedit, si est bonæfidei, ipso iure nullus est: si sit stricti iuris, licèt teneat, per actionem de dolo rescindendus venit.*
4 *Ecclesia læsa pupilli iura vtitur.*
5 *Episcopus de officio omnibus prouidere tenetur.*
6 *Episcopus vnde dictus.*
7 *Verba commendatitia suppositus non obligant.*
8 *Retenta in mente repetitionem non inducunt.*
9 *Nullus contra factum suum venire, etiamsi de iure nō teneat, non potest.*

QVAESTIO II.

ODericus quidam scholaris inanis gloriæ cupidus multum in pompa verborum elatus recessit ad propria pro sapiente, & multum se de scientia commendabat, quòd vinceret Socratem, & superatet Platonem, vel Pompeium præcederet, & Pompeius retrò iret. Episcopus illius ciuitatis credendo bene illo proficere, dedit sibi præbendam, credens benè per illum vtilitatibus ecclesiæ prouidere: nunc scholaris iste insufficiens inuenitur: vult Episcopus reuocare præbendam: quæritur an possit? Eadem quæstio poni posset in domino cōcedente feudum alicui militi, quē probum credebat: erat tamē inutilis. Quòd possit reuocare, ita probo: Ad reuocandam præbendā vel feudum cōdictionem sine causa propono: quasi quòd causa quę videbatur ab initio iusta, modò recidat ad iniustam, vt ff. de condict. sine cau. l. 1. vel condictionem ob causam: quasi causa patrocinij dedit, vel causa militiæ: & patrocinium & militia sint inutilia: & sic † causa non videtur 1
secuta, ex quo cum effectu non videtur secuta. Item debet iuuari Episcopus vel dominus ideò quia certat de damno euitando: scholaris vel miles de lucro captando: & sic potior est causa Episcopi vel domini damnū vitare volentis, vt C. de iure delibe. l. scimus. §. legatarijs. Non enim eadem est ratio debita admittere, & lucra non capere, vt C. de codicil. l. vlt. Præterea licèt causa non fuisset expressa, propter quam non secuta nō debeat repeti: tamen tua temeraria asseueratio inducit repetitionem: namque venditor qui aliàs non tenetur, tamen quia aliquando facilè asseuerat, quod nō debuit: lex dicit eum teneri vt ff. de actio. emp. l. Iuli. §. 1. Cùm enim te † commendabas, hoc faciebas in perniciem a- 2
liorum: ideò propter dolū teneris, vt ff. de dolo l. quidam debitor. Etiam aliquæ tenetur in simili actione de dolo & ad interesse, vt ff. de dolo. l. arbitrio. imò dico fortiùs, quod præbenda ipso iure debeat auocari: quia † dolus dedit causam contractui: vnde ipso iure nullus est contractus, si est bonæfidei, vt ff. de dolo. eleganter, 3
in princ. si verò sit stricti iuris, sicut contractus: licèt contractus tenuerit, debet tamen rescindi per actionē de dolo, vt C. de inutil. stipula. l. dolo vel metu. sic ergò tua lingua afferat tibi damnum.

Nam lingua fuit damno, lingua faciente loquaci:
Qui color est albus, nunc est contrarius albo.

Frater cur venisti ab Aretio, vbi hodie viget sciētia literarum: non debebas probitates tuas nimiū commendare: nam si Catonem aliquando legisti, ita dicit:

Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse.

Et alibi:

Non vela rerum quicquam laudate tuarum:
Nisi sint ore alterius probata prius?

Quod enim dolû commiteris, videas: Nónne dicit au-ctoritas: Multa fide promissa leuant, vbi plenius æquo laudat venales, quas vult excludere merces. Cum igi-tur debeas puniri de tali iactantia, quia patris bona nó studendo, sed cum meretricibus luxuriosè viuendo: & in tractatu de concussionibus pernoctando consumpsi-sti, quod nunc rei euentus ostendit: cùm tibi debeant ligari manus & pedes, proijciq; in tenebras exteriores: quomodo es ausus intrare ad nuptias, non habens ve-stem nuptialem? quomodo petis ergo remunerari: vel qua fróte defendis errorem tuum, cum debeas eo ipso puniri? vt ar. de neg. gest. l. si quis negotia. & ff. sol. ma-trim. l. si ab hostibus. hæc enim causa. l. scientia fallò commendata, fuit causa finalis, propter quam præben-dam vel feudum fuit concessum, vnde illa cessante, ces-sat effectus, vt ff. de don. l. 1. & l. 2. §. fin. nam causa perimit causa peremptaluum. hoc etiam de Calphurnia legimus, vt ff. de postul. l. 1. §. sexum. si enim ego sciuis-sem re insci:um, nullo modo tibi côcessissem præbendâ, vnde quia te tanquam idoneû Aduocatum elegi, non te-nuit collatio beneficij, cû n̄ reperiaris minus idoneus: sicut non tenuit institutio filij, qui tanquam filius instit-tutus est, cùm filius non esset: sed potiùs si illud verum sciuisset, tertum quâ institutisset, vt C. de hære. insti. l. si pa-ter. Sicut enim tescriptum impetratum tacita veritate, qua cognita, priuilegiû non daretur, non tenet: ita & hic, vt ff. de vent. inspic. l. 1. in fin. Cum enim dolum in tui commendatione commiseris: nec alias alteri in tui præ-iudicium deberet prouideri, tamen ratione doli tui to-tum commodum tibi debet auferri, vt ff. de caducuri. l. qui testamento. Et licèt ecclesia secundum iura deneret, tamê petimus subsidium restitutionis auxilio: quia

4 1 læsa ecclesia iure vtitur Reipublicæ, vt C. de sacrosi. eccl. l. vlt. & Reipubl. a vtitur iure minoris, vt C. ex quib. caus. mai. l. respublica. & C. libr. 11 de iure Reip. l. Rempublicam. Secunt videtur, quòd reuocari non

5 possit. Inprimis, quia Episcopus † tenetur ex suo offi-

6 cio omnibus prouidere: † enim dictus Episcopus fab epi, quod est supra, & copus, quod est intendens: & sic sic necesse est præbendam, quod & argumentum dicit officium: nam nomina debent esse conuenientia rebus, vt Inst. de don. & arg. C. de ke... & cle. l. decernimus. vnde si secit Episcopus quod suum dictat officium, non debet venire contra illud: quia ex suo debet facere, vt arg. ff. si certû. vend. e. l. altiùs. & ff. de adminilr. tuto. l. quotiens. ff. de condit. indebit. l. frater a fratre. si enim me commendaui, non sum damnandus propterea: nam licitû est mihi me commendare, cum hoc inuenitam de Vlpiano, qui dicit esse nobilem, vt ff. de ... l. 1. sic e-nim inspiciens hoc negare non potes, quod nescires, cum te virum literatum ostenderas: & sic scienti & vo-lenti dolus non infertur, vt C. de transact. l. cûm dona tionis. volenti enim non sit iniuria, vt ff. de aq. plu. ar-

7 cen. l. in diem. † si enim me commendaui, illa verba nó me obligant, vt ff. de cõtrah. emp. l. ea quæ commendã-di causa. Et si ego me dixi Aduocatum prouidum, non est in me summa prouidentia summi Philosophi atten denda, sed sufficit si sim qualisqualis, vt ff. de ædil. edict. l. sciendum. §. 1. Nam si promitto aliquem cocum, non me-liorem præstabo, siue præstare debeo, sed sufficit si qua-lemqualem eatenus, qui sciat facere carnes assas, vel carnes cum calmarar, vt ff. de ædil. edict. l. si quid. §. fin. Prætereà esto, quod illud gereres in mête, scilicet quod ideò dabas propter meam scientiam, tamen ea quo nó expressisti, repetitio locum habet, non habet: ea enim

8 † quæ in mente retinentur, cum à domino non expri-muntur, repetitionem non inducunt, vt C. de condict. ob causam. l. si repetendi. Nam si nepos remisit pa-truo actionem, quia hoc gerebat in meote, vt patruus eum hæredem institueret: si eum non instituat, non propterea tran actio irritatur, vt C. de transact. l. si ma-iores. Licet non sim summè peritus, tamen quotidi-anus vsus viros efficit approbatos, vt C. de iudic. l. cer-ti. nam & aliàs si hæreditatem vendo, non debeo illam locupletem præstare, sed sufficit, si sit qualiscunq; hæ-reditas, vt ff. de hæred. vel actio. vendit. l. cum hæredi-tatem. Hoc idem in nomine vendito, vt ff. de hæred. vel actio vend. l. si nomen. & ff. de euict. l. si plus. §. vlt. Item ex quo concessisti præbendam, contra factum tuum ve nire non debes, etiam si de iure non teneat, vt ff. de a-dopt. l. post mortem. & ff. de seruitutib. rust. præd. l. per fundum. In hac quæstione videtur mihi Episcopû vel dominum à concessione præbendæ vel feudi fore sub-mouendum, ex quo causa non fuit expressa, licèt illam causam in corde conceperit, vt C. de condict. ob caus. l. si repetendi. & C. de transact. l. si maiores. verùm iure extraordinario, scilicet restitutionis, puto ecclesiâ iu-uandam, sicut in allegationibus dictum est.

ARGVMENTVM.

An is, cui data est potestas eligendi potestatem, possit seipsum eligere.

SVMMARIA.

1 *Eligendi potestas cui concessa est, si seipsum elegerit, ele-ctio non tenet.*

2 *Potestas quomodo electus sit, modò iuridicè non refert.*

3 *Refertur ad omnes, quod pro voto priuatibus indulge-tur.*

4 *Benedictus Carus Rom à seipsum elegit.*

5 *Clausula, Qui vicem duorum sustinere non potest, quan-do locum fit.*

6 *Honores qui ambit, vel omnem operam exhibet, vt conse-quatur, in legem Iuliam ambitus incidit.*

7 *Author in rem propriam nullus fieri potest.*

8 *Electio suspsius non valet.*

9 *Imperatorius quare prima persona careat.*

10 *Eligendi potestas cui data est, persona excepta vide-tur.*

11 *Electus & eligens, relatiua in eadem persona non ca-dunt.*

QVÆSTIO III.

Rogerius electus fuit, vt eligeret Potestatem: ille elegit seipsum: quæritur, an teneatur illa electio? Inprimis videtur, quod sic: hic enim † pro eligen- 1
do Potestatem fuit electus: Potestatem elegit: ergò de iure tenet: nihil ergo aliud tendebât ciues, nisi quòd Potestatem haberent: vnde cùm hic sit electus: ergo de iure tenet: a simili argum. talis: nam nihil aliud ait præ-tor: nisi vt recipiens a contouersijs litigatores, siue se committendum iudicioni prætoris: sue alio modo fiat de communi voluntate & con ordia, vt ff. de ope. nou. nunc. l. 1. §. & post operis Q̃ † interest enim etu-tatis, vtrum per me vel per alium ciuitatis con... tractus consulatur? certe nihil, vt C. de natu ... l. si quis lea libe. in fin. Et ex quo enim Potestas est electus, non refert quomodo sit electus: si tamen sit electus, si- 2
cut lex dicit, argum. C. de in litt. & iubtit. sub cond te fact. l. si mater. Et si denunciatio sit facta alicui in po-tione hæreditatis, efficitur ma'æ fidei possessor: nec refert a quo hæc denunciatio, vt ff. de peti hæred. l. item veniunt. §. petitam. Et si pecunia promittatur pro li-bertate præstanda, non refert a quo manumittatur, vel qualiter, sed ad manumittarur, vt ff. de verborum obli-gat. l. cum seruus. Item valet electio: quia videtur à to-ta Vniuersitate electus: nam dicit lex, refertur ad om- 3
nes quod pro voto primatibus indulgetur, vt ff. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. vnde cû ego totius ciuitatis ima-ginem repræsentê, si me elegi, electio tenuit, vt ff. quod cuiusque vniuers. nom. l. si. ut municipij. §. vltim. si me elegi, tenuit: sed hoc tanquam ipse, sed non tanquam alius, sicut video: nam auus adoptat nepotê, non quasi auus, sed quasi quilibet, vt ff. de adopt. l. si pater. §. qui duos. alias licet pater & filius censeantur eadem perso-na, vt C. de impub. & alijs substitut. l. vltim. tamê pater elegit filium, & è conuerso: nec facit hoc quasi pater, sed quali decurio, vt ff. quod cuiusque vniuersi. nom. l. item eorum,

eorum, in princip. quantum enim ad ista publica munera, non cõsideramus ius patriæ potestatis: quia quasi persona publica admittitur, quæ aliàs repellitur, vt ff. ad Trebellia. l. nam quod. Nec cessatur electio ideò quia meipsum elegi: quia hoc iure conceditur. nam si quærimus, vtrùm aliquis sit de iure electus, quem duæ partes eligũt: dicitur quòd sic, etiamsi ille sit inter duas partes, qui electus est, vt ff. quod cuiusq. vniuersi. nomi. l. planè. Item electio valet, licèt in re propria non præstitisses authoritatem: sicut legimus de tutore, qui in re propria præstare authoritatem potest, vt ff. de contrahen. emp. l. fistulas. §. fundum. Cùm enim hic tractetur de iure publico, benè aliquis potest fieri Actor in re propria, vt ff. ad Trebel. l. 1. §. fuit quæsitum, in fin. & si non directò: licèt mihi per consequentiam, vt ff. de auct. tut. l. 2. facit hic enim quasi totum collegium, non quasi ipse: sicut de patre, qui fideiubet nõ quasi pater, sed quasi quilibet extraneus, vt ff. quod iussu. l. 1. §. quid ergò. Item nónne consuetudo Romanæ vrbis debet inspici? certè sic. ff. de leg. l. de quibus. nam ius illud inspi
4 cimus, quo olim Romana ciuitas vsa fuit, vt ibi. at † in Roma Benedictus Carus homo seipsum elegit, cùm esset sibi data potestas eligendi, & populus Romanus approbauit: vnde pro lege debet seruari in similibus. lex autem est, quòd populus Romanus &c. vt Instit. de iu
5 re nat. gen. & ciuil. §. lex est. Nec obstat † quod dicitur, quòd quis non possit sustinere vicem duorum: nam illud verum est in contentiosa iurisdictione: at in voluntaria benè quis vti potest duplici officio, vt ff. de offic. prætor. l. 1. & de offic. consul. l. 1. Præterea tenet electio: nam primò de ciuitate illa debet idoneus eligi, ad cuius potestatem quis vocatur, argum. C. de Episco. & cleri. l. in ecclesijs. & si ibi non reperiatur idoneus, tunc alius eligatur extraneus, vt ff. de decurin. l. eos qui vtensilia. vnde cùm me inueni idoneum, tenet electio: & si primò me elegi, non vitiatur electio: nam & dicit auctoritas: frange esurienti panem tuum, & carnẽ tuam ne despexeris. Item pro illo facit ff. ad leg. Corne. de fals. l. vxori. Econtrà videtur, quòd electio non teneat. Inprimis ideò, quia nunquã populus de tua persona cogitauit, quando te elegit, vt eligeres te, sed tantùm de extraneo: si enim contrarium sibi placuisset, dum te elegisset: & sic euitatus fuisset ille circuitus, vt argum. C. de cadue. tollend. l. 1. circa fin. ergò si te elegisti, contra fines mandati fecisti: vnde quod actum est, ipso iure non tenet, argum. ff. manda. l. diligenter. Nam

Est modus in rebus sunt certi denique fines:
Quos vltra citraq; nequit consistere rectum.

9 Præterea esto, quòd de te intellexisset populus, tu tamẽ
6 te intromittere non deberes. † Nam incidit in leg. Iuli. ambitus quicunque honores desiderat, vel operam exhibet, vt honorem possit habere, vt ff. ad legem Iuli. ambit. l. 1. Cùm enim per legem illam puniri debeas in quinquaginta aureis, quomodo honorem petis de crimine, cùm non debeat esse in pœna præmium: vt argu. ff. sol. matrimon. l. si ab hostibus. nam licèt sit honestus homo, & talis cui officium potestatis conueniat, te ipsum offerre non debuisti, nec eligere: nam quis debet cogi inuitus, rogari cogendus: nam indignus est honoris regimine, nisi quis fuerit ordinatus inuitus, vt C. de Episcop. & cler. l. si quenquam. Item nullus se tutorem dare potest, vt ff. de offi. prætor. l. fin. Item nec aliquis potest sibi legatum ascribere, vt ff. de fals. l. si quis legatum. honesti enim viri, vocati ad ciuilia munera, non se ingerunt: imò à tali vocatione appellant, vt C. de appel. l. hi qui. si enim fuisti electus vt eligeres aliũ
7 debuisti eligere, & non te: † quia nemo in re propria author fieri potest, vt ff. ad Trebel. l. 1. §. fuit quæsitum, in princ. & ff. de author. tuto. l. 1. Item nónne suspectus redditur, qui operas suas ingerit in inuitos, vt ff. de
8 procura. l. quæ omnia. eo † enim ex quo te elegisti, non valet electio: quia sicut dicitur: nemo à seipso potest initium sumere. extr. de iur. patron. c. si per nostras. Arbiter enim in re sua aliquis esse non potest nec iudex: quia sibi imperare non potest, vt ff. de arbit. l. pen. & C. ne quis in sua caus. ius sibi di. l. 1. Nec testis quis esse potest in re propria. vt C. de testi. l. omnibus. & si aliquando legisti Grammaticam, nónne ideò † imperatiuus caret prima persona: quia nullus sibi imperare potest. 6
Item cùm prohibeatur, quòd aliquis in priuata causa & propria non sit Actor & Iudex, vel arbiter, vt dictũ est, multominùs erit in publica: nam cùm ibi sit maius periculum, & maius cõsilium, vt ff. ad Carb. l. 1. §. sed & si quis. Præterea videtur lex quæ hoc determinat: nam si tibi mandaui vt dares centum cui velles, dare potes cui vis: tibi autem retinere nõ potes, vt ff. mand. l. si mãdauero. §. si tibi. sic enim aliquãdo quædam contingũt, quòd aliquis potest facere in persona alterius, sed tamen in sua non conceditur: sicut in creditore, qui potest pignus alij vendere, sibi tamen non retinet, vt C. de distract. pig. l. & qui sub imagine. hoc in fideiussore, vt C. de dolo. l. 1. hoc etiã in œconomo, vt C. de sacrosanct. eccl. l. quibuscunq; modis. Præterea si tu allegas, quòd ita Romæ fuit factum, non valet. non enim quid Romæ fit, inspicitur: sed quid fieri debeat. ff. de iusti. &
iur. l. pen. † Item cùm fuit tibi data potestas eligendi, 10
tua videtur persona excepta: quia in generali sermone non continetur persona loquentis vt C. de solu. l. in quaestio. licèt contrarium generale pro alia parte possit allegari. Cùm enim affectas esse potestas, hoc ipso censeris indignus: nam qui affectauit abesse causa Republicæ, hoc ipso priuilegio restitutionis non gaudet, vt ff. ex quib. caus. maio. l. & qui data. Nec enim tutori datur excusatio, qui tutelam affectauit, vt Iusti. de excus. tut. Item † illa duo relatiua electus & eligens, in eadem
personam non cadunt: sicut nec ista emptor & venditor 11
vt ff. de rer. permut. l. 1. nec creditor & debitor. ff. de fideiuss. l. hæres. & l. Vranius. In hac autem quæstione videtur mihi sine præiudicio melioris sententiæ, quòd non possit hic esse potestas, qui se ipsum eligit: nam cùm haberet potestatem eligendi alium, & non se debuit eligere, extr. de iur. patr. c. si per nostras. ff. mandati. l. si mãdauero §. si tibi. quia res est mali exempli, quę vitanda est, vt ff. de custod. & exhi. l. diuus, in fin. legis.

ARGVMENTVM.

An reuocato viro per vxorẽ à monasterio, videantur etiam reuocata bona, quæ in ingrediendo monasterio contulerat.

SVMMARIA.

1 *Rei vendicatione vtili vel condictione sine causa reuocatum à monasterio experiri potest.*
2 *Monachatione cessante, bona quæ inde data fuerunt, an reuocari debeant. & nu. 5.*
3 *Ecclesia donari cum actu ta alien. e prohibitum.*
4 *Actum in parte adprobari, & in parte reprobari non debet.*
6 *Obligatio an pro parte rescindi possit, & pro parte valere.*

QVAESTIO IIII.

Farulsus intrauit monasterium sine voluntate vxoris: nunc vxor carnis stimulo agitat, maritum reuocat: quæritur, an bona quæ fuerunt per ingressum monasterio quæsita, reuocetur? Videtur quòd sic. Et quia sine actione nemo experitur, vt ff. de administ. tuto. l. quotiens. §. item si temporali. & ff. de nego. gest.
l. si pupilli. §. fin. ideò † ille reuocatus à monasterio vti- 2
lem rei vendicationem vel condictionem sine causa proponit: quòd enim vtilis rei vendicatio competat, probatur. Certum est, quòd hic fuit dominus antequã traderet. vnde licet dominium in ecclesia transferret, vt dicit Authẽ. ingressi. tamen nunc vtilis rei vendicatio debet dari ratione prioris dominij: sicut video in eo, qui donationem factam repetit ob causam alimentorum, vt C. de donat. quæ sub modo. l. 1. & in donatione causa mortis, vt ff. de don. caus. mort. l. si mortis causa. & sic in donatione sponsaliorum, vt C. de do. ant. nu. l. cùm multæ. Item quòd condictio sine causa locum

habe at

habeat vide. licèt enim ab initio causa fuit iusta, tamè
nunc rediјt ad iniustam, vnde locum habet condictio
sine causa, vt ff. de condict. sine caus. l. qui sine. & l. seq.
& si. actione proposita dico bona reuocanda: nã qua-
re fuerint bona monasteria vendicata, hæc est ratio:
2 quia persona monacha facta fuit: † ergò desinente mo-
nachatione, bona debent reuocari: eadè enim est per-
sona obligandi & soluendi in contrarium ducta, vt ff.
de verbor. obligat. l. inter stipulautem. §. sacram. Præ-
tereà bona possunt reuocari: quia quando iste monaste-
rium intrauit, non tenuit introitus: ideò quia cùm
sint vna caro vir & mulier, vt ff. rerum amotar. l. 1. non
potest pars transire ad monasterium, & pars in seculo
permanere: cùm nemo possit Deo seruire & mammo-
næ. Quòd enim introitus non valuerit, probatur ex
diffinitione matrimonij: quia coniunctio est maris &
fœminæ indiuiduam vitæ consuetudinem continens,
vt ff. de ritu nupt. l. 1. & Institut. de patria potesta. si er-
gò vitiatur illud quod est principale: quomodo tene-
bit illud quod est accessorium, vel quod ex eo sequi-
tur? certè non, vt dicit C. de legib. & constitu. l. non du-
bium. Item iste voluit illa bona offerre, si monachus
factus fuerit: ergò cùm nõ fit secuta monachatio eum
effectu, reuocantur data: sicut in datione dotis, quę da-
ta reuocatur, si matrimonium non sit secutum, vt ff. de
iure doti. l. promittendo. si enim non est monachatio,
nec enim bonorum oblatio: vbi enim matrimonium
non tenet, nec dos etiam dici debet, vt ff. de iure doti. l.
3. sicut est dos matrimonio legitimè contracto. Præte-
reà te Abbatem monasterij alia ratione repello, quòd
bona non retineas: nam cùm te fateris esse monachum,
vinceris auaritiæ cæcitate, & sic discordãt inter se pro-
positum & intentio: quod enim non possis te defende-
re, laicorum exemplo poteris edoceri, vt argum. C. de
mut. patri. lib. 10. l. professio. Nónne prohibetur etiam
laico, quod non locupletetur cum aliena iactura, vt ff.
3 de condict. indebi. l. nam hoc natura. † & hoc etiam in
ecclesia multo fortiùs prohibetur, quæ consueuit lai-
cus à talibus erroribus reuocare, vt argum ff. de condi.
indebi. l. frater à fratre. & ff. de administr. tutor. l. quo-
tiens. ff. si ser uitus vendi. l. altiùs, Prætereà dicit gene-
rale, quòd si id quod ago, non valet vt ago, non valet vt
valere potest, vt ff. de constit. pec. l. 1. cùm enim hic in-
gressus legibus & canonibus sit reprobatus, ergò & bo
na reuocantur. nihil enim tenere debet ex ea obliga-
tione, quam obligationem totam Senatus improbat, vt
ff. ad Velleia. l. si mulier. Prætereà ecclesia liberatur ab
onere: quia amicis monachi & sibi non tenetur amodò
prouidere: ergò & emolumentum non habebit: & sic
cum diminuitur labor, diminui debet commodũ: tam
enim labor, quàm pecunia recipit diuisionem, vt ff. de
4 annuis lega. l. Seio amico. † Prætereà tu in partem re-
probas, quòd ingressus non teneat: in partem appro-
bas, quia vis scilicet, bona retinere: hoc iura non con-
cedunt, argum. ff. de bon. libe. l. vt si ex modica. & l. iam
absurdũ. Econtra videtur, quòd bona non reuocentur.
Inprimis ea ratione: quia quoad bona cõtractus tenuit,
ergò nõ debuit aliquo casu superueniète vitiari, quod
ab initio factum est legitimè, vt C. de administr. tutor.
l. sancimus. & ff. de itine. actuque priua. l. nec enim. Si
enim reuocatur persona monachi, ideò reuocatur pro-
pter indissolubile vinculum matrimonij: quæ ratio in
bonis reuocandis non accidit: licèt sit inutile illud
quod geritur quoad personam, tamen bona retinètur:
quia dicit generale: si nõ valet quod ago vt ago, valeat
vt valere potest, vt ff. de transact. l. & post rem. & de cõ-
dit. indebi. l. eleganter. licèt enim principale sit inuti-
le, tamen accidentia non tolluntur, vt C. de prædi. mi-
5 nor. l. & si is. † Prætereà licèt vitietur monachatio, bo-
na tamen non reuocantur: ecce enim si vitiatur trans-
actio propter alimenta: tamen quod est solutum, non
reuocatur, vt ff. de transact. l. cùm hi. §. si quis de alimè-
tis. Item si vsusfructus legetur, & iter adimatur: in-
utilis erit ademptio: quia nihilominùs debetur, vt ff.
si vsusfruct. pet. l. 1. Item nónne inutilis est remissio de-
biti, si fiat inter maritum & vxorem: sed tamen non est
inutilis in pignore liberando, vt ff. de donat. inter vir.
& vxor. l. si sponsus. §. si vxor. & C. ad Velleian. l. etiam
constante. & ff. quib. modis pign. vel hypothec. solua. l. 6
1. † Prætereà videtur, quòd eadem obligatio pro par-
te rescindatur, & pro parte teneat, sicut legitur ff. de
donat. inter vir. & vxor. l. si sponsus. §. si maritus. Præ-
tereà videtur, quòd benè potuit propter talem causam
ingressus separari, vt C. de Episcop. & cleric. l. Deo no-
bis. Si ergò vir potest separari, dico adeò quòd mona-
chus à monasterio non potest separari: vel si reuocetur
persona, bona tamen remanent monasterio: ad illud,
quòd licet illud admittatur à iure, tamè bona à primo
monasterio vendicantur, vt in Authent. de monachis.
§. si quis autem. 1. col. Cùm enim illa bona sint mona-
sterio quæsita, iam sine facto monasterij ad aliud tran-
sire non possunt, vt ff. de regul. iur. l. id quod nostrum
est. Reliqua autem soluendo dic, vt in quęstionibus Pi-
læi. In hac quæstione distinguitur, sicut distinguit Do-
minus Io. Refert, vtrùm aliquis dedicet se & sua bona
expressim: an bona tacitè? In primo casu, si reuocatur
persona, bona non reuocantur: in secundo sic, vt argu.
C. si penden. appell. l. 3. & C. si reus vel accus. mor. fuer.
l. vltim. Decretistæ tamen nostri dicunt, quòd reuocata
persona, indistinctè reliqua bona reuocentur.

ARGVMENTVM.

Si canonici qui elegerunt moriantur, antequàm electus per eos confirmetur, an successores teneantur electum confirmare.

SVMMARIA.

1 *Electio canonicè facta, eligentium morte vitiari non debet.*
2 *Suffecti in locum aliorum factum illorum, in quorum locum suffecti sunt, ratum habere tenentur.*
3 *Subrogati in locum aliorum, eodem iure subrogati censentur.*
4 *Fiscus qui in ius priuati succedit, illius iure vtitur.*
5 *Episcopatum qui desiderat, bonum opus desiderat.*
6 *Episcopus dignus non videtur, qui precibus non interuenientibus ordinatur.*
7 *A munere repellendus est, qui non inuitatus vltrò se offert.*
8 *Forma dat esse rei.*
9 *Nominato ex sola nominatione ius quæritur.*

QVAESTIO V.

ROMANI canonici cuiusdam ecclesiæ elegerunt
quendam in pastorem, qui canonici antequàm e-
lectus confirmaretur, sunt omnes mortui: alij
sunt de nouo creati: electus nunc petit confirmari: ca-
nonici contradicunt: quæritur vtrùm confirmationem
petere possit? Et videtur quod sic: nam certum † est 1
quòd fuit electus canonicè: ergò electio non debet vi-
tiari morte eligentium: nam morte cognitoris non de-
bet perire publica fides, vt C. de re iudic. l. vlt. & si te-
stamentum sit semel publicatum, licèt primùm pereat,
nihilominùs tamen valet, vt C. de testa. l. 2. & ff. de ad-
ministr. tutor. l. chyrographis. cùm ergò ab initio rectè
fuit facta electio, non irritatur casu aliquo superueni-
enti, vt C. de administr. tutor. l. sancimus. & ff. de itine.
actuque priua. l. 2. non enim potestis contradicere: † 2
nam cùm successeritis prioribus eligentibus, tenemi-
ni factum ipsorum habere ratum: nec enim factum te-
statoris hæres rescindit, vt C. de restit. milit. l. qui à pa-
tre. & C. de rebus alien. non alien. l. venditrici. Cum e-
nim sim à vestris antecessoribus quasi manumissus, tu
hæres me in seruitutem reuocare non debes, vt C. de li-
berali causa. l. si ab eo. adeò hoc verum est, quòd licèt
illi non habuerint ius eligendi, & vos de iure possitis
eligere, tenemini tamen factum illorum approbare,
vt ff. de except. rei vend. & tradi. l. si a Titio. Item vos e-
stis illi ijdem qui me elegistis: populus enim qui est
hodie,

hodiè, est ille idem qui fuit iam retrò centum annis, vt
ff. de iudi. l. proponebatur. ædificium enim positum lo-
co alterius, idem censetur: vnde & eadem seruitus du-
rat, & sic est eadem electio, vt ff. de serui. l. seruitutes. §.
si sublatum. Et nauis refecta eisdem tabulis, eadẽ vide-
tur: & stipulatio antè concepta non vitiatur. ff. de verb.
oblig. l. inter stipulantem. §. sacram. et de solu. l. qui res.
§. aream. Decuriones enim sunt ijdem, siue durent pri-
mi omnes siue sint mutati, vt ff. quod cuiusque vni. no.
3 l. sicut municipij. §. vlti. † cùm enim vos sitis subrogati
in locum illorum eodem iure censemini: nam & actio
subrogata in locum alterius, eodem priuilegio gaudet,
vt ff. de adop. l. si is qui. & ff. si quis cau. l. si quis eũ. §. qui
iniuriarum. Item non potestis contrauenire, nam nec
iudex factum sui prædecessoris rescindit, vt C. senten-
tiam rescin. non poss. l. 1. nec pupilla factum sui testato-
ris. C. de his quib. vt indig. l. Polla. Nónne tu es hæres,
ergo vna persona cum defuncto censeris, vt in auth. de
iureiur. à mor. præsti. colla. 5. io pi. Et quòd sitis idem
cum antecessoribus vestris videas: nam eadem familia
dicitur, licèt omnes serui sint mutati, vel omnia nomi-
na, vel ministeria, vt ff. de leg. 2. l. peculium. §. 1. quemad
modum eadẽ taberna dicitur quæ fuit substituta in lo-
cum prioris, vt ff. de fundo instr. l. tabernam. item vide
legem apertã: nam grex eadem dicitur esse etiam si sint
omnia capita renouata, vt ff. de rei vendi. l. Marcellus.
& ff. de leg. 1. l. grege. & l. quod in rerum. §. vlti. & ff. de
rei vend. l. si quis alienam nauem. Sed licèt ponas quòd
tu hæres non sis eiusdem iuris, sicut & antecessor: tamẽ
ab eo inchoata teneris consummare, nam hæres socij,
non est socius, tamen à defuncto inchoata tenetur con-
summare, vt ff. pro socio. l. hæres. Item hæres tutoris nõ
est tutor, sed tamen compellitur explicare inchoata à
defuncto, vt ff. de hære. tut. l. 1. Ea enim quæ vestri ante-
cessores fecerunt perinde est ac si vos fecissetis, arg. ff.
de aqua plu. arcen. l. si tertius. § Celsus. Item cum tem-
pore electionis non contradicebatis, mihi nunc adice-
re non potestis, vt ff. de decur. l. Imperatores. §. fin. Præ-
tereà ex quo vos appellamini Canonici sicut & primi,
sola impositio nominis facit vos eosdem, licèt sitis alij,
vt ff. de condi. & demonstr. l. filiæ. §. vlti. quòd enim or-
do semel decreuit, non debet illud aliquo modo rescin
di, vt ff. de decre. ab ordi. fa. l. quod semel. ex quo enim
me semel elegerunt, amodò non possent contrauenire
illi si superessent, arg. ff. de re iud. l. iudex. nec etiã vos,
qui in illorum loco successistis, cùm eodem iure vta-
mini: annulus enim subrogatus in locum prioris annu-
li eodem iure censetur sicut & primus, vt ff. de donat.
inter vir. & vxo. l. si donatæ. §. fin. & l. si sponsus. Nec e-
nim videtur de nouo ordinata canonica, sed antiqua vi
detur confirmata. qui enim ædificium fulsit & refecit:
non nouum videtur facere, sed veteri remedium adhi-
bere, vt ff. de no. oper. nun. l. 1. §. si quis ædificium. Nec
enim euẽtus mortalitatis meam electionem reddit in-
utilem, sed tunc redderetur si facta minùs vtilis esset,
sicut legitur de minore: nam nõ euentus damni sed in-
consulta facilitas restitutionem indulget, vt ff. de mi-
nori. l. verum. §. fi. & ff. de solu. l. in pupillo. cùm enim
in locum eorum succeditis, eodem iure censemini, vt
4 ff. de eden. l. quædam sunt. § nec interest. † Fiscus enim
qui in ius priuati succedit, illius iure vtitur, vt ff. de iu-
re fisc. l. fiscus. & l. 3. §. si posteriori. nam cùm sitis substi-
tuti in locum priorum non potestis dicere in locum ec-
clesiæ esse tantùm substitutos: imò in omnibus & per
omnia eadem intelliguntur, prætor enim qui in locum
deficiẽtis furti actionis in factum actionem substituit,
verisimile est eum in omnibus casibus substituisse, vt
ff. si quis testa. libe. esse iuss. l. 1. §. hæc actio. Ex quo enim
semel voluistis ampliùs pœnitere non potuistis, vt ff.
de optio. lega. l. apud Aufidium. & ff. de ver. obli. l. si ita
stipulatus. Item non licèt vobis reprobare probatum,
ff. de neg. gest. l. Pomponius. Nec si dicas tu petis præla-
turam, ergo eo ipso es indignus, vt C. de epis. & cler. l. si
quenquam. & ff. de procu. l. quę omnia. Respon. imò be-
5 nè facio: † quia qui episcopatũ desiderat, bonum opus
desiderat. Et etiam Barbarius Philippus Romæ petijt
officium præturæ, vt ff. de offi. præto. l. Barbarius. & ar.
ff. quod cuiusq; vni. no. l. item eorum. maximè cùm hoc
non fiat clanculò sed palàm, vnde admittitur, arg. ff. de
admin. tuto. l. non existimo. & ff. de ritu nupt. l. palàm.
Econtrà videtur, quòd isti noui Canonici possint con-
tradicere repellentes eum ex suæ mentis proposito. Nã
† non videtur dignus Episcopus, qui precibus non in- 6
teruenientibus ordinatur: ab ambitu enim antistes de-
bet esse sepositus, vt quæratur cogendus, rogatus rece-
dat, sola illi suffragetur necessitas excusandi: profectò
enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus in-
uitus, vt C. de Epis. & cleri. l. si quẽquam. Item punitur
l. Iulia ambitus. vt C. ad leg. Iul. ambi. & ff. ad leg. Iul.
ambi. l. 1. non est enim petenda dignitas, sed potiùs me-
ritò prouocanda, vt C. de episco. & cler. l. si quenquam.
& ff. de origi. iur. l. 2. circa finem. licèt enim sit honesta
concessio dignitatis, iniusta tamen est petitio prælatu-
ræ: quædam enim honestè tribuuntur, quæ tamen inho
nestè petuntur, vt ff. de varijs & extraord. cogn. l. 1. §. est
autem res. Nam cùm viri prætorij ab Imperatore pe-
terent, vt liceret eis de iure publicè respondere: Impe-
rator rescripsit non esse petitioni eorũ aliquatenus de-
ferendum, licèt talis dignitas soleat concedi, vt ff. de
orig. iur. l. 2. in fi. Legalis etiam scientiæ professores in-
iustè petunt donaria, licèt à scholaribus eis dignè & iu
ste in recompensationem laboris & muneris offeran-
tur, vt ff. de var. & extraord. cogn. l. 1. Mater etiam filio-
rum Zebedæi quæ postulauit à domino vnum ex filijs
poni à dextra, & alium à sinistra nõ fuit admissa. Suspe-
ctus etiam videris cùm operam tuam ingeris inuito. nõ
inuitatus venis prandere paratus, vt ff. de procur. quæ
omnia Et eo ipso quòd affectas videris indignus, vt ar.
ff. ad l. Corn. de fals. l. vxori. §. 1. & de hoc medio notaui
suprà in quæstione illa, Frogerius. † Repellitur enim 7
quis à munere qui non inuitatus vltrò se offert, vt ff. de
iure immu. l. semper. §. conductores. Præterea nos qui
successimus, non sumus idem cum antecessoribus no-
stris, vnde tanquàm alij possumus contraire: nam nauis
composita alia nauis à prima creditur: & manumissus
alius homo creditur à primo, vt ff. de solu. l. qui res. §.
aream. Nam & nauis refecta eisdem tabulis alia nauis
est, vnde vsusfructus amittitur, vt ff. quib. mo. vsusfru.
amit. l. quid tamen. § in nauis. Forma † enim rei est esse 8
rei, vt ff. ad exhi. l. Iulianus. vnde forma mutata, ius de-
perit primitiuum: nam licèt pristina qualitas scypho-
rum duret: tamen & quia mutati fuerunt medio tempo
re, vsusfructus perit, vt ff. de vsufr. l. qui vsumfructum.
in princ. Nam & si domus destruatur, & alia in locum
eius reponatur, tamen alia est, nec debetur legatum, vt
ff. de leg. 1. l. si ita § si domus. Præterea & si sumus ijdem
cum defunctis, & sumus hæredes: tamen facta ipsorum
possumus reuocare, nam potest hæres quod defunctus
non potuit, vt C. de euict. l. vlt. Item remittit cautionem
legatario hæres, vt vtatur & fruatur arbitrio boni vi-
ri, quod testator non potest, vt C. vt in poss. lega. l. scire
debetis. Præterea si ijdem sumus, tamen possumus re-
probare, licèt semel probauerimus: nam & medicus
qui semel fuit electus, reprobatur, vt ff. de mu. & hono.
l. vt gradatim. §. reprobati. & reprobatur Doctor qui
semel fuit approbatus, vt C. de profess. & medi. l. gram-
maticos. Petit hæres etiam restitutionem, quam defun-
ctus petere non potuit, vt C. de restit. milit. l. si Valeria-
nus. Item hæres remittit falcidiam, quam testator non
remittit, vt ff. ad leg. falcid. l. potest. & l. quod de bo-
nis. In hac quæstione sine præiudicio melioris senten-
tiæ ita dico, quòd electus potest petere confirmatio-
nem: maximè quia † ex sola nominatione ius illi quæ- 9
situm est: licèt sit contra argumen. ff. de testamen. ciuili.
l. penul. & ff. ex quib. cau. maio. l. non enim. quòd enim
ex sola nominatione quæratur ius, dicit C. de appellæ.
l. hi qui ad ciuilia: & isti Canonici non possunt contra-
dicere, cùm ijdem æstimentur, vt ff. de iudic. l. propo-
nebatur.

ARGVMENTVM.

An donaria à principe nuntijs seu legatis concessa, ciuitas quæ eos misit, possit ab eis petere.

SVMMARIA.

1 *Procurator quicquid ex lite consequitur, domino litis restituere tenetur.*

2 *Donaria quæ legatis donantur, illis à quibus missi sunt, quæruntur, vt quæ eorum contemplatione donata sint, cum legati non nisi propter negotium donatori cogniti sint & nu. 5.*

3 *Legatis qui donat, ciuitati à quibus missi sunt, donare videtur.*

4 *Legatum templario relictum, templo quæritur.*

6 *Legatis quæ eorum contemplatione dant sibi ipsis quæruntur.*

QVAESTIO VI.

EVenit tempore quodam quòd dum ciuitas Mediolani guerram haberet cum Frederico, misit nuntios suos ad Imperatorem Constãtinopolitanum, vt ciuitatem Mediolan. iuuaret: Imperator multum de auro Arabiæ tolsit per nuncios, & insuper maxima donaria dedit legatis, vult ciuitas concessa donaria a legatis petere: quæritur an possit? quod possit probatur.
1 In primis proponitur actio mandati. † Ecce enim procurator quicquid ex lite consequitur, totũ domino debet restituere, vt ff. de procu. l. qui proprio § procurator. vt in ca teeis. quicquid etiam creditor consecutus est occasione pignoris, totum restituit debitori, vt ff. de pign. actio l. pignore. Et si possessor hæreditatis aliquid est lucratus, totum restituere compellitur, vt ff. de petitio. hæredit. l. sed si lege. Et quod occasione rei meæ habes, debes mihi totum restituere, vt argum. ff. si cert. peta. l. si eum seruum. namque si aliquem quæstum facitis qui boues expertu odos accepit, totum compellitur restituere, vt ff. commodati. l. si is qui. §. 1. ex quo enim te conuenio actione mandati, nihil potes te retinere potes vel debes, vt ff. mandati. l. ex mandato. & l. idemque § 2. Hoc idem in tutore attenditur, quia nihil ex tutela lucrari debet, vt ff. de administra. tuto. l. qui negotiationem. Incrementum enim quod facit alluuio, debet restituere creditor debitori, vt ff. de pign. l. si fun
2 dus. in princip. † Præterea ista donaria sunt ciuitati quæsita: nam Imperator non habuit vos notos, nisi propter illud negotium, ergo ciuitati quæritur. Nam & si aliquid donatur filio ab eo qui notus erat filio ex cognitione patris, patri quæritur, vt ff de castrensi pecul. l. miles. & l. castrense & l. hæreditate. imo nec distinguo qualiter vos habuerit notos vt argum. ff. de actio. emp. l. 1. §. sed & si. Item maritus restituit vxori hæreditatem in qua dotalis libertus eum hæredem instituit, vt ff. so-
3 lut. matrimo. l. si verò. Præterea si donauit † nuntijs, ciuitati Mediolani donasse videtur: nam qui donat ciuitati vel ciuibus, ciuitati quæritur, vt ff. de reb. dub l. et uibos. Et qui hæredem instituit seruum Fisci, Titium instituisse videtur, vt C. de iure del ber. l. cùm aliquis.
4 Et si † legatum relinquatur templario, templo legatum quæritur, vt ff. de annuis leg. l. annua. si enim illud mandatum non suscepissetis, illud non haberetis, vnde ciuitati dabitur, vt argumen. ff. de furt. l. si seruus commu-
5 nis. Fuit † enim datum vobis gratia ciuitatis, quia propter hoc mandatum vos habuit notos: vnde ciuitati quæritur, vt argumen. ff. de vulg. & pupilla. substit. l. si plures §. in arrogato. Emptor enim compellitur restituere quicquid ad eum ex seruo empto peruenit, vt est peculium vel hæreditas, si posteà fiat liber seruus, vt ff. de act. in. empt. l. si quis seruum. Et si fiat redhibitio mancipij venditi quicquid emptor lucratus est, restituet, vt de ædil. edict. l. bouem. § si quis seruum. Et si legatum relinquitur filio existenti in potestate, patri videtur esse legatum, vt ff. de conditio. & demonstrat. l. filio. Præterea legatus nihil debet tractare de proprio commodo, quamdiu fungitur munere legationis, vt ff. de legat. l. legatos. Econtrà videtur quod nuntij non restituant, imò sibi donata ab Imperatore reti-
6 neant. Et in primis, † quia beneficium collatum ipsis nuntijs acquiritur non ciuitati: cum eorum contemplatione Imperator eius donauerit, argumen. ff. soluto matrimon. l. si verò. Item licèt occasione mandati vobis fuit concessa donatio: non tamen tenemur reddere, nam & actio sepulchri violati, licèt per hæreditatem contingat, tamen non competit ex defuncti voluntate, & ideo hæres creditoribus non tenetur, vt ff. de sepulch. viola. l. quæsitum. Ista enim donaria non de bonis sunt ciuitatis, & licèt occasione ciuitatis venerunt, non tamen reddimus. Quod enim est non de bonis aui, sed propter bona aui accrescit nepoti, non confertur, vt ff. de coniungen. cum eman. l. 1. §. emancipatus. in fin. Item illa sunt quæsita nuntijs, cùm eorum contemplatione eis dedit, nec distinguitur vnde istos nuntios notos habuerit, vt ff. de vsufruct. l. sed & si quid. Item ea quæ accidunt extra hæreditatem, possessor hæreditatis non præstat, sed illa tantùm quæ ex ipsa re proueniunt, vt ff. de petitio. hæredita. l. item veniunt. §. item non solùm. Item nec restituit hæres pœnam quam habet occasione hæreditatis, vt ff de petitio. hæredita. l. at vbi. Item ea quæ habet hæres putatiuus, licèt habeat occasione hæreditatis: tamen hæredi non restituit, vt ff. de transact. l. 3. §. vlti. Nam illud quod ex negotiatione, nõ hæreditate percipitur, id non restituit emptori venditor, vt ff. de hæred. vel acti. vend. l. venditor ex hæreditate. & ff. de legat. 2. l. Titia alias ad leg. falcid. l. Titia. In hac quæstione sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi distinguendum cuius contemplatione donauit: vt si ciuitatis, ciuitati quæratur: si verò nuntiorum, nuntijs: vt ff. solu. matrimo. l. si verò. & ff. de vulga. substitu. l. sed & si plures. § in arrogato. In dubio præsumo ciuitati acquisitum, vt ff. de reb. dub. l. ciuibus. vel posset distingui verùm dixerit nuntijs, & tũc ciuitati: quia præposuit appellatiuũ, aut dixit Seio, Titio & Mæuio: & tunc quæritur nuntijs, quia præposuit proprium, vt arg. ff. de stipu. seruo. l. si communis seruus ita.

ARGVMENTVM.

Si pater donat vni ex filijs in potestate prædium, retento sibi vsufructu: mortuo patre si illud possidetur à fratre, vel altero, an possit ipse filius rei vendicationem vel publicianam intentare.

SVMMARIA.

1 *Filius rem à patre sibi donatam qua actione vendicare possit*

2 *Pater rei donatæ filio vsumfructum retinendo rem ipsam tradere videtur.*

3 *Intellectus. Regula. Quod ab initio. ff de regu. iur.*

4 *Dominus rei contra eum qui possidet, rei vendicationem recte intentare potest.*

5 *Donatio facta filio à patre cum vsufructus retentione, donationi causa mortis comparatur: quia legato similis est.*

6 *Dominium an quæratur filio ex patris donatione cum retentione vsusfructus ipsi filio facta & nu. 8.*

7 *Ratihabitio retrotrahitur, et mandato &c. quomodo intelligatur.*

8 *Donatio patris facta filio an in familiæ erciscundæ iudicio veniat.*

QVAESTIO VII.

DOnatus prædium quoddam donauit Titio filio suo in potestate constituto: & illius prædij retinuit vsumfructum hanc donationem non reuocauit: nunc illud prædium possidetur ab aliquo extraneo, vel a fratribus illius cohæredibus: quæritur an iure possit Titius auocare prædium? Videtur, quòd sic.
† Et quia nemo sine actione experitur, vt ff. de administra. tuto. l. quotiens. §. item si temporali. Ideo rei vendicationem vel publicianam intendet: non quòd vtramque intendat, sed alteram tantùm: & alteram prosequatur, vt ff. de tribu. l. quod in hæredem. §. eligere. 1

& ff.

& ff.quor legato.l.1.primo responso.quod enim domi-
2 nium sit quæsitum filio patet: † quia pater retinendo vsumfructum perinde habetur, ac si traderet, vt C.de donatio.l.quisquis. & l.si quis argentum: vbi dominium sine possessione quæritur. Et cùm hoc sit verum de iure communi, verum erit & in filio. Et licèt non potuisset quæri dominiũ, à tempore factę donationis tamen filio post tempus mortis patris quęritur, & ab eo tẽpore valet, vt C.de donatio. inter virum & vxorem.l.donationes.licèt enim illa donatio ab initio fuisset inualida: tamen morte secuta cõfirmatur, sicut donatio facta vxori, quæ ab initio est inualida, sed tamen morte secuta confirmatur:& pręsumo in dubio potiùs confirmatum esse, quàm eius contrarium.ff.de donat. inter virum & vxo.l.cùm hic status.§.1.& 2. multa enim ab initio non valent quę posteà conualescunt, vt vnum generale notari potest per l.vnicam.C.de contract. iudic. nam ibi contractus non valuit ab initio, tamen ex post facto valet. Potest etiam notari in matrimonio contracto cum pręside, quòd licèt sit ab initio cassum & inutile, tamen ex post facto confirmatur, vt C. de nupt. l. & si contra. Item in contractu minoris qui licèt ab initio sit inutilis: tamen confirmatur ex tempore, vt C.si maior fa-
3 ctus.l.vltim. † Nec obstat regula ff.de regul.iur.l.quod ab initio, quia locum habet illa quando solum tempus adijcitur per legem, vt ff.de actio.& oblig.l.obligationum ferè.§.placet. Et sic cùm dominium sit quæsitum filio, dico quæsitum post mortem: qua confirmata tacitè transferiut dominium, sed non sola morte, sed cùm illo contractu qui præcessit, sicut video in iurisdictione tradita à populo, quæ non per electionem populi, sed per confirmationem populi conceditur, vt in au-
4 thent.de defenso.ciuita.colla.3.§. nunc autem. † Ergo cùm habeat dominium, meritò rei vendicationem intendit contra possidentem, vt C.de aliena.iudi.mutan.cauf.fact.l.2.Præterea nihil nihil est quòd possit obstare isti filio quominùs vendicet:nam & si pater nomine filij comparauit res, licèt fuerit in potestate: tamen illas filius habet præcipuas in familiæ erciscundæ iudicio, vt C.fami.erciscun.l.filiæ. Item ista donatio quæritur filio, nam ista sunt paria, siue quis donet filio emancipato, siue in potestate constituto: si nõ reuocet pater, quæritur filio dominium, vt C.de dona.l.siue emanci-
5 patis. Præterea ista † donatio comparatur donationi causa mortis, cùm morte confirmetur, vt ff.de dona.inter virum & vxo.l.sed interim.& donatio causa mortis assimilatur legato, vt C.de donat.causa mort.l.1.& vlti. ergo sicut pro legato datur rei vendicatio adita hæreditate, vt ff.de furt.l.à Titio. ita & hic datur rei vendicatio, cùm mors inde sit secuta. Econtra videtur, quòd iste filius repellatur. In primis quia isti dominium quæsitum non est, ergò rei vendicatio non sibi datur,
6 vt ff.de rei vendic. l.in rem actio. † Quòd enim dominium non sit quæsitum vide: nam aut dices esse quæsitum tempore factæ donationis, & hoc stare nõ potest, quia illa donatio impeditur ratione patriæ potestatis, vt ff.de donation.l.2. aut dices esse quæsitum tempore mortis, & sic ex causa confirmationis, & istud stare non potest: nam si confirmaretur, hoc fieret per ratihabitionem tacitam: at istud esse non potest, nam & si ratum haberet expressum, tamen illa ratihabitio non traheretur retrò quoad dominium, sed quoad vsumfructum tantùm, vt C.de donatio.inter virum & vxorem,
7 l.donationes. in fine legis: licèt dicatur, † ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, & confirmat ea quæ ab initio facta sunt, vt C.ad Maced.l.vltim. Verum est quandò est tale negotium, quod potuit haberi ratum ab ipso principio, argum.ff.de pign.l.si fundum.§.2.ar hoc & si pater millies vellet quòd donatio valeret, propter hoc tamen nunquàm potuisset valere: sicut vides in casu simili vbi ratihabitio expressa non confirmat illud quod ab initio minus vtiliter factum est, vt ff.de his qui no.infa.l.quid ergo.in prin.& quòd dominiũ non sit quæsitum filio videas: l nã res illa donata filio venit in familiæ erciscundæ iudicium, vt C.de inoffici.donat.l.2. si venit in iudicium: ergò remansit in bonis patris: ea enim quæ sunt in bonis testatoris veniunt in familiæ erciscundæ iudicium, & non alia, vt ff.famil.erciscun.l.si id quod. & l.hæredes.§. quod pro emptore. Præterea tempore donationis non potuit quæri dominium illi filio, quia sic iam quæreretur patri, & sic esse non potest: quia iam sibiipsi daretur, quod iura nolunt, vt ff.de fideiusso.l.hæres.& l.Vtanius.Pręterea pater retinẽdo vsumfructum voluit donationem valere de iure communi tanquàm cuilibet extraneo: vnde non potuit, nam pater paciscendo filio vt extraneo nullam exceptionem quærit filio, vt ff.de pact.l si tibi decem.§.si pactus. Nam quod ab initio non valuit non potuit ex post facto aliquatenùs confirmari, vt ff. de regul.iur.l.quod ab initio.& sic potest illud generale adduci. Item pater iste quod voluit, non potuit, scilicet dominium donationis tempore transferre in filium, per ea quæ dicta sunt, quod potuit, noluit: scilicet quia potuit emãcipare filium & sibi donare, quod cùm non fecit, non valet donatio: quia quód potuit, noluit, quod voluit nõ potuit, vt C.si quis alteri vel sibi.l.multum. Si enim pater donat filio in potestate constituto: si moriatur donatione non reuocata: tamen illam donationem non habet filius præcipuam, vt C.de collat.l.si donatione. In hac quęstione distinguo sine præiudicio melioris sententiæ: vt si pater donat filio vt benemerito, id est, quasi extraneo, donatio teneat: & dico ipsum filium dominum post mortem patris, & à quolibet possessore posse rem aduocare, argumen.C.de donat.inter virum & vxor.l.donationes.& argum.ff.de donat.inter virum & vxorem, l.cùm hic status.§.1. & 2. & C.famil. erciscun.l.filiæ. Si verò pater donauit filio concedendo ei in peculium, tunc non est dominus filius, imò est communis res illa, vt C.de colla.l.si donatione. & tunc filium excludo à vendicatione. Si verò donet filio conferendo in eum vltimum arbitrium: tunc catenus confirmatur donatio morte, quatenus alij habẽt bonorum debitum subsidium, vt C.de inoffic.dona.l.si pater. In dubio quid præsumemus: dico quòd non sit quæsitum filio, imò ex quo res est paterna præsumam cõmunem, nisi filius doceat quomodo res illa sit sibi quæsita, vt C. de probat.l.siue possidetis.

ARGVMENTVM.

Colonus qui conduxit fundum in perpetuum eo pactone venderet, an possit alteri locare in perpetuum.

SVMMARIA.

1 *Venditionis verbo omnis alienatio continetur. & nume. 10.*

2 *Locatio in perpetuum an sub venditionis nomine contineatur.*

3 *Locatione perpetua conductori ius in re quæritur. & num. 11.*

4 *Pœna quando in contractu adponitur, quid intersit, non attenditur, sed quid in stipulationem venerit.*

5 *Verbum, Ne vendas: quandoque pro verbo ne loces, accipitur.*

6 *Rem quam conduxit, alijs locare neminem prohiberi regulare est.*

7 *Rei propria cuiq; distributionem habere iustum est.*

8 *Locatio dominium mutare non solet.*

9 *Libertatem qui in vnum casum excepit, in alijs sibi cauisse non videtur.*

QVAESTIO VIII.

Viterbiensis quidam nobilis Burgensis de Castro plebis locauit in perpetuum fundum cuidam colono, id est, in vita sua, ea lege & pacto adhibito in contractu, quòd colonus non venderet illum fundum, & si venderet, promisit colonus Viterbiensis pœnam centum: nunc iste colonus alij colono istum fundum locauit in perpetuum, quæritur an ista secunda

locatio teneat: & sn iste colonus cõmiserit in pœnam. Quòd enim secunda locatio non teneat probo. Ecce ego qui fundum locaui, sui dominus, & legem apposui in re mea, & in traditione, vnde tenet, vt C. de pact. inter empt. & vendi. l. vlti. vnde certum est quòd hic conductor non potuisset vendere. Sed ille dicit, ego locaui, quod potui facere: quia nemo prohibetur rem quam conduxit, alij locare, vt C. loca & conduct. l. nemo. vnde cùm nõ vendidi, non potes aliquid dicere de pœna? Respondeo, frater imò apertè fecisti contra pactum: nam ex quo prohibui venditionem omnem alienatio-
1 nem videor tibi prohibuisse: verbo enim † venditionis vel emptionis omnis alienatio continetur, vt ff. de statulibe. l. statuliber à cæteris. §. 1. in fi. Nam quã rem quis emere prohibetur, & pignori accipere nõ potest, vt ff.
2 quæ res pign. obliga. l. 1. §. eam rem. Si ergò † omnis alienatio cõtinetur sub nomine venditionis & emptionis: ergò & locare in perpetuum, argum. ff. de reb. alien. nõ
3 alie. l. sancimus. nam per istam † talem locationem ius in re acquiritur conductori, vt ff. si ager vectiga. l. 1. Præterea quandò ego dixi, nolo quòd vendas: ista verba videntur tibi interdixisse venditionem de facto: vnde in pœnam committis. nam de iure nõ posses vendere, vnde rem illam auoco, nam dicit l. ea lege. de condict. ob cauf. ne alicui facultas alienandi competeret, id efficit, quòd si non sit seruata conditio, competit condictio, vt C. de condi. ob causam. l. ea lege. ergò videtur interdicta alienatio quæ de iure posset fieri, scilicet ne loces: nam & si vendo mancipium tibi, vt non manumittas, tenet illud pactum, vnde manumisio non tenet, vt C. si mancip. ita fue. alie. ne ma. per totum. Item si vendo tibi mancipium ne prostituas, oec potes habere illud in taberna, vt C. si mancip. ita fue. aliena. ne prosti. l. vlcim. ita & hic cùm prohibui ne venderes: videor etiam illud prohibuisse in perpetuum, ne loces: vnde si contra fecisti, licèt illa locatio non teneat vel teneat, committis in pœnam, sicut vides si quis solo facto veniat contra transactionem vallatam stipulatione Aquiliana, licèt de iure nõ possit: committit tamen in pœnam,
4 vt ff. de transact. l. pacto conuento. Cùm enim † pœna apponitur in contractu, nõ inspicitur quid mea intersit, sed quid in stipulationem veniat, vt ff. de verbo. obligatio. l. stipulatio ista. §. alteri. ergò licèt non interfit mea, quòd tu non loces, tamen committis in pœnam. quòd enim qui venerit contra pactum committat in pœnam testantur iura. C. de transact. l. cùm proponas. ff. de pact. l. rescriptum. §. si pacto. & ff. de transact. l. qui fidem. & de doli except. l. apud. §. item Labeo. & ff. de verborum obligation. l. qui Romæ. §. vltim. Præterea si volumus adaptare verba ne venderes, siue ne vendas, quòd intelligantur tantùm de emponematibus: tamen illa & sine pacto non vendis sine requisitione facta à domino, vt C. de iure emphyt. l. vltim. Item videtur esse actum ne locares: nam si vendo tabernam, videor vendidisse ius quod in ea habeo, vt ff. de contraben. emptio. l. qui taberoas. Et si lego domum, ius quod in ea habeo, videtur esse legatum, vt ff. de legat. 1. l. si domus. nec enim vis est facienda in verbo, ne vendas: ita
5 † enim accipitur ne vendas, id est, ne loces: nam verba aliquandò impropriè ponuntur, nam & verbum donationis ponitur impropriè: vt si dicat locator conductori, ego dono, videtur cum illo transigere, vt ff. loca. & conduct. l. si eo tempore. Item pactum appositum debet aliquid operari, nam & sine pacto fundum non potes vendere: ergò videtur id actum vt ius quod habes, non transferas, argum. ff. de lega. 1. l. si quandò. & ff. de liber. cauf. si vsum fructum §. 1. Ecòtra videtur, quòd
6 locatio secunda tenuerit. In primis: quia † nemo prohibetur rem quam conduxit alij locare, vt C. loca. & conduct. l. nemo. vnde & friuola esset conductionis obligatio primo cõductori, qui partem cœnaculi conducti locauit, vt ff. de pign. actio. l. solutum. §. solutam. Nónne rei propriæ administratio cuilibet debet com-
7 mitti? certè sic: nam † iustum est cuique propriæ rei distributionem propriam concedi vt C. de Iudæ. & celsico. l. nemo. & ff. si quis à paren. fue. ma. l. a. vnde propterea pactum illud, ne vendas, non valuit, vt ff. de pact. l. nemo. maximè cùm tua non intersit, vt ff. de seruitu. l. quotiens. si ergo pactum nõ tenuit, nec pœnæ commissio locum habet, vt argum. C. de legi. & constitu. l. non dubium. quandò enim pactum fuit appositum, scilicet ne vẽdas: videtur illud esse actum ne dominium transferatur. at istud nullo modo facere possum: quia cùm non sim dominus, in alium transferre non possum, vt ff. de contraben. empti. l. alienatio. & ff. de acquir. rer. domi. l. traditio. & si facere possem, tamen nõ feci contra: quia locaui, at locatio † non solet mutare domini- 8
um, vt ff. locati. l. non solet. Item licèt locauerim, non tamen committo propterea in pœnam. nam & si vendi mancipium, ne manumittas, & si feceris contra pœnam promisisti: licèt manumiseris, tamen in pœnã non committis, sicut legitur C. si mãcip. ita fuer. alie. ne ma. l. penul. Præterea locatio ista tenet. nam pactum istud tem non afficit, sed personam, vt ff. de contrahen. emp. l. vltim. §. fina. Præterea nullum interesse tuum est: ergò potius per malitiam, quàm per iustitiam insistis, ergò tuæ malitiæ non debet indulgeri, vt argum. ff. de rei vendica. l. in fundo. Item licèt prohibita sit venditio, non tamen locatio: nam in quorum finibus quis emere prohibetur, pignus accipere non prohibetur, vt ff. de pigo. l. in quorum. Item cùm excepisti, ne vendam, non videris excepisse ne locem: quia qui † in vnum casum 9
libertatem excepit, in alijs non videtur sibi cauisse, vt ff. de euict. l. qui libertatis. & argum. ff. solu. matrim. l. si cùm dotem. in princ. In hac quæstione sine præiudicio melioris sententiæ mihi videtur quòd, ille conductor primus qui conduxit ita, ne venderet, pœnamq́ue promisit, si locauit in perpetuum, quòd committat in pœnam, vnde peti potest: verbum † enim venditionis 10
omnem alienationẽ continet, vt ff. de statulibe. l. statuliber à cæteris. §. 1. in fine. igitur si omnem alienationẽ: ergò & locationem in perpetuum, si quia per illam lo- 11
cationem ius in re quæritur cõductori, vt ff. si ager vect. l. 1. sicut & per alia quæ prohibentur. C. de reb. alie. nõ alien. l. vlti. Præterea videntur inter se statuisse quòd ius quod habet iste conductor venderet, quod facere non potest, vt C. de iure emphy. l. vlt.

ARGVMENTVM.

An ille qui in constituendo seruitutem fecit pactũ, quòd seruitus tempore non tollatur: possit contra pactum præscribere.

SVMMARIA.

1 *Confessoria pro vendicanda seruitute datur: datur & contra dominum & quemlibet possessorem.*
2 *Præscriptio per legem inducta pacto contrahentium & augeri & minui potest.*
3 *Seruitus neque ex certo tempore neq; ad certum tempus constitui potest.*
4 *Pactum adpositum in contractu actionem parit. & nume. 6.*
5 *Præscriptiones 10 vel 20. annorum odiosæ sunt.*
7 *Pacto iuri competituro renunciare licitum est.*
8 *Præscriptionis odium pacto tolli potest.*
9 *Præscriptio ne oriatur, contrahentium pacto remoueri potest.*
10 *Seruitus omnis debita non vtendo amittitur.*
11 *Ius publicum priuatorum pactis mutari non potest.*
12 *Præscriptio quorsum inducta.*
13 *Sacramentum calumniæ quorsum inductum.*
14 *Præscriptio pacto prorogari non potest.*
15 *In seruitutis libertate quærenda bona fides non requiritur.*
16 *Pactum personale personam, non rem afficit.*

QVAESTIO IX.

Seruitutem concessit Titius Sempronio tigni immittendi, et in ipsa concessione seruitutis pactum appo-

pactum apposuit, vt seruitus illa tempore nõ tollatur,
tigna fuerũt immissa, & posteà sunt remota, & foramina
clausa per 10. vel 20. annos. Agit nunc Sempronius
pro seruitute, & agit confessoria: excipit Titius, & dicit
se præscripsisse, vnde illam confessoriam dicit sublatam.
Sempronius replicat de pacto apposito in contractu:
quæritur an Sempronius possit petere seruitutem
non obstante præscriptione. Quòd possit ita probatur.
Et in primis intendit Sempronius confessoriam:
1 quia † illa datur pro seruitute vendicanda, cùm seruitus
est iam constituta & debita, & datur contra dominum,
& contra quemlibet possessorem, vt ff. si seruitus
vend. l. 2. in princip. & §. hoc autem in rem. & l. si forrè.
§. hæc autem. & l. si quis diuturno. & ff. si vsusfruct. per.
l. fructuario. §. sicuti. Præterea licèt de iure communi
sit sublata seruitus, vt ff. de seruitu. vrb. prędi. l. hæc autem
iura. tamen ratione pacti, seruitus non est sublata.
contractus enim ex cõuentione legem accipiunt, vt ff.
depositi. l. 1. §. si conueneris. Nam præscriptio inducta
2 per legem † pacto contrahentium potest augeri & minui.
Nam certa sunt tempora statuta ad exigendam dotem,
& illa tempora possunt augeri & minui, vt ff. de
pact. l. si vnus ex argentarijs. § sed si pactum. vers. quod
& in specie. & ff. de ædil. edict. l. quòd si nolit. §. si quid
ita. Præterea ex ipsa constitutione seruitutis durat adhuc
3 confessoria. nam † certum est quòd seruitus neque
ex certo tempore, neque ad certum tempus constitui
possit, vt ff. de seruitu. l. serui utes. ideò si tempore tolleretur:
ad tempus videretur fuisse cõstituta, cùm enim
4 † pactum sit appositum in ipso contractu, ergò prodest
ad agendum, licet sit appositum in contractu stricti iuris,
vt ff. si cer. pet. l. lecta. & C. de pact. l. petens nam &
nouam parit præscriptis verbis & veterem informat,
vt C. de pact. inter empt. & vendito. l. 2. prodest ergò ad
agendum, vt intentetur ex stipulatu, quę fuit vetus, vel
præscriptis verbis quæ est noua inducta per pactum,
sed ego volo intentare confessoriam, quæ videtur sustentata
per pactum vt tempore non tollatur. Nam pactum
debitoris appositum præscriptionem certam interrumpit,
vt C. de præscrip. 30. annorum l. cùm notissimi.
in princ. ergò operatur quòd noua non inducatur.
dicit enim generale, multa impediunt ordinanda, quæ
non impediunt ordinata, vt ff. de pecul. l. quam Tuberonis.
& multa impediunt contrahenda, quæ nõ impediunt
iam contracta, vt ff. de his qui sui vel alieni iur.
5 sunt. l. patre furioso. Præterea præscriptiones † istę 10.
vel 20. annorum sunt odiosæ: quia tantum contra desides,
& sui iuris contemptores sunt inductę, vt C. de anna.
excep. l. vlti. in fi. ergò pactũ appositum benè potest
operari ne illa præscriptio odiosa currat: maximè cùm
pactum sit licitum, vt ff. de pact. l. iurisgentiũ. § ait prætor.
et ideò licitum: quia non inuenitur reprobatum, vt
arg. ff. ex quib. cau. ma. l. necnõ. & de proba. l. ab ea parte.
& odium semper est restringẽdum, vt ff. de liber. &
posthu. l. cùm quidam. Vides enim & certum est, quòd
pręscriptio currat contra desidem & negligẽtem, sicut
dictum est. at iste non videtur negligens & deses, qui
non paruit liti in interrumpenda præscriptione, quia
credebat ius suum vbique durare, vt arg. ff. quib. mod.
pign. vel hypoth. solua. l. sicut. §. non videtur. Præterea
pactum appositum in contractu, & si nullam pariat actionem
(quod non est verũ sicut dictum est) tamen obligat
se quòd non contradicas mihi volenti vti seruitute:
nam illud pactum saltem naturalem inducit obligationem:
& obstaculum appositum vel apponendum
elidit, sicut notatur plenè ff. de pact. l. si vnus. §. pactus
ne peteret. & sic licet præscriptio ademisset Sempronio
confessoriam, tamen pactũ si fieret posteà: illa præ-
6 scriptio non obstaret: quia pactum † posteà factum induceret
naturalem obligationem & obstaculum remouet,
vt dictum est. ergò multò magis facit pactum si fiat
antequàm præscriptio inchoaretur. Item dicit prætor,
pacta seruabo, vt ff. de pact. l. iurisgen. § prætor ait. &
saltem illud pactum operari debet, vt præscriptio quæ
concurrerat, nõ obstet, aliquid enim operatur adiectio,
vt ff. de lega. 1. l. si quandò. Item esto quod per pactum
non sit mihi ius quæsitum: tamen te exceptione vel replicatione
repello, si pręscriptionem opponas. sicut legitur
simili arg. ff. de seruitu. rusti. prædi. l. per fundum.
nam & pactum de iure tenet. licitum enim suis renunciare
his quæ pro se introducta sunt, vt ff. de mino. l. si
iudex. & C. de pac. l. si quis in conscribendo. Item licitum
suis † tibi renunciare iuri competituro per pactũ, 7
vt ff. à quibus appellare non licet, l. 1. & C. de tempo. appel.
l. vlti. in fin. Præterea odiosa est præscriptio & cum
iniquitate inducta, vt Inst. de vsuca. in prin. † ergò illud 8
odium pacto tollitur, sicut alias legũ austeritas pactis
contrahentium mitigatur, vt l. prædicta. C. de temp. appel.
l. vlt. in fi. Item spem futurę actionis remittere possum,
vt C. de dona. l. spem. Item spem futurę perceptionis,
vt ff. de pac. l. pactum inter hęredem. Item hæres legis
falcidiæ spem potest remittere, vt ff. ad l. falci. l. potest.
cum ergo feceris pactum, contrauenire non debes:
graue enim videtur probo viro fidem frangere, & contra
suum factum venire, & ad id venire cui renunciandum
putauit, vt ff. de constit. pecu. l. 1. & C. de reb. cred.
l. si quis iusiurandum. & C. de non numer. pecu. l. generaliter.
Et non solum, quia est secundùm ius pactum, vt
dictum est, verùm etiam si contra ius esset, non venires
contra, vt ff. de pact. l. pactum. & l. pacisci. & arg. ff. de adopt.
l. post mortem. Præterea pacto † contrahentium 9
potest remoueri præscriptio ne oriatur: nam sic prohibetur
alienatio, vt C. de rebus alien. non alien. l. sancimus.
ergo & inhibetur præscriptio, vt C. de verb. sig. l.
alienatiõis. & de fundo dota. l. si fundum. Præterea esto
quòd pactum ad actionem non valeat, tamen operatur
ne possit præscribere: nam in ista præscriptione est necessaria
bona fides, vt ff. quemad. seru. amit. l. seruitutem.
ideò enim est necessaria bona fides: quia aliquid
debes facere, vt præscribere possis, vt ff. de seruitu. vrb.
prædio. l. hæc autem. at tu habere bonam fidem non potes:
quia scis te mihi fecisse pactum, & non potes allegare
ignorantiam in proprio facto, vt ff. ad Velleian.
l. quanquam. Vitium enim istud habere malam fidem,
est vitium personale: & in pręscriptione procedit sicut
reale vitium: putà possidere precariò, vt commu. de seruitu.
l. vlt. & Inst. de vsuca. §. nouissimè. & C. de præscr.
30. anno. l. malæ. Ecõtrà videtur. Titius se defendit Sempronium
suis defensionibus repellendo. Et in primis,
quia actio incompetens sit proposita, scilicet confessoria:
si enim incompetens est proposita, ergo ab initio
fit, vt ff. si agrimens. fals. mod. dixe. l. 1. licet enim detur
confessoria pro seruitute vendicanda, vt in primis allegauit
Sempronius, tamen omnis seruitus debita moderato
tempore tollitur 10. annn. vel. 20. vt ff. de vsuca.
l. sequiror. §. vlt. & in casu præsenti lex scripta est: quia
si foramina sunt clausa tempore constituto, sicut propositum
est in themate, tollitur etiam seruitus tigni immittendi,
vt ff. de serui. vrba. prædior. l. hęc autem iura.
in fin. Hoc etiam est in confessoria, quæ pro vsufructu
competit: quia dederit non vtendo, vt Institu. de vsufruct.
Et vt breuiter dicam omnis † seruitus debita non 10
vtendo amittitur, nam cùm in seruitute itineris sepulchro
debiti sit inductum sit casuale, quòd non vtendo
non amittatur, vt ff. quemadmo. serui. amitta. l. iter. ergo
in alijs seruituribus contra est, quia amittuntur, vt
dictum est: nam cùm prętor vnum ex iudicibus iudicare
vetat, cæteris permisisse videtur, vt ff. de iudic. l. cùm
prætor. Nec præiudicat mihi pactum quod feci: ideo
quia † iam ius publicum mutaretur pactis priuatorum, 11
quod iura nolunt, vt ff. de pact. l. ius publicum. Nam ille
qui manumittitur ex causa fideicommissi non cogitur
præstare operas, vt C. de oper. liber. l. manumissionis.
& de bon. libert. l. 1. & tamen si personale pactum
interponatur, vt præstaret: & ita testator præcipiat,
non tenetur, vt ff. de oper. liber. l. Cerdonem. † Præscri- 12
ptio enim fuit inducta de bono publico, ne dominia
rerum essent in incerto, vt Institu. de vsucap. in prin.
quomodo ergo tam bonum publicum pactis priuatorum
mutari potuit? certè non. Nam ecce sacramentum
† calumniæ de bono publico est inductum, ad hoc vt 14
possint causæ merita aperiri, vnde pactis priuatorum

 contra-

remitti non potest, vt C.de iureiur. propter calum.l.2.
§.sed quia veremur. Est etiam de bono publico indu-
ctum, ne milites signis supersedeant, sed patriam pa-
rentesque defendant, vt C.loca.l.vlti. vnde & per spe-
ciale pactum non poterunt procurare, vt ff.de procur.
l.filius.§.veterani. & de hoc quis exempla infinita no-
tare potest, vt C.de pact.l.si quis in conscribendo. Item
pactum illud non valuit: nam per illud pactum præscri-
scriptio prorogatur, ergo non valet: nõ enim potest pa-
ctum præscriptionem prorogare, sed abbreuiare, sicut
legitur ff.de pact.dot.l.de die. Item testator non potest
cauere, ne locum habeant leges in testamento suo, vt ff.
de leg.1.l. nemo. nam non potest cauere quòd hæres nõ
exigat à legatario vsusfructus satis dationem, quòd vta
tur fruatur arbitrio boni boni viri, vt C. vt in poss. leg.
l.scire debetis, ergo multò minus pactio cõtrahentium
leges tollit. Item pactum non valet, ius enim illud mihi
non competebat, ergo non potui illud repudiare, vt ff.
de acquit.hæred.is qui. & ff.de lega.1.l.si ita scriptum.
§.si sub conditione. Nam hæres si voluntatem accom-
modat legatario possessionẽ rei legatæ occupanti pro-
pria authoritate ante aditam hæreditatem: talis volun
tas legatarium non excusat, vt ff.quor.legato.l.1.§.quod
ait prætor. sublata est enim confessoria sicut diai pec
tempus: & quòd omnis seruitus sit sublata & tollatur,
legitur C.de præscript.long.tempo.l.vlt. in fi.arg.pos-
ses adducere. C.de serui.l.sicut vsumfructum. & l.fina.
15 Nec obstat quod non habui bonã fidem: nam non exi-
gitur in libertate seruitutis quærenda, vt ff.de vsuca.l.
sequitur.§.vlti.quòd verò tu opponis. ff.quemadm.ser-
uit.amit.l.seruitute. Ego respondeo, illud verum esse
quoad acquirendam seruitutem: ergo vides quòd con-
fessoria non potest de iure intentari, nec alia. nam ex
pacto illo nulla est nata actio, cùm ita sit cõceptum ne-
gatiuis verbis, scilicet vt præscriptio non obstet. In hac
quæstione videtur Io.quod si Titius possideat, non pos-
sit se defendere contra Sempronium, quominùs de iure
confessoria intentetur: ideò quia est necessaria bona fi-
des, vt ff.quemad.serui.amit.l.seruitute.& de serui.ve-
ba.prędi.l.hæc autem iura. Nec potest iste habere bonã
fidẽ, cùm in facto proprio erret, vt ff.ad Velleia.l.quan
quàm. Si verò alius possideat, & habeat causam a Titio
similiter & confessoria contra eum intentatur, vt ff.
commun.prædio.l.venditor. nam quicquid obstat ven-
ditori & emptori, vt ff.si fa.fur.fec.dic.l.quotiens.& de
euict.l.emptori. Si verò alius possideat, qui non habet
causam à Titio: tunc Sempronium ab actione repellit.
16 † pactum enim personale rem non afficit, sed personã,
vt ff.de contrahen.empt.l.vlt.& ff.de relig.l.Neratius.
Sed licèt confessoria intentetur, & eam dicat dominus
meus intentandam: tamen melius credo adaptandam
ea stipulatu præscriptis verbis, quæ datur & competit
propter pactum appositum, licèt fuerit seruitus subla-
ta tempore, vt ff.quibus mod.vsusfruct.amit.l. sicut in
annos.

ARGVMENTVM.

Si dominus nudæ proprietatis intentat rei vendica-
tionem contra tertium possessorem, an in senten
tia veniant fructus.

SVMMARIA.

1 *In rei vendicatione fructus etiam iudicis officio veniunt.*
2 *Locupletari cum iactura aliena non licet.*
3 *Rem alienam scienter detinens puniendus venit.*
4 *Plus petens in quibus condemnandus sit.*
5 *Iudicia ex petitoris iure desumuntur.*
6 *Iuris quod est in principali, idẽ est & in accessorio, quan-*
do locum habeat.
7 *Possessio vitiosa aduersus extraneos prodesse solet.*
8 *In rei vendicationem iudicis officium quando veniat.*

QVAESTIO X.

BONVS Accursius nudæ proprietatis dominus rei
vendicationem intentat contra aliquem possi-
dentem fundum: quæritur an fructus veniant in senten
tia iudicantis. Quòd veniant in primis ita probatur
Certum est † quòd qui agit rei vendicatione pro re ali- 1
qua, licèt fructus veniant in illa rei vendicatione tamẽ
iudicis veniunt officio: adeò quòd eadem die teneatur
supplere de fructibus, vt ff.de re iudi.l.Paulus respon-
dit.& eodem errore quo iudicauit de proprietate, iudi
cabit & de fructibus, & etiam compellitur, vt ff.de rei
vend.l.ea diuerso. & Insti de offi.iudi.& C.de rei ven-
dic.l.certum.& l.more. & ff.eod.tit.l.praterea. licèt e-
nim si rei vendicatione ageretur contra fructuarium,
fructus non venirẽt: ideò quia fructuarius ius habet in
illis, tamen si contra extraneum rei vendicationem in
tendo, nullo iure se defendit: quantũ enim ad re rei [illegible]n
dicationẽ habeo plenam, sicut vides in casu simili. Si e-
nim habeo domum quæ seruitutẽ Titio debet altius nõ
ædificandi, tamen possum altius ædificare te non valen
te prohibere quòd non ædificem: quia quantum ad te,
liberas ædes habeo, vt ff.si serui.vendi.l.luci corpus.§.
cuius ædes. Item qua ratione vel fronte te defendis,
cùm ius non habeas, & solam malitiam prætendas, vn-
de non debet audiri, vt ff.de rei vendica.l.in fundo. Lo-
cupletari † enim vis cum aliena iactura, & cum alieno 2
damno, & de alieno, quod iura nolunt. vt ff.de transac.
l.cùm hi.§.si quis de alimentis. Præterea † puniendus ex 3
eo ipso quòd cùm scis rem alienã, eam retines, vel eti-
am quoad fructus, nam omnes scire debent &c. vt C.
vnde vi.l.cùm quærebatur. Præterea ad nihil aliud pos
ses agere cõtra me, nisi vt & cauerẽ tibi, quòd te defen
dam, vt ff.de rei vend.l.is à quo.& ff.ad l.fal l.dolo. Prę-
tereà quod iuris cẽsetur in principali idẽ in accessorijs
hoc dicit regula iuris. ff.de reg.iur.l.cũ principalis: er
go cùm mihi detur rei vẽdicatio pro re ipsa, debet etiã
dari pro fructibus officium iudicis. Item in rei vendica
tione nónne iudex præcipit rem restituere? certè sic. vt
ff.de rei vendi.l.qui restituere: ergo & fructus veniũt,
vt ff.de vsur.l.videamus.§.in Fauiana. & ff.de verb.sig.
l.plus est.& l.restituere. Item proprietarius non est fru
ctuarius, vt ff.de vsufruct.l.arboribus.§.vlt. Itẽ & con-
dicit fructus, vt ff.loca.l.cùm in plures.§.messem. Item
quãtum ad illum possessorem, cùm nullum ius habeat
in fructibus, proprietarius plenum ius habet, vt ff.de
superficiebus.l.1. & ff.qui potiores in pigno.hab.l.cre-
ditor.in princ. Econtrà videtur, quòd non teneatur hic
ad fructus, nec iudex debeat condemnare. Certum est
enim sicut est propositũ in themate, quod tu es domin⁹
proprietatis nudæ, vnde fructus nullo iure petere po-
tes: imò si petis, † debes à causa cadere, vt C.de plus pe- 4
titi.l.1.vel debes condemnari saltẽ in expensis, vt Insti.
de actio.§.plus.& C.de plus petitio.l.1.nõ solet liti[illegible]er
re patrocinium malè snata conscriptio: & per iniustitiã
plus petendi totius debiti summa euacuatur, vt extra,
de plus peti.c.vnic. Præterea esto, quòd rem alienã pos
sideo, tamen non restituam, nisi suam intentionem im-
plenti, vt C.de rei vendic.l.vltim. Nec obstat ff.de rei
vendi.l.is à quo. quia ibi causam probauit ille qui age-
bat de iure suo. † Præterea iudicia sumuntur ex iure po- 5
titoris, non ex eo quod aliquis possidet, vt ff.si pars hæ-
redita.peta.l.1.§.1. nam ibi licet quis tot[illegible] hæredita-
tem possideat: si tamen ille qui intentat, non habet ius,
nisi pro tertia: tertiam tantùm vendicabit. Nec obstat,
† vt quod iuris est in principali, idem sit in accessorio, 6
vt C.de vsuris.l.eos qui. in princip. quia illud tunc est
verum quando accessoria principale sequuntur[illegible] quod
hic est contra. † Item vitiosa possessio adu[illegible]sus extra- 7
neos prodesse solet, vt ff.de acquiren. posse[illegible] l.[illegible]
Item illud solum debet venire in condemnation[illegible],
quòd esset habiturus petitor lite contestata, vt ff.si c[illegible]r.
peta.l.cùm fundus.& ff.de vsur.l.quod vulgò & de pe-
tit.hæred.l.illud.& de verbo.signi. l.restituere autem.
is autem fructus iure non percepisset, cùm ad fructua-
rium pertineant, vt ff.de vsur.l.qui scit.& ff.de [illegible]sufru.
l.vsufructu legato.& l.si pendentes. I[illegible] si p[illegible]
quòd ille possit vendicare fructu[illegible] me[illegible]
apud possessorẽ reman[illegible] cùm[illegible] fructuario re-
stituere, vt ff.de vsufructu.l.arborib.§.si circuitus enim
vitan-

vitandus est, vt hic possessor non teneatur restituere
fructus. argu. ff. de condi. indeb. l. dominus in testamen-
to. Item dicit lex, quòd fructuarius debeat consequi li-
centiam officio iudicis fructus consequendi: proprie-
tarius nihil aliud nisi quòd inquietari non debeat. vt
ff. si vsusfruct. pet. l. pen. §. 1. Item lex dicit expressim, quòd
non potest consequi fructus, nisi ab eo tempore quò
ad proprietatem rediguntur. vt ff. de vsur. l. videamus
an in omnibus. In hac quæstione videtur in primis pos-
sessorem à fructibus absoluendum: nam cum non sit
dominus, nisi nudæ proprietatis, ergo nullum ius ha-
bet quò ad fructus, vnde iudex in fructibus non condē-
nat: & est ratio, nonne fructus veniunt in rei vendica-
tionem per officium iudicis. vt Instit. de offic. iudi. cer-
tè sicut rei vendicatio nudam proprietatem auocat, vn
de officium iudicis illi nudæ actioni seruire non po-
test: sicut nec seruit officium iudicis illi nudæ actioni,
quæ sublata est. vt C. depositi. l. si deposito. Quod ergo
8 dicunt † iura venire officium iudicis in rei vendicatio-
ne: subaudi, quando illa rei vendicatio competebat
domino, qui iure dominus erat. Verùm in hac quæstio-
ne ita pronuncio sicut videtur domino meo, quòd mul
tum interest, vtrùm hic dominus nudæ proprietatis a-
gat contra fructuariū: & tunc in fructibus possessor nō
condemnatur, nisi factus sit dominus proprietatis ple-
no iure. vt ff. de rei vendi. l. fructus. §. hac ratione. at si
agat contra extraneum, qui nullum ius habet in fructi
bus: tunc fructus veniunt in rei vendicationem. vt arg.
ff. si serui. vendi. l. loci. §. competit. & ff. vsusfruct. quem
admo. caue. l. vlti. §. quod si fortè.

ARGVMENTVM.

Constitutus in extremis si donat alicui ea mente vt incapaci restituat, demum conualeat, an possit reuocare donationem.

SVMMARIA.

1 *Donator qui conualuit contra donatarium, vt mortis causa donatio irritetur, & res donatæ sibi restituantur, condictione sine causa agere potest.*

2 *Donator vtilis dominij ratione vtilem rei vendicationem contra donatarium intentare potest, quæ vtilis rei vendicatio etiam ex sola donatoris pœnitentia, vel quia conualuit, inducitur, & nu. 3.*

4 *Donatarius quod ex donatione causa mortis recepit, statim atq; donator conualuerit, restituere tenetur.*

5 *Donatio quando facta causa mortis dicatur, & nu. 8.*

6 *Datum ob causam, causa non sequuta repeti potest.*

7 *Patris bona ad spurium deuenire leges prohibent.*

9 *Intellectus l. qui mortis causa ff. de mort. caus. donat.*

10 *Donatio inter viuos ex sola pœnitentia non reuocatur.*

11 *Cautela abundans non vitiat.*

12 *Donatio causa mortis multis modis fit irreuocabilis.*

13 *Conditio impossibilis vel turpis in legatis apposita, pro nō apposita habetur.*

14 *Scripturæ posteriori standum.*

QVAESTIO. XI.

EGIDIVS dum laboraret in extremis, & haberet
filium spurium, cùm ei donare non posset nec in-
ter viuos, nec in testamento dimittere, vocauit
quendam amicum suum, & dixit: bona mea tibi relin-
quo, nolo enim quod domus sine hærede remaneat: sed
volo quòd illa bona post mortem meam filio meo spu-
rio restituas. Respondit amicus, hac cōditione nolo bo
na tua: sed si vis mihi dare præcisè, ego recipiam. Egi-
dius donauit omnia sua bona isti suo amico præcise &
purè: & promisit quod nunquam veniret contrà: imò
dixit bona mea illi amico meo relinquo, & constituit
se possidere eius bona nomine illius, cui donauit: & fa
ctum inde est instrumentum signatum testibus, & tem-
pore procedente conualuit Egidius de infirmitate: agit
contra amicum illum & vult quod liberet eum ab illa
obligatione, & repetit instrumenta per actionem in fa

ctum. vt ff. ad exhiben. l. 3. §. interdū. vel condictione si-
ne causa. vt ff. de cond. sine caus. l. qui sine. Item ad res il
las donatas intentat condictionem sine causa: an istas
actiones possit intentare? Et quod † ista competat vide- 1
tur, licèt enim ab initio causa fuerit iusta in se, tamen i-
sto pœnitente seu conualescēte facta est iniusta, & me-
ritò locum habet. vt ff. de cond. sine causa. l. 1. & l. qui si-
ne causa. Item & competere † posset vtilis rei vendica- 2
tio Egidio, & hoc ratione prioris dominij: vnde vtilis
rei vendicatio posset intentari, sicut dicit ff. de don. cau
sa mort. l. qui mortis. licèt enim dominium sit transla-
tum directum, tamen ratione prioris dominij vtilis rei
vendicatio competit: sicut & aliàs si dono tibi causa ali
mentorum mihi præstandorū, licèt dominium sit trans
latū: tamen si non pareas conditioni, vtilis mihi vendi-
catio competit. vt C. de dona. quæ sub modo. l. 1. Et si do
no sponsæ, licèt dominium in eam transferatur: tamen
si matrimonium non sequatur, vtilis mihi vendicatio
datur. vt C. de dona. ante nupt. l. cum veterum. Sicut er-
go in donatione alimentorum conditionis defectus in
ducit vtilem rei vendicationem: & in donatione spon-
salitia, quam matrimonium non sequitur: ita & hic in-
ducitur † vtilis rei vendicatio ex sola pœnitentia, vel 3
ex ipso quia conualuit: vt Instit. de dona. §. 1. & ff. de do-
na. caus. mort. l. mortis causa. & l. qui mortis. † Nam qui 4
recipit aliquid ex donatione causa mortis, obligatur
ad restituendum, & tenetur statim conualescente dona
tore. vt ff. si certum pet. l. non omnis. Certum † est enim 5
quod hæc fuit donatio causa mortis, quia donauit dum
laboraret in extremis: vnde fuit mortis causa donatio:
imò & si sanus esset, & donaret timendo futurum peri
culum, dicitur donatio causa mortis. vt ff. de dona. cau.
mor. l. 1. & l. senatus. § mortis. vnde cum fuerit donatio
causa mortis, tacitam habet causam intectam, nisi con-
ualuerit. cum ergo causa non sit secuta, in cuius euen-
tum conualescebat donatio: meritò poterit reuocari,
quod datum est, sicut dicit vnum generale, quod dicit,
quicquid datum est ob causam, subaudi siue expressam
siue tacitam, causa non secuta repetitio datur. vt C. de
condict. ob causam. l. si militem. Præterea quod fuerit
donatio causa mortis, probo: fuit enim facta donatio
coràm quinq; testibus, qui se subscripserunt in instru-
mento, ergo donatio fuit causa mortis, vel alia quædā
vltima voluntas, vt codicillus: nam in his talibus quin
que testes desiderantur ad minus. vt C. de codicil. l. vl-
tim. In contractibus autem inter viuos duo tantum suf
ficiunt. vt ff. de testib. l. vbi numerus. ergo cum donator
adhibuerit quinq;, præsumo quod voluerit causa mor
tis donare, nam testator qui exhæredat vel instituit,
præsumitur facere testamentum voluisse, & non codi-
cillum. vt C. de testa. l. non codicillum. nam ex ipso fa-
cto præsumitur id quod aliquis gerit in mente: nam si
patronus intendat actionem cōtra libertam suam vxo-
rem quæ non solet competere, nisi soluto matrimonio,
videtur quod velit diuertere. vt ff. de repud. l. vltim.
Seruus enim qui pileatus antecedit funus defuncti, præ
sumitur quod testator voluerit eum dare libertati. vt
C. de lati. lib. tol. l. 1. §. sed qui domini. Item licet videa-
tur pura donatio & quasi facta inter viuos, scilicet
quod nō debeat reuocari: præsumitur tamen facta sub
modo tacito, scilicet, quod iste amicus filio naturali,
id est, spurio daret postea: & hoc etiam donator expres-
sit, & dictum hoc fuit in præfatione: vnde videtur in
stipulatione repetitum, vt argument. ff. de verborum
obligat. l. Titia. Præterea dixit donator: nolo quod do-
mus mea maneat sine hærede. ergo videtur quod de fi-
lio cogitaret: licèt nomen hæredis comprehendat om-
nem hæredem hæredis, vt C. de hæred. instit. l. quotiēs.
tamen hic de solo filio intellexit: & quod de solo cogi-
taret quis quando dicit: si sine hærede decedas, le [illegible]
ff. ad Trebel. l. ex facto. §. fin. Item iste donat [illegible]
grat donatarius, sicut ex ipsis verbis co [illegible]
na ad filium spurium deuenirent [illegible]
non est sequutum, vel sequ [illegible] d [illegible]
ritio datur vt argum ff. de d [illegible] in fin [illegible]
ba enim quæ dixit amicus: c [illegible] o [illegible]

rè donaueris: illa verba videntur apposita ad hoc ve
7 fraus legi committeretur: leges enim † prohibent ali-
quid ea bonis paternis ad spurium posse peruenire. vt
C. de nat. lib. l. 1. videtur ergo amicus ita dixisse, ista vo
lo quod fiant mea & propria, & posteà dabo spurio: &
sic in fraudem legis fidem tacitam accommodabat: vn-
de puniri debet, & quia posset ipse qui dedit reuocare,
cum hoc possent etiam consanguinei eius vt C. de na-
turali. liber. l. 1. & ff. de iure fisci. l. non intelligitur. §. si
quis palam, & de vulga. & pupil. substit. l. ex facto. §. Iu-
lianus. per verba enim præcedentia, verba sequentia
declarantur: adeo quod illud quod fit loco secundo nó
valeat. hic enim volebat dare amico suo, vt bona ad spu
rium deuenirent, sed quia illud facere non potuit, do-
nauit illi præcisè. Vnde illa donatio non tenuit: à simi-
li. nam Pacumæuius Androstenes ita fecit testamentú,
quia Pacumæuiam magnam habere volui hęredem, sed
non potui: Nonius Ruffus hæres esto: certè & secundus
institutus hæres non erit aduemente Pacumæuia, quæ
falsò mortua ferebatur. & hoc colligit Iurisconsultus
ex voluntate defuncti, qui ita voluit tacitè hoc pręsum
pto, quod Nonius Ruffus hæres esset, si Pacumæuia hæ-
res esse non posset, vt ff. de hæredi. inst. l. vlt. ita & hic
voluit donator hanc habere donati[illegible] ita quod ad
spurium deueniret: nam & de inoffic[illegible] testamento
matris, quæ existimans filium suum obijsse, agi potest.
vt ff. de inoffic. testam. l. si instituta. §. vlti. fuit enim illa
mens donantis vt bona ad spurium deuenirent: & non
penes eum remanerent, licet verba videantur contra-
dicere: vnde magis voluntatem quam verba debemus
attendere. vt C. de fideicom. l. cum virum. Per hoc indu
co similia. nam si pater qui dat dotem pro filia, pacisci-
tur vt medietas dotis ad suum fratrem rediret: si habe-
bit filium non habebit petitionem illius dotis frater,
sed filius: quia hæc fuit voluntas patris, quod magis hę
redi quam fratri vellet consulere. vt ff. de pac. l. tale pa-
ctum. §. vlt. nec est verisimile patrem qui donauit ami-
co, cogitasse vt bona apud amicum remanerent: imò q̃
ad spurium deuenirent: vnde amicus bona non retine-
bit: nam & ita interpretamur rescriptú principis, qua-
si hæc fuerit ipsius voluntas, quod permisit substitu-
tionem mutuo fieri posse. vt ff. de vulg. & pupil. l. ea fa-
8 cto. in princ. Item † quod fuerit donatio causa mortis,
colligitur per verbum relinquo: verbum enim relin-
quo, ad viui tabulas non pertinet. vt ff. de tabul. exhi-
ben. l. [illegible] in fin. Præterea dicit vnum generale, plus vala-
re quod agitur, &c. vt ff. si cert. pet. l. cum quid. Præter-
eà esto quod donare non possim spurio: tu tamen dona
re debes. vt argum. ff. de condi. instit. l. mulier. Econtrà
se defendat amicus, vt reuocari ab eo bona nó possint.
In primis repellit Egidium proponentem condictio-
nem sine causa, & vtilem rei vendicatione. ista enim
concurrere non possunt: nam si est translatum domini-
um, competit condictio: si non est translatum, compe-
tit vendicatio. arg. ff. de pig. act. l. si pignore. §. si prædo.
9 Nec † obstat quod dicit de mort. caus. dona. l. qui mor-
tis causa. quod condictio locum habeat, & vtilis rei vē
dicatio, quia illa duo locum habent secundùm diuersi-
tatem donationis: nam si donatur ita vt statim fiat acci
pientis, locum habet condictio pœnitentia inde secuta
vel sanitate: si verò vt fiat donatarij, tunc demum quan
do donator decedit, locum habet vtilis rei vendicatio,
vel directa, quia tunc dominium in donatarium non
transit: vt ff. de don. caus. mort. l. 2. & l. si mortis causa. e-
ligas ergo qua actione velis agere. vt ff. de tribu. l. quod
in hæredem. §. eligere. & ff. de leg. 2. l. cùm filius. § vari-
js. [illegible] ita tibi oppono obstaculum. quo iure age[illegible] con-
tra me? certum est enim quod mihi donas[illegible], vnde dona-
tionem perfectam irritam non facies. vt C. de vsuc. pro
donat. l. irritam. sicut enim est libera potestas [illegible] co
trahere, ita obligationi semel contractæ alteri o inuito
quis non renunciat. vt C. de oblig. l. sicut. contra factum
et tuum venire non potes: licet illud factum de iu-
re non teneat. vt ff. de seru. rusti. præd. l. per fundum. &
ff. de adopt. l. post mortem. Ista enim donatio quæ fuit
in me collata, fuit donatio inter viuos: vnde † ex sola 10
pœnitentia non reuocatur. certi enim sunt modi per
quos illa donatio reuocatur. vt C. de reuoc. dona. l. vlt.
Nec obstat, quòd quinque testes fuerint adhibiti: quia
ea quæ superabundant non vitiant: licèt necessaria pręc
termissa noceant. vt C. de testam. l. testamenta. abundās
enim † cautela vel scutella, non nocet. vt ff. de neg. ge-
stis. l. si pupilli. §. 1. & ea quę superabundant, non solent 11
vitiare scripturas: vt ff. de regul. iur. l. non solent. Nec
obstat quod obijcit: quòd ex quo dictum est, sine hære-
de, quod de filio dicatur: illud enim hic attendi non po
test, cum filius spurius nec filius appelletur, cum sit illi
citus. vt C. de incest. nupt. authen. ex complexu, & esto
quod fuerit donatio causa mortis: tamen si actum fuit
quod nunquam reuocetur, nunquam potest reuocari,
vnde nullo modo reuocatur, donatio enim causa mor-
tis multis modis fit, vt res illa, quæ datur no reddatur.
Item quod nullo casu reuocetur. vt ff. dona. caus. mort. 12
l. senatus. §. mortis. Si enim quis donat alicui, sicut hic
donauit, & promisit se non contrauenire, nó reuocatur
donatio etiam si testator conualeat. vt ff. de dona. caus.
mort. l. senatus. §. pen. videtur enim talis donatio quæ
non potest reuocari, quod sit donatio inter viuos. vnde
inter maritum & vxorem non fit. vt ff. de donat. caus.
mor. l. vbi ita donatur. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. sed
interim. Nec obstat quod verbo, relinquo, vsus est: non
enim propriè ponitur: sicut & alias in verbo, donat. vt
ff. loc. & cond. l. si vno anno. qui enim donat pure & si-
ne conditione aliqua redhibendi, cum absolutè acci-
piat non tam accipit a moriente. vt ff. de don. caus. mor.
l. Seia. §. vltim. Præterea licet hac côtemplatione tu mi-
hi donares, vt ego filio tuo naturali concederem: hoc
non fuit expressum, sed in mente tantùm retentum: vn-
de repetitionem non inducit. vt C. de condi. ob caus. l.
si repetenti. & C. de transact. l. si maior. Item licèt esset
conditio illa vel modus appositus: tamen perinde de-
bet haberi ac si positus non fuisset. nam sicut tu fateris,
ista fuit donatio causa mortis, & comparatur legato. vt
C. de don. caus. mort. l. vlti. At † in legatis conditio im- 13
possibilis vel turpis apposita habetur pro non apposi-
ta. vt Insti. de hæred. instit. §. impossibilis. & ff. de condi
instit. l. filius. Item licèt illa conditio esset expressa, &
si non pareà conditioni, tamen non reuocabis. Nam
& si maritus vxori dotem promittat, vt de ea testetur
licèt mulier non testetur: tamen dotem dabit maritus
venientibus ab intestato. vt C. de iure dot. l. si mulier.
Nam si tu mihi donasti & promisisti nullo tempore co-
trauenire: hanc donationem non reuocabis: quia ita he
rè donatio à iure conceditur. vt ff. de don. caus. mor. l. si
alienam. §. 1. Pręterea illa verba, vt non reuoces, debent
saltim aliquid operari: aliquid enim operatur adiectio
vt ff. de leg. 1. l. si quando. maxime cum sit licitum cui-
bet renunciare his quæ pro se introducta sunt. vt ff. de
mino. l. si iudex. & C. de pact. l. si quis in côscribendo. &
absurdum satis videtur ad id redire, cui quis renunciá
dum putauit. vt C. de non num. pec. l. generaliter. & C.
de reb. cred. l. si quis iusiurandum. maxime cum quis iu-
ri competituro possit renunciare. vt C. de tempor. ap-
pel. l. vlt. † Item scriptura posterior seruatur. de codi 14
cil. l. diuus. & de leg. 1. l. si quis. in prin. vnde licet fuerit
prius conditio expressa, vt daret spurio: in datione pu-
ra non videtur repetita: quia vitiaret. vt ff. de verb. obl.
l. Titia. Item non videtur repetita. vt ff. de adim. leg. l. si
tibi certam. Pręterea cum spurius non possit accipere,
debet penes donatarium remanere. vt ff. de his quib. vt
indign. l. in fraudem. §. si quis. Item condicere non po-
tes: quia causa ista est turpis. vt C. de reuoc. dona. l. cum
profitearis. nec videtur turpis illa conditio repetita:
quia iam vitiaret contractum. vt ff. de verb. obl. l. Titia.
§. idem respondit. Præterea illa prædixi, ego non reci-
pio, &c. vnde ista prædictio præseruat me. vt argum. ff.
naut. caup. stab. l. debet. §. 1. Præterea non posses allega-
re de conditione illa: quia ideò donaui, vt filio tuo da-
rem: quia illa causa turpis erat: vnde si non pa[illegible]ui, vel
non paream, non teneor: nam nec mandatum rei tur[illegible]s

tenee

tenet.vt ff.mandati. l. rei turpis. nec etiam societas. vt
ff.de tutelia & ratio.distrah.l.1. §.nunc tractemus. nec
obseruanda sunt aliqua,& si tibi promisissem. vt ff. de
lega.1.l.si quis inquilinos.§.vltim.vt ff.de verbo.oblig.
l.generaliter.si ergo turpis,ergo non ages: quia in pari
causa turpitudinis melior est causa possidentis. vt C.
de condi.ob turpem causam.l.3 in fin.in hac quæstione
sine præiudicio melioria sententiæ ita mihi videtur,
quod iste posuit reuocare donationem vel per condi-
ctionem sine causa,vel per vtilem rei vendicationem.
Nam aut fuit ista donatio causa mortis, & tunc reuoca
tur per illas actiones.vt ff.de donat.causa mortis. l.qui
mortis.aut donatio inter viuos, & tunc illa donatio si-
militer vitiatur:quia hoc fuit actum inter donatorem,
& donatarium,vt illa bona ad spurium deuenirent:fu
it actum,etsi non expressim, tamen tacitè per illa ver-
ba quæ in præfationibus dicta sunt: quia ita donabat,
quod bona ad spurium,&c. vnde quia quod inter con-
trahentes agitur tacitè,etiam pro cauto habetur. vt ff.si
certum petat.l.cum quid. at illa conditio erat impura,
quia contra legem. vt C.de naturali.lib.l.1.& ff.de iure
fisci. l. non intelligitur. §. si quis palam. & quia contra
bonos mores.vt ff.de condit.instit. l. filius. vnde vitiat
cõtractum.vt ff.de verb.obl.l.impossibilis.& hoc dico
siue fuerit verè facta donatio inter viuos, siue causa
mortis:sed actum fuit quod nũquam reuocaretur, quæ
assimilatur donationi inter viuos.vt ff.de donat.causa
mortis.l.vbi. In hoc autem casu præsumo donationem
causa mortis:& quia quinque testes interfuerunt, qui
non solent interuenire nisi in vltima voluntate. vt C.
de codicil. l. vltima. & quia ibi fuit appositum ver-
bum,relinquo, quod ad viui tabulas pertinet. vt ff. de
tabu.exhib.l.1.in fin. Item licèt secunda donatio vide-
retur pura, videtur tamen illa conditio repetita, vt spu
rio daret.vt ff.de proba.l.cum tacitum. aliàs non datu-
rus.vt argu.C.de hæred. instit.l.si pater.

ARGVMENTVM.

Si auus donat nepoti spurio ex filio legitimo & na-
turali,auo succedentes ab intestato, an ipsi pos-
sint per eum donata reuocare.

SVMMARIA.

1 *Hæreditatis petitio succedentibus ab intestato competit: item & rei vendicatio.*
2 *Condictionem ex lege succedentes ab intestato proponere possunt.*
3 *Patris appellatione auus,proauus & omnis ascendens continetur.*
4 *Filio naturali donare pater non potest, item nec auus nepoti spurio.*
5 *Nepotes liberorum appellatione in odiosis non veniunt.*
6 *Alimentorum appellatione quæ veniant.*
7 *Donatio nepoti facta ab auo: si non valeat vt nepoti facta valet tamen tanquam extraneo facta.*

QVAESTIO. XII.

NEROTVA quidam ciuis Aretinus habuit fili-
um legitimum, & ex eo habebat nepotem spu-
rium: isti nepoti spurio donauit omnia sua bo-
na quibusdam exceptis. nunc eo mortuo veniunt succe
dentes ab intestato: & volunt vendicare ab isto nepote
spurio:quæritur an possint vẽdicare vel petere. Quod
possint ita probo. Et quia actio competens debet pro-
poni: ideò pro illis consanguineis contra nepotem spo
1 rium petitionem hæreditatis intendo. † Certum enim
est quòd illa competit quotiẽs aliqui ad successionem
ab intestato veniunt. vt ff.de pet.hære.l.3.possent & rei
vendicationẽ intentare, nam per aditionem quæ in so-
la animi voluntate consistit. vt ff.de acqui.vel omitten.
hæredi. l.aditio. dominium hæreditariarũ rerum quæ-
ritur. vt ff.de acquir.vel omit.poss. l.cùm hæredes. vn-
dè consanguinei adeant hæreditatem, quia volunt esse
hæredes, meritò possunt vendicare:cùm per illam adi-
tionẽ facti sint domini.Si dicatur, quod ille titulo pos-
sidebat:& ita non detur petitio hæreditatis. Respõdeo
imò:quia ille titulus pro non titulo habetur. vt ff.de pe
ti.hęre.l.etiam. Item possent etiam proponere condic. 2
ex lege.lex enim dicit datum filio spurio à legitimo re
uocandum:vnde condictio ex lege posset intendi.vt C.
de naturalib.liber.l.1.lex enim illa dicit vendicari, &
posse peti:& cum non sit cautum à lege, quo iure peti
possit,condictione ex lege agitur. vt ff.de condi.ex le-
ge.l.1. Iura nostra prohibent dari aliquid filio illicito,
id est,spurio. vt C.de natura.lib. l.1.hoc etiam dicit lex
in corpore authenti.quib.mod.natural.efficiant. sui.§.
vltim.& habes illam authen.C.de incæst. nupt. authẽ.
ex complexu. Nec obstat quod dicis,quòd iura loquan
tur in filio:imò idem est in nepote, nam si pater prohi- 3
betur donare filio, ergo auus nepoti. appellatione † e-
nim patris & auus,& proauus continetur, & omnis a-
scẽdens. vt ff.de in ius voc.l.quique.§.1. & ff. de gradi.
cognat.l.Iurisconsultus.§.parentes. Item appellatione
liberorum & nepotes continentur. vt ff.de verb. signi.
l.liberorum.& ff.de in ius voca.l.sed si hac lege.§.libe-
ros. æqualis est amor filiorum & nepotum. vt ff.de ver-
bor.signi. l.liberorum.& C.de inoffici.testam.l.si quis
filium. Prohibetur † etiam donatio siue ipse donet,siue 4
fiat per interpositam personam. vt C.de natur.lib.l.1.&
C.de incest.& inut.nupt.l.si quis incestas. Prohibet mi-
hi lex donari filio: ergo prohibet in futurum in omni-
bus personis. prohibitio enim legis durare debet. Nam
si vendo ancillam, & prohibeo eam prostitui, vel ma-
numitti: durat prohibitio etsi in centesimam personã,
& in infinitum. vt C.si man. ita fuerit ali. ne prostituat.
l.1. Cum ergo prohibet lex donari filio, ergo idẽ in ne-
pote: cum si hoc concederetur, quòd esset licitum dona
re nepoti, hoc fieret contra legem alia via: quod iura
fieri nolunt, quod esse non debet. vt ff.de tut. & cur. da.
ab his. l.scire.& arg.ff.de vulga.& pupil. subst.l.verbis
ciuilibus. Item in crimine maiestatis repellitur pater
criminosus, quia punitur:& eadem pœna durat in fili-
um. vt C.ad leg.Iul.maiest.l.quisquis. filius enim spu-
rius, filius non est. vt Instit.de nupt.§.itaque. si ergo in-
telligitur filius spurius non habere patrem, ergo nec
auum, cum nepos auo per patrem tanquam per medi-
am personam coniungatur. Hoc etiam vides in cõsilio
Galli Aquilij, & lege Velleia, quod ea quæ dicit consi-
deranda in filio instituto vel exhæredando, eadem sint
consideranda in nepote & pronepote. vt ff.de lib.& po
sthu.l.Gallus. nam licèt pater sit legitimus, & de iure
successor: nepos tamen quia spurius censetur illicitus.
sicut habes ff.de statu hom.l.Paulus. prohibetur etiam
donari filio spurio, ergo idem in nepote: nam prohibe-
tur dari vel relinqui deportato: similiter eius filio vel
seruo. vt ff.de leg.3.l.si deportari. Ecõtra videtur, quòd
nepos spurius possit defendi. In primis quia cautũ lege
non inuenitur, quod auus prohibeatur nepoti filij spu
rio donare, ergo cũ non sit prohibitum, videtur esse cõ
cessum. vt ff.ex quib.caus.ma.in integr. l. necnon. vt ff.
de proba.l.ab ea parte. omnes enim leges quæ prohibẽt
patrem filio spurio donare, loquuntur tantùm in filio,
& non in nepote. Nec prodest † vt dicas, quod appella- 5
tione filiorum & nepotes contineantur. quia illud ve-
rum est sub appellatione liberorum. vt ff. de verb.sign.
l.libellorum. appellatione enim filij non continentur
nepos. vt Inst.qui dari tu.poss.§ vlti.& etsi quod conti
nerentur: tamen hic non continentur, nam tunc illud
verum est, cum fauor est in causa, alioquin si odiũ, tunc
non continerentur, sicut lex dicit appellatione mascu-
li & fœmina continetur. vt ff.de lega.1.l.si ita scriptum.
& ff.de verb.signifi.l.1.& hoc ita cum tractatur de [illegible]
re: putà, quod eis legetur, vel instituantur: si autem [illegible]
hæredetur filius, non videtur & filia exhæredata: nec
continetur appellatione filij: ideò quia odium est [illegible]
su. vt ff.de venter.in poss.mitten.l.1.responde primò. [illegible]
sicut & aliàs † appellatione alimentorum victus & ne- 6
cessaria vestimenta continentur. vt ff.de aliment.legat.
l.1.& l.legatis & de verborum signif.l.verbo victus. &
hoc

hoc tunc verum, quando de fauore alimen... im tractatur. si enim de eorum diminutione, tunc illa nō continentur alimentorum appellatione. vt ff. de transact. l. cum hi. §. qui transegerit. Valuit enim donatio: non enim donat mihi tanquam auus nepoti spurio: sed tanquā quilibet cuilibet extraneo: nam nō fecit hoc quasi auus, sed quasi quilibet. vt ff. de adoptio. l. si pater. §. qui
7 duos. & argum. ff. quod iussu. l. 1. §. quid ergo. † Præterea licèt non valuerit donatio vt nepoti facta: valet saltē vt in personam extranei: nam si quod ago, non valet vt ago: valet tamen vt alias valere potest. vt dicit vnum generale. argum. ff. de transact. l. & post rem. Præterea valet donatio ideò, quia filius spurius quantum ad patrem suum extraneus est, cum non sit in eius potestate, nec ab eo alatur, nec eius forum sequatur. vt in authen. quib. mod. natu. effi. sui. §. vlt. col. 7. & ff. ad municipa. l. 1. in fin. Si ergo est extraneus patri: ergo & auo. si ergo fuit facta donatio isti nepoti, fuit facta extraneo, vnde valet.

ARGVMENTVM.

Econuersò si auus donet nepoti legitimo ex filio spurio, an succedētes ipsi auo possint donata per eum reuocare.

SVMMARIA.

1 *Donatio aui nepoti legitimo ex filio spurio facta an valeat, num. 4.*

2 *Natura veritas ratione matrimonij contracti à filio spurio non obumbratur.*

3 *Filius naturalis sicut patri nō succedit, ita nec nepos licèt legitimus sit, auo succedere potest.*

QVAESTIO. XIII.

EXaminemus hanc quæstionem: in conuerso casu: potest esse quod aliquis habuit filium spurium, & ex eo habuit legitimum nepotem. quia ille filius contraxit matrimonium, auus donauit sua bona illi nepoti legitimo: quæritur an illa donatio valeat? Quod non valeat illa donatio & venientes ab intestato possint vendicare, illas actiones possunt proponere quę in superiori quæstione sunt propositæ. Quod enim donatio non valeat, ita probo. Certum est, quod auus alias daturus non esset, nisi esset nepos ex filio spurio: nam non habet eum cognitum alia charitate vel affectione:
1 vnde illa donatio † non tenet, sicut nec tenet donatio filij spurij: & aliàs distinguitur de eo qui donat filiofamilias, vtrùm patri quæratur: nam refert vtrùm cum habeat notum ex militia, & tunc patri non quæritur. an ex consanguinitate: & tunc patri quæritur. vt ff. de castrens. pecu. l. si fortè. hoc etiam consideratur in filio arrogato. vt ff. de vulg. & pupil. substit. l. ex facto. §. in arrogato. nam illicitus est pater: ergo & filius quò ad auum: cum persona patris & filij eadem reputetur. vt C. de impube. & alijs substit. l. vlt. Nec † enim ratione ma-
2 trimonij contracti a filio spurio, naturæ veritas obumbratur. argum. ff. de liber. & posthu. l. filio. nam aut ille filius spurius habet illum nepotem in potestate: & tūc sine dubio nō valet donatio, quare? quia iam per illum nepotem in filio spurio quęrebatur: cum quicquid per filium quæratur, patri quæratur. vt C. de bon. quæ libe. l. cum oportet. & Insti. per quas pers. nobis acqui. Nam si filius sit exhæredatus qui ad bon. pos. contra tab. non venit quò ad bona aui: nec veniet eius filius qui est nepos auo. vt ff. de bon. lib. l. quæritur: nam ibi nepos filij exhæredati non habet bon. poss. contr. tab. ad bona defuncti liberti, si pater suus erat exhæredatus à patre. si autem non erat in potestate, & sic iure acquisitionis non quæritur: similiter non valet donatio, nā filius spurius sicut exhæredatus excluditur: imò magis excludi-
3 tur à successione patris: sicut ergo filius † exhęredatus non succedit, nec etiā nepos suus succedit. vt ff. de bon. liber. l. filius. ex quo enim filius est spurius, aspergitur quadam infamia facti. vt ff. de decu. l. generaliter. §. spurios. & interim obest illa infamia, & illud vitiū quod à successione patris repellatur: nec etiam donationem à patre recipere potest, vt in superiori quæstione tractaui, nec illud paternum vitium oblitterabitur in persona nepotis per matrimonium quod est sequutum. Illud enim matrimonium licèt sit legitimum quò ad contrahentes, quò ad auum non est legitimum. arg. ff. de bon. lib. l. si filius qui patri. §. 1. nepotes enim ita possunt vti beneficio dignitatis, si pater eorum aliqua infamiæ macula non aspergatur. vt C. de quæstio. l. diuo Marco. ex quo enim pater excluditur, ergo & nepos. nam qui ad iurandum contra legem libertum adigit, & ipse excluditur, & liberi eius. vt ff. de iure patro. l. qui contra. nam & auus repellitur ratione delicti à successione liberti: hic etiam nocet nepoti, vt nepos similiter excludatur. vt ff. de iure patro. l. diui fratres. Nam ex quo pater indignus est, & etiam filius eius similiter indignus, remouetur enim filius ab omni eo quod patris occasione ad eum posset peruenire: sicut legimus de filio deportati. vt ff. de inter. & releg. l. 3. Pręterea non tenet donatio: quia hæc est causa quare donauit nepoti, scilicet amor filij, non alia, & sic reuocatur. Illud enim præsumimus de iure, quod plerunque contigit. vt in auth. vt sine prohi. matres debit. §. 2. colla. 7. Econtra videtur, quod donatio † facta isti nepoti legitimo nō reuocetur: nam 4
licèt pater eius sit odibilis: odium tamen illud non extenditur ad nepotem. vt ff. de decurio. l. 2. §. nullum. nā licèt pater repellatur ab illo beneficio, quod libertus eum vocat in ius: tamen nepotes illud beneficium non amittunt. vt ff. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. vlt. nam licèt patres comederint vuas acerbas, dentes filiorum non obstupescunt hodie per nouum testamentum. nam anima quæ peccauerit, ipsa morietur. nec enim pater pro filio nec econtra tenetur. vt C. ne filius pro patre. Crimen enim vel pœna paterna nullam maculam filio potest infligere. vt C. de pœnis. l. crimen. pœna enim quæ constituitur in emendationem hominum, ad hæredem filium non transit. vt ff. de pœnis. l. si pœna. nam licèt sit pater perduellionis damnatus: iura tamen libertorum liberis non auferuntur. vt ff. de iure patro. l. iura. Et si filius natus excludatur a successione patris: tamen hoc nepoti non nocet. vt ff. de iure patron. l. si ij. Martianus etiam refert ex persona vel nota patris non excludi nepotem. vt ff. de iure patron. l. diui. nam licet filius iustè sit exhæredatus: non tamen propterea nepos excluditur, qui ex illo matrimonio natus est. vt ff. de bon. poss. contra tabul. l. non tantùm, §. si emancipatus. debet enim haberi ratio liberorum, licet pater sit puniendus, ne aliena admissio, hoc est, propter filium spurium, grauiorem pœnam sentiant filij, quos nulla culpa contingit. vt ff. de bon. damnat. l. cum ratio. Præterea dicitur, quod si sacerdos habeat filium, & ex filio habeat nepotē, licèt probibeatur fieri cōcessio capellę filio sacerdotis: non tamen nepoti, licet eius pater sit illicitus: vt extrà, de filijs presbyter. per totum. Præterea si aliqua macula fuit in persona filij spurij, illa macula deletur per matrimonium legitime contractum ab illo filio. nam si aliqua fuit macula infamiæ in persona scœnicæ quæ etiam infamis est, delebitur per matrimonium posteà contractum. vt C. de nuptijs. l. imperialis. Item non videtur donatio reuocanda: nam licèt pater sit illicitus: nepos tamen non propterea iudicatur: nam licèt tutor delinquat qui pupillam accipit in vxorem: illa tamen de iure capit ex testamento tutoris. vt ff. de legat. 2. l. vltim. In his duabus quæstionibus sine præiudicio melioris sententiæ eadem mihi videtur adhibenda solutio, vt ita distinguam: an nepos spurius, vel nepos legitimus ex spurio fecerit tale seruitium auo, quod si fecisset extraneus, tantundem illi extraneo donaturus fuisset auus: tunc donatio non infirmatur: quia facta est vt extraneo, aut nullum seruitium contulit auo: & tunc dico donationem non valere: quia non alia de causa motus fuit auus nisi amore filij spurij. Ita distinguimus in donatione facta filio in potestate constituto: vt C. de donatio. inter virum & vxorem. l. donationes. Si enim nepos non fecit aliquod meritum auo, propter quod præ-

præsumamus donationem factam, tunc quia donatio fuit facta contemplatione filij spurij, ideò ipsam donationem reuocandam iudico. vt C. de naturalib. liber. l. 1. maximè quia idem ius debet habere nepos naturalis in bonis aui, quod habet pater. vt C. de naturalib. liber. l. vltima. Et quia alia de causa non habuit nepotem notum nisi propter filium spurium. vt argum. ff. de castrẽ. si pecul. & l. si forte. ff. de vulga. & pupil. substit. l. si plures. §. in arrogato. Item donationem factam nepoti similiter reuocandam iudico: quia illa persona est odibilis, nõ ratione patris, cũ pater sit legitimus: sed ratione sui delicti: nisi fortè tale seruitium fecisset auo, propter quod auus ille donaret, sicut dictum est.

ARGVMENTVM.

An exusta seu diruta domo conducta teneatur cõductor suo sumptu eam reædificare.

SVMMARIA.

1 *Locator aduersus conductorem qua actione experiri possit, & nu. 4.*

2 *Pactum adpositum in contractu bonæfidei, nouam parit actionem & veterem informat.*

3 *Obligatio tacita extra id quod agitur, quandoque inducitur.*

5 *Incendium an sit casus fortuitus.*

6 *Fructuarius ædificium quod corruit, reædificare non tenetur.*

QVAESTIO. XIIII.

VIVIANVS colonus aream ædificandam cõduxit: si domus postea sit combusta, quæritur an teneatur reædificare? In primis videtur, quòd sic. Sed quia nemo sine actione experitur: vt ff. de admin. tut. l. quotient. §. Item si temporali. ideò † actionem ex
1 locato intendo, vel præscriptis verbis. quòd reædificare compellatur: & quod actiones prædictæ locum habeant probatur apertè: quia pactum † appositum in cõ-
2 tractu bonæfidei & stricti iuris, & nouam parit actionem, & veterem informat. vt ff. de pact. l. iurisgentium. §. adeo. & C. de pact. l. in bonæ fidei. & C. de transact. l. vbi pactum. & ff. si cer. pet. l. lecta. Et quod vtraq; competat dicitur euidenter C. de pact. inter empt. & vend. l. 2. ago ergo actione præscriptis verbis, quæ ex nouo oritur: vel actione ex locato, quæ est vetus informata per pactum: & si vtramq; intendo quod ex vna agam alteram præstando quod facere possum. vt ff. quorũ lega. l. 1. § hoc interdictum. in fin. vel dic vtramq; mihi competere. sed vnam eligo. scilicet ex locato, vt argu. ff. de tribu. l. quod in hæredem §. eligere. tu enim conuenisti me recipere illa conuentione: graue est enim probo viro conuentionem frangere. vt ff. de constit. pecu. l. 1. nã sicut ab initio, &c. vt C. de act. & obli. l. sicut. nec enim tua pœnitentia rescindit contractum. vt C. de vsuc. pro donato. l. irritam. Item licet inter nos expressim nõ sit dictum quod debeas reædificare, tamen hoc fuit tacitè
3 actum: cum aliquando † extra id quod agitur, tacita inducatur obligatio. vt ff. commodati. l. si ts qui. §. si. vt te inuitum compellam ædificare, videas enim legem scriptã. Si enim debes mihi seruitutem, vt feras onera mea in pariete tuo. & sustinuisti aliquando, si cadat paries, teneris reædificare: quia hoc actum videtur, vt parietem in perpetuum haberes. vt ff. de seruit. vrb. præd. l. cũ debere. & cum Gallus conductor nollet reficere eum parietem, qui debebat onera sustinere, Seruius eum reprehendit vt ff. si seruit. vend. l. & si forte §. 1. & l. sicut. §. distant. Videas etiam in obligatione. si enim tenebaris mihi cauere per fideiussores & dedisti: vnus fuit mortuus. vel fortè non erat idoneus: teneris mihi dare alium æque idoneum: alioquin obligatione prima non liberaris, vt ff. de constit. pecu. l. qui autem. §. sed si quis sustinuerit. ex quo enim promisisti me recipere, teneris & nunc tempore illo: verba enim cum effectu sunt recipienda secundùm hoc quod possibile esset, quod actum sit. vt arg. ff. ne quis eum qui in ius voc. l. pe. sed illud fuit actum vt me reciperes, quamdiu durat locatio non liberaberis: ideò quia semel receptus sui: cum non habeat locum de in rem verso, cum non durat versum. vt ff. de in rem verso. l. si pro parte. §. versum. nam ita videris ædificare, & es liberatus si ædificium durat: alias non. vt ff quod cuiusq; vniuers. nomi. l. item eum q̃. § sed si ita. sic si aliquis deberet defendi: ita videtur defendi, si duret defensio illius, alias non: licet aliquando defenderit. vt ff. ex quib. causis in poss. eat. l. 2. in fin. Item si vsumfructum relinquo: licet hæres inducat, non liberatur propterea: nisi inductio perseueret, quod liceat vsufructuario vti frui. vt ff. de vsufr. l. 3. Insuper videas legem: nam si tibi relinquo vsumfructum ad vitam tuã, si interim medio tempore amittas, tamen intelligitur postea repetitus. vt ff. quib. mod. vsusfr. amit. l. sicut in annos. §. 1. & hoc æquitas suggerit, licet iure deficiat[a]. vt argu. ff. de aqua plu. arc. l. in summa. §. item Varus. itẽ qua ratione vis excusari: ratione incendij non: quia illud sine culpa fieri non potest. vt ff. de periculo & commod rei vend. l. si vendita: Item nec ratione terræ motus, cum hoc præuidere debuisti in contractu qui posset euenire, quia Deus prædixit: erunt terræ motus magni per loca, &c. Econtrà videtur quòd nõ videatur teneri, nec teneatur. Sed in primis respondeo actionibus, quæ incompetenter sunt propositæ: & sic cum non esset firma agentis intentio, nonne absolutio fieri debet? vt ff. si agrimen. fal. mod. di. l. 1. Quod † enim actio ex loca- 4
to locum non habeat, vide: locatio enim sine pretio nõ procedit. vt ff. loca. l. 1. hic ter tium est, quod pretiũ non interuenit. sed facta fuit locatio vt ædificares, & me reciperes: & sic fuit contractus innominatus, scilicèt do vt facias, & sic competit actio præscriptis verbis. vt ff. de præscript. verbis. l. naturalis. Item nec præscriptis verbis actio locum habet illa quæ oritur ex illo pacto, sed illa quæ oritur ex illo contractu, scilicet do vt facias: sed illa locum haberet si ego tenerer: sed quod nõ tenear vide apertè: cum enim pro te fuerit locatio, & ut contractus bonæfidei: ergo casus fortuitus non patrocinatur. vt ff. de act. pig. l. quæ fortuitis. cum nõ possint præuideri humanæ sortis consilio. vt C. de præscr. 30. anno. l. vlti. Quod † autem incendium sit casus fortuitus, 5
patet: nam commodatarius non tenetur. vt habes ff. cõmoda. l. si vt certo. §. proinde. Nec obstat ff. de peric. & commo. rei ven. l. si vendita. quia illud possibilitatem continet. quia damnũ potest in rebus fieri culpa & sine culpa, vt lex illa dicit. vt ff. de offic. præfect. vig. l. 1. 2. & 3. ita licet ab initio tenear ædificare: tamen ex superueniente casu excusor. vt arg. ff. vt in poss. lega. l. plane. oã ea quæ superemergunt, auxilio indigent. vt ff. de interrogat. act. l. de ætate. Præterea probo apertè quod non tenear, cum totum ædificium cecidit: si enim particulariter cecidisset, tenerer reficere: sicut in emphyteuta, cui participatio damni ascribitur, sed si totum ædificium cadat, non compellitur reædificare, vt C. de iure emphy. l. 1. † & hoc in fructuario idem. vt ff. de vsu- 6
fruct. l. hactenus. Item si Marcius conduxit domum ædificandam a Flacco: & ædificium postea corruit, Marcius liberatur, vt ff loca. l. Marcius. Item ille qui debuit ædificare, ex quo ædificauit certum est quod ibi liberatus per solutionem illius quod debebat: vnde incendiũ superueniens sibi nocere nõ debet, vt ff. de pollic. l. 1 in fin. Nec obstat quod de vsufructu opponis. ff. de vsufr. l. 3. illud enim locũ habet in iurib. quorũ vera non põt traditio fieri. vt ff. pro suc. l. 2. aliàs cõtra. vt iusti. quib. mod. ob. tol. Itẽ nec obstat l. illa, cũ debere. de seru. vrb. præd. quia est speciale in seruitute oneris ferendi: alias contrà: vt ff. de seru. l quotiens. & ff. si seru. ven. l. sicut. §. distant. Item nonne si tibi debebã vsumfructum, vel seruitutem aliquam, & sublatum sit ædificium liberor, nec ædificare compellor, licet si ædificauerim, seruitutem debeam. vt ff. de seruit. vrban præd. l seruitutes. §. si sublatum. Prætereà amice non facio tibi iniuriam, si nolo reædificare: quia nullo incommodo propterea afficeres. cũ area ad suam primam cõditionem redeat. vt argu. ff. de pact. l. si vnus. §. quod & in specie. sed si de casu

casu possumus conquæri, magis possem de casu conquę
ri cum maiori sim damno affectus, & tu nullo vel mo-
dico: & sic cum petas quod tibi non profit ioultum, &
mihi multum officias audiri non debes. vt arg. ff. de iu-
reiurand. l. si duo. §. 2. & ff. de aqua quot. & æsti. l. 1. §. il-
lud Labeo. & arg. C. de proba. l. ad probationem. Prętc-
reà quod non tenear videas. contractus enim iste fuit,
vt dixi, stricti iuris: quia do vt facias, & sic non teneor,
cum nil sit dictum, & sic videtur omissum. vt ff. de ver-
bo. obli. l. quicquid astringendæ. leges enim omnes quæ
dicunt extrà id quod agitur, &c. loquuntur in contra-
ctibus bonæfidei. Hæc & alia dic vt in quæstionibus Py
lei notatur, & soluas vt ibi.

ARGVMENTVM.

An pecunia reprobata soluta per debitorem creditori secundùm arbitrium campsoris liberet soluentem.

SVMMARIA.

1 *Debitor soluendo pecuniam reprobam an liberetur.*
2 *Pecunia reproba, pecunia non videtur.*
3 *Falsam monetam expendens, puniendus est.*
4 *Facti ignorantia plerunque prudentissimos fallit.*
5 *Excusandus venit, qui id fecit, quod publicè fit.*
6 *Adprobatum reprobari potest.*
7 *Solutio facti liberationem inducit.*

QVAESTIO. XV.

EMILIVS debitor accepit pecuniam mutuo: die
solutionis adueniente soluit pecuniam reprobã
1 creditori: † quæritur an reproba pecunia liberet
soluentem, quæ fuit soluta secundùm arbitrium camp-
soris. Quod non sis liberatus, in primis allego ff. de pig
nor. act. l. eleganter. nec enim † videtur pecunia quę est
2 reproba: nam falsus modius non est modius: & testamẽ
tum falsum abusiuè dicitur testamentum, vt ff. quemad
mod. testam. aper. l. 2. in princ. & de verb. sign. l. Paulus.
respondit. Nam cum imago non sit, & superscriptio in
pecunia, iudicamus eam reprobam: sicut & filium non
iudicamus, qui conuerso humano more nascitur, ad
monstrum declinans vel prodigium. vt C. de posth. hæ-
red. instit. l. quod certatum est. ff. de verb. sign. l. quæret
aliquis. ff. de statu hom. l. non sunt liberi. Item si aurum
debeo, soluendo æs non liberor. ff. de solutio. l. si cum
aurum. Prætereà quod non sim liberatus probatur aper
tè. nonne mutuum in eodem genere debet recipere suo
ctionem? sic, vt ff. si certum petat. l. 2. & tacitè videtur
hoc agi inter contrahentes: vt æquè bonum reddatur.
vt ff. si cert. petat. l. quid mutuum. nam si non liberatur,
qui pro vino veteri reddis vinum nouum: quare libe-
retur qui pro pecunia proba reddit reprobam: non est
ratio iusta. nam quis pro pane redderet lapidem: & pro
pisce serpentem: aut pro ouo scorpionem? certus nul-
lus: vt euangelium testatur. Item cum res aliena soluta
proba liberationem non præstat. vt ff. de legat. 1. l. non
quocunque. quomodo pecunia reproba præstabit? cer
tè non. Prætereà videas rationem viuam, † nonne quia
3 monetam falsam expendis, puniri debes. vt C. de fals. l.
si falsos codicillos. si ergo puniri debes, quomodo pe-
tis locum habere lucrum, scilicèt cum petas liberatio-
nem. non enim debet esse in pœna pręmium. vt ff. de ne
go. gest. l. sine hęreditaria. Si enim maritus occidit vxo-
rem, non lucrabitur dotem, cùm propter illud debeat
puniri: vt ff. solu. mat. l. ab hostibus. nam qua fronte pe-
tis liberationem, cum dando reprobam pecuniam com
mittas maximum delictum, & sic liberationem non ha-
bes: sicut nec tutor repetis aliquid à contutoribus quan
do & proprio dolo conuenitur & soluit. vt ff. de admi-
nistrat. tut. l. si plures. & ff. de tut. & rat. distr. l. 1. §. nunc
tractemus. Item audiri non debes si liberationem præ-
tendis: quia in hac liberatione prætendis turpitudi-
nem tuam, quod iura nolunt. vt C. de transact. l. transa-
ctione. & de his quæ in fraud. credi. l. filios. & de seruo
pig. da. ma. l. si creditorib. Nec obest si approbaui: quia
errani in facto † cuius ignorantia prudentissimos fal- 4
lit. vt ff. de iur. & fact. ignor. l. in omni parte. & si errani
in facto: errani per alium, in quo iusta & tollerabilia
est ignorantia. vt ff. pro suo. l. vlt. in fin. Nam etsi mihi
male contingat, tamen excusari debeo: quia consului
peritiores. vt ff. de iur. & fact. ign. l. regula. & ff. quis or
do in bon. poss. ser. l. 2. in fin. Item non fui in culpa, si cre
didi electori, putaui enim quod sciret discernere: sicut
hæc publicè faciebat. vnde † excusor si facio quod pu- 5
blice fit. vt C. de pign. actio. l. pignus. nam non est in cul
pa si casus aduersus sequatur, si aliquis credat celeber-
rimo mercatori. vt argum. ff. de administ. tut. l. si res pu-
pillaris. Prætereà damnum euitare contendo, & tu lu-
crum captare quæris: & ita mihi potius fauendum est:
cùm non sit eadem ratio debita amittere, & lucra non
capere. vt C. de codicil. l. vlti. & magis fauent iura cre-
ditori qui certat de damno vitando, quam legatario
qui de lucro captando. vt C. de iure deliber. l. scimus. §.
legatarijs. Item nec obstat quod approbaui, quia lici-
tum † est mihi reprobare approbatum: vt reprobatur 6
medicus, qui fuit semel electus. vt C. lib. 10. de profess.
& medi. l. grammaticos. & reprobatur Doctor, qui se-
mel à scholaribus fuit electus. vt ff. de mun. & honor. l.
vt gradatim. §. reprobari. Nonne etiam si consensi in iu
dicem, qui mihi erat inimicus, & ego nesciui, posteà li
citum est mihi iudicium declinare? Econtrà videtur,
quòd sim liberatus: nam certum est, quòd ego solui, &
saltem de facto, & sic liberatus sui. nam solutio facti li- 7
berationem inducit. vt argum. ff. de verbo. oblig. l. qui-
dam. nam emancipatione facti, &c. & dic vt notatur ff.
de verbo. oblig. l. stipulatio ista habere licere. §. hi qui.
Et reliqua dic vt notatur in quæstionibus Pylei, & sol-
ue vt notatur ff. de pign. act. l. eleganter.

ARGVMENTVM.

An procurator qui pecuniam debitam misit per nuncium prohibitum, amissa pecunia teneatur domino.

SVMMARIA.

1 *Mandatum rei iusta & honesta valet.*
2 *Procurator de dolo, lata, leui, & leuissima culpa tenetur.*
3 *Mandatum re integra reuocari potest.*
4 *Culpa vacat qui fecit, quod facere consueuerant & alij.*
5 *Denunciatio an possit impunè contemni.*

QVAESTIO. XVI.

NICHODEMVS procurator misit pecuniam per
nuncium prohibitum, & posteà pecunia est a-
missa: quæritur an teneatur procurator domi-
no actione mandati? Quod possit actio mandati à domi
no intentari, probatur. Certum est quòd sicut fuit in
themate positum, quòd ego mandaui tibi ne mitteres:
& † mandatum fuit rei iustæ & honestæ, & non turpis, 1
ergo tenuit: si enim fuisset rei turpis, non teneret. vt ff.
mandati. l. si remunerandi. §. rei. certum est quod tene-
ris. Nonne tenetur † procurator de dolo, lata, leui, & le 2
uissima culpa? certè sic. vt C. mandati. l. à procuratore,
ergo teneris, cum fueris in culpa, quare ad mandatum
domini tibi prohibentis non attendisti: culpa enim est
quod potuit prouideri, & non est prouisum. vt ff. ad le.
Aquil. l. si putator. Imputatur enim negotiorum gesto-
ri qui post prohibitionem hæredis vel domini ædifica-
uit. vt C. de neg. gest. l. fin. nam si duo sunt socij, & vnus
prohibet, prohibitio operatur, vt ille qui expendit, ni-
hil habeat. vt ff. de negot. gest. l. si ex duobus. in tantum
enim facit, quòd licèt etiam iustò liberauerit, si pecu-
nia fuisset amissa per nuncium: tamen denunciatione
interposita non debes aliquatenus liberari. nam si ali-
quis iustè ædificet, tamen si post denunciationem ædi-
ficat, etiam iustè ædificatum tolli debet. vt ff. de operis
noui nunci. l. prætor ait, in princip. Item nonne debi-
tor qui soluit creditori proprio liberatur: sed si ego
cui cessio facta fuit denunciem ne soluat, nõ liberatur
solucn-

soluendo. vt C. de noua. l. 1. Item licèt mandassem quod
3 per illum nuncium mitteres: tamen licuit mihi re integra reuocare mãdatum: Nam si dedi tibi ... vt manumittas & postea prohibui, si posteà manumisisti, teneris. vt ff. de condi. sine causa. l. si pecuniam. §. si seruũ, imò si alius tibi dixisset, noli mittere per talem nuncium, valuisset denunciatio, & ideò teneris. vt ff. manda. l. si hominem. ex quo enim misi tibi vt per istum nõ mitteres, videtur tibi mandatum vt per alium mittas: à simili. nam vxor quæ committit marito potestatem agendi in certis causis, videtur sibi adimere potestatem de alijs. vt C. de procurat. l. maritus. nam ex quo misi tibi quod per illum nuncium nõ mitteres, videtur esse mãdatum quod per alium idoneum mitteres. vt arg. ff. mãdati. l. si mandato tuo. §. vlti. Quod fueris in culpa vide: ex quo enim denunciaui tibi vt non mitteres per istum: non debuisti mihi per istum mittere, nisi cautionem reciperes. vnde quia non fecisti, dolo non cares. vt ff. ad leg. Falci. l. si dolo. Item nonne dicit auctoritas:

Est modus in rebus sunt certi denique fines.

Quos vltra citraq́ nequit consistere rectum.

ex quo enim mandaui ne mitteres: videtur, quòd ad hoc reuocatum esse mandatum: & sic si misisti pecuniam imputa tibi: haberes forte exceptionem si esset amissa pecunia, si denunciatio non præcessisset. vt ff. de except. rei vend. l. 1. & quantum operetur prohibitio, dic vt alias notaui. Econtrà videtur quòd iste possit excusari. misi enim pecuniam per quem mittere solitus erat, & fidelis est semper inuentus: vnde non est in culpa qui credidit celeberrimo mercatori, licèt contrarius sit secutus euentus: vt ff. de admi. tut. l. si res pupillaris.
4 Itẽ non fui in culpa, si feci quod facere consueui, ego & plures alij. vt arg. C. de pign. act. l. pignus. & ff. de ædil. edict. l. si quis sic. § apud Labeonem. nec enim propterea sum in culpa: quod non credidi denunciationi commissæ ate: & est ratio. inprimis enim dicit Ouid. Vers.

Nec citò credideris, quantum citò credere lædit.

Exemplum vobis non leue munus erit.

Nam imputatur alicui quod citò credat. vt ff. de eo per quem factum est. l. 1. §. 1. imputatur ei qui fuit credulus, si seruus ab illo petat pecuniam. vt ff. de in rem verso.
5 l. 3. §. sed si sic. Denunciatio enim potuit impunè contemni. vt C. de rescin. vendi. l. si maior. nam & denunciatio facta mihi ne [illegible] quam vendidi, nõ tenet. vt ff. de pub. l. si quis prohibuerit. nisi enim iusta causa intercessit, quare denunciatio fiebat, non debet mihi præiudicare. vt ff. manda. l. si hominem. nec est mihi imputandum, si non diuinaui, scilicèt pecuniam posse amitti. vt arg. ff. manda. l. si fideiussor. in princ. Præterea cum eodem casu esset peritura per alium, ego excusor: sicut vides in possessione animalis, quod si animal possessum eodem modo perierit penes alium, non teneor. vt ff. de ædil. edict. l. ædiles etiam. § Pædius. In hac quæstione solue, vt in quæstionibus Pylei notaui.

ARGVMENTVM.

Debitor, qui pecuniam mutuam certo loco accepit, vagatur. an in alio loco quam cõtractus, possit repertus conueniri.

SVMMARIA.

1 *Debitor vagabundus cum monacha si vbi inuenitur conuenitur fori exceptione non gaudet.*
2 *Crimen raptus siue incestus detestabile.*
3 *Malitijs hominum non indulgendum.*
4 *Conueniri vbicunq́ locorum potest, qui sua substantia malè vtitur & ad inopiam vergit.*
5 *Actor Rei forum sequi tenetur.*
6 *Amorem retinere perfecta est philosophia.*
7 *Paupertatis exceptione eliditur actio.*
8 *Domicilio nullus caret.*

QVAESTIO. XVII.

TANCREDVS contraxit cum Titio, & dedit ei pecuniam mutuo in ciuitate Aretina: qui Titius per orbem cum monacha vagatur. Nunc inuenitur Florentiæ conuenitur à Tancredo certi condictione: Titius fori præscriptionem opponit: quæritur an possit? Quod non possit, certa ratione probatur. Certum est enim quod ego mutuaui tibi pecuniam, ergo mihi teneris, & sic actio, id est, certi condictio inducitur de iure: nec opponis exceptionem fori, quia vilitas tuæ vitæ ab obseruantia legis te facit indignum. vt argum. C. ad leg. Iuli. de adulte. l. quæ adulterium. eum enim detestabile crimen commiseris, quod est maius omni crimine. quia versus. 1
2

Cum non sit rectum vicini tangere lectum.

Plus reor esse reum zelo vipare Deum.

vt C. de episc. & cle. l. raptores. quomodò ergo nunc legis auxilium inuocas, cũ contra illam commisisti, certè minimè. vt ff. de minorib. l. auxilium. & dicit capitulũ, priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate vel dignitate: licet quis sortiatur priuilegium fori ratione contractus. vt ff. de iudi. l. hæres. & l. omnem. tamen nihilominus quolibet loco te potero conuenire. vt arg. ff. de condi. indeb. l. qui loco certo. Et qui stipulatur se facturum insulam Capuæ, & ita in loco certo: quolibet loco conueniri potest. vt ff. de iudic. l. eum qui. & sic vbi te inuenero ibi te iudicabo. Præterea nonne dicit lex, quod non sit malicijs hominũ indulgendum. vt ff. de rei vend. l. in fundo. si enim illud concederetur tibi, iam esset in potestate rei tollere mihi actionem, nam perimis actori actionem dum vis reseruare electionem. vt ff. de eo quod certo loco. l. nõ vtique. nunquam enim venires ad locum vbi cõtraximus. vt dicit l. 1. ff. de eo quod certo loco. Nonne malè incipis vti substantia tua, & vergis ad inopiam. ergo te possum conuenire etiam in alio loco, sicut mulieri permittitur dotem exigere ante tempus marito vergẽte ad inopiam. vt C. de iure dot. vbi. & in auth. de æqual. dot. §. illud. 7. col. Præterea nonne lex subuenit fideiussori, vt possit conuenire debitorem ante tempus, si debitor incipiat dilapidare bona sua. vt C. mandat. l. si pro ea. Tu fuisti frater euangelij non surdus auditor, qui voluisti similis fieri ei filio, qui accepit partem substantiæ, & eam consumpsit viuendo luxuriose, nec enim hoc qui eas suggerit, & si iure scripto deficiamus. vt ff. de aqua plu. arc. l. in summa §. idem varus. Econtra videtur quod possit se defendere iste Titius: Tancredus enim intendit contra eum certi condictionem, quæ non videtur benè intendi, non ratione obligationis, sed & ratione loci: eum actor forum Rei sequi teneatur. vt C. de iurisd. omn. iud. l. iuris ordinem. Nonne in ciuitate Areti contraximus: ergo ibi & non alibi tibi debeo respõdere. arg. ff. de bon. auct. iud. poss. l. 3. ibi enim debeo tibi soluere: ergo ibi me debes conuenire. Item si afflictus sum amoris vinculo, non debet mihi alia addi afflictio. vt arg. C. de episcop. audi. l. iam dementis. si enim propter dominam istam tam pulchram, tamq́ue formosam vagabundus accessi, excusari debeo, quod non conueniar: amor enim ille est qui me compulit: quid enim est furore amoris vehementius, quem retinere est philosophiæ perfectæ. vt in corpore auth. qui. mod. nat. ef. sic. legi. §. illud. colla 6. 3
4
5
6

Igneus ille furor nescit habere modum.

Nam & Virginius vir sapiens cuiusdam virginis amore immiscuit fas & nefas. arg. ff. de orig. iur. l. 2. § placuisset: tu autẽ crederes si scires amorem virginis vel Veneris, & quis esset stimulus qui me impellit, de iure mihi exceptionem concederes: sed tu viuris deditus amorem nescis, tu cum sis frigidus & in corpore macilentus & vitiatus, qua ratione me conuenis: vadas Aretium & bona mea per iudicem possidebis secũdùm quod dicit C. de iudi. l. properandum. & sic potes ibi consulere. Item si proponis me nihil habere: qua ratione me conuenit. cum tuam actionem elidat exceptio paupertatis. ff. de dolo. l. nam is. nam personam non debes capere. vt C. de act. & oblig. l. ob æs. Item quid prodest tibi si me conuenis: panniculariа mea mihi nõ auferes. cum nec illa sint auferenda damnato. vt ff. de bon. dam. 7

l. diuus. Præterea quia vado per urbem ludendo cum domina, dicis me vagabundum & sine domicilio con-
8 stitutum: male proponis & pessime, † nam nemo sine domicilio reperitur. vt ff. ad munic. l. eius qui. Et si ego vellem iam in locis omnibus respondere, iam esset maxima iniquitas cum non sit necesse liberto, imò excusatur. vt ff. de oper. liber. l. quod nisi. in fin. & de annu. lega. l. Mæuia. §. vxore. & ff. de iudic. l. hæres. Solue vt in quæstionibus Pylei.

ARGVMENTVM.

Si possessor feudi vel rei emphyteuticæ lata contra se sententia postea alienauit, an possit executio fieri contra eum in quem alienatio facta est, etiamsi longissimo tempore possederit.

SVMMARIA.

1 *Sententia diffinitiua executioni mandari debet.*
2 *Possidet is cuius nomine possidetur.*
3 *Missionem in bona defuncti petenti missio fiet, etiam si ab alio possideantur, nisi legitimus contradictor fuerit.*
4 *Res in emphyteusim data, in emphyteusim dari non nisi cum prioris domini conniuentia potest.*
5 *Amissum non videtur, quod alteri quæsitum non est.*
6 *Res cum suo onere transit.*
7 *Res inter alios acta alijs non præiudicare, regulare.*
8 *Impensa bonæ fidei possessori à vero domino rei vendicatione agente, restituenda sunt.*
9 *Sententia lata contra condemnatum non citatum, non valet.*

QVAESTIO. XVIII.

ALBERICVS quidam nobilis ab Arimathia decurio egit contra Sempronium, petens ab eo tenementum quoddam, quod dicebat antecessoribus suis in feudum fore concessum, vel in emphyteusim. volebat istud à Sempronio auocare, dicens seruitia feudi non esse exhibita, vel canonem debitum non esse solutum per tempora legibus constituta. vt C. de iure emphyt. l. 2. obtinuit in curia summi pontificis, & ita habuit sententiam: adeò quòd Papa præcepit in virtute excommunicationis sententiam istam executioni mandari: antecessores istius Sempronij, vel ille Sempronius credendo illas res fore proprias, res illas alij, pone Titio, cōcesserunt in emphyteusin: qui Titius plura ædificia construxit in illo tenemento, scilicet turres & pallatia, & illa possedit spacio 40. annorum: quæritur modo an sententia debeat mandari executioni cō-tra illum Titium: ideò quia possidet illud tenemētum, quod obtinuit Albericus? Quod possit sententia execu-
1 tioni mandari ita probatur. Certum est enim, † quòd sententia quælibet dummodò sit diffinitiua, debeat executioni mandari: vt dicit rubrica illa de executione rei iudi. & ff. de re iudi. l. à diuo Pio. si enim non mandaretur executioni, iam essent delusoria decreta prætorum, & sententiæ iudicantis, quod iura nolunt. vt ff. de iudi. l. si prætor. & ff. ne quid in loco publ. l. fin. debet dico mandari executioni per res & bona condemnati: vt dicit C. de his qui ad ecclesi. confug. l. vlt. & C. de iudi. l. properandum. & hæc omnia sunt vera, si aliquis personali actione agebat. At hic cum fuerit actum reali, & & obtineat actor in sententia manu militari res debet à possessore auferri: & assignari petitori. vt ff. de rei vēdi. l. qui restituere. Instit. de offic. iudi. §. 1. Nec obstat si dicas Sempronio quòd non possideat istud tenementū? Respon. imò. Nam cū rem dedit in emphyteusim, ergo
2 eam possidet, nam † is possidet cuius nomine possidetur. vt ff. de acqui. poss. l. qui meo. §. 1. Nam qui iussus est mitti in possessionem, manu militari inducitur in possessionem. ff. ne vis fiat ei qui in poss. l. si quis missus. I-
3 tem † qui petit missionem in bona defuncti: de iure fiet missio, etiam si bona illa ab alio possideantur: nisi ille qui possidet, sit legitimus contradictor. vt C. de edicto diui Adria. tollen. l. vlt. at tu possessor non habes contradicendi licentiam: nam cum superaueris illū à quo causam habes: ergo tu non contradicces, maximè cum contra illum habeas regressum. vt ff. si familia furt. fec. dica. l. quotiens. Præterea cum res iubetur restitui, ille qui obtinet, in possessionem illius rei debet induci. vt ff. de admin. tut. l. si sine hærede. §. interposito. Nec obstat quod allegas, quod titulo possedisti, & bona fide spatio 30. vel 40. annorum. vnde si actionem habui, illā amisi. vt C. de præscript. 30. ann. l. sicut. & l. cum notissimi. Respondeo, quia istud mihi non præiudicat. vnde quia res istæ alienari non possunt, siue non potuerunt siue ponamus quod sint datæ in feudum, & hoc cauetur per constitutionem Frederici in tractatu de feudis in illa cōstitutione, Imperialem decet solertiam. Item siue res fuerint datæ in emphyteusim: quia † res in em- 4
phyteusim data, in emphyteusim dari non potest sine conniuentia prioris domini. vt C. de iure emphyt. l. vltim. Si ergo res prohibetur alienari: ergo & vsucapi vel præscribi. vt ff. de verbor. signific. l. alienationis. Et si sequatur præscriptio: tamen mihi agenti non nocet: sicut nec obstat legatario si res sibi legata medio tempore alienetur ab hærede: nam non obstat legatario præscriptio inducta à possidente. vt C. commun. de leg. l. vlt. § pen. Nec obstat si obijcias exceptionem ratione impensarum, quia istas non eram facturus, vnde nō potes ad plus mihi auferre, nisi tantùm velim dare, quantum esses habiturus illis corrasis. vt ff. de rei vendi. l. in fundo. Præterea licet possederis annis 30. tibi tamen nō prodest: quia dominium illius rei non acquisiuisti: &
sic non amisi, quia non † videtur amissum, quod alteri 5
quæsitum non est. vt ff. de minor. l. denique. Item quod sententia debeat executioni mandari ita probo. ratione enim executionis etiam nomen pignori capitur. vt C. de execut. rei iudic. l. etiam. & ff. de re iudic. l. à diuo pio. §. si itaque. Item legatarius petit missionem in rebus testatoris. vt ff. vt in poss. lega. l. si legatorum. Item hic secundus emphyteuta vtitur accessione prioris: ergo quicquid ei præiudicat, præiudicat & isti: nam cum vinco illum à quo causam habes, sic te vincere debeo. vt ff. de diuers. & tempo. præscript. l. de accessionibus. Item & aliàs hoc idem contingit: nam interdictum quorum legatorum, datur contra successorem rei. vt ff. quorum lega. l. 1. §. illud. Item ciuitas à quolibet possidente bona sui debitoris vendicat, ad quemcumque bona illa peruenerint. vt Cod. lib. 11. de debito. ciuitat. a-
pud eos. rei † enim quæ transiuit in te, transit cum 6
suo onere: quia non potuit plus iuris in alium transferre, quàm ipse habebat. vt ff. de acqui. rer. do. l. traditio. & ff. de regu. iur. l. nemo potest. Item constitutio Frederici dicit, quòd qua lege quis habet feudum, eodem dare potest, & non aliter. vt in tractatu feudorum de pace tenenda. §. similiter nec vasallus. Econtra videtur, quòd executio sententiæ non debeat fieri in prædijs il-
lis. Et in primis, quia dicit vnum generale, † res inter a- 7
lios acta alijs non præiudicat. vt C. res inter alios acta. Præterea defendo me, quòd res ista licèt fuerit feudi, vel data in emphyteusim: tamen dari potest etiam alij in feudum vel in emphyteusim: nemo enim rem quam conduxit, prohibetur alij locare. vt C. locati. l. oenio. & sic si quod ius tibi competat, illud est amissum præscriptione: quia iam annis triginta vel vltrà possedi, quo tempore omne ius tollitur: licèt enim emphyteuta quò ad dominium non possit præscribere. vt C. de præscript. 30. annor. l. male. tamen quantum ad te, me exceptione defendo: quia talis præscriptio opponitur contra desides & sui iuris contemptores. vt C. de anna. except. l. vlt. Præterea quod tu pensionem emphyteuseos, vel seruitia feudi non recepisti, iam sunt 30. anni. ergo non videris re illa frui. sicut in fructuario legimus, quia ita demum frui re videtur, si pretio vtatur, aliàs non. vt ff. de vsufru. l. non vtitur. & l. quia qui pretio. & l. quod si. Item sententia lata contra meum venditorem, mihi non præiudicat: nam factum mei venditoris mihi non nocet. vt ff. de diuers. & temp. præscrip. l. an vitium. ff. de doli excep. l. apud Celsum. §. auctoris. Præterea si vis quod sententia mandetur executioni restitue mihi im-
pensas cum emphyteuta fuerit bonæ fidei: † nam bonæ 8
fide,

fidei possessori à vero domino agente rei vendicatio-
ne sunt restituendæ impensæ. vt ff. de acqui. rer. dom. l.
adeò. & Instit. de rerum diuis. §. certè illud. & ff. de rei
vendi. l. in fundo. Hoc etiam circa condictionem inde-
biti. vt ff. de condi. indeb. l. in summa. §. et qui. Præterea
si est iussum quod sententia mandetur executioni: non
debet præsumi nec est credendum, quòd dominus Pa-
pa vel Princeps qui sententiam protulit, quod mihi de-
beat iura mea auferre. arg. C. de his qui veniam ætatis
impetra. l. 1. & argu. ff. de emancip. libe. l. nec auus. & C.
de inoffic. testam. l. si quis suo. Primò enim conuenias
tuum debitorem, qui est tibi condemnatus, quàm venia-
tur ad pignorum possessorem. vt in auth. de fideius. col.
1. §. sed neque. Præterea si Papa iussit executioni man-
dari sententiam in rebus istis, videtur mandata execu-
tio in eo iure tantùm quod habebat Sempronius. vt ar-
gu. ff. de contrah. empt. l. qui tabernas. & ff. de lega. 1. l. si
domus. Præterea non potes petere quòd sententia man-
detur executioni contra me: vigor enim executionis i-
deò inducitur contra contumaciam condemnati, & nõ
restituentis: sed cum ego non fui, nec conuentus, nec ci-
9 tatus, nec fui contumax: talis vigor contra me non de-
bet mandari: imò † si essem condemnatus, cum non fui
citatus, non valet illa sententia. vt ff. de re iudicata. l. si
cum nulla. & ff. quæ sent. sine appel. rescin. l. 1. §. penul.
Item si credebas me aliqua actione tibi obligatum, de-
buisti contra me actionibus experiri. vt ff. quod metus
causa. l. extat. & si latitassem, bonorum meorum tibi da-
ta fuisset possessio, & etiam concederetur venditio. vt
C. de bonis aucto. iudi. possi. d. l. cum proponas. & ff. ex
quib. caus. in poss. eat. l. Fulcinius. Item non obstat quod
obtinuisti contra illũ à quo causam habeo: quia si nunc
agis contra me, habes necesse iterum probare. vt argu.
de iureiur. l. idem est. imò & si essem malæ fidei: tamen
te repello. vt C. de rei vendi. l. vlti. & ff. si vsusfruct. pet.
l. vti frui. vnde cum habeamus ius, non debeo ius inde-
fensum & indiscussum derelinquere. vt ff. de pet. hære.
l. illud. nam ille Titius qui habuit ante prædia, posuit il-
la dare in emphyteusim, vel in feudum. vt C. libr. 11. de
fund. pa. l. . & Insti. loca §. adeò. In hac quæstione vide-
tur mihi quod sententia lata in rei vendicatione pro
tenemento possit executioni mandari contra illũ pos-
sessorẽ, per ea quæ in prima parte pro actore sunt pro-
posita: maximè si res sic data in feudum alienetur. Non
obstat præscriptio temporis quominùs possit vendica-
ri per constitutionem Frederici: si tamen is qui petit
sententiam in bonis illis executioni mandari, offerat
impensas ædificij: alioquin doli poterit exceptione re-
pelli. vt ff. de rei vendi. l. in fundo. & de condi. indeb. l.
qui in aliena area. Instit. de rer. diuis. §. certè illud. ff. de
acquir. rer. dom. l. adeò.

ARGVMENTVM.

An Doctor qui recipit salarium à communitate vel
scolaribus possit infrà tempus recedere relicto i-
doneo substituto: & si potest, an teneatur totũ sa-
larium receptum restituere, vel pro rata tempo-
ris.

SVMMARIA.

1 *Fidem frangere viro probo graue.*
2 *Personalia quæ sunt, ad hæredes non transeunt.*
3 *Scientia inæstimabilis est.*
4 *Creditori inuito aliud pro alio non datur.*
5 *Contractum pro parte adprobare & pro parte improbare non licet.*
6 *Obligatus in propria persona per seipsum non per substitutum operas præstare potest.*
7 *Scientia boni & æqui nummario pretio dehonestanda non est.*
8 *Solutum laboris pensandi causa repeti non potest.*
9 *Illustres per substitutos seruire possunt.*
10 *Iussio excusat.*
11 *Negotij proprij cura an excuset.*
Vtilitatem propriam vtilitati publicæ anteferre an liceat. ibid.
12 *Labor sicut pecunia diuisionem recipit.*

QVAESTIO. XIX.

NICOLAVS quidam doctor in philosophia, vel
in Grammatica, vel in legibus non curo: conue-
nit cum communitate Aretij stare vsque ad an-
num, accepto a communitate salario. Item receptis si-
militer à scholaribus denarijs: nunc magister Nicola-
us vocatus a Titio quod patriaret, vult recedere, &
vult relinquere idoneum substitutum, quæritur an pos-
sit: & si possit recedere, vtrùm teneatur restituere sala-
rium totum, vel pro rata temporis ipsi communitati:
pone fortè, quia iam seruiuit ibi per tertiam partem
anni. Quod non possit recedere pro scholaribus & cõ-
munitate allego in primis, & dico ideò, quia hoc pro-
misit, vnde † graue est probo viro fidem frangere. vt ff.
de constitut. pecun. l. 1. in fin. in prin. & nihil ita conue-
nit quàm ea quæ placuerunt inter contrahentes serua- 1
ri. vt ff. de pact. l. 1. ff. de actio. empt. l. ea empto. Item tu
teneris mihi ad istud quod stes vsque ad annum, & si
teneris mihi ad istud quod stes vsque ad annum, serua-
re debes, & si teneris ad ista, non debet esse tua electio:
quid solueres, vtrùm salarium, vel subrogatum, vel re-
cedere. imò mei agentis debet esse electio. vt ff. de rei
vend. l. quæ restituere. etiam eligit qui in possessionem
mitti debet, quo auxilio agat. vt ff. ne vis fiat ei qui in
possess. miss. est. l. si quis missus. Item quotiens mortuus
est illatus in locum alterius: est agentis electio vtrùm
velit facere remouere mortuum, an petere pretium: &
& non est electio conuenti, vt ff. de religio. l. is qui. Itẽ
tu magister obligatus es personaliter: quia de tua sci-
entia non debes docere: vnde per istum seruire non po-
tes. vt C. de cadu. tollen. l. 1 §. ne autem. Item nec iusiu-
randum de calumnia per alium fit. vt C. de iureiurand.
propter calumn. l. 2. Item nec impetratio veniæ ætatis
per alium fiet. vt C. de his qui veni. æta. impet. l. omnes.
Nec etiam adoptare potest quis per alium. vt ff. de ad-
opt. l. post mortem. & ideò ista per alium non proce-
dunt, quia personalia sunt: adeò quòd † ea quæ sunt per- 2
sonalia ad hæredes non descendant. vt ff. de regul. iur. l.
priuilegia. & ff. de censibus. l. forma. §. 1. Præterea mira-
mur magister & domine quomodò cùm leges doceas,
de legibus non recordaris: cùm hæc quæstio videatur
soluta. ff. de solutio. l. inter artifices. nam ibi inducto in
stipulatore, qui personaliter se obligat docere & rege-
re, per alium illa facere volendo se non liberat: & est
differentia inter doctores scientiæ, & magistros alios
fabriles, cum in scientijs nullus ita bonus & placens
scholaribus inueniatur, sicut fuerat primitiuus: etiam-
si in scientia longè sit melior: licèt artificium possit fie-
ri ab vno sicut à reliquo. vt dicit l. illa, inter artifices. i-
mò & si spirituale pactum intercessisset, vt alium sub-
rogares: tamen pacto non est standum. Nam & si pacis-
camur vt hæres in societate succedat: tale pactum non
valet. vt ff. pro socio. l. adeò. in princ. Item ætas hominũ
robusta, ingenium, loquela, facundia loquẽdi, assidui-
tas legendi: faciunt quod eadem non dicatur scientia:
sicut hæc faciunt, quod eadem opera non dicatur. vt ff.
de condi. indeb. l. si non sortem. §. libertus. Item non de-
bet hic esse in Rei electione. vt restituat quod accepit,
& à contractu recedat. vt ff. de contrahen. empti. l. non
est. Item electio est Actoris & non Rei, sicut in eo qui
promittit sub alternatione locorum & rerum: vt ff. de
eo quod cert. loc. l. non vtique. Item istud interesse, sci-
licèt scientiæ non est pecuniarium, quod ad illud pos-
ses damnari: nam sicut libertas inæstimabilis est. vt ff. si
quad paup. fecis. dica. l. ex hac lege. & ff. de his qui de-
iec. vel effud. l. vlti. ita & scientia. nam homo literatus,
est alius homo, & longè melior. argu. ff. de soluti. l. qui
res. §. aream. ergo † cum scientia inæstimabilis sit, æsti- 3
mationem non recipit: vnde ad illud faciendum præci-
sè teneris. vt ff. ad exhib. l. si liber homo. nec admittitur
subrogatus: nam iudex per subrogatum non dicit sen-
tentiam, nisi sit illustris, vt C. de sent. ex pericu. recit. l.
pen. Item nullus qui neaibus curiæ tenetur obnoxius,

substitutam quamcumque personam curiales impleat
functiones, sed ipse per se debitum patriæ munus ex-
soluat, etsi spectabili dignitate sit decoratus, nisi spiri-
tuali beneficio sibi remittatur. vt C. lib. 10. de decur. l.
nullus qui nesu. si enim seruus sit iussus dare 10. operas:
nullus dado operas illas poterit seruum liberare, vt ff.
de statu libe. l. Stichum. §. vlt. ideò quia seruus sit iussus
dare, & quia personaliter obligatus: si enim esset pecu-
nia, alius illam dando liberat seruum. vt in d. §. diem.
Item legati ciuitatis vicarios pro se nô dabunt. vt ff. de
lega. l. sciendum. §. legati. Item ex quo tuam personam
eligimus, non debemus recedere a persona: quia nec in
contractib. stricti iuris receditur à persona: vt ff. de ver
bor. obliga. l. si quis arbitratu. sicut nec in contractibus
bonæ fidei. vt C. de contrah. empt. l. vlt. & ff. pro soc. l. si
quis societatem. Item alium mihi dare non potes: nam
4 † aliud pro alio inuito creditori oon datur, vt ff. si cert.
pet. l. mutuum. Item & si licitum esset tibi recedere, po-
5 namus: totam pecuniam reddes, nam † nô licet pro par
te approbare, & pro parte improbare contractum: ex
quo recedis à toto contractu, totam pecuniam reddes.
vt arg. ff. de administ. tut. l. enm quæritur. & ff. de oper.
liber. l. si stipulatio. in fin. nam & si partem deberes ha-
bere ratione quorundam mensium quibus seruiuisti
tamen ex quo non imples, totum restitues, quia aliter
tecum contracturi non eramus, nisi per totum annum
seruires. arg. ff. de ædil. edict. l. quod si nolit. nam etiam
ratione partis tota venditio reuocatur. Item & ratione
vnius vitij quod contingit in equis & mulis venditis
omnium aliorum fit redhibitio. vt ff. de ædil. edict. l. cû
6 eiusdem. Item † non recedes etiam si vis dare substitu-
tum, cum sis in persona propria obligatus: nam qui iu-
betur operas facere, quas testator præcepit per seipsû
fieri, non auditur si velit dare pecuniam pro opere fa-
ciendo. vt ff. de legat. 3. l. fideicommissa. §. vlt. Creditor
enim non compellitur recipere denarios in aliam for-
mam. vt ff. de solut. l. Paulus respondit creditorem. &
C. de solutio. l. manifesti. Item qua ratione vis recede-
re: ideò scilicet, quia vocaris à superiore: sed istud te
non escusat, quia est parendum superiori, nisi is qui o-
bedire debet alteri, sit ante obligatus: sicut hic. non e-
nim superuenit in te senium, vt possis escusari. vt arg.
ff. de tute. l. solet. Item scholæ non sunt ampliatæ, quòd
multum necesse debeas ampliare seu esaltare, vt alius
debeat subrogari, vt arg. ff. de administr. tut. l. decreto.
Econtrà dico, quòd Doctor potest recedere: nam nollo
iure est obligatus, nec ex contractu vel quasi: nec es ma
leficio vel quasi, ergo oon tenetur. vt ff. de act. & oblig.
l. 1. nam non cadit sub aliquo cnntractu: nec nominato,
vt emptio vel locatio: nec innominato, vt do vt des,
7 quia † scientia boni & æqui nummario pracio non est
dehonestanda. vt ff. de var. & estraord. cog. l. 1. & quia
est vera philosophia. vt ff. de origi. iur. l. 1. Item & veri
philosophi pecuniam spernunt, & mercenariam ope-
ram non eshibent. vt C. lib. 10. de munet. patri. l. profes
sio. sic ergo illud quod fecit Doctor, es liberalitate fe-
cit: vnde sufficit si cui vel in pancis amici labore con-
sulatur. vt C. de negot. gest. l. tutori. & ff. de admi. tut. l.
8 tutores qui post §. 1. Item quod soluistis, † non potestis
repetere, cum illud soluistis in causam laboris remune
randi. vt argu. ff. manda. l. si remunerandi. sed esto quòd
teneatur de iure astrictus: tamen recedere potest relin-
quendo idoneum substitutum, nam nihil interest, v-
trùm per filium an per generos ciuitatis commoditati-
bus consulatur. vt C. de natural. lib. l. 3. in fin. Item & as
scripticius si fuerit honore presbyteratus conseeratus
rectè in ruralibus obsequijs pro eo admittitur subro-
gatus. vt C. de episc. & cle. l. quisquis. & C. de decur. li.
9 10. l. neminem. † & qui illustrem consequuti fuerunt di
gnitatem, rectè per substitutum curiæ muneribus satis
fiet. vt C. de episc. & cler. l. ad similitudinem. oam & hic
substitutus est bonus ita sicut & Doctor. nam & vnus
faber inuenitur ita bonus sicut & alius, vnde vnus pro
alio admittitur. vt ff. de duo. reis. l. nemo. Item regere di
citur, & qui per alium regit. vt arg. ff. de admi. tut. l. ita
autem. §. gessisse. & ff. de fideiuss. tuto. l. postulare. Item
præstando æquè idoneum, liberor: nam locator libera-
tur qui præstat dominum æque idoneam. vt ff. loca. l. cum
in plures. & l. si quis domum. Item præstando quis fide-
iussores non minus idoneos liberatur. vt ff. de constit.
pecu. l. qui autem. §. sed & si quis. & ff. quod met. causa.
l. illud §. fin. & ff. de relig. l. 2. §. locum. vnde cum hic sit
substitutus, eiusdem fauoris & scientiæ debet censeri
sicut & primus: nam prætor qui actionem substituit, in
omnibus causis substituisse videtur. vt ff. si quis testa-
mento lib. esse iuss. l. 1. §. hæc actio. nam & quotiens sub
rogatur actio in locum alterius, eodem iure vti debet
sicut & primitiua censetur. vt ff. si quis cau. l. si quis eû.
§ qui iniuriarum. & ff. de do. l. qui in quod. & ff. vt leg.
vel fide. no. ca. l. 1. §. si quis sub coodirione. Item alia
ratio eum excusat, etiam si substitutum non relinque-
ret: quia vocatur à domino cui necesse habet obedire.
vt arg. ff. si quis caut. l. 1. §. vlt. & ff. ad leg. Rhodi. de ia-
ctu. l. vlt. §. idem iuris. & ff. ad leg. Aquil. l. liber homo.
† iussus enim escusat. vt ff. de his qui not. infam. l. furti. 10
§. qui iussu. & l. quid ergo. necessitas ergo me excusat,
in qua nemo etiam liberalis esistit. vt ff. de adimen. le-
ga. l. rem legatam. & arg. ff. de alien. iudi. mutand. causa
facta. l. non solùm. §. 1. Tertiò illud, quia trahor cura ne
gotij † proprij, propter quod excusor: sicut arbiter ex- 11
cusatur ab arbitrando. vt ff. de arbitris. l. licet. & sicut
procurator. vt ff. de procurat. l. aut si. & sicut in iudice.
ff. de iud. l. si longius. Et licitum est mihi propriam me-
am vtilitatem vestris vtilitatibus anteferre. vt ff. ad le.
Aquil. l. si quis fumo. §. 1. & ff. de præscri. verb. l. qui ser-
uandarum. Item totam pecuniam vobis nô teneor red-
dere: nam ibi in locationibus eius solius temporis fit
restitutio pensionis, quo fruiturus non fuerim. vt ff. lo-
ca. & conduc. l. si fundus. & l. sed addes. Nam † tam la- 12
bor quam pecunia diuisionem recipit. vt ff. de annu. le-
ga. l. Seio. nam si quis voto obligatur, vbi fortissimè ob
ligatur persona, si rem soluit, quam vouit, liberatur a
voto. vt ff. de pollici. l. 2. In hac causa ita pronuncio, quod
si Doctor vel magister nihil allegaret aliud, nisi quia
vellet dare substitutum, vel restituere pecuniam, quod
non audiam magistrum: quia recedere non potest: quia
ipse in persona propria debuit docere. vt argum. C. de
caduc. tollen. §. ne autem. & ff. de solut. l. inter artifices.
Verùm quia allegat Doctor mandatum superioris, cui
habet necesse parere, sicut allegatum est: dico docto-
rem posse recedere relinquendo idoneum substitutû
habendo salarium masimè cum scriptum sit: boui tritu
ranti os non claudatur. & alibi, qui altari seruit, de alta
ri viuere debet.

ARGVMENTVM.

Potestas principio officij iurauit se rationem reddi
turum suæ administrationis. demum data est ei
facultas faciendi statuta: & statuit quòd pote-
stas non teneatur rationes reddere, an valeat sta-
tutum.

SVMMARIA.

*1 Potestas vt rationes reddat, qua actione conueniri pos-
sit.*
2 Procurator rationem sui officij reddere tenetur.
*3 Presides deposita administratione donec rationes reddi-
derint in sua prouincia residere tenentur.*
4 Iusiurandum seruandum est.
5 Rationem vt quis non reddat, an pacto fieri possit.
*6 Ratihabitione generali ea quæ dolo commissa sunt, non
remittuntur.*
*6 Libertus qui iurauit se daturum operas patrono quot arbi
trabitur: si patronus iniquè est arbitratus: non nisi ad bo-
ni viri arbitrium tenetur.*
8 Pactum ne ob res amotas agam, non valet.
*9 Depositi ne agat si quis paciscatur, re ipsa id pactus vide-
tur, ne de dolo agat.*
10 Iuri repetituro renuntiare licitum est.
*11 Liberatio si tacitè vel expressè legetur, quod in obligatio-
ne man-*

ne mansit legatum censetur.
12 *Redire ad id quod renunciatum est, ridiculum.*
13 *Periurium cum periurio compensatur.*

QVAESTIO. XX.

VVLTERANI elegerunt quendam sibi in pote-
statem, cui concesserunt potestatem statuta con-
dere. Item electi sunt compositores ad illa statu
ta: quorum consilio potestas statuta illa fecit: & iuraue
runt illa statuta abeo facienda seruare. potestas facit
vnum statutum inter omnia, quod non deberet syndi-
cari. istud est vulgare Aretinum, id est, quod non exige
retur ratio de villicatione sua: sed iste dominus pote-
stas primò iurauerat, quod deberet reddere rationem:
nunc quæritur, an possit compelli rationem reddere
non obstante statuto facto à dicto potestate. Quod pos-
sit contra potestatem pro ciuitate insisto. Verùm quia
sine actione nemo experitur. vt ff. de neg. gest. l. si pupil
2 li. in fi. ideò actionem † mandati contra ipsum potesta-
tem intendo, quasi procurator sit ciuitatis: & ciuitas si-
bi mandauit hanc procuram: vel agam contra eum ex
stipulatu. quia quilibet potestas stipulatur & promit-
tit rem publicam saluam fore. vt ff. de magist. conuent.
l. 1. & ff. ad municip. l. 1. & si stipulatio non intercessit:
præsumo tamen eam intercessisse, ad instar pupilli, cui
ex stipulatu tenentur fideiussores tutorũ, eo ipso quòd
patiuntur se dari fideiussores, & non contradicunt. vt
ff. de fideiuss. tut. l. cum ostendimus. in fin. hoc etiam idẽ
dicimus in re publica cuiuslibet ciuitatis, quæ iuua-
tur ad instar minoris. vt C. ex quib. caus. maior. in inte.
l. res publica. item iuuatur sicut pupilla. vt C. lib. 11. de
iure reipub. l. rem publicam. Quod enim tenearis red-
dere rationem videas hoc in omnibus quod istud ser-
2 uatur. † Nam procurator reddit rationem sui officij, &
& nihil apud eum de illa procura remanere debet. vt
ff. de procur. l. qui proprio. § procurator vt in certis. &
ff. mandati. l. ex mandato. hoc etiam in negotijs gestis.
vt ff. de neg. gest. l. 2. hoc etiam in tutore & curatore, qui
tenetur reddere rationem suæ villicationis. vt ff. de
tute. & ratio. per totum. & ne quæramus mendicata suf
3 fragia, lex loquitur † expressim in præside, qui etiam
post depositam administrationem tenetur in prouin-
cia residere, vt rationem reddat. vt C. vt omnes tam ci-
uiles quàm mili. indic. l. vnica. & C. vbi de ratioci. agi
oportet. & in auth. col. 2. vt iudi. sine quoquo suffrag. §.
necessitatem. & in auth. colla. 3. de manda. prin. §. coges.
Prætereà hoc expressè iurasti: scilicèt rationes redde-
re, & hoc sacramentum per legem notatur: vt in corpo
re authen. iusiuran. quod præsta. ab his. nam ibi inter il
la capitula istud est: scilicèt fiscalia iura benè tractare:
& prius existere. Si ergo iurasti, non contra venies: nã
nec minori conceditur. vt C. si minor se maior. dixe. l. si
alterius. & C si aduers. ven. l. 1. Et si legisti aliquãdo Ca-
4 tonem. ita dicit. Serua iusiurandum. Et si legisti præce-
pta decalogi, ita continetur: non peierabis. Sacramen-
tum enim est tale vinculum, per quod quis obligatur:
& si aliàs non obligaretur. vt ff. de libe. caus. l. vlt. Præ-
5 terea quòd non † reddas rationem, istud fieri non posset
etiam pacto expresso: nam nec testator præcipere po-
test vt tutores filiorum suorum sint analogistæ. vt ff. de
admin. tut. l. quidam decedens. Item & si quis legauerit
liberationem alicui, id est, quod rationem non reddat:
non continentur ea quæ dolo penes se habet. vt ff. de li-
ber. lega. l. non solùm. §. si hæres. Prætereà si iurauimus
stare statutis à te factis & faciendis, non videtur quòd
de illis iurauerimus, quę dolo vel fraude tua facta sunt
& machinata. Nam aut statuta fecisti antequam iura-
uimus, aut prius: si prius non tenemur, nec videmur il-
lud iurasse, nec deduxisse in pactum. & si fieret, non va
leret: quia iam inuitarentur homines ad delinquendũ.
vt ff. de pac. l. si vnus. § pacta. Item si ante fuerunt facta
statuta, & iurauimus illa seruare: non pertinet sacra-
mentum ad illa statuta in quibus statuisti, quod nõ red-
deres rationem: cum multa subtraxeris de bonis meis,
& illa habeas dolo vel fraude. nam si legauerit quis ali
cui liberationem, ea quæ penes se debitor habet, & ea
quæ omisit dolo vel fraude non videntur esse remissa.
vt ff. de liber. lega. l. si quis rationes. & l. Aurelio. Nam
& ratihabitio † generalis nõ remittit ea quæ dolo sunt 6
commissa. vt ff. de negot. gest. l. Pompon. si negotium. &
arg. ff. manda. l. creditor. §. Lucius. & ff. de pa[illegible]. l. tres fra
tres. Prætereà non obstat quod tibi dederimus potesta-
tem faciendi statuta, quod propter hoc stare debeamus
si iurauerimus: & vide legem scriptam, † nam si liber- 7
tus iurauerit se daturum operas patrono, quot patro-
nus arbitrabitur, si patronus aliquid fuerit arbitratus,
& inique, decurritur ad arbitrium boni viri. vt ff. de o-
per. libert. l. si libertus ita. Hoc etiam in contractu bo-
næ fidei, in quo videtur esse insertum arbitrium boni
viri. vt ff. pro socio. l. si societatem, cum legibus sequen
tibus. hoc in actione ex testamento: nam si testator di-
cat hæredi, do legatario si volueris: videtur insertum
arbitrium boni viri. vt ff. de legat. 3. l. fideicommissa. §.
quanquam. at quis bonus arbitretur, quòd rationem
non reddat? certè nullus: ergo si venimus contra, non
peieramus: quia nec etiam iurauimus, vt dixi. Et si iu-
rauerimus ex concessa causa deferimus. vt ff. qui satis-
da. cogant. l. vltim. Prætereà iurasti reddere rationem.
& sic si petas quod non reddas rationem, allegas tur-
pitudinem tuam: vnde non audiris. vt C. de transactio.
l. transactione. & C. de reuoc. donar. l. cum profitearis.
& C. de his quæ in fraud. credit. l. filios. Prætereà non 8
valet pactum † ne agam ob res amotas, quia iam inui-
tarentur homines ad delinquendum. vt ff. de pact. dot.
l. conuenire. Item nec valuisset pactum, si actum esset
vt tantum de dolo tenereris. vt ff. de pact. dot. l. Pompo
nius. Econtrà videtur, quod non tenear reddere ratio-
nem ex quo collata est mihi potestas faciendi statuta:
& si malè dixi, non tamen receditur à persona. vt ff. de
verb. oblig. l. si quis arbitratu. cum enim contulistis po
testatem in me faciendi statuta, videmini tacitè remit-
tere, ne rationem exigatis: nam qui paciscitur † ne a- 9
gat depositi, vi ipsa ex dolo commisso in deposito non
agit. vt ff. de pact. l. si vnus. §. illud. licèt enim fortè pa-
ctum non valuisset expressum ne rationem reddam: va
let tamen tacitum mihi factum per potestatem statuti
factam & mihi concessam. nam expressa nocent, non
expressa non nocent. vt ff. de cond. & demon. l. nonnun
quam. & sic cum semel me approbassetis remittendo
mihi tacitè ne rationes reddam amodò non licèt con-
trauenire: quia non est licitum reprobare probatum.
vt ff. de neg. gest. l. Pompo. si negotium. & C. de testi. l. si
quis testibus. Prætereà vos iurastis stare statutis, & ser-
uare statuta à me facta, vel facienda, ergo contra veni-
re non potestis. vt C. de transact. l. si quis maior. & C. si
aduers. vend. l. 1. & C. si minor se maior. dix. l. 1. & licet
ego primò iurauerim reddere rationem: tamen ex quo
iurastis seruare statuta mea, tacitè remissum est primi-
tiuum sacramentum: & sic ad illud primum habeo ex-
ceptionem pacti: saltem sicut in pacto de non petendo
factum intelligitur. vt ff. de pact. l. si vnus. §. pactus ne
peteret. Et pone quòd aliquid subtraxi, & dolum com-
misi: potestis illud remittere. vt ff. de pact. l. iuregentiũ.
§. si paciscar. nam etsi paciscar ne ædium agam nomine
incensatum, valet pactum. vt ff. de pact. l. iuregentium.
§ si paciscar. siue enim adhuc non administraui, & vos
iurastis seruare statuenda à me: non venietis contra: † 10
cum licitum fuit vobis renunciare iuri competituro.
vt ff. à quibus appel. non licet. l. 1. & C. de tempo. appel.
l. [illegible]lri circa fin. Item si administraui: & posteà remisi-
sti, tenuit remissio: quia licitum fuit vobis præiudica-
re & renunciare his quæ sunt pro se introducta, vt ff.
de minor. l. [illegible] iudea. & C. de pact. l. si quis in conscriben
do. Prætereà si malè administraui & dolo: tamen ea quo
iurastis, non venietis contrà. nam si benè administraui
etsi non iuraui, non possetis agere contra me, ergo nec
in his quæ malè: nam saltem debet aliquid operari ad-
iectio sacramenti: sicut & aliàs argu. ff. de leg. 1. l. si quan
do. Nam † quotiens aliqua liberatio legatur tacitè vel 11
expressè videtur legatum quod in obligatione mansit.
vt ff. de libe. l. cum hæres. Nonne licitum est contrahen
tibus se decipere. vt ff. de minorib. l. in causæ. Item ex

quo illi qui erant electi ad statuta facienda consenserunt, tota ciuitas videtur consensisse. nã dicit lex quod non refert verùm ordo elegerit, an ille cui ordo potestatem dedit. vt ff. quod cuiusque vniuer. no. l. item eorum. §. si decuriones. & argu. ff. si agrimen. fal. mod. dix. l. 1. & ff. pro socio. l. actione. § renunciare. ex quo enim semiserunt actiones suas, non est dandus regressus. vt ff. de ædil. edict. l. quæritur. §. si venditor. & quia alias pacta conuenta tuetur prætor. vt ff. de pact. l. iurisgen-
12 tium. §. ait prætor. † & ridiculum videtur reintegrare, vel ad id redire, cui renunciatum est. vt C. de condi. insertis. l. vltim. ff. ad Trebel. l. nam quod. §. qui compulsus. & C. de rebus cred. l. si quis. & de non num. pecu. l. generaliter. Item nec potestis allegare fraudem vel dolum: quia hoc sciuistis. vt C. de transact. l. cum donationis. & ff. de aqua plu. arcen. l. in diem. & ff. de his quæ in fraud. credi. l. qui autem. §. præterea. & de act. empt. & ven. l. 1. in fin. Item hoc factum est in fauorem potestatis: ergo non retorquetur in læsionem eius. vt C. de leg. & consti. l. quod fauore. nec potestis dicere vos metum passos. arg. ff. quod met. caus. l. non est verisimile. Item si ego deiero quia rationem non reddo, & vos similiter
13 deieratis: quia venistis contra. vnde † periurium cum periurio compensatur, sicut & aliàs dolus cum dolo. vt ff. de eo per quem factum est. l. vlt. & culpa cũ culpa. vt ff. de compens. l. si ambo. & delictum cum delicto compensatur. vt ff. solut. matr. l. viro. & arg. C. de inoffic. testam. l. in arenam. vnde cum sumus in eodem delicto, melior est mea conditio quam tua agentis. vt & ff. de verb. obli. l. si seruum. § sequitur. & ff. ad leg. Aquil. l. item si obstetrix. in fin. & ff. ne quis eum qui in ius voca. fue. vi exi. l. 1. & ff. de liber. caus. l. liberis. in fin. Item si vultis conquæri, conquæramini de compositoribus statutorum. & ita vestra mala electio fuit & sit in culpa. vt argum. ff. de act. & obli. l. §. is quoque. & ff. pro soc. l. si socius. & ff. si agrimens. fal. mod. dix. l. 1. Item petendo à me rationem reddi allegatis vestrum periurium & audiri non deberis. vt C. de transac. l. transactionem. & C. de reuoc. don. l. si profitearis & C. de his quę in frau. cred. l. filios. Item cum committis contra legem veniendo contra sacramentum, non petes legem in tui defensionem. vt ff. de minor. l. auxilium. in fin. & cum sim reus, absolui debeo. vt ff. de act. & obli. l. Arrianus. sufficit ergo ciuitati iura sua seruari. non autem quod suam conditionem faciat meliorem. vt ff. ad Trebel. l. ex asse. In hac causa videtur mihi, quòd potestas sit in causa cõdemnandus: & statuta ab eo facta ne reddat rationem, non tenere, quasi hoc vir bonus arbitraturus non fuerit vnquam: non obstante sacramento ciuitas contra uenire potest. vt ff. de oper. liber. l. si libertus. & maximè quia potestas iurauit & præcisè se redditurum rationem. vnde seruare debet iusiurandũ. vt C. si aduer. ven. l. 1. & C. si minor se maior. dix. l. 3. & quia graue est probo viro fidem frangere. vt ff. de constit. pecu. l. 1. Nec videtur remissa redditio villicationis per generalem potestatem concessam sibi faciendi statuta. vt ff. de liber. lega. l. si quis rationem. & l. non solùm. §. si hæres. & l. Aurelio.

ARGVMENTVM.

Marito excommunicato, an dos de iure ciuili per vxorem possit repeti.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium quando morte vel diuortio solutum est, directa ex stipulatu actio pro dote repetenda datur.*
2 *Excommunicatus vt deportatus habetur.*
3 *Deportatus pro mortuo habetur.*
4 *Matrimonium dissoluitur, si diuersa secta sit maritus.*
5 *Matrimonij diffinitio.*
6 *Posse dicimur, quòd cum honestate possumus.*
7 *Dos mortuo marito, vel illo ad inopiam vergente, repetitur.*
8 *Matrimonium propter excommunicationem nõ soluitur.*
9 *Matrimonium sola morte soluitur.*
10 *Maritus & mulier vna caro sunt.*
11 *Dotis causa perpetua.*

QVAESTIO XXI.

Simbaldvs accepit vxorem, & ab ea recepit dotem: longo tempore stetit cum ea: & delictum commisit Simbaldus propter quod est excommunicatus: & in contumacia excommunicationis perseuerat, volens redire ad mandatum ecclesiæ, vxor non volens secum habitare, ne participet cum excommunicato, repetit ab eo dotem, maritus contradicit quod possit repetere: mulier proponit vtilem actionem ex stipu-
latu. Certum est enim, † quòd si matrimonium esset so- 1
lutum morte vel diuortio, quòd directa ea stipulatu locum haberet. vt C. de vxor. actione. l. vnica. ergo cum hic matrimonium sit dissolutum non morte sed diuortio, ita voluntate communi vtilem actionem ea stipu-
latu intendo: certum est enim, quòd † excommunicatus 2
de iure canonum perinde habeatur tanquam deportatus in legibus: nam iure veteri interdicebatur alicui aqua & igni, quod erat alicui maximum supplicium de mundo, esse inter homines, & carere hominum suffragijs. vt C. de apostat. l. hi qui. in cuius locum successit
deportatio. vt ff. de pœn. l. 2. † & deportatus pro mor- 3
tuo reputatur. vt ff. de pœn. l. rei capitalis. in princi. ff. de pub. iudi. l. 1. si reputatur pro mortuo: ergo dotis repetitio locum habet sicut in morte. Præterea stipulatio dotis reddendæ committitur, si vxor ab hostibus capiatur. vt ff. solut. matr. l. si quis sic stipuletur. Item si vxor mutat affectionem mariti deportati vel excommunicati matrimonium soluitur: vnde idem maritus rediens iure postliminij non recuperat vxorem. vt ff. de capti. & postli. reuers. l. non vt à patre. & l. cum duæ. §. vlt. at constat quod ego vxor affectionem matrimonij non retineo, & quia hoc dico expressim, & si non dicerem, eo ipso quod dotem peto, videor velle diuertere. nam si patronus intenderet contra vxorem liberalem actionem, quę non solet competere durante matrimonio, videtur voluisse diuertere. Et eo ipso quod aliquis instituit, vel exhæredat, videtur velle facere testamentum. vt C. de testam. l. non codicillum. Præterea illud est ve-
rum, quod † matrimonium soluatur, si maritus sit di- 4
uersæ sectæ: purà, hæreticus: soluitur dico matrimonium & iure canonum, & iure legum. Versus:

Nam cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Hæc socianda vetant connubia, iuncta retractant.

hoc etiam dicit C. de posthum. l. vltim. at excommunicatus censetur hæreticus, vt in authentic. collatio. 9. de priuileg. hæretic. mulie. non præstan. nam quicumque non communicat in sancta ecclesia, iudicatur hæreticus, vt in illa authent. at excommunicatus non communicat: ergo est hæreticus. cum ergo sit hæreticus, de iure mulier petit diuortium, & nõ potest secum honestè & sine periculo animæ cohabitare. vnde & dotem repetit, maximè cum vult vitare peccatum animæ, ne hæresi tanquam læpra inficiatur, & sic est sibi fauendum, cum sint animæ hominum rebus omnibus cariores. vt C. de sacrosanct. eccles. l. sancimus. Præterea videas
hoc ex diffinitione † matrimonij: nam matrimonium 5
est maris & fœminæ coniunctio, diuini & humani iuris communicatio. vt ff. de ritu nuptiarum. l. 1. at cum meus maritus sit hæreticus, secum matrimonium non possum retinere: cum simul cum eo in diuinis participare non possim. Præterea sicut diximus, excommunicatus similis est deportato: at deportatus amittit omnia quæ sunt iuris ciuilis: ergo & matrimonium. vt ff. de
pœn. l. quidam. Nec obstat si dicatur potes habitare: † 6
nam posse dicitur quis, quod salua honestate potest. vt argu. ff. de condi. instit. l. filius. & ff. de verb. signi. l. nepos Proculo. & ff. de statu libe. l. si peculium, in fin. ergo repetam dotem propter duo. Primò, quia maritus non sustinet onera matrimonij: cùm propter illud dotem recipiat maritus. vt ff. de iure dotium. l. pro oneribus.

Item

Item quia intereſt Reipublicę ne mulieres maneant in-
dotatæ, vt ff. ſolut. matri. l. 1. Item vxor non debet aliq-
gi infortunio mariti, vt C. de donat. inter vir. & vxor.
l. ees. Econtrà defendo maritum, quod non teneatur
reddere dotem. In primis quo niam illæ ſunt cauſæ propter
7 quas compellitur maritus ſoluere dotem: puta, † mor-
te mariti, vel illo vergente ad inopiam, vt C. de rei v-
xo. ac. l. vnica. & C. de iure dot. l. vbi. Item dos ſemper
repetitur ſoluto matrimonio: ita intitulatur C. & ff. ſo-
8 lut. matrimo. quemadmo. dos pe tatur. † at propter excom-
municationem matrimonium non ſoluitur, vt C. de re-
pud. l. 1. nam ibi propter deportationem, quæ deporta-
tio excommunicationi aſſimilatur, non diſſoluitur.
Item & ſi aliquis deportetur, vel etiam damnetur in
metallum: matrimonium propterea non diſſoluitur,
imò remanet in nulla ſui parte læſum, vt in authenti.
9 collat. 4. de nupt. §. quod autem prius. ſola † enim mors
matrimonium ſoluit, vt in authen. collat. 4. de nupt. §.
deinceps. ergo cùm matrimonium nō ſoluatur, dotem
non repetes: imò & ſi vellem ſoluere dotem non poſ-
ſem, vt C. ſi dos conſtante matrimo. ſol. fue. licèt enim
excommunicatio ſicut & deportatio ſit mors ciuilis,
tamen propterea dos non repetitur: nam ſi promitto ti-
bi poſt mortem meam, et ſi ciuilis mors intercedat, non
committetur ſtipulatio, niſi naturalis mors intercedat,
vt ff. de verbor. obligatio. l. ex ea. Præterea dotem non
10 repetes, ideò quia & tu mulier excōmunicata es: † ſunt
enim vna caro maritus & mulier. vnde ſi ego ſum ex-
communicatus, ergò & tu: nam ita eſt inſeparabile no-
ſtrum vinculum, quod nulla de cauſa ſeparetur. nam
quos dominus coniunxit, homo non ſeparet: ſed tamen
euenientes fortunæ euentus ſæpè cont rarios operan-
tur, vt in authen. colla. 4. de nupt. §. quia v erò. hactenus
teneris mecum eſſe in caſu iſto calamitoſo: nam quid
tam humanum eſt, quam de illo tutis caſibus viri vel
vxoris vxorem vel maritum eſſe participes, vt ff. ſolut.
matrimo. l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. Item dotem non
potes repetere, & hoc ex definitione matrimonij: quæ
eſt coniunctio maris & fœminæ indiuidua &c. & quos
dominus coniunxit homo non ſeparat, vt Inſtit. de pa-
tria poteſta. ſi ergo matrimonium non ſoluitur, dotis
repetitio non habet locum, quia dos ſine matrimonio
11 non eſt, vt ff. de iure dot. l. 3. † Item cauſa dotis perpe-
tua eſt, nam datur vt ſemper apud maritum ſit, vt ff. de
iur. dot. l. 1. Item cùm certi ſint caſus, in quibus agitur
ad diuortium, & dos repetitur, vt C. de repud. l. conſen
ſu. & iſte caſus non contineatur: in illis ergo dotem nō
repetes, vt argumen. ff. de iudic. l. cùm prætor. licèt e-
nim excommunicatio matrimonium impediret cōtra-
hendum: tamen contractum non diſſoluit, ſicut & fu-
ror, vt ff. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt. l. patre. & ff.
de ſponſ. l. furor. & de ritu nupt. l. oratione. §. vlt. Item
dignitas mariti mulieri non præiudicat, nec obeſt, vt
C. de nupt. l. ſi libertam. ergo a ſimili nec caſus mariti
aduerſus debet mulieri prodeſſe. dicit enim vnum ge-
nerale, multa impediunt ordinanda &c. vt ff. de pecul.
l. quam Tuberonis. & ff. de poſtul. l. 1. §. caſum. Item
hoc eſt nouum quod allegas ô domina, vnde nouum
eſt neceſſarium conſilium, vt ff. de ventre inſpic. l. 1. &
de interroga. actio. l. de ætate. §. ex cauſa. & argumen. ff.
de conſtitu. princip. l. in rebus nouis. Item ſi hoc eſſet
multa matrimonia diſſoluerentur: & ſic liberi nō pro-
crearentur, & ciuitas liberis non repleretur, vt ff. ſolu.
matrimo. l. 1. Item non eſt præſumptio quòd matrimo-
nia tanto priuilegio vallata propter hanc cauſam diſ-
ſoluantur, vt argum. C. de inoffic. teſtam. l. ſi quando.
Item malum eſt ſicut dicis vxorem cohabitare viro ex-
communicato: deterius tamen eſſet ſi ab eo ſeparetur:
vnde de his duobus malis minus malum eſt eligēdum,
vt arg. Inſt. de vſu. in princ. & arg. ff. de pericul. & com.
rei vendi. l. 1. §. licèt. Item eſt conſuetudo antiqua, quòd
matrimonia propter hanc cauſam non diſſoluātur: er-
go illa conſuetudo ante eſt ſpectanda, vt argūm. ff. de
public. l. Imperatores. Item res eſſet mali exempli, er-
go vitanda, vt ff. de cuſto. & exhib. reo. l. diuus. In hac
quæſtione iure ciuili maritum ad dotem reſtituendam
condemno: ideò quia matrimonium ſoluitur excom-
municatione, ſicut & deportatione: & ideò dico ſolui:
quia nunc vxor nec ſeruat affectionem illi ſuo marito,
vt C. de diuor. l. 1. Iure autem poli quo cauſa vxor ma-
rito excommunicato cohabitaret, & matrimonium
propterea non ſoluitur, maritum à petitione mulieris
abſoluo.

ARGVMENTVM.

Si aliquis occaſione alterius exigatur inuitus, an ha-
beat actionem contra eum, cuius occaſione fuit
exactus.

SVMMARIA.

1 *Obligatio quoties per legem inducitur, nec quo actionis genere experiamur cautum ſit: condictione ex lege agendum eſt. Idem ſi per ſtatutum inducatur.*
2 *Negotia alterius vtiliter gerenti, negotiorum geſtorum vtilis actio datur.*
3 *Damni cauſam qui dedit rependere tenetur.*
4 *Statuta legibus derogant.*
5 *Locupletandus nullus eſt cum iactura aliena.*
6 *Actio negotiorum geſtorum an detur ei qui debitum alterius etiam inuitus ſoluit.*
7 *Negotium quatuor modis alienum dicitur.*
8 *Actiones omnes vnde oriantur.*
9 *Actionem qui habet, rem habere videtur.*
10 *Debitori tempora duplantur, ſi creditor ante diem egerit.*

QVÆSTIO XXII.

INformatus vir quidam Piſtorienſis ciuis, contraxit
debitum Florentiæ. deinde prædictum debitum nō
vult ſoluere. vir quidam alius Piſtorienſis, nomine
Sempronius iuit dico Florentiam cum ſuis mercimo-
nijs: creditor Florentinus prædicti Informati cœpit il-
lum Sempronium, & eum omnibus ſpoliauit, & in
perſona propria flagellauit: nunc Sempronius agit con
tra Informatum, cuius occaſione damnum ſibi datum
erat, ideò vult agere, quia ſtatutum erat in prædicta ci-
uitate Piſtorienſi, vt quicunque haberet vel ſentiret
damnum occaſione alterius, quòd ille cuius occaſione
damnum contigiſſet, deberet emendare. Nunc quæri-
tur an poſſit Sempronius agere contra Informatum, &
qua actione. Et quòd poſſit agere pro Sempronio actio-
re inſiſto. In primis contra Informatum actionem ex
ſtatuto propono: ideò quia nemo ſine actione experi-
tur, vt ff. de negot. geſt. l. ſi pupilli. in fin. & l. Sempro-
nius. & de admin. tuto. l. quotiens. & C. de for. & impe.
actio. l. r. quòd enim condictio ex conſuetudine vel ex
ſtatuto locū habeat ita probatur. dicit enim lex, quod
† quotiens per legem inducitur obligatio aliqua, nec 1
eſt cautum ea lege, quo genere actionis experiamur,
condictione ex lege agendum eſt, vt ff. de condict. ex
lege. l. 1. Ita etiam in ſtatuto: quandò cautum eſt per ſta-
tutum quòd agere poſſim, nec actio per ſtatutum in-
ducitur, condictione ex ſtatuto agitur: maximè quia ſta
tutum pro lege debet ſeruari. & legem imitatur, vt In-
ſtitu. de iure. nat. gent. & ciuil. circa finem. & ff. de le-
gi. & conſtit. l. de quibus. Item videtur fortè quòd lo-
cum habeat negotiorum geſtorum, quod non approbo
multum, ſicut in contrarijs rationibus apparebit, ſed
ſuſtineri poſſet quòd locum † habeat negotiorum ge- 2
ſtorum vtilis: ideò quia geſſi negotium quod habebas
neceſſe gerere. nam habebas ſoluere neceſſe debitum
creditori, & per factum meum tu es liberatus. vnde v-
tiliter eſt geſtum, ergo debet haberi pro rato: ſufficit
enim negotium geſtum, vt ff. de negot. geſt. l. Pompon.
Item iſtud fuit tuum ipſo geſtu: quia feci illud quod
neceſſe habebas ſoluere, vt ff. de negot. geſt. l. ſi pupil-
li. & ſic actione propoſita credo teneri. & pro hoc
poteſt induci ferè lex expreſſa. ff. de negot. geſt. l. nam
& Seruius. nam qui occaſionem damni dat, damnum
dediſſe videtur, vt ff. ad l. Aquili. l. qui occidit. §. in

3 hac actione. Ad idem facit, vt † si damnum aliquod pa-
tiar persuasione, quòd ille tenetur, cuius occasione pas
sus fuerim, vt ff. de dolo. l. cùm quis. Item statutum ci-
uitatis hoc dicit, vt debeas damnum datum mihi occa-
sione tui resarcire: & sic teneris mihi, maximè cùm sta-
tuta pro legibus obseruētur, vt C. quæ sit long. consue-
tu. l. consuetudinis. et vt omittam has allegationes, quę
possunt circa consuetudinem allegari: istud est verum,
4 quod & istud obtinet, † quòd semper statuta legi dero-
gent, vt ff. communia de seruit. l. vēditor. Item dicit re-
5 gula iuris nullum fieri † locupletem cum damno alte-
rius, vt ff. de condict. indeb. l. nam natura. & alibi, quòd
per alium alij non debeat iniqua conditiō afferri, vt ff.
de reg. iur. l. non debet. at certum est, quod tu à debito
es liberatus, quia creditor ipso iure cadit à iure suo, vt
in authent. col. 9. vt nulli iudi. §. quia verò huiusmodi.
& §. quoniam verò contingit. ergo cùm per me sis libe-
6 ratus, meritò mihi teneris. Item licet † ego soluerim
debitum tuum quo tenebaris: quia liberari aliter non
poteram, & ita volui mihi prospicere tantùm: & cùm
ex hoc facto tu sis liberatus, datur mihi negotiorum
gest. actio: nam hæres qui voluit sibi in futurum pro-
spicere, & domum reficit, quia conditio fructuarij fa-
cta est melior, aget contra illum, vt ff. de vsufru. l. si ab-
sente. Prętereà si fideiussor recolligit pignora à quo nō
tenebatur: nihilominùs agit etiam pro illis pignorib.
vt ff. de neg gest. l. fideiussor. Item ille qui accedit ani-
mo deprædādi ad negotium alterius gerendum, habet
actionem negotiorum gest. dummodò illius negotium
sit factum melius, vt ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. 3. Cùm
enim consuetudo sit in castro, ergo tenenda: nam & a-
liæ videbuntur occasiones, imò exactiones singulis an-
nis mutari, nisi consuetudo cōtradicat, vt C. de suscep.
& archa. lib. 10. l. neminem. Item quòd locum habeat
negotio. gesto videas. nam quis inuitus & ignorans li-
beratur, vt ff. de neg gest. l. soluendo. & ff. de solut. l. so-
lutionem. nam cùm per factum & damnum meum sis li
beratus, non debes locupletari cum aliena iactura, vt
argu. ff. de instit. l. si quis mancipijs. §. Proculos. vel pos-
set fortè intentari officium iudicis, cùm omnis deficiat
actio, vt argu. ff. de minori. l. quòd si minor. § vlti. nam
certum est, quòd occasione Informati ego sum captus
& deprædatus, vnde mihi teneri debes. nam si culpa co
loni damnum detur in re locata, tenebitur locatori co-
lonus, & culpam coloni accipimus, si propter eius ini-
micitias vicinus arbores excidit, vt ff. loca. & condu. l.
si merces. § culpæ. & hoc damnum tua culpa mihi da-
tum fuit. nam si soluisses die statuto, vel ipso interpel-
lante: ego damnum istud non habuissem. vnde quia
non soluisti, damnum istud passus sum ego. nam & ma-
ritus tenetur vxori de rebus peremptis to guerram, si
illa guerra culpa mariti contigerit, vt ff. solu. matrimo.
l. in his rebus. Item si duo sunt socij, vnius culpa vel
maleficio damnum in societate contingat, ipse solus
damnum sentiet, vt ff. pro socio. l. cum duobus §. pe. Et
hoc etiā est in actione communi diuidundo, vt ff. com-
muni diuid. l. si is cum quo. Nam & conductor tenetur
locatori, si eius culpa fuerit fracta mensura, vt ff. loca-
ti. l. item quæritur. §. si quis mensuras. Item istud est ve-
rum quòd nullus pro alio conueniatur, nec teneri de-
beat, nisi culpa intercedat, quare debeat teneri. & ne-
mo tenetur de casu fortuito, sed si culpa præcedat ca-
sum, tenebitur, vt ff. commo. l. si vt certò. §. quòd verò.
Et non tenetur debitor de periculo pecuniæ nauticæ,
sed si culpa sua pecunia pereat, tenetur, vt C. de nauti-
co fœno. l. 4. Econtrà dico quòd nullo iure agere po-
test Sempronius contra Informatum. In primis quòd
7 actio neg gest. non habeat locum, ideò † quia negotiū
dicitur alienum quatuor modis, re ipsa, ipso gestu, cu-
ra & sollicitudine, & ratihabitione. at nullo prędicto-
rum modorum istud negotium fuit tuū, vnde neg. gest.
non ages. Quòd enim quatuor modis dicatur alienum,
& non alijs, dicit ff. de neg gest. l. pupilli. si enim re ipsa
non fuit negotium, quia non ædificasti. Item non cura
& sollicitudine, quia non fuit tutor nec curator. Item
nō ratihabitione, quia licèt nomine meo fuerit gestum
negotium, tamen ratum nolo habere. Item nec ipso gē-
stu, quia non fecisti ex voluntate, licèt illud feceris,
quòd necesse haberes facere: tamen spontè gessisti. vn-
de directa locum non habet, vt ff. de neg. gest. l. 3. § hac
actione. & licèt illa dicatur de necessitate teneri, nō de
hac necessitate loquitur, sed de necessitate tutoris &
curatoris. Item condictio ex statuto locum non habet
ideò, quia statutum dicit: quicquid occasione alterius
alter damnum senserit, quòd ipse teneatur restituere.
Respondeo: verum est si occasio sit proxima, non remo-
ta, alioquin faber teneretur. nam de occasione proxi-
ma est exemplum. ff. ad l. Aquili. l. qui occidit. §. in hac
actione. Item habes exemplum de culpa proxima. ff. vi
bono. rapto. l. prætor ait. §. pen. Item licet per factum
tuum sim liberatus: tamen contra me propterea non a-
ges. Nam si vicinus opus fundi sui causa faciat, & illud
opus sit mihi vtile, tamen interdicto contra me non a-
gitur, vt ff. ne quid in loco pub. l. 1. §. idem Labeo. Item
si ille creditor meus re spoliauit, agere contra illum &
recuperare potes in quadruplum, vt in authen. colla. 5.
vt pigno. non. in princ. Item cùm habeas actionem con
tra illum, contra me non ages. sicut vides in tali argu.
quòd si quis promisit sub pœna stare iudicio, & fuit
posteà ab aliquo retentus, quòd non venit: si agam con-
tra illum ad pœnam, nulla se exceptiōe defendet: ideò
quia poterat agere contra illum, vt ff. si quis cautio. l. 2.
in fine. Ad idem facit ff. de eo per quem factum est, l. vl.
Nec obstat ff. de negot. gest. l. nam & Seruius, quia illa
loquitur in hostibus Romani populi, contra quos nul-
lam actionem habemus: at si a latronib' capti fuissent,
licèt ipsi soluant pro alio recedente, non tamen agent
aliqua exceptione: ideò contra latrunculos agere pos-
sunt & repetere, sicut ibi notat hanc quæstionem do-
minus meus. Item nullo modo potes agere contra me.
nam non sum tibi obligatus, nec † ex contractu vel qua- 8
si, nec ex maleficio vel quasi, ergo nullo iure. nam ex his
tantùm actiones oriuntur, argum. ff. de actio. & obl. l. 1.
& Institu. de oblig. † cùm enim habeas actionem con- 9
tra spoliantem, ergo rem habere videris, vt ff. de regul.
iur. qui actionem. & ff. de in integ. rest. l. nemo videtur.
ergo contra me non ages: quia si ageres, iam bis idem
exigeres, quòd iura nolunt, vt ff. de regul. iur. l. bona fi-
des. Nam & imputatur tutori qui potuit agere contra
debitores, & non egit, vel si egit & est victus, & non
appellauit, vt C. de admin. tutn. l. si bonam. & ff. de e-
uict. l. Herennius. §. Gaia. hoc & idem in procuratore,
vt ff. mand. l. si procurator. Item ego video quòd si em-
ptori fiat iniuria, qui habet rem à venditore, quòd il-
la iniuria venditorem non contingat, vt ff. euictio. l. si
per imprudentiam. & C. de euict. l. emptor fundi. vn-
de cùm tibi fuit facta iniuria: quia te sua authoritate
spoliauit, quod non debuit fecisse, cùm iudicialis vi-
gor ideò sit in medio constitutus, ne quis sibi sumere
valeat vltionem, vt C. de Iudæis & cœlico. l. l. nullus.
& si aliquis se putat actiones habere, benè est, quòd a-
ctionibus experiatur, vt ff. quòd metus causa. l. extat.
Item si tibi fuit facta iniuria, ego non teneor. nam & si
violentia inferatur emptori non contingit vendito-
rem, vt C. de act. empt. & vendit. l. vltim. & si fideius-
sori iusta competebat exceptio, & iniuria iudicis fuit
condemnatus, non aget contra debitores contraria a-
ctione mandati, vt ff. de fideiussor. l. exceptione. & ar-
gumen. ff. manda. l. si procuratorem. §. si ignorantes. Et
si per iniuriam iudicis contra hæredem sententia lata
sit: non nocet legatarijs, vt ff. de legat. 1. l. si seruus plu-
rium. §. 1. Nam & licèt occasione debiti (quia tenebar)
damnum tibi datum fuit: non tamen teneor aliquo iu-
re. Nam & si socio damnum sit illatum occasione rei
communis, non aget contra socium. putà, quia vul-
neratus fuit à seruis venalibus fugere volentibus, vt
ff. pro socio. l. socium qui. §. socius. nisi fortè esset so-
cius omnium bonorum, vt ff. pro socio. l. cum duo-
bus. §. damna. & ff. de noxalib. actionib. l. si communis.
Item negotiorum gestorum si soluit aliquid indebitè,
non potest imputare domino cuius negotia gessit:
imò sibi debet imputare, vt ff. de nego. gest. l. si quis ne-
gotia

gotia aliena gerens. & ita hic. nam licèt ad instar geren
tis negotia fuerit actum: quia ille soluit indebitè, tamē
non aget. Item videtur quòd informatus non fuit in
culpa quare sis deprædatus & spoliatus. nam si erat de-
bitor: aut dies soluendæ pecuniæ venerat aut non, si nō
10 venerat ante diem peti non † poterat: imò si petatur,
tempora duplicantur, vt Institu. de except. in fin. nam
qui ante diem agit, male agit, vt ff. quando dies leg. v-
sufr. ce. l. 1. in fin. Item si venerat dies, debuit creditor
Florinus venire Pistorium, & ibi Informatum conue-
nire: quia scriptum est, actor rei forum sequi debet, vt
C. de iurisdict. omn. iudic. l. iuris ordinem. & l. in cri-
minali. & C. vbi in rem actio. l. vltim. Item debuit eti-
am petere per actionem competentem, hoc est, per cer
ti condictionem de mutuo, non propria authoritate à
non debitorē, vel ab ipso debitore exigere, vt C. ad
leg. Iul. de vi public. l. in possessionem. nec intelligor
ego frustrator: cùm & si essem Florentiæ ibi non coge-
rer suscipere iudicium, vt ff. de iudic. l. non videtur.
Nec obstat de neg. gest. l. soluendo & de solutio. l. solu-
tionem. quia locum habet quandò sponte aliquis sibi
soluit. Item aut fuisti coactus ad soluendum, & tunc
contra me non ages, quia habes auxilium legis. C. vn-
de vi. l. si quis in tantam. vel actionem bonorum rapto.
vt Institu. vi bon. rapt. vel condictionem ex lege, & in
quadruplum, vt in authent. vt non fiant pig. col. 5. aut
sciens soluisti illud indebitè, & tunc non repetes, vt ff.
de regu. iur. l. cuius per errorem, vt C. de condict. inde.
l. indebitum. aut ignorans: & tunc repetes per condi-
ctionem indebiti, vt ff. de condic. indeb. l. si pœnæ. §. 1.
& sic cùm habeas actionem, rem habere videris, sicut
superiùs dictum est. Item fortiori ratione Informatum
defendo. nam tu qui agis: aut agis nomine tuo, aut no-
mine creditoris: nomine tuo non potes, quia non pro-
curator, non gestor negotiorum, sicut superius dictum
est. Item si nomine creditoris similiter non ages, etsi a-
ctionem tibi cessit, sine cuius cessione non posses age-
re, vt ff. de solut. l. Modestinus. nam eo ipso quo intulit
tibi violentiam cecidit à iure suo, vt in authen. vt pig.
non fiant, col. 5. vel condemnari debet per sententiam,
vt notantur hæc C. vnde vi. l. si quis in tantam. vnde
sum absoluendus. In hac quæstione videtur mihi se-
cundùm iura, quòd Informatus sit absoluendus à peti-
tione Sempronij: ideò quia Sempronius repetere po-
test, & cum augmento quadrupli à creditore, quod si-
bi soluit. vt in authen. vt pign. non fiant, colum. 5. vnde
cùm repetere possit, actionem contra Informatum non
habet, vt argum. ff. si quis cau. l. 2. in fin. & ff. de eo per
quem fac. est. l. vltim. non enim fuit negotium Infor-
mati, nec re ipsa, nec ipso gestu, nec cura & sollicitu-
dine, nec rati habitione. Si autem volumus considera-
re statutum quod ipsa ciuitas habet, vt quodcunque
damnum alij contingat occasione alterius, quod illud
damnum ei emendetur: tunc distinguo de qua occasio-
ne intellexerint compositores statuti. si de occasione
remota ipsi nomine alterius fiat aliqua pignoratio, vel
aliud damnum alicui inferatur, sicut & olim fiebat &
hodiè fit, tunc tenetur Informatus restituere damnum
pro Sempronio per condictionem ex lege consuetudi-
naria, quæ consuetudo licèt sit legi contraria, licèt non
de iure sed de facto, in omnibus partibus pro lege ser-
uatur. si verò de alia occasione non intelligeretur, sci-
licet quòd esset proxima, sicut lex ponit exemplum. ff.
vi bonor. raptor. l. prætor ait. §. penultim. tunc dico In-
formatum non teneri. In dubio quid præsumimus? di-
co reuertendum ad compositores statuti, quæ fuerit
eorum intentio, vt ff de prætor. stipulat. l. in prætorijs.
& argumen. ff. de testamen. l. hæredes. Si autem com-
positores statuti non possint inueniri, præsumo quod
de hac causa intellexerunt, maximè propter illius vi-
tium: sicut & olim ita hodie Informatum condemno
ad restitutionem ex legis consuetudine. ita tamen
quòd Sempronius cedat Informato actionem, quam
habet contra creditorem violentum, scilicet condi-
ctionem ex lege illa. in authent. vt pign. non fiant. col-
lat. 5.

ARGVMENTVM.

An administrator ecclesiæ vel ciuitatis deposita ad-
ministratione si producitur in testem, sit testis
legitimus.

SVMMARIA.

1 *Edictum de testibus prohibitorium est.*
2 *Omnia de iure licent, nisi vetita sint.*
3 *Testimonium dicere pro vniuersitate etiam vniuersitatū particulares possunt.*
4 *Administrator vniuersitatis administratione pendente pro vniuersitate ipsa testis esse potest. & nu. 8.*
5 *Officium suum nemini damnosum esse debet.*
6 *Familiaris qui regulariter à testimonio repellitur, quandoq; tamen ne veritas angustetur, admittitur.*
7 *Serui in probationum defectum ad testificandum admittuntur.*
9 *Ratihabitio negotium quod nomine meo gestum non fuit vt meum sit, operatur.*
10 *Procurator qui se pro euictione obligauit. administratione deposita, obligatus adhuc remanet, & de euictione tenetur.*

QVAESTIO XXIII.

Vitalis administrator fuit cuiusdam ecclesiæ vel
ciuitatis tēpore suæ administrationis fecit con-
tractum nomine ecclesiæ vel ciuitatis: deposita
administratione quæstio oritur de illo contractu. Vita-
lis administrator inducitur in testem: quæritur an pos-
sit reddere testimonium? Quod possit ita probo. In pri-
mis: † edictum de testibus est prohibitorium. at hic nō 1
inuenitur prohibitus, ergo admissus, vt ff. de testi. l. 1.
hoc idem in titu. de procur. quia omnis admittitur, qui
non prohibetur, vt ff. de procu. l. mutus. §. 1. Hoc idem
in titu. de postulando, vt ff. de postu. l. 1. † Omnia enim 2
sunt à iure concessa, nisi inueniantur prohibita, vt ff.
ex quibus caus. ma. l. nec non. §. 1. & ff. de proba. l. ab ea
parte ad idem arg. C. de testamen. l. sancimus. Item de-
bet admitti. nam certum est, quòd venditor ad testimo
nium admittatur pro emptore in quæstione finium re-
gundorum, vt ff. finium regund. l. eos. ergò & hic multò
magis: quia istum non respicit nec commodum nec in-
commodum causæ: igitur admitti debet, cùm admitta-
tur venditor, ad quem respicit euictionis periculum, vt
C. de euict. l. non dubitatur. & l. si fines Nec potest dici,
quòd istius sit causa propria. quia ad eum non respicit,
nec commodum nec incommodum causę, vt ff. quandò
appella. sit l. 1. §. in propria. & si respiceret commodum
aliquod, ideò quia clericus est de illa ecclesia vel ciuis
de illa ciuitate: tamen non debet propterea repelli,
ideò quia non principaliter causa cōtingit eum, sed se-
cundario. sicut in legatario, qui admittitur ad testifi-
candum pro testamento, in quo sibi legatum relinqui-
quitur, vt Insti. de testam §. legatarijs. † Item causa est 3
vniuersitatis vel ecclesiæ & non istius: vnde admitti-
tur. nam causæ vniuersitatis non sunt singulorum, vt ff.
de rerum diuis. l. in tantum §. vniuersitatis: vnde liber-
tus vniuersitatis singulos de vniuersitate vocabit, vt ff.
de in ius vocan. l. sed si hac. §. qui manumittitur. Nam
& debitor vniuersitatis non est debitor singulorum,
nec quod debetur vniuersitati, singulis debetur, vt ff.
quod cuiusque vni. no. l. sicut municipij. §. 1. Item vide,
quia tabellio cuius authoritate scriptura vires accipit,
admittitur in testem, vt arg. ff. qui testa. face. poss. l. do-
mitius. nam si quæstio vel controuersia de instrumen-
to emerserit, veritas per tabellionem debet probari
authorem, vt C. ad l. Corn. de falsis. l. si quis decurio. in
fin. imò: † si esset administrator, & duraret administra- 4
tio, administrator posset recipi in testem. Nam certum
est, quòd ab ipso contractu nil est quæsitum administra
tori, imò ciuitati vel ecclesiæ, vt arg. ff. de consti. pec. l.
eum qui Ephesi. §. penul. & ff. de acquir. hæred. l. placet.
Præterea scriptum est, † quòd officium suum nemini 5

debe. t

debeat esse damnosum, vt ff. ex quibus cau. ma. l. videli-
cet. & ff. de furt. l. si seruus communis. § quod verò. at
si iste impediretur reddere testimonium, cùm quilibet
admittatur ad hoc, iam officium suum sibi esset dam-
nosum. Præterea nónne iudex perhibet testimonium
in his quæ sibi liquent tanquam iudici, vt ff. fini. regun.
l. si irruptione. Præterea tutor perhibet testimonium in
testamento, in quo scriptus est tutor, vt ff. qui testa. face.
possunt, l. qui testamento. 1. responso. Item licet aliàs
prohiberi posset, tamen hic in defectum admittitur, si-
cut & hæreticus, qui licèt aliàs repellatur, tamen ne
probationis veritas angustetur, admittitur, vt C. de hæ-
6 reti. l. quoniam. in fin. Item & † familiaris repellitur à
testimonio aliàs, vt C. de test. l. iure ciuili. & ff. de testi.
l. testes eos. tamen ne veritas angustetur admittitur, vt
C. de repud. l. consensu. §. seruis. Item tabularius perhi-
bet testimonium in proprio instrumento, quod pro-
prijs manibus fecit, vt C. de testamen. l. hac consultissi-
ma. §. vltim. & in authent. de fide instrumen. collat. 6. §.
oportet. Item iudex prout potest veritatem debet in-
uestigare, vt C. de edend. l. is apud quem. Item proxene-
ta qui melius nouit factum, admittitur ad testimoniú,
licèt inuitus non compellatur, vt in authen. de testi. §.
quoniam verò. col. 7. vnde videtur quòd durante ad-
ministratione admitti possit, ar. in authent. de fide in-
stru. §. si verò neque administrator. maximè cùm per a-
7 lios veritas probari non possit, sicut † in seruo qui in
defectum probationum admittitur, vt ff. de probat. l.
cùm probatio. & ff. de testi. l. serui. & C. de quæstionib.
l. interrogari. ff. de ædil. edict. l. quarto. §. fina sicut posi-
tum est in themate, deposita administratione induci-
tur. vnde benè debet admitti. quia omnia iura transe-
unt in ciuitate, vel in ecclesia, vt C. quandò ex facto tu-
8 to. l. 1. † nam etiam durante administratione potest te-
stificari: quia facit hoc non quasi administrator, sed tan
quam quilibet, sicut plura arg. notantur tanquàm. ff. de
adopt. l. si pater. & ff. quod cuiusque vni. no. l. item eo-
rum. & ff. quod iussu l. 1. at cùm administratio sit depo-
sita, rectè admittitur: quia præsens tempus inspicitur
in teste, vt ff. de verbo. signi. l. notionem. §. fina. Econtrà
videtur. quòd hic à testimonio repellatur. Nam prohi-
betur aliquis ferre testimoniú in causa propria, vt C.
de testib. l. omnibus. Hoc etiam in iudice, vt C. ne quis
in sua causa iudi. l. vnica. Hoc idem in arbitrio, vt ff. de
arbi. l. pe. nec in causa vxoris vel sui familiaris, nec eo-
rum quos secum habet, vt ff. de iurisdic. omn. iudi. l. qui
iurisdictioni. & ff. de iniur. l. lex Cornelia. in princip.
cùm ergo prohibeatur aliquis ferre testimoniú in cau-
sa propria, vt C. de testi. l. nullus. ergo & hic repellitur.
nam causa ista dicitur ipsius propria, cum eo admini-
strante contractus fuit celebratus, quem contractum
9 ipse celebrando approbauit. † nam & aliàs ratihabitio
facit tuum negotium proprium, quod nunquàm fuit
tuum, vt ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. item quæritur. Et
approbatio facta a prætore facit ius esse prætorium,
quod fuit ciuile. nam petitio hæreditatis est ciuilis, vt
ff. de peti. hære. l. item veniunt. §. prædic. sed tamen in-
terpretatione prætoris dicitur prętoria, vt ff. si pars hę-
re. peta. l. 1. Item & actio in factum de pauperie ciuilis
est inuentione, vt ff. si quadru. pau. fe. dic. l. 1. in princip.
sed tamen dicitur prætoria per approbationem, vt ff. si
quadru. pau. fe. di. l. 1. §. ait prętor. Hoc idem in actione
negot. gesto. & commodati. nam istæ actiones de nati-
uitate sunt ciuiles, vt ff. commodati. l. in commodato.
§ sicut. sed per approbationem dicuntur prætorię, vt ff.
de neg. gest. l. ait prætor. & ff. commo. l. 1. Item lex Fal-
cidia inducta fuit à Falcidio prætore, vel à legib. vt In-
stit. ad fal. 1. responso. & locum habet tantùm ad bona
testantium, sed tamen dicitur inuenta à diuo Pio per ex-
tensionem, qui eam extendit ad intestatorum successi-
onem, vt ff. ad l. fal. l. filius. in principio. Item accepti-
latio de natiuitate inducta fuit à Gallo Aquilio, vt In-
stit. quib. mod. tol. ob. §. præterea. sed dicitur iurisgen-
tium per approbationem, vt ff. de accept. l. an inutilis.
in fin. cùm ergo tempore regiminis approbaueris con-
tractum, modò cùm produceris, nunquàm diceres con-
tractum: maximè cùm non liceat reprobare pro-
batum, vt ff. de neg. gest. l. Pompo. Nec obstat quòd ad-
ministratio est deposita. † nam & procurator, qui pro 10
euictione se obligauit, etiam deposita administratione
tenetur, vt ff. de procura. l. procurator qui pro euictio-
ne. sic & deposita administratione conuenitur à credi-
toribus ille qui administrauit, si illorum obligationé
nouauit, vt ff. de administra. rer. ad ciuit. pertin. l. 3. §.
Præterea benè scis, quòd seruus durante dominio, in
caput domini non torquetur, nisi in casibus, vt C. de
quæst. l. 1. imò & si desijt esse in dominio illius, etiam si
si posteà vult contra eum nó torquebitur: & hoc in re-
uerentiam prioris dominij, vt ff. de quæst. l. in ius. §. ser-
nus. & l. etiam. & C. de quæstio. l. seruos. Item non ad-
mittitur hic ad testificádum. nam certum est quòd sem-
per in testibus status illius temporis cósideratur, quan-
dò celebratur contractus, vt arg. C. de testamentis. l. 1.
& ff. qui testa fa. poss. l. ad testium. §. códitionem. at cer-
tam est quod tempore illo, quandò fuit celebratus con
tractus, non poterat admitti tanquàm in re propria, si-
cut dictum est, ergò nec nunc admittitur, licèt admini-
stratio sit deposita, ex quo enim semel quis repellitur,
etiam si perueniat in eum statum in quo possit admitti,
tamen repellitur à testimonio. & si posteà reuertatur
ad fidem nó obliterabitur prius factum: nam nec in te-
stem recipitur, vt C. de apostat. l. hi qui. arg. ad idem ff.
de ritu nupt. l. palàm. nam & qui semel repellitur ab of
ficio militari, putà missus ignominia, prohibetur po-
steà militare, licèt fuerit absolutus, vt ff. de re milita. l.
qui cum vno §. ignominia missus. Item reprobatur alia
ratione. si enim fuit patronus administrator istius cau-
sæ vel ecclesiæ, vnde licèt nunc non sit, debet tamen re-
pelli. Nam & si quis fuit antè aduocatus in causa qua-
dam, & posteà fiat iudex in causa illa in qua fuit aduo-
catus, repellitur à iudicando, vt ff. de iurisd. om. iudi. l.
si prætor. & qui in causa aliqua fuit patronus, repelli-
tur à testificando. ff. de testi. l. fin. ne dum ad vtrumque
festinat neutrum benè peragat, & ne aduocationis me-
mor incorrupti iudicis nomen proferre non possit, vt
C. de assesso. l. fin. & si quis fuit aduocatus in causa fisci,
in eadem causa non erit iudex, vt C. de aduoc. fisci, l. 1.
nisi fauore pupillorum, vt ff. de postulan. l. vlt. Item li-
tes debent sine suspicione procedere, vt C. de iudi. l. a-
pertissimi. ergo hic repelli debet, cùm sit suspicio ne di-
cat pro ecclesia vel pro ciuitate. Item nec obstat si dica-
tur cessauit administratio: ergo rectè in testem induci-
tur. & posset induci ad illud generale, cessante causa
cessat effectus, vt ff. de his qui no. infam. l. liberorum. &
C. de Epis. & cle. l. feruns. & auth. ibi signata. quia illud
esset verum quandò causa esset ratio, quare à testimo-
nio repellatur: & illa causa esset finalis non impulsiua,
vt arg. ff. de postulan. l. 1. §. sexum. & C. de iure do. l. mu-
lier. & ff. de dona. l. 2. §. si. Item hic videtur ecclesiæ vel
ciuitati domesticus, vt arg. ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. fa
miliæ. at domestici testimonij fides improbatur, vt C.
de testi. l. domestici. & C. de his qui ad ecclef. confugi.
l. vlt. §. penul. In hac quæstione visis & auditis allega-
tionibus vtriusque partis & diligenter consideratis, e-
go Rofredus Beneuen. iuris ciuilis professor ita pro-
nuncio istum debere admitti in testem: ideò quia admi
nistratio est deposita: nam duráte administratione ad-
mitti posset, vt ff. de testi. l. ob carmen. §. 1. & alia ratio-
ne: quia edictum de testibus est prohibitorium, & hic
non inuenitur prohibitus, imò admissus per l. illam,
ob carmen. Et est tertia ratio, ne veritas probatiónis an-
gustetur, vt arg. C. de hære. l. quoniam.

ARGVMENTVM.

Possessor rei alicui donatæ, mortuo donante si con-
ueniatur à donatario, an possit ei opponere, quòd
non impleuit conditionem in donatione appo-
sitam.

SVMMARIA.

1 *Donatarius contra rei donatæ possessorem vtili rei vendi-
catione vel vtili publiciana agere potest.*

2 *Dire-*

2 *Directum dominium non nisi cum possessionis traditione transferri potest.*
3 *Emptor nominis vtiles habet actiones.*
4 *Possessor rei donatæ, contra donatarium rem donatam vendicantem, quòd alimenta non præstit[illegible] excipere potest.*
5 *Alimenta qui debet non, nisi dies apposita sit, aut alimenta petita sint, morosus dicitur.*
6 *Rei vendicatio et qui dominus est de iure gentium vel ciuili datur.*
7 *Publiciana vtilis quando locus sit.*
8 *Modus & conditio quoad effectum non differunt.*
9 *Doli exceptio à quolibet possessore opponi potest.*

QVAESTIO XXIIII.

RAinerius prædium habebat, quod prædiū à quodam extraneo possidebatur: putà Titio. Rainerius iste hoc prædium Seio donauit: & hæc verba inseruit in instrumento obligationis. Ego Rainerius tibi Seio tale prędium dono, & omne ius quod vel quale habeo, tibi concedo, & procuratorem te in rem tuam facio: veruntamen volo vt quamdiù vixero, præstes mihi alimenta. tempore procedente Rainerius nullo hærede relicto decessit, nunc Seius agit cōtra Titium fundi possessorem: quæritur qua actione possit agere contra eum. Verùm istud pone in themate, quòd Seius Rainerio non præstitit alimenta, quæritur an Titius possit excipere? Quòd enim Seius possit agere contra Titium
1 ita probatur. † Et in primis actionem proponimus, scilicet vtilem rei ven. vel vtilem publicianam. vt ita concipiatur libellus. Petit Seius factus procurator in rem suam à Rainerio fundum talem designatum per tales fines, positum in tali loco, quem fundum Titius possidet. vnde ab ipso Titio fundum illum petit vtili rei vendicatione vel vtili publiciana. Certum est enim quòd vel vtilis rei vendicatio vel vtilis publiciana locū habeat. nam Raynerius qui donauit, aut fuit dominus, & tunc
2 in Seium transtulit vtile dominium: † directum enim non potuit transferre sine possessionis traditione. nam
3 ego video quòd † emptor nominis habeat vtiles actiones, vt C de hæred. vel actio. vendi. l. emptor nominis. si enim aliquis fiat procurator in rem suam, etiam in actione hypothecaria, vtilem actionem hypothecariam habet, quæ actio in rem est, vt C. de hære. vel act. ven. l. ex nominis emptione. & C. de pigno. l. pignoris persecutio. Item ex legato nominis vtiles actiones legatariis dantur, vt C. de leg. l. ex legato. Item & si nomen detur in dotem, maritus habebit vtiles actiones, vt C. de act. & obl. l. nominibus. Item si nomen debitoris pignoretur, vtilis actio competit creditori, vt C quæ res pign. ob. poss. l. nomen. Et si legetur nomen, vtilis actio datur legatario, vt in d. l. ex legato. Nec obstat verùm actio sit personalis vel realis. nam & si realis actio, acquiritur ei cui cessio facta fuit, vt C. de hære. vel act. ven. l. vlti. in tantum enim mihi ius est quæsitum ex tali donatione vel cessione, quòd mihi detur vtilis actio, quæ vtilis præfertur illi directæ quam habuit ille qui cessit, vt ff. de procura. l. procuratore in rem suam. cùm ergo per cessionem in ius illius succedo, sicut ille poterat vendicare, ita possum & ego, vt ff. de regu. iur. l. qui in ius. licèt ille possit agere directò: ego tamen agam vtiliter, inter quas actiones nulla est differentia, vt ff. de
4 negot. gest. l. act. † Nec obstat si excipis, quòd alimenta non præstiti, vnde donatio poterat reuocari, vt C de donat. quæ sub modo. l. . Respon. quia allegare non potes, cùm non sis hæres donatoris, nec ius habeas in re illa: imò & si esses hæres, tamen non posses hoc allegare. nam si donatarius commisit causam ingratitudinis, propter quam donatio poterat reuocari: tamen si testator nō reuocauit, nec hæres eius poterit reuocare quasi ab ingrato, vt C. de reuocan. dona. l. vlt. videtur enim donator remisisse huiusmodi cōditionem vel modum scilicet de alimentis præstandis, ex quo nihil dicit in testamento. Nam & dominus qui de seruis non fuit quæstus in testamento, qui eum tempore vulneris iuuare neglexerunt, videtur eis illam offens[illegible] remisisse, vt ff. ad Silan. l. 1. §. vlt. Item quantum ad te plenum habeo, sicut & simile ff. si seruit. ven. l. loci corpus §. competit. Item per me non stetit quominùs alimenta præ-
starem: † nam non fui in mora, quia non interpellatus, 5
nec dies fuit apposita, vt C. de contrah. & committen. stipu. l. magnam. nec aliquid interuenit, quòd morā videatur inducere, vt ff. de vsur. l. mora. licèt enim intelligam me debere, illud non sufficit, licèt videatur contrarium, vt ff. si cer. pe. l. quòd te. debui enim facere petenti, sed non petenti non debui offerre, vt ff. quorum lega. l. fi. §. quod ait prętor. & si hæres debuit cauere legatario, ita videtur esse in mora si ab eo petatur, & non caueat: non autem debet offerre, vt ff vt in poss. leg. l. 1. § 2. Item iusiurandum debet præstari, ita tamen vt exigatur, vt ff. de oper. nunc. l. de pupillo. §. qui opus. & ff. de iureiuran. l. iusiurandum. & ad pecunias. § qui iusiurandum. ergo cùm per me non stetit, quia alimēta à me petita non fuerunt, quantum ad me debet haberi conditio pro impleta, vt argu. ff de contrah. empt. l. Labeo ait: si mihi bibliothecam. vnde possum petere rem, licèt non præstiterim alimenta. sicut & alias quis petit legatum vel hæreditatem, ex quo per eum nō stetit quominùs per eum pareretur conditioni, vt C. de insti. sub condi. fac. l. 1. Prætereà licèt omnia iura deficiant, æquitas suadet mihi potiùs dari actionem quam tibi. vnde in factum actio posset intendi, vt ff. de præscript. verb. l. quotiens. Econtrà possessor Titius se hoc modo defendit contra Seium. In primis, quòd nec vtilis rei vendicatio locum habeat, nec vtilis publiciana. quòd enim vtilis rei vendicatio non habeat locum in primis ita
probatur. Certum est, quòd † rei vendicatio detur ei 6
qui dominus est de iure gentium vel ciuili, vt ff. de rei ven. l. in rem actio. at tu cùm non habeas dominium rei venditæ non intentabis. certum est enim quòd dominia rerum traditionibus & vsucapionibus acquirantur, vt C. de pact. l. traditionibus. ex solo enim contractu si statum sit in finibus cōtractus, & non sit vltra processum, dominium non quæritur, nisi ecclesię, vt C. de sacrosan. eccle. l. vlti. cùm enim tibi donauerit donator, ius personale fuit tibi quęsitum, scilicet condictio ex lege hodiè, vt C. de donatio. l. si quis argentum. non autem reale: pacta enim apposita rem non afficiūt, sed personam obligant, vt ff. de contrahen. empt. l. vlti. vnde cùm fundum possideam, & de intentione tua non constet, scilicet quòd sit tibi quæsitum dominium, ergo non restituam, vt C. de rei ven. l. res alienas. & si non vincam iure meo: vincere tamen debeo illo iure quo possessores sunt potiores, vt ff. si vsusfruct. pet. l. vti frui. nam quotiens sunt dubia vtriusque iura semper pro possessore iudicamus, vt Instit. de interdict. §. commodum. Item
nec vtilis † publiciana locum habet, si res non tradatur: 7
& ex ea causa ex qua vsucapio sequitur, sine traditione enim publiciana non datur, nisi in casibus vbi dominium sine traditione quæritur, vt ff. de publicia. l. 1. in princ. cum legibus seq. & Institu. de actio. §. aliæ autem. ergo cùm inutilis sit actio proposita, sequi debet absolutio, vt ff. si agrimens. fal. mo. di. l. 1. Item ego tibi non sum obligatus nec ex cōtracto vel quasi: nec ex maleficio vel quasi, ergo non teneor, vt ff de act. & obli. l. 1. & Instit. de oblig. Item ponamus, quòd tibi esset res acquisita, tamen si ius aliquod habuisti, amisisti. Nam aut fuit modus, aut conditio. modus: do tibi illum fundum, & te in rem meam procuratorem facio, vt des mihi alimēta. conditio, do tibi &c. si dederis mihi alimenta. si enim fuit modus scilicet res tradita: ex quo nō paruisti, res potest auocari, vt C. de dona. quę sub modo,
l. 1. inter † modum enim & conditionem nulla est dif- 8
ferentia, quoad effectum, vt C. de his quę sub modo, l. 1. nam reuocatur quod est datum, ex quo modo nō est paritum, vt ff. de alimen. lega. l. libertis. §. Lucius. & ff. de fideicommissariis liberta. l. cùm in testamento. Item si fuit conditio: primò debuit parere cōditioni, & posteà rem petere, vt ff. de condit. insti. l. et qui ita hæreditaté. & l. mulier. & ff. de condit. & demonstra. l. qui hæredi. §. vlt.

§.vlt. Nec interest quòd non sim successor, quia istud non possim opponere quasi mea non interfit, imò interfuit. Nam si legatarius sit iussus aliquid facere, & hæredis non interfit id fieri: neganda tamen est actio legatario, vt ff.de lega.1. l. si tibi legatum est. Nam & vides 9 alibi, quòd l. doli exceptio opponi potest à quolibet possidere, vnde propterea potest dici in rem licet contra hunc possidentem dolus non sit commissus, vt ff.de doli excep.l.2.§ planè. [illegible] si non fauore mei hoc admitti debet, tamen propter tuum odium debeo audiri, qui fidem fregisti, quod graue est, vt ff.de consti.pec.l. 1. Nam & alias auditur seruus qui proclamauit in libertatem: auditur dico non sui fauore, sed ob venditoris iniuriam, vt ff.de libera.causa l. liberis.§. si duo.& §. si quis. Nam tu fidem non seruasti, vnde fides non debet seruari tibi, vt argum. C.de pa[illegible]. l. cùm proponas. Item tu alimenta nõ præstitisti, ergo per te stetit: quomodo ergo petes rem. nemo enim potest consequi rem sibi relictam, ex quo per eum stat quominùs pareat conditioni. vt ff.de condi.instit.l.vl[illegible]im. vt ff. de condi.& demonstr.l.iure ciuili. Prætetea dolo facis, quia petis quod restituturus es, vt ff.de dol[illegible] except. l. dolo facit. certum est enim quòd restitues, [illegible] Item futuro hæredi vel curatori dato bonis: quia hæreditas sustinet vicem defuncti, vt ff. de acquir. rer. dom. l. hære[illegible]itas. imo sustinet personam futuri hæredis, vt ff de noua. l. nouatio. Item audiri non debes qui vis habere commodum, sed non incommodum, cùm onus non senseris, & ideò repelleris, vt argum. C.de cadu.tol.l.1.§. pro secondo. vnde cùm nullum ius habeas, licèt ego nullum ius habeam, tamen potior debet esse causa mei possidentis, vt argum. ff.de verbor.oblig. l. [illegible] seruum.§.sequitur. & ff de regu.iur.l.cùm par. Item res ista fuit tibi sub conditione donata vel modo, vnde antequàm modo vel conditioni par[illegible]tur. non recessit de dominio donatoris, vt argum. ff.de rei vend. l. non ideò minus, & ff. de condi.furt.l. si seruus.& ff.fam.erciscun.l. & post litem §.res quæ sub conditione. vnde si penes donatorem remansit, in te transire non potuit. quia duo eiusdem rei insolidum domini esse non possunt, vt ff.commodati.l. si vt certò.§ si duobus vehiculum. Item nec debes audiri si velis dicere, quòd fiat deductio alimentorum, pro quanto pretio potuissent alimenta præstari, & in reliquo condemnet. ff. de fideicommiss. liber. l. generaliter. §. si quis alienum. & ff.de lega. 2. l. Imperator.§. si centum. ex hac enim donatione cerro quòd modus non esset appositus, non esset tibi quæsitum dominium, sed debes agere contra successorem donatoris, vt tibi rem tradat. imponitur enim tradendi necessitas, vt Insti. de dona. & compelles illum condictione ex lege, vt C.de dona.l.si quis argẽtum. vnde expecta hæredem, vt conditionem tibi cedat, & posteà potes agere contra me. Nec obstat si dicas, successorem non habet. nulla enim fere potest inueniri hæreditas quæ hæredem non habeat, saltem fiscum. vt ff.de iure fisci, l. 1. §. an bona.& C.lib.10.de b[illegible]nis vacantibus. vnde præpostera est petitio tua, quod primò vis agere contra me quàm à tertio tibi cedatur. & sic debes repelli, vt argumen.C.de hære.acti.l. vt debitum. Item per propriam cessionem nullum ius est tibi quæsitum: quia obligationes non possunt recedere à persona, vt ff.de pecul. l. quis ergo casus. & ff. pro socio.l.3. In hac quæstione videtur mihi quòd Seius possit agere vtili rei vendicatione contra Titium, quia per illam cessionem vtilis rei vendicatio quæsita est vel publiciana, vt C.de hærede. vel act.ven. l. vltim. Item an possit obijcere exceptionem non præstitorum alimentorum iste possessor, distinguo: quia aut est hæres, vel ius habet in rem: quia causam habet à defuncto lucratiuam vel necessariam, & tunc obijcit omnes exceptiones, scilicet non datorum alimentorum, sicut poterat defunctus apponere, alias non. vt argum. ff.de except. l. exceptiones. & l. omnes. & ff. de regu. iur. l. qui in ius. nam cùm defunctus haberet actionem ad repetendum propter alimenta nõ præstita multò magis habet exceptionem iste. argu. ff.de superficiebus.l.1.

ARGVMENTVM.

Si pactum factum est de dando prædio, quod valet: putà centum, pro decem minus si contingat vendi, an prædio nunc valente quindecim tantùm, teneatur dare pro quinque venditor.

SVMMARIA.

1 *Actio ex stipulatu vnde oriatur.*
2 *Factum omne hominis incertum est.*
3 *Stipulatio omnis pactum continet.*
4 *Facto proprio contrauenire nemini licere.*
5 *Casus fortuitus neque in contractibus bonæ fidei, neque stricti iuris præstatur.*
6 *Delictum quod in societate socij culpa contingit, suum erit & non commune.*
7 *Minus solutum intelligitur, & si nihil solutum sit.*
8 *Verbum, Residuum, totius repetitionem admittit.*
9 *Pretium præsentis temporis præstandum est, etiam in legatis & vltimis voluntatibus.*
10 *Verba pacti quæ dura & aspera sunt, mitigari debent.*
11 *Donatio ex mera liberalitate procedere debet.*
12 *Conditio tacitè repetita quandoq; intelligitur.*
13 *Casus fortuitus prauideri non potest.*

QVAESTIO XXV.

IVlianus fecit pactum Sempronio, quòd si aliquo tempore vellet vẽdere domum suam, quòd domum illa daret Sempronio pro decem libris minus quàm res illa communi pretio æstimaretur: & istud pactum fuit stipulatione vallatum: & domus illa tempore huius obligationis: ponamus, valebat centum, nunc tempore procedente domus illa non valet nisi 15. hoc contingente vel casu temporis, vel delicto Iuliani. nunc Iulianus vult vendere illam domum. dicit Sempronius, accipias quinque, & dimittas mihi domũ sicut conuenisti. quæritur nunquid compellatur? Et videtur quòd sic. & ad hoc intendo pro Sempronio † actionem 1 ex stipulatu, quæ oritur ex stipulatione ad hoc [illegible] facias, vt Instit. de verbo. obliga. in princip. cum enim agam ad factum, ergo ad incertum, vt ff.de re iudic. l. si quis ab alio. §. vltim. omne † enim factum [illegible] incertum est, vt ff.de verbor. obligationib. l. [illegible] 2 non apparet.§. quid quod. cum enim dicat præt[illegible] cta seruabo, vt ff. de pact.l. [illegible]rifigenium. §. ait p[illegible] ergo multò fortius debet seruari stipulatio: [illegible] 3 omis stipulatio contineat pactum, vt ff.de pact. [illegible] libi dicunt iura, quòd cõtractos ex conuentione [illegible] accipiunt, vt ff.depositi l.1.§. si conuenerit. vnd[illegible]um facta sit stipulatio, nemini licitum est contra p[illegible] nire, vt C.de pact.l. si quis in conscribendo. Na[illegible] verba ligant homines: taurorum cornua funes. ab o[illegible] tione enim rectè constituta altero inuito non pot[illegible] recedi, vt C.de actio.& obligat. l.sicut. adeo vt [illegible] rescriptum contrauenia[t], vt C. de rescin. vendi. l. [illegible] tas † & non solùm contra factum suum legitim[illegible] ctum nullus contrauenire potest: imò & si sit fa[illegible] minus legitimè, non potest quis contrauenire vt ff. de seruitu. rustic. prædior. l. per fundum. & ff.de adoptio. l. post mortem. & ff. communia. de seruitu. l. venditor fundi. Nec obstat, quòd modò domus sit diruta, vel eius pretium diminutum. quia mihi non debet imputari, quòd non diminui, vt ff.ad l.Aqui[illegible] putat[illegible] & ff.mandati.l.si fideiussor. Item pactus es quod si [illegible] les vendere, quòd dare mihi pro decem minus. & vis vendere, ergo teneris ad æstimationem præsentis temporis. ad hoc enim videtur inter nos cõuenisse [illegible] de verb. obli. l. quotiens. ergo res tanti valet quanti v[illegible] potest. dicit enim lex, quòd res tantùm valeat qu[an]tum vendi potest, vt ff.ad leg. Aquiliam. l. si [illegible] meum. & ff.de furt. l. si quis vxori. in fi. l. & ff.ad [illegible] de[illegible] ctu. l. 2. §. partio. Quotiens enim debe[illegible] præsens tempus inspicitur, ff. vt de [illegible]aria. in hac.

ex

ex quo enim res est facta deterior, scilicet, domus, &
cursu temporis: tuum debet esse damnum, & non me-
um. Istud enim fuit casus fortuitu [illegible] ergo præuideri nô
5 potest. vnde † nec in contractu bonæ fidei, nec stricti
iuris præstatur, vt ff. commo [illegible] l. [illegible] commodato. C. de
actio. pigno. l. quæ fortuitis. & ff. de a [illegible] mini [illegible] rat. rerum
ad ciuit. pertin. l. 2. § [illegible] eo tempore. Item si [illegible] mus ista
fuit diruta & dimasta culpa tua, hoc [illegible] non impu-
tabis. nam & damnum quod [illegible] sua culpa [illegible], de se
quæri debet, vt ff. de regul. iur. l. [illegible] quod [illegible] Hoc idem
6 in societate. Nam † id [illegible] contingit in socie-
tate culpa socij suum erit [illegible] m, & non commune,
vt ff. pro socio l. cum duobus. §. vltim. Hoc etiam con-
ductori imputatur, vt ff. [illegible] §.
culpæ. Hoc etiam in co [illegible] diuidundo iudicio, vt
ff. communi diuid. l. si is cum quo. Item [illegible] id pactum
fuit appositum saunre mei: ergo non [illegible] læ-
sionem, vt [illegible] & co [illegible] quod fac [illegible] & ff. ad
Carbon. l. Carboniana. §. causæ & C. de secund. nupt. [illegible] ge-
neraliter, in fin. le [illegible]. Item cum domus [illegible] diruta tuo
ma [illegible], p [illegible] tam de [illegible] tuum afferret tibi lu-
crum, [illegible] mihi damnum [illegible] quan-
ti domus valu [illegible] in nullo [illegible] um
pretium [illegible], vt ff. de p [illegible] hæreditat. l.
[illegible] rem & pretium & l. [illegible] de lega. §. [illegible] & si ma-
lum [illegible] cum maleh [illegible] quod
iura no [illegible] si a Reo. §. [illegible]. & ff. ad
leg. A [illegible] in fi. Præterea ponamus,
quod non va [illegible] decem [illegible] mihi domum, &
nihi a me [illegible] quando dixisti, dabo pro de-
cem minus [illegible] habeo temi [illegible]
7 propte [illegible]. † nam [illegible] intelligitur solutum, &
si nihil [illegible] tum sit, vt ff. de verbor. signific. l. minus.
& minus videtur [illegible] tribuere etiã, qui [illegible] tribuit. ff. de
tribut. l. illud. §. minus. nam est istis verbis, minùs to-
tum significatur [illegible] acceptus, vt quanto
minùs possit [illegible] bere d [illegible] etiamsi totum sit mi-
n [illegible] potest haberi in totum te-
8 nebitur, vt [illegible] b. [illegible]. Nam † ver-
bum, residua, o [illegible] onem admit [illegible], vt C. de hę-
red. [illegible] & [illegible] is a [illegible] tur, & si to ũ
minus, v [illegible] quandò. Præ-
te. pone, q [illegible] domu pret [illegible] um esse [illegible] ctum, quia va
let nunc mille libr [illegible], quæ [illegible] tionis centũ
valebat, si ergò ve [illegible] etem dona-
re mille libras minus [illegible] em. & [illegible] pretium pete-
res tibi da [illegible] nunc non deb [illegible] petere centum li-
bras, quæ valebat domus tempore obligationis, sed
quantum valet nunc. Nam [illegible] debet aliquis de-
siderare, cuius contr [illegible] desideraturus: maxi-
mè in talibus, vt C. de solutioni [illegible] penultim. [illegible] ad
hanc quæstionem potest adaptari [illegible] generale, tem-
pus [illegible] esse inspiciendum. Item insticit frater, si id
quod est [illegible] conuentum, seruetur: non vt petis meli-
orem [illegible] bi dari vt ff. ad Trebel [illegible]. l. ex as-
se. In [illegible] cit enim q [illegible] moum non pateri [illegible] non au-
tem debe [illegible], si a [illegible] tempus fi-
ret rel [illegible] non pos [illegible] habere nisi [illegible] vt ar-
gum. ff. de iur. [illegible] quoti [illegible]. Item lex dicit aper-
9 tè, † præs [illegible] temporis præstari pretium, & ei [illegible] le-
gatum & vltimas voluntat [illegible] quæ fauorabiliores [illegible] ant,
vt ff. de auro & [illegible] certum auri. & [illegible] de
alimen. [illegible] & ff. de legat. l. [illegible]
plius. & l. [illegible] domus. Item [illegible] domu au [illegible] lem
emere, omne com [illegible] pe [illegible] ad me. & coge-
rer maius p [illegible] præst [illegible], vt ff. de contra [illegible] p.
l. Rutilia. Idem [illegible] tas es, sicut [illegible], vt
argumen. ff. de percu. & c [illegible] n. re [illegible] endi. l. nece [illegible] ita
quod pactum de [illegible] pro [illegible] minus, [illegible] per fit
[illegible] um: & non postulabi [illegible] illud, c [illegible] contrar [illegible] non
esses postulaturus vt C. de res [illegible] [illegible] taras. & C.
de vsur [illegible] fica. Item non potest co [illegible] de fraude vel
dolo [illegible] volenti non [illegible] vt ff. de a-
qua plu. arcend. l. in [illegible] & C. de [illegible] ùm do-
nationis. & argum. ff. [illegible] hinc. & de his
quæ in frau. l. qui autem. §. præterea. Item [illegible] quũ et,

si li [illegible] bi cõtra pacta venire: iam enim nullus finis
li [illegible] esset vt C. de transa [illegible] o. l. fratris tui. quod iura
nolunt, vt in Authent. de litig. collat. [illegible] § omnem. Item
si [illegible] quid fuerit obscurum, contra te debuit interpre-
tatio fieri, qui potuisti legem apertius d [illegible] ere, vt ff. de
pa [illegible] l. veteribus. & de contr [illegible] empt. [illegible] l. labeo. si e-
[illegible] contrarium tibi placui [illegible], bene [illegible] otuisses contra-
[illegible] velle & dicere, vt ar [illegible] C. de caduc. tol [illegible] l. pe-
nu [illegible] §. sin au [illegible] em. [illegible] non obstat, si dicas: tempu [illegible] con
tractus [illegible] vt ff. de constit. pecun. l. item. & ff. de [illegible]
gat. [illegible] & de a [illegible] io. & obligat. l. cum quis. [illegible] ad
veru est [illegible] contractus debeat cel [illegible] & c [illegible]
su [illegible] mari [illegible] puta [illegible] debebat pecunia: tunc [illegible]
tempus [illegible] ff. de re iud [illegible] l. si kalendis
fie [illegible] & de actio. & obligat. l. [illegible] & [illegible] contra-
[illegible] mpus [illegible] quando co [illegible] est [illegible]
matus & completus. [illegible] casu no [illegible] tionis
contractus [illegible] est cond [illegible] vnd [illegible] adhuc [illegible] tus nõ
[illegible] st: debes enim dare p [illegible] nus, si vende [illegible] ali-
quo tempore. vnde te [illegible] te vend [illegible] condi [illegible] con-
tra [illegible] us consistit. [illegible] ante haoce [illegible] nullum
ius habeo, vt a [illegible] ff. de actio. & obliga. l. [illegible] si er-
go contentus [illegible] ere al [illegible] vt C. [illegible] b. ro.
de thesa [illegible] si [illegible] re [illegible] plu [illegible] t, [illegible] commo-
dum [illegible] quæ [illegible] valet, te sequ [illegible] tur in-
commodu [illegible] maxi [illegible] cont [illegible] dem [illegible] ra-
tio. & vbi eadem æquitas, ibi idem est ius, vt C. de con
stit. pecun. l. vlt. C. ad leg. falcid. [illegible] ff. de fi [illegible] iuss [illegible] ut.
l. si [illegible] deiussores ff. de inu [illegible] rupt. testam. [illegible] ff. ad legem
Aqui [illegible] l. [illegible] lud. Itẽ non debet detelc [illegible] obligatio pro-
pter causam postea contingentem, vt ff. de ædili. edict.
l. iustissime. §. vltim. Quod enim ab initio factum est ri-
te, non debet ea euentu po [illegible] vitiari, vt C. [illegible] de admini-
strat. tutor. l. sancimus. & ff. de iniur [illegible] actuque priuat. l.
nec enim. Idem videas legem quæ tempus præsens di-
cit inspiciendum. C. de milit. testamen. [illegible] modò.
§. vltim. Nam inspicitur status mil [illegible] æ, qui fuerit tem-
pore status militaris. Econtrà Sempronius contra Iuli-
a [illegible] m hoc modo [illegible] defendit. Inp [illegible] is, quod verba pa-
cti, quæ dura & aspera [illegible] debeant mitigari nam &
hoc [illegible] quitas su [illegible] rit, [illegible] iure scripto desi [illegible] mus, vt 10
ff. [illegible] aqua plu. arcend. l. in summa. §. item Varus. nam &
iusta causa intercedente mitigant [illegible] verba iuris, vt vi-
des: [illegible] natus prohibuit mutuari pecuniam filijs-famili-
as. iusta tamen causa intercedente concessit: puta cau-
sa [illegible] m, vel dotis, vt ff. ad Macedonia. l. sed Iu [illegible] a-
nu [illegible] od [illegible] ius. Item æquitas verb [illegible] iuri [illegible] stricti ali-
quando [illegible] lucit, aliquando coarctat, sicut & [illegible] ic. nam
litera occidit, spiritus autem viuificat. Et quare est li-
citum, quod recedat a pacto: propter causam de nouo
conting [illegible] ntem. nam iure nouo nouum consilium, vt ff.
de venter. ins [illegible] c [illegible] quæ postea emergent auxilio in-
digent, [illegible] ff. de interrog. act. l. de ætate. §. ex causa. Nam
si recep [illegible] fideiussores idoneos, & posteà noua de causa
fiant non solvendo: ex iusta causa succurritur mihi cre-
d [illegible] ori contra de [illegible] tores, vt a [illegible] dentur, vt argum. ff. vt
[illegible] possess. [illegible] g. [illegible] plane si noua. Nam [illegible] debitori mulie-
ris [illegible] marito do [illegible] pro [illegible] ittatur, & po [illegible] ea mulieris debitor
desierit esse soluendo, subuenitur ne ad eum pe [illegible] at
peri [illegible] ulum, vt ff. d [illegible] iu [illegible] doti. [illegible] promi [illegible] endo. §. si a debi-
tore. Et si tut [illegible] dam [illegible] bus facultatibus po-
ste [illegible] la [illegible] tur, subuenitur magistratui, ne p [illegible] sit conue-
ni [illegible], vt ff. de magistr. côuenien. l. 1. §. si magistratus. Sub-
nen [illegible] ur [illegible] ominatori, si [illegible] minatu [illegible] idoneus facultatib.
lapsu [illegible] sit, vt ff. de adminis [illegible] r. rer. ad ciu [illegible] per [illegible]. l. 2. §.
si eo. Nam nihil imputatur colle [illegible], si collega
idoneu [illegible] fui [illegible] ò facult [illegible] la [illegible] sit, vt [illegible] de admini-
strat. tut [illegible] r. l. etiam. Nec etiam i [illegible] negotiorum
gestori, vt [illegible] de nego [illegible] gest. [illegible] tella. §. [illegible]. Secundò
allegat Sempronius, quia d [illegible] bet in [illegible] mpus contra-
ctæ obligati [illegible] is, vt arg. ff. de côtrah. emp. [illegible] & de
here. vel a [illegible] ven. l. 2. § 1. & ff. de e [illegible] ct. l. bon [illegible] tatis. & hoc
non solùm in contra [illegible] tu bonæ fid [illegible] verum e [illegible], imò e [illegible] iã
in contractibus stri [illegible] iur [illegible] s, vt ff. de [illegible] & oblig. l. cùm
quis. Item quando ego promisi quòd darem pro decem
minùs, videtur tacite actum inter nos, si res maneret in

Kkk eodem

eodem statu. nam & hoc generaliter contingit: nam qui promittit alquem iudicio sisti, quo erat tempore promittendi: quia hoc tacitè actum videtur inter vtrumque, vt ff. si ex noxali causa ag. l. in princip. ita enim videor tibi promittere, scilicet in eodem statu remanente, vt tuus nec tuum, nec meum fiat deterius, vt ff. si quis cau. l. si quis quenquam. Item nónne est haec summa iniquitas, si res quae tempore contractus valebat centum, & nunc valet x. si ego darem tibi pro sexta comparatione decem: vnde talis iniquitas a iure non toleratur: subuenitur enim a iure. nam haec decep io re ipsa contingit. vnde cùm res ipsa dolum contineat, purgatur a lege, vt ff. de verbor. obl. l. si quis cum aliter. nam & datur condictio ex lege, vel officium iudicis, vt C. de rescind. vendit. l. maioris. vnde cùm haberem actionem, si rem tradidissem, multò fortius habeo exceptionem si possideo, vt ff. de superfic. l. & de regul. iur. l. cui damus. Nam quis toleraret hanc iniquitatem, cùm rem tibi quasi donarem: cum donatio

11 non exigatur ab inuito: imò l. ex sola mea liberalitate procedat, vt ff. de donat. l. 1. Praetereà emptio debet fieri pretio interueniente, vt ff. de contrah. emp. l. p. ita. & si deficeret, emptio non valeret. ff. de contrah. emp. l. 1. Occurrunt enim iura circa iniquitates & damna intolerabilia: à simili, cùm locaui fundum colono, & fundus ille chasmate, vel per vitium graculorum, vel alio modo deterior factus sit, minoratur pensio colo ni, vt ff. locati & conducti. l. ex conductio. §. sed & si labes. & §. penult & fin. & sic vnoquoque tua pensio tua litiam continet: & sic non est malitijs indulgendum, vt ff. de rei vendic. l. in fundo. & iniquitas debet remoueri, vt argum. ff. de eo quod certo loc. l. i. Praeterea iusta ratione te conuinco: sicut enim diminutum est pretium in te principali, ita etiam diminuitur illud pretium, scilicet quasi in illis decem velatum illud repe-

12 titum. nam & alias condictio indebiti tacitè repetita, vt ff. de conditio. & demonst. rat. l. ... & dies etiam aliquando tutelli tu tacitè peritus, vt ff. de verbor. obl. gat. l. interdum. Item & alias labor est pe cunia diuisio, cum recipiunt, vt ff. de annu. leg. a. l. Scio a ... meo. Item si res sit facta deteriora tempore

13 i. s, mihi non debet imputari: quia l. casus fortuitus non potest praeuideri. vt ff. de adimin. strat. ref. ad cunta. ... cotemptae. Item & si sint facta res deterior vitio meo, non debet propterea minus pretium: quia non a se ... ando da afflicto, vt C. de epi. cop. audien. l. tam ... & ff. de tutor. & curat. dat. ab his. l. Ro... inus Apulus. sicut etiam diminutum pretium rei principalis, ita debet minui pretium illud, hoc est, decem librarum, vt ff. de condit. & demonst. l. P. autius. In hac quaestione videtur mihi, quod iste Sempronius qui vult vendere praedium, teneatur dare Iuliano illud praedium pro decem minus, sicut conuenit: maximè quia conuentio est legitima: & propter casum posteà contingens in non debet fieri mutatio, vt ff. de annuis legat. l. liberto. §. a liberto. & argument. ff. de legat. 2. l. haeres.

ARGVMENTVM.

An haeredes qui retinent dotem, quae consistit in rebus mobilibus, intra annum teneantur interea dare vxori defunctae alimenta.

SVMMARIA.

1 *Alimenta iudicis officio petenda sunt.*
2 *Alimentorum fauor qualis sit.*
3 *Maritus quare dotis fructus habeat.*
4 *Dos proprium matrimonium mulieris.*
5 *Mulier vt alimenta ab haeredibus mariti sibi praestentur, agere potest.*
6 *Appellatione pronunciatum extinguitur.*
7 *Alimentorum occasione haereditas diminuitur.*
8 *Mulierem alere tenetur is penes quem dos est.*
9 *Mulieres parapharnales sibi proprias etiam constante matrimonio habet.*
10 *Maritus cur alimenta mulieri praestet, causa qua sit.*
11 *Alimenta dare personale onus est.*
12 *Mulier diues & suspectans alimenta petere ab haeredibus mariti non potest.*
Quid si mulier pauper sit & misera. ibid.

QVAESTIO XXVI.

Sinibaldus accepit vxorem quandam, pone libertam: tempore procedente separatam est matrimonium ... fortè diuortio & bona gratia: vel fortè solutum est morte. habet maritus vel eius haeredes dilationem ad dotem reddendam per mobilibus annum: immobilia debet statim reddere, vt C. de rei vxor. actio. l. vnic. §. exactio. Nunc dote constituta in mobilibus & soluto matrimonio maritus vel haeres opponit exceptionem anni. mulier interim petit alimenta dicens se ... bere à marito vel eius haerede sustentari. & pone quòd haec mulier est inops, non habet vnde ... alat: vel fortè diues, ... & alias sibi sufficiens. ... fit petere alimenta? Quod po... probo. ... a- ctionem propono ad alimenta petenda ... proponno ... iudicis, quo alimenta petantur. Nam si quis alit desideret, iudex de re illa cognoscit, vt ff. de agno- ... be. l. si quis a liberis, in princip. Hoc etiam ... ua & in alimentis pup. In praestandis: quia pe praetorem ... vt ff. de pupil. educ. ... inp incip. nam si non praestantur alimenta ... Praeses prouinciae aditur. vt C. de alimen. pup. ... l. 1. Hoc ... in alimentis p. ... andis a filio pat. ... nam competens iudex subebit alimenta patri praestari a filio, vt C. de alen. liber. à pat. l. 1. Et sic per haec iura patet, quòd officij iudicis de iure intentatur ad petenda alimenta. Quòd enim possim petere, iura omnia velle videntur. Inprimis sfauorem inducimus ex parte nostri ... nam petit. o nostra est ita fauorabilis, quò ... licet alimentis agatur etiam ... vt ff. ... Item tantus est fauor alimentorum, quòd soluto ... per triennium inducit obligationem in futurum ... de fideicommiss. l. 1. licet ita ... vt C. ... l. si certis annis. Item si non ... tis conditio, res data renocatur, vt ... donat. ... mudo. l. ... Item esto, qu... d ... s habe... tam, de tuo tamen mihi praestare debes. nam e... quòd fugienti ad ecclesiam de alieno a ... ta praestentur, vt ff. de his qui ad eccles. confug. ... tt. Item & quando Carbonia na bonorū poss... o ... tur, tantus est fauor alimentorum, quod interdum ... tur & fruitur rebus alienis, vt ff. ad ... arbo. l. ... §. an autem vescendi. Item videō qu... d alimenta ... tur de alieno in captiuitate retentis, qui pro ... detinemur, vt C. de Episco. audien. l. iudices. quare gò vel quasi coer, impie marite, m... ... tari ... recordaris de bono seruitio, quod nos ... & die praestabam, & ego alimenta peto non de ... eno, sed de meo proprio. nam dos ideo dat... ... vt onera matrimonij feratur, vt C. de ... d ... ... pro oneribus. & ideo fructus dotis apud maritum sunt: quia sustinet onera matrimonij, vt ... pro oneribus. † Haec est enim causa, quare maritus ... habet fructus dotis: ... a sustinet onera matrimonij vt ff. de iure dot. l. dotis fructus, in princip. ergo ... ... sa, quae est ... matrimonio soluto, dari deberent ... menta, cum fructus per ipsi. ... adoptio. l. in omni ... re. Vides enim, ... ras dotis promissas ... ... potest ... rem non exhibuit, vt ff. de dote ... pt. l. pater d... prijs enim bonis ... alimenta quae a re maritu ... dentur. Nam dicit lex ... dos est proprium ... nium mulieris, vt ff. ... in fin. nam & inde sustentatur & alitur, ... tur maritus possidere. vt C. qui potius in p... sidua: Praeterea ... ... as, debes sentire onus, quod ... dare alimenta cuius est emolumentum, ipsius ... e e

esse & onus: vt dicit vnum generale. & habes Insti.de
legi.patro.tu. Præterea pone, † quòd matrimonium sit
solutum morte, & agat mulier contra hæredes mariti:
bene potest petere alimenta. Ecce enim mulier post
mortem mariti alium accepit: vnde quodammodò sibi
videtur operam exhibere: si ergò exhibet operam, vi-
ctu & sumptu mariti debet exhibere, vt ff.de oper. li-
ber.l.operæ. Nónne duo fuimus in carne vna? dicit hoc
authoritas, hoc dicunt iura, vt ff.rerum amot. l.1.C.de
crimin.expil.hæredita.l.aduersus. licet ergò vna pars
recessit de seculo, alteri parti quę adhuc remanet, quo-
modo alimenta negantur? It[illegible] video, quòd si mulier
religionem seruet primo marito defuncto, id est, quia
ad secundum matrimonium non accedit, omnia priui-
legia retineat, etiam quoad dignitatem: nam ita [illegible]ma-
net nobilis, sicut antè fuit nobilitate mariti illustrata,
vt ff.de sena.l.fœminæ. Item ita succedit filijs, sicut an-
tè, vt C.de secund.nupt.l.fœminæ. Item & tutelam fi-
liorum gubernat, vt C.quando mulier tu.offi. fun.po-
test.l.vltim. Item curare debet iudex, & etiam vos hæ-
redes, ne defunctus afficiatur iniuria, vt Institut. qui
mai.poss.vel non. sed quæ esset maior iniuria, quàm si
maritum meum cogitarem: cùm necesse habeam
illud facere, cùm non habeam quod manducem. Item
nonne vxor missa in possessionem causa rei [illegible]ndæ,
potest diminuere de fructibus causa [illegible] ff. vt in
possess.lega.l.penult. Hoc idem in pupillo. nam licet
eius bona possideantur, tamen [illegible] alimenta vsque ad
pubertatem præstanda sunt, vt ff.de priuileg.credit. l.
fin. Item qui mittitur in possessionem, agendo petiti-
one hæred. fructus diminuere potest, vt ff.ex quib.cau.
in possess.eat.l.Fulcinius.§.pen.& fin. Item si pupillus
agendo querela inofficiosi testamenti obtinuit, & ap-
pel[illegible]atio sit interposita ab hærede: vnde non videtur
6 obtinuisse: quia appellatio extinguit pronunciatum,
vt ff.ad Turpil.l.1.§.si tamen.int[illegible] pupillus propter
inopiam percipiet alimenta [illegible] c.testam.l.si
instituta §.de inofficio[illegible]. Nam si cont[illegible] sit inter
dominum & al[illegible], quem dicit seru[illegible] res
dicantur furtiuæ: [illegible] ar-
bitrio iudi[illegible] præstantur [illegible] gnt.l.
fin. Et si maritus neg[illegible] esse, in-
terim ta[illegible] præstan-
da, vt ff.d[illegible] dum de-
liberat, [illegible] vt ff.de iure
7 delib.l.filius. Item & † prop[illegible] diminutio
de hæreditate, [illegible] tur, vt
ff.de petit hæred.l.diuus. Item tutor q[illegible] trat
tu[illegible]m. de bonis pu[illegible]
li, si non habent vnde [illegible] l.
tutor secundum dignitatem.§ [illegible] de tutel.
& ratio.distr.l.1. Item & si patronus [illegible] habet, pe-
tet alimenta a liberto, & econuerso, vt ff.de agnosc li-
ber.l.si quis à liberis.§.si quis a liberto.& C.de ope. li-
ber.l.1. Præterea esto, quod sim aliás sufficiens, & pos-
sim me sustentare, [illegible] simili.
Nam licet filius sit sufficiens aliàs, tamen si pater dat
donationem propter nuptias [illegible] o dat, non de bonis
filij. Item & in fil[illegible] dat d[illegible]te, vt C.d[illegible] dot promiss. l.si.
quare? ideò, quia patris est dotar[illegible], vt [illegible].de do-
8 tis promiss.l.fin. [illegible] vnde cùm præst[illegible] alimenta, sit o-
nus dotis, vt C.de iur.dot.l.p[illegible] bus. & proptereà
maritos habeat illam dotem p[illegible], vt ff.fami.er-
ciscun.l.si maritus. & dos penes vos hæredes sit, debet
esse cum suo onere. nam semper [illegible] transit cum suo o-
nere, vt ff.de acquir rerum d[illegible] traditio. & de con-
9 trah.empt.l.alienatio. † Item mu[illegible] m constante
matrimonio nónne habet paraphernales [illegible] proprias,
vt C.de pact.conuent.l.vltim. & tamen [illegible] nus a-
litur à marito. Item curare debet iu[illegible]ex, ne dominę ra-
tione inopiæ fragilitatis naturæ inci[illegible] in peccatum.
& si omnia ista corda impij mariti & [illegible] dum [illegible] mo-
ueant, saltem moueat illos præceptum Domini, quo ca-
uetur: Frange esurienti panem tuum, & carn[illegible] tuam
ne despexeris. Item tu me interficis, [illegible] com
mittis, ex quo denegas alimenta, vt ff.de agnosc.libe.l.

necare. Item facit pro domina, ff. solut. matrimon. l.si
cùm dotem. §.vlti. & in Auth.de exhib.re. collat.s. in
fin. Econtra defendo maritum vel hęredes contra vxo-
rem, quòd non teneatur præstare alimenta. petita ta-
men à dominabus venia: quia contra eas patronus af-
sumo. Inprimis hæc est causa, † quare maritus præstat 10
alimenta, scilicet matrimonio constante: at dissoluto
matrimonio alimenta non præstãtur. nam cessante cau
sa, cessat effectus: vt dicit vnum generale, vt ff.de adop.
l.10 omni ferè. Item fuit illud onus personale: vndè
persona extincta onus similiter cessare debet, vt C.de
caduc.toll.l.vnic.§.sin vero talis. quod autem dare a-
limenta sit onus personale legitur ff.fami.ercisc.l.si 11
maritus. beneficia enim personalia sicut & onera cum
persona finiuntur, vt ff.de censibus.l.forma §.si verò.
& de regul.iur.l.in omnibus.& l.priuilegia. Præterea
nos qui sumus hæredes nullo modo tenemur ad alimẽ-
ta præstanda: licet defunctus tene[illegible], nam hoc vides
in liberto, qui licet teneatur alere patronum, vt ff.de
liber.agnosc.l.si quis a liberis.§.si a liberto.C.de oper.
libe.l.1.tamen hæres suus non tenetur, vt ff.de obseq.l.
hæres maioris enim pi[illegible] leg[illegible] hęres, quàm defun-
ctus, vt C.de euict.l.fin. Nam quo iure petis à nobis a-
limenta non video. nam non sumus obligati ex contra-
ctu vel quasi: nec ex maleficio vel quasi: ergò nullo iu-
re, vt ff.de actio & oblig.l.1.Instit.de oblig[illegible] oppo-
nis de patre & filio. Illud ideò, quia ius naturale com-
pulit patrem & filium inuicem inter se alimenta præ-
stare, vt Instit.de iur.nat.gent.& ciuil.in princip.& ff.
d[illegible] i.& iur.l.2. Item nec obstat, si opponis de pupil-
lo, qui petit Carbonianam, & interim habet alimenta:
illud enim est de beneficio iuris prætorij, quod ius Ci-
uile corrigit & coarctat, vt ff.de iustit.& iur.l.ius au-
tem. Nec est oppositio de liberto: ibi enim operatur
quasi ius natur[illegible], propter tantum beneficium, quod
libertus à patrono recepit, vt argum.C.de in ius voc.l.
2. Item non est contra de inofficioso testamento.l.si in-
stituta. & de iur.delib. l.filius. illa enim loquuntur in
filio, quod speciale est: cum filius dominus in vita pa-
tris intel[illegible]gatur, vt ff.de libe.& posth[illegible]um.l.In suis. Nec
obstat l.ff.de petit.hæred.l.diuus. quia ibi loquitur de
familia testatoris. Bona mulier, nõ inuitata venit prã-
dere parata, & petis alimenta, quæ ti[illegible] no dabo. nemo
enim tibi inuitus compellitur rem suam tradere, vt ff.
rerum amota.l.nec enim nemo enim est pronus ad ia-
ctandum pecuniam suam, vt ff.de probatio.l.cùm de
indebito. Nam aut es diues, & tibi sufficiens, aut non.
In primo † casu nunquam petes alimenta, nec inuenies 12
aliqua lege cautum: imò contrà nam bene scis, quòd pa
ter filium alere non cogatur, si filius sit sibi sufficiens,
vt ff.de agn.lib.l.si quis a liber.§.sed si filius. Aua etiam
quæ impendia fecit in nepotes [illegible] pietatis, non repo
tit: tamen si nepos sit alias sibi sufficiens, poterit impẽ-
sas repetere, vt ff.de negoc.gest.l.Nesennius. Nec ob-
stat si oppona[illegible] C.de dotis pro.l.vltim. quia illud ideò:
quia [illegible]tare filiam, est p[illegible] officium, vt ff.de iure
dotium.l.mater. Item si es pauper & misera, tamen a-
limenta tibi non præsto. nam licet [illegible] eas authoritas,
Frange esurienti & cæt.[illegible] enim est soror quòd sugge-
ris & inducis authoritatem, & iura multa, tamen si il-
lud vellem attendere, iam omnia me[illegible] consumerem in
cibis pauperum: & licet esset quoad animam merito-
rum, tamen corpus egestat[illegible] periret. Qu[illegible]d autem non
tenear, videas. certum est quòd ego hab[illegible] o dilationem
anni a lege: & hoc fauore meo indu[illegible]ur: non ergo
debet ad mei læsionem retorqueri, vt C.de legib.& co-
stitut.l.quod fauore. quod enim esset meu[illegible] commo-
dum, si tibi deberem alimenta præstare? certe nullum:
eum plus esset forte in alimentorũ exhib[illegible] ne quam
in fructuum perceptione & iam lex imponeretur ver-
bis, & non rebus: quod iura no[illegible] vt C.commu.de-
lega.l.2.in fin.& C.de vsuris l.vltim. Item non teneor
dare alimenta, quia ad nihil aliud teneor nisi vt a-
tisdem tibi dotem reddere die ad[illegible]ente: etiam non
habita commod[illegible] ate[illegible] temporis, vt ff.solut.ma-
trimon.l.si constante.§.quotiens. [illegible] dicit Mel[illegible], an

subaudi.& bene secundum dominum meum Azo.licèt R.ibi glosauit. dicit ibi Mela ait, & malè.Item ex quo diuortium factum est, alimenta præstari non possunt. nam ideò dicitur diuortium,quia in diuersas partes & mentes itur.& dicuntur verba talia, res tuas tibi habeto,conditione tua non vtar. vt ff.de diuort. l.2.& ff.de verbor.significat.l.inter diuortium. Et hæc vera sunt quando viuente viro solutum est matrimonium. Verum si morte soluatur matrimonium:similiter alimenta non præstantur.nam non obstat, quòd tu infra annũ non nubis: vnde simulatam videris operam exhibere: istud enim facis timore pœnæ:quia infamareris, vt ff. de his qui no.infam.l & in aut.de restitu.§.vitum,col. 4.cùm enim non sis in matrimonio nec in damno mariti,tibi ea pensas non damus. Nam nec Episcopo dantur alimenta qui extrà ecclesiam erit. vt in Auth.colu. 9.de sanct.Episcop.§.interdicimus. Item si præses prouinciæ necessitate cogatur exire prouinciam:proprijs expensis iter faciet,vt in Authenti.vt nulli iudicum.§. si vero aliqua necessitas.collat.9. Item vide quòd non tenear alimenta præstare.nam illud tempus habeo immune,& ab vsuris,& a fructuum præstatione, vt C.de rei vxor.acti.§ cum autem in exactione.& §.fin autem. sicut vides in tempore quadrimestri,quod est immune ab omni onere:vt C.de vsur. rei iudic.l.vltim. In hac quæstione videtur mihi distinguendum,verùm mulier sit soluendo, vt se possit alere, an non. In primo casu mulier non potest petere alimenta.argumen.l.si quis à liberis.§.sed si filius.ff.de agno.liberis. Si autem mulier non sit soluendo,nec habeat vnde se alat: tunc dicemus hæredem mariti alimẽta de æquitate præstare debere,vt argum.ff.vt in possess.legat.l.pen & ff.ex quib. cau.in possess.eat.l.Fulcinius.§.pen.& vlt.de priuileg. credito.l vlti.& argu.ff.de inoffic.testam.l.si instituta. §.de inoffic.& ff.de iure delibet.l.filius. Hæc verba essent intelligenda,quãdo erant multa in dote mobilia: & parum dabatur in exhibitione alimentorum: alioquin si modica dos fuisset,pro æstimatione præstarentur alimenta,vt arg.ff.vbi pupil.educ.debe.l.1.& l.3.

ARGVMENTVM.

An ille qui fideiussit pro vniuersitate ad mandatum Concilij, & soluit,possit agere contra singulos. Et an possit quis admitti ad defendendum partem vniuersitatis.

SVMMARIA.

1 *Mandatum habens,si ad agendum admittitur,multò magis ad defendendum admittendus est.*
2 *Absentes à quibuscunque defendi vtile.*
3 *Appellans quilibet in causa sanguinis pro Reo etiam inuito auditur.*
4 *Iura indiuidua sunt vsufructu excepto. & num.13.*
5 *Vniuersitas quæ sub se corpora continet, & partes habet, pro parte defendi, & pro parte possideri potest*
6 *Vniuersitatis est,quod est singulorum.*
7 *Singuli propter debitum contractum ab vniuersitate non tenentur.*
8 *Contumaciæ causa quis in bonorum possessionem mitti potest.*
9 *Bannum quando mittatur.*
10 *Banna odiosa sunt.*
11 *Vniuersitas si non defendatur, eius bona possidebuntur.*
12 *Ciuitas per administratoris contractum obligatur.*
14 *Impossibilium nulla est obligatio, neque petitio.*
13 *Creditor sicut particularem solutionem recipere non cogitur, ita nec particularem defensionem admittere tenetur.*
16 *Intellectus § refertur.l.aliud ff de regul.iur.*
17 *Procurator si pro singulis de vniuersitate interuenire velit, audiendus non est.* 1
18 *Vniuersitatis bona quæ sint.*

QVAESTIO XXXVII.

CVM ciuitas Aretina habeat amplum & nobilissimum Comitatum : inter omnia habet Castrum Montis S.Sabinæ.tempore quodam Castrum prædictum consulibus regebatur, quod Castrum ratione delicti à potestate Aretina fuit in banno positum: consules Castri prædicti,vt de banno exirent, mandauerunt Alberto ciui Aretino,quòd apud potestatem Aretinam pro illo Castro intercederet,vel fideiuberet: qui fideiubens in ducentis libris fuit à Potestate Aretij condemnatus. nunc Albertus condemnatus agit contra vniuersitatem prædicti Montis. in illo Monte non est nunc cõsul vel potestas,sed illud Castrum est diuisum in partes, sicut & talis diuisio in qualibet ciuitate ferè contingit. agit Albertus contrà contra communitatem illius Castri. existit vnus qui vult defendere, & cũ mandato medietatẽ illius Castri vel maiorẽ partẽ. quæritur an debeat admitti, vel si nõ admittatur : quæritur an bona istorum singulorũ possint possideri, qui se volunt defendere, si bona vniuersitatis non inueniantur, vel possint exbanniri. Quòd admittantur ad defensionem : vel si non admittantur, bona tamen eorum non debeant possideri vel exbãniri, probo. Quòd debeant admitti ad defensionem, ita probatur : Certum est enim, † quòd mandatum habet, quo interueniente quis admittitur ad agendum. vt C.de satisdando l.vnica. vnde multò magis ad defendendum admittitur. nam si ad actionem admittatur, ergò ad defensionem, vt argum.ff.de superfic.l.1.§.planè. quare? ideò quia fauorabiliores &c. ff.de actio.& obligat. l.Arrianus. Item admitti debeo: † quia publicè vtile est absentes à quibuscunque defendi, vt ff.de procurat.l.seruum. §.publicè. quilibet enim verba faciens pro reo debet admitti, vt ff.de appellat.l.non tantùm. Item licèt non sim legitimus defensor, tamẽ iustiùs & æquius est me minùs idoneum defensorem admitti, quàm illos tanquàm indefensos condemnari, vt arg.C.de procur. l.exigendi. Hoc etiam inuenimus in causa sanguinis,
quilibet † pro Reo etiam inuito auditur appellans, vt 3
ff.de appell.l.non tantùm.Hoc etiam in causa liberali,
vt ff.de libe.caus.l.r.in fin.& l.1.& 3. Nam & soluendo
quis pro inuito & ignorante liberat eum, vt ff.de [illegible] eg.
gest.l.soluẽdo.& ff.de solut.l.solutionem.& [illegible].Pau[illegible]
in fin. nam ibi de iudicij stipulatione, quam quis [illegible]
pro inuito,loquitur. Nec obstat, si opponis, qu[illegible]n
debeat admitti, ideò quia cùm sit vniuersitas, ve[illegible] ea-
tur, vt ff.de rei vendic.l.vendicatio.non vt gregis. Re-
spondeo, verum est quod opponis, si ponis vniuersita-
tem in eo quod est ius: † omnia enim iura sunt indiui- 4
dua, præter ius vsufructus, vt ff.ad leg.Falc.l.1.§.si vsu-
fructus. & sic hac ratione considerata vniuersitas pro
parte nec defẽdi, nec possideri potest, vt ff.de rei vẽd.
l.Pomponius, aliàs si ex æquis, in fin. at in eo quòd v- 5
niuersitas corpora sub se continet, & partes habet, &
pro parte defẽditur, & pro parte potest possideri, vt ff.
si pars hæred.peta.l.1.§.si ego. Item nec obstat si dicas: ego te admitto, ex quo pro vniuersitate non vis interuenire : ergò non te admittã velle defendere singulos: quia quod est vniuersitatis, non est singulorum: sicut allegabis in allegationibus tuis.verum est, quòd illud quod est vniuersitatis, non est singulorũ: ideo quia si res communis pro diuiso possideretur, iam ciuitatis conditio deterior esset. at econuersò regula vera est : quia quod est singulorum, est vniuersitatis. nam quod legatur ciuibus, ciuitati videtur relictum, vt ff. de rebus dub.l.ciuibus. Et quod legatur sacerdotibus, ipsi templo videtur legatum, vt ff de annuis lega. l.annua.§.1 Nec obstat, si dicas: nõ debes admitti particulariter ad defendendum: quia res ista partes non recipit Respond. verum est in his rebus, quæ vno spiritu continentur: quas res appellat Aristoteles species vel indiuidua. at in his rebus, quę constant ea pluribus cohærétibus

rentibus, vt ædificium: has appellat Aristoteles totum
integrale. Item & in illis rebus, quæ constant ea pluri-
bus inter se distantibus: vt populus, grex: has appellat
Aristoteles totum vniuersale. ista locum non habent
hic: quia res tales pro parte possunt possideri & defen-
di, vt ff. de vsucap. l. rerum mixtura. Et si non vis me ad
defensionem admittere pro illis singulis partibus vel
medietate illius Castri, noli me exbannire, vel bona
mea iubere possidere: ratione duplici: primò, quia nos
singuli non tenemur propter debitum contractum ab
7 vniuersitate: † nam quod debetur ab vniuersitate, non
debetur à singulis, vt ff. quod cuiusque vniuersitatis l.
sicut municipij. sicut tu pleniùs allegas in responsioni-
8 bus tuis. Item alia ratione: Certum est, † quòd posset
quis in bona mitti ratione contumaciæ, siue quæramus
ex causa damni infecti. nã ideò quis mittitur, quia ca-
uere non vult, vt ff. de dam. infect. l. dies. §. 1. siue ex cau
sa legati: ideò quia hæres non vult legatario satisda-
re, vt C. vt in possess. lega. l. certa. & ff. vt in possess. lega.
l. 1. siue aliquis vocetur ad iudicium, si non comparet,
mittitur aduersarius in possessionem, vt tædio affectus
veniat responsurus, vt C. de præscript. 30. anno. l. si quis
emptionis. §. vltim. Hoc etiam idem habes C. de bo. au-
thor. iudic. possid. l. vlti. & Authent. ibi signata. & ff. ex
quibus caus. in possess. eat. l. hoc autem. & l. Fulcinius. §.
9 1. Item † bannum tunc mittitur, quando aliquis cita-
tur vt veniat, vt C. quomod. & quand. iudex. Authent.
qui semel. & C. vbi de crimine agi oport. Authent. qua
in prouincia. Et hoc etiam cõtinet statutum ciuitatis,
vt contumaces tantùm fiot exbanniti, qui mandato po-
testatis non obediunt. at ego non sum contumax, cùm
me velim defendere. sicut ille non videtur contumax,
qui edicto parere non debet, vt ff. de re iud. l. contuma
cia, in fin. Item non videtur frustrandæ dilationis cau-
sa latitare. qui præsens iudicium pati nõ compellitur,
vt ff. de iudi. l. non videtur. Et sic iudex licèt hoc de ri-
gore facere non compellatur: scilicet me ad defensio-
nem particularem admittere, tamẽ de æquitate me de-
bet admittere. nam æquitas suggerit, licet iure scripto
deficiamur, vt ff. de aqu. plu. arcen. l. in summa. § idem
Varus. Interest enim Reipublicæ plures ad rei suæ de-
fensionem admitti, vt ff. de ope. noui nun. l. nam Reipu-
blicæ. & hoc de necessitate debet iudex facere. & cer-
10 tum est, quòd † banna sint odiosa: vnde debent remo-
ueri, sicut meliùs potest iudex, vt ff. de lib. & posthu. l.
cùm quidam. boni enim prætoris est lites minuere, vt
ff. si cert. peta. l. quidam. Nam cùm necessitas sit in cau-
sa, scilicet quia terra est diuisa, ne lites fiant ea litibus,
vt C. de fruct. & lit. expen. l. terminato. & ne possimus
ad rixas & arma venire, quos debet prætor sua iurisdi-
ctione compescere, vt ff. de vsufruct. l. æquissimũ. ideò
meliùs est me particulariter ad defensionem admitte-
re. Sicut vides. Nam aliud pro alio inuito creditori nõ
soluitur, vt ff. si cert. pet. l. 2. tamen propter necessitatẽ
recipit aliud pro alio, vt C. de solutio. l. eum qui. & Au-
then. ibi signata. hoc nisi &c. Nam & lites debent mi-
nui. vnde & pro pluribus hæreditatibus vnum iudici-
um familiæ ercisc. competit. ff. famil. ercisc. l. hæredes.
§. de pluribus. & de pluribus societatibus vna prodi-
tur actio pro socio, vt ff. pro socio. l. cũ duobus. §. si plu
res. Item debeo admitti, si municipes ipsi non veniãt,
nec venire possint: quia consentire non possunt. nam
quid dolo facere possunt municipes, vt ff. de dolo. l. sed
an in municipes. alias est § in l. sed & si ex dolo. Item
possidere non possunt, vt ff. de acquir. possess. l. 1. circa
fin. Econtrà dicit Albertus talem defensionem nõ de-
bere admitti: imo bona communitatis possideri vel
11 communitatem exbanniri. Certum † est enim, quòd si
nemo vniuersitatem defendat, quòd bona vniuersita-
tis possideantur, vt ff. quod cuiusque vniuers. nomin. l.
1. §. vltim. quòd enim sit iusta mea petitio, videas Cer-
tum est, quòd de mandato rectoris vel consilium Castri
fideiussi & solui. vnde contrariæ mandati mihi dator:
12 † ciuitas enim obligatur per contractum factum ab ad-
ministratore vt ff. si cert. peta. l. ciuitas. nam quod feci
de mandato consulum Castri, videor de mandato om-
nium ciuium fecisse: refertur enim ad vniuersos, quod
pro voto primatibus indulgetur, vt ff. de regul. iur. l. a-
liud. §. refertur. & quod cuiusque vniuers. nomi. l. item
eorum §. si decuriones. Nec debet audiri vel admittẽ
talis defensor. Inprimis, quia certum est, quòd vniuer-
sitas est quoddam indiuiduum: vnde partes nõ habet:
† omne enim ius est indiuiduum præter vsumfructũ, 13
vt ff. ad leg. Falcid. l. 1. §. si vsusfructus. vnde & secundũ
Aristotelem cùm aliquid sit indiuiduum, partes nõ ha-
bet. si ergo non habet partes, quomodo debes audiri, si
vis partes defendere: cùm impossibile sit quid conti-
neat tua petitio: vnde non audiris. nam nec impossibi-
le decretum iudicis auditur, vt ff. quæ sententiæ sine
appell. rescin. vend. l. vlti. † impossibilium enim nulla 14
est obligatio: ergò nulla petitio, vt ff. de regul. iur. l. im
possibilium. Contrarium tamen inuenimus de facto.
nam tunica Domini quæ fuit inconsutilis, diuisa fuit,
& recepit per Iudæos perfidos sectionem: vt adimple-
retur illud: Diuiserunt sibi vestimẽta mea, & super ve-
ste mea miserunt sortem. Præterea si admitteretur ip-
sius petitio: iam damno afficeret, quod iura nolunt vt
ff. de eo quod cert. loco l. . nam ipsi possent ita defen-
dere: nihil vobis debemus. quia licet debuerit vniuer-
sitas, tamen singulariter non debemus. & ita cõtra eos
mea petitio inanis esset, vt ff. quod cuiusq; vniuer. no.
l. sicut municipij. §. 1. Item & aliàs video, quòd † credi- 15
tor particularem solutionem non cogatur recipere, vt
ff. de vsur. l. tutor. §. Lucius: ergò nec particularem de-
fensionem. nam si Reus decem deberet. & existant qui
volunt defendere, vnus in quina, & alius in quina: non
audiuntur, vt ff. de procu. l. omnium. & l. seq. Item istud
debitum fuit a tota vniuersitate contractum. ergo om-
nes ad defensionẽ debent venire. nam quod omnes tan
git, ab omnibus debet approbari, vt C. de auct. præstã.
l. vlt. & C. de commu. agro deserto. l. quicunque, lib. 11.
Item sicut scitis particularis exactio nõ minima habet
incommoda, vt ff. famil. ercisc. l. planè. expedit enim po-
tiùs agere cum vno, quàm cum pluribus, vt ff. de exer-
cito. l. ne in plures. Item si admittatur tua petitio, quòd
ad defensionem admittaris, istud esset durũ: quia iam
defensio per plures scinderetur: quod iura nolunt. Nã
si plures sint Rei, vnum debent dare procuratorem ad
petitionem Actoris, ne in plures defensio scindatur, vt
ff. iudicatum solui. l. iam tamen. §. si tamen. Hoc etiam
idem habes ff. de redhibi. l. quòd si nolit. §. si plures. Itẽ
non debes audiri, qui cùm tenearis insolidum partem
offeras. nam non compellitur creditor particularẽ so-
lutionem recipere. ff. de vsur. l. tutor § Lucius. nam ad
hoc, vt aliquis possit pro vniuersitate interuenire,
necesse est, quòd à tota vniuersitate sit electus: aut à
duabus partibus: aut ampliùs quam duabus, vt ff. quod
cuiusque vniuer. nomi. l. item eorum. & ff. de decret. ab
ordi. fac. l. lege. †. & ita intelligitur l. aliud. §. refertur. 16
de reg. iur. & ff. ad municip. l. quod maior. & C. libr. 10.
de decurio. l. nominationum forma. & ff ad Trebel. l. 1.
§. sin autem collegium. Item minorari debent lites, vt
C. de iudi. l. properandum. & in Authen de litig. §. om-
nem. 8. collat. Et non debent lites ex litibus oriri, vt C.
de fruct. & litis expen. l. 3. Et non debent obligationes
oriri ea obligationibus, vt ff de re iud. l. 4. § ait prætor.
quæ omnia fierent, si iam iste admitteretur: quia iam
plures essent lites, & plures defẽsores. Item potiùs ex-
pedit vnum ad defẽsionem, quàm plures admitti. nam
video in pupillo, cuius deterior est conditio, si per plu
res sua tutela spergatur, vt ff. de administr. tut. l. 1 §. ap-
paret igitur. Præterea † non debes audiri, quòd vis 17
pro singulis interuenire, & non pro vniuersitate: ideò
quia illud quod est vniuersitatis, non est singulorum,
vt ff. de rerum diuis. l. in tantum. nam & libertus vni-
uersitatis non est libertus singulorũ, vt ff. de in ius voc.
l. sed si hac. §. qui manumittitur. nec ergò audiris pro
vniuersitate, qui vis pro singulis interuenire. Per hæc
ergò quæ allegata sunt, apertè liquet, quòd ad defensi-
onem pro singulis nõ debes admitti. Restat ergò, quòd
bona vniuersitatis possideantur, vt dicit ff. quod cuius-
que vniuers. nomi. l. 1. circa fin. Nam istud est certum

Quòd ille qui interuenit pro vniuersitate, non interuenit pro singulis, vt ff. quod cuiusque vniu. nom. l. si municipes. A simili ergò qui interuenit pro singulis, non
18 interuenit pro vniuersitate. si ergò bona vniuersitatis inueniantur, illa possidentur. † Et quæ sunt illa? sunt stadia & theatra, & si quæ alia sunt communia ipsius vniuersitatis, vt Instit. de rer. diuis. §. vniuersitatis. & ff. de rer. diuis. l. in tantum. §. vniuersitatis. & si bona illa non sufficiunt, possidebuntur nomina debitorum vniuersitatis, vt ff. quod cuiusque vniuers. nomi. l. ciuitatis nomine, argum. ff. de re iudic. l. a Diuo Pio §. 1. imò & si bona ciuitatis non sufficiunt, bona singulorũ possidebũtur. sicut & in legatario, qui primò mittitur in possessionem rerũ defuncti, si inueniantur, vt ff. vt in poss. lega. l. is enim. §. qui in bonorum & § imperator & si non satisfit legatario, mittitur in possessionem rerum hæredis, vt C. vt in possess. lega. l. certa. Præterea propter factum meum facti estis locupletiores: quia liberaui totam communitatem: vnde teneri debetis. natura enim non patitur, vt cum alterius detrimento aliquis fiat locupletior, vt ff. de con. li. in deb. l. nam hoc natura. Præterea vtiliter gessi negotium vestrum: vndè necesse est vt ratum habeatis: & sic actio mihi de iure competit, vt ff. de negoc. gest. l. Pomponius. & ideò competit mihi actio. si ergò sum creditor, possum petere bonorum missionem, ex quo debitor non defenditur, vt ff. de bo. auctorita. iudic. posses. l. si minori. & ff. ex quib. caus. in posses. ea. l. hæc autem. & l. Fulcinius. §. 1. Præterea peruenit ad vos de bonis meis, quia estis liberati: vnde æquum est, quod teneamini, vt ff. si cert. peta. l. si me & Titium. Item possunt & debent exbanniri, ex quo cum citatus non patet, fieri debet citatio per præconem, vt C. vbi de crimine agi oportet, Authent. qua in prouincia. & licèt non fiat per leges, tamen fit secundùm statuta quæ debent seruari pro legibus, vt Institut. de iure naturali gentium, & ciuili, circa finem. In hac quæstione videtur mihi, quod hic defensor non admittatur, qui vult partem vniuersitatis defendere, & non totam: & ideo eum non admitto: quia maximo Actor afficeretur incommodo, cùm per plures defensio scinderetur, vt argum. ff. iudicatum solui. l. tam tamen. §. in hac stipulatione in fin. & argumen. ff. de exercito. l. ne in plures. & ff. famil. erciscun. l. planè. & de procurato. l. omnium. Et qui eum vno, id est, cum communitate contraxit, haberet necesse cum pluribus & singulis litigare. Sed licèt hic non admittatur ad defensionem, qui vult interuenire pro singulis, & non pro tota vniuersitate, tamen bona singulorum non possent possideri: ideò quia quæ à ciuitate debentur, à singulis non debentur, vt ff. quod cuiusque vniuers. nomi. l. sicut municipij. Nec debent singuli exbanniri: imò tantum vniuersitas debet exbanniri, & bona vniuersitatis possideri. ita singuli non exbanniuntur: quia delictum vniuersitatis non est singulorum, argumen. ff. de rerum diuis. l. in tantum. & ff. de in ius voc. l. sed in hac lege. § qui manumittitur. vnde iudex sicut me non admittit volentem defendere singulos, ita nec nos singulos debet exbannire. Et debet adijcere iudex in sententia: Exbanniri præcipio vniuersitatem, non tamen aliquem, vel aliquos de prædicta vniuersitate. sicut in hac causa feci dari sententiam, cùm eram Doctor Aretij ego Roffredus Beneuentanus Iuris Ciuilis Professor, in qua fui Aduocatus.

ARGVMENTVM.

Ex præcedenti quæstione stat dubium, quid si illa vniuersitas non habeat bona, in quibus possit fieri executio, qualiter consulatur ei qui soluit.

SVMMARIA.

1. *Missio bonorum quorsum fiat.*
2. *Castrum vel villa vniuersitatem habere potest.*
3. *De Ciuitatibus ad villas vel Castra argumentari licitum est.*
4. *Vniuersitas vici est legitima.*
5. *Burgi collegium habere possunt.*
6. *Castella locum communem habere possunt.*
7. *Vici vias habent quæ vicinales dicuntur.*
8. *Vniuersitatis debitum singulorum non est.*
9. *Collegium omne, nisi à iure approbatum sit, illegitimum censetur.*

QVAESTIO. XXVIII.

IN legibus sic cauetur, quòd lites aliquando oriuntur ex litibus. & ex quæstionibus quæstiones: ex præmissa quæstione insurgit quæstio præsens: Pone, quòd non inueniatur in communitate illius Castri aliquid esse commune, nisi forum, viæ publicæ, fontes, theatra & flumina: quæritur nunc, an sit sufficiens creditori mitti in bonis: vel si non sit sufficiẽs, an vniuersitas debeat exbanniri, & an ista sint talia bona, quæ possint possideri: & an Castrum vel villa possit habere communitates tales vel vniuersitates? Quòd bona illa possint possideri, ita probatur: Certum est, quod bona ista sint talia, quæ sint vniuersitatis, sicut & forũ & illa prædicta, argumen. ff. de rerum diuisio. l. in tantum §. vniuersitatis. & Instit. de rerum diuis. §. vniuersitatis. quod enim inuenitur in bonis vniuersitatis, possideri debet, si vniuersitas non defendatur, vt ff. quod cuiusque vniuers. nomi. l. 1. §. quòd si nemo. & si nõ inueniantur aliqua corporalia, sed tantùm nomina in illis nominibus fit missio, vt ff. quod cuiusque vniuers. nomi. l. ciuitates. In foro enim habet Castrũ ius quoddam, scilicet quia recipit pensionem: vnde nõ videtur quòd forum sit illius Castri. & sic non videtur, quòd debeat fieri missio in bonis illius. Respond. imo debet fieri: & si fiat, videtur in iure tantum quod habet Ciuitas. nam & qui domum legat quæ non erat sua, sed ius ipse habebat, non videtur domus legata, sed ius tantum quod ibi habebat, vt ff. de lega. 1. l. si domus. §. vl. & argum. ff. de contrahen. emp. l. qui tabernas. Nec obstat, si dicas, quòd talia non sint in commercio priuatorum: vnde nec teneat emptio, vt ff. de contrahen. emp. l. sed & Celsus, in princip. si ergò non sunt in commercio, ergò possideri non possunt: vndè neque communitas debet exbanniri. Respondeo: non sunt in commercio priuatorum, sed vniuersitatis sic. nam res vniuersitatis non sunt singulorum, vt ff. de rer. diuis. l. in tantum. Quòd autem in istis debeat fieri missio, videam. Certum est, quod missio in bona ideò fiat, quòd aduersarius tædio affectus, veniat responsurus: vt notaui in quæstione superiori pro parte Actoris. at nulla causa posset esse maior, propter quam possent cogi, quàm si illa interdicantur: scilicet fontes, theatra, & forum. Item res illæ sunt tales, quæ possideri possunt, cùm sint corporales. ergò cùm vniuersitas non defenditur in ista bona fiat missio, vt ff. quod cuiusque vniuers. nomi. l. 1 1
§. quibus. Quod enim quodlibet Castrum vel villa possit vniuersitatem habere, ita probo: Certum est, quod ciuitates vniuersitates possunt habere, vt ff. quod cuiusque vniuers. nomin. l. 1. & l. ciuitates. nam ciuitates possunt habere defensores, vt intitulatur in Authen. de defens. ciuita. & C. de defensor. ciuita. Item licet bona ciuitatum abusiuè dicantur publica, & res illius abusiuè dicantur publicæ, vt ff. de verbor. significat. l. cum quo. & l. inter. tamen publica appellantur. nam & legatus ciuitatis, si est absens, ita restituitur sicut & legatus ciuitatis Romanæ, vt ff. ex quib. cau. ma. l. sed si per prætorem. §. item inquit prætor. cùm ergo hoc ciuitatibus concedatur: ergò idem villis vel vicis. nam † licitum est argumentari de ciuitatibus ad villas vel castra. sicut argumentamur de fisco ad priuatos, vt C. de petit. hæredit. l. 1. & ff. quod cuiusque vniuers. nom. l. 1. §. quibus. Item ego video, quòd ciuitatibus restitui potest hæreditas, vt ff. ad Trebell. l. omnibus ciuitatibus. Idem etiam in vicis: quia eis relinqui possunt legata, vt ff. de lega. 1. l. si hæres. §. vicis. † ergò vniuersitas vici est legitima: alioqui nec legari vicis posset, vt [illegible] de hære. inst. [illegible] hæreditatis. & ff. de reb. dub. l. cum senatus. Itè nec possent vici instituti hæredes, vt C. de hær. insti. 3

l.collegium. Item ciuitati legari potest. vt argum. ff. de reb. dub. l. ciuibus. Item si aliquis habet filium naturalem, & vult eum legitimum facere: debet eum offerre ciuitati, vnde oriundus existit, vt in authen. quib. modis na. effi. legi. & C. de naturali. libe. l. l. communium. §. Idem & in burgis vel villis: non patrificantur ciuitates & villæ vel burgi. nam qui collegio vel curiæ vel burgis vel alijs publicis corporibus per triginta annos seruierint, illorum res dominica vel priuata inceptio non inquietabit, vt C. libr. 11. de fund. rei priuatæ. l.
5 eum qui curiæ. ergo † vides quòd burgi possunt habere
6 collegium. † Item castella possunt habere locum communem: vnde si alius loco illorũ sine auctoritate principis possideat, capite punitur, vt C. libr. 11. de fund. li-
7 mitro. l. 2. Nam & † vici habent vias quæ dicuntur vicinales, vt ff. ne quid in loco publico. l. 2. §. vicinales. & sic probatur apertè per legem., quod licitum sit villis & castris habere communia vel vniuersitatem. sed & si lex scripta deficiat, tamen cõsuetudo vim legis defendit: cùm omnes villæ & castra quæ habent aliquid: habent & vniuersitates, & eligunt potestates, vnde pro iure seruetur consuetudo, & maxime generalis, vt ff. communia de seruit. l. venditor. fundi. §. 1. ergo possunt habere communia, vnde res illas possideas creditor, & non petas malitiam, scilicet totam vniuersitatem exbanniri, cùm non sit malitijs indulgendum, vt ff. de rei vendi. l. in fundo. sed si vis fateri concedere quod nostrum castrum vniuersitatem habere non possit, nos benè concedimus. & sic iam cantabit vacuus: cũ
8 nulla vobis nos singulariter actione teneamur: quia † debitum vniuersitatis, non est debitum singulorum, vt ff. quod cuiusque vni. no. l. sicut municipij. cùm in baculo & pera transisses Iordanem. E cõtra videtur, quòd bona illa non sint talia in quibus debeat fieri missio. dicere enim & dare mihi possessionem de foro, vijs & fontibus vestris, ista est mirabilis possessio bonorum, nec vnquàm legibus comprobatur. hac enim ratione dabis mihi possessionem omnium planetarum, & solis, & lunæ, & venti. res enim istæ licèt sint vniuersitatis: sunt tamen quoad vsum non quoad proprietatem. nam illa bona non possunt alienari, sed prædiorũ si aliquando inueniantur, fiet alienatio cum interpositione decreti, vt C. lib. 11. de venden. rebus ciuita. l. vltim. quantum enim ad proprietatem non est domina vniuersitas bonorum illorum. nam si esset domina, iam posset ordinare procuratorem, sed non potest ordinare procuratorem, sed syndicum vel actorem, vt ff. quod cuiusque vni. l. 1. & l. item eorum. §. actor. quantum enim ad proprietatem non possunt possideri. nam si aliquid fiat in via publica, vt totum remoueatur, locum habet interdictum ne quid in loco publico [illegible], vt ff. ne quid in loco publico. l. 2. §. 1. & idem ff. de itiner. publ. refic. l. 1. Item ad nihil prodesset missio talis: semper enim quotiens fit missio, fit ideo vt sic tædio affectus veniat responsurus, sed res debet talis esse vt possideri possit, postea ex secundo decreto, vel quòd fiat dominus ille qui mittitur: si ille in cuius bonis fiebat missio, fuit dominus, vel si non, paretur vsucapiendi conditio, vt ff. de damn. infect. l. finita. §. Iul. at bona talia ex secundo decreto possideri non possent. cùm ergo aliqua bona non inueniantur idonea, debet vniuersitas exbanniri secundum statutum ciuitatis. Præterea esto quòd ista essent talia bona quæ possent possideri, tamen castrum vel villa non est tanti fauoris, vt vniuersitatem constituat. & talia vt vniuersitas possideat. Nam aut vniuersitas illius castri est vniuersitas facti: & tunc nihil ad nos, aut est vniuersitas iuris. si iuris, ostendas priuilegium principis, vt argum. C. libr. 10. de venden. rebus ciuita. l. 1. si habes priuilegium, adducas. Item si vis dicere iuris, per ipsas leges. leges illæ quas induxisti nõ obstant. omnes enim illæ loquuntur in ciuitatibus. ergo non idem in castris & villis. & hoc ideo quia dicit
9 lex, quòd † omne collegium censetur illicitum nisi à iure approbetur, vt ff. de [illegible] l. 1. & 3. at istud collegium castri vel villæ à lege non approbatur. Nec obstat quod opponis. ff. de legat. 1. l. si hæres. §. vicis. & C. libr. 11. de fund. limitro. l. quicunque. & C. libr. 11. de fund. rei priuat. l. eum qui curiæ. quia quòd dicunt leges illæ quòd vicis possit legari: subaudi, quia non vicis sed ciuitati acquiritur. nam cùm vicus nullus sit, qui per se possit censeri, imò ciuitatibus subsint, vt ff. ad municip. l. qui ex vico. & argum. C. de epis. & cleri. l. nulli §. quod si in vico. Sicut vides in seruo. nam si dico lego seruo illius, valet legatum non ex persona serui, sed ex persona domini, & domino quæritur, vt C. de iure delib. l. cùm aliquis. sic & vicus capit legata non per se, sed per ciuitatem, cui vicus ille subijcitur. Item si concederetur villis & burgis habere communia & vniuersitates mille mala committerentur. Versus.

Nam asperius nihil est humili cùm surgit in altum:
In dominum surgit truculentior aspide surda.
Obturat precibus aures. mansuescere nescit.
Sic partus operibus & honoru culmine seruus.

Præterea esto quòd confitear non esse vos vniuersitatem: tamen mihi non nocet quominus agam, cùm ego soluerim in vestris vtilitatibus pro eo quod vobis præposuistis in dominum & rectorem. vnde meritò tenemini, vt arg. ff. si cer. peta. l. cùm ras. ff. de rego. iur. aliud. §. refertur. & ff. ad municip. l. quòd maior. In hac quæstione videtur mihi, vt si castrum habeat forum vel ius aliquod in eo vel domos vel prædia, quòd in eis fiat missio, & creditor pro iure suo illa possideat. ideo cũ dicat lex, quòd bona vniuersitatis possideantur, si vniuersitas non defendatur, siue illa sint corporalia siue iura, vt ff. quòd cuiusque vni. no. l. [illegible] §. pen. & vlt. & l. ciuitates. Si vero habeat castrum vias, quæ dicuntur vicinales, habet flumina, habet fontes. quia ista sunt vniuersitatis quoad vsum, non quoad proprietatem, id est, quod vniuersitas sit domina: & ideo in talibus missio non procedit. Verùm si alia non inueniuntur, talis communitas potest secundùm statuta exbanniri, ita quòd singuli non exbanniãtur, vt in superiori quæstione determinauimus. De eo autem quod quæritur, verùm viens possit vniuersitatem habere, credo quòd sic, vt ar. ff. de legat. 1. l. si hæres. §. vicis. & C. libr. 11. de fundis rei priuatæ. l. eum qui curiæ. & arg. C. libr. 11. de fund. limitroph. l. quicunque. & argu. ff. ad Trebel. l. omnibus. & de rebus dubi. l. ciuibus. Rofredus.

ARGVMENTVM.

An frater cui pater donauit omnia bona sua teneatur alere fratrem inopem, vel dare legitimam.

SVMMARIA.

1 *Alimenta iudicis officio petenda sunt.*
2 *Iura naturalia immutabilia sunt.*
3 *Alimentorum causa fauorabilis est.*
4 *Bonorum subsidium non nisi post patris mortem peti solet.*
5 *Pater filios alere de iure natura tenetur.*
6 *Quarta quando petenda sit.*

QVAESTIO. XXIX.

Vitalis quidam erat qui habebat filios duos. vni de illis, pone Titio, donauit fere omnia bona sua, & ita remãsit non soluendo, nõ habet nunc quid manducet. nunc alius filius qui non habet aliquid, petit alimenta à patre. pater eum repellit propter inopiam paupertatis. quæritur an possit iste filius agere contra fratrem, vt debeat sibi alimenta præstare, vel si non vult præstare, an bona possit vendicare pro parte dimidia, vel saltem pro debito bonorũ subsidio. Quòd alimenta possit petere ita probatur, & actione tali proposita, scilicet vel officio iudicis. † 1
nam officium iudicis intentatur quando alimenta à patre petuntur, vt notauimus in quæstione illa, Sinibaldus accepit vxorem quandam &c. quòd enim possit petere alimenta, vide. Certum est quòd pater teneatur filio in necessarijs prouidere, & hoc naturali iure vt ff. de libe. agno. l. 1. & l. si quis à liberis. ff. de iust. & iure. l. ex hoc iure. & Insti. de iu. na. gen. & ciuili. in princ.

vnde cum hoc sit ius naturale, scilicet filio in necessitatibus prouidere: ergo istud ius naturale immutari non
2 potest per alienationem bonorum. † iura enim naturalia immutabilia permanent. vt Institut. de iure natur. gen. & ciuili. §. penul. vnde videtur, quòd onus istud sit annexum patrimonio ipsius patris & rebus, vnde proptereà debebat filius habere olim quartam, hodie tertiam. nec in illa quarta, nec tertia potest grauari à parente, vt C. de inoffic. testamen. l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. & l. penulti. si ergo bona sunt alienata, & istud onus est bonorum: ergo te sequitur, res enim alienata transit cum suo onere; vt ff. de acquiren. re. domi. l. traditio. §. 1. Item certum est, quòd maritus teneatur alere vxorem: & istud onus annexum est rebus ipsius. Nam & si mulier vel vxor mittatur in possessionem bonorum mariti, vel filia, vel neptis, diminuet fructus causa vescendi, & petet alimenta, vt ff. vt in possessio. lega. l. pe. Hoc & idem in petitione hæreditatis, vt ff. ex quib. cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. penul. Prætereà frater miser & auare & cupidè non audisti Euangelium Lazari qui de micis cadentibus de mensa diuitis desiderabat famen expellere: & quia non erat qui daret, retributionem in malo accepit diues postea in inferno. Item nonne dicit auctoritas: Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domũ tuam: & carnem tuam, id est, fratres & consanguineos tuos ne despexeris. Item si non vis præstare alimenta, da mihi portionem substãtiæ quæ mihi contingit, hoc est, medietatem in solidum, si ponamus patrem nostrũ decessisse: vel saltem da mihi debitum bonorum subsidium, quòd quidem licitum ipsi patri est reuocare nomine filij & venire contrà. vt C. de inofficio. donat. l. si totas. Prætereà vide nonne frater qui acceperat portionem substantiæ eum contingentem, & eam viuendo luxuriosè consumpserat, rediens cùm non haberet aliquid quod manducaret, pater occidit ei vitulum saginatum: & recepit filium qui perierat. Prætereà & si non vis mihi subuenire vt fratri & consanguineo, subuenias tanquam extraneo de quo canitur. Vidisti me esurientem & cibasti: sitientem & potasti. si dabis mihi, Deus dabit tibi vitam æternam: sin minus, eris cum diabolo & angelis suis, nõ ad dexteram sed ad sinistram. Præ-
3 terea vide † quomodò causa alimentorum sit fauorabilis: quia repetio datur rei donatæ si non sint præstita alimenta. vt C. de donat. quæ sub modo. l. 1. de causa etiam alimentorum die feriato agitur in ff. de fer. l. 2. Nã ego video quod ratione paupertatis, qua laborat debitor meus, restituatur actione amissa contra alium, qui non tenetur, vt ff. de eo per quem factum est. l. ex hoc edicto § & ff. 1. de lega. 1. l. plane. §. 1. C. de iudic. properandum in fin. l. E contra se defendit frater. quòd sibi non teneatur præstare alimenta: nec dare debitum bonorum subsidium. In primis: quia non est obligatus fratri, nec iure naturali, quia non pater: nec iure ciuili, quia non maritus, qui tenetur propter dotem alere vxorem, vt ff. de iure do. l. dotis fructus. si enim vellem benefacere tibi tanquàm fratri: certè iam multos tales fratres haberem. Item nec petes debitum bonorum
4 subsidium: illud enim † debitum nunquam petitur nisi post mortem patris, vt C. de inoffic. donat. l. 1. & 2. assimilatur enim ista querela querelæ inofficiosi testamenti, quæ non intenditur nisi post mortem, & post aditam hæreditatem, vt C. de inofficio. testamẽ. l. pen. §. vltim. Item tu filius nullum ius habes viuẽte patre, nisi quòd
5 ab eo alimenta † petas, & hoc ius exigit naturale: pete ergo ab eo alimenta. Nec obest mihi si contra te per ipsum elidatur intentio prætextu paupertatis oppositæ. vt argumen. ff. de dolo. l. nam is. paupertas enim patris mihi suo filio non debet præiudicare: sicut nec eius prosperitas mihi prodest, nisi quò ad honorem. honor enim esset habere potiùs patrem diuitem quam egenũ: nam virtutum præmia tribui merentibus conuenit: ita alterius factum præiudicare alteri non debet, vt C. de statuis & imagi. l. vt virtutum. & ff. de transact. l. 1. si enim dominus benefecit mihi non debet bonum meum redundare in damnum meum. Nam non honor est sed onus species læsura ferentem? Nec quartam † debitam tibi iure naturæ petere potest: illa enim post 6
mortem patris inspicitur & petitur. vt C. de inofficio. testamen. l. cum quæritur. Item mihi impedimento patris est paupertas: quia oporteret meipsum alere, vt ff. de libe. agno. l. si quis à liberis. & sic in hoc affligor: vnde non debet mihi in hoc afflicto dari afflictio. vt argum. ff. de tutorib & curato. da. ab his. l. Romanus Apulus. In hac quæstione videtur mihi quòd frater compellatur fratri alimenta præstare: si non vult sibi dare debitum bonorum subsidiũ, quòd restituere tenetur fratri propter donationem immensam, quam recepit à patre. vt C. de inoffic. testamen. Auth. vnde si parens. & C. de inoffi. do. l. si totas. & l. 2. & l. si mater. Sicut in ecclesia video, quæ tenetur filijs monachi alimenta præstare, si non vult dare filijs legitimas portiones. vt C. de sacrosanct. eccle. Authẽ. si qua mulier. Sed cuius erit electio. credo fratris esse electionem: quia cum teneatur ad duo, semper est electio disiunctiua debitoris, vt ff. de iure doti. l. plerumque. §. fin.

ARGVMENTVM.

Si fideiussor condemnatus soluit, qui posteà hæres institutus à tertio est grauatus liberare debitorẽ pro quo soluit: deinde eidem restituatur pecunia ab eo cui soluta est: an possit à debitore principali conueniri ad pecuniæ restitutionem.

SVMMARIA.

1 *Condictio certi quando & in quibus locum habeat.*
2 *Actio ex testamento similis est actioni bonæ fidei.*
3 *In testamentis nomen vnius quandoq; describitur, & alteri legatum quæritur.*
4 *Fideiussore conuento conuentus principalis esse videtur.*
5 *Officium suum sicut nemini damnosum esse debet, ita nec proficuum.*
6 *Soluendo quis alium etiam inuitum & ignorantem liberare potest.*
7 *Testantium voluntates largiùs interpretanda sunt.*
8 *Obligatio vbi nulla est, ibi nec actio esse potest.*
9 *Repetitio nulla est ab eo qui suum recepit.*
10 *Pœna causa quod soluitur, repeti non solet.*
11 *Obligatio vbi nulla est: ita nec liberatio.*
12 *Conditio quæ defecit adimpleri non potest.*

QVAESTIO. XXX.

IOANNES pabeyrani potestas vrbicarius præcepit cuidam, pone Titio, vt daret sibi recollectam, vel fideiussorem centum librarum propter maleficium quod commiserat. dedit ipse Titius fideissorem Sempronium: qui Sempronius exactus à potestate centum libras exsoluit. tempore procedente quidam de ciuitate illa fecit testamentum, & Sempronium prædictum sibi hæredem instituit rogans eum quod Titium ab actione scilicèt contraria mandati qua sibi Titius tenebatur liberaret. adiuit Sempronius hæreditatem non facto inuentario. deinde communitas ciuitatis illius illas centum libras quas abstulit à Sempronio sibi restituit. nunc Titius istas centum libras petit a Sempronio sibi dari: quæritur an possit. Quòd possit ita probo. Et quia nemo sine actione experitur, vt ff. de administrat. tut. l. quotiens. §. item si temporali & de neg. gest. l. si pupilli. § videamus. in fin. ideò certi condictionem generalissimam intendo: vel actionem in factum: vel condictionem sine causa: vel vtilem ex testamento. Quòd certi condictio locum habeat ita probo.
† Illa datur quotiescunq; aliquid certi petitur. vt ff. si cert. petat. l. certi condictio. Item quotiens aliquid ad te ex bonis meis peruenit, vel eorum occasione, dignũ & æquum est eam dari. vt ff. si cert. pe. l. si & me & Titium. hic autem certum petit, scilicèt centum libras. ergo datur. Item tãtum tibi ad est propter institutionem 1
factam.

factam, sicut etiam probabo. vnde merito mihi datur,
maximè cum institutio fuerit facta contemplatione il
la, quòd me liberaret: vnde occasione mei videtur tibi
tantundem esse solutum. Quòd actio etiam in factum
locum habeat, æquitas suggerit, hic autem dari hoc vi-
det omnis homo: quæ æquitas iuuat hominem, licèt a
iure scripto deficiatur. vt ff. de aqua plu. arc. l. in sum-
ma. §. item Varus. in fin. Si ergo æquitas hoc suadet, li-
cèt ius scriptum deficiat, actione in factum agendum
est, vt ff. de præscript. verb. l. quotiens. Item quòd lo-
cum habeat cōdictio sine causa vide. Certum est quòd
per institutionem & per aditionem hæreditatis videa-
tur quædam fictitia celebrata solutio. vt argumen. ff.
de fideiussori. l. Vranius. & l. hæres. § seruo tuo. circa fi.
§. & argum. ff de euict. l. si ei. cui. §. si is qui fundum. ex
quo enim adiuisti hæreditatem & sine inuentario: om
nes actiones, si quæ competierint, confunduntur, vt C.
de iure delib. l. sancimus §. si vero & ipse. cum ergo per
hæreditatis aditionem & institutionem sit sibi facta so
lutio: non debes iterum iam soluta habere: quia nec
ius nec natura patitur, quòd bis idem exigatur. vt ff. de
regu. iur. l. bona fides. Item quod vtilis ex testamento
locum habeat ita probo. Certum est, quòd † non fuis-
sent tibi restituti denarij: haberem contra te actionem
directam ex testamento, vt me liberares. vt ff. de liber.
leg. l. 3. circa princip. fuit enim hæc intentio testatoris,
quòd voluit me lucro afficere, & te damnificare in
hoc, scilicet, in prædictis centum libris. vnde si denarij
sunt tibi restituti, mihi illos restituere debes. constat
enim quod illos denarios amiseras propter mandatum
testatoris. licèt potuisses illos à me repetere per con-
trariam mandati ante institutionem: vnde si illos teri-
nes contra voluntatem testatoris, & si non expressam
saltem tacitam, videris retinere. † Est enim actio ista ex
testamento, similis actioni bonæ fidei: nam & fructus
& vsuras admittit. vt C. de vsur. & fruct. lega. per totū.
& moram patit. vt C. in quibus caus. in integr. restitu.
non est necess. l. in minorum. vnde talia veniunt de qui-
bus neque actum est neque cogitatum, sicut in omni-
bus actionibus bonæ fidei. propositis ergo competenti-
bus actionibus probo. quòd tenearis mihi denarios re
stituere. nam eo ipso quòd te dedi fideiussorem, man-
daui tibi quòd solueres: vnde illa pecunia videtur fa-
cta mea. vt ff. de condici. indebi. l. in debitam. & sic de
repetitione tractaremus, mihi repetitio competeret.
vt in l. prædicta. Nam si procurator meus soluat pecu-
niam nomine meo, & ratam habeam, illam pecuniam
iure repeto, vt ff. de condic. indeb. l. si procurator. si
ergo illa pecunia facta fuit mea, sicut dictum est, quo
iure qua fronte tibi restitutam vis retinere. nam pro
illa pecunia habebas contra me contrariam mandati, à
qua sum liberatus per mandatum testatoris, qui te in-
stituit. vnde si illa fuit tibi restituta tanquam ministro
3 men, & mihi quæritur. Nam † & aliàs in testamentis
nomen alterius scribitur, & alij quæritur legatum. nā
si legatum relinquatur publicano pro Titio: non publi-
canus sed Titius habebit petitionem legati. vt ff. de le-
gat. 3. l. fideicommissa. §. interdum. nam licèt tu fueris
4 exactus: ego videor exactus fuisse. † nam conuento fi-
deiussore videtur conueniri principalis. vt C. de vsur.
rei iudic. l. vltim. in fin. tu enim nihil amisisti, cùm a-
ctionem cōtra me haberes: & qui actionem habet rem
habere videtur. vt ff. de regu. iuris. l. qui actionem. cùm
ergo incommodum me respiciat in soluendo: me de-
bet commodum respicere in exigendo vel repetendo.
nam cuius est emolumentum, ipsius est & onus: & e-
contra, vt Institut. de legi. patro. tuto. Nec debet esse
quis tantum subiectus grauamini cum & lucro subie-
ctus non sit, vt C. de furt. l. vltim. § illa dubitatio. Præ-
tereà tuum mandatum vel officium quod pro me susce
pisti non debet tibi afferre damnum: est enim regula,
5 quòd † officium suum nemini debeat esse damnosum.
vt ff. ex quib. caus. maior. l. videlicet. & ff. de furtis. l. si
seruus communis. in fine primæ columnæ. Si ergo nec
damnosum, ita nec lucrosum, vt ff. mandati. l. ex manda.
& ff. de procur. l. qui proprio. §. procurator vt in cæte-
ris qui quid enim procurator ex lite consequitur, et-
iam si indebitum, restituere debet domino, vt in l. præ-
dicta, & ff. solut. matrimon. l. si verò. Certum est enim,
quod per aditionem & institutionem hæreditatis, vi-
deatur tibi facta solutio, sicut dictum est. potest † enim 6
quis soluendo alium inuitum & ignorantem liberare.
vt ff. solutio. l. solutionem. & ff. de neg. gest. l. soluendo.
ex quo enim fuit mihi in testamento liberatio legata: e-
tiam si ex egisses à me, teneris mihi reddere, vt ff. de li-
ber. lega. l. non solùm. §. vnde quæritur. Nam si relin-
quatur liberatio a substituto impuberis debitori: & po
stea a pubere exigatur aliquid à debitore, tenetur exa- 7
ctum debitori reddere substitutus, vt l. prædicta. † vo-
luntates enim testatorum largiùs interpretamur. vt ar
gumento ff. de vino & oleo lega. l. 3. §. si vinum. Econ-
trà Sempronius se hoc modo defendit. In primis, quòd
nulla actione Titio teneatur. nam non est sibi obliga-
tus nec ex contractu vel quasi: nec ex maleficio vel qua
si ergo nullo iure. vt ff. de actionib. & obligation. l. 1. &
Institut. de action. cùm † ergo non sit aliqua obligatio: 8
ergo actio nulla potest esse: cùm ex obligatione actio
descendat. vt Institut. de actionib. in princip. & Insti-
tut. de obligationib. certi enim condictione non tene-
or: quia nunquam tecum contraxi. Si enim tu vis inten-
tare actionem in factum, illa locum non habet: non e-
nim omnis æquitas actionem in factum inducit. æquū
enim est & iustum vt cum vides nudum, operias eum:
non tamen posses te compellere per actionem in factū.
Item nec sine causa locum habet. quia illa fortè com-
peteret. si à te causam habuissem, quòd pecuniam tuam
soluissem. at cum solui pecuniam meam quomodo e-
am mihi per Dei gratiam restitutam vis petere: cùm † 9
repetitio nulla sit ab eo qui suum recipit. vt ff. de con-
de. l. repetitio. Nec etiam teneor tibi ex quasi contra-
ctu, vt propterea actio ex testamento locum haberet:
nam præceptum testatoris seruare volo. [illegible] enim
enim tibi liberationem actionis mihi competentis, &
ego te liberare volo: si enim illa pecunia fuit soluta
propter maleficium tuum sicut positum est in themate:
quomodò à me vel ab alio repetes, certè nullo mo-
do. vt ff. de regul. iuris. l. quòd à quoquam. † id enim 10
quod causa pœna soluitur, non solet repeti, vt ff. de
condiction. indeb. l. pœnæ. si enim tutor soluat prop-
ter communem dolum vel proprium: qua fronte re-
cuperabit ab aliquo? certè non recuperat, vt ff. de ad-
ministrat. tutor. l. si plures. & ff. de tutel. & ratio. di-
strahend. l. 1. §. nunc tractemus. versiculo planè. Si e-
nim illud contingat mihi ex gratia quod mihi fuerunt
restituti denarij: quare vis hoc tuo commodo reputa-
re: beneficium enim vni collatum ad alium non porri-
gitur, vt argumento ff de constitutio princip. l. 1. Si e-
nim legata fuit tibi liberatio, ita demum habet effe-
ctum, si in aliquo esses obligatus. at vbi est nulla ob- 11
ligatio, ibi nulla liberatio. ille enim dicitur liberari
qui obligatus est. sicut & aliàs illud dicitur rumpi,
quòd tenet. quòd enim non tenet rumpi vel rescindi
non potest. vt ff. de iniust. vel irrito. [illegible] testamento. l.
nam & sub conditione. licèt enim so[illegible] centum libras
competeret & nata esset actio mandati contra te. vt ff.
mandati. l. idemque. §. idemque ait. & l. si quis ali[illegible]ui.
§. impendia. & l. qui mutuam. §. vltimo. tamen resti-
tuta mihi per communitatem pecunia: actio illa nata
est extincta: quare? quia mihi mea interest: cum a-
ctio mandati tam directa quam contraria ad interesse
competat. vt ff. mandati. l. procurator[illegible]. § mandati a-
ctio. vnde si actio illa est sublata: certè a[illegible] te libe-
rare non possum. non enim potest adimpleri condi- 12
tio, quia iam defecit. vt ff. de condi. [illegible]. l. quæ sub cō-
ditione. § penult. Item si legetur liberatio [illegible] a-
licui in testamento, & pecunia fit exacta: non restitue-
tur propter liberationis legatum. vt ff. [illegible] lega.
l. non solum. [illegible] Nam & si creditor debitori le
get liberationem: si aliquid creditor viuus exegit, non
restituitur debit[illegible] propter liberationis legatum, vt
ff de liber. leg. l. creditor. in princip. Item cum legauit
tibi liberationem testator: teneba. quo ad factum. f. ad
te

te liberandum, si in aliquo tenebar, vt dicit. l. ff. de lib. leg. l. non solum. § liberatio. vnde si ad factum teneor, quod est incertum, vt ff. de verbo. obligat. l. autem non apparet. §. qui id quòd. teneor tibi ad interesse tuum quatenus interest tua te esse liberatum, vt ff. de te [illegible] l. si quis ab alio. § vltim. at tua nihil interest: cum actio scilicèt contraria mandati mihi competens sit extincta propter pecuniam mihi à communi [illegible] restitutam, sicut dictum est. si ergo posses agere: posses agere ad interesse, vt dixi. at tu petis aliud, scilicèt pecuniam [illegible] sed [illegible] vel [illegible] aliud petis quam id ad quod teneor & ideò sum in causa absolutionis. In hac quæstione sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi distinguendum cuius contemplatione [illegible] restituerit pecuniam Sempronio. vtrum contemplatione ipsius Sempronij: & tunc non [illegible] an contemplatione Titij, qui fuit reus principalis: & tunc tenetur restituere, vt argum. ff. solut. matrim. l. si vero in princi. & ff. de lega. 3. [illegible] fideicommiss. § penult. & ff. de vsufruct. l. & si quid donetur. Nec obstat ff. de action. emptio. l. Iulianus. §. si quid seruo. vbi non distinguitur, cuius contemplatione relinquatur. [illegible] non distinguitur cuius contemplatione, scilicèt [illegible] vel emptoris. In dubio quod dicemus. Dico Titium de æquitate posse agere: vel vtili actione ex testamento: vel certi condictione generalissima: vel actione in factum per ea quæ allegata sunt. Nec obstant leges de liberatio lega. l. non solum autē. §. liberatio & l. creditor. in princi. nam ibi legata liberatione pecunia nō erat exacta ab ipso testatore. & ideò commodum liberationis non potuit ad exactam liberationis pecuniam pertinere. sed si erat exigenda: & post liberationem legatam fuit exacta, tenetur hæres propter commodum liberationis exactam pecuniam restituere. vt ff. de libera. leg. l. non solum autem. § liberatio. & hoc maximè dico cum voluntates vltimæ sint prorogandæ, sicut dictum est. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Si filiusfamilias in instrumento renunciat exceptioni non numeratæ pecuniæ an ratione renunciationis possit intra biennium conueniri.

SVMMARIA.

1 *Actio præscriptis verbis ex innominato contractu oritur.*
2 *Obligatio ciuilis & naturalis ex contractu innominato nascitur.*
3 *Con[illegible] causata obligationem inducit.*
4 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ qui renunciauit, eam opponere postmodum non potest.*
5 *Renunciationi & confessioni contrà veniens non auditur.*
6 *Obligatus sine causa certi condictione consequi potest, vt liberetur.*
Obligatio quæ sine causa intercessit, per condictionem sine causa condici potest.
7 *Actio præscriptis verbis vt locum habeat, rem interuenire oportet & nu. seq.*
8 *Contractus cambij quando contractus innominatus dici possit*
9 *Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ & cōfessionis inualida prætextu [illegible] facta non valet.*
10 *Stipulatio post [illegible] concepta ad hoc vt committatur mors naturalis interueniat, oportet.*

QVÆSTIO. XXXI.

LECTA est in auditorio Rofredi [illegible] ciuilis scientiæ [illegible] in ciuitate Aretij: cautio hæc: ego Lucius Titius confiteor me recepisse a Publio Mæuio [illegible] libras Senensium pro 24. lib. Pisanorum nomine cambij: quas 24. lib. Pisanorum promitto me proximis futuris Kalendis reddere. renuncians [illegible] exceptioni pecuniæ non numeratæ & non soluti pretij. ita spopondi ego Lucius Titius. & ita stipulatus est Publius Mæuius. Nunc Publius intra biennium vel post conuenit Lucium certi condictione, quæ oritur ex stipulatione: vel alia actione, sicut infra parebit. [illegible] exceptionem doli opponit, & dicit se filiumfamilias [illegible], & hoc constat: quæritur an eum effectu potuit conuenire. Et videtur quòd sic. In primis duæ actiones possunt intentari: prima quæ oritur ex primo contractu: alia quæ oritur ex stipulatione. fuit enim ille contractus cambij contractus innominatus. scilicet do vt des, ex quo oritur actio præscriptis verbis. vt ff. de præscript. verbis l. naturalis. § si autem do. Item oritur actio ex stipulatione, scilicet certi condictio: quia certum est promissum, scilicet dare Pisanos: quæ quidem moneta certa est, vt ff. de eo quòd certo loco. l. i. [illegible] eo. [illegible] de certi condictio locum habet. vt Institu. de [illegible] bo. obligatio. in princip. Quod enim cum effectu possit petere, videas nam certum est quod fuit contractus innominatus, vt dictum est. ex quo contractu oritur ciuilis & naturalis obligatio. vt ff. de præscript. verb. l. naturalis. vnde cum effectu teneris. Ex quo cum confessus es te recepisse nomine cambij, obligaris ex hac confessione post biennium vt C. de non numer. pecun. l. in contract. [illegible] cautio enim ista est discretissima: quia causam continet: vnde obligationem inducit. si enim esset indiscreta, non valeret, vt ff. de probatio. l. cum de indebito. § fin. & ff. de doli exceptione. l. 2. planè. & §. circa. Vides enim quòd mulier quæ gaudet multis priuilegijs si confiteatur se aliquid accepisse in instrumento quòd obligetur, & cessat omne auxilium, vt C. ad Velleian. l. antiquæ. Et tutor si confiteatur quòd tantum habeat in bonis pupillus, statur suæ confessioni, vt C. arbitr. tute. l. vltima. Et hæc sunt vera sine omni quæstione post biennium: quia secundum quosdam [illegible] suam numeratio [illegible] & ita [illegible] iure ciuili & naturali. [illegible] dominum meum esto, quòd biennium non [illegible], agitur tamen post biennium ex sola ciuili: [illegible] ff. de pactis. l. iurisgentium. § [illegible] non potest [illegible] aliquid opponere. Sed esto quod ago [illegible] infra biennium, tamen de iure ago, & cum [illegible] enim ex sola confessione non obligeris, nisi [illegible] vt Institut. de lite. obligatio. tamen non audieris [illegible] dicere: quia † in instrumento renunciasti exceptioni non numeratæ pecuniæ: vnde non potes contra renunciationem venire, vt ff. de minori l. si iudex. [illegible] pactis. l. si quis in conscribendo. & ff. de ad[illegible] quæritur. §. si [illegible]. Nam & si fideiussor [illegible] priuilegio renunciet, [illegible] priuilegium non opponit; vt ff. si quis in ius vo. non ier. l. 1. & ff. qui satisdare cogantur. l. si fideiussor. in fine primi responsi. Mulier etiam si renunciet auxilio Velleiani, eius [illegible] non habebit, vt C. quando mulier tu. offic. [illegible] potest. Authen. [illegible] & l. vlt. Nec obstat quod est filiusfamilias, nam contractus iste non fuit mutui sed contractus innominatus, vt dictum est: vnde obligatur filiusfamilias, sicut paterfamilias ex omnibus cōtractibus, præterquam in duobus. in voto ipso iure non obligatur. in mutuo obligatur, [illegible] stat exceptio. vt ff. de action. & obliga. l. [illegible] ius. & ff. de pollici. l. 2. §. voto. & ff. ad Macedon. l. 1. ex quo enim renunciasti non numeratæ pecuniæ exceptioni, quomodo contra renunciationem venies iterum opponendo? certe non [illegible] vt C. de non nume. pecu. l. generaliter. & C. de reb. cred. [illegible] § qui [illegible] iurandum. † Contra renunciationem & confessionem tuam veniens non audieris. nam graue est probo viro fidem frangere, vt ff. de const. pec. l. 1. & [illegible] est contra illud quod fecit quis venire, vt ff. de pact. l. 1. venire enim non potes contra factum tuum, etiam si [illegible] de iure non teneat. vt argu. ff. de adopti. [illegible] post mortem & ff. de ser. rusti. prædio. l. per fundū [illegible] contrà [illegible] Titius si iustè defendit. In primis, quòd nulla actio [illegible] ta cōtra eum locū habere potuit. Certa enim condictio quæ

Right-margin note numbers, each beside the printed line it stands next to (top to bottom):
- 1 — "contractus cambij contractus innominatus. scilicet do"
- 2 — "innominatus, vt dictum est. ex quo contractu oritur"
- 3 — "naturalis. vnde cum effectu teneris. Ex quo cum con-"
- 4 — "dicere: quia † in instrumento renunciasti exceptioni"
- 5 — "iurandum. † Contra renunciationem & confessionem"

quæ ex stipulatione oritur locum non habet ideo. Cer
6 tum [illegible] est enim, quòd si stipulatio intercedat & sine cau
sa, quòd illa obligatio possit condici per cōdictionem
sine causa, vt ff. de condic. sine causa. l. qui sine causa. I-
dem est & si causa inicetatur, & iniusta: in eodem titul.
l. 4. & ff. de doli exceptione. l. 2. §. circa. Quòd enim nul-
la causa sit illa quæ est incerta, [illegible] ide. Certum est enim,
quòd ego promisi red[illegible]re [illegible] narios, & confessus
sum me recepisse: quia exp[illegible]ctabam te numeraturum:
& sic confessio sub illa spe fuit: vnde cum numeratio
non intercessit, obligatio illa nulla est. & si agetur ex
illa stipulatione vel confessi[illegible]ne, ex qua causa nulla
subest, obstat doli exceptio, vt ff. de doli exceptione. l.
2. §. circa. Nam & si iuraui reddere pecuniam quàm cō
fessus sum me recepisse spe futuræ numerationis, sed
numerata non est non obstante sacramento venio con-
tra. vt C. de non numera. pec. l. fin. Item quod præscri-
7 ptis verbis actio locum non habeat, probo. Certum †
est quod ad hoc vt illa actio interueniat, oportet quod
res interueniat: alioquin ex placito per mutationis so-
la actio non oritur. vt C. de rerum permuta. l. ex placi-
to. & oportet vere rem interuenire. at hic non interue-
nit: nisi diceres ita per confessionem, quod quidem nō
sufficit: quia est quoddam figmentum. vnde actio præ-
scriptis verbis locum habere non potest, sicut dictum
est. & sic [illegible] locum non habet: vnde de-
structo fun[illegible] necesse est quod ædificium destrua
8 tur. licèt † enim sit contractus innominatus, scilicet do
vt des, contractus cambij: verum est, si res verè interue
nit: vt dictum est. si ergo tu creditor agis contra me in-
frà biennium, non est dubium quòd exceptio non nu-
meratæ pecuniæ locum habeat. vt C. de non numer. pe-
cun. l. in contractibus. Nec obstat mihi renūciatio quæ
continetur in charta: illa enim renunciatio facta fuit
9 spe futuræ numerationis: vnde † sicut non obligat me
confessio, ita nec etiam renunciatio, quæ ex confessio-
ne pendet: totum enim pendet ex fonte eiusdem scis-
matis: vt in minore [illegible] non præiudicat hæreditatis a-
ditio: nec etiam præiudicat si [illegible] bitores e[illegible] hæredi-
tarios, vt ff. de mi[illegible]. l. denique. §. [illegible] illud. si enim
quod est principale vitiatur, & quicquid ex eo pendet.
vt C. de legi. & consti. [illegible] non dubi[illegible]. ad hoc enim vt
præscriptis verbis locum habeat, necesse est quod vera
10 rei traditio interueniat sicut dixi. Nam & ad hoc vt
stipulatio post mortem concepta comitteatur: necesse
se est, quòd mors naturalis interueniat: non ficta, scili-
cèt ciuilis, vt ff. de verbor. obligat. l. ex ea parte. §. in in-
sulam. Et si de ætate fiat mentio, de vera ætate intelli-
gitur, scilicet viginti quinq. annorum: non de illa quæ
impetratur per veniam. vt C. de his qui ve. æta. impe.
l. eos qui. Nam & si legatum relinquatur sub ea condi-
tione, si decem daret: vera solutio est necessaria, non
fictitia quæ per acceptilationem inducitur. vt ff. de cō
ditio. & demonstrat. l. Iulianus ait. & argumento C. de
nup. l. [illegible]nemus. Et sic si infra bienium agis, non est du-
bium, quo[illegible] me de iure defendo. Sed videamus si agas
post biennium, an me possim defen[illegible]ere: certe sic. Item
etiam potest induci ad aliud, quando quis conuenitur
infra biennium, certum est quòd tu agas certi condicti
one, quæ oritur ex stipulatiōe: vnde contra hanc habeo
doli exceptionē: vel in factum. vt C. de nō nume. pec. l.
cum vltra. vnde cum doli vel in factum sit perpetua, e-
tiam post biennium potest opponi & perpetuò, vt ff.
de doli exceptio. l. pure. §. vltim. Nec obstat renuncia-
tio mea mihi. quia licèt renunciando fuerim in culpa:
tamen tu es in dolo: quia petis quod non numerasti: vn-
de dolus tuus præponderat culpæ meæ, vt ff. ad leg. A-
quil. l. item si obstetrix § vltim. Ex quo enim filiusfa-
milias sum, constat quòd habeo exceptionem Macedo-
niani: fuit enim iste contractus factus in fraudem mo-
tui. Campsores enim nostri tempori ne contrahant
mutuum, propter repetitionem vsurarum faciunt cō-
tractus istos in fraudem: vnde non valent. vt ff. ad Ma-
cedonia. l. [illegible]us. & l. sed Iulianus. In hac quæstion sine
præiudicio meioris sententiæ videtur mihi referre
quando agatur: an agatur infra biennium, aut post. Si
infrà, locum habet exceptio non numeratæ pecuniæ. Et si obijcias de renunciatione, non obstat: quia in renunciatione fuit culpa: in petitione est dolus, qui culpæ præponderat, vt ff. ad leg. Aquil. l. item si obstetrix. in fine. Si verò post biennium agatur, refert adhuc qua actione agatur. verum certi condictione, quæ oritur ex mutuo: & tunc nulla exceptio posset locum habere: quia biennio tollitur, vt C. de non numerata pecunia. l. in contractibus. aut agitur certi condictione quæ oritur ex stipulatione: tunc doli exceptio locum habet, & durat in perpetuum id est, vsque ad annos triginta. idem & si agatur præscriptis verbis. Nec obstat l. cum vltra. C. de non numer. pecun. vbi in factum tollitur biennio. Respondeo, ibi petebatur pecunia certi condictione, quæ oritur ex mutuo: vnde merito exceptio in factum, quæ succedit in locum exceptionis non numeratæ pecuniæ tollitur biennio. Idem dicerem in doli exceptione: quia imitatur naturam exceptionis non numeratæ pecuniæ, & hæc vera sunt generaliter. In quæstione autem præsenti cùm filiusfamilias fuerit, qui contraxit, præsumo contractum in fraudem senatuscō sulti factum: & ideo ipsum per senatusconsultum Macedonianum defendo, vt ff. ad Macedon. l. si filius. & l. sed Iulianus. Rofredus.

ARGVMENTVM.

An qui longissimo tempore recollegit pedagium in certo loco, dicatur ex tempore sibi ius acquisiuisse, ita vt deinceps non possit prohiberi recolligere.

SVMMARIA.

1 *Actio negatoria datur domino volenti seruitutem à prædio suo depellere & nulli alij preter quàm domino datur. & nu 17.*
2 *Actio negatoria vtilis ei, qui dominus non est, vt seruitus depellatur, competit.*
3 *Pedagium colligere meri est imperij.*
4 *Ciuitas vectigalia seu pedagia imponere non potest.*
5 *Pedagium colligens sine principis licentia, perpetuo damnotur exilio.*
6 *Pedagium colligere seruitus est.*
7 *Venari in agro alieno inuito domino non licet.*
8 *Præscriptio 40 annor. in quibus locum habeat.*
9 *In pedagijs præscribendis quod tempus requiratur.*
10 *Pedagia colligere ius publicum est nu. 18.*
11 *Ius ciuile quod triginta annis tollatur, in quibus procedat.*
12 *Exceptiones perpetuæ sunt.*
13 *Pedagiorum collectoribus, licèt pro præterito nihil obijci possit: pro præsenti verò prohiberi possunt.*
14 *Pedagium quod anno præterito collectum fuit, an cum ipsius anni pedagio continuetur.*
15 *Actio negatoria quanto tempore præscribatur.*
16 *Negatoria quando locum habeat. & nu 25.*
19 *Traditio quod in rebus corporalibus operatur ad acquirendum dominium, hoc patientia operatur in seruitutibus.*
20 *Seruitutes traditionem veram non recipiunt.*
21 *Pedagium colligere an quis cōcessisse videatur ex quo per tempus triginta vel quadraginta annorum collectionem permisit.*
22 *Pedagium colligere nisi principis beneficio cōcedatur, nulli licere regulare. & nu. 4.*
23 *Iura per desuetudinem abrogantur.*
24 *Tempus non est modus inducendæ seruitutis.*
26 *Pedagium quando in via publica colligitur, vtilis actio in factum locum habet. Item & iudicis officium.*

QVAESTIO. XXXII.

IVLIANVS castrum habebat: in quo castro Titius per annos quadraginta recollegit pedagium: vult

vult modo Ioannes dominus castri Tertium prohibe[illegible] [illegible] castro recolligat pedagium: quaeritur an pos[illegible] Quòd possit probatur. Et quia nemo fine actione expe[illegible] ritur, vt ff. de adminitstratio. tuto. l. quotiens. §. item si temporal. ideo neg [illegible] toriam propono directam. si est dominus castri: si non est dominus, vtilem. Qu[illegible] d n[illegible] a
2 torta locum habeat dicunt iura. Certum est quòd illa competit domino qui vult seruiturem à prædio suo de pellere, vt ff. si seruit. vendice. l. 2. & nulli al[illegible] datur, nisi
2 domino: vt l. prædicta. si autem non sit dominus, competit vtilis negatoria ad seruitutem depel[illegible] ndam, vt
3 ff. de publ. l. si ego recollig[illegible] et enim pedag[illegible] um est de meroiu e[illegible] [illegible] ra [illegible] rum. C. de vectiga. & commis. l. omnium. & [illegible] & l. ex præstatione. adeo qui dem [illegible] [illegible] quod nemo audeat sibi hoc pri
4 uilegium vend[illegible] [illegible] legib prædictis. Nec etiam ciuitas pot[illegible] [illegible] pedag[illegible] imponere: vt C. noua vectigal [illegible] non poss. l. 2. Item [illegible] sub ped[illegible] um aut fuit [illegible] antiq[illegible] constitutum, aut de nouo. si ex antiq[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non[illegible] [illegible] nisi de [illegible] beneficio principis con cedatur, vt C. noua vectig. institu. non poss. l. 1. & l. non
5 soient. [illegible] quod non [illegible] pedag[illegible] [illegible] fine licen tia principis, pe[illegible] [illegible] damnatur exilio, vt C. noua ve ct. [illegible] institui non poss. l. vltim. cum propter perceptum pedagium puniri debeas, non debes tibi ius ex pœna vendicare: non enim debet ex [illegible] pœ[illegible] [illegible] vt ff. solut. matrim. [illegible] ab hostibus. nec ex dolo suo debet
6 cõsequi qu[illegible] [illegible] vt ff. de dolo. l. nemo. l. vnde cum recol[illegible] ere pedagium fit ius vel [illegible] ruitus, nolo quod in re mea [illegible] vtaris [illegible], quod competat negatoria. Nam potest dominus prohibere volentem [illegible] [illegible] in suum prædium gratia aucupan di, vt Instit. de rerum diui. §. [illegible] Item possum pro hibere aliquem in lacu meo piscari, vt ff. de iniur. l. iniuriarum. §. vltim. Diuus etiam Pius rescripsit aucu
7 pibus, non [illegible] [illegible] dominis & nolen tibus vos in al[illegible] agri accupari: vt ff. de seru. rustic. prædior. l. diuus. [illegible] non debet quis in alienis rebus pacto facere. vt C. de pactis. l. vltim. in fin. [illegible] [illegible] [illegible] possum age re tibi ius non [illegible] [illegible] [illegible] habere, vt ff. ad leg. Aquil. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vicini per [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] toriam prohi betur: vt ff. si seruitu. vendi. [illegible] [illegible] Et si noua tigna in meum [illegible] [illegible] agere per [illegible] m negatoriam, vt tollas, vt ff. si seru. vendi. [illegible] meus. Neque enim est li citum vicino meo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nec lapides in suo [illegible] [illegible] cadant in meo, vt ff. si seruitu. ven[illegible] [illegible] m. §. Arist. ff. de iniur. l. penul[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] possem ergo te mea authori[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] contra me am voluntatem [illegible] [illegible] [illegible] ff. ad leg. Aquiliam. l. quemadmodum. § [illegible] [illegible] [illegible] potes te defendere præscriptione [illegible] [illegible] annorum, quasi quòd fit ius tibi quæsitum: [illegible] illa præscriptio tueatur eti am malæ fidei possessorem, vt C. de præscript. 30. annor.
8 l. cum notissimi. Istud enim quod allegas de tempore locum habet in h[illegible] rebus in quibus est continuata pos sessio, vt C. de v[illegible] ap. transf. l. vnic. Et hoc etiam in [illegible] uitutibus, vide[illegible] [illegible] tantum [illegible] quæritur tem pore longo, quæ habet [illegible] ntinuam causam, vt [illegible] [illegible] fenestra [illegible] [illegible] tigni immissi: [illegible] vendic. l. si quis [illegible] & sic intelli[illegible] C. de præscript. long. temp. dece[illegible] annor. l. vlti[illegible] [illegible] seruitus sit ta lis, quæ non habet continuam ca[illegible] vt vie, itine ris: nec enim homo potest tre co[illegible] [illegible] Item sicut ser uitus pedag[illegible] nec enim homo [illegible] recolligit pe
9 dagium: [illegible] necesse est, quod tanto tempore vsus sit quis, cuius tempori[illegible] non extet memoria: vt ff. de aqua pluuiali [illegible] in summa. §. item a rus. alioquin tempore [illegible] [illegible] annorum non quæritur seru[illegible] nam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cend[illegible] [illegible] [illegible] ff. [illegible] [illegible] & obli gationib. l. obligationum [illegible]. §. placet. Certum est e-

[illegible] [illegible] recolligere pedagium, est [illegible] cum: vnde ad hoc vt præ[illegible] necessaria [illegible] ipsi in centum annorum: [illegible] C. de sacrosanct. [illegible] vltima. Nec obstat C. de præscript. [illegible] annor. [illegible] omnes. vbi innuitur [illegible] quod [illegible] us pub[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] exponere in publ[illegible] cum, [illegible] [illegible] priuatu[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Nec obstat [illegible] [illegible] quod [illegible] omnes [illegible] [illegible] C. [illegible] præ[illegible] [illegible] pt. trig. annor. l. [illegible] [illegible] & l. sicut & [illegible] m [illegible] fine. Respondeo, verum est in iur. [illegible] [illegible] & [illegible] agendi non in negato un. non ius eundi ad sanctum Iacobum: & iure excepti end [illegible] sic certe omnis exceptio tolleretur annis t gi[illegible] ta, vel quadraginta, quod esse absurdum: [illegible] 11
pe[illegible] [illegible] sunt exceptiones, & durant [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ta secula sæculorum, Amen. vt ff. de dol. except[illegible] l. pur[illegible] vltimo. & argumen. C. de exceptio. [illegible] ergo tibi [illegible] [illegible] sit quæsitum ex temp[illegible] [illegible] go ius n[illegible] [illegible] [illegible] non prohibendo non [illegible] [illegible] videtur a mi[illegible] [illegible] quod alteri quæsitum non est, [illegible] ff. ex quibus caus[illegible] maior. l. deni[illegible] [illegible] licet ergo propter [illegible] ginta an 13
nos, non possim aliqui[illegible] obijcere, propter præterita: ta men nunc [illegible] habes pedagiu[illegible] [illegible] [illegible] prohi [illegible] [illegible] enim pedagi[illegible] [illegible] hodie vis col[illegible] [illegible] il led [illegible] collegi[illegible] ante [illegible] triginta. nec est onti nuatio vnius anni [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nnum. quot enim pedagia [illegible] [illegible] tot [illegible] [illegible] ctiones negatoriæ, sicut in [illegible] [illegible] [illegible] quot [illegible] vio [illegible] tot sunt stipulationes, vt ff. de verbor. ob[illegible] [illegible] si sic stipulatus. Et in annuis præm[illegible] [illegible] quot sunt res, tot sunt stipulationes, vt ff. de verbor. obl[illegible] [illegible] l. quod dicitur. & quot sunt solutiones rerum fin[illegible] annis faciendæ, tot sunt necessariæ præ[illegible] [illegible] de to [illegible] [illegible] anni currit præscriptio, vt C. de præscript. trig. annor. l. cum notissi[illegible] [illegible] potes dicere [illegible] quod pedagium quod fuit col[illegible] 14
anno præterito, continuet [illegible] cum pedagio illio [illegible] seruitutes enim vnius anni non conti[illegible] [illegible] tertius anni seruitute, vt ff. de seruit. seruitutes rust[illegible] ruorum prædiorum. Nec obstat si obijcias quomodò [illegible] tas negatoriam, cum negatoria detur domino, vt [illegible] seru. ius vendicetur. l. 2. at vix non sunt in domi[illegible] licuius, sed publicæ sunt. vt ff. ne quid in loco p[illegible] [illegible] l. 2. §. ait prætor. Respondeo [illegible] [illegible] sim dominus [illegible] nihil dominus sim via publica [illegible] quid [illegible] [illegible] quod iurisdictio castri læditur, [illegible] [illegible] [illegible] ff. si seruitus vendicetur. l. si stulas [illegible] Titius In primis quod negatoria locum non habe[illegible] & ratione tali. Certum est, qu[illegible] omn[illegible] actio & omn[illegible] tol[illegible] [illegible] ginta vel quad[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] C. de præsc[illegible] vel quadrag[illegible] [illegible] [illegible] l. omnes. & [illegible] notissimi. [illegible] [illegible] 15
& nec [illegible] Certum est enim [illegible] [illegible] cu[illegible] & ob[illegible] [illegible] tur actioni [illegible] C. de anna[illegible] excep[illegible] ne. l. in fin. & l. [illegible] in fin. [illegible] quan[illegible] ego cœpi col[illegible] pere pedagium ab en[illegible] [illegible] tibi competere negatoria: vnde tr[illegible] simo [illegible] [illegible] blata. præ[illegible] scriptio enim opp[illegible] [illegible] & seruitutis contemptores, vt C. de annali exceptione. l. vltima. vigi[illegible] [illegible] enim & [illegible] dormientibus iura sunt prod[illegible] [illegible] [illegible] quæ in fraudem creditor[illegible] pi[illegible] [illegible] [illegible] non habet locum negatoria ratio[illegible] C[illegible] [illegible] quod negatoria [illegible] locum habeat, quot e[illegible] 16
aliquis est dominus loci: & dominus [illegible] [illegible] [illegible] vendi[illegible] tur. l. [illegible] in principio. & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod pedagium col[illegible] gatur ratione viæ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] at nullus est dominus viæ publicæ: vt ff. [illegible] in loro [illegible] l. 2. ait prætor. publicæ enim sunt viæ sicut [illegible] dicit. Item negatoria competit pro seruitute depel 17
lenda: vel vt aliqu[illegible] [illegible] non acqui[illegible] [illegible] inter ueniente [illegible] ruitus non por[illegible] [illegible] [illegible] ff. [illegible] uitutibus. l. seruitutes rusticorum [illegible] orum [illegible] loco publico, ergo negatoria [illegible] non ha[illegible] [illegible] Item [illegible] o, quod [illegible] agrum [illegible] [illegible] [illegible] 18
tus quæsitum est mihi per annos qua[illegible] [illegible] [illegible]

q

quòd mihi ius non esset quæsitum, & in publico aliquid feci: tamen me prohibere non potes: vt ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. si quis nemine. Item licèt sit ius publicum colligere pedagium, quadraginta annis vsus sum iure isto, vnde mihi est quæsitum, vt C. de præscriptio. triginta annorum. l. omnes. & l. comperit. Sed esto quòd non sit mihi ius quæsitum: tu tamen me prohibere non potes, sicut & aliàs. vbi ius mihi non est quæsitum: tamen me prohibere potes: vt ff. de serui. rust. prædiorum. l. per fundum. ex quo enim me recolligere pedagium videbas, & non contradicebas, videris consentire vt argumen. C. de acquirend. possessio. l. minus. Pater enim & si non iure emancipauit filiam videndo illam viuere vt matremfamiliàs. licet materfamiliàs non fuerit, posteà contradicere pater non potest, vt ff. de adopt. l. post mortem. Et si delatam filio hæreditatem ab eo agnitam pater filium videat possidere longo tempore, consentire videtur: vt C. de petitione hæredita. l. si filius. & argument. C. de bonis quæ liberis l. cùm oportet. in fin. 1. colum. Si enim te patiente immissum habeam tignum, inducitur mihi seruitus: & exceptionem habeo, si contradicere velis, vt ff. si seruitus
19 vendicetur. l. si à te emero. † Quòd enim operatur traditio in rebus corporalibus quantum ad acquirendum dominium, vt C. de pact. l. traditionibus. hoc operatur patientia in seruitutibus, vt perinde habeatur ac si traditio interueniat: vnde patientia pro traditione habita inducit officium prætoris: vt possim seruitute acquisita per patientiam liberè vti, vt ff. de seruitu. rusticor. prædior. l. 1. §. fin. & ff. si seruitus vendic. l egi. & l. harum. ideò enim patientia habetur pro traditione: vt l.
20 prædicta. & ff. de public. l. si ego. §. 1. † quia seruitutes cùm sint iura & res incorporales, traditionem veram recipiunt. vt ff. de acquirend. rerum domin. l. seruus §. incorporales. in his enim nulla vacuæ possessionis traditio fieri potest, vt ff. de seruitutib. l. quotiens. cùm ergo vsus sim pedagio tempore longissimo, scilicèt annis quadraginta, sicut positum est in themate: licèt nó sit mihi ius quæsitum ex tempore: & quia non habet continuam causam: & quia tempus non est modus inducendæ obligationis, vt ff. de actionib. & obligatio-
21 nib. l. obligationum ferè. § placèt. tamen dico ius † mihi quæsitum: quia concessisti mihi colligere pedagium, vel permisisti: & ad hoc quòd permiseris induco tempus prædictum: nisi enim permisisses isto tempore me recolligere pedagium, ius mihi non fuisset quæsitum: præsumpsit enim Imperator vsuras promissas, quæ longo tempore solutæ fuerunt: vt ff. de vsuris. l. cù de in rem verso. Si enim rusticus qui aliàs præsumitur indebitè soluere, vt ff. de probationib. l. cùm de indebito. tamen si soluit triginta annis, præsumitur debitum soluisse ratione tanti temporis, vt C. libr. 11. de agricol. & censitis. l. litibus. Si enim aquam per fundum Martialis eo sciente & patiente longo tempore duxisti, exemplo rerum immobilium tibi dominium quæsisti. & C. de seruitutib. l. 2. Et si creditor cui pactæ erant vsuræ maiores, minores recepit: videtur fecisse pactum de illis minoribus recipiendis, vt C. de vsuris l.
22 aduersus. † Et licèt pedagium de iure non possit colligi, nisi per beneficium principis alicui concedatur, vt allegatum pro actore fuit: tamen cùm consuetudo generalis contraria se habeat quòd in multis partibus & ferè omnibus colligatur Pedagium in ciuitatibus, villis & castris, sicut tota die de facto videtis: videtur
23 quòd ius illud sit per desuetudinem abrogatum. † iura enim per desuetudinem arrogantur, vt ff. de legib. & constitution. l. de quibus Sicut vides in ecclesia: res ecclesiastica per legem præcipitur quòd cùm maxima solemnitate alienetur, vt in illa Authentic. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. ecclesi. tamen hodie ecclesiæ dant in feudum & emphyteusim non seruata prædicta solemnitate: & ita ius prædictum per consuetudinem abrogatur. In quæstione præsenti sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi ita posse distingui: quo iure se defendat Titius, qui recollegit pedagium contra Iulianum dominum castri. Nam si defendat se sola ratione temporis, nulla est sua defensio: quia tempus non est modus inducendæ obligationis: vt ff. de actioni & obligationum ferè. §. placèt. ergo † nec seruitus: 24
quæ seruitus ea obligatione constituitur, vt Instit. de seruitut. Item quia talis seruitus non habet continuam causam, vnde tanto tempore non quæsiuit sibi ius, vt ff. si seruitus vendicetur. l. si quis diuturno. & ff. de aqua pluuiali arcenda. l. 1. in fine. & l. in summa. §. item Varus. & de seruitut. l. seruitutes rusticorum. Vnde dominus eum prohibere potest: non negatoria: sicut propositum est. † nam illa locum habet quando quis vult 25
repellere, ne quis vtatur seruitute in prædio proprio: vt ff. si seruitu. vendicetur. l. 2. in princip. vel quotiens vtitur quis seruitute in via publica, & sua prædia vel domus propter illam seruitutem damnum vel aliam seruitutem patiatur, vt ff. si seruitus vendicetur. l. fistulas. & sic videtur, quòd competat tantùm ratione interesse agentis: at pedagium recolligitur in via publica, quæ non est in domino alicuius, vt ff. ne quid in loco publico. l. 1. §. ait prætor. Præterea nullum interesse est domini, nec ratione prædiorum, nec ratione hominum. ergo negatoria non habet locum: vt ff. de seruitut. l. quotiens. & attenditur interesse circa pecuniarium commodum, non circa lucrum, vt ff. de seruis exportan. l. si venditor. in fine. & ff. ad exhibend. l si liber homo. in fine. quid enim interest domini, quòd pedagium à transeuntibus non auferatur? certè nihil. † Vn- 26
de locum posset habere vtilis actio in factum subrogata in locum interdicti, ne quid fiat in loco publico. ff. ne quid fi. in loco publico. l. 2. §. 1 & 3. ideò dixi vtilem: quia directa locum habet, quotiens aliquid fit in via publica ædificáda vel per opus manu factum quod transeuntibus nocet. at cum istud scilicet recolligere pedagium, non fiat per ædificium, non habet locum directa: sed quia damnum infertur transeuntibus, locum habet vtilis actio: cùm ergo pedagium in via publica colligatur vtilis actio locum habet, vt dictum est. Vel si vis dicere quod recolligere pedagium sit de mero iure imperij, vt pro actore diximus. dicas quòd tunc locum habet officium iudicis, ad prohibendum: vt dicit ff. ne quid in loco publico fiat. l. 2. §. hoc interdictum ad ea loca. & argument. ff. de acquirend. rerum domin. l. quamuis. Et hæc vera sunt quando Titius se defendit ratione temporis sola, vt dictum est. Si autem se defendat ratione promissionis vel stipulationis quòd Iulianus sibi promisit recolligere pedagium: & ad probandum stipulationem inducat tempus: tunc præsumo stipulationem intercessisse ratione temporis: vt ff. de vsur. l. cùm de in rem verso. & tunc licèt ius colligendi pedagium non sit quæsitum Titio: tamen Ioannes prohibere non potest: vt argumen. ff de seruitut. rusticor. prædio. l per fundum. & licèt actio popularis competat, vt dictum est: tamen eam non intentabit iste Iulianus eum stipulatio præsumpta ex tempore sit remissa, & remitti possit: vt ff. de iureiurand. l. eum qui. §. in popularibus. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Si testator legator leget dotem filiæ vel alteri tradendam cum erit nubilis: an fructus interim percepti sint ipsius mulieris. vel eius qui est grauatus dare in tempore nubili.

SVMMARIA.

1 *Alimenta iudicis officio petuntur.*

2 *Pater filium naturalem alere tenetur, si ait legitimum & naturalem.*

3 *Mater filium vulgò quæsitum alere tenetur: & econtrà.*

4 *Filiæ cui legata est dos tradenda cùm erit nubilis: si nõ habet vnde se alat: ex dotis sibi legatæ fructibus alimenta petere potest.*

5 *Dotis legatæ filiæ tradenda, cum nubilis esset, commodum*

quòd interstitio temporis ex dote illa percipi potest, filia præstandum est.
6 *Pater filium necare videtur, cui alimenta denegat.*
7 *Voluntas testatoris pro lege seruanda est.*
8 *Insatiabilia tria sunt infernus scilicet, mulier & os vulua.*

QVAESTIO. XXXIII.

SIBILLA filia erat Titij naturalis: quia enim habuerat ex vnica concubina & in domo. Titius ille
habebat quoddam prædium, & decem tantùm in
bonis, fecit codicillos: & in codicillis ita disposuit,
quòd illud prædium & illa decem reliquit Seio amico
suo, vt in dotem filiæ suæ naturali darentur. Nunc Sibilla
infra tempus nubendi constituta est: cum non habeat
vnde possit se sustentare, petit interim alimenta
ex illo legato: quæritur an possit. Quòd possit & speciali
actione, probatur: & quia sine actione nemo experitur:
vt ff. de negot. gestis. l. si pupilli. §. vltim. & C. de neg.
1 gestis. l. tutori. ideo † cùm officio iudicis alimenta petantur,
vt ff. de agnoscen. liber. l. si quis à liberis. & C.
de alend. libe. l. 2. ideò officium iudicis propono. quòd
autem possit petere alimenta, dicit lex. pater enim te-
2 netur filium alere legitimum & naturalem, vt legib. allega.
† Et etiam solùm naturalem tenetur alere. vt ff. de
iustit. & iure l. §. penultim. & Institu. de iure natur.
gentium. & ciuili. in principi. cùm enim concubinatus
per legem nomen assumpsit. vt ff. de concubi. l. 3 ferè omnia
iura habet filius naturalis, quò ad patrem naturalem,
& eius bona habet sicut legitimus & naturalis.
nam ecce mater ita tenetur petere tutorem filio naturali
sicut legitimo & naturali: vt C. qui petant. tut. l.
vltim. Item ita succedit mater naturali & econuersò,
sicut succederet legitimo & naturali, vt ff. de inofficio.
testamen. l. si suspecta. §. de inofficioso. & C. ad Orphi.
l. si qua. Item ita tenetur pater nutrire naturalem, sicut
legitimum & naturalem. vt in Authenti. quibus modis
natural. effici. sui §. discretis. collat. 6. & est posita in C.
3 de naturali liber. Authentic. licèt. nam † & mater vulgò
quæsitum tenetur alere, & econuersò: vt ff. de agnoscen.
liber. l. si quis à liberis. §. 1. Item mater ita administrare
potest tutelam filij naturalis: sicut legitimi &
naturalis, vt C. quando mulier tutelæ offi. fungi potest.
4 l. vltimo. † Licèt enim non habeam petitionem legati
ante tempus nubile, vel nubendi: interim tamen petere
possum alimenta, sicut vides. Nam filius vel nepos
exhæredatus, licet durante causa appellationis non
possit petere hæreditatem, tamen si inops sit, alimenta
interim petet, vt ff. de inoffic. testament. l. si instituta. §.
qui inofficio. Et si is qui prouocatur in seruitutem, nò
possit interim ob res ignotas actionem sibi competentem
intendere, res sequestratur: sed ex illis inde percipiet
alimenta, vt C. de ordi. cognitio. l. vltim. Et filius
dum deliberat, licèt hæreditatem petere non possit: petit
interim alimenta, vt ff. de iure deliberan. l. filius. Et
licèt intentata petitione hæreditatis nihil debeat fieri
in præiudicium ipsius iudicij, vt C. de petitione hæreditat.
l. vltima. tamen interim alimenta petuntur: vt
ff. de petiti. hæredit. l. diuus. Et si pupillus petat tempus
ad deliberandum, quamuis actiones non possit intentare,
nec aliquid fieri in præiudicium deliberationis:
tamen interim alimenta præstantur, vt ff. de iure
deliber. l. ait prætor. & licèt creditores in possessionem
bonorum pupilli mittantur: nihilominus intereà
vsque ad pubertatem alimenta pupillo præstantur, vt
ff. de priuileg. credito. l. vltima. Et qui petit Carbonianam,
licèt non possit actiones intentare: vt ff. de Carbonian.
§. missum. tamen alimenta interim petet, & de
hæreditate diminuet, vt ff. ad Carbonianum. sed & si
is. § an autem. & C. ad Carbonian. l. vltim. Item licèt
quis missus in possessionem non possit diminuere fructus:
nisi in petitione hæreditatis, vt ff. ex quib. causis in
possessione eat. l. Fulcinius. §. penultim. & vltim. tamen
filia & neptis si in possessionem mittantur causa ventris
di, de fructibus diminuent: vt ff. vt in possessio. lega. l.
penultim. Et licèt aliquis negetur filius: tamen interim
petere poterit alimenta, vt ff. de agnoscend. liber.
l. si neget. quòd enim sis hæredis loco, dicit C. de hæredib.
institut. l. quotiens. vnde tu quasi hæres, sicut pater
teneretur mihi prouidere si viueret: ita & tu teneris,
vt ff. de liberis agnoscen. l. si quis à liberis. §. si vel
parens. cùm enim bona in te transeant, cum onere suo
transire debent, vt argumen. C. ad leg. Iuliam, de vi publ.
blic. l. tutoris. & C. de sentent. pass. l. si debitor. † cum 5
enim certum sit quod bona ista ad me debeant pertinere:
quia mihi debent dari in dotem: ergo si aliquod
commodum indè percipiatur mihi debet præstari. sicut
vides in vsufructu: qui cùm esset mihi relictus, si
certum sit quòd proprietas ad me sit peruentura, omne
commodum respicit me: & interim non teneor cauere,
vt ff. vsusfruct. quemadmodum caue. l. si vsusfructus.
§. illud sciendum. certum est enim quòd tua est
hic aperta malitia: si enim alimenta non exhibes fame
peribo, & sic apud te bona permanebunt: & tunc me
mortua illa bona in dotem solui nò possunt: & sic cùm
hic sit aperta, non est tuæ malitiæ indulgendum, vt ff.
de rei vendic. l. in fundo. Item licet fauorabilis sit causa
dotis: fauorabilior est tamen causa alimentorum: iustum
est enim animas hominum quibuscunque rebus
præferri, vt C. de sacrosanct. eccles. l. sancimus. si enim
alimenta non dantur, corpus deficiet, & anima compelletur
exire: vnde videris me interficere, ex quo alimenta
non exhibes. † Nam pater necare videtur filium, 6
cùm sibi non exhibet alimenta. vt ff. de liber. agnoscend.
l. necare. alia argumenta notare potes, vt notatur
suprà eodem. in illa quæstione, Vitalis &c. Econtrà
defendit se Seius contra Sibillam, quòd sibi alimenta
non præstet. In primis quia testator præcepit in codicillis
quòd hæc bona seruare Seius, & filiæ daret in dotem
cùm nubendi tempus aduenerit: si ergo ita præcepit:
ergo † pro lege debet obseruari, vt in Authentic. 7
collatio. 1. de hæred. & falc. & in Authenti. de nuptijs.
§. disponat. collatio. 4. si ergo testator præcepit, contra
voluntatem eius & mandatum non debet fieri, etiam
alia via. Nam si testator præcepit alienationem non
fieri: nec vsusfructus: nec pignus potest in re illa constitui:
vt C. de reb. alienan. non aliena. l. vltim. sic & hic
præcepit. quòd bona darentur in dotem: ergo præcepit
per consequentiam, quòd bona non diminuantur. Nec
enim aliter à verbis testatoris recedimus: nisi manifestè
appareat testatorem aliud sensisse, vt ff. de lega. 3. l.
non aliter. sciebat autem testator se nihil amplius habere
in bonis: & sciebat filiam nihil habere. vnde si placuisset
sibi quòd haberet interim alimenta Sibilla, dixisset
hoc in codicillis. Nam si testatori placuisset coniungere
quos disiunxit suo sermone, bene dixisset in
testamento. nam si ei contrarium placuisset, bene dixisset,
vt C. de cadu. tollend. l. 1. §. sin autem ad deficientis.
vnde cùm tu petas aliud quàm fuerit tibi relictum,
debes à tua intentione excludi. nam in duplum punitur
qui plus petit vt Institu. de action. §. plus. C. de plus
peti. l. vnic. Nam non solet liti ferre patrocinium malè
sua suasa conscriptio: & per iniustitiam plus petendi
totius debiti summa euacuatur. vt extrà. de plus petition.
c. vnic. genus enim mulierum auarissimum est:
vt ff. ad Velleian. l. sed si ego. Tria † sunt enim insatiabilia, 8
vt ait Salomon: infernus mulier, & os vuluæ. licèt
autem alleges quòd pater teneatur filio in necessarijs
prouidere. c. verum est, si filius se sustentare non possit:
sed si posset se sustentare, pater filium alimentare non
cogitur: vt ff de alen. liber. l. si quis à liberis. §. sed si filius.
Ecce doceo te quomodò es sufficiens & soluendo.
potes enim filare: potes texere, & potes alia opera facere,
quæ sunt decentia sexui mulierum. nulla enim mulier
ita nobilis in Tuscia & in Lombardia inuenitur,
quæ prædicta non exerceat. vnde si facere potes quòd
habeas: perinde est ac si habeas, vt ff. de regul. iuris. l.
qui potest facere. cùm enim publicè intersit mulieres
dotes saluas habere: vt matrimonia contrahant: & ciuitas
liberis repleatur: vt ff. solut. matrimon. l. 1. tu petis
Rempublicam aboleri, quòd fieri non potest. nam
nec

nec priuatorum pactis ius publicum remouetur, vt ff. de pact. l. ius publicum. Nec etiam per testatoris voluntatem ius publicum immutatur: vt ff. de administratio. tuto. l. quidem decedens. cùm enim ista fuerint tibi relicta, vt in dotem darentur, nec ipsa petes antequam nuptiarum accedat festiuitas, vt C. de nupt. l. sancimus. Sicut & aliàs. nam qui post mortem promittit, de naturali intelligitur non ciuili, vt ff. de verbor. obligat. l. ex ea parte. §. vltim. Præterea tu petis emolumentum interim quo valeas sustentari: certè non teneor. nam in pecunia nullum debet esse emolumentum, nisi vsura. sed ego fœnerare nolo, ne alligem animam in peccatis. tutor etiam non compellitur fœnerare pecuniam pupilli, vt C. de administr. tuto. Authen. nouissimè. imo & si fœnerarem vsuras inde perceptas non restituerem: quia fœneratur pecunia periculo meo. sicut legitur in malæ fidei possessore, vt ff. de rei vendica. l. si nauis. Item si aliquod esset in legato commodum medio tempore, meum esse debet. Nonne sum loco fideicommissarij? sic. nam cùm tenear restituere ad diem, me hoc tempore commodum percipiam, vt C. ad Trebellian. Authen. contra rogatus. & argumen. ff. ad Trebelli. l. Lucius. Nonne sustineo onus interim: sic ergo & emolumentum si quòd est, habere debeo per regulam, cuius est emolumentum, ipsius debet esse & onus: vt Institut. de leg. patro. tut. & C. de furt. l. vltim. In hac quæstione sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi ita posse distingui: cuius gratia tempus sit dilatatum: vt si certum est, quòd gratia legatarij, sibi quæratur commodum medij temporis: si gratia filiæ, ipsi filiæ quæratur commodum medij temporis: vt distinguit ff. de lega. 2. l. si ita § Pegasus. & ita commodum dico præstandum filiæ de pecunia si posset inueniri mercator, cui periculo suo concederetur pecunia, & daret inde aliquid. In dubio quid præsumemus? præsumam tempus dilatatum gratia filiæ: quia dixit, quòd daretur illud in dotem: & ideò commodum medij temporis filiæ quæritur, si aliquid potest inueniri, vt l. prædict. de leg. 2. l. si ita. §. Pegasus. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Si quis habuit appositum vel appensum in loco prohibito, & remouit: an eo ipso quòd habuit, licèt damnum non dederit, incidat in pœnam. Item si iurauit non habere appensum, & habet nunc, si conuenitur ad pœnam: an se possit iurisiurandi exceptione tueri.

SVMMARIA.

1 *Actio in factum datur in eum qui appensum in loco prohibito habuit, licèt remouerit nu. 5.*
2 *Stipulatio semel commissa non resoluitur.*
3 *de Delicto vnius hominis sæpius quæri quando non debeat.*
4 *Positum qui nihil habere iurauit, & positum habere inuenitur: quòd ex præsentis positione non præterita puniatur. & nu. 9.*
5 *Positum qui habuit & remouit si positum non nocuit: an is qui positum habuit in edictum pœnam inciderit.*
6 *Verba cum effectu accipienda sunt.*
7 *Pœnitentia peccata dimittit.*
8 *Venia delicti pœnitenti danda est.*
10 *Iusiurandum an & quando retractetur.*

QVAESTIO. XXXIIII.

PROCVLVS aliquid habuit in suggrunda appensum seu appositum, & remouit: quæritur an eo solo quod habuit, inciderit in pœnam 10 aureorũ. Item si fuit delatum sacramentum illi Proculo, quòd nõ haberet. & iurauit Proculus: si inueniatur, quod habeat positum: an possit conueniri ad pœnam decem aureorum non obstante sacramento. Quod autem possit cum effectu conueniri ad pœnam probatur. In primis proponitur † actio in factum, quæ oritur ex illo edicto prætoris. ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt. l. si verò. §. prætor ait. ex quo enim posuisti, fecisti contra prohibitionem prætoris. vnde meritò commisisti in pœnam licet enim remouisti, nõ propterea liberatus à pœna. nam qui rem contrectat, committit furtum. verum si mutato consilio restituat domino, tali pœnitentia nõ desinit esse nocens. vt ff. de furt. l. qui ea mente. Nam & qui committit rapinam: licèt raptam rem restituat, & pœniteat: tamen per talem pœnitentiam non liberatur à pœna, vt ff. vi bono. rapt. l. penul. Et qui rem depositam vẽdit: licèt eam redimat, tenetur etiam si sine dolo peccat vt eam restituat, vt ff. deposit. l. . §. si rem depositam. Et qui aufugit à domino ea mente ne ad eum redeat, licèt mutato consilio redeat: nihilominus intelligitur fugitiuus, vt ff. de ædil. edict. l. quis sit fugitiuus. in princip. cùm enim sit nata actio statim quòd appendisti, per remotionem actio nata non est extincta: cùm hoc in contractibus inueniatur, † quòd stipulatio semel commissa non resoluatur, vel non rescindatur. 2
vt ff. de euict. l. habere licere. in fin. siue enim nocuisti, siue non puniris: ideò tantùm quia positum habuisti, vt ff. de his qui deiecer. vel effuder. l. si vero. §. prætor ait cuius casus. Vides etiam de hoc alibi. nam & licèt seruus non sit corruptus vel furtum non sit factum: nihilominus agitur furti, & serui corrupti: quare? quia licèt hic seruus corruptus non sit, potuisset tamen aliquis inueniri, qui de facili corrumperetur, vt C. de furti. l. si quis seruo. ita & hic pœna imponitur: vt non ideò quod damnum sit datum, sed quia de facili dari possit. Item in actione aquæ pluuiæ arcendæ vbi non consideramus hoc vt aqua arceatur, vt noceat: sed tantùm vt nocere possit: vt ff. de statulib. l. Labeo. Aestimantur enim casus aduentitij qui venire possunt: vt in creditore qui habebat duos seruos pro decem pignori. si vnus surripiatur, licèt & alius remaneat, qui valet decem: quia tamen posset de facili mori, ideò aget furti propter surreptum, vt ff. de furtis. l. eum qui. §. Papinianus. Vxor enim agit contra maritum quando malè geruntur negotia sua insolidum. quia periculum est ne facere posse desinat maritus, vt ff. de negot. gest. l. diuortio. licèt enim damnum non dederis: tamen puniris: si enim dedisses damnum. tunc punieris etiam & de damno, siue damnum detur in rebus siue liber homo perijsse dicatur, vt ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt. l. 1. in principio. Nec obstat † quòd non debeat 3
quæri de delicto eiusdem hominis sæpiùs, vt ff. nautæ caupo. stabul. l. licèt. nec Deus iudicet bis in idipsum. Respondeo verum est, quando vnum est delictum: tũc ratione illius delicti non agitur sæpiùs: sed si plura sint delicta: tunc agitur de omnibus sicut hic: plura enim fuerunt delicta: vnum quia posuisti: aliud quia positũ decidit, & damnum dedit. argument. ff. de action. & obligationi. l. qui seruum. in principio. & ff. de priua. delict. nunquam. licèt enim ius tibi competat, vt habeas positum: tamen ex quo contra prohibitionem prætoris posuisti, punieris. sicut in nuntiatione noui operis. Si nuntio tibi opus nouum, et si iure ædificabas: quia tamẽ contempsisti nuntiationem teneris destruere, vt ff. de oper. noui nuntiatione. l. prætor ait. §. . sicut in excommunicatione vides, quæ licet iniustè fiat: tamen si condemnetur, ligat: vt 11. quæstion. 3. c. sententia & de sententia excommunicat. c. per tuas. Et hoc quãdo habuisti positum & est remotum. † Si autem iurasti, & inueniris habere positum teneris ad pœnam: 4
non tamen teneris ex præterita positione. sed ex præsenti. sacramentum enim tantùm ad id quod habuisti positum prodest. sicut vides in patre, qui conuentus de peculio iurauit nihil esse in peculio: tamen si inueniatur habere, tenetur non obstante sacramento, vt ff. de iureiurand. l. qui iurasse. §. si pater. Idem in interdicto de libero homine exhibendo, quòd si fuit absolutus, quia æstimationem præstiti: nihilominus ab eodem vel ab alio conueniar, si inuenior hominem posse exhibere: vt ff. de liber. homin. exhiben. l. 3. §. penultim. Item hoc et-

iam in actione ad exhibendum. nam licèt quis absoluatur in actione illa: quia non possidet: si inueniatur possidere: nihilominus condemnatur, vt ff. ad exhibend. l. si ad exhibendum. Idem in rei vendicatione. nam & si conuentus rei vendicatione absoluitur, quia non possidet: si cœpit posteà possidere, rei vendicatione conuenitur, vt ff. de rei vendi. l. si autem. §. 1. Hoc idem in actione noxali, quòd si quis sit absolutus præstito iuramento, & posteà possideat, nihilominus conuenitur postea actione noxali, vt ff. de noxalib. l. quotiens. §. penultim. Quòd enim ex præsenti possessione agam & rei vendicatione & ad exhibendum. licèt fueris absolutus, quia non possidebas, quia tamen possides, condemnaris: vt ff. de rei vendicatione l. si in rem. & ff. ad exhibend. l. si ad exhibēda. Et vide rationem quare debeas condemnari: tu iurasti te non habere appositum: aut habuisti appositum tempore iuramenti, aut non: si habuisti appositum & sic est vna appensio, non licèt tibi excipere: quia excipiendo allegas de periurio, & sic non debes audiri. nemo enim audiri debet allegans turpitudinem suam, vt C. de transactio. l. transactione finita. C. de his quæ in fraud. credi. l. filios. quomodo enim iudex te audiret allegando, cùm alleges turpitudinem talem, quæ vergit ad interitum animæ propter commodum pecuniarium: cùm animæ sint præferendæ rebus, vt C. de sacrosanct. eccle. l. sancimus. si posteà habuisti, exceptio iurisiurandi ad illa non porrigitur: quia de hoc non fuit cogitatum. argument ff. de transactio. l. cum Aquiliana. Econtrà videtur. quòd excu-
5 setur à pœna † si enim posuit & remouit, & positum non dedit damnum: ergo non incidit in edicti pœnam: prætor enim ideò illud edictum posuit, ne damnum contingeret iter agentibus, vt ff. de his qui deiecerunt vel effuder. l. si vero. §. prætor nocere ait, cuius casus alicui possit. subaudi de facili: alioquin omnes qui habent porticus in suggrunda, tenentur illa pœna, maximè Bononiæ & Aretij: hoc etiam dicitur in prædicta l. §. ait prætor. nam ibi exponit Vlpianus, quòd nocere possit, & de eo solo punitur. non autem omne quod in suggrunda ponitur punietur: verba enim † cum effectu
6 sunt accipienda, dicit generale. vt ff. ne quis eum qui in ius voca vi exi. l. penultim. §. penu. quid enim obsuit conatus vel positum, cum iniuria nullum habuit effectum, vt ff. quòd quisque iuris. l. 1. in fin. Fuit ergo mens prætoris ne damnum detur. non illud ne positum quis haberet noli ergo verba attendere, vt Iudæi: sed vide mentem & literæ spiritum: quia litera occidit: spiritus autem viuificat. & noli in legem committere: verba legis amplectens contra legis niteris voluntatem: vt C. de legi. l. non dubium. ex quo enim pœniteo, admittenda est pœnitentia mea. † Nam & pœnitentia
7 peccata dimittit. hæretico etiam pœnitenti datur delicti venia, vt C. de hæret. l. Manichæos. Deus etiam pœnitentem suscipit: quia qua hora peccator conuersus fuerit iniquitatum eius non reminiscar. Hoc etiam in appellatione contingit. nam & si appello & pœniteo: nec pœna aliqua mihi imponitur ideò quia appellaui: ne istò pœnitentibus humanitas amputetur, vt C. de appella. l. si quis libellos. Et qui plus petijt in libello punitur: verum si pœniteat, liberatur à pœna, vt C. de plus petitio. l. vnic. & qui negat scripturam propriam punitur: verum si confiteatur, & negationis pœniteat, liberatur à pœna, vt C. de non numera. pecun. Authent. contra qui propriam. Et qui percussit falsam monetā, si quidem pœniteat, quòd non perseueret, liberatur à pœna, vt ff. de fals. l. qui falsam. Et si libertus vocet patronum in ius sine venia, punitur in aureis quinquaginta. ff. de in ius vocand. l. penulti. verum si libellum dedit, & pœniteat, liberatur à pœna, vt ff. de in ius vocandi. l. libertus. Et qui libellum dedit in publico crimine: si vult pœnitere, non incidit in Turpillianum: vt ff. ad Turpilian. l. quæsitum. Et si maritus pœniteat de accusatione proposita, pœnam calumniæ euitabit, vt C.
8 ad legem Iuliam de adulter. l. si sine metu. † danda est enim delicti venia pœ[nite]nti. nam si denegaretur venia, esset satis inhumanum, vt ff. de his qui notand. infam. l. furti. §. pactus. Præterea forte pœniteretur si positum fuisset, & dimisisset positum: sicut in actiōe de in rem verso: quæ ita demum datur, si duret versum, vt ff. de in rē verso. l. si pro patre. §. versum. ex quo enim est remotum, appositum non videtur positum a principio. simili argument. nam non videtur diuertisse quæ statim redijt, vt ff. de repod. l. diuortium. Nec videtur furor sublatus, qui statim redijt, vt C. de curato. fur. l. penultim. & sic non videtur positum quod incontinenti remotū est. Maritus enim dando libellum repudij, matrimonium separat: si pœniteat se dedisse libellum: matrimonium non separatur, vt ff. de diuort. l. si pœnituit eum. Hoc dicimus & allegamus quando habuit & remouit. Sed in illo articulo † quando iurauit non habere appensum, & inuenitur habere, an tenetur ad pœnam: vel se tuebitur exceptione iurisiurandi. & certe sic videtur, ex quo conuentus iurauit se non habere appensum: & si habeat, tamen liberatur propter iurisiurandum. Iusiurandum enim præiudicat veritati, & pro veritate accipitur, vt ff. de iureiurand. l. sed si possessori. §. 1. 2. & 3. penultim. & vltim. & l. si dum patroni. §. 1.
Ex quo enim iurauit te deferente, aut † fuit istud voluntarium, & tunc nō retractatur etiam prætextu periurij, vt C. de iureiurand. l. 1. aut fuit iudiciale: & tunc non retractatur, nisi prætextu nouorum instrumentorum: vt ff. de iureiurand. l. admonendi. aut fuit necessarium: & tunc non retractatur nisi in casu, vt C. de iureiurand. l. vltimo. & hoc secundum quosdam. licet quidam dicant, quòd non retractetur in aliquo casu. Item super quacunque actione iuretur, non tractatur de sacramento: sed illud tantum quæritur, an sit iuratum, vt ff. de iureiurand. l. non erit. §. dato. nam ex quo iuratum est &c. vt ff. de iureiurand. l. nam & postea. in princip. Item tu detulisti mihi sacramentum in hac actione populari, aut detulisti illud bona fide, aut mala. Item aut tu es qui venis contrà qui detulisti, aut alius. si tu ipse venis contrà. & bonā fide detulisti: non potes: quia habeo exceptionem iurisiurandi contra te & contra [illegible] nem hominem, vt ff. de iureiurando. l. eum qui. §. [in p]opularibus. Si mala fide detulisti: allegans tuam turp[i]tudinem non debes audiri, vt pro actore dixi. Et [illegible]o, quod mala fide detulisses. aut bona fide iuraui, aut m[a]la. si bona fide, & tu mala fide detulisti, non po[tes age]re contrà: quia iam dolus tuos esse tibi lucrosus [illegible]d iura nolunt, vt ff. de dolo. l. ne ex dolo. Item si m[a]l[a]m fidem habui in præstatione sacramenti: tu tamen agere non potes: quia cùm simus in pari malitia, [illegible] dolo deterior est agentis conditio, vt ff. ne quis eum qui in ius vocatur vi eximat. l. 3. & beatus qu[i te]nebit, vt ff. de verborum obligationib. l. si seruum. §. sequitur. ff. de liberali causa. l. liberalis. ff. ad leg. Aquiliam. l. inde Neratius. in fine. & l. item Mela in principio. Aut alius agit contra me: si alius, & bona fide [iu]raui habeo exceptionem iurisiurandi: si mala, vel [il]le docere debet de mala fide mea, vel de præuaricatione istius: vt ff. de iureiurand. l. eum qui. §. in popularibus & ff. de præuaricat. l. præuaricationis. & qui dolum dicit: dolum probare debet, vt ff. de probatio. l. quotien[s]. In hac quæstione sine præiudicio melioris sentent. videtur mihi in primo articulo, quòd eo ipso ex quo positum habuit, & si damnum non sit datum quo[d t]eneatur ad pœnam decem aureorum: ita [si] taliter fuit positum, cuius periculosus timetur: prætor enim non considerauit verum sit datum an non, sed an damnum dari possit, vt ff. de his qui deiecēr. vel effuder. l. si [v]erò. §. prætor ait. licèt enim positum sit sublatum: [illegible]n pœna commissa exigetur per legem. argumen. ff. vi bonor. raptor. l. vltim. & ff. de furtis. l. qui ex mente. I[n] secundo articulo, quando iurauit se nō habere positum, & inuenitur habere, distinguo aut certum [e]st [q]uod [i]n te habuit positum: aut certum est quod postea [illegible] si ante habuit vnica est appensio: tunc obstat exc[eptio i]urisiurandi. Nec valet si dicas hodie habet appē[ns]um: hodie deliquit: non sequitur. sicut in furto, iurat aliquis se non fecisse furtum, hodie non contrectat, non [di]c[i]tur, vt ff. de furt. l. si quis vxori. §. si iurauerit. In d[ubi]o
quid

quid præsumo? certè præsuma quòd a re habuerit: vt argumen. ff. de iureiutan. l. qui iurasse. §. si parer. Quis ergo probabit quòd posteà habuerit. ille qui dicit eum posteà habuisse: vt ff. de probatio. l. verius. & argumen. ff. de administratione. tutorum, l. hoc autem. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Qui partem prædij nomine proprio, & partem procuratorio nomine emit, si totum prædium possedit longissimo tempore, an videatur partem illius præscripsisse: ita vt sit dominus insolidum totius prædij ex præscriptione, vel si dixerimus eum etiam longissimo tempore non præscripsisse, an possit vti retentione partis illius, donec pretium ei soluatur, an verò fiat fructuum compensatio, vt extenuent sortem.

SVMMARIA.

1 *Mandatum inter dominum & procuratorem contrahitur vnde mandati actio locum habet.*
2 *Mandatum sicut est liberum non suscipere: ita susceptum consummari oportet.*
3 *Actio mandati est bonæ fidei.*
4 *Procuratorio nomine ex quo quis rem accipit, res illa domino statim acquiritur.*
5 *Vsucapio quòd sine possessione non procedat, quomodo accipiendum sit & nu. 14.*
6 *Præscriptio contra possidentem non currit.*
7 *Procuratorio nomine qui rem emit de qua per annos triginta fructus percepit: an rei pretium a domino repetere possit.*
8 *Rei vendicatio domino datur.*
9 *Actio mandati cùm personalis sit, longissimi temporis spacio tollitur.*
10 *Res ex mandato meo empta, non ante mea efficitur, quàm mihi tradatur.*
11 *Dominium citiùs quæritur quàm possessio.*
12 *Proprietatem & possessionem rei commodatæ retinemus: depositæ verò proprietatem*
13 *Commodatarius & depositarius si rem per annos triginta teneant, ritè se defendere possunt.*
15 *Possessio rei emptæ procuratorio nomine traditæ videtur ex quo procurator qui emerat, tenuit & possedit per triginta annos & vltrà sciente & non contradicente domino, imò id quod habebat dominus, tacitè remisisse videtur.*
16 *Mandatum suscipienti neque proficuum, neque damnosum esse debet.*
17 *Mandati actio contraria procuratori datur: vt quicquid mandati causa impensum est, à domino repetat.*
18 *Intellectus l. si pupillus ff. de administ. tut.*
19 *Procurator qui rem alterius nomine emit, si dominus rem petat, exceptione, nisi pretium impensarum sibi restituatur, dominum repellere potest.*
20 *Res empta ex pecunia mea est mihi pignorata.*
21 *Creditor is dicitur cui ex quacunque causa debetur.*
22 *Procurator possessionis causam mutare non potest.*

QVÆSTIO XXXV.

ROBERTVS quidam nomine emit fundum pro decem: medium pro se, & medium procuratorio nomine pro Titio vicino suo, completa venditione tradita possessione isti emptori, stet emptor in possessione spacio triginta annorum & vltra. agit nunc Titius contra Robertum actione mandati vt medietatem illius fundi debeat sibi dare defendit se Robertus præscriptione temporis, vel esto quod præscriptio sibi non profit, excepit & petit partem pretij pro illo fundo. Titius replicat: non potes petere, quia iam
sunt anni triginta transacti, & sic præscriptione me defendo: vel esto quòd prædicta præscriptio mihi non
profit, dico fuisse tibi solutioni expensione fructuum.
Quòd possit agere Titius contra suum procuratorem
Robertum probatur: sed quia nemo sine actione potest
experiri: vt ff. de administra. tutor. l. quotiens. §. item
si temporali. ideò quòd actio mandati vel rei vendicationis
locum habeat vide. Certum est enim quòd 1
inter dominum & procuratorem mandatum contrahitur:
vnde actio mandati locum habet: vt Institut. mandati.
& ff. mandat. l. 1. si ergo mandatum fiat tibi: ex illo
mandato apud te procuratorem nihil remanere debet:
vt ff. mandat. l. ex mandato. Hoc etiam in procuratore
constituto circa iudicia: quia quicquid ex lite vel occasione
litis consecutus est, reddere debet, vt ff. de procurat.
l. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. Item &
maritus vxori restituet quicquid occasione servi dotalis
obuenit: si fortè institutus sit. vt ff. solut. matrimon.
l. si verò. §. 1. licèt enim ab initio fuerit tibi procuratori 2
liberum renontiare: susceptum tamen teneris consummare:
vt ff. manda. l. si mandauero. §. sicut autem liberum.
nec videtur consummatum, ex quo res empta
mandato meo mihi non traditur. nam nihil actum credimus,
cum quid superest ad agendum. vt C. ad Silani.
l. penul. & verba cum effectu sunt accipienda, vt ff. ne
quis eum qui in ius voca. vi exi. l. penul. Præterea vide,
nónne ista est actio bonæ fidei, scilicet mandati? certè 3
sic. vt Institut. de action. §. actionum. veois ergo contra
fidem tuam ratione rei emptæ: certè non debes hoc
facere cum anima & fides tua sit rei cuilibet præferenda:
vt C. de sacrosanct. eccles. l. sancimus. & graue est
probo viro fidem frangere, vt ff. de consti. pecu. l. 1. Prætereà
miser consule famæ tuæ, & rem restitutas, ne ex
hac actione damneris: quia posteà infamis efficieris: vt
ff. de his qui not. infam. l. furti. §. mandati. & Institu. de
pœna teme. litig. §. ex quibusdam, sed circa hoc nò est
tibi defensio, nisi de præscriptione temporis 30. anno.
Sed vide quòd ista præscriptio mihi non obstet. Certú
est enim ex quo quis rem accipit procuratorio nomine, 4
quòd statim res illa acquiratur domino: hoc dicit
ff. de dona. l. qui mihi donatum. nam si procurator emit
nomine meo, mihi proprietas & dominium acquiritur
ignoranti, vt ff. de acquir. rerum domin. l. si procurator.
Item rei emptæ per procuratorem & sibi traditæ,
incontinenti acquiritur etiam mihi ignoranti possessio,
vt C. per quas perso. nobis. ac. l. 1. & C. de acquir.
possess. l. 1. & l. per procuratorem & ff. de acquirē. possess.
l. 1. § per procuratorem. & l. si me in vacuam possessionem.
§. vltim. & l. possessio. §. vltim. Si ergo illud est,
quòd mihi domino acquiratur rei emptæ dominium &
possessio: sequitur ergo, quòd nec dominium, nec possessio
apud te potuit remanere: quia duo eiusdem rei
insolidum domini esse non possunt: nec duo eandem
rem insolidum possidere: vt ff. commod. l. si vt certo. §.
si duobus. & ff. de acquir. possess. l. possideri. §. ex plurimis.
Si ergo possessio non fuit apud te, tu non potuisti 5
præscribere. primo, quia vsucapio sine possessione non
procedit, vt ff. de vsucapio. l. sine possessione. ad hoc enim
quòd quis præscribat, duo exigimus maximè quòd
possideat & continue: vt Institut. de vsucapio. & C. de
vsucap. transfor. l. vnic. Si ergo tu tenuisti tanto tempore
tibi detentio prodesse non potest. non enim
possedisti nomine tuo, sed meo. nam is possidet cuius
nomine possidetur, vt ff. de acquir. possess. l. quòd meo.
nec prodest talis possessio ad præscriptionem quæ alterius
nomine retinetur, vt C de præscript. 30. annorum.
l. male agitur. nec enim tuo nomine possedisti, sed meo,
vt dictum est. etiam si voluisses mihi mutare causam
possessionis, nó audiris. nam nemo debet audiri si vult
sibi causam possessionis mutare nulla causa extrinsecus
accedente, vt C. de acquiren. possess. l. cùm nemo.
& ff. de vsuc. l. non solùm. §. quòd vulgò. Cùm ergo mihi
sit quæsita possessio & dominium per ea quæ dicta
sunt: adeò etiam quòd nec aliquo momento faciat moram
in persona illius per quam acquiritur, vt ff. de acquir.
hæred. l. placet: quomodò ergo vis mihi præscri-

6 scriptionem obijcere. cum contrà possidentem non
currat præscriptio, vt in l. prædicta, malè agitur. si ergo
præscriptio temporis mihi non obstat, videamus an
7 potuis † petere pretium quòd dedisti. & dico quòd nō.
Certum est enim, quod tu percepisti fructus ex pretio,
vel potuisti percipere. vnde fort. m extenuant, vt C. de
pign. ac. l. 2. & in modum compensationis tibi oppono.
vt C. de compensatio. l. si propter. Item & alio modo
me a pretij petitione defendo. Iam sunt anni 30. & vl-
tra, quòd pretium non præstiti: quo ergo modo petere
potes: cùm omne ius sit sublatum & sollatur sicut in
tuis allegationibus confiteris: vt C. de præscriptio. 30.
annor. l. sicut. & l. omnes. si ergo præscripsi: ergo solui:
quia qui præscribit, similis est soluenti: vt ff. de admi-
nistrat. tut. l. si pupillus. Posset etiam ex parte actoris
rei vendicatio intentari: eam cùm sit mihi domino per
te procuratorem quæsitum dominium: sequitur quòd
8 rei vendicatio mihi dari debeat: † Nam rei vendicatio
ei datur qui dominus est: vt ff. de rei vendi. l. in rem a-
ctio. & mihi actori non potes præscriptionem oppone
re: quia non possedisti nomine tuo, sed meo: sicut patet
per ea quæ superius dicta sunt. in personalibus enim
tantùm actionibus locum habet, quòd aliquis sine pos
sessione præscribat actionem, sicut in tuis allegationi-
bus confiteris. Item esto quod non fueris procurator:
fuisti negotiorum gestor. ergo ex quo habeo ratum ne-
gotium nomine meo gestum, mihi quæritur: vt ff. de
negot. gest. l. si ego. & l. si pupilli. §. item quæritur. Econ
tra se procurator tali modo defendit. In primis quòd
possit præscriptionem temporis obijcere, probat eui-
denter. Certum est sicut confiteris in allegationibus
9 tuis, quòd tibi detur mandati actio contra me, quæ † a-
ctio cum sit personalis, merito tollitur spacio longis
simi temporis, vt C. de const. tu. pecu. l. 2. Certum est e-
nim quod ab eo die quandò emi tibi competijt man-
dati actio: & eam cum effectu intentare poteras. vnde
de iure sequitur quòd præscriptionem opponam. Aut
enim actio nata est, sed nō potest intentari: & tunc pre-
scriptio illi actioni non currit, vt in filiosamilias ex-
emplum ponitur & vxore quibus durante patria pote-
state & matrimonio actiones competunt, sed non dan-
tur, vt C. de bon mater. l. 1. & authen. ibi signata, nisi. &
C. de annali except. l. 1. in fin. & C. de præscript. 30. ann.
l. cùm nouissimi. illud. Aut actio est nata & competit:
tunc præscribitur actioni, vt C. de annali except. l. 1. §.
ad hæc. contra enim desides & sui iuris contemptores
odiosæ exceptiones opponuntur, vt C. de annali ex-
cept. l. vltim. in fin. Multum enim dormisti frater: vnde
iura tibi non succurrunt. vigilantibus enim & nō dor
mientibus prodita sunt iura, vt ff. de his quæ in fraud.
cre. l. pupillus. Nec obstant allegationes tuæ per quas
vi obijcere, vt mihi non prosit præscriptio, scilicet
quia non possedi, ergò non potui præscribere. Respon-
deo, imò possedi & possideo. nam licèt emi vt procu-
10 rator: tibi tamen res illa non quæritur. nā † res ex man-
dato meo empta, non antè efficitur mea, quàm mihi tra
datur, vt ff. de acquir. rer. domi. l. res ex mandato. Nam
& si mandante fœlicissima seruos emisse dicis, domi-
nium seruorum apud te procuratorem remansit, vnde
eos manumittis, vt C. de his qui à non dominis ma. l. 1.
Sequitur ergò quòd procurator sit dominus, ex quo te-
net manumissio: alio modo enim nō tenet manumissio,
vt C. de testam. ma. l. seruo. Si ergò tei emptæ non quæ-
ritur tibi dominium, nec etiam possessio. Nam ideo
11 quòd citius acquiratur dominium † quàm possessio, vt
ff. de acq. poss. l. cum hæredes. quomodo enim potuit ti-
bi quæri possessio: cùm possessio sit facti, vt ff. ex sub.
caus. ma. l. denique. & ff. si quis testam. liber esse iussus,
l. 1 §. Scæuola. quæ nunquàm acquiritur nisi speciali-
ter fuerit apprehensa, vt in prædicta l. cùm hæredes.
Nec obstat si dicas imò possessio quæritur, vt in legib.
quas allegasti, vt ff. de acquir. poss. l. si me in vacuam. §.
vlt & l. 1. §. procuratorem. & l. possessio §. vlt. Respon-
deo, verum est quòd acquiratur possessio, id est, causa
possessionis, scilicet quia operatur mihi illa ad vsucapio
nem, quę curret postquàm sciam quęsitam possessionē,
vt C. de acqui. poss. l. 1. vnde dicit lex: causa possessionis
quæritur per procuratorem, & non possessio, vt C. per
per quas perso. no ac. l. 1. Item lex dicit, vtilitatis causa
possessio quęritur per procuratorē. vtilitatis, scilicet
propter vsucapionē quærendā, vt C. de acq. poss. l. per
procuratorem. Itē nec obstant leges quæ dicunt quæri
dominiū per procuratorē, quia illæ loquuntur quādò
procurator ministeriū præbuit, cùm primò ego cū illo
contraxerā, qui mihi donare volebat: & sic ibi per mi-
nisteriū procuratoris mihi quæritur, sicut & aliàs. ff.
de vsur. l. si quis solutioni. § vlt. Vel esto sine præiudi-
cio quòd quæsita sit tibi dño possessio & proprietas: ta-
men me a tua actione mādati defendo. Nonne vides in
cōmodato. nam † rei cōmodatæ proprietatem & posses 12
sionem retinemus, vt ff. commo. l. cōmodatæ rei. Itē in
actione depositi rei depositę proprietatē retinemus, vt
ff. depositi. l. licèt. §. rei. † & tamen cōmodatarius & de- 13
positarius, qui tantùm tenent, si per 30. annos teneant
possunt se defendere: quia sunt illæ actiones sublatæ.
nam nulla personalis vltra annos 30. durat, vt C. de con
stit. pecu. l. 2. & C. de anna excep. l. 1. §. ad hoc. Quod e-
nim tu allegas, quòd † vsucapio sine possessiōe non pro- 14
cedat, verum est, si quis aliquam rem corporalem vult
præscribere. at si volo præscribere actioni non est ne
cessaria aliqua possessio, sed sufficit si actioni tempo-
ris opponam obstaculum: cùm enim actiones sint res
incorporales, ergo non possunt possideri, vt ff. de ac-
quiren. rer. dom. l. seruus. §. incorporales. Et hoc vide
nam si tibi competebat actio cōfessoria pro aliqua ser-
uitute rustica: & si non possideam vel quasi illam ser-
uitutem, sufficit mihi si per annos decem vel viginti
non seris, vt ff. de vsuca. l. sequitur. §. si viam & §. l. ... er-
tatem. Item video quòd hypothecaria quæ competit
creditori secundo tollatur cōtra primum, ex quo intra
annos triginta non obtulit, vt C. de præscript. 30. an-
nor. l. cùm notissimi §. 1. Opposita exceptione tēporis
adhuc aliam exceptionem oppono. Per 30. annos, & vl 15
trà steiit in tenuta seu possessione rei istius emptæ te
vidente, sciente & non contradicente: vnde videtur à
te mihi possessio tradita, sicut fuit possessio acquisita
vt C. de acquiren. possess. l. minus. & ff. si serui. vend
si à te emero. Imò plus dico, quia ius quod habebas
esse mihi remisisse videris: vides enim in ma ... o, qui
cum posset dotem retinere, ideò quia vxor ab eo ... a
culpa diuertit: si patiatur vxorem possidere longo tem
pore, nedum longissimo videtur sibi per tacitum pa-
ctum illa bona remittere, vt ff. de iure doti. l. cùm post
diuortium. Et si pater permittat filio retinere ... per
multum tempus, quæ patri erant quæsitæ, pręsumitur
ius quod pater habuit remisisse, vt C. de bo. quæ libe.
cùm oportet. §. sin aute. Præterea ... o sine præiudicio,
quòd ista mihi non prosint ... tuas mihi partem pre-
tij. Nam certum est, vt dicūt iura, quòd officium suum
nemini debeat esse damnosum, vt ff. de furt. l. si ... us
communis. in fin. 1. colum. & ff. ex sub. caus. ma. l. vid...
licet. & ff. quemadmo. testa. aper. l. si quis ex signatori-
bus. in princip. Præterea sicut allegasti, mandatum nō
debet mihi esse † lucrosum, nec etiam damnosum, vt 16
dicit ff. manda. l. ex mandato. Præterea mandati natura
non patitur aliquem locupletari cum damno alterius,
vt ff. de condict. indebi. l. nam natura. ex quo enim ha-
bes ratum cōtractum illum quem feci nomine tuo, te-
neris mihi soluere pretium. nam si pater habeat cō ra-
ctum filij ratum, tenetur ex his quæ gesta sunt per fi... ū,
vt ff. de iure. l. si ... lius. Et si gero negotium nomine t... o
necesse habebiam mihi reddere quod impendi, si neg...
tium illud habes ratum, vt ff. de negot. gest. l. si pupi... li.
§. item quæritur. Item nonne possem repetere per a- 17
ctionē mandati cōtrariam pretium? certè sic, vt ff. man-
da. l. idemque. § idem Labeo ait. & l. si verò § cōtr... io.
& l. qui mutuam. §. vlt. si habeam actionem: mul... ò for
tius debeo habere exceptionem, vt ff. de superfi...
l. 1. Nec obstat quod dicis, ego præscripsi, ergo sol...
de malis denarijs vis mihi soluere. nam quod dicit l. il 18
la, si pupillus. de administrat. tutor. quòd qui præscri-
psit, similis sit soluenti, verū est, quia habet quod obi-
ciat

ciat petitò, sed nō aūt est similis, quia qui soluit liberatur ipso iure, vt Instit. quib. mod. toll. obligat. in princ. qui autem præscribit, liberatur per exceptionem. Sed esto
19 sine præiudicio, quòd mihi non daretur actio ad pretium, habeo † tamen exceptionem, nisi pretium impensatum mihi restituatur: sicut in eo, qui bona fide in solo alieno ædificat, licèt non habeat actionem pro impēsis, habet tamen exceptionem, nisi pretium impensarū sibi restitueretur, vt Inst. de rer. diui. §. cùm autem in suo. & ff. de condi. indebi. l. si in aliena area. & ff. de rei vendic. l. sumptus. qua enim fronte petis rem dari, cùm pretium non soluisti, nec velis soluere? Ecce actionem mandati non habes: quia tempore es exclusus. vel esto quod tibi non obstaret: nónne teneris mihi restituere pretium? certè sic, vt dictum est. Item esto, quòd per me procuratorem sit tibi quæsitum dominiū, & sic rei vendicatio tibi competeret, quomodò eam intentabis, & poteris dicere te dominū, cùm pretium nō solueris: nec etiam aliàs satisfeceris: nec tibi sit fides de pretio habita? vt ff. de tribut. l. procuratoris. §. sed si dedi. rem enim quàm emi, retineo loco pignoris, donec pretium mihi soluatur: sicut in venditore, qui rem loco pignoris tenet, quandiu sibi soluatur pretium, vt ff. de actio.
20 emp. l. Iulianus. §. offerri. Et † si res emitur de pecunia mea, est mihi res illa pignori, vt ff. in quib. cau. pig. ta. contrah. l. 1. & in Auth. de æqua. dot. §. quia verò, coll. 7. & ff. de pig. l. vlt. ergò cum habeā hypothecam, datur mihi de iure exceptio contra te. Item nónne tu mihi
21 debitor es in hise casu? sic: nam creditor appellatur ille, cui ex quacunque causa debetur, vt ff. de verbor. signifi. l. creditores. si ego sum creditor tuus possum rem illam, quæ ad me peruenit, retinere quandiu pecunia non soluitur, vt C. etiam ob chirograph. pecu. l. vnicā. & ff. de con. sit. indeb. l. si non sorte. §. si centum. Nec potes mihi aliquid obijcere de fructibus quos percepi: quia illos lucror, cùm tibi non petam vsuram pro pretio, vt ff. de rei vendic. l. emptor. & Instit. de rer. diui. §. si quis à non domino. & ff. fini regund. l. 4. §. 1. si ergò fecerim tanquàm procurator, tibi non teneor, vel si teneor, da saltem pretium, sicut dictum est. Item si fui negotiorum gestor similiter tibi non quæsiui per tuam ratihabitionem: quia habes ratum eo tempore, quo tibi quæri non potuit, vt argum. ff. rem ratam habe. l. penult. In hac quæstione sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi, quòd Titius non possit agere contra procuratorem actione mandati: quia illam sublatam dico spacio triginta annor. sicut allegatum est. Verùm si Actor intentabit rei vendicationem vel publicianam, credo Actorem posse obtinere. Et vide rationē: certum est enim, quòd quando procurator emit nō maliguans mihi, fuit res illa quæsita, vt ff. de don. l. qui mihi donatum. vnde cùm fui factus dominus, non potuit currere mihi Actori præscriptio: quia procurator tanquā procurator possedit, & nomine Actoris: quia possessio dominium fuerunt Actori per eum quæsita, vt C. de acq. poss. l. 1. & l. per procuratorem. vnde illa detentatio facta à procuratore, illo Actori proficit etiā quoad præscriptionem, vt C. de præscrip. 30. ann. l. malè. & l. cū notissimi. Nec posset dicere procurator: ego possedi spacio 30. vnde sublata est vendicatio illa tua. Re-
22 spondeo, non posses: quia non potuit procurator causam sibi possessionis mutare, vt C. de acq. possess. l. cùm nemo. & ff. de vsucap. l. non solum. §. quòd vulgo. & ff. si pars hæredit. peta. l. vlt. vnde Actor vendicabit medium illius fundi, nō refuso pretio, cùm sibi procurator fructus debeat in pretium imputare: quia quantum ad illud pretium, creditor est, vt C. de pign. act. l. 1. & 2. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Debitor in diem sub pœna, credens totum debitum per creditorem alij remissum, cui erat tantùm remissum pro parte, existente die erranter soluerit ei, cui credebat totum esse remissum, an inciderit in pœnam, & si inciderit, an insolidum vel in parte.

SVMMARIA.

1 *Debitor in diem & sub pœna, si in illo die non soluat, in pœnam incidit.*
2 *Solutio facta alij quàm cui debebatur, soluentem non liberat.*
3 *Solutione partis debitor à pœna non liberatur.*
4 *Ignorantia in proprio facto non præsumitur.*
5 *Stipulatio committitur ex quo dies appositus est, si ad diem nō satisfiat, nisi per creditorem steterit, quominus satisfactum sit.*
6 *Soluisse non videtur, qui minùs soluit.*
7 *Pœna non propter non soluentis moram exigitur.*
8 *Debitor soluens ei quem à creditore habebat, liberatur, ope saltem exceptionis.*
9 *Pœna an diuidi debeat, ex quo sors diuidi possit.*
10 *Pœna peti non potest, vt quæ in fraudem vsurarum apposita videatur.*
11 *Pœna in totum committitur & exigitur.*

QVÆSTIO. XXXVI.

OLiuerius debebat decem cestaria frumenti Titio sub annuo redditu ad certum diem, & sub pœna. tandem Titius ius suum pro parte Sempronio vendidit. Oliuerius credens Titium totum ius vendidisse Sempronio, soluit in die constituta illa decem cestaria Sempronio. Nunc agit Titius contra Oliuerium, & petit pœnam, & etiam frumentum pro medietate sibi solui: quia aliam medietatem vēdidit Sempronio. Oliuerius se eo modo defendit, dicens, quòd ad pœnam teneri non debeat, vel si teneretur, teneatur saltem pro parte. Quòd autem Titius possit petere pœnam, & etiam frumentū, probatur. Et in præmissis proponitur certi condictio ex stipulatione descendens. quod locum habeat hæc actio, dicitur Institut. de verb. oblig. in princ. & ff. si cert. peta. l. si quis certum. Quòd autem in pœnam inciderit Oliuerius, probo: nam certum est, † quòd promisit pœnam, si non solueret ad certum diem: sed non soluit: ergò in pœnam incidit. nam 1
& si quis promittit ad certum diem, & sub pœna: licèt ipse decedat, tamen hæreditas eius committit in pœnam, vt ff. de verbor. oblig. l. ad diem. ex quo enim pœna fuit promissa, de iure petitur, etiam si non intersit agentis, vt Instit. de inutil. stip. §. alteri. Quòd etiam conuentionalis pœna petatur, dicit C. de spons. l. vlt. Item quòd possit etiam pœna peti, dicit ff. de pact. l. rescriptū. §. si pacto. ea quo enim dies fuit appositus, dies pro me interpellauit: vnde modò fuisti in mora, vt C. de contrahen. & commit. stip. l. magnam. nec liberaris per solutionem factam Sempronio: quia † qui soluit alij, quàm cui debet, se non liberat. vt ff. de sol. l. verò. vnde 2
& teneris mihi iterū soluere: quia illud quod soluisti, repetere potes vt indebitum. ergò illa solutio non potuit parere liberationem, vt ff. de cond. indebi. l. si non sortem. & l. eleganter. † Item tu soluendo partem non 3
liberaris à pœna. nam si centum debeas soluere vt legatum habeas, soluendo partem non habebis partē legati, nisi totum soluas, vt ff. de cond. & demon. l. cui fundus. Item si decem debeas ad hoc vt fundū haberes, nō habebis fundum, nec etiam partem, nisi omnia decē soluas, vt ff. de condi. & demonst. l. qui hæredi. §. Flaminus. Præterea video in hærede. quòd si particulariter faciat contrà insolidum committatur pœna, vt ff. famil. ercisc und. l. hæredes. §. in illa, in fin. Præterea † non potes 4
prætendere ignorantiam in tuo proprio facto, vt ff. ad Velleia. l. quamquàm ea eo enim mihi soluere debebas, quare soluisti illi, scilicet Sempronio: licèt diceret se ius à me habere: imputandum est enim tibi, quòd fuisti credulus. vt ff. de eo per quem fact. est. l. §. 1. debuisti enim curiosus esse sicut & quis vt in tributoria, vt ff. de in rem verso. l. quòd si seruus. §. sed si sic. vers. qui tamen. Vide hoc in traiectitia pecunia: quia si ad diem non soluatur: quia fortè debitor antè decessit, nihilominùs tamē pœna committitur. vt ff. de nau. fœn. l. vlt.

5 ex quo † enim dies apponitur, stipulatio committitur, si ad diem non satisfiat, nisi steterit per creditorẽ, quominùs recipiat, vt ff. de act. & oblig. l. traiectitiæ. Item si dies apponitur ab arbitro, die transacto pœna committitur: nec purgari potest, vt ff. de arbitr. l. Celsus. Item ex quo mihi partem non soluisti, pœnam in solidum dabis. Nam vide in creditore, cui si aliquid minimum restat ad soluendum, licèt maior pars debiti sit soluta, nihilominùs vendit pignus, vt C. de distract. pign. l. quandiu. & ff. de verbor. obligat. l. in executione. nam ex quo aliquid teneris facere, nisi insolidum facias, nihil fecisse videris, vt argum. C. ad Silian. l. penult. Nam qui minùs tribuit, nihil videtur tribuere, vt ff. de tributo. l. illud. §. minus. & ff. de verbor. significa. l. minus. nam & residui commemoratio, totius debiti commemorationem admittit, vt C. de hæred. instit. l. 2. nam &
6 † si aliquis minus soluerit, nihil videtur solutum, vt argum. ff. de fideiussor. l. amissi. in princip. & argum. de bon. lib. l. qui in seruitutem. Econtrà Oliuerius se tali modo defendit. Inprimis, quia non videtur esse in mo-
7 ra soluendo pœna enim propter moram non soluẽtis exigitur, vt ff. de vsur. l. cùm quidam. §. si pupillo. in fin. at iste non videtur in mora, licet alij soluerit: maximè quia ex quo habebat eam causam a te iuste errauit soluendo illi, ex quo mihi non denunciasti, vt argum. ff. mand. l. si fideiussor. §. si cùm debitor. non enim debui tibi offerre, sed tibi petenti moram non facere, vt ff. quorum legat. l. 1. §. quod ait. licèt enim non soluerem ad diem, pœnam non potes petere, si sum tibi paratus frumentum offerre. Nam si ad certum diem debui facere insulam, & non feci, si tamen sum paratus antequàm litem contesteris, possum purgare moram, vt ff. de verbor. obligat. l. si insulam. Et si post tres aut quinq; vel plures dies exhibeam Reum, quem sub pœna debui, liberor à pœna, vt ff. si quis cau. l. & si post tres. Nam & si solui illi qui habebat ius à te, de iure sum liberatus,
8 vel saltem exceptionis ope. Nam & † si solui illi qui fuit procurator, sed remotus est, si ignoraui illum procuratorem remotum & soluo. l. [illegible] vt ff. de solut. l. qui hominem. §. si Titium. Et ignoscendum est mihi, si ex bona fide sibi fidem adhibui: sicut alias ignoscitur ei qui ex bona fide non credidit. ff. quod fals. tut. aut. ge. est. l. si id inquit. vndè patet ex prædictis, quòd nõ commisi in pœnam: & si commisi, saltem commisi pro parte: cùm enim pars illius affictì remanserit apud te, & illam partẽ non solui, pro illa parte debet pœna committi. nam si totum non soluissem, in totum esset pœna commissa. ergo si in parte non solui, in partem committitur: quia idem est in parte quoad partem, quod in toto, quoad totum, vt argum. ff. de rei vendica. l. quæ
9 de tota. & ff. de administrat. tutor. l. si duo, in fin. ea † quoenim sors diuiditur, ergò & pœna. nam & aliàs tam pecunia, quam labor diuisione recipit. vt ff. de annu. lega. l. Seio amico. Item esto sine præiudicio, quòd in pœnam commiserim, pero mihi subueniri ex generali clausula, si quæ mihi iusta causa esse videbitur, vt ff. ex quibus caus. maio. l. 1. maximè cùm ea quæ posteà emergunt, auxilio egeant, vt ff. de interrogat. actio. l. de ætate. § ex causa. Item sum ego rusticus, & simplicitate gaudeo. vnde sicut subuenitur mihi circa repetitionem in condictione indebiti, ita debet subueniri, vt pœnam euitem, vt argum. ff. de probatio. l. cùm de in-
10 debito. Præterea pœna non potes petere: quia præsumitur in fraudem vsurarum apposita, vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. idemq; ue Papia. Item quando vendidisti debuisti mihi nunciare, quòd illi non soluerẽ nisi medietatem, alias tibi imputabitur. vt ff. mãdati. l. fideiussor. § si cùm debitor. In hac autem quæstione sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi distinguendum, quæ fuerit persona soluẽtis, & illius cui solutum est. Si enim ille qui soluit, fuit rusticus, vel alia simplicitate gaudens, tamen soluitur ei qui ius habebat, saltem pro parte: dico ipsum ad pœnam non teneri, vt argumen. ff. de probatio. l. cùm de indebito. nam non videtur mihi falsum, quòd iuuatur primordio veritatis, vt ff. de legat. 2. l. cùm filius. §. hæres. & sic liberatur propter iustam ignorantiam, vt argumen. ff. de solutio. l. qui hominem. §. si Titium. maximè si persona cui fuit facta solutio, erat persona l[illegible] [illegible] quà [illegible] est præsumptio, quod aliquid contra con[illegible] [illegible]. vndè quantum ad pœnam, excuso soluẽtem. licèt eum non excusem quantum ad illud, quod solutum est. cùm inuenio quod multis [illegible] causis excusetur quis à pœna, vt ff. si quis cau. l. 2. & ff. de lege commisso. l. [illegible] tim. Item si esset commissa pro parte, vel in toto, dico, quòd † in totum committatur & exigatur, vt ar- 11
gumen. ff. de verbor. obligat. l. stipulationum. §. vl[illegible]m. Nec obstat ff. si quis caut. l. si seruus. § si plurium. quia illa loquitur de quodam facto, quòd nec sequitur naturam diuidui vel indiuidui. nam si esset diuid[illegible], pœna committeretur pro parte, & pro parte exigere[illegible] tur. Item si esset indiuiduum, pœna committeretur insolidum, & exigeretur insolidum, vt ff de verbor. obligat. l. eadẽ. §. Cato. & l. 2. ar ibi committitur insol[illegible]ũ pœna & pro parte exigitur, sicut ibi in illa lege, per dominum meum notaui. in quæstione autem præsenti dico prædicta locum non habere, per ea quæ superius dicta sunt. Rofredus.

ARGVMENTVM.

An compromissum factum cum adiectione iuramenti & pœnæ in eum quem vtraque partium scit inhabilem valeat: & si tulerit laudum, & [illegible] in parte sit paritum, an altera partium non par[illegible]do incidat in pœnam, & periurium, & id quod acceperit, teneatur restituere.

SVMMARIA.

1 *Pupillus tutela finita contra tutorem actione tutelæ experiri potest.*
2 *Arbitrium ratione personæ, qualitatis & causæ non tenet. & num. 6.*
3 *Monachus arbiter esse non potest.*
4 *Arbitrium cùm actus longissimus sit, à quolibet impedimẽto vitiari potest.*
5 *Minor quinque & viginti annis in iudicio stare non nisi cum curatore, potest.*
6 *Arbitrium iuratum ipso iure nullum est.*
7 *Iuramentum variè remittitur.*
8 *Arbitrium à quo de communi voluntate recessum est, ex toto sublatum est. nec resuscitatur, nec aliquid quod ex ipso arbitrio pendet.*
9 *Obligatio naturalis solo pacto ipso iure tollitur.*
10 *Solutio facta ex arbitrio nullo non repetitur.*
11 *Lis mota de prædio post quàm renunciatum est, instaurari litem ratio non permittit.*
12 *Arbitrium ex quo non durauit, prolatum esse non videtur.*
13 *Arbitrium de communi voluntate tolli potest.*
14 *Actio quæ ex re iudicata nascitur, si mouetur, nunquàm sententia executioni mandabitur.*
15 *Actio in factum ex arbitrio post decem dies datur: item exceptio.*
16 *Monachus succedit, agit & conuenitur.*
17 *Sacerdos arbiter esse potest.*
18 *Iuri competituro quandoque renunciare licet.*
19 *Iudicium vel arbitrium qui suscipit, contrahere videtur.*
20 *Arbitrium etiam nullum an approbare videatur is, qui ex arbitri mandato centum accepit.*
21 *Arbitrium quod nullum est, cassari non potest.*

QVAESTIO XXXVII.

FRedericus nomine, olim pupillus, nunc adultus, voluit agere contra tutorem suum quondam actione tutelæ, placuit compromittere in monachum de actio-

de actione, quem vterque sciebat monachum, esse re-
nunciantes in compromisso illi exceptioni, quòd erat
monachus, compromisit adultus sine curatore, & pœ-
nam promisit tutori, & iurauit se arbitrium seruaturû,
nec venire contra aliquo modo, nec occasione minoris
ætatis: tutor etiam pœnam promisit, & iurauit se seruа-
turum arbitriû, monachus arbiter pronunciauit, quòd
tutor nunc daret illi adulto centum, & ducenta daret
hinc ad annum. solutis centum ab illo tutore ex man-
dato arbitri, infra annum in quo ducenta erant soluen-
da, placuit adulto & tutori ab illo arbitrio de commu-
ni voluntate discedere. agit nunc adultus contra illum
suum quondam tutorem actione tutelæ. tutor opponit
exceptionem arbitrij, & petit pœnam: vel esto, quòd
arbitrium sibi non prosit, repetit centum, vel compen-
sat centum, quæ soluit ipse tutor ex mandato arbitri, vt
in illo arbitrio côtinetur. quæritur verùm adultus pos-
sit agere actione tutelæ, non obstante actione arbitrij,
& non restitutis illis centum, quæ recepit ex illo arbi-
trio? Quod possit agere, probo. Verum istud pone in
themate: quòd ita continetur in constituto ciuitatis:
Omne laudum & arbitria firma tenebo. Certum est au
1 tem, quod pupillus finita tutela agere possit contra
tutorem actione tutelæ. quod hoc sit verum dicit ff. de
tute. & rat. dist. l. 1. in fin. & l. 2. & ff. rem pupil. saluam fore. l.
non quali... hanc. & C. arbi. tut. per totum. ac hæc quæ-
stio esset expedita, nisi arbitrium ... probo
2 bo quod arbitrium non obstet. quia arbitrium nullum
fuit multis rationibus. Inprimis ratione personæ ip-
sius arbitri: scilicet quia monachus, qui quantû ad ci-
uiles actus pro mortuo reputatur, vt C. de Episc. &
cler. l. Deo nobis. si ergo sibi ciuiles actus interdicûtur,
3 ergò non potest esse arbiter. nam mulieres quibus ci-
uilia interdicuntur officia, vt ff. de reg. iur. l. fœminæ.
non possunt arbitrari, vt ff. de arbit. l. vlt. cum enim cle
ricus remoueatur à publicis actibus, vt C. de Episco. &
cler. l. placet. ergò debet remoueri monachus. cùm tâ-
tùm debeat agere, quod dictat sui significatio nominis,
vt C. de Episc. & cleri. l. decernimus. adeò quidem hoc
verum est, quòd etiam si ab initio fiat de iure arbitriû,
pone in laicum, superueniente tamen sacerdotio vitia-
tur, & sic arbitrium nullum, vt ff. de arbit. l. non distin-
guemus. § compromisso. Item tantæ auctoritatis est ar-
bitrium, quòd si alia persona sit adiuncta quæ arbiter
esse non potest, quod vitietur: putà, si compromitto in
4 liberum & seruum, vt ff. de arbit. l. Pedius. §. 1. cum e-
nim arbitrium sit actus legitimus, vitiare potest quod-
libet impedimentum, vt de regul. iur. l. actus legitimi.
Item vitiatur arbitrium, etiam si non esset renunciatû,
ex quo non possum tutelæ agere, vt ff. de arbitr. l. 1. nec
datur ex eo pœnæ petitio: & sic vitiatur arbitrium ra-
tione personæ ipsius arbitri. Vitiatur etiâ ratione per-
sonæ ipsius adulti: eccè enim si adultus compromittat
minor 25. annorum sine curatore, nullum est compro-
missum, si contra eum feratur sententia: vel si teneat,
datur restitutio minori, vt C. de in integ. resti. l. si cura
torem. & C. qui legi. perso. habe. stan. in iudic. l. 2. & 3.
5 & C. de procur. l. non eo minùs. minor enim in iudi
cio sine curatore stare non potest. ergò nec in arbitrio:
cùm arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, vt ff. de
6 arbit. l. 1. Item non tenuit arbitrium propter qualita
tem vel causam, scilicet quia fuit interpositû iuramen-
tum: vnde ipso iure nullum, vt C. de arbit. Auth. decer
nimus. & est in corpore Auth. de iudicib. coll. 6. §. quia
verò multæ. & §. & quia cognouimus sed quare non ser
uatur sacramentum? ideò quia homines dum nolût ser
uare arbitrium, incurrebant periuriû: & sic reprba-
tur arbitrium, vbi interuenit sacramentum, propter
periurium: quia non debent leges viam periurijs ape-
rire, quæ periuria ponunt, vt C. de iudic. vidui. l. 2. ibi
enim quia periuriû committebatur, impune dimitti-
7 tur sacramentum. Item aliàs dimittitur sacramen-
tum, vt quia timor est, ne possit periurium incurri, vt
ff. de condi. insti. l. quæ sub conditione. remittitur eti-
am sacramentum, vt in Authent. sceoicas non solùm,
col. 5. & est posita C. de nupt. Authen. quod eis. Item re-
mittitur. C. de legib. & consti. l. non dubium. & ff. de le-
ga. 1. l. si quis inquilinos. §. fin. & etiam iure Canonico, si
venio contrà, pœna tamen pro periurio mihi imponi-
tur, vt supr. de iureiuran. c. sicut nostris. & de iureiu. c.
Quintauallis. nec sum propterea periurus: quia qui au
thoritate legis peccat, peccare non videtur. dicit e. nec
videtur deierare, qui ex concessa causa deferit iusiu-
randum, vt ff. qui satisd. cog. l. vlt. vnde cùm non teneat
arbitrium ratione personarum, & ratione causæ, vel
qualitatis, vt dictum est: nec ergò exceptio locum ha-
bet, nec pœna potest ex illo arbitrio peti, vt ff. de arbi.
l. ita demùm. & l. Pædius. Item alia ratione fortissima
probo, quòd tu non potes exceptionem opponere ex
illo arbitrio, nec etiam pœnam petere, vel quòd solui-
sti repetere: placuit enim nobis de communi volun- 8
tate ab illo arbitrio recedere. sequitur ergò quòd illud
arbitrium sit ex toto sublatum. vnde nec resuscitatur,
nec aliquid quod ex arbitrio pendet. nam obligatio se-
mel extincta non resuscitatur, vt ff. de sol. l. quæ res. §.
aream. tollitur enim actio primitiua per conuentionê
secundo loco appositam, vt C. de pactis. l. creditori, in
fin. ex quo enim renûciasti, non venies contrà. nâ post-
quam liti de prædio motæ renûciasti: instaurari litem
prohibêt iura, vt C. de pact. l. postquam. & qui dicit in-
strumento aliquo se non vsurum, amodo vti nô potest,
vt C de fide instrum. l. si aduersarius. per solum enim 9
pactum ipso iure tollitur naturalis obligatio, vt ff. de
solu. l. Stichum. §. naturalis. quomodo ergò redis ad id,
cui renunciandum putasti, vt C. de pact. l. si quis in con
scribendo. & C. de non numer. pecun. l. generaliter. Sic
ergò non obstat exceptio ratione prædicta. Item nec
potest solutum repetere. Certum est enim, quòd arbi-
trium nullum fuit, & quia in monachum: & quia ego
minor compromisi sine curatore: quæ omnia tu scui-
sti: ergò scire debuisti, quod ipso iure non tenuit: vn- 10
de si soluisti ex tali arbitrio, non repetis: sicut qui sol-
uit ex eo testamento, quod erat inutile, nunquàm repe
tit, vt C. de testib. l. non est dubium. Et si quis soluit ex
eo testamento, ex quo poterat retinere falcidiam, cre-
dens de iure non posse retinere, nonquàm solutum re-
petit, vt C. ad leg. Falci. l. error. nisi sit minor, vt C. si ad-
uersus solut. l. indebito. cuius enim per errorem dati
repetitio est, eius consulto dati donatio est, vt ff. de re-
gul. iur. l. cuius. donari enim videtur, quod nullo iure
cogête conceditur, vt ff. de dona. l. 1. ex quo enim de cô-
muni voluntate recessimus ab arbitrio. quod latû fuit:
omnia quæ facta sunt, sunt per illud pactû elisa, vt arg.
ff. de pact. l. ab emptione. & ff. de rescind. vendit. l. cùm
emptor. quando enim recessimus de communi volun-
tate, tu mihi iam solueras illa centum: & sciebas te sol-
uisse, nec potest allegare ignorantiam in tuo facto pro-
prio, vt ff. ad Velleian. l. quanquam. ex quo enim de com-
muni volûtate recessimus ab arbitrio: illud arbitrium
nullum est. Nam & si prætor fecit nunciari nouum o-
pus, & post nunciationem prohibuerit: prima nuncia-
tio habetur pro nulla: & perinde habetur ac si facta nô
esset, vt ff. de non ope. nun. l. si opus nouum. Et si legata-
rius repudiauerit legatum sibi relictum, perinde ac si
legatum non esset, vt ff. de leg. 1. l. legatarius. §. 1. Et per-
lata querela perinde est, ac si hæreditas adita non fuis-
set, vt ff de inoffic. testam. l. eum qui inofficiosi. §. fin. Et
si legatam pecuniam repudiet legatarius, perinde ha-
betur ac si legata non esset, vt ff. si cert. petat. l. perinde.
Item esto sine præiudicio, quòd valeat arbitriû, quo-
modo opponis exceptionem ex illo arbitrio, quod est
remotum de voluntate? libera enim fuit potestas eius
non cassare arbitrium, modo contra cassationem veni-
re non potes: cùm enim exceptio sit mihi semel quæsi-
ta, eam mihi inuito non tolles, vt arg. C. de actio. & ob-
lig. l. sicut. & ff. de pact. l. nemo. Ex quo ergò renunciasti
ex pœnitentia non venies contrà. Nam postquàm li-
ti motæ de prædio, quis renunciat contrà, amodò veni-
re non potest, vt C. de pact. l. postquam. Et qui renun-
ciat etiam priuilegio fori, nunquàm ex pœnitentia ex
post facto veniet contrà, vt C. de pact. l. si quis in con-
scribendo. Et mulier etiam quæ renunciat Velleiano,
nun-

nunquàm ex pœnitentia veniet contrà, vt C. ad Velle-
ian. l. antiquæ. Et si quis dicat se non vsurum instrumē-
to, quod primò in iudicio proferebat, nūquam illo in-
strumento vtetur, vt C. de fid. instrum. l. si aduersarius.
12 Item pone sine præiudicio, † quòd fuerit de iure arbi-
trium, tamen ex quo non durauit, non videtur arbitriū
esse prolatum. Nam esto, quòd satisdatio de operis no-
ui nunciatione, sit interposita, tamē si nō durauit, per-
inde est ac si interposita non fuisset, vt ff. de nou. oper.
nunci. l. prætor ait. § pen. Nec videtur oblata defensio,
quæ non durauit, vt ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. 2. in fi.
Nec videtur esse arbitrium, quod non durauit, quia nō
videtur versum, quòd non durauit. vt ff. de in rem
verso l. si pro parte. §. versum. & omnia argumenta
quæ ibi sunt signata de tali materia possent hic allega-
ri. Item esto, quod arbitrium sine præiudicio tenuerit,
13 potest † tamen tolli de voluntate communi. nam & à
transactione receditur de voluntate communi, vt C. de
transact. l. si diuersa. & à venditione, vt C. an lic. ab emp.
disced. l. post perfectam. ff. de pact. l. iurisgentium. § a-
deò. & l. ab emptione & ff. de rescin. vend. l. cum emp-
tor. Eadem est enim causa soluendi & ligandi ductà in
contrarium, vt ff. de verb. obliga. l. inter stipulantem. §.
sacram. Nec obstat constitutum, quo cauetur, quòd o-
mnia arbitria &c. Respondeo: omnia arbitria quæ de
iure tenent: at istud non tenet, vt dictum est: ergò non
seruabitur per constitutum. Vel aliter omnia arbitria
&c. verum est: nisi arbitrium de communi volūtate sit
sublatum. Et vide legem qua cautum est, quòd senten-
14 tia, à qua non est appellatum, debeat executioni manda-
ri Actore petente: verum † si placuit Actori illam a-
ctionem in factum, quæ oritur ex re iudicata nouare,
nunquàm mandabitur executioni: vt C. de except. rei
iudica. l. 2. Item licet in ea intentione castabas vel da-
bas quod velles quòd amodò quæstionem non moue-
rem debuisti hoc in cōtractu exprimere: alias si in cor-
de retinuisti, tibi imputare vt ff. de condic. ob caus. l.
si repetendi. & ff. de verbor. oblig. l. quicquid. Et hoc
etiam in nouatione, licet agatur inter contrahentes,
quòd fiat: nisi dicat, non valet: vt C. de nouat. l. vltimo.
Nec valuit renunciatio · licet quòd non obstaret
quod esset monachus: quia hoc fieri non potuit, cùm
sit ius publicum, vt ff. de pact. l. ius public. E contra de-
fendit se tutor. In primis opponit exceptionē arbitrij.
15 Et quod possit opponi probatur. Certum est enim, quod ex ar-
bitrio post decē dies datur actio in factū: & datur exce-
ptio: vt dicit C. de arbit. l. cum antea. & l. ne in arbi. Itē
ex arbitrio agitur ad interesse, etiā si pœna non apponatur:
vt ff de arbitris. l. diem proferre §. vltimo. si datur
actio, ergo multo fortiùs datur exceptio. vt ff. de su-
perficiebus l. & de regul. iur. l. non damus. Nec obstat
quòd opponis, quòd non valeat propter personam ar-
bitri, licèt quia monachus non valet · nam cùm non
inueniatur à iure prohibitus: ergo est à iure admissus:
cùm omnia de iure liceant, nisi inueniantur prohibi-
ta, vt ff ex quibus caus. maior. l. nec non. & ff de proba.
l. ab ea parte. Nec obstat quòd dicis, monachus est mor-
tuus, ergo non valet arbitrium. imò valet & non est
16 mortuus, imò viuit & succedit, & conuenitur, vt C.
de episcop. & cle. l. Deo nobis. & Authent. causa quæ fit
cum monacho & etiam agit monachus. vt C. de episc.
17 & cle. l. si qua per calumniam. † potest enim esse arbi-
ter. nam & sacerdos posset esse arbiter. vt ff. de arbit. l.
non distinguemus. § compromisso. Præterea positum
est in libertate, quod nos scientes eum monachum
compromisimus: vnde amodò reprobare non possu-
mus. nam non possum reprobare probatum: vt ff. de ne-
go. gestis. l. Pomponius. nam ex quo sciebas illum indi-
gnum, & ex certa scientia compromisisti, non repro-
babis. fac ad argument. C. de episcopa. audi. l. si legi-
bus. & C de arris sponsa. l. vltim. idem etiam in iudice:
quia si in eum consentias, ipsum non poteris re-
probare: vt ff. de iudic. l. . Maritus etiam qui vxorem
adulteram recipit, videtur eius approbare mores, nec
eam accusare potest: vt ff. de adult. l. vxor. §. vltim.
Et si duo eligunt agrimensorem & o[illegible] ex certa sci-
entia: sibi imputabunt, & de se quæri debent. vt ff. si a-
grimensor falsum mod. dixe. l. si minus diligenti vel
inutili rem custodiendam committo, de me quæri de-
beo. vt ff. de action. & obligatio. l. . §, si quoque. maxi-
mè cùm sit renunciatum huic exceptioni, contra quam
non potes venire. licuit † enim renunciare etiam iuri 18
competituro: vt ff. a quibus appellari non licet. l. 1. &
C. de tempor. appellat. l. vltim in fin. vnde possum ob-
ijcere exceptionem: componere enim pacem inter di-
scordantes istud non prohibet religio monachi, sed
affirmat. nam & dominus dicit: Pacem meam do vobis:
pacem meam relinquo vobis. nam ad quid aliud debet
intendere: nisi quod respirent ad discordia litigantes:
vt argument. ff. de oper. noui nunciat. l. . §. inde quæ-
ritur. Item nec potes venire contra arbitrium, cum sit
iureiurando firmatum, vt extrà. de arbitr. c. . & sic
quantum ad sacramentum lex tua succumbit. Nec vi-
tiatur arbitrium propter tuam personam, quia fuisti
minor: nam cùm iuraueris, non potes contra venire. vt
dicit Authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit.
Nec dicas, quòd lex illa loquitur in cont. actibus: i-
dem est hic. † nam qui iudicium suscipit vel arbitri- 19
um, videtur contrahere: vt ff. de pecu. l. licet. §. 1. d. si
filius. Item & si iurat, quòd erat maior, non veniet con-
trà, vt C. si minor se maior. dixe. l. 3. imò qui venit con-
tra sacramentum, infamatur, vt C. de transactio. l. si
quis maior. Item esto quòd de iure non teneat: tamen
contra factum venire non potes, vt ff. de serui. rustico.
prædio. l. per fundum. & ff. communia de seruitut. l. vē-
ditor fundi. & ff. de adopt. l. post mortem. Item non
venies contra arbitrium propter constitutum, & hoc
probo. nam constitutum porrigitur ad arbitrium quod
non teneat. nam si teneret iure arbitrium, & sine con-
stituto valeret. vt argument. ff. de legat. 1. l. si quando.
& ff. ad municip. l. 1. Nec obstat, quòd illud arbitrium
fuit de communi voluntate cassatum: quia cassauimus
propter illud, quod ego tibi debeo dare ex illo arbi-
trio: maximè cum ad mei petitionem sit cassatum, non
est præsumptio: quòd ego cassarem arbitrium, in quo
mihi prodesset: quia nemo præsumitur iactare pecu-
niam. ff. de probatio. l. cùm de indebito. & quod no-
strum est sine facto nostro, a nobis non recedit, vt ff. de
regul. iur. l. quod nostrum. cum enim actio tutelæ per
arbitrium erat saltem per exceptionem elisa, illam ex-
ceptionem tibi non remisi cassando: sed tantum fuit
remissum id quo tibi tenebar, quasi quod plus sit a-
ctum, & minus scriptum, vt argument. ff. de hæredit.
institut. l. quotiens. primo respondeo. Et hoc vide.
nam si alicui legatum est, quod rationes ab eo non e-
xigantur · bene potest exigere reliquas. vt ff. de liberis.
legat. l. si quis rationes. ad idem facit, & potest indu-
ci ff. de legat. 1. l. si quando. quia ibi confirmatio va-
let ad donationes, quæ non valent: non ad illas quæ
valent. sic & hic cassatio valet ad illud ad quod tene-
bar, non ad aliud a quo saltem per exceptionem libe-
ratus eram: vnde nec fuit illa intentio mea. vnde non
venit in liberationem vel cassationem nam id tan-
tùm venit de quo actum est: vt ff. de transact. l. cum A-
quiliana. & l. qui cum tutor. & quod tacitè agitur pro
cauto habendum est: vt ff. si certum peta. l. cum quid
mutuum. Præterea recipiendo centum ex mandato 20
arbitri videris arbitrium approbare, etiam si nullum
sit. sicut in hærede qui soluendo legata ex testamen-
to minus solemni, videtur testamentum approbare:
vt C. de testamentis. l. non est dubium: & dominus ap-
pellando videtur approbare iudicium, quod fecit fal-
sus procurator, quòd ipso iure fuit nullum, vt ff. rem
ratam haberi. l. Paulus. ff. de iudici. l. licet. vnde si tu re-
cipiendo centum ex illo arbitrio vidisti approbare: non
potes pro alia parte reprobare, vt ff. de administra. tu-
tor. l. cum quæritur. Præterea de cassatione non po-
tes obijcere. nam † secundum te arbitrium nullum est: 21
si ergo nullum: ergo cassari non potuit. nam quod non
est, cassari non potest: vt ff. de iniusto rupt. testamen.
nam & si sub conditione. Sed esto sine præiudicio, quod
arbitrium mihi non prosit: tamen illa quæ recepisti,
teneris

seneris reddere. & hoc vide. Certum est enim, quòd aliquis non debet locupletari cum aliena iactura, vt ff. de condit. indeb. l. nam natura. & alibi, bona fides non patitur, quòd bis idem ab eodem exigatur, vt ff. de regul. iur. l. bona fides. quod tu vis facere quantum ad illa centum repetendo illa per actionem tutelæ: non ergò debes audiri: quia non debes trahere priuilegium tuum in alterius dispendium, vt C. de vsucap. pro emp. l. vlt. Præterea vide in hærede, quòd si hæres instituatur à suo debitore: illud quod est hæreditatis, computatur in debito, vt C. de hær. inst. l. si compēsandr. & C. de in. deli. l. sancimus. Præterea si non possum excipere ex illo arbitrio sicut arbitrio: excipio saltem iure exceptionis. nam si quod ago non valet vt ago, valet vt valere potest, vt ff. de transact. l. & post rem iudicatam. Item acceptilatio vbi est inutilis, & si non valet ratione acceptilationis, valet saltem iure conuentionis, vt ff. de acceptilat. l. an inutilis. & ff. de rescind. vendit. l. cùm emptor. Præterea ex quo solui tibi centum ex illo arbitrio: & si mille libras debuissem ex ratione tutelæ, recipiendo illa centum tanti videris æstimasse interesse tuæ tutelæ, sicut in eo qui recipiēdo 10. vt seruum suum manumitteret, tanti videtur seruum æstimare, vt ff. de fideicommiss. libe. l. generaliter. §. si quis alienum. Præterea arbitrium tenuit: consensimus enim in ipsum, non tanquàm in monachum, sed tanquàm in consanguineum & amicum, sicut multa argumenta de verbo, tanquàm, habere potes: nam pater vel auus si adoptat, non facit hoc quasi auus, sed quasi quilibet, vt ff. de adopt. l. si pater. & dominus qui fideiubet pro seruo, non quasi dominus hoc facit, sed quasi quilibet, vt ff. quod iussu. l. 1. §. quid ergò. & si pater eligat filiū, non facit hoc quasi pater, sed quasi decurio, vt ff. quod cuiusque vniuers. nomi. l. item eorum. In hac quæstione sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi, quòd pupillus quondam possit agere actione tutelæ, & quia arbitrium illud fuit nullum, & quia si fuisset aliquod, fuit illud cessatum de communi voluntate, sicut in prima allegatione allegatum est. Rofredus.

ARGVMENTVM.

An statutum puniens eum qui duxerit in vxorem alij spontè desponsatam, intelligatur seu extendatur ad eum, qui illam duxit in vxorem, quæ ab initio non spontè, sed inuita alij per patrem fuit desponsata: licèt posteà re vel verbo in eum consenserit.

SVMMARIA.

1 *Condictio ex statuto datur in eum, qui matrimonium contraxit cum ea, quæ alteri voluntariè desponsata erat.*
2 *Constitutum pro lege habetur.*
3 *Actio hæc ex constituto à quo intentari possit.*
4 *Pœna per constitutum imposita, si fiat contrà, exigi potest.*
5 *Confessio realis, verbali confessioni potentior est.*
6 *Voluntas hominis qualis sit, quandoque per exteriores actus cognoscitur.*
7 *Mulieres sensa suæ mentis potiùs per actus, quàm per verba declarant.*
8 *Statuta ciuitatis omnibus ciuibus nota esse debent: nec in his ignorantia admittitur.*
9 *Mulierem desponsatam alteri, non de voluntate mulieris à principio, vxorem ducens, in constituti pœnam non incidit.*
10 *Ratihabitio in maleficijs non retrotrahitur.*
11 *Mulieres passim indifferenter accipiunt id, quod sibi donatur.*
12 *Ratihabitio in maleficijs quando retrotrahatur, & mandato comparetur.*
13 *Delicta semel commissa venia digna sunt.*

QVAESTIO XXXVIII.

AEmilia nobilis mulier, fuit desponsata à patre
cuidam Sempronio, non de sua volūtate ab initio
interueniente, sed ex post facto fortè, quia ratum habuit, vel etiam re ipsa ratum habuit: quia à con
sanguineis sui sponsi donaria recepit: contractis istis
sponsalibus domina prædicta contraxit matrimonium
cum Ioanne. continetur autem in constituto ciuitatis,
quòd quicunque acceperit in vxorem mulierem alij
de voluntate ipsius mulieris desponsatam, quòd puniatur in decem libris. nunc Ioannes conuenitur ad pœnam positam in constitut. scilicet, decem librarū: quæritur an possit? Quòd possit conueniri, probatur: &
quia actio debet proponi: sicut sæpè iam dictum est:
ideò actio proponitur, scilicet condictio ex constituto. Quòd talis actio † competat, probatur. Certum est, 1
quòd si per legem inducitur, quòd agere possimus, nec
est cautum ea lege, quo genere actionis experiamur,
condictione ex lege agitur, vt ff. de condictione ex lege. l. 1. sic etiam in constituto. † nam constitutum pro 2
iure & lege seruatur, vt ff. de legib. & constitutio. l. de
quibus. ergò si in constituto continetur, quòd possit agi: condictione ex constituto potest agi: vel condictione ex lege municipali, vel consuetudine. † Item quòd 3
possit intentari vel à communitate vel à primo sponso, scilicet Sempronio probatur. Nam certum est, quòd
constitutum pœnam imponit, vt dictum est in themate: si ergò imponit pœnam, ergò potest exigi. nam pœna si per legem imponatur, & fiat contra legem, pœna
exigitur: vt per totum titulum de pœnis. Nam quicunque recepit fugitiuū, punitur in decem solidis, & exigitur illa pœna, vt C. de seruis fugit. l. quicunque. † er- 4
gò & pœna imposita per cōstitutum, si fiat contra, exigitur: cùm constitutum pro iure seruetur, vt Instit. de
iure natur. gent. & ciuil. §. penultim. fuit enim mulier
illa desponsata de sua voluntate. nam licèt à principio
non consensit, ratum tamen habuit ex postfacto: quæ
ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, vt
C. ad Macedonian. l. vltim. Habuit etiam ratum recipiendo munera, quæ quidem est realis confessio, † quæ 5
magis est efficax, quàm vocalis: vnde videtur consentire. Nam & scriptus hæres qui administrat res hæreditarias, videtur adiuisse hæreditatem, vt ff. de acquirend. hæredit. l. gerit pro hærede. & l. pro hærede. Nam
& si pater gessit tutelæ negotia, ad quam datus est filius, videtur pater agnouisse tutelam, vt ff. de tutel. l. si filius. Hoc etiam in filio, qui est electus decurio, vt notatur ff. ad munici. l. quotiens. Et si filio mandaui, quòd
negotium gereret, & pater illam gestionem agnouit:
putà, si administret, vt ff. de negoc. gest. l. mandasti. Aliquando † enim & sæpiùs per actus extrinsecus ostenditur quid homo gerat in mente, vt argumen. C. de testament. l. non codicillum. & ff. de repud. l. vlt. Et qui numerat pecuniam videtur de conscientia commissi criminis confiteri, vt ff. de his qui not. infam. l. quoniam. 6
† Mulieres cùm sint verecundæ, potiùs per actus voluntates ostendunt, quàm per verba: vnde cùm constitutum ita dicat: cùm mulier ratum habuit: non debet 7
ille à pœna excusari. quia verba constituti sicut nec
verba iuris ciuilis calumniari oportet, vt ff. ad exhib. l.
penult. Præterea de iure probatur, quòd quæ est sponsa vnius, alterius sponsa esse non potest, vt Institut. de
nupt. culpa est enim immiscere se rei ad se non pertinenti, vt ff. de reg. iur. l. culpa. Et non debet quis immittere falcem in messem alienā: vnde si puniris, nō est mirum, & de te quæraris: nam damnum quod quis sua culpa sentit, & de se quæri debet, vt ff. de regul. iur. l. quod
quis. Nec potest allegare ignorantiā illorum quæ sunt 8
in cōstituto, cùm omnes de ciuitate scirent, vt ff. de iuris & fact. ignor. l. regu. & ff. de institoria l. sed & si pupillus. §. proscribere. Item interest Reipublicæ, vt maleficia nō remaneant impunita vt ff. ad leg. Aquil. l. ita
vulneratus, & ff. de solutio. l. Stichum aut Pamphilū. §.
1. & ff. de fideiuss. l. si à Reo. §. vlt. Debes enim puniri ne
fortè alij ita sumāt simile exemplū: & quòd pœna tua sit

metus

metus multorum, vt C. ad legem Iuli. repetud. l. 1. & ff. de custod. & exhib. reor. l. diuus. §. vltim. Certè miser tu non considerasti præceptum decalogi quo cauetur: Non concupisces rem proximi tui, non bouem, non vxorem, non asinum: imò agas gratias illis qui constitutum fecerunt, quòd pœna tam modicate punierint: cùm etiam deberes puniri corporaliter propter delictum maximum quod fecisti: sicut aliàs dixit Imperator: cùm tibi debeat gratulari aliquis, quòd furti contra eum non agatur, vt C. deposi. l. si depositi. & sufficit ratihabitio ex postfacto secuta. nam & sufficit auctoritas tutoris, si ex post facto interponatur, vt Insti. de author. tut. Nec excusaris propter ignorantiam, ex quo ita continetur in constituto. nam licèt quis dicat se ignorasse, non tamē euitat pœnam vectigalis, vt ff. de public. l. vlti. §. licet. Prætereà commisisti in pœnā, si nunquàm filia consentiret: quia est matrimonium, & sunt sponsalia etiamsi filia non consentiat, dummodo pater faciat, vt ff. de ritu nupt. l. si patre cogente. Econtrà vi-
9 detur, quòd hic sit excusandus à pœna. Inprimis, † quia non recipit mulierē alij desponsatam de voluntate mulieris. Positum est enim in themate, quòd ab initio mulier non consensit, sed ex postfacto. vnde à pœna excusatur. Nec obest, si dicas ratihabitio retrotrahitur: imò
50 contrà, maximè † in maleficijs: vnde si filius de voluntate patris ducat vxorem infra tempus luctus, non infamatur. quid si pater ratum habuerit, nunquàm ratihabitio retrotrahitur, vt ff. de his qui not. infa. l. quid ergò. 1. responso. Item filius authoritate patris & iussu debet adire hæreditatem, quid ergò si pater ratum habeat ex postfacto: nō valet talis authoritas, vt ff. de acq. hær. l. si quis hæreditate mihi bona. §. iussū. Et si filius sit tutor, licèt pater habeat ex postfacto ratum: nunquàm proptereà posteà obligatur, vt ff. de administra. tutor. l. Lucius Titius Gaium. Prætereà ignorans fuit quòd ita contineretur in statuto, scilicet, de pœna de qua quæreris: vnde non tenetur. pœna enim posita in statuto tantùm scientes tenet, vt ff. de decret. ab ordin. facien. l. vltim. & vox etiam præconia paucis innotescit, ita & vox constituti, vt C. quomod. & quan. iudex, Auth qui semel. Nec obstat si dicas, quòd mulier habuit ratum re vel verbo. nam si mulier recepit munera, non ideò recepit vt consentiret, sed ideò quia genus mulierum
51 auarissimum est. † Nam indifferenter accipit quod sibi donatur, & omnis qui venit ad eam, non ejicietur foras, vt ff. ad Velleia. l. si ergò. ff. de donat. inter virum & vxor. l. si stipulata. Item omnis pœna odiosa, ergò restringenda: quia odia sunt restringenda, vt ff. de liber. & posthu. l. cùm quidam. ergò restringere debes, quòd ratihabitio retrotrahatur, & mādato comparetur, per ea quæ dicta sunt. Nec obstat si opponas, quòd in male-
52 ficijs † ratihabitio retrotrahatur, & mandato comparetur, vt ff. de vi & vi arm. l. 1. §. quotiens, in fin. Respondeo: verum est, quādo ex illo maleficio præstari debet pœna, quæ est pœna ex parte soluentis, & ex parte recipiētis interesse. at si debet præstari pœna, quæ sit pęna ex parte vtriusque: tunc secùs. ff. de his qui notan. infam. l. quid ergò. cùm ergò sit pęna, vt dictum est, ergò sum absoluendus: quia in pœnis mitiores debemus esse ad absoluendum, quàm ad condemnandum, vt ff. de pœn. l. penult. Præterea vide, quòd secundùm constitutum sim absoluendus. constitutum dicit, si quis mulierem duxerit alij desponsatā de voluntate illius mulieris. at ista non fuit desponsata de sui voluntate: ergò non incido in pœnam: verba enim constituti non sunt calumnianda, sed strictè recipienda, vt ff ad exhiben. l. penul. Item cùm semel deliquerim, esto sine præ-
59 iudicio. debet mihi pœna remitti: commissa † enim semel delicta sunt digna venia, vt C. de Episcop. audien. l. nemo. Et si tu aliter vis interpretari statutum quàm sonet, debes puniri, vt C. de legib. & const it. l. 1. In hac causa sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi quòd Reus sit absoluendus: ideò quia mulier non fuit de sui voluntate desponsata illi primo. Nec obstat ratihabitio: quia non trahitur retrò per legem, quæ hoc determinat, vt ff. de his qui not. infa. l. quid ergò. & argum. ff. de acquir. hæred. l. si quis mihi bona. §. iussum. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Maritus qui renunciauit exceptioni non numeratæ dotis, soluto matrimonio, si agat ad partem dotis stante statuto, quòd vxore mortua vir succedat in parte dotis: an prædium datum pignori pro illa parte dotis cum decreto prætoris possit per fratrem vel hæredes defunctæ reuocari prętextu dictæ renunciationis.

SVMMARIA.

1 *Condictio sine causa locum habet, siue contractus ab initio nullus fuit, siue fuit, sed iniustus: vel fuit iustus, sed aliqua de causa iniustus factus fuit.*

2 *Pignus obligationis accessio est.*

3 *Confessus in publico instrumento dotem recepisse, & renuncians exceptioni non numeratæ dotis: quòd in posterum dotem petere non possit.*

4 *Dotem qui confitetur numeratam, quæ numerata non sit: & exceptioni non numeratæ dotis renunciauit, dotem donasse videtur.*

5 *Remissio dotis, & renunciatio exceptionis non numeratæ dotis, vim acceptilationis seu pacti continet.*

6 *Decretum siue auctoritas quando interponitur, ad hoc vt valeat, quæ requirantur.*

7 *Res minoris cùm venditur cum decreto, curatorem interuenire oportet.*

8 *Pactum curatoris factum in præiudicium minoris, minori non nocet.*

9 *Iuri competituro per pactum renunciari potest.*

10 *Rem suam vindicare præterquàm à fure nullus potest.*

11 *Pignoratitia non nisi soluta pecunia intentatur.*

12 *Exceptionem non numeratæ dotis maritus opponere potest, non obstante renunciatione, & dotis receptæ confessione.*

13 *Exceptio siue non numeratæ pecuniæ, siue non numeratæ dotis opponi potest, siue instrumentum publicum sit, siue priuatum.*

14 *Minor nisi læsus sit, restitui non debet.*

15 *Venditio prædij minoris vel obligatio prætore authorante facta non nisi restitutionis beneficio rescinditur.*

16 *Prædium minoris pro debito non solum paterno, vel ipsius minoris, sed etiam pro dote & donatione propter nuptias.*

17 *Minor sororem ex eodem patre natam dotare tenetur.*

18 *Dotare non videtur, qui necessarijs oneribus succurrit.*

QVAESTIO XXXIX.

SOLDVS curator cuiusdam adultæ & cuiusdā minoris adultam suam Vitio maritauit, & pro ea in dotem triginta constituit, quæ triginta confessus fuit Titius in publico documento se recepisse, & renunciauit exceptioni non solutæ, & nō numeratæ doris. tandem tempore procedente solutum fuit matrimonium morte mulieris interueniente, agebat Titius contra Soldum curatorem quondam suæ vxoris, vt sibi triginta daret, quæ debebat habere propter beneficium constituti, quod est, vt maritus pro medietate succedat vxori. curator non habens pecuniam præ manibus pro illis quindecim, quæ faciunt dotis medietatem. fundum minoris obligauit cum auctoritate prætoris: & fructus qui ex illo fundo percipiuntur, permisit Titium percipere ex causa donationis: deinde celebrato tali contractu tempore præcedente, Titius ex fundo illo multos fructus percepit. venit adultus factus maior, & agit contra Titium, & repetit fundum per condictionem sine causa, quæritur an possit? Quòd possit, probo. † Certum est, quòd illa condictio ha- 1
beat locum, siue contractus ille ab initio nullus fuit, siue fuit,

ue fuit, sed iniustus, vel fuit iustus, sed aliqua de causa
factus fuit iniustus, vt ff. de condictio. sine causa. l. 1. &
l. qui sine. Quòd autem contractus iste pignoris sit nul-
2 lus, vide. Certum † est quòd pignus est accessio obli-
gationis principalis: si ergo fuit debitum, tenet pig-
nus, aliàs non, vt Instit. quib. mod. re contra. obl. §. cre-
ditor. nam si non subsistit principale, nec accessorium,
vt C. de vsur. l. eos qui. & ff. de regul. iur. l. cùm princi-
palis. Certum est enim quòd tu confessus fuisti in pub-
3 lico documento recepisse dotem: & † renuntiasti exce-
ptioni non numeratæ dotis, amodò nihil à me nomine
dotis petere poteras. Nam & si mulier renuntiet in
publico documento exceptioni Velleiani eam amodò
non opponet, vt C. ad Velleian. l. antiquæ. Et sacerdos
si in publico instrumẽto renuntiat exceptioni fori eam
amodò non opponet, vt C. de episco. & cleri. l. si quis
in conscribendo. & C. de pact. l. si quis in conscriben-
do ex quo enim est publicum documentum, & in eo sit
confessio, per omnia præiudicat, vt C. arbitr. tu. l. vlti.
cùm enim renuntiasti, licuit tibi: quia cuilibet licet re-
nuntiare his quæ pro se inducta sunt, vt ff. de minor. l. si
iudex. Nec potes amodò contrauenire testimonioque
proprio tuo resistere, vt C. de rebus credi. l. si quis iusi-
urandum. & C. de non nume. pecu. l. generaliter. cùm
enim instrumentum discretè loquatur, per omnia de-
bet fides sibi adhiberi, vt ff. de proba. l. cùm de indebi-
to. §. vltim. nam nullus esset litium finis si à renuntia-
tionibus bona fide interpositis liceret resilire, vt C. de
transact. l. fratris. Nec potes dicere, quòd ignoraueris:
cùm ignorantia in facto proprio non admittatur, vt ff.
ad Velleia. l. quanquam. Nec potes dicere quòd sit ibi
dolus commissus: quia scienti & volenti dolus non in-
fertur, vt C. de transactio. l. cùm donationis. Nec po-
test dici, quòd fiat tibi iniuria, cum semel voluisti, vt
ff. de aqua plu. arcen. l. in diem. nec alicuius admittitur
in constantia, vt ff. de procur. l. quæ omnia. Item esto si-
4 ne præiudicio, quòd † tibi dotem non numerauerim:
ex quo confessus es fuisse tibi numeratam & renuncia-
sti exceptioni nõ numeratæ dotis, videris voluisse do-
nare, vt argum. ff. de reg. iur. l. cuius. Hoc habes in ma-
rito, qui si scienter donationis animo exceptionem o-
mittit: & ita se patitur condemnari, videtur vxori do-
nare, vt ff. de dona. inter virum & vxorem. l. si sponsus.
§. si vxor. vnde remittendo similiter videris donare. er-
go hanc donationem ex pœnitentia non reuocabis, vt
5 C. de vsucap. pro dona. l. irritam. † Item talis remissio
& renuntiatio vim continet acceptilationis seu pacti,
vt argu. ff. de pact. l. tale pactum. video enim quòd ille
qui reddidit chirographum, videtur remittere debi-
tum, vt ff. de pact. l. Labeo. Et qui chirographum legat,
videtur legare debitum, vt ff. de lega. 3. l. qui chirogra-
phum. Nec obstat si dicas quòd fuit decretum interpo-
situm: talis enim interpositio nulla videtur, quia debi-
tum suberat, vt dictum est. vnde talis interposita au-
6 ctoritas nulla est: † quia cùm auctoritas interponitur,
debet de omnibus quæri, de quibus mandat oratio. & si
non quæsierit, perinde est ac si non esset interposita, vt
ff. de rebus eorum qui sub tut. vel cura. l. magis. §. ne pas-
sim. Hoc idem in transactione alimentorum vbi si non
quæratur de omnibus: non valet transactio facta cum
auctoritate prætoris, vt ff. de transact. l. cùm hi §. si præ-
tor. Hoc idem in procuratore Cæsaris, cui non negli-
genter, imò diligenter interponere auctoritatem con-
cessum est, vt ff. de offic. procura. Cæsaris. l. 1. Nónne
7 † quandò prædium minoris venditur, & cum decreto:
debet iudex dare curatorem, vt sciat quo illa pecunia
conuertatur, vt ff. de rebus eorum qui sub tut. vel cura.
l. magis. §. ne passim. Et idem quandò pignori obliga-
tur, vt C. de admin. tuto. l. lex quæ tutores. at si prætor
sciuisset, pro quo debito obligaretur: quis prætor esset
ita stultus, quòd permisisset prædium pignori obliga-
si. Hoc etiam video in ecclesia, quòd si eius vendatur
prædium, debet solui tali creditori pretium qui sit ve-
sus creditor, vt auth. hoc ius porrectum. Hoc etiam in
eo qui credit filiosfamiliàs denarios, ad hoc vt ille fili-
usfamil. liberet se à suo creditore, quòd ita demùm
agit, si talis erat creditor, qui non posset exceptione re-
pelli, vt ff ad Macedo. l. sed & Iulianus. §. si filius. hoc e-
tiam in venditione prædij tributarij, nisi omnia inter-
cedant & soluatur debitum creditori, non valet vendi-
tio, vt C. si propter publi. pensita. l. & C. si aduersus fis-
cum. l. vltim. & C. lib. 10. de fide instru. & iure hastæ fis-
ca. l. vltim. Vel esto sine præiudicio, quòd ista non pro-
sint: tamen & de iure communi pretium tibi solutum
est perceptione fructuum, vnde pignus liberatur, vt
C. de pigno. act. l. 2. & C. de vsur. l. ex prædijs. & C. de
pactu pign. & omni causa. l. 1. & 2. Nec valuit pactum
mei curatoris, qui tibi promisit ex causa donationis
fructus percipere. † nam pactum curatoris factum ad 8
damnum minoris, non nocet, vt C. de pact. l. pactum cu-
ratoris. sicut vides in filio & seruo, cui si concedatur li-
bera peculij administratio: tamen non donat, vt ff. de
pact. l. contra iuris. §. si filius vel seruus. Tutor enim
loco domini habetur, cùm benè administrat, non cùm
spoliat, vt ff. pro emptore. l. qui fundum. §. si tutor. at
donando, videtur expoliare, cùm omnis donatio sit
idem quod perditio, vt ff. de donat. l. filius. Item licuit
tibi renunciare, quia † etiam iuri competituro potest 9
quis renunciare per pactum, vt ff. à quibus appella. non
licet. l. 1. & C. de tempo. appellatio. l. vltim. in fine. Item
non valuit illa auctoritas interposita: quia ob æs alie-
num causa cognità venditio prædij minoris permitti-
tur. vt C. de prædijs minor. l. ob æs. E contraria respon-
sione probatur, quòd Titius se possit defendere. In pri-
mis actionem illius repellendo, quasi sit ineptè propo-
sita, & ita fiat absolutio, vt ff. si agrimen. fal. mo. dixe. l.
1. & extrà, de confir. vtil. vel inutil. cap. vltimo. in fine.
Quòd enim nõ habeat locum condictio sine causa pro-
bo. Aut enim intendis condictionem illam respectu
dominij, aut respectu possessionis. respectu do-
dominij non posses eam intendere: quia cùm rei pig-
noratæ sit tuum dominium, vt C. de actio. pigno. l. pig-
nus. restat quòd condictio tibi dari non debeat contra
me, † cùm nemo possit rem suam condicere, præter- 10
quàm à fure, vt ff. vsufruct. quemadmodum caue. l. vl-
tima. in fine. Item si vis intentare ratione possessionis
non potes: omnis enim possessio illius pignoris est a-
pud me, vt ff. de acquiren. possess. l. qui pignoris. & l.
rem pignoris. quam à me non auocabis, quia quantum
ad illam possessionem auocandam, ego sum potior, &
possum à te possessionem auocare per hypothecariam,
vt Instit. de act. §. item Seruiana. si possum eam à te a-
uocare, multò fortius possum eam retinere, vt ff. de so-
perfic. l. 1. & ff. de regul. iuris. l. cui. Item ista condictio
sine causa succedit in locum pignoratitiæ, ergo vtitur
iure illius & natura, vt argumen. ff. si quis caut. l. si quis
eum. §. qui iniuriarum. ergo illam condictionem non
intentabis, nisi soluas pecuniam: cùm † pignoratia non 11
possit intentari nisi soluta pecunia, vt ff. de pignorati.
actione. l. si rem alienam. §. omnis. Item non potes dicere
quòd sit sine causa apud me pignus: cùm debitum præ-
cessit, scilicet dotis. Nec obstat quod renunciaui: &
quod fui confessus me recepisse. † nam dicit lex, quòd si 12
contineatur in instrumento, quòd maritus recepit do-
tem: nihilominùs opponit exceptionem non numera-
tæ dotis vsque ad decem annos & tres menses, facta di-
stinctione quanto tempore durauit matrimonium, vt
in authent. de æquali dotis collat. 7. & C. de dote cau.
non nume. l. vltim. & authen. ibi signata. Nec admitto
sit instrumẽtum publicum vel priuatum: semper enim
potest opponi, quia est ius commune. Nec obstat C.
ad Velleian. l. antiquæ: quia illud locum habet propter
ius singulare, quod citius tollitur quàm commune. vt
in authen. de non alie. aut permut. ec. §. quia vero col. 2.
ti. 2. † Et exceptio non numeratæ pecuniæ & non nu- 13
meratæ dotis potest opponi siue sit instrumentũ publi-
cum siue priuatum, secũdum sententiam doctorum no-
strorum quòd est verum. si ergo potest opponi excep-
tio non numeratæ dotis, quando instrumentum dicit,
quòd hic fuit confessus. vt C. de non numerata pec. l.
in contractibus. Nec obstat renunciatio, quia pecca-
tum haberet, si diceret instrumentum recepi, sicut di-

ctum est. Item non obstat. nam & si renunciaui, possum
nihilominùs opponere. & vide rationem, ego in culpa
fui, quia renunciaui competenti iuri vel competituro,
cùm hoc à sapiente non fuisset factum, vt ff. ad l. Aquil.
l. si putator. tu es modò in dolo: quia petis in modum
replicationis, & vis mihi imputare quod non numera-
sti. nam dolo facit qui petit quod petere non debet, vt
ff. de doli except. l. 2. & l. dolo. si ergò ego fui in culpa,
tu es in dolo. dolus culpæ præponderat, vt ff. ad legem
Aquil. l. item si obstetrix. & l. item Mela. meritò pos-
sum excipere vel replicare de dote nô numerata. Item
de tali renunciatione Deus nouit quid ego feci: quia
nec esset præsumptio quòd quis ita renunciet, nisi ex-
pressum inueniatur, vt ff. de probat. l. cùm de indebito.
maximè cùm tabelliones talia ponant in instrumen-
tis, de quibus partes nunquàm cogitauerunt. cùm di-
cunt renunciabis omni priuilegio & iuris auxilio. &
dicunt sicut in cunctatione aliàs recitatione, imò de-
berent dicere: vide frater, tale ius competit tibi, vis re-
14 nunciare. Item quo modo venis contrà. licèt † enim
sis minor, tamen non potes venire contra, nisi doceas
te læsum, vt ff. de minori. l. verum. §. item non restitui-
tur. & ff. de iureiur. l. nam posteà. §. si minor. sed hic nul
la læsio: ergo nulla restitutio. & ita respondeo si velles
restitutionem intrare. at tu intentabas ius commune:
15 ergò non debes audiri. † nam venditio prædij minoris
vel obligatio facta cum auctoritate prætoris nô rescin-
ditur nisi beneficio restitutionis, vt C. præd mino. l.
si quid. & sic si venis per restitutionem, & non es læsus,
prætor denegabit tibi suum auxilium, & non tuum, vt
dicit B. Quòd enim non sis lęsus vide. Certum est quod
16 prædiû minoris † potest obligari cum decreto pro de-
bito, vt C. de admin. tut. l. lex. & ff. de rebus eorum qui
sub tut. cura sunt. l. 1. & non solùm pro debito patris no
vel ipsius pupilli, sed etiam pro dote & pro donatione
propter nuptias, vt C. si maior factus alie ratam. l. vlti.
17 §. fina. † tenetur enim pupillus vel minor dotare soro-
rem ex eodem patre natam, vt ff. de admin. tut. l. cùm
plures. §. cùm tutor. vnde cum tenebaris hoc de neces-
sitate facere, non es læsus. Nec potes dicere quòd do-
nares: quia in necessitatibus nemo liberalis existit, vt
18 ff. de adimen. legat. l. rem legaram. † & non videtur do-
nare, qui necessarijs oneribus succurrit, vt ff. de dona-
tio. inter virum & vxo. l. si quis pro vxore. argum. ff. de
legat. 2. l. vnum ex familia. §. 1. Item tu dicis quòd præ-
tor non inquisiuit de omnibus. imò præsumimus om-
nia solenniter acta, vt Institu. de fideiuss. §. vltim. & In-
stit. de inutil. stipul. §. si scriptum. Item idem ipse cura-
tor qui dedit ipsam adultam vxorem, ipse idem fecit
tale instrumentum. vnde nô est præsumptio. nisi quòd
discretè faceret, cùm hodiè vel cras possit actione tu-
telæ côueniri, si malè tractaret, vt C. si tu inter. l. etiam.
& C. arbi. tutel. l. quicquid. Et est tali curatori creden-
dum, qui suo duxit pudori parcendum & voluit agno-
scere bonam fidem, vt argum. ff. manda. l. Quintus Mu-
tius. Hîc nec audiri debes, si vis imputare fructus, cùm
illos fructus habeam ex causa donationis, non potes di
cere, quòd fuerit in hoc læsa tua conditio, imò facta est
melior. cùm plus faceret interusurium medij tempo-
ris, quàm fructus percepti, sicut aliàs in marito. bonum
est argum. ff. solu. matrim. l. si constante §. 1. Nam sunt
fructus côcessi Titio propter interusurium medij tem-
poris, vnde non reuocabitur, argum. ff. de leg. 2. l. debi-
tor. §. 1. Item licèt tutor vel curator non possit rem im-
mobilem alienare: fructus tamen rectè donat, sicut vi-
deo in patre & filio, qui adinuicem nô possunt sibi do-
nare rem aliquam, sed fructua sic, vt C. de bon. quę lib. l.
cùm oportet. in fin. primæ col. Potest etiam tutor &
curator sine prætore de fructibus disponere, vt C. de
admin. tut. l. lex. Et cùm hic totus contractus etiam sit
factus legitimè, non debet ex aliquo euentu suscitari,
vt C. de admin. tut: l. sancimus. & ff de itin. actuque pri-
ua. l. 2. In hac causa sine præiudicio melioris sententiæ
videtur mihi quòd Titius ille sit absoluendus: ideò
quia malè fuit intentata condictio sine causa, cùm con
contractus ille tenuerit. vnde debuit imitare officium
iudicis, & petere restitutionem, vt C. de præd. min. l. si
quidem. Quòd officium iudicis proponatur, quandò
restitutio imploratur habes ff. de minori. l. Quod si mi-
nor. §. vlt. Sed quòd impetretur restitutio, dicam illum
adultum non esse audiendum. ideò quia læsus non est
dotando sororem, vt C. si maior factus aliena. ratam. l.
vlt. & ff. de admin. tut. l. cùm plures cùm tutor. Et dico
posse Titium per exceptionem vel replicationem op-
ponere exceptionem non numeratæ dotis propter il-
lam rationem: quia ille dolo facit, qui petit, licèt ille
fuerit in culpa, quia renunciauit, sicut in allegationi-
bus dictum est: maximè cùm illam exceptionem oppo-
nam infra tempora quæ numerantur. C. de dote cau. nô
numera. l. vltim. & in authen. ibi signata. & in authen.
de æqual. dot. 7. col. Si tu diceres quid operatur renun-
ciatio: dico quòd operatur in tantum, quòd non possit
proponi in modum actionis, ad hoc vt pateatur iuri in
contestando, vt notaui. C. de non nume. pecu. Item &
propter aliud dico ipsum Titium absoluendum, quia
præsumo, quòd dos non sit numerata: ideò quia ipse
idem curator obligauit prædium pro illa dote, & au-
ctoritas interuenit, sicut in allegationibus dictum est.
Item quòd de fructibus dicitur, dico quòd adultus sic
audiendus. & si proponat condictionem sine causa, &
dicat quomodo fundus sine causa est apud te: quia tibi
est solutum de fructibus, vt C. de pign. act. l. 2. & C. de
vsur. l. ex prædijs. & C. de partu pigno. & omni causa. l.
1. & 2. hoc si tantum est perceptum de fructibus, quòd
totum debitum sit solutum: alioquin si pro parte se-
cùs. quia pignoris causa est indiuidua, vt C. de distrah.
pign. l. quamdiù. & ff. de verbor. obligat. l. in executio-
ne. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Si duobus est data facultas eligendi consulem vel potestatem: & vnus altero absente eligat talem, in quem alter, si fuisset præsens, consensisset: & demùm ratam habeat electionem, an illa electio valeat.

SVMMARIA.

1 *Electio facta ab altero eligentium, altero absente, & si nulla esset: absentis tamen ratihabitione confirmatur.*
2 *Nominatio propter quosdam absentes vitianda non est si illi qui præsentes sunt, faciant, vel maior pars.*
3 *Coniectura in incertis non certis locus est.*
4 *Nominatio pro parte fieri non potest.*
5 *Dissentire videtur, qui expressè non consentit.*

QVAESTIO XL.

SEIO & Sempronio fuit data & commissa potestas
eligendi consulem, vel potestatem, vel Episco-
pum, elegit Sempronius absente Seio. veruntamen
elegit talem, de quo certum erat, quòd ille consentiret,
si electioni interfuisset: & promisit eum habiturum ra-
tum: modò etiam habet ratum, quæritur an valeat ele-
ctio. Quòd valeat probo. Nam certum est, quòd isti duo
debeant eligere. nónne si vnus elegisset de mandato
alterius valuisset electio? sic, quia dicere videtur, qui
per alium dicit. & postulare, qui per alium postulat: &
nominare, qui per alium nominat, vt ff. de fideiuss. &
nomina. tu. l. postulare. & gerere videtur, qui per ali-
um gerit, vt ff. de admin. tut. l. ita autem. § gessisse. vi-
detur ergò ab initio iste mandasse, ex quo ratum habet.
quia ratihabitio retrò trahitur, & confirmat ea quæ ab
initio gesta sunt, vt C. ad Macedo. l. vltim. licèt † enim 2
quandò elegit Sempronius nulla esset electio: tamen
ratihabitione istius vltimi interueniente confirmatur.
sic vides: restitutio in hæreditatis facta ante conditionem
non valet. verùm si conditione adueniente habeatur ra-
ta: confirmatur & valet, vt ff. ad Trebellia. l. sed & si an-
te diem. Nam si fiat alicuius electio, antequàm perue-

renua

renuncietur in manu summi Pontificis, non valet, sed tamen si confirmetur, valet, vt extrà, de renuncia. c. 1. Item si plures debent eligere, si quidam eligant alijs contemptis inscijs & irrequisitis, electio nulla est: sed & si contempti consentiant, tenet primitiua electio, vt extra, de elect. & elec. potest. c. quod sicut. in fin. primæ columnæ. Item video, quòd si plures debeant seruituté concedere, & si omnes concedant vno excepto: cócessio illius seruitutis nulla est, vltimo auté concedente prædictæ cessiones confirmantur, vt ff. de seruitu. ru. prędi. l. per fundum. & ff. communia de seruit. l. vēditor. Item esto, quòd illa electio nulla sit: tamen isto alio socio habente ratum confirmatur. Nam video quòd iudicium, quod facit falsus procurator, quod illud iudicium est nullum, vt C. de procura. l. licèt. & tamen ratihabitione cōfirmatur, vt ff. rem ratam haberi. l. Paulus respondet. & ff. de iudic. l. licet. Item venditio facta, dolo dante causam contractui, ipso iure nulla est, vt ff. de dolo. l. eleganter. tamen si volo habere ratum: valebit illa venditio, vt notatur in l. illa, eleganter. Præterea valuit il-

a la electio. nam † nominatio propter quosdam absentes non debet vitiari si illi qui sunt præsentes faciunt vel maior pars, vt C. libr. 10. de decurio. l. nominationum. ergò cùm Seius fuerit absens, Sempronius qui fuit præsens elegit, valuit electio. Item hæc est causa quare vno absente alius non eligat, & si eligat non teneat: quia potuit illius præsentia trahere eum in suam sententiam, vt ff. de arbit. l. si in tres. at hîc cessat causa illa, quia posuimus, quòd ille consentiebat, & talem elegit, de quo certum erat, quòd ille consentiret. Et vide legem. filius debet ducere vxorem de voluntate patris, vt ff. de nupt. l. si ita pater. verùm si patre absente filius ducat vxorem, cuius conditionem certum sit patrem non repudiaturum, tenet matrimonium, vt ff. de rit. nupt. l. si filius. Item actio de dote communis est patri & filiæ, vt ff. de procur. l. filius. aliàs tamen si solus agat absente filia, dummodò non contradicat filia, videtur consentire, vt ff. solut. matrimo. l. 1. Item ex quo fuit nobis data potestas eligendi, quilibet habuit potestatem eligendi insolidum: & occupantis, qui primò elegit, melior est conditio, vt in duobus procuratoribus, qui si constituantur, videntur insolidum constituti, & occupantis melior censetur conditio, vt ff. de procur. l. pluribus procur. Item non erat aliud nobis commissum, nisi vt eligeremus. & illud factum est, ex quo socius nó dissentit: imò consensit. vnde non refert qualiter quid fiat, sed an sit factum, vt ff. de petit. hæred. l. item veniunt. §. à quo. & ff. de verbo. obligat. l. cùm seruus. Item posset fortè electio vitiari, si socius dissentiret, & essemus in dubio vtrùm dissentiret vel non, sed modò cùm certi sumus quòd consensit, debet electio rata haberi.

3 In † incertis enim non in certis locus est coniecturis, vt ff. de verbor. obligat. l. continuus. §. cùm ita. & in authen. de restit. & ea quæ par. in vndeci. mense. §. vnum. col. 8. Item licèt plures fuimus electores: vno absente vel mortuo, ad me solum vnum redijt potestas eligendi, sicut video in vniuersitate, quæ tota sola ad vnum solùm redijt, vt ff. quod cu. vni. no. l. sicut municipij. §. vltim. Item si ego solus elegi, & personam idoneam, ergo electionis negotium gessi vtiliter, vnde tenetur socius habere ratum. ex quo enim gero negotium vtiliter, quod spectat ad alium cura & sollicitudine, vt hic vel alio modo: tenetur ille habere ratum, vt ff. de negot. gest. l. Pomponius, si negotium. Item si tutor interponat auctoritatem ex post facto tenet, vt Institu. de aucto. tu. Item sufficit vnius nominatio. nam si plures sint tutores, sufficit vnius tutoris auctoritas, si velit pupillus contrahere, vt ff. de aucto. tu. l. 1. Econtrà probatur quòd electio non teneat. Nam certum est, quòd nobis duobus fuit commissa electio, vnde vnus sine alio non potuit procedere. Primò, quia fines mandati sunt diligenter custodiendi; vt ff. mandati. l. diligenter. Item quia etiã si inter arbitros tres sit factum compromissum: duo sine altero tertio absente non procedunt, vt ff de arbit. l. si in tres. Item in duobus iudicibus delegatis si causa eis committatur, vnus sine alio non procedit, vt ff. de re iudic. l. duo ex tribus. Præterea dicit canon, quòd plus valet contemptus vnius, quam contradictio multorum, vt extrà, de elect. & elect. po. c. quod sicut. Item si tres sunt iudices delegati, & duo velint iudicare absente tertio, sententia non valet, vt ff. de re iudic. l. duo ex tribus. Si enim voluisset vniuersitas, quòd alter vestrum posset separatim eligere, benè dixisset. Sicut de testatore legimus, qui si sibi contrarium placuisset, fecisset vel dixisset, vt C. de caduc. tol. l. vnica. §. sin autem ad deficientis. Item si decuriones vel vniuersitas eligant aliquos, per quos velint actiones mouere, erunt isti de iure electi, vt ff. quod cuiusque vni. no. l. item eorum. §. 1. Nec ergò poterit vnus sine alio nominare, nam si plures habent rem, & volunt omnes, vel seruituté impónere, vel acquirere, non possunt quamdiù omnes etiam vsq; ad vltimum non concordant, vt ff. de seruit. rust. præd. l. per fundum. ff. communia de seruit. l. venditor. & ff. de seruitu. rusti. præd. l. si vnus ex socijs. Item † nominatio non potuit fieri pro patre. & si facta est non tenet, vt aliàs in seruitute, vt ff. de seruitu. l. pro parte. Item communiter debebant isti eligère, ergò si vnus eligat altero prohibente non valet: quia in re communi melior est conditio prohibentis, vt ff. de communi diuidundo. l. Sabinus. si non valet vno prohibente electio vel aliquid quòd fiat a socio: multò minus valebit si fiat ab vno altero absente. Et probo aptè. dicit enim lex, quòd sententia lata a duobus iudicibus tertio contradicente valeat. sed lata tertio absente non valeat, vt ff. de re iudica. l. duo. ex tribus. debuit enim fieri electio à vobis duobus & concorditer. vnde si vnus eligat, & alter nó consentiat expressim, videtur dissentire. Nam † qui expressim non con- 4

sentit, videtur contradicere, sicut habetur ff. de ritu nupti. l. in eo iure. §. deinde. Hoc etiam circa constitutionem procuratoris, inuitus appellatur qui expressim non consentit, vt ff. de procura. l. filius. § inuitus hoc etiam circa constitutionem seruitutis, vt ff. de seruitu. vrban. prędio. l. inuitum. Nam qui ignorat, dicitur vetare, vt ff. de furt. l. qui vas. §. vetare: & qui ignorat censetur inuitus, vt ff. de ritu nupti. l. in eo. §. deinde. Cùm enim vobis duobus fuit commissa electio: debuit à vobis duobus fieri. quia quòd omnes tangit, debet ab omnibus approbari, vt C. de aucto. tu. l. vltim. Nam curator datus bonis, si ab omnibus eligatur, tenet, vt ff. de cura. bon. dan. l. 2. in princip. §. 1. Nam & si prædium patrimoniale sit dandum sub censu annuo, debet omnium consensu fieri, quod est omnibus profuturum, vt C. lib. 11. de omni agro deserto l. quicunque. in fin. Et si plurium sit commune prædium, & velint nunciare nouum opus, omnes debent nunciare, nec sufficit nunciatio vnius, vt ff. de noui operis nun. l. de pupillo § si plurium. Et si plures volunt cócedere aquam, omnes concedere debent, vt ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. Et si sunt plures patroni qui volunt accusare libertum, omnium consensus necessarius est, vt ff. qui & à quibus ma. l. non si. l. si quis hac. §. quotiens. Ex quo enim elegisti altero socio tuo ignorante, fuit clandestina, sicut in possessore qui possidet eo celante, quem suspicatur controuersiam moturum, vt ff. de acquiren. possess. l. clàm possidere. Nec obstat si dicas habet ratum, quia non potuit ista ratihabitio trahi retrò, sicut aliàs. ff. de his qui not. infam. l. quid ergò. §. 1. & ff. de acquiren. hęred. l. si quis mihi bona §. iussum. Item † si duobus datur eligendi potestas, vnus non eliget sine voluntate alterius, vt extrà, de offic. & potesta. iudi. delega. c. causam. In hac quæstione sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi quòd electio facta ab vno altero ignorante vel etiam contempto, non teneat. sed si alius habeat postea ratum: dicimus illam electionem confirmari, vt extrà, de electio. c. quòd sicut. Quid autem si non habeat ratum, nec certi sumus, quòd consentiret. in isto dubio dico electionem non valere per l. duo ex tribus. ff de re iudica. & ff. de arbitr. l. si in tres. & in authent. vt iudices non expect. sacras iussiones. collat. 9. Rofredus.

ARGVMENTVM.

An compromissum factum inter adultum & tutorem quódam super omni quòd adultus dicere posset contra eum occasione tutelæ, intelligatur etiam super alio debito, quo patri adulti tutor tenebatur ex causa aliqua ante dationem tutelæ.

SVMMARIA.

1 *Certi condictio ex mutuo locum habet, quoties certum petitur.*
2 *In compromisso ea tantùm veniunt, de quibus vt veniant expressè, actum est.*
3 *Certi condictio ex mutuo temporalis est: tutelæ verò actio perpetua.*
4 *Compromissum factum super tutela, factum videtur de eo quod tutelæ occasione debetur, & non aliunde.*
5 *Arbitrium primam actionem non tollit, nec ipso iure, nec exceptionis ope.*
6 *Ex arbitrio an, quando & quæ actio oriatur.*

QVAESTIO XLI.

OLdericus debitor datus fuit tutor filijs Titij sui
creditoris, qui tenebatur ex mutuo ad centum.
tandem administrata tutela & finita compromi-
serunt in quendam P. super omni eo quod adultus di-
cere posset contra quendam tutorem occasione tutelæ:
pronunciauit arbiter, & condemnauit tutorem quon-
dam in 20. illi adulto. nunc adultus petit illa centum,
quæ sibi debebat, certi condictione ex mutuo. tutor op
ponit exceptionem arbitrij: quæritur verùm adultus
possit petere. Quòd possit probatur & in primis tenen-
1 dit certi condictionem ex mutuo, quæ † locum habet
quotiens certum petitur, vt ff. si certum petat. l. certi
condictio. & Instit. quibus modis re contrah. obli-
gatio. §. 1. Nam ex quo debitum fuit paternum datur
actio hęredi. Nec obstare potest exceptio arbitrij. nos
enim compromisimus de eo quòd deberetur mihi oc-
casione tutelæ: at istud non debetur occasione tutelæ,
sed ante tutelam debebatur: ergo non venit in compro
missum. verba enim ita se habent. ergo non recedimus
à significatióe verborum, nisi manifeste cóstaret, quòd
aliter voluissemus, vt ff. de lega. 1. l. non aliter. sic ergò
2 non venit in compromissum, quia † illa tantùm veni-
unt, de quibus actum est expressim vt veniant. & sic ar-
biter nihil potest extra compromissum, vt argum. ff. de
iudi. l. solemus. & ff. de arbit. l. non distinguemus. §. de
officio. licèt enim fuerit cópromissum de eo quod de-
bebas ex actione tutelę non veniet mutuum: quia de eo
non cogitauimus, vt habes in transactione generali, in
qua non veniunt nisi ea de quibus cogitauerunt transi-
gentes, vt ff. de transact. l. cùm Aquiliana. & de hoc eti-
am vide quasi legem scriptam. Nam qui transigit cum
tutoribus super administratione tutelę aget contra tu-
torem ex alia causa, vt ff. de transact. l. qui cum tutori-
bus. ista enim centum, quæ mihi debet tutor, debet ex
occasione tutelæ: & sic possum petere per actionem tu-
telæ, & debet actione primitiua: illa enim actio primi-
tiua transfunditur in sequentem tutelæ, vt ff. de negot.
gest. l. diuortio. §. vltim. & ff. de admini. tuto. l. quo-
tiens. per totum. & in illo §. item si temporali. Item il-
lud est dictum in fauorem meum: vnde ad læsionem
meam non retorquetur. nam ita transfunditur, si volo,
quòd transfundatur: quia interest mea, cùm prima non
3 erat vsuraria: secunda vsuraria scilicet tutelæ. † prima
temporalis, secunda autem perpetua, vt prædictæ le-
ges dicunt. sicut video in pupillo, cuius quæstio status
vel bonorum differtur in tempus pubertatis si volue-
rit minor, aliàs non, vt ff. ad Carboni. l. Carbonianum.
§. duæ. cùm ergo sint debita illa centum ea actione tu-
telæ & ex certi condictione, & sint duæ obligationes:
vna deducta in iudicium, alia integra remanet, vt ff.
de accusa. & obl. l. si is qui. Et si peto rem aliquam mi-
hi deberi ex aliqua causa: si posteà petam ex alia non
obstat mihi exceptio rei iudicatæ, vt ff. de except. rei
iudic. l. si mater. §. eandem. & §. si quis autem. & hoc lo-
cum haberet si antè etiam de illis centum fuisset in ar-
bitrium compromissum, sed hic de illis centum nulla
fuit habita mentio in compromisso: licèt enim tu co-
gitares in corde, quòd etiam illa deberent venire, de-
buisti exprimere, alioquin tibi non prodest, vt argum.
de condict. ob causam. l. si repetendi. ff. de verb. oblig. l.
quicquid. Item si aliquid est obscurum, contra te fiet
interpretatio: quia potuisti legem apertius dicere, vt
ff. de pact. l. veteribus. & de contrahen. empti. l. Labeo.
Item si tu vis innuere propter illa verba, quicquid ex
actione tutelæ debebas, quod de illo compromisimus,
ergo & de isto. non est verum. dicit enim lex, quòd si
quis sit rogatus restituere quicquid habet de portione
sua in hæreditate, quòd non restituet ea qui sibi fuerũt
prælegata, vt ff. ad Treb. l. Marcellus. §. quidam. † quan- 4
dò enim nos compromisimus: videmur compromisisse
de eo quòd debeatur occasione tutelæ, & non aliunde.
Nam qui rogatur hæreditatem restituere, id videtur ro
gatus restituere, quod fuit hæreditatis, non aliud, vt ff.
ad Trebell. in fideicommissariam. §. 1. & ff. de legat. 3. l.
quòd his. argu. ff. ad Trebel. l. hæredes. Præterea tu cre-
ditor potuisti te à tutela excusare: imò etiam nó debui-
sti accedere, vt C. qui dari tuto. poss. in authen. minoris
debitor. & auth. vt a. qui. ob. prædi. se res ba. minorum.
collat. 6. §. sed & si quis. cùm ergò sis puniendus ideò,
quia tutelam administrasti: quomodo ergo petis præ-
mium: scilicet quòd mihi non tenearis. non enim debet
esse in pœna præmium, vt ff. solu. matr. l. si ab hostibus.
& ff. de neg. gest. l. si hęreditaria. quomodo enim oppo-
nes exceptionem arbitrij, cùm etiam si soluisses non
prodesset tibi facta solutio, vt prædicta auth. vt a. qui
ob. per hi. se res habere minorum. Item † arbitrium 5
primam actionem non tollit, nec ipso iure, nec excep-
tionis ope, vt ff. de arbit. l. si quis rem. actio enim mihi
semel competens, mihi non tollitur, nisi factum meum
intercedat, vt ff. de euict. l. euicta re. §. si seruus. ex † ar- 6
bitrio enim nec actio nec exceptio oritur, vt ff. de arbi.
l. 2. Item licèt sit cum tutore transactum, nihilominùs
agi potest cótra ipsum, vt C. de iudi. l. licèt. & C. de tran
sact. l. si de certa re. Item tu es in dolo: quia non reddis
debitum, vt arg. ff. depositi. l. 1. §. est autem. si es in dolo,
generalia verba te non liberant. Nam si cui legetur li-
beratio, non videtur legata ea quæ dolo commisit, vt
ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. fina. & l. si quis rationes. & ar-
gum. ff. manda. l. creditor. & l. Lucius Item generale pa-
ctum non porrigitur ad ea quæ sunt dolo commissa, vt
ff. de pact. l. tres fratres. Econtrà videtur, quòd adultus
non possit agere. In primis, quia ex quo compromi-
simus de eo quicquid posset ipse petere per actionem
tutelæ, ergò & illa centum quæ debebantur ex mutuo
veniunt. nam actio prima transfunditur in sequentem,
scilicet tutelæ, vt ff. de admin. tuto. l. quotiens. §. non si
temporali. & ratio quare transfundatur est: quia pri-
ma, scilicet certi condictio, erat stricti iuris, nec admit
tit vsuras, nisi fuerint promissæ: actio autem tutelæ vsu-
ras admittit. Vel esto quòd prima actione veniant vsu-
ræ, tamen in hac veniunt maiores: quia centesimæ, vn-
de de necessitate contingit, quòd transfundatur in a-
ctionem tutelæ, vt ff. de negot. gest. l. diuortio. §. pen. si
ergò deuoluitur in actionem tutelæ. & de tutela com-
promisimus generaliter: amodò à me petere non po-
tes: quia illa in primo arbitrio & petitione venerunt,
ideò te exceptione repello. Nec obstat de arbitrio si di-
cas, ex arbitrio non datur actio nec exceptio. imò da-
tur postquàm est promulgatum expressim vel tacitè,
vt C. de arbi. l. ne in arbitris. Item & actio datur & ex-
ceptio, vt ff. de arbit. l. diem proferre. §. vlt. Nec obstat
si dicas, possum agere: quia nunc ago ex alia causa, non
obstat exceptio, & sic non ages, vt ff. de except. rei iudi.
l. & an eadem. §. actiones. Item nec obstat si dicas, pos-
sum agere de alia specie vel causa. vt C. de iudic. l. li-
cèt. Respondeo ibi ideò quia fuit tibi petitio specia-
lis & transactio specialis: & ideò non obstat. at si sit

petitio

Petitio generalis. arbitrium generale. quia dictum est,
quicquid, & non fuerunt specificata quæ vndecunque
& qualitercunque tibi tenebar, venit in compromis-
sum, vt ff. de excep. rei iudic. l. si mater. §. eandem. in fi.
& C. de transact. l. sub prætextu specierum. Item ex
quo sum condemnatus tibi per arbitrium in viginti,
sequitur quòd ista viginti successerunt in locum illo-
rum omnium quæ debebantur occasione tutelæ, & vi-
deor tibi satisfecisse. nam cùm aliud pro alio soluitur
creditori de voluntate ipsius, id quod soluitur, cedit
in locum primitiui debiti, argumen. ff. de donatio. l.
qui id quod. ex quo enim compromisimus, quòd quic-
quid debeatur ex actione tutelæ, ergò etiam mutuum
veniret. Nam qui rogatus est restituere quicquid ha-
bet ex hæreditate, & præceptionis commoda tenetur
restituere, vt C. de fideicom. l. cùm virum prudentissi-
mum. Nam nullo modo agere potes. nam cùm iam sit
tibi solutum per arbitrum, vt dictum est, ampliùs tibi
solui non debet. quia bona fides non patitur quòd bis
idem ab eodem exigatur, vt ff. de regul. iur. l. bona fi-
des. Item si est compromissum in arbitrum de actione
tutelæ, etiam ex illa causa debitum non petitur, vt ff. de
verbor. obligat. l. qui Romæ. §. vltim. Item natura non
patitur, quòd aliquis fiat locupletior cum iactura alte-
rius, vt ff. de condict. indebi. l. nam natura. Item tu pu-
pille non debes trahere priuilegium ad iniquum com-
pendium, vt C. de vsucap. pro empt. l. vltim. Item pro-
pter ipsam administrationem tenebar tibi soluere, &
solui, vt ff. de admin. tut. l. quotiens. §. item si tempora-
li. sicut in quolibet gestore, vt ff. de negu. gest. l. si pupil-
li. §. vltim. vnde si solui per mandatum arbitri, amodò
sum absolutus: cùm omnis solutio liberet soluentem,
vt Institu. quib. mod. tol. oblig. in principio. Item tu
non debes postulare cuius contrarium non esses postu-
laturus, vt C. de solut. l. penul. In hac causa sine præiu-
dicio melioris sententiæ: videtur mihi, quòd adultus
possit agere illa certi condictione de mutuo primiti-
ua: quia illa quantitas non deuenit in arbitrium, sed
tantùm illud quod debebatur ex actione tutelæ, nec il-
lud debetur ex tutela, cùm debitum primum precessit.
nec deuoluitur in actionem tutelæ, nisi minori sit vti-
le, sicut in allegationibus suis allegauit minor, & alia
ratione: quia non deuenit in arbitrium, nisi de quo a-
ctum est. & quia in potestate tutoris erat apertius le-
gem dicere, vnde contra ipsum interpretor, vt dictum
est. Potest ergo minor agere primitiua actione, non ob-
stante arbitrio per l. si is qui. ff. de action. & obligat. &
& ff. ad Trebellia. l. Marcellus. §. quidam. & l. in fidei-
commissariam. Rofredus.

ARGVMENTVM.

An valeat rescriptum impetratum ad agendum ab eo qui aliàs non poterat agere: quia excommunicatus, si fuerit obtentum consentiente procuratore aduersarij.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatus hæreticus censetur.*
2 *Hæreticis omnes actus ciuiles interdicti sunt.*
3 *Excommunicatus seruo & deportato comparatur.*
4 *Rescriptum obtentum tacita veritate, quam si expressisset, nullatenùs reportasset, non valet.*
5 *Postulare quos lex prohibet, si aduersarius patiatur, non tamen postulare poterunt.*
6 *Consensus priuatorum facere non potest legitimum iudicem, qui iudex esse non potest.*
7 *Excommunicatus etiam cum procuratoris assensu, agere non potest.*
8 *Probatum reprobare non licet.*
9 *Maritus qui vxorem adulteram recepit: ipsam in posterũ reprobare non poterit.*
10 *Scientia consensum inducit.*

QVAESTIO XLII.

RVSTICVS dum esset excommunicatus iuit ad
curiam, & impetrauit rescriptũ de assensu pro-
curatoris alterius partis: nunc agit rusticus ex-
communicatus contra Titium suum debitorem coram
iudicibus delegatis. Titius opponit, & dicit se non pos-
se conueniri: ideò quia rescriptum nullum est, cùm sit
ab excommunicato impetratum. quæritur an ex illo
rescripto possit conueniri. Quòd conueniri non possit
ex illo rescripto probatur. Nam cùm opponendo hanc
exceptionem fiat actor, vt ff. de except. l. 1. ff. de proba.
l. in exceptionibus. ideò eius partem primò defendi-
mur. Nam certum est quòd excommunicatus vtroque 1
iure censeatur hæreticus. nam qui non communicat in
communione sanctæ Ecclesiæ hæreticus iudicatur, vt
in authen. colla. 8. de priuileg. dotis mul. hær. non præ-
stan. §. 1. in fin. si est hæreticus, ergo non potuit priuile-
gium impetrare, vt C. de summa Trini. & fide Cathol.
l. 2. omnes † enim ciuiles actus sunt hæreticis interdi- 2
cti, vt C. de hære. l. omnes. & l. Manichæos. † excommu- 3
nicatus enim cùm sit hæreticus seruo assimilatur, qui
non habet communionem nec ciuilis nec prætoriani
edicti, vt ff. de testam. l. qui testamento. § seruus. Item
assimilatur excommunicatus deportato. quod probo.
olim erat pœna qua interdicebatur alicui aqua & ig-
ni, in cuius locum successit deportatio, vt ff. de pœnis.
l. 2. in locum deportationis hodiè successit excommu-
nicatio: quia excommunicatio aufert alicui aquam &
ignem, quia nullus debet participare sibi præterquàm
vxor, vt extra, de sententia excommuni. c. per tuas. &
maior est hodiè ista pœna deportationis, quia plus est
quoad supplicium conuersari inter homines & homi-
num carere suffragijs, quàm esse deportatum, vt C. de
apostatis. l. 3. si assimilatur deportato, vt dictum est, &
deportatus omnia amittat quæ sunt iuris ciuilis, vt ff.
de pœnis. l. quidam. ergo amittit impetrare priuilegi-
um: cum tali, & si legetur, non valeat relictũ, nisi quan
tum ad causam alimentorum, vt ff. de his qui pro non
scri. hab. l. si in metallum. † Item talis fuit veritas sup- 4
pressa, qua scita dominus Papa non fuisset concessurus
rescriptum: vnde non valet, vt extra, de rescript. c. su-
per literis. vnde in dolo fuisti, sciendo te inhabilem
quãtum ad petitionẽ, quam tu impetrasti. vnde cadere
debes penitùs impetratis, vt C. si cõtra ius vel vtil. pub.
l. & si legibus. Nec obest si dicas, quòd impetrasti tan-
tùm de voluntate mei procuratoris. nam non valuit ta-
lis procuratoris cõsensus: quia nec meus valeret. † nam 5
quos lex prohibet postulare, & si aduersarius patiatur:
tamen non poterunt postulare, vt ff. de postula. l. quos
prohibet. Hoc etiam vide in milite, qui prohibetur à
procuratione, vt C. de procura. l. qui stipendia. vt C. lo
cati. l. vltim. nec tamen erunt procuratores si etiam ad-
uersarius patiatur, vt ff. de procura. l. filius §. veterani.
Item nec erit tutor, etiamsi testator hoc velit, vt C. de
lega. l. ab administratione. Item seruus contra domi-
num non testificabitur, etiam si dominus patiatur, vt
C. de quæst. l. seruos. Item cùm filius repellatur à iure
in testimonio contra patrem: non poterit testificari e-
tiam si pater hoc vellet, vt C. de testi. l. parentes. Sic er-
go patet, quòd voluntas mea vel procuratoris non po-
tuit te facere legitimum ad agendum, cùm per leges sis
illegitimus. & hoc à simili. † nam nec priuatorum con 6
sensus potest facere legitimum iudicem, qui iudex esse
esse non potest, vt C. de iurisd. om. iu. l. priuatorum. Itẽ
& si quis sit falsus procurator, licèt ego consenserim,
cum quo agebat, tamen nec iudicium vllum, nec con-
trouersia vlla, nec sententia, vt C. de procura. l. licet.
Nam qui non est capax, non possum per meum consen-
sum facere quòd sit capax, vnde legatum relictum non
tenet. vt ff. de his qui pro non scrip. hab. l. 1. & 3. & ff. de
libe. leg. l. si is qui duos. Et qui non est de iure successor
legitimus, nunquàm eum possum legitimum facere, si
est illicitus ei restituendo, vt C. de proba. l. cùm tacitũ.
& ff. de iure fisci. l. non intelligitur. §. si quis palàm. &
ff de vulg. & pupil. substi. l. ex facto. §. Iulia. Et qui est
aliàs indignus: ego consentiendo non faciã eum dignũ,

vt ff.de his qoibus vt indig. l. hæres. Nam & si mulie-
rem in adulterio non damnatam, cum qua ipse commi-
serat adulterium, hæredem instituat, & ducat vaorem:
nõ valet Institutio, nec matrimonium: quia cùm sit per
leges indigna, non potui per meum consensum illam
facere digoam, vt ff. de his quibus vt indig. l. Claudius.
& l. mulierem. Irem oec nocere debet consensus pro-
curatoris. ideò quia non videor sibi mandare, nisi quòd
literas impetret, vel impetrare volenti vi contradicat.
licèt enim generaliter mandem, quòd vadat ad curiam
pro literis impetrandis, non videor sibi mãdare quòd
excommunicatū admittat: nam hoc specialiter sibi con
cessurus non essem, vt ff. de peculio. l. qui peculij. & ff.
7 de pig. l. oblig. cùm enim † excommunicatus non possit
agere, vt extra, de iudi. c. intelleximus. non admitteria
etiam per coosensum procuratoris. nam non fiet cõtra
legem per aliam viam, quod lex fieri ooluit, vt ff. de tut.
& cura. da. ab his. l. scite oportet. §. 1. Et qui non potest
admitti vt substitutus, non admitteretor vt adiectus, ne
fiat per aliam viam contra legis voluntatem, vt ff. de
vulg. & pup. substit. l. verbis ciuilibus. Nec potuit pro-
curator meus tibi consentire: quia procuratori consti-
tuto ad agendum non potest solui, vt ff. de pact. l. sed si
tantùm. & ff. de solut. l. hoc iure. Item transactionem
non potest hic facere, vt ff. de procut. l. mandato gene-
rali. Ecootrà quòd possit agere. Io primis certum est,
quòd licèt non possit agere excommunicatus: tamẽ per
consensum procuratoris agit. Nam miles qui aliàs pro-
curare non potest, vt C. de procura. l. qui stipeodia. ff. de
procur. l. filiusfam. §. veterani. & C. loc. & conduct. l.
vlii. tamen si patiaris eum procurarorem, admittitur,
vt C. de procur. l. ita demùm. Item sufficit solius pro-
curatoris scientia vel consensus, nec requiritur scien-
tia domini, vt ff. de ædil. edict. l. cùm mancipium. 1. re-
sponso. Nam si sciente seruo vel procuratore emitur
fugitiuus: teoet emptio, nec inspicitur scientia domi-
ni, vt ff. de contrahen. empt. l. in huiusmodi. Et si filius
vel procurator scientes emant liberum, licèt dominus
vel pater eorum ignorent, illa scientia præiudicat pa-
tri vel domino, vt ff. de lib. causa. l. imò. §. 1. ex quo enim
impetratum est rescriptum, non refert per quem sit im
petratum, sed ao sit impetratum. Nam & seruus qui nõ
potest preces porrigere principi, si impetrauit rescri-
ptum, tenet. vt C. de precib. Imper. offe. l. vniuersis. Nec
refert à quo denunciatio fiat, sed an sit facta, vt ff. de
petit. hæred. l. item veniunt. §. petitam. io fin. nec refert
à quo qois manumittatur, sed an manumittatur, vt ff.
de verbor. oblig. l. cùm seruus. Item ea quo misit talem
procoratorem, qui se passus est circumueniri, tibi im-
puta. vt ff. de minorib. l. l. cum mandato. §. fina. Hoc eti-
am circa exercitoriam, in quasi aliquis malum præpo-
suit, sibi imputet, vt ff. de exercitori. l. 1. §. vnde. Item in
agrimensore vbi mala electio est in culpa, vt ff. si agri-
co. fal. mo. dixerit. l. 1. Item in socio qui de se quæri de-
bet, si malum elegit socium, vt Instit. de societa. §. fina.
Item de eo apud quem deponit. qui de se quæri debet,
qui parùm diligenti rem custodiendam committit, vt
ff. de acquir. & oblig. l. 1. § item is. & Instit. quib. mod.
re contrah. obl. §. 1. & 2. Item procurator tuus ea quo
vidit me impetrare rescriptum, licèt esset indignus, me
8 amodò reprobare oon potest, nec etiam tu. † nam non
est licitum reprobare probatum, vt ff. de oegot. gest. l.
Pompo. si negotium. Et testem quem semel inducendo
produxi, non possum reprobare, vt C. de testi. l. si quis
9 testibus. † Item maritus qui vxorem adulteram rece-
pit, non poterit posteà reprobare, quia mores ipsius vi-
detur approbare, vt ff ad l. Iul, de adulr. l. si vaor. §. vlti.
Irem & seruus qui poterat aliàs puniri, quia opem do-
mioo ioterfecto non tulit, si dominus videndo non fuit
conquestus, videtur sibi offensa remissa, vt ff. ad Sylla.
l. 1. §. vltim. Et si is qui donauit, & sibi fuit ingratitudi-
nis causa commissa, & videndo donatarium donatio-
nem non reuocauit, nihil poterunt hæredes dicere, vt
C. de reuoc. dona. l. vltim. Idem in patre qui de filijs,
qui commiserunt causam ingratitudinis, nihil dixit,
eos videtur approbare, vt C. de inoffic. testam. l. liberi
& l. omnimodò. Præterea adduci potest totum illud
generale, quòd † scientia inducat consensum, vt ff. de 10
euict. l. quidam ea parte. & C. ad Velleia. l. si fine. Præ-
tereà procurator tuus mihi participando iocidit in ex-
communicationem: vnde ipse fuit io eodem delicto,
vnde mihi de excommuoicatiooe noo obijcies. nam
nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego, vt ff. de quid
in loco publico. l. 2. §. idem ait si in publ. nec arenatius
contra arenarium dicet, vt C. de iooffic. testam. l. in are-
nam. & hæreticus contra hæreticum non admittitur, vt
C. de hæte. l. quoniam. cùm ergo procurator tuus con-
sensit: tu amodò non potes contradicere, sicut superiùs
dictum est. Nam & si procurator dolum committat, no-
cet dolus domino, vt ff. de doli exceptiooe. l. & si procu
rator. ff. de dolò. l. eleganter. §. penul. In hac causa sine
præiudicio melioris sententiæ videtur mihi, quòd hic
non possit agere, etiam si illius procurator consentiat,
quia per consensum procuratoris non potuit ille liti-
gare. Item nec potuit procurator per consensum iua
publicum immutare, vt arg. ff. de operis libe. l. Cerdo-
nem. & ff. de admin. tut. l. quidam decedens. Item dolo
fuit impetratum rescriptum, ergo non valet. vel si pee
simplicitatem vel ignorantiam fuit talis veritas tacita:
quia scita dominus Papa non esset concessurus, vt ex-
trà, de rescript. c. super literis. Rofredus.

ARGVMENTVM.

An statutum quo præcipitur, vt qui habet petiam terræ liberam, teneatur illam vendere, & vicinus rem emere, extendatur ad petiam terræ, quę partim est libera, & partim non.

SVMMARIA.

1 *Statutum si dicat nos agere debere, & actionem non notet, conditione ex statuto agendum est.*
2 *Statutum ex quo aliquid præcipit fieri etiam inuito pa-vendum est.*
3 *Ex qua quis fundi partem vendere vel emere statuta di-ctante tenetur, an & reliquum emere vel vendere compelli possit.*
4 *Solutio particularis, quominùs pignus insolidum vendatur, non impedit.*
5 *Statutum indistinctè loquens, indistinctè recipiendum est.*
6 *Prædium ex patrisfamilias destinatione constituitur.*
7 *Prædij pars quæ pensionem præstat, ex qua immunis est propter constituti beneficium: an pars alia quæ pensionem non præstat, eadem immunitate gaudere debeat.*

QVAESTIO XLIII.

FACTVM est constitutum ciuitatis, quòd qoicun-
que habet stariolum terræ iuxta prædia alicuius,
quòd ille teneatur emere, qui habet cõfinia præ-
dia: & ille teneatur veodere, cuius erat prædium, ve-
rùm si in illo stariolo præstetur afflictum vel pensio, nõ
teneatur dominus vendere, nec ille emere. cõtingit ita
quòd quis habet stariolum terræ iuxta prædia tua, ex
quo stariolo partim præstatur afflictum vel pensio, ex
alia parte non præstatur: quæritur an ille teneatur to-
tum vendere, vel emere totum, vel partem. Quòd te-
oeatur vendere totum vel partem probatur: & quia si-
ne actiooe nemo experitur, vt ff. qoòd met. causa. l. ex-
rat. ff. de admi. tu. l. quotiens. §. item si temporali. ideò a-
ctionem propooit, scilicet condictionem ex coosuetu-
dine vel ex iure municipali. † nam cùm per statutũ hoc 1
inducatur, & non est cautum quo iure agamos: condi-
ctiooe ea iure municipali agendum est. Sicut video in
lege. nam si lex dicat quòd agere possumus, & nõ dicit
de actione, coodictione ea lege agitur, vt ff. de coodic.
ex lege. l. 1. ergo ita in consuetudine, cùm sit cõsuetudo
lege. vt ff. de legi. & coost. l. de quibus. & Inst. de iur. oa.
gen. &

2 gent.& ciuil.§.penult. Ex quo ergo statutum præcipit, quod tu inuitus vendas vel emas, teneris. sicut video, quando lex præcipit. nam lex præcipit in pluribus casibua quòd quis inuitus vendat. habes ita ff. de religio. & sumptib. funer. l. si quis sepulchrum. Item si locus vnde via debebatur perijt chasmate, tenetur vicinus dare viam & vendere. vt ff. quemadm. seruit. amitt. l. si 3 locus.§.fin. ex † quo enim teneris partem vendere, per constitutum vel emere ea qua non præstatur afflictum, teneris etiam vendere vel emere illam partem, ea qua præstatur pensio vel afflictum. Sicut vides in seruo communi, qui propter partem quam ibi habet vnus ea socijs, tenetur sibi alius vendere partem suam. vt C. de cómuni seruo. l. 1. Institut. de donat. in fin. tit. Item si vendo tibi partem: & antequam tradam, sim ad iudicium communi diuidundo prouocatus, & totus fundus mihi venditori fit adiudicatus, etiam aliam partem teneris emere vel vendere, quæ mihi fuit adiudicata, vt ff. de actio. empti. l. Iulianus. §. idem Celsus. Hoc idem habes in creditore. vt ff. communi diuidundo. l. communi diuidundo. §. si debitor, hoc etiam in marito & vxore, si fuit maritus adiudicium communi diuidundo prouocatus. vt ff. de iure dotium. l. cum in fundo. §. si fundus communis. Et sic patet per ea quæ sunt allegata, quod tu tenearis totum emere vel vendere. Vel saltem quod tu teneatis ad partem. Probo. Certum est quod pars illa, vnde præstatur pensio vel afflictum, non veniat in iudicium. vnde saltem altera pars venire debet. sicut in iudicio familiæ erciscundæ, in quo si sit res aliqua quæ non possit diuidi: puta, fauore religionis si quia erat ibi sepulchrum: illa sola pars deducitur de iudicio, & alia pars venit diuidenda, vt ff. familiæ erciscund. l. fundus mihi. Item ex quo statutum præcipit quod vendas, teneris vendere. nam & si testator præcipiat hæredi quod venderet, tenetur vendere. vt ff. de lega. 1. l. si fideiussor. §. vltim. & ff. de act. empti. l. si hæres. Item & si contrahentes paciscantur inter se de vendendo tenentur vendere. vt ff. de actio. empti. l. 1. & l. ea empto. & ff. de pact. l. in emptionibus. Si ergo est per pactũ hominis, & etiam per legem, & per testatorem, quod res debet de necessitate vendi, ergo & per constitutum cum ista de pari concordent, vt C. de rebus alien. non alienan. l. sancimus. Nec excusari debes ratione partis, quæ præstat afflictum: quia si totus fundus redderet afflictum: tunc excusareris à venditione totius: si ergo pars non præstat, ab illa non excusaris: nam idem est in parte quò ad partem, quod in toto quò ad totum. vt C. de rei vendica. l. quæ de tota. & quantum facit ex toto denegata venditio si afflictum insolidum præstaretur, tantùm debet pro parte facere, si pro parte non præstatur, quod pro illa parte tenear vendere. vt ff. de admin. tut. l. si duo. in fin. Item quia non præstatur afflictum ex toto, licèt præstetur pro parte, tamen illa solutio particularis te non liberat, quin tenearis vendere totum. nam & particularis solutio non liberat in aliquo debi-
4 torem. vt ff. de vsur. l. tutor. §. 1. Item † particularis solutio non impedit quominus pignus vendatur insolidũ. vt C. de distract. pign. l. quandiu. & ff. de verbor. oblig. l. in executione. Et particularis solutio non liberat te quominùs pœna insolidùm committatur. vt ff. de verbor. obligat. l. stipulationum. §. vltim. & l. in executione. §. pen. & ff. famil. erciscund. l. hæredes. §. an ea. & §. in illa. Item & particularis solutio non prodest, quod quis petitionem legati possit habere insolidũ vel pro parte. vt ff. de condi. & demonstr. l. cui fundus. & l. qui hæredi. §. Plautius. Item cum constitutum dicat de vendendo, serua: quia seruatur constitutum quod de venditione loquitur, & etiam de constituendo salario. vt ff. communia de seruit. l. venditor. §. 1. Item ex quo soluit pensionem pro parte, non excusaris quin tenearis totum vendere: nam tunc excusareris, si ex toto pensio præstaretur, aliàs non. sicut vides circa excusationem tutelæ, quod excusatur quis si haberet tres liberos Romæ: quia si duos, non excusatur. vt Institut. de excusat. tutor. & C. qui numero libero. l. 1. Item libertus excusatur à præstatione operarum per legem Iuliam de maritandis ordinibus, si habeat filios duos: aliàs si vnum habeat, non excusatur. vt C. de oper. libert. l. nec patronus. §. 1. Econtrà videtur: quod non teneatur ad venditionem totius vel partis. In primis excusat se beneficio constituti. constitutum enim dicit sicut positum est in themate, quod ille fundus vnde pręstatur pensio, quod non teneatur per constitutum vendere. at ex isto fundo præstatur pensio: ergo non teneor vendere. & omnia quæ allegata sunt pro constituto, quod seruetur prima allegatione: & hic possunt allegari. Nam vna manus nobis vulnus opemque feret. Ex quo enim pro parte præstatur pensio, ergo non teneor vendere: nam perinde est ac si totus fundus redderet, sicut video à simili, qđ totum libertum videor in seruitutem petere, & si in parte peto. vt ff. de bon. libert. l. qui in seruitute. Et qui testamentum aperit pro parte, totum videtur aperire: vt ff. ad Sillania. l. si quis in graui. §. si quis tabulas. Item statutum dicit, [illegible] pensio vel afflictum præstatur ex prædio, quod illud non teneatur emptor emere, nec vendi-
5 tor vendere, & † hoc dicit indistinctè: vnde indistinctè est recipiendum. vt ff. de alea. l. 1. & ff. de publici. l. de prædio. & ff. de legat. præsta. petita bon. possess. con-
6 tra tabu. l. 1. §. 1. Item prędium est † destinatione patrisfamilias constituitur. vt ff. de leg. 1. l. quod in rerum. §. vlti. licèt ergo olim fuerunt plura prædia, hodie tamen vnum est: & sic cum præstetur inde pensio, non teneor vendere, nec tu teneris emere, licèt tantùm pro parte præstetur pensio: sufficit quia vendere nó teneor, sicut vides. nam qui legat fundũ pro parte, rectè dicitur fundus legatus: quia pars fundi fundus est. vt ff. de legat. 1. l. plane. §. vltim. Item ita continetur in constituto: vt ex quo fundo præstatur pensio quod non teneatur venditor vendere, nec emptor emere: ex quo præstatur pro parte sufficit: sicut circa cautionem damni infecti, vbi mittitur quis in possessionem illius rei, & rem illam accipimus siue sit tota, siue pars. vt ff. de damno infect.
7 l. dies cautioni. §. 1. Item ex † quo pars quæ præstat pensionem, est immunis propter beneficium constituti, & alia pars debet esse immunis, sicut video in prædijs: qa sicut istud prædium est immune à præstatione vel onere tributorũ: ita & aliud, quod illi prædio per alluuionem adijcitur. vt C. de alluui. l. vlt. Ex quo enim isti prędio, quia reddit tributum per constitutum, est concessa immunitas per rescriptum Principis, vel etiam alia occasione, infringi non debet. vt ff. de testi. l. 3. §. 1. Item ex illo prædio antequam adderetur meo prædio, nó præstabatur afflictum: tamen modo ex quo est alteri prædio coniunctum, videtur præstari pensio, & césetur quoddam totale: vnde non teneor ad vendendum: nam si crusta tua vel arbor meo fundo coaluit: licèt ante ab initio posses vendicare: tamen posteà cum fuit communita non vendicabis. vt ff de damno infect. l. hoc amplius. §. Alfenus. Item si tua manica sit cóiuncta meo vestimento vel prætexta, vel sigillum candelabro, nunquã posteà vendicabis. vt ff. de rei ven. l. in rem actio. & Instit. de rerum diui. §. si tamen alienam. Item & si gemmã tuam possidebam quam poteras vendicare: & post illam inclusi annulo: nunquam illam amodò vendicabis vt ff. de vsuc. l. rerum mixtura. §. quid ergo. Item ex quo aliqua parte fundi præstatur afflictum, sufficit: nec est necesse quod ex singulis partibus præstetur. sicut sufficit si te induco in aliquam partem fundi, ad hoc vt tibi acquiratur possessio. nec habes necesse fundi glebas singulas circuire. vt ff. de acqu. poss. l. possideri. §. 1. nam & fundus qui est alius, cum esset in finibus Cappadociæ, propter curam villici, quia erant sub cura eius, debetur ille fundus. vt ff. de legat. 3. l. patronus Sempronio. Item Agatea cum sit alia propter vnitaté nominis, quia vocatur sicut & prima, debebitur legatario. vt ff. de condi. & demonstr. l. filiæ. §. 1. sic & in quæstione pręsenti, cum nomen sit idem in vtroque fundo, & sit facta vnio: meritò non teneor vendere propter beneficiũ constituti. In hac causa sine præiudicio sentẽtiæ melioris videtur mihi ex quo isti fuerunt duo fundi à principio, quòd reus seu possessor teneatur illum fundũ vendere, ex quo nó præstabatur pensio: licèt suo fundo ad-

xetit.vt ff.famil.erciſc.l.fundus.§.vlti. Et alia ratione,
quia facta commiatione vtriuſque fundi fit cum ſua
cauſa & onere.vt arg.ff.de acquir.rer.domini.l.tradi-
tio.§.1.& de acq.poſ.l.Pomponius §.vlt.nam licet fiat
vnio bonorũ hęredis et teſtatoris,fit vnio cũ ſua cauſa.
vt C.de bon.auct.iudi.poſ.l.1. Item factum iſtud, ſcili-
cet coniungere prædia,alij ius habenti præiudicare nõ
potuit.vt arg.ff.de ſtatu hominum.l.vlti. & ff.de tranſ-
act.l.3.Item ea quo pro parte præſtatur aſſictõ,illa pars
ſit eaempta propter beneficiom conſtituti.alia pars nõ
erit exempta,ſicut circa cautionem damoi iofecti.vt ff.
de damno infect.l.ſi finita.

ARGVMENTVM.

Qui vendidit rem communem, & promiſit de ra-
to:an ille qui habebat partem in re illa per iſtum
vendita interpellando emotorem ad obſeruan-
tiam conuentorum in venditione, videatur ra-
tam venditionem habere, ita etiam vt ſi emptor
non impleat conuenta,non tamen poſſit vendi-
care.

SVMMARIA.

1 *Certi condictio ex ſtipulatione an rectè ab emptore inte-
tetur ad pœnam contra eum, qui cum de rato promiſerat,
præſtare non potuit.*

2 *Emptorem re euicta contra venditorem agere, regulare
eſt.*

3 *Paciſci vel ſtipulari alteri nullus niſi ſua interſit poteſt.*

4 *Frater qui domum, quam frater ſuus vendiderat, ſibi cõ-
modari petit, an venditionem ratam habuit.*

5 *Voluntas expreſſa aliquando ex ſola nuda voluntate col-
ligitur.*

6 *Emptor ſi exceptionem habet quam domino opponere poſ
ſit, venditor illi non tenetur.*

QVAESTIO XLIIII.

ATRICIVS quidam oomine ſuo,& nomine fra-
tris abſentis vendidet domum Titio,promittens
ſub pęna 100.librarum, fratrem ſuum abſeotem
hanc venditionem ratam habiturum. veruntamen em
ptor fecit venditore tale pactum,quod illa domus con-
cederetur illi venditori & fratri contra omnem hom̃
nem : redijt frater abſeos petit domum ſibi concedi ab
illo Titio ſicut fratri ſuo conuenerat:Titius noluit con
cedere domum, hic vendicat domum pro medietate:
& fortè obtiouit,vel fortè mouet controuerſiam : agit
Titios contra venditorem, & petit pœnam ſcilicet ceo
tum librarum : quæritur ao poſsit. Quod poſsit proba-
1 tur,& † ad pœnam proponit certi condictionem ea ſti
pulatione : quod eoim locum habeat dicitur Inſtit. de
verb.oblig.in prioc.& ff.ſi cer.pet. l.certi condictio.&
l. ſi quis certum. Ea quo enim frater tuus reuerſus no-
luit habere ratam venditioonem, rectè ago ad pœnam.
nam & procurator qui ſatiſdat rem ratam dominum
habiturum, domioo noo habente ratum committitur
ſtipulatio. vt ff. de procur. l. noo ſolùm. §. qui nomine
alieno.& l.Pomponius.§.1.& 2.& ff.rem ratam haberi.
l.ſi indebitum.& l. ſi procurator. tenuit enim promiſ-
ſio,ea quo promiſit fratrem ratum habiturum, & pœ-
nam promiſit. vt ff. de verbor. obligat.l.ſtipulatio iſta
habere licere.io princip. & Inſtit.de inutil. ſtipul. §.
alteri.& ff.de verbor.obligatio. l.inter ſtipulantem.in
princ. ea quo enim promiſit, quia frater haberet ratũ:
videtur promiſiſſe ſe curaturum,quod ille habeat, vt
ff.de verbor.obligat.l.quoticos.io princip. Item & qui
promittit aliquem iudicio ſiſti, tenet ſtipulatio : & ſi
non exhibuit,agitur ad intereſſe. vt C. de fideiuſſorib.
l.ſancimus.& ff.ſi quis caut.ha.& ff.qui ſatiſd. cogant.
l.2.§.fin. Statim enim ac frater tuus incipit mihi moue-
re controuerſiam, ſtatim fuit commiſſa ſtipulatio illa
rem ratam haberi.vt argumen.ff.rem ratam haberi. l.ſi
procurator. Item & ſi quis promittat ſe ratom aliqoid
habiturum : poſteà vel ipſe, vel hæredes non habent
ratum,committitur ſtipulatio.vt ff.de verbor. oblig.l.
eadem.§.Cato. fuit enim iſta ſtipulatio ſub conditione
concepta, ſcilicèt ſi frater tuus non haberet ratum:&
ſic quia modo non habet ratum, cum moueat contro-
uerſiam,tunc committitur ſtipulatio illa quaſi ſub qua
uis conditione coocepta:vt Inſtit.de verb.oblig.§.ſub
cõditione.nam & hoc generaliter eſt,† & etiam in em- 2
ptore,quod re euicta agat cootra venditorem. vt ff. de
euictio.l.euicta.& l.ea mille. Idem etiam eſt in pacto
tranſactionis, vt re data nomine tranſactionis ſi euin-
catur,quod agatur.vt C. de tranſaction. l. ſi pro fundo.
Hoc etiam in iudicio familiæ erciſcundæ, vel commu-
ni diuidundo,quod res diuiſa ſi euincatur, agatur con
tra hæredem vel ſocium.vt C.famil.erciſcon.l.ſi fami-
liæ.& C.commuoia vtriuſque iudic.l.ſi fratres.Ea quo
enim promiſiſti quod frater tuus haberet ratum, ſtatim
ea quo dedit contra me libellum, videtur ratom oon
habere,vnde ſtipulatio committitur, vt ff. rem ratam
haberi.l.quo enim.§.vltim. Nec poteſt mihi culpa ob-
ijci:quia nolui ſibi domum concedere,ſicut tibi conue
neram : non enim debebat proptereà rem vendicare,
ſed ea pacto agere ad intereſſe.vt argum. C.de reſciod.
vendit.l.ea conditiooe. Nec enim tenebar ſibi domum
concedere : cum ea pacto fratris ſibi actio non potuit
quæri : quia † alteri paciſci vel ſtipulari nemo poteſt: 3
niſi ſua interſit.vt ff.de verbor.oblig. l.ſtipulatio iſta,
§.alteri.& Inſtit.de inutil.ſtipul.§.alteri. nec dicas in-
tereſt fratris quod frater haberet domum,quia tale in-
tereſſe attendimus quod eſt circa rem pecuniariam. vt
ff.de ſeroi.ea port.l.quotiens.& ff.ad exhiben.l.ſi liber
homo. Video eoim in patre, qui ſi paciſcatur, vt filio
detur:non aget filius ea illo pacto.vt ff.de pact.l.& hæ-
redi. §.Iulianus. cum ergo pactum patris non proſit fi-
lio qui ſunt vna & eadem perſona.vt C.dè impuber. &
alijs ſubſtit.l.vltim. ergo multo minùs pactum fratris
fratri potuit prodeſſe.Item ſi tenerer ſibi ea pacto com
modare domum,& non commodaui,teneor ad intereſ-
ſe:vt ff.de re iudic.l.ſi quis ab alio. §.fin. ff. mandati.l.ſi
procuratorem.§.mandati actio.ergo ſi ſua interſit, ſi di
cat mihi quid vel qoale ſit ſuum iotereſſe,& certè mo-
dicum vel nullum, vode ad illud agat. Ecoontrà videtur
qood hic poſsit ſe à pœnæ petitione defendere, vel à
petitione intereſſe. In primis, quia † frater reuerſus 4
habuit ratam iſtam venditionem : cum enim petijt ſibi
domum commodari,habuit ratum,ſicut video in domi
no,qui ſtatim eo ipſo quod appellat, videtur iudicium
quod fecit falſus procurator,& fuit nullum,approba-
re.vt C.de procur.l.licet.vt ff.rem rat. habe. l. Paulus.
& ff.de iudic.l.licet. vnde cum habuerit ratum ſum li-
beratus ab ipſa promiſsione : eo enim ipſo quod petijt
domum ſibi concedi, videtur ratum habere. nam & fi-
lius eo ipſo quod præſtat patrocinium, videtur habere
ratum iudicium teſtatoris. vt ff.de inoffic.teſtam. l.vlt.
Item filius eo ipſo qood pecuoiam accipit à ſtaro libe-
ro, videtur teſtatoris iudicium comprobare. vt ff. de in
offic.teſtam.l.Papinianus.§.ſi conditiooi.Hoc etiam vi-
des in reo condemoato, qui licet appellaſſet, & petat
terminum ſibi ad ſolutionem cõcedi, videtur compro-
bare ſententiam.vt C.de re iudi.l.ad ſolutionem.ad i-
dem facit C.de iure domin.impet.l.1.& ff.de leg.com-
miſſo.l.poſt diem. Item filius petendo legatum ſibi re-
lictum, videtur approbare iudicium ſui patris.vt ff. de
inoff.teſtam. l. nihil. Item & qui domum pigoori datã
ſicut hæreditariã retiouit, videtor hæreditatem adiuiſ-
ſe.vt ff.de acq.hære. l gerit pro hærede. video etiam in
patre, qui eo ipſo quod filio dato tutori ſcripſit, vt dili
genter tutelam admioiſtraret, videtur agnouiſſe tute-
lã.vt ff.de tute.l.filius.& ff.neg.geſt.l.mandaſti.Item ex
quo ſaltem voluit, qoòd domũ ſibi concederes, appro-
bauit ipſe contractũ totum, nec eoim potuit pro parte
approbare,& pro parte improbare.vt ff.de admi.tut.l.
cum quęritor.Nec aliquis admittitur, ſi velit obligatio
nẽ pro parte approbare & pro parte de iniqua quęri.vt
ff.de oper.lib.l.ſi iſta ſtipulatio.Eo enim ipſo ꝙ voluit
approbare contractũ (ſicut & aliàs eo ipſo ꝙ dominus
vult) videtur approbare ſeruo peculium. vt ff. de pe-
cul.l.

5 cul.l.peculium non id. † Ex sola enim nuda voluntate aliquando volnntas alicuius expressa colligitur.& etiam ratihabitione, sicut bonum est arg. ff. ad Macedo.l. si filins.cum enim agat ex eo cnntractu, quia petebat sibi domnm concedi, videtur illum contractum approbare, vnde fuit tibi quæsita exceprio, vnde tibi inuito non potuit auferri.vt ff.de pact. l.vlti. nam ex quo petendo approbauit, videtur remisisse ius quod habnit: vnde sibi nno fuit dandus regressus.vt arg.ff.de ædil.edict.l.quæritur.§.si venditor. sic ergo per ea quæ dicta sunt apertè patet quod nò potest rem à te euincere: vnde habes exceptionem quam opponis:& ideò de sino ti-
6 bi teneri. nam † si emptnr habet exceptionem, quam opponat domino, venditor sibi non tenetur.vt ff.de euictio.l.qui rem alienam.in princip.si ergo non potest rem à te euincere, vel si euincit amisisti causam culpa tua, tibi non teneor.vt ff.de enict. l.Herennius.in fine. vel si non intercessit culpa tua: quia allegasti iura snperiora, fuit ergo tibi facta iniuria, vnde contra me non agea.vt ff.de euict.l.si per imprudentiam. & ff. de fideiussor. l. exceptinne. Præterea vide rationes apertas, quare tibi nnn tenear. ipse enim quandn petijt à te domum sibi concedi, tu noluisti sibi concedere: & sic fidē noluisti seruare: vnde tibi fides seruari nō debuit à fratre meo, qnia nnn seruanti fidem fides seruanda nò est. vt C.de pact.l.cum proponas. vnde cum tu præstitisti causam quare partem illam tibi frater meus euicerit, tibi non teneor: nam & actor qui causam præstat quare damnetur, nnn agit de euictione contra venditorem. vt ff.de euict.l.si ideò. Et si fideiussor qui iustè damnationis causam præbuit: nnn agit contra debitorem actione mandati contraria. vt ff. de fideiussor. l. exceptione. vnde tibi impnta, quia damnum quod quis sua culpa sentit, de se quæri debet. vt ff.de regul.iur.l.quod quis. In hac quæstione sine præiudicio melioris sententiæ videtur mibi quod reus sit absoluendus illis ratinnibus: qoia frater renersus habuit rarum, petendo domū sibi concedi: vnde liberatur ille, qui promisit: per argu. ff.de euictio.l.quidam ex parte. ergn ex quo habuir ratam venditionem, non potest auocare: quia non est licitum reprobare probatum. vr ff.de negot.gest. l.Pomponius.& oon licuir quod quis approbauir reprnbare, & testimooio proprio contradicere. vt C.de oonum. pec.l.generaliter. vnde ille emptor non potuit amittere, vel si admittit & culpa sua: quia noluit domum concedere: vel fortè per iniuriam iudicis, non tenebitur propterea reus còueotus, per ea quæ dicta sunt. ex quo enim petijt domom sibi coocedi, videtur approbare cōtractum. vt argum. ff.de reb.eorum qui sub tut.vel cura sunt.l.illicitè. Rofredns.

ARGVMENTVM.

Vnum est statutum eluitatis: quod omnes sententie dicantur de consilio sapientum ciuitatis. Altud statutum eiusdem præcipit, quòd potestas iuret omnes sententias exequi: modò reperitur vna sententia lata, in qua non est seruata prima forma statuti: an potestas ratione iuramenti debeat illam exequi.

SVMMARIA.

1. *Sententia quæque sit, à qua non est appellatum, vel si non sit lata cantra ius scriptum, de iure communi executioni demandari debet.*
2. *Pro sententia præsumendum est.*
3. *Sententia quæ non nisi cum sapientū consilio ferri debuit: si sine sapientum consilio feratur, valet & tenet.*
4. *Rebus iudicatis standum est.*
5. *Capitulum sequens an primum corrigat.*
6. *Sententia lata contra constitutum non tenet, sicut & cōtra legem.*
7. *Sententia in qua solitus ordo omissus est, non valet.*
8. *Condemnatus dicitur, qui ritè condemnatus est.*
9. *Mandati fines diligenter custodiendi sunt.*
10. *Sententia ambitiosa quæ detecta fuit, est ipso iure nulla.*
11. *Speciale de iure communi generali derogat.*

QVAESTIO XLV.

COntinetur ita in constitnto cinitatis, quòd prouisores debeant dare sententias suas cum consilio sapientum, qni sunt in ciuitate. Item continetur in alin capituln constituti, quòd omnes sententias inroegn potestas executioni mandare non nbstante aliquo capitulo cnnstituti. Apparet posteà quædam sententia lata à prnuisnribus, non cum consilio sapientū, sieur dicitur: peritur executioni mandari, quæritur an potestas teneatur illam sententiam executinni mandare. Quod teneatur, probatur. Et in primis certum † est 1 de iure communi, quod omnis sententia à qna nnn appellatnr, vel si nnn sit lata contra ins scriptum, est executioni mandanda. vt C.de execu.rei iud.l.2.& ff.de re iudi.l.à diuo pio. Item est mandanda executioni propter constitutum, quod expressim boc præcipit: quod cōstitntum pro iore & lege seruatur. vt ff.de iust. & iur.l. ins autem. Inst.de iur.nat.gent.& ciuili.§.constat.& ff. de legi.& consti. l.de quibus. Nec obstat quod dicitur, quòd non sit lata secundùm capitulum cnnstituti. Primò, quia ex quo non probatur, debeo præsumere quod lata sir, cum † sit prn sententia præsumendum. vt arg. ff. 2 de re iudi.l.inter pares.& ff.de inoff.testa.l.si pars.& ff. de reg.iur. l. in ambiguis. Item quia in re dnbia potius debemns iudicare quod res valeat, quam pereat. & ff. de rebus dub.l.quntiens.& ff.de verb.obli. l. quotiens. Item & in re dubia, melius est seruire verbis edicti seu sententiæ quam contra. vt ff. de exercito. l.1.§.si sciente. Item lex indices bnnos viros appellat: vnde multū præsumit pro eis. vt ff.de verbor.obliga. l.continuus.§. cum ita. vnde præsumptio est pro eis, quod omnia solenniter fecerint, & nihil omiserinr de enntingentib. sicut & alias præsumimus pro tabellione, quod sint omnia solenniter acta. vt Instir.de fideiussor. §. vltim. & Instir.de inuti.stipu.§.si scriptum.& ff.de verb.obliga. l.sciendnm.& C.da contrahen.& com. stipul. l.1. Item semper præsumimns pro iostrumētis & pro seotentijs. vr C.de contrah. & com.stipu.l.optimam. Ex quo enim communitas eligit prooisnres eis dat potestatem iudicaadi. vt io autbeo.de desens. ciuir. Sed esto qood per leges nō habeanr, habent ex coosuetudine, vnde tenet eorum iorisdictio & sententia. vt C.de emancipa. li. l. t. vel esto sine præiudicio, quòd probetnr quod non sit seruatum capitulum constituti, nihilominus ramen valet sententia: nam † licèt sententia sine consilio sapien 3 tum non debuit ferri, lata tameo tenuit. nam & sententia non debet ferri sub conditione, lata tamen tenet. vt ff.quando appel.sit.l.1.§.bidnum. Et bonorum pars non debet auferri relegato ad tempus, tamen per sententiā si portio auferatur, tenet. vt ff.de interdict.& relegat.l. relegatorum.§.ad tempus. Et curator prohibetur dari in testameoto, datus tamen confirmatur. vt Instit.de cura.& ff.de tut.& cura.dat.ab his.l.1.& addnci potest illud generale: multa impedinnt ordinanda, quæ non impediunt ordinata. vt ff.de his qui sui vel alie. iur. sunt. l.patre. Item video † quòd rebus indicatis standum sit. 4 vt C. de re iodic. l. 1. adeò hoc verum est, vt dicit lex, quod rebns etiā perperam iudicatis standū sit. vt ff.de bon.lib.l.qni cnm maior.§.is demum. Item sententia & si per gratiam lata sit, tenet. vt ff.ad Trebellian. l.seruo. §.cum prætor. Item etiam si perlusoriè detur sententia, tenet, vr ff.de legat.1. l.si seruus plorium. §. 1. quare est mandanda executioni sententia, cum sit tantæ auctoritatis, quod veritati præiudicet. vt ff.de statu hom. l. ingenuum. Item esto, qnod non sit seruatum primum capitulum constituri, tamen non obstat: quia propter sequens capitulum constituti est executioni mandanda sententia, † quia illud sequens capitulum corrigit pri- 5 mum. hoc video in omnibus legibus: & maximè Iustinoiani, vbi leges suæ vltimæ corrigunt alias. Video hoc etiam in testamentis, vbi vltimum tollit primum. vt C.de testamentis.l.hac consultissima.§.pennltim. & ff. ad Trebel. l.si quis priore. Hoc etiam in pactis: quia pacta po-

cta posteriora tollunt priora. vt ff. de pact. l. si vnus. §. pactus ne peteret. Nam & pacta nouissima seruantur. vt C. de pac. l. pacta nouissima. video etiam generaliter in codicillis, quod ea quæ posterius fiunt prioribus derogent. vt ff. de iure codi. l. diuus. Nam ea quo in secunda parte constituti apponitur non obstante aliquo capitulo non constituti, videtur primum sublatum: nam certum est quod aliud capitulum non obstet nisi illud: ergo illud videtur remotum. vt argu. ff. de leg. 1. l. si quando. Est ergo sententia executioni mandanda, licet alio modo sit lata quàm ferri debuerit. vt arg. ff. de fetijs. l. 1 maximè cum vltimum capitulum deroget primo: sicut circa constitutionem procuratoris, nam qui duobus temporibus diuersos dat procuratores, posteriorem dando priorem remouisse videtur. vt ff. de procur. l. pluribus. Econtrà videtur, quod sententia illa non sit executioni mandanda. In primis, quia non fuit lata vt debuit, & secundùm quod dicit constitutum, vnde non tenuit, † nam sententia lata contra legem non tenet. vt ff.
6 quæ sent. sine appel. rescin. l. 1. ergo & lata contra contra constitutum, quod seruari debet pro iure & lege. vt ff. de legib. & consti. l. de quibus. Cum enim debuit ferre sententiam cum consilio sapientum, & non est lata, non tenuit. Video enim, quòd quando venditio prædij minoris debet fieri: quia non solùm lex mandat quod a tutoribus: sed etiam iudex inquirat necessarijs pupilli. vt ff. de reb. eorum quæ sub tut. vel cur. sunt. l. magis. §. inprimis. si mutatur, non valet quod agitur cum sit nihil de solennibus immutandum. vt ff. in integrum restit. l. diuus. Item & si datur possessio in bonis alicuius, debent requiri necessarij. vt ff. ex quibus caus. maior. l. ergo. & ff. ex quibus caus. in possess. eat. l. hæc autem. §. 1. & §. rectè. & non mutatur, non valet: nã & hoc in transactione alimentorum attende, quod nisi prætor seruet omnia quæ mandantur, non valet auctoritas interposita. vt ff. de transactio. l. cum ij. §. arbitratu. & §. sequen. Item [illegible] est ordo solitus secundùm
7 quem debuerunt dari sententiæ, † vnde si omittatur ille ordo, non valet sententia. vt C. de sent. & interloc. l. prolatam. Nec potest dici sententia, nec ille dicitur esse damnatus, qui in illa sententia damnatus est. nam illã
8 sententiam, & illum † condemnatum dicimus, qui ritè condemnatus est. vt ff. de re iudi. l. si se non obtulit. §. condemnatum. hoc etiam circa auctoritatem, quæ si nõ rectè interponatur, habetur pro non interposita. vt ff. de auctor. tut. l. 2. Quod autem non sit ritè data illa sententia probo: nam certum est quod debuit dari de consilio sapientum: sed hic non fuit habitum illorum con silium, ergo sententia illa nulla, sicut dicit lex. Si iussit testator aliquid fieri coram Titio, & factum sit eo incõsulto, non valet quod gestum est. vt ff. de verb. sign. l. coram. Item & si promitto tibi rem restituere Titij arbitratu, si non arbitretur ille Titius: stipulatio non valet. vt ff. de verb. oblig. l. si quis arbitratu. & l. sequenti. Itẽ libertus debet petere restitutionem natalium domino consentiente. si autem petierit domino ignorante, non valet illa petitio. vt ff. de nata. restit. l. 2. & pen. & fin. Et si vendo tibi tanto pretio quanto Titius vs ist imauerit: nulla est venditio, si non æstimet. vt ff. de contrahend. empt. l. vltim. cùm ergo fuerit certum mandatum istis datum, quod ita iudicarent & non sesuauerunt, nulla
9 fuit sententia: Nam † fines mandati sunt diligenter custodiendi. vt ff. mandati, l. diligenter. nam,

Est modus in rebus, sunt certi denique:

Quos vltra citraq; nequit consistere rectum.

10 vnde cum non mereatur habere nomen sententiæ, non est executioni mandanda, cùm ambitiosa † sententia & detecta sit ipso iure nulla. vt ff. de minor. l. denique. in prin. & ff. quæ sententiæ sine appel. resc ind. l. vlti. Adeò quidem est hoc verum, quod & si secundùm iura sit data, non teneat: nam & miles etiam rem benè gesserit tamen quia contra prohibitionem gesserit non reuuit. vt ff. de re mili. l. 3. §. in bello. Nec obstat quod dicit quòd per sequens capitulum constituti corrigatur primum.
11 Respõdeo, non est verum. Nam † certum est de iure cõmuni, quod semper speciale deroget generali. vt extr. de rescript. c. 1. in fin. Nam & doli clausula generaliter non pertinet ad ea de quibus specialiter cautum est. vt ff. de verbor. obliga. l. doli clausula. Et lex quæ generaliter pœnam imponit, non pertinet ad leges, quæ specialiter pœnam imponunt. vt [illegible] de pœnis. l. sanctio. Et generalis substitutio non pertinet ad specialem. vt ff. de vulg. & pupil. subst it. l. cohæredi. §. si qui patrem. Item si Basilicæ libertæ sint alimenta specialiter relicta: licet posteà alimenta libertis generaliter relinquantur, non habebit aliquid ex sequenti legato Basilica: cum istud generale non pertineat illi Basilicæ, cui specialiter fuerant alimenta relicta. vt ff. de alimentis & cibar. legat. l. alimenta. §. Basilicæ. & l. Stiebus. Item si alieui primò duæ statuæ marmoreæ sint legatæ, & posteà in eodem testamento alij sit marmor omne legatũ, primum per istud sequens generale non videtur ademptum. vt ff. de lega. 3. l. hæres. §. duæ. Item qui filios suos hæredes primò instituerat, cum tres haberet, & posteà dicat, Sempronius filius ex hæres esto, duo tantùm videtur instituti. ff. de hæred. institu. l. cum in testamento. §. vltim. Item si quis primùm faciat testamentum, in quo cautum erat, quod mutari non posset, si aliud faciat testamentum, contrarium primo: tollitur primum, si expressim dicatur quòd primum rollatur, aliàs non. vt ff. de legat. 3. l. si quis. in princ. & C. de testam. auth. hoc in ter liberos. In hac quæstione sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi distinguendum: aut certum est quod prima sententia lata à prouisoribus non fuit lata cum cõsilio sapientũ, aut est dubium. In primo casu cũ non sit lata secundùm capitulum constituti, dico illam sententiam nullam. argum. ff. de re iudi. l. 4. §. condemnatum. & C. de sent. & interloeut. omnium iudic. l. prolatam. & dico non debere mandari executioni: nec primum capitulum tollitur per secundum. ff. de verb. oblig. l. doli clausula. & ff. de legat. 3. l. si quis. in princi. Si autem sit certum quod fuit lata cum cõsilio sapientũ, tunc non est dubium quod mandabitur executioni sententia. si autem sit dubium, præsumendum est pro sententia. vt ff. de inoffic. testam. l. si pars. & ff. de regu. iur. l. in ambiguis. & extrà. de elect. c. bonæ memoriæ. in penult. col. præsumo omnia solenniter acta, & sic esse sententiam. & dico quod sit executioni mandanda. & propter capitulum constituti sequentis, & propter auctoritatem rei iudicatæ. vt C. de execut. rei iudic. l. 1. & ff. de re iudi. l. à diuo Pio. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Qui ascriptitium vel colonum liberauit hoc pacto: quod nulla præscriptio libertati eorũ obstaret, si posteà per longissimum tempus seruierit, an possit vendicari per dominum, quasi fuerit contra libertatem præscriptum.

SVMMARIA.

1 *Actiones suas remittentibus regressus nullus dandus est.*
2 *Contrahere vel non contrahere liberum est à principio, sed post obligationem contractam aduersario non consentiente resilire non est licitum.*
3 *Præscriptio actioni competenti currit.*
4 *Homo liber neque vsucapi neque præscribi potest, vt quipossideri non possit. & num. seq.*
5 *Seruitutes ex tempore constitui non possunt.*
6 *Vsucapio sine possessione non procedit.*
7 *Libertatis iura sola temporis longinquitate non mutilantur.*
8 *Tempus obligationis inducendæ modus non est. & nu. 13.*
9 *Adscriptity vt nonnulli fiant, duplex scriptura requiritur.*
10 *Præscriptio non possidenti non currit.*
11 *Ius negatiuum non tollitur.*
12 *Actio omnis 30. annorum spatio tollitur.*
14 *Tempus an actioni pactionali consumat.*
15 *Ius publicum pactis mutari non potest.*

QVAESTIO. XLVI.

TEXER-

TEBERTVS quidam habebat asscriptitios, vel
manentes suos, vel colonos. fecit eis chartam fi-
nis & refutationis: & hoc pactum apposuit in
charta, quod quandocunque vellent exire de fundis,
possent: non obstante eis aliqua temporis præscriptio-
ne, quæ à domino vel eius hærede posset illis opponi.
Celebrato instrumento tali seu contractu, rustici præ-
dicti remanserunt in possessionibus illius domini per
annos 40. modo volunt res ire: quæritur an possint, quã
do dominus contradicit. Quod possint exire probatur
in primis. nam certum est quod dominus ius quod ha-
bebat remisit: vnde nõ debet amodò contra id quod re
nunciauit venire. vt C. de non nu. pec. l. generaliter. &
C. de reb. cred. l. si quis iusiurandum. cum nemini cõce-
datur contra sua pacta venire vel suum factum. vt C. de
pact. l. si quis in conscribendo. etiam si factum illud de
iure non teneat. vt ff. de adopt. l. post mortẽ. & ff. de ser-
uit. rusti. prædio. l. per fundum. Ex quo enim semel re-
misit actionem primitiuam, redire non potest. Nam re-
2 mittentibus suas † actiones non est dandus regressus.
vt ff. de ædil. edic. l. quæritur. §. si venditur. Item hoc est
etiam in transactione, quod aliquis contra eam non ve
niat etsi pœniteat. vt C. de transact. l. quamuis. Hoc eti-
am in donatione quæ postquàm perfecta fuerit, non re
uocatur ea pœnitentia. vt C. de vsuca. pro donato. l. ir-
ritam. Sicut enim † libera potestas est alicui habendi
contractum, ita obligationi semel constitutę altero in-
uito renunciare non potest. vt C. de actio. & oblig. l. sic-
ut. & istud planum est, & lippis patet & tonsoribus: ni-
si præscriptio temporis esset impedimento. Sed probo
apertè quod præscriptio temporis non obstet. Certum
3 est enim, † quod præscriptio currat actioni competẽti.
si enim actio non competat, præscriptio non obijcitur.
vt C. de annal. excep. l. 1. in fin. & C. de præscrip. 30. ann.
l. cum notissimi. §. 3. At hic actio non fuit nata: nisi quã-
do volo recedere: ab eo hodie incipiet præscriptio, si
præscriptio locum habere possit. Ita enim sine præfini
tione temporis dat mihi ius agendi ea tali pacto, scili-
cet quandocunq;. vt C. de pact. inter empt. & vendi. l. si
fundum. Mihi enim volenti paratur actio & antè: sicut
hæredibus volentibus a communione discedere, para-
tur actio. vt ff. fam. ercis. l. 1. sicut & in socijs quib' actio
pro socio paratur ex quo volunt eam intentare. vt C.
pro socio. l. tantum. maximè secundùm sententiam M. nõ
est quæstio: qui dicit, quòd nunquã actio oriatur in præ
dictis casibus: nisi postquam prædictæ personæ volunt
actiones prædictas intentare: & hæc sunt vera. An præ-
scriptio possit locum habere an non? videtur quod nun
quam possit locum habere. Primò, ratione rei quæ est
4 talis, quæ nõ potest præscribi: puta, † quia liber homo.
vt Instit. de vsuca. & ff. de vsuc. l. vsucapionem. Certum
est enim quod facta charta finis & refutationis, si aliqua
erat nebula seruituris in rusticis, quod incontinenti re
cessit. vt Inst. de libert. in princ. si ergo sunt liberi: ergo
non possunt vsucapi vel præscribi, vt dictum est. Item
5 † seruitutes ea tempore constitui non possunt. vt ff. de
seruit. l. seruitutes. Item & alio modo probo quod prę-
scriptio nõ currat. nam certum est quod sunt liberi ho
mines: vnde possideri non possunt. Cum ergo possideri
6 non possint, ergo nec vsucapi vel præscribi, † quia vsu-
capio sine possessione non procedit. vt ff. de vsuc. l. sine
possessione. Item & tertio modo probo, quòd non cur-
rat pręscriptio, scilicet propter pactum: nunne prę|scri
ptio triginta annorum odiosa est? certè sic. vt dicitur C.
de annal. excepr. l. vltim. in fin. & C. de edict. diui Adr.
tollend. l. vltima. si est ergo odiosa, ergo debet restrin-
gi. vt ff. de liber. & posthum. l. cum quidam. & ff. de ven
tre in possess. mittend. l. 1. §. 1. & §. sed & si quis. Item est
inducta præscriptio de auctoritate & rigore iuris: vn-
de potest pactis litigantium vel contrahentium mitiga
ri: sicut & circa appellationem, quæ potest per pactum
tolli. vt C. de tempor. appellatio. l. vlti. in fin & ff. a qui-
bus appel. non licet. l. 1. Item & alio modo probo, quod
7 illa præscriptio non prodest: nam † sola temporis lon-
ginquitate, etiamsi 40. anni transacti sint, libertatis iu-
ra non mutilantur. vt C. de longi tempor. præscriptio.
quæ pro libe. l. sola. Nam † cum solum tempus alleges, 8
non sufficit: cum tempus non sit modus inducendæ ob-
ligationis. vt ff. de oblig. l. obligationum ferè. §. placet.
Item prætores fauent multum libertatibus. vt ff. de a-
lien iud. mut. causa fact. l. quia. Item dicit regula iuris:
libertas res fauorabilis. vt ff. de reg. iur. l. libertas. Et in-
terest potius reipublicæ quod ciuitas liberis, quam ser
uis repleatur. vt C. de bonis liber. l. vltim. Vnde per hęc
credamus nos bonam causam fouere: & iudicem pro
nobis dare debere sententiam. sic ergo ex quo fuerunt
rustici liberati, perfectè sunt facti liberi, vt dictum est.
vnde posteà propter solum tempus non potuerunt fie-
ri serui, etiam si voluissent. vt C. de libera. causa. l. nec si
volens. Item nec fiunt adscriptitij: † quia ad hoc vt fiant 9
aliqui adscriptitij, necesse est quòd duæ scripturæ in-
tercedant: scilicet, priuata & publica. vt Codi. lib. 11. de
agricol. & censi. l. cum scimus. licet enim steterimus in
prædijs, tamen propterea non poteris dicere, nos esse
tuos manentes, quasi quod sublatum sit ius nostrũ tri-
ginta vel quadraginta annis. Ratio inde est: primò, † 10
quia non possidenti non currit præscriptio. vt C. de
præscript. 30. an. l. malè agitur. Item secundo, † quia ius 11
negatiuum non tollitur, quia quæ perpetua sunt ad a-
gendum, magis perpetua sunt ad excipiendum. vt ff. de
doli excepr. l. purè. §. fin. E contra videtur, quòd rustici
exire de fundo non possint. In primis, quia licet fuerit
ius sibi quæsitum ex instrumento remissionis: tamen
ex quo siluerunt tempore tanto, amodò tacere debent:
cum de iure communi omne ius † & actio tollatur spa- 12
cio 30. annor. vt C. de præscrip. 30. an. l. cùm notissimi. i-
mò & si quis cum posset agere de sua conditione per an
nos tacuit 40. modò nihil dicere potest. vt C. de præsc.
30. an. l. omnes. Item ex quo remansistis per 30. annos,
in fundo, de iure vos habeo amodò vt colonos. vt C. de
agricol. & censitis. l. cùm satis. §. cùm autem. Item alibi
scriptum est, quod vigilantibus & non dormientibus
iura sint prodita. vt ff. de his quæ in fraud. credit. l. pu-
pillus. & præscriptiones odiosæ contra desides, & sui
iuris contemptores inuentæ sunt. vt C. de annali exce-
ptio. l. vltima. Nonne à principio poteratis liberè rece
dere? certè sic: & sic cum stetistis spatio 40. annorum,
nullo iure recedere non potestis. sicut video in debito-
re, qui si per 30. annos non offerat pecuniam: nunquam
posteà offerre poterit, & pignoratitiam intentare. vt
C. de annali exceptione, l. 1. §. ad hæc. nam ibi dicitur,
quod tollatur pignoratitia: sed certũ est, quod illa non
oriatur antequam sit soluta pecunia. vt ff. de actio. pig
norat. l. si rem alienam. §. omnis. Item video in credito-
re secundo. qui eum possit offerre priori pecuniam, &
confirmare sibi ius pignoris: quod si non fecit, quòd
nunquam amodò poterit facere. vt C. de præscript. 30.
annor. l. cùm notissimi. §. 2. Item ex quo stetisti per an-
nos quadraginta, præsumitur pactum illud quod fuit
factum esse remotum. sicut video, quòd per solùm lon-
gum tempus præsumatur inducta stipulatio. vt ff. de v-
sur. l. cum de in rem verso. præsumitur etiam relictum
legatum & validum, ex quo per aliud tempus solutio
facta fuit. vt C. de fideicom. l. 1. Si ergo per tempus indu
citur, & præsumitur obligatio induci: ergo & per tem-
pus præsumitur obligatio sublata. vt argum. ff. de su-
perfic. l. 1. Et † quod dicitur tempus non est modus tol- 13
lendæ vel inducendæ obligationis: subaudi, verè: præ-
sumptiuè tamen inducitur obligatio ex tempore: vel
alias tollitur non ipso iure, sed iure exceptionis. vt C.
de præscript. long. temp. l. pen. & ff. de verbo. obligat. l.
eum qui ita. § qui ita stipulatur 10. Præterea magis va-
let † tempus, quàm actio pactionalis. nam per pactum 14
non potest fieri, quòd non diuidamus. vt ff. de commu-
ni diuid. l. in hoc iudicio. §. si conuenerit. sed per tem-
pus potest fieri. vt C. de annal. excep. l. 1. sed illud pactũ
quod vobis feci, potuissetis per aliud pactum tollere:
vnum enim pactum tollitur per aliud. vt ff. de pact. l. si
vnus. § pactus ne peteret. sicut ergo per pactum tolle-
retur, ita & per tempus. Nec potest dici cõditio vestra
facta deterior, cum ad vestram cõditionem redieritis:
sicut nec conditio dotis dicitur facta deterior: quæ ad
suam

ſuam naturam redijt. vt ff.de pact. l.ſi vnus ex argenta-
rijs.§.pactus.in fine. Nec obſtat pactio quæ facta fuit, vt
quandocunque vobis liceret exire, non obſtante præ-
15 ſcriptione temporis. Non enim † potuit per iſtud pa-
ctum ius publicum immutari. vt ff.de pact.l.ius publi-
cum.& ff.de oper.liber. l. Cerdonem. Cum enim præ-
ſcriptio longiſsimi temporis ſit odioſa. vt ff. de aonali
excep.l.vltima. ooo potui pacto meo renuociare: quia
id demum renunciatur ſeu remittitur, quod mei fauo-
re eſt ioductum. vt C.de pact.l.vltim.& ff.de minor.l.ſi
iudex. Video enim in teſtatore qui non poteſt facere
per ſuum mandatum, ne leges in ſuo teſtamento locum
habeant. vt ff.de leg.1.l.nemo.& ff.de adminiſtr. tut. l.
quidam decedeos, ergo oec cootraheotes: cum volun-
tas teſtatoris & pactio contrahentium de pari concor-
dent. vt C.de reb.alien.non alie.l.vlt. Item video quòd
ſi creditor facit pactum vt non liceat vendere, quòd oó
teoeatur ſtare illi pacto. vt ff.de actio. pignor. l.3. Item
ex quo ſtetiſtis per annos 40. tollitur vobis ius compe-
tens. Nam & priuilegium conceſſum tollitur tempore
tanto. vt extr.de priuileg.c.ſi de terra.& ff. de ound.l.1.
Io hac quæſtione ſine præiudicio melioris ſententiæ
videtur mihi quòd ruſtici ſint abſoluendi. Primò, quia
per pactom & inſtrumentum dominus eos abſoluit, vn
de illam liberationem non reuocat. vt C.de actio.& ob
liga.l.ſicut. Nec obſtat, quod poſteà in fundo tempore
ſteterunt: quia illa præſcriptio eis non currit, tamen
propter illud, quia ſunt facti liberi facta remiſsione à
domino, amodò noo poſſuot præſcribi. vt ff.de vſoca-
pio.l.vſucapionem. Item quia præſcriptio noo potuit
currere, cum non potuiſſent poſsideri. vt ff. de acquir.
poſſ. l.cum hæredes. & ſic non potuit præſcriptio cur-
rere. vt ff.de vſucap.l.ſi ſine poſſeſsione. Item quia nul-
la actio adhuc iſtis competit, ideò actioni non compe-
tenti non currit præſcriptio. vt C. de annali exceptio-
ne.l. t. io fine. Item ex quo ſunt facti liberi per ioſtro-
mentum & pactum refutationis etiam ſi ſtetiſſent per
quadraginta annos, non poſſent fieri ſerui: nec prodeſ-
ſet poſſeſsio. vt C.de long.tempor.præſcrip.quæ pro li-
ber.l.ſolam.nec potuerunt fieri aſſcriptitij, ſicut in al-
legatione dixi. Roſredus.

ARGVMENTVM.

An inſtrumento conſenſu partium vel mandato ar
bitri cancellato adhibeatur fides, ſi antequam no
tario fuit denúciatum, altera partium intereà ſe-
cit ſibi dictum inſtrumentum fieri. Et an notari-
us ſic ſaciendo commiſerit falſum.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumento cancellato de partium voluntate fides habẽ da non eſt.*

2 *Inſtrumento perfecto à notario, quod per partes antè cã cellatum fuerat, nulla fides habenda eſt: nec tabellio puniendus venit.*

3 *Inſtrumentum ex quo de partium voluntate aut arbitri cancellatum eſt: omnis obligatio quæ per illud inducta fue rat, extincta videtur.*

4 *Inſtrumenta ad quid conficiantur.*

5 *Falſum committit qui eſt in dolo: non qui in lata culpa.*

6 *Tabelliones de voluntate vtriuſq; partis contractus facere tenentur.*

7 *Obligatio ſemel extincta reſuſcitari non niſi de vtriuſq; partis voluntate, poteſt.*

QVAESTIO XLVII.

ORdinatum eſt à duobus contrahentibus, qui ha-
bebant inter ſe inſtrumenta communia, cancel-
lari: vel fortè fuerunt per mandatum arbitri cã-
cellata: quæritur an alicoi iſtorum inſtrumentorum ſit
fides habenda, ſi aliquando io iudicio proferantur. I-
tem pooamos quòd vous de contrahentibus antequàm
inſtrumeota de facto caſſarentur (poſteaquàm arbiter
mandaoit, quòd caſſareotur) acceſsit ad tabellionem,
& fecit fieri ſibi inſtrumeotum, vel iam cancellatum
de voluntate communi, vel cancellatum mandato ar-
bitri, eſt in quæſtione, an iſti inſtrumento ſecundo fa-
cto per tabellionem ſit fides adhibenda, vel an iſte ta-
bellio commiſerit falſum. † Et quod inſtrumento can- 1
celllato non ſit fides adhibenda, probatur. Ecce enim
dicit lex, quòd ex eo teſtamento ſit miſsio io poſſeſsio
nem, qood non eſt cancellatum, non abolitum, non ali-
qua ſui parte vitiatum. vt C.de edi.diui Adria.tollend.
l.vlti. Item ex eo teſtameoto peto booorum poſſeſsio-
nem ſecundùm tabulas, quod in prima figura dignoſci-
tur eſſe. vt in l.prædicta.& ff.de bonorum poſſeſſ.ſecun
dùm tabul.l.1.§.ſi quis io duobus. Nam & ſi teſtamen-
tum vel inſtrumeotum ſit deletum de voluntate teſta-
toris vel partium, oihil ex eo teſtameoto vel inſtru-
mento peti poteſt. vt ff. de his qui in teſtamen. delent.
l.2. Nec etiam poterit peti bonor.poſſeſſ. ſecundùm ta
bul. vt ff.de bonor.poſſeſſ.ſecund.tabul. l.1.§.ſi linum.
Nec valebit aliquo modo ad probationem iſtud teſta-
mentum. vt C.de teſtam.l.ſi vnus de ſeptem. Item non
ſolùm ſi inſtrumentum eſt cancellatum, nó adhibetur
fides: imò etiam ſi aliquo modo eſt ſuſpectum, non va-
lebit: imò qoi illo inſtrumento vtitur, retinetur & pu-
nitur ſicut falſarius. vt C.de proba. l.iubemus. & ſic ſi-
ne qoæſtione procedat, quòd illi inſtrumeoto fides oó
debeat adhiberi. Nam qui tabulas apud ſe depoſitas in-
terleuerit, tenetur lege Aqoilia. quia amodò illæ tabo-
læ ad probationem non proſunt. vt ff. ad legem Aquil.
l.qui tabulas. Item ſi deleuit tabulas quis apod ſe depo
ſitas, aotequàm hæres adiret hæreditatem, tenetur de
dolo: quia & ſi proferantur ad probationem non pro-
ſunt. vt ff.de dolo.l.ſi quis tabulas. nam ex quo prima ſi-
gura eſt mutata, ferè mutatur tota ipſius rei ſubſtãtia.
vt ff.ad exhiben.l.Iulianus ſcribit.§.ſed & ſi quis. Nam
& ſi conſulto nomen hæredis ſit in teſtameoto deletũ:
ex eo teſtameoto bonorum poſſeſsio non petitur. vt ff.
de bonor.poſſeſſ.ſecuod.tabul.l.æqoiſsimum.§.ſi con-
ſulto. Nam & ſi ſigna teſtium ſint ab ipſo teſtatore tur-
bata, illud teſtamentum non videtor ſignatum. vt ff. de
teſtamen.l.ad teſtium.§.ſi ſigoa. imò plus dico, quòd ſi
pars aliqua inueniatur vitiata vel raſa vel interlinea-
ta, quòd totum ioſtrumeotum videtur ſuſpectum. Nam
quotiens ratio ſumitur ex vniuerſo: ſi aliquid ibi repe-
riatur falſum vel ſuſpectom, totam reddit falſam vel
ſuſpectam. vt ff.de rebus dub.l.ſi is qui ducenta.§.virũ.
& de hoc multa poſſunt argumenta adduci, vbi ratio-
ne partis totum vitietur. & vbi vtile per inutile vitie-
tur. & vbi vnum pecus morbidum totum gregem cor-
rumpat. vt ff.de act. empti.l.vltima.in princ.& §.1. & 2.
& vbi modicum frumeoti totam maſſam corrumpat.
vt ff.de negot.geſtor. l.ex facto. ſed ſufficiat iſtud teti-
giſſe vt prolixior diſputandi copia allegatoribus relin
quatur, & quia principaliter ad quæſtionem non per-
tinet. Accèdamus ad ſecundam partem quæſtionis: v-
trùm ſi tabellio reficiat † inſtrumentum, quod fuit caſ- 2
ſatum, aut cancellatum, an illi inſtrumento ſit fides ad-
hibẽda: & an tabellio poſsit de falsò puniri. Quod aũt
oon ſit adhibenda, & quòd tabellio oon puniatur, pro-
bo. Certum eſt, quòd illud inſtrumentum primum ex
quo fuit cancellatum, vel voluntate communi, vel per
mandatum arbitri, non eſt ſibi fides adhibenda, vt di-
ctum eſt. † Nam ex quo fuit ſemel caſſatum, omnis obli 3
gatio quæ erat inducta, per illud inſtrumentum vide-
tur ſublata. vt ff.de probatio. l. ſi chyrographum. ſi er-
go fuit ſublata, non potuit reſtaurari. vt ff. de ſolution.
l. qoi res. §. aream. Inſtrumenta † enim noo fiunt ad 4
aliud, niſi vt rei geſtæ memoria comprobetur. vt C.
de probat.l.cùm res. Si ergo probetur memoria, cuius
rei probatur? certè nullius. quia contractus ille iam
ſublatus eſt: nec eſt adhibeoda fides inſtrumeoto: quia
debuit tabellio de voluntate partium ſcribere inſtru-
mentum. vt argum. C.de fide inſtrumen. l. contractus.
Quod autem tabellio non commiſerit falſum, probo.
Certum eſt quòd † ille committat falſum, qui eſt in do- 5
lo: at ſi ceſſat dolus, licèt ſit in lata culpa, nunquàm
propterea

propterea tenebitur. nam lata culpa in maleficijs non est dolus, vt ff. ad leg. Cornel. de sica. in l. Cornelia. Nec hoc est verũ solummodò in accusatione legis Corneliæ de sicarijs: imò in omnibus maleficijs, vbicunque agitur ex maleficio. Nam certè in furto si cesset dolus, & si committatur lata culpa, nũquàm propterea teneor furti: vt si credo dominũ permissurũ, etiã si falso: qñ ce sua vtor, non teneor, vt ff. de furt. l. inter omnes. §. rectè. & Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. Econtrà videtur quòd instromento cancellato fides sit adhibenda. Inprimis quia lex dicit, quòd si appareat instrumentũ cancellatum in manu debitoris, præsumitur extincta obligatio primitiua, vt de probat. l. si chyrographum. & ff. de pact. l. Labeo. Item si emptionale instrumẽtum appareat in manu serui cãcellatũ, præsumitur quòd dominus eum liberauit eo saluo: quia ibi in casu illo est necessè quòd probet cum quinque testibus, vt C. de lati. lib. toll. l. 1. §. ille autem. in pen. colum. Præterea lex dicit apertè, quòd instrumento cancellato sit fides habenda. ecce enim si creditor cassauerit instrumentum, debet apud se retinere: vt si debitor velit agere cõtra ipsum condictione indebiti, habeat creditor quòd probet ex illo instrumento cassato fuisse debitum, vt ff. de furt. l. qui tabulas, in prin. & l. quidam tabularũ. Item licèt testamentum appareat cancellatum, nihilominùs fiet probatio, quantum ad alia ex illo testamento: quia sola illa pars tollitur, vt ff. de his quæ in testam. delen. l. 1. in fin & l. 1. Nam & si testamentum sit rosum à muribus: nihilominùs ex eo petetur bonorũ possessio secundùm tabulas, vt ff. de bon. possess. secund. tab. l. 1. §. si rosæ. licèt enim per instrumenta cancellata non probetur aliquid futurum, probatur tamen aliquid fuisse. Nam ex quo fuit instrumentum cancellatum, ergò fuit aliquid: id enim tenuit, illud cancellatur, & non aliud, vt arg. ff. de iniust. irrito testamen. l. nam & sub conditione. Quòd autem si tabellio faciat iterum instrumentum, licèt postmodum sit cancellatũ, quòd sit adhibenda fides, & quòd tabellio puniatur, probo. nam certum est, quòd ea quę geruntur coram tabellione vel iudice, ex quo semel valent, nunquàm eorum fides intercidit, etiã morte tabellionis, vel etiam iudicis, vt C. de re iudic. l. vlti. habent enim illa gesta perpetuam firmitatẽ, vt in l. prædict. vnde si modo appareat illud instrumẽtum, debet sibi fides adhiberi: quia quod semel est verum, semper erit verum, vt arg. ff. de minn. l. ait prætor. §. restitutus. ex eodem enim contractu possem habere plura instrumenta: sicut & ex eodem testamento plura instrumenta habere possum. vt Instit. de testam. §. pen. & ff. de bon. poss secund. tabul. l. 1. & 2. Quòd autem tabellio sit puniendus, videtur quòd probari ita possit:
6 Nam certum est, quòd tabelliones sicut de facto videmus, & etiam de iure debeant facere contractus de voluntate vtriusque partis, vt arg. C. de fid. instrum. l. contractus. vel esto quòd lege non caueatur, tamẽ consuetudo ita docet: vnde seruandum est ita. Nam minimè sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt, vt ff. de legib. & consti. l. minimè. & ratio & æquitas suadet hoc, licèt fortè ius scriptum deficiat, vt argu. ff. de aqua plu. arc. l. in summa. §. idem Varus. nam si aliter fieret, posset fraus fortè de facili committi: quæ vt non committatur, maximè circa instrumenta, cautè attendit Iustinianus in Authen. de fid instrumentorum & eorum cautela. col. 6. circa princ. Sed tu oppones: quomodò adhibetur fides? Respon. hoc benè. nam licèt aliquid benè factum sit & teneat, nihilominùs tamen punitur quis, vt ff. de re milic. l. 3. § in bello. Præterea esto, quod tabellio nõ fuerit in dolo: fuit tamen in culpa lata, quæ dolus est, vt ff. depositi. l. quod Nerua & ff. si agri. sal. mensor falsum modum dix. l. 1. vnde sicut puniri deberet, quando fuit in dolo, ita & nunc debet puniri, cùm fuit in lata culpa. In hac quæstione quidem ita tractauerim, non sit nouum alicui, quia ita fuit à socijs meis in scholis proposita. Videtur mihi, quòd in instrumento raso vtrùm sit adhibẽda fides, sit distinguẽdum: aut fuit rasum per casum, vel de voluntate partium: aut fortè dolo vel malitia alterius. si per casum, nihilominùs valet, vt ff. de bon. pos. secund. tab. l. 1. § si. si autem de voluntate partium communi, valet ad probationem, si volo probare aliquid præteritum, non si volo probare aliquid futurũ, vt ff. de furtis. l. cui tabulas. & l. quidam tabularum. Si autem per dolũ vel per malitiam alterius, non adhibeo fidem, vt C. de edict. D. Adria. toll. l. vlti. Quòd ita sit distinguendum, dicit C. de testam. l. si vnus de septem. si autem in instrumento sit interlineatura, similiter non adhibeo fidẽ, per l. prędictam, vt C. de edic. D. Adria. toll. l. vlt. nisi sicut faciũt cauti tabelliones, qui in vltima parte instrumenti apponunt antequàm signent, suprà interlineatum est. vel casum est tale verbum. &c. Ad aliam partem quę itũis, vtrùm instrumentum quod facit tabellio ad petitionẽ partis vnius, an debeat adhiberi fides, cùm primũ fuit cassatum? Respondeo: aut primùm fuit cassatum de voluntate partiũ, & tunc isti instrumento nõ est fides adhibenda: quia obligatio semel extincta non potest re- 7
suscitari, vt ff. de solut. l. qui res. §. aream. nisi de voluntate vtriusque partis, vt C. de transact. l. si diuersa nisi sit actio talis, cuius primæ reliquiæ non remanserint: tunc etiam de voluntate communi non resuscitatur, vt ff. de pact. l. si vnus. §. pacta. Si autem fuit cassatum primum instrumentum mandato arbitri, tunc quia actio primitiua non tollitur nec ipso iure, nec iure exceptionis, posset dici, quòd debeat fides adhiberi: sed credo potiùs quòd non sit fides adhibenda. & vide rationem: quia aut cassauit postquam arbiter pręcepit, & tunc nõ potest venire, ex quo approbauit arbitrium, vt C. de arbit. l. nec in arbitris. aut fecit antè scribi instrumentum, quàm primùm cassaretur. & tunc quia non debet suus dolus sibi patrocinari, vt ff. de dol. l. non debet. ideò dico instrumentũ non debere admitti. In alia parte, qua quæritur, vtrùm sit tabellio puniendus, distinguo, aut fuit sciens, aut ignorans. in primo casu dico eum puniendum crimine stellionatus: quia cùm crimen commisit, & non habemus nomen, illo crimine tenebitur, vt ff. de crim. stellio. l. 3. in secundo casu eum à pœna excuso, per ea quæ in allegatione dicta sunt. Rofredus.

ARGVMENTVM.

An naturalis tantùm, cui à patre relictum est, si per certum tempus filio naturali & legitimo seruiret, possit habere relictum, etiam si non pareat conditioni: vel an habeat relictum & alimenta, si vult parere vel an possit alimenta petere, si renunciet relicto.

SVMMARIA.

1 *Actio ex testamento, vel hypothecaria pro legato petendo intentari potest.*
2 *Conditio, vt liber homo seruiat, alteri ad tempus apposita in legato, an remittenda sit & num. 7.*
3 *Concubinatus per legem nomen assumpsit.*
4 *Filius naturalis cui pater decẽ legauit, si filio legitimo seruiret, parendo conditioni, an præter legata alimenta petere posset. & num. 8.*
5 *Filius naturalis legitimo etiam existente alimenta petere potest.*
6 *Legatum relictum sub conditione antequàm peti possit, conditioni parendum esse generale est.*

QVAESTIO XXXXVIII.

RAdulphus pater decedens, duos reliquit filios ex vxore, & duos ex concubina, quam habuerat antequàm vxorem haberet. vnicam dico habuerat, & in domo, secundùm quòd iura volũt. fecit testamentum: filios legitimos hæredes instituit: filijs naturalibus reliquit legatum, pone 10. si filijs legitimis illi naturales vsque ad quadriennium seruirent. duo vertuntur in quæstione. primũ, an isti naturales possint petere legatum, etiã nolint cõditioni parere. Itẽ vtrũ possine

sint petere legatum, & conditioni parere, & petere a-
limenta: vel an possint alimenta petere, dummodò ve-
lint renunciare legato. Quòd possint petere legatum, &
non parere conditioni, probatur. Verùm quia legatum
cum certis actionibus petitur, ideò actioné proponât
personalem, scilicet ex testamento, vel etiam hypothe
cariam. rei vendicatio in hoc casu non competit, quia
nec certa res fuit legata, nec propria res testatoris.
Quod enim illæ actiones competant, dicit communia
de leg.1.& ff.de leg.2.l.cùm filius.§.varijs. sic ergò cùm
testamentum fuerit factum, & hæreditas sit ex testamé-
to adita de iure possum legatum petere, vt C.de fidei-
com.l.eam quam. nec teneor conditioni parere. nam &
hoc vide alias. Nam si testatrix conditionem apponat,
quod filia à marito diuertat, habebit hæreditatem, nec
tenetur conditioni parere, vt C.de instit.sub códi.fact.
l.reprehendenda. Item etiam remittitur conditio illa,
si dixerit pater, tutores filiorum fore analogistas, vt ff.
de admin.tut. l.quidam decedens. Item etiam remitti-
tur illa conditio vel modus à testatore appositus, quòd
reliquiæ suæ iactentur in mari, vt ff de condit.institu.l.
pen. Item & si relinquatur alicui legatum sub illa con-
ditione, si iurauerit se facturum vel daturum, habeat
legatum, illa conditio remittetur, vt ff.de condi.instit.
2 l.quæ sub conditione. Quòd autem liber homo seruiat
alteri, istud est contra bonos mores: ergò impossibile:
vnde remittendum, vt ff.de condi.instit.l.filius. Præte-
rea video, quòd filius legitimus & naturalis debeat
quartam habere liberam ab omni onere, vt C.de inoffi.
test.l.quoniã. & l.quæ nuper. ergò & filius naturalis,
cùm sit ex concubina natus, debet habere legatum sine
omni onere. † quia concubinatus per legem nomé as-
sumpsit, vt ff.de concubi.l.1.& 2. Vide quomodo illa có-
ditio sit contra bonos mores, scilicet quòd libera per-
sona teneatur seruire. nam etiam pro debito seruire li-
beros iura non compellunt, vt C.de act.& obli.l.ob æs
alienum. ergò multò minùs propter mandatum testa-
toris: cùm enim non sit parendum, sicut dictum est: nam
si teneretur seruire, ergò perinde esset dicere, sicut si
esset seruus. nam parum distat à seruo, cui nó datur li-
bera facultas recedendi, quò velit, vt ff.de lib.hom.ex-
hib l.2. Nam & si Titio centum sint relicta, vt à monu-
mento non recedat, habebit legatum, & conditio re-
mittitur: quia illa conditio ius libertatis infringit, vt
ff.de condi.& demonst.l.Titio.§.Titio centum. quia li-
bertas est, quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iu-
re prohibetur, vt Inst.de iur.personarum. Nam si lega-
tum relinquatur alicui mulieri ne nubat, legatum ha-
bet, omissa conditione, vt C.de indicta viduit. l.2. †
4 Item quòd possit legatum petere parendo conditioni,
5 & petere aliméta, probo. Certum est enim, † quòd filius
naturalis etiã existéte legitimo, potest petere aliméta,
vt in Auth.qui.mo.nat.effi.legit coll.6. & est posita C.
de natural.lib. Auth.licet. vnde quantum ad hoc, filius
creditor est. nã & arrogans, cui debetur quarta ex con
stitutione D. Pij, deducet illam, vt æs alienum, vt ff.de
inoffi.testa.l.Papinianus meminisse. si deducitur vt æs
alienum, ergò legatum relictum nó impedit petitioné
alimentorum, nisi relinquatur animo compésandi, vt
ff.de hær.insti.l.si non compésandi, vt C de iur.deli.l.
[illegible]us.§.si verò & ipse contra defunctũ. Vel esto quòd
possit legatum petere & etiam aliméta, patior fortè ex-
ceptioné in bonis tantùm, quantũ facit æstimatio rei le
gatæ. sicut in creditore. qui in suo credito pro ea parte,
pro qua instituitur, habet exceptioné, & non vltrà, vt
C.de bo.auct.iud.poss.l.si vxor. Nónne testator fauore
mei reliquit mihi legatum? certè sic. ergò cótra me re-
torqueri nó debet, vt C.de leg.& const.l.quod fauore.
retorqueretur aũt contra me, si legatum relictũ à testato-
re legis beneficium mihi auferret: & maximé cùm be-
neficijs iuuari, & non decipi nos oporteat, vt ff.cómo-
dati.l in commodato.§.sicut, in fin. Econtrà probatur,
quòd à legato repellatur, si nó vult conditioni parere.
Inprimis: nam ecce si legatum relinquatur sub ea con-
ditione, si filio aut illi nupsisses: non prius legatum ha-
bebis, quàm conditioni pareas, vt C.de inst.sub condi.
l.1. Istud enim generaliter verũ est, quòd quotiéscunq; 6
aliquid sibi sub conditione relinquatur, quòd primò
quis debeat códitioni parere, antequàm petat relictũ,
vt ff.de cond.& demon.l.qui hæredi.§.vlt. Adeò quidé
est verũ est hoc, quòd si de iure non possit impleri con-
ditio, saltẽ de facto impleatur, ad hoc vt relictũ possit
consequi, vt vides. nam si te hæredẽ instituo, si seruum
hæreditarium ita manumiseris: licèt de iure antè aditã
hæreditaté non possit manumitti, de facto tamé antè
debet manumittere, ad hoc vt impleat conditioné, vt
ff.de cond.inst.l.mulier.§.1. Itẽ si legaui fundũ Mænio,
si decem daret Callimacho: licèt Callimachus de iure
non possit capere, tamé de facto debet soluere Mæuius,
& conditioni parere, ad hoc vt legatum consequatur,
vt ff.de cond.& demonstr.l.Mæuius. Nam cùm ista con-
ditio sit apposita gratia hæredis, nó gratia legatarij, de-
bet omninò illi conditioni parere, vt ff.de cond.& de-
mon.l.Titio, in prin. ita etiam solet distinguere Pedius,
cuius gratia dies vel conditio apponatur, vtrùm hære-
dis, an legatarij. si hæredis, omninò est conditioni pa-
rédum, vt ff.de leg.2 l.si ita.§.Pegasius. Nam & si liber-
tas sit seruo relicta, si reddiderit rationes, non habebit
antè libertaté, quàm rationes reddat, vt ff.de condit.&
demon.l.cùm seruus. licèt libertas sit res fauorabilis,
ff.de reg.iur.l.libertas. & sic breuiter omnia ferè argu-
méta ex titul.de cond.& demon.& de condi.instit. hic
possent allegari. Item si libertas relinquatur sub cóndi-
tione, si libertas iuret se aliquid daturum, non remitti-
tur illa conditio, vt ff.de manum.test. l.si quis liberta-
tem. Idẽ etiam in municipibus, vt si eis relinquatur ita,
si iurent: iurare debét, nec remittitur illa conditio ad
hoc, vt habeant legatum, vt ff.de cond.& demon.l.mu-
nicipibus. † nec est ista códitio impossibilis, quasi cótra 7
libertaté sit. nã cùm certũ tépus sit incertum, sicut po-
situm fuit in themate, benè valet. cùm valeat etiam té-
poralis locatio operarum, vt C.loca.& cond.l.si ij. sed
perpetua fortè non. Item video, quòd si fiat pactum, ne
diuidatur vsq; ad certum tempus, quòd illud pactũ va-
leat. si auté fiat pactum ne diuidatur in perpetuũ, non
valet, vt ff.commu.diuid.l.in hoc iudicium.§.si conue-
niat. vndè cùm hic fuerit certum tempus appositum,
benè valet. Itẽ si pater in testaméto certum tépus appo
nat, quòd non habeat legatum filia vsq; tunc, post tale
tempus valet, vt C.quan.dies leg.co.l.ex his. Item & si
dicat testator: relinquo vobis aliméta, donec cũ Clau-
dio moram facietis, valet tale relictũ: & ita habebunt,
si morari volunt, aliâs non, vt C.de lega.l.1. Quòd auté
non possit vtrunq; petere, scilicet legatum & aliméta,
probo. † Certum est, quòd patre ab intestato decedéte, 8
filius naturalis petere potest à legitimo & naturali a-
liméta, vt dicit Auth. posita. C.de natural.lib. Auth.li-
cet. at patre moriente ex testamento, si sibi reliquit le-
gatum, videtur quòd alimenta sibi præstari noluerit,
argum.ff.de iudi.l.cùm prætor. Item alia ratio fortior
potest allegari, scilicet quòd aliméta non sint præstan
da: ideò quia lex dicit, filium naturalé à paréte posse a-
limẽta petere, vt in prædicta Auth. nunquid ergò à fra-
tre? certè non. Et induco simile: patris officium est do-
tare filiam, vt C.de dot.promiss.l.vlt. nunquid ergò fra
ter dotabit illam? certè non, vt ff.de administ.tut.l.cùm
plures.§.cùm tutor. Item omnia iura possunt adduci,
quæ tu tetigisti pro parte tua. Nã video, si creditor de-
bitori succedat, quòd pro ea parte qua succedit, tolla-
tur petitio debiti, vt C.de bon.auth.iudic.possid. l.si v-
xor. In hac quæstione sine præiudicio melioris senté-
tiæ, videtur mihi, quòd naturalis filius si vult parere
conditioni, quòd habeat legatum: aliâs auté eum à le-
gati petitione repello. fuit enim conditio non repro-
banda: ergò debet parere, antequàm legatum petat, vt
ff.de cond.& demon.l.qui hæredi.§.vlt. Quòd enim di-
xit testator, si seruiret, non intellexit de seruitute: quia
esset impossibile, quòd liber homo fiat seruus, nisi per
captiuitatem, vel pretij participationem, vt Inst.de iu-
re person. sed si talis fuit intentio testatoris: dico natu-
ralem filium à legati petitione repellendum: ideò quia
conditio impossibilis apposita in persona eius cui re-
lin-

linquitur, vitiat legatum, vt Institut. de leg. §. vltim. si autem vult conditioni parere, & habere legatum, aliunde ea petere non potest, per ea, quæ in allegationibus dicta sunt. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Si creditor qui rem accepit pignori, eandem secundò pignorauit eo pacto, quòd secundus posset vti pignore, & res apud secundum perierat, an possit debitor primus eligere, contra quem eorum agat, & qua actione.

SVMMARIA.

1 *Domino pro pignore deteriorato aut mortuo, quæ actiones competant: & si pignus à creditore subpignoratum sit, an contra vtrumque creditorem agere possit. & num. 8. 9. & 10.*

2 *Dolus pro possessione habetur.*

3 *Domino qui debitum soluit pro pignore repetendo, pignoratitia datur.*

4 *Creditor de leui culpa tenetur, & sic de damno pignori dato*

5 *Pignus quod deterius redditur, redditum non videtur. Res reddita non videtur, quæ deterior redditur.*

6 *Creditor qui pignore vtitur furti tenetur.*

7 *Fures & raptores semper sunt in mora, & de casu tenentur.*

9 *Aquiliana cui competat.*

11 *Creditor debitoris negotium tanquàm suum gerere tenetur.*

QVAESTIO XXXXIX.

Obligauit Titius equũ suum pignori Sempronio creditori pro 20. qui Sempronius equũ sibi pignori obligatum obligauit Seio pro 50. & pactũ fecit cum Seio, quòd liceret Seio vti equo illo: quia forte denarios alias mutuo ab eo habere non poterat: equus iste est deterioratus, vel mortuus propter vsum ipsius. quæritur an possit agere Titius dominus equi contra primum vel secundum creditorem, & quo iure. Quòd possit agere contrà primum, probatur, & contra secundum: & quòd multæ actiones competant, probo.
1 †Et in primis, si est dominus illius equi ille Titius propter deteriorationem vel mortem posset agere lege Aquilia. nam lex Aquilia dominum appellat, vt ff. ad legem Aquil. l. item Mela §. legis autem. Quòd autẽ specialiter competat actio legis Aquiliæ pro pignore deteriorato vel mortuo, dicit ff. ad leg. Aquil. l. quemadmodum. §. magistratus. & hæc actio posset intentari, & cõtra primũ & cõtra secundũ creditorem. Itẽ habet locũ actio, scilicet pignoratitia, in qua habetur ratio damni dati, vt ff. de act. pig. l. vlt. §. fi. & ff. ad leg. Aquil. l. cedersis. posset etiam habere locum rei vendicatio vel publiciana, in qua habetur etiam mentio damni dati, vt ff. de rei vend. l. non solùm. cum l. seq. sic etiam competit publiciana: quia omnia illa quæ dicũtur in rei vendicatione, dicuntur & in publiciana: nisi inueniantur dissimilia, vt ff. de public. l. cum qui à furioso. §. publiciana. Sed pignoratitia locum habet contra primũ creditorẽ, vt Inst. quib. mo. re. cõtrah. obl. § creditor. aliæ duæ actiones locũ habere possũt contra primũ, & contra secũdum: si res data pignori superestet & deterior, vel forte dolo desijsset primus vel secundus possidere:
2 quia †pro possessione habetur, vt ff. de rei ven. l. sin autem. & de noxal. actio. l. electio § item. & de peti. hær. l. sed & si lege. §. si ante litẽ. & §. sequenti. aliàs si sine dolo res sit illa perempta: contra secundum nullã habet actionem, sed contra primum sic: pignoratitiam, sicut puto. Quòd autem possit agi contra primum, probo.
3 † nam certum est, quòd si soluo pecuniam, quòd mihi detur pignoratitia pro pignore repetendo. vt ff. de act. pig. l. si rem alienam. § omnis. vel esto quòd non soluerim, sed sim paratus soluere, videor pignus liberasse, vt ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. l. item liberatur. §. qui paratus. fuisti enim in culpa, qui pignus quod sine pacto habebas, vtẽdo illo pignore alij cõcessisti apponendo pactũ. Et hoc vide ex descriptiõe ipsius culpæ, culpa est, quòd à sapiente potuit præuideri, & non est præuisum, vt ff. ad leg. Aquil. l. si putator. Certum est autẽ,
quòd † creditor teneatur etiam de leui culpa, vt arg. ff. 4
commoda. l. si vt certo §. 1. vnde negari nõ põt, quin fuerit in culpa, si pactum fecit, vel apposuit, quòd creditor vteretur. de his enim quæ gerit creditor sine dolo vel culpa, de illis non tenetur, vt ff. de act. pign. l. si pignore. §. vlti. Item accusatur creditor, si non potest culpa creditori imputari. at si aliqua potest imputari, vt hic, tunc tenetur creditor de damno posteà contingenti. C. de act. pig. l. si nulla. Item esto, quòd res sit perempta & casu fortuito, tamen ex quo culpa tua præcessit casum. teneris de casu illo, vt arg. ff. commodati. l. si vt
certo §. quod verò. Item † si res extet, & deterior: & tu 5
vis ita deteriorem reddere, non liberaris. quia non videtur res reddita, quæ deterior redditur, vt ff. depositi. l. 1. §. si res deposita. & si aliquid desit circa rem, adhuc etiam res illa potest peti, vt ff. de solut. l. etiam. Itẽ posses probari, quòd creditor iste posset conueniri furti.
†Creditor enim qui pignore vtitur, furti tenetur, vt ff. 6
de furtis. l. qui pignore. ille enim videtur vti, ex quo per alium vsus est, & alij concessit potestatem vtendi. nam gerere videtur, qui per alium gerit, vt ff de administ. tut. l. ita autem. §. gessisse. vnde si res est perempta,
periculum peremptionis & deteriorationis ad te spe- 7
ctat: quia fures & raptores semper sunt in mora, & tenentur de casu, vt ff. de cõd. furti. l in re furtiua. & arg. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. rectissimè. & §. denique & C. quod
met. caus. l. 1. † Contra secundum etiam creditorem a- 8
gere potest debitor. nam debitor offerendo quod primo creditori debebat, soluit ius pignoris, vt C. si pign. pig datam sue. l. vlt. ergò si rem inuenit deteriorem, agere potest contra illum, sicut dictum est. Item si res est perempta, similiter agit contra ipsum, si res perijt sua culpa. Item esto, quòd possit pignus dari pignori, & aliter denarios habere non posset, nisi pactum illud apposuisset. non tamen licuit sibi pactũ apponere in præiudicium meum. nam ita demùm quis vti debet re sua, vt nõ officiat alieno, vt arg. ff. de dam. infect. l. fluminũ. § vlt. ff. de aq. plu. arc. l. .§. idem ait. & §. de eo opere. Itẽ video, quòd factũ hæredis circa iudicia non noceat legatarijs, quominùs debeatur legatum, vt ff. de leg. 1 l si seruus plurium. §. 1. Item cùm tu non haberes potestatẽ vtendi, quare creditori alij faciebas: nec enim potuisti. & sic fuisti in culpa, cùm nemo possit plus iuris in alium transferre, quàm ipse habeat, arg. ff. de acqu. rer. domin. l traditio. & l. non est nouum. Econtrà videtur, quòd non teneatur nec primus, nec secundus, & quòd actiones nullæ competant. Lex enim Aquilia non habet locum contra primum, quia ipse damnum non de-
dit, nec sua culpa interuenit. vnde si cessat culpa, cessat 9
Aquilia. † quia tunc competit quotiens fit damnũ culpa facientis, vt Instit. ad leg. Aquil. §. 1. Item cessat pignoratitia, ex quo nulla creditori culpa potest imputari, vt C. de act. pig. l. si nulla. Item rei vẽdicatio, vel publiciana non habet locum: quia cùm rem nõ possideat, nec dolo fecit quominùs possideret. ergò non datur, vt ff. de rei vendic. l. sin autem. Quòd autem non fuerit in culpa primus creditor, probo. Certum est, quòd creditor pignus quod habet, pignori dare potest. & legitime, vt C. si pign. pig. dat. sit. per totum: vnde quòd legitimè fit, pœnam non meretur, vt C. de adulte. l. Gracchus. & ff. concubin. l. 1. si enim fecit pactum creditori secundo, quòd pignore vteretur, nõ fuit in culpa proptereà: cùm aliàs pecuniam habere nõ posset: sicut nec fuit aliàs in culpa creditor, qui pignus vendẽdo duplã promisit, cùm aliàs pignus æquè commodè non posset vendere, vt ff. de pig act. l. si pignore. §. vlti. Prætereà tu fuisti in culpa quare non recolligebas: vnde si damnũ est in pignore, tibi imputa: quia damnũ quod quis, &c.
vt ff. de reg iur. l. damnum. † Item contra secundum nõ 10
potest agere: quia scriptum est, contractus ex conuentione legem accipiunt, vt ff. deposit. l. 1. §. si cõuenerit.

 & ff.

& ff. de verbo. oblig. l. in conuentionalibus. vu lē cùm iste fuerit vsus ex pacto, nulla sibi culpa poterit imputari: cùm ita excusetur vtendo, ex quo pactum apponitur, sicut & legis mandato vteretur: cum lex & pactum contrahētium sint paria, vt C. de reb. alien. non alien. l. vlti. & sic videtur, quòd non teneatur de deterioratione. Item nec de morte, si mortuus fuerit equus pignori datus: quia cùm tenebar in specie, interim speciei liberabor, vt ff. verb. obli. l. si ea legati causa. & ff. ad leg. Falcid. l. in ratione. Nam & aliàs possessor malæ fidei propter naturalem rei interitum liberatur, vt ff. de rei vend. l. item si verberatum. §. fin. Hoc etiam idē in petitione hæreditatis, in qua possessor factum præstare non cogitur, vt ff. de peti. hær. l. illud. cùm enim mors sit casus fortuitus, vt ff. commodati. l. in rebus. ergò à creditore illo non præstatur, vt C. de pignora. act. l. quæ fortuitis. cùm enim sit casus fortuitus, & præuideri non possit humanæ sortis iudicio, vt ff. de admin. rer. ad ciuit. perti. l. 2. §. si eo tempore. ergò à creditore non præstatur: nam licèt ita pereant pignora: nihilominus creditor poterit petere debitum, vt C. de pigno. act. l. pignus. nec enim primus creditor est in culpa faciēdo pactum, quòd ille secundus creditor pignore vteretur: cū alias denarios habere non posset. vnde licitum fuit illud pactum apponere, vt damnum possit euitare: sicut & vicini domū possum destruere, ad hoc vt possim incendium coercere, vt ff. ad leg. Aqui. l. si quis fumo. §. 1. & ff. quod vi aut clam. l. si alius. §. est autem. Idem & in naue vicini, si nullo alio modo potui euitare periculū, nisi recisis funibus, excusor ab illo dāno, vt ff. ad leg. Aquil. l. quemadm. §. item Labeo. Præterea non fui ego nec in dolo, nec in culpa, cùm mihi prospicere volui, sicut nec ille videtur fraudare edictum, qui sibi voluit prospicere, argu. ff. de leg. 2. l. cùm pater. §. Titio. In hac quæst. sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi posse distingui. Potuit habere denarios primus creditor: aut non. in primo casu fuit in culpa: vnde tenetur de damno in secondo excusatur, arg. ff. de pig. actis. l. si pignore subrepto. §. vlt. Veriùs tamen puto eum teneri, cùm ipse deprehendatur in culpa saltem leui. †
11 Debet enim creditor negotium debitoris tanquàm suū agere, vt ff. de solu. l. 1. vnde ipsum dico & lege Aquilia & actione pignoratitia conueniri posse, vt ff. ad leg. Aquil. l. sed & si is. Idē dico, & si mortuus fuit equus propter vsum secundi creditoris, quòd possim agere cōtra primum: cùm ipse videatur occidisse, ex quo dedit causam dāni, vt ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit. §. in hac. Posset etiam agi & rei vendicatione & publiciana contra primum creditorē, si res extet & deterior est: & etiam contra secundū. si autem sit mortuus, tunc ipse rei vendicationem non haberet, sed Aquilianam vel pignoratitiam: & etiā furti, nisi diceret primus creditor, quòd putaret dominum permissurum, vt ff. de furt. l. inter omnes. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Si dominus liberet filium sui adscriptitij, & ei donet quęcunq; bona eius pater ab ipso domino tenet, an valeat: & an illa bona sint liberata statim, vel post adscriptitij mortem.

SVMMARIA.

1 *Pactum factum inter dominum & filium adscriptitij valet & tenet. & num seq.*
2 *Adscriptitius an bono liber sit. & num. 5.*
3 *Adscriptitium cum sua terra dominus à sua potestate liberare potest.*
4 *Filius qui est in potestate quod acquirit, patri quoad vsumfructum tantum acquirit.*
6 *Libertas quid.*
7 *Adscriptitius sine dolo, nec solum sine adscriptitio alienari potest.*

QVAESTIO. L.

PEtrus habebat adscriptitium, & filios ipsius; vnū de filijs adscriptitij liberauit ab omni adscriptitia cōditione, & sibi donauit omnia illa, quæ pater eius ab eo habebat, & ille filius erat in potestate illius adscriptitij: nunc quæritur, vtrùm illa liberatio tenuit. & an bona illius adscriptitij sint liberata quantum ad dominum viuente adscriptitio, vel post mortē. Quod autem sit ille filius adscriptitij liberatus, & quòd bona sint liberata, probo. Nam † certum est, quòd pactum factum inter dominum & filium illius adscriptitij teneat. nam aut dices adscriptitium esse seruum aut liberum: si est seruus, & pactum fecit secum dominus de libertate præstanda, valet, vt C. de libe. cau. l. cùm affirmes. vbi dicitur: hortabitur præses dominum, subaudi & arctabit, arg. ff. de iudic. l. vix certis. Vel est, quòd solùm pactum non prodesset, tamē ex quo processum est ad libertatis dationē, non poterit dominus venire contra. nam nec minor contra libertatem iam competentē poterit restitui, vt C. si aduers. lib. l. 1. & 2. & ff. de mino. l. verum. §. 1. in fin. Et hoc verum est, si dicimus adscriptitium esse seruum. Si autem est liber, valet pactum factum cum libero. Quòd † autē adscriptitius sit liber, 2
probo. Certum est, quod possit fieri clericus, quod in seruo non est, vt C. de Episc. & cler. l. quisquis. & l. iubemus. & Auth. adscriptitios. & Auth. si seruus. & in Corpore de sanctiss. Episc. §. adscriptitios, colla. 9. Item adscriptitius habet successores, vt C. de Episc. & cler. l. si quis presbyter. quod in seruo cōtrà: quia seruus successores habere non potest, vt C. communia, de successionibus. l. 1. Item ascriptitius dicitur habere bona, vt in l. prædict. si quis presbyter. ergò non est seruus: quia seruus testari non potest, vt ff. de testa. l. qui testamēto. §. seruus. Si ergò est liber, vt probatum est: ergo pactum factū cum eo valet: maximè cùm per pactū quis iuri de futuro, & competēti possit renunciare, vt C. de temporib. appel. l. vlt. in fi. & ff. à quibus appel. non lic. l. 1. & C. de pact. l. fin. Item esto, quòd sit dubium verùm adscriptitius sit seruus, vel liber: quia Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est: tamē tenet pactum seu remissio vel transactio, si interponatur: cum etiam super causa status possit transactio fieri, vt C. de transac. l. vlti. Nec obstat quod dicis, quòd adscriptitij parum vel nihil a seruis differant, vt C. de agri. & cens. l. [illegible] l. ne diutius. Respondeo, verum est in duobus: quia est in potestate domini sui: & quia potest adscriptitiū cum terra à suo liberare dominio, vt dicit l. illa ne diutius. & sic non per omnia serui, secundū ea quæ dicta sunt. Præterea esto, quòd de iure non valuerit pacto vel liberatio: tu tamen contrà venire non potes: quia nemo contra factum suum venit, etiam si de iure non teneat, vt ff. de serui. rust. præd. l. per fundum. & ff. commu. de serui. l. venditori. nec pater poterit dicere, quòd nō sit rectè facta emancipatio cùm ipse, ater filium emancipauit, vt ff. de adopt. l. post mortem. nam si me liberasti a tua potestate, etiā si specialiter non dedisses mihi peculium, ex quo non retinuisti, videris concessisse, vt C. de pecul. eius qui lib. me. l. vnic. maximè cum iam mihi cōcesseris, quòd potoisti facere: quia † potest dominus 3
adscriptitiū cum terra a sua potestate dimittere, vt C. de agric. & cens. l. ne diutius. vnde mihi filio quæritur saltem post mortē patris. Nam si aliquid legetur filio, quod post mortē patris filio posset quæri, post mortem filio quæritur, vt ff. ad Treb. l. Imperator. imò etiam patri acquiritur. Modò sic volo dicere. nam cùm ego sum filius, & in potestate, si † acquiro, sibi acquiro saltem 4
quoad vsumfructum, vt Inst. per quas person. nob. acq. & C. de bo. quæ lib. l. cùm oportet. cùm illud ius habeat adscriptitius in filijs, quod habet alius liber in filijs suis: per ea quæ dicta sunt. Vel esto, quòd nō possit patri acquiri iure directo, acquiritur tamen sibi per filiū: habet enim quis aliquando ex persona alterius, quod ex sua persona non habet, vt ff. quæ res pign. oblig. non poss. l. Aristo. Et si legetur liberatio capaci, & non capaci relinqui videtur: quia forte duo erant cnnrei, vt ff. de lib. leg. l. 3. §. nunc, in fi. item & si quod ago, nō valet vt ago, valet tamen vt aliàs valere potest, vt ff. de transact. l. & post. & ff. de condi. indeb. l. eleganter. Præterea esto, quòd nō potuisset quæri nec filio, nec illi patri adscri-

ſcrlpeitio,tamen dominus qui remiſit,repellitur. ſicut
video in vxore,cui maritus,ſi vult poſſeſſionem dona-
re,& ſi illi non quæratur,tamen maritus amittit, vt ff.
de acquir.poſſeſſ.l.1.§.ſi vir vxori. Prætereà cùm de li-
bertate contendam, & iura multum faueant libertati-
bus,vt C.de bon.libe.l.vlti.& ff.de alien.iudi.mut.cau.
fact.l.qoia. quia libertas res fauorabilis eſt,vt ff.de re-
gu.iur.l.libertas.pro nobis ferenda eſt ſententia.Econ
trà videtur,quòd dominus poſſit agere cōtra eum,que
voluit liberare,non obſtante illo pacto.& poteſt etiam
5 omnia bona ſicut primò,in ſuo dominio retinere.Ipri
mis, quòd illud pactum non valuit, ideò quia † adſcri-
ptitius eſt ſeruus: quia dicit lex,quòd nihil penè à ſer-
uis differat, vt C.de agri.& cenſ.l.ne diutiùs. Item non
poteſt adſcriptitius ire aliò, quin dominus eum reuo-
cet,vt C.de agri.& cenſ.l.ſi coloni. Itē non poteſt à ter-
ra diſcedere,vt C.de agri.& cenſ.l.pen. cenſetur enim
res immobilis,vt ff.de diuer.& temp.præſcrip.l.longè.
ſi ergò non poteſt pro ſua volontate recedere, conſtat
ergo,quòd ſit ſeruus: quia nihil vel parum diſtat a ſer-
uo,cui non datur libera facultas recedendi quò velit,
vt ff.de lib.hom.exhib.l.2.Et hoc etiam probo ſecundū
6 diffinitionem libertatis. & † quia libertas eſt naturalis
facultas eius faciendi quod cuique libet, vt Inſt.de iure
perſon., Nec obſtat,quòd poteſt fieri clericus: quia il-
lud caſuale eſt propter priuilegiū clericorum: ſi ergo
ſeruus, ergo pactum factum cum domino ſuo nullum
eſt: vt C. de tranſact. l. interpoſitas. Item alia ratione
non valet pactum. In certis enim caſibus inuenimus,
quòd poteſt agere ſeruus contra dominum, vt ff.de iu-
dic.l.vix certis.& C.de queſt.l.1.quorū caſuum hic non
eſt:quia nec etiam pro libertate agere poteſt,niſi quòd
prætes hortetur dominum, vt C.de lib.cauſ. l.cùm af-
firmes. Item eſto quòd valeret pactum quantū ad per-
ſonam ipſius adſcriptitij,tamen quantum ad bona non
valet. nam cùm iſte adſcriptitius ſit in poteſtate ſui pa
tris.ergo ſibi acquirit, vt Inſt.de his qui ſui vel alie.iu.
ſunt. ſi ergò quæritur illi, & mihi quæritur. nā cùm ad-
ſcriptitius meus ſit,& omnia ſua mea ſunt.C.libr.11.in
quib.cau.coloni cen.l.2. ſi ergò ſunt mea, ergò pactum
non valet,quia iam eſſet idem creditor,& debitor,quę
duo non caduor in eandem perſonam,vt arg.ff.de fide-
iuſſ.l.Vranios.& l.hæres.§.ſeruo.Itē venio etiā contra
factum meum,quod de iure non tenet,ſicut in œconο-
mo,vt C.de ſacroſan.eccle.l.iubemus.Item & pater re-
uocat venditionē filij,quam fecerat,vt C.de lib.cauſ.l.
2.Itē & iudex ſententiam ſuam malè latam reuocat,vt
C.de accuſ. l.ſi accuſatoribus. ex quo enim tu non es
capax ſtipulationis,tibi nō potuit quæri.nam nec ſtipu
latio dotis pupillo quæritur,cùm ſtipulationis non ſit
capax. Item nō potuiſſe liberare,ſicut volui : nec ſicut
volui potui,vt C.ſi quis alt.vel ſibi.l.multum.Itē quod
egi,non valuit eo modo quo volui:nec valebit,vt aliàs
de iure valere poteſt, vt C.de codicil.l.vlt & ff.de con
ſtit.pecu.l.1.Præterea adſcriptitius cum ſolo eſt quod-
7 dam indiuiduū: quia nec † adſcriptitius ſine ſolo, nec
ſolum ſine adſcriptitio poteſt alienari, vt C.de agri.&
cenſ.lib.11. l.cùm ſatis.& l.pen. vnde quia volui iſtum
filium adſcriptitij liberare ſine ſolo,cui ſolo pater ſuus
erat adſcriptus,non valuit liberatio illa,cùm ſit indiui
dua: vnde non ſeparanda. Nam & ſi quis cùm deberet
habere viam iure ſeruitutis,accepto tulit actū vel iter,
nulla eſt acceptilatio,licèt illa ſub viæ ſeruitute conti-
neatur, vt ff. de acceptil.l.& per iuſiurandum.§.1.In hac
quæſtione ſine præiudicio melioris ſententię videtur,
quòd liberatio de iure valuit, & filius adſcriptitius ſit
liber.poteſt enim dominus ſeruum manumittere inter
viuos,vel in teſtamento, vt Inſt.qui manumit.poſſ.ergò
multò magis à colonaria conditione liberare. Nec ob-
ſtat quod dicis,quòd pactum non valeat inter dominū
& ſeruū.Reſpond. & dico,adſcriptitium eſſe liberum,
ſicut primò allegatum eſt, vel eſto,quòd eſſet ſeruus,ta
men ex quo præſtita eſt libertas,non reuocatur : ſemel
enim cauſa approbata circa libertatem conceſſa , non
reuocatur, vt Inſti.qui manu.poſſ.vel non.& ſic quan-
tum ad pactū libertatis non eſt quæſtio: quia reuocari
nō poteſt. De illo quod quæritur,ſcilicet, de poſſeſſio-
nibus, verùm ſcilicet liberatæ videantur, & cui acqui-
rantur: videtur mihi,quòd bona illa ſint liberata : ma-
ximè quia hoc dominus voluit,cuius voluntas eſt mul-
tum attēdenda. nam nihil adeò tam naturale eſt, quam
voluntatem domini volentis rem ſuam in alium tranſ-
ferri, ratam haberi, vt Inſtitut.de rerum diuiſio. §.per
traditionem. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Si petitio fuit alternatiua,& poſt litem conteſtatam ſuper vno tantum proceſſum eſt, ſuper quo iudex pronunciare debeat.

SVMMARIA.

1 *Petitio licèt alternatiua fuerit, & ſuper vno proceſſum ſit ſuper illo ſuper quo proceſſum eſt, iudicandum eſt.*

2 *In alternatiuis qui ſuper vno tantum proceſſit, in altero renunciare videtur.*

3 *Creditor qui quemlibet creditorem pro ſe ſoluentem admiſit, pactum feciſſe videtur, ne alter pro altero conueniatur.*

4 *Iudex de his quæ cognouit, iudicare tenetur.*

5 *In alternatiua licèt duo ſint in obligatione, vnum tamen eſt in ſolutione.*

6 *Iudex de cauſa cognoſcere dicitur, ſtatim atque lis corā eo conteſtata eſt.*

7 *Conditio eorum qui litem conteſtantur, & in cauſa procedunt, deterior fieri non ſolet, quàm qui non conteſtentur.*

8 *Actio primitiua non videtur tolli, ſi lis fruſtratoriè conteſtata ſit.*

9 *Prætor variantem non repellit, nec conſilium mutantem aſpernatur.*

10 *Lis mota poſtquàm renunciaſti, litem ſemel omiſſam inſtaurare non potes.*

QVAESTIO LI.

Ægidius quidam Piſanus petijt à Sempronio to.
aut 20.nomine pœnæ : fortè quia continebatur
in inſtrumento, quòd illa 10. deberent ſolui
hinc ad diem talē ſub pœna dupli : nec fuit actū, quòd
vtrunq; deberetur:& lis fuit cōteſtata ſuper illo libel-
lo,ita alternatiuè concepto , & iuratum de calumnia,
in proceſſu cauſæ proceſſit Aegidius ſuper 10.tantùm :
eſt modò in quæſtione , in quo iudex debeat condēna-
re,vtrùm in 10.20 10 20. Quòd debeat condēnare in 20.
tantùm, vel in 10.tantùm. Sed quòd in 10. quia hoc ve-
riùs credo,probo. Certum eſt enim,quòd alternatiuè
non debeat iudex ferre ſententiam,ſed tantùm in alte-
ro. ſicut video in actione noxali, vbi tantùm in 10. eſt fa
cienda condemnatio, vt ff.de re iudic.l.miles.§.decem.
Item iudex debet curare,quòd certam ferat ſententiā,
vt Inſt.de act.§.curare. licèt † .n. ab Initio vtrumq; pe- 1
teretur, tamen ſi ſuper vno fuiſſet tantùm proceſſum,
ſuper eo debet ferri ſententia. ſicut in compromiſſo,v-
bi licèt de pluribus compromittatur,tamen ſi ſuper a-
liquo ſpeciali articulo procedatur , de eo debet arbi-
ter pronunciare, vt ff.de arbitr.l.ſi cùm dies.§.plenum.
Item licèt actio tutelæ quæ generalis eſt, vt ff.pro ſoci.
l.pro ſocio. arbiter ab initio proponatur , & videatur
omnis comprehendere,tamen ſi de ſpeciali ſuit actum
capitulo,ſuper eo eſt ferenda ſententia,& non in alio,
vt C.de iudi.l.licèt. † Item ex quo in iudicio proceſſit 2
in decem tantùm, videtur in alijs decē renunciare,per
arg.ff.de iudi.l.cùm prætor. & C.de procur.l.maritus.
Item per ea quæ geruntur extrinſecus,præſumitur quid
homo gerat in mente, vt arg.C.de teſtam.l.non codicil
lum & argum.ff,de acquir.hæred.l.pro hærede. Ex quo
enim proceſſiſti in iudicio in decē tantùm,de illis tan-
tùm debet iudex pronunciare: videris enim feciſſe pa-
ctum tacitum, ne illa viginti petas. † Sicut creditor qui 3
admiſit quemlibet debitorem pro ſua perſona ſoluen-

tem videtur fecisse pactum, ne quis vlteriùs petat, vt
C.de pact.l.si creditores. & optimum est argu. C.de v-
4 sur.l.quamuis abasia. & † de qua re cognoscit iudex, de
ea pronunciare debet, vt ff.de iudic.l.de qua re. sed de
decem tantùm videtur cognouisse, ex quo super illis
fuit in causa processum. Nam si plura beneficia mihi
competunt, & tantùm vnũ prosequar, videor alijs re-
nũciare, vt arg.ff.de minor.l.si filius.& arg.ff. de serui.
vrb præd.l.si domus. Item iudex secũdùm allegata de-
bet iudicare, vt arg.C.de rei vendic.l.vlt.& C.de edic.
D.Adria.toll.l.vlti.ergò sequitur, quòd tantùm debeat
condemnare: cùm super illis fuerit allegatum: de v-
troq; enim non potest iudex pronũciare: & quia nõ fuit
actum, quòd vtrunq; deberetur, & sic alterũ tãtùm de-
betur, vt ff.de doli except. & l.apud Celsum. §.Labeo.
& ff.de pact.l.rescriptum.§.si pacto.& C.de transact.l.
cùm proponas.& ff.de transact.l.si fidem. Et esto, quòd
vtrunq; fuisset debitũ, non fuit vtrunq; petitũ, sed alte-
rum tantùm sub alternatione: vnde in altero est ferẽ-
da sententia. Nam esto, quòd vtrunq; tibi deberetur, &
tua esset electio à principio petẽdi vtrunq; vel alterũ,
tamen hanc potestatem & electionem mihi concessam
non reuocabis. sicut vides in creditore, cui libera pote-
stas est conueniendi quem velit: tamen ex quo à princi
pio alterũ tantùm conuenit: circa aliũ sibi conuenien-
di facultas admittitur, vt C.de fideiuss.l.liberũ.nec po-
tes mutare consiliũ in meam iniuriam vel damnũ.ff.de
reg.iu.l.nemo potest. Item non licet alicui respõsi pœ-
nitere, in quo est captio Actoris vel alterius, vt ff.de
interrog act.l.de ætate.§.si. Vel esto, quòd tua fuit ele-
ctio ab initio, tamen ex quo illam in libello mihi con-
cessisti, erit mea electio: sicut in debitore, cuius erat e-
lectio ab initio antequàm soluat, tamen post solutionẽ
erit electio creditoris, vt ff.de solut.l.1.& 2. Item quid
prodesset, si alternatiuè ferret sententiã, semper in de-
cem videret condemnatus: nam qui damnatur de vi,
semper de vi minori priuata videtur damnatus, vt ff.de
pœn.l.si præses. Et qui mittitur ab exercitu, semper vi-
detur ex illa missione missus, quæ nõ habet infamiam,
vt ff.de his qui not.infam.l.2.in prin.& §.ignominiosa.
& arg.ff de suspect.tutor.l hæc enim. maximè cùm sint
Reus coi iura fauent, vt ff.de act.& obliga.l.Arrianus.
E contrà videtur, quòd debeat in 20.condẽnari, vel sub
alternatiõe, sicut petitio facta est. Certũ est enim, quòd
5 vtrunq; debetur, licèt vtrunq; peti non posset: † quia
qui tenetur ad duo, vtrunq; est in obligatione, alterum
ex solutione, vt arg.ff de verb.oblig.l.vbi aũt non ap-
paret.§ qui illud aut illud.& l.si duo rei.in fine. ego ab
initio petij 10.vel 20. vnde ita debuit iudex dare senten-
tiam: secundùm enim quod formatur petitio, ita de-
bet formari sententia, vt Insti.de act.§.sic itaque.& C.
de senten.quæ sine cert quant.profer.l.vlt.Item de qua
re cognouit iudex, de ea pronunciare debet, vt ff.de iu-
6 di.l.de qua re. † Et dicitur de causa cognoscere, post-
quàm lis est contestata coram eo, vt C.de lit.contest.l.
vnic.& C.de iudi.l.rem non nouam.& in Auth.de liti-
gio.colla.8. §.omnem verò. lis enim fuit contestata al-
ternatiuè, sicut & fuit facta petitio: scilicet vt darẽ 10.
vel 20. ergò ita est ferenda sentẽtia. Sicut video in acti-
one noxali, vbi iudex debet dare sententiam: vel solue
damnum, vel des seruum noxæ, vt Insti.de offic.iudic.
in prin. licèt enim fuerit in causa processum in decem,
7 non tamen videor iuri meo renunciasse: † quia non so-
let conditio eorum deterior fieri, qui litem contestao-
tur, & in causã procedunt, quàm qui non contestantur,
vt ff.de reg.iur.l.non solet.& l.sequen. maximè cùm in
iudicio videar omne ius meum deduxisse, vt C.de an-
nal.excep l.si quis ex multis. & vigilantibus iura sunt
prodita, vt ff.de his quæ in frau.cred.l.pupillus. & ius
meum durare credam, vt ff.quib.modis pign.vel hypo-
thec.solu.l.sicut.§.nõ videtur. licèt enim in causa pro-
8 cesserim, scilicet in 20.quæ petita sunt. † nam non vide-
tur quòd primitiua tollatur actio, si frustratoriè sit lis
contestata, vel instituta cum procuratore, vt ff.de con-
dict.indebi.l.cùm indebitum.§.creditor. Nec videtur
mihi eligendi ablata facultas, quæ mihi ab initio com-
petit, licèt vnum de seruis optauerim, vt ff.de optio.le-
gi.l.1. Et si patronus credidit benè adiuisse: quia ex de-
testione se credidit institutum: non obstat aditio, sed re-
currere potest ad suum auxilium, & petere maiorem
portionem, vt ff.de bon.lib.l.si verò, in princip. Ad idẽ
facit ff.de inoffi.testam.l.mater decedens, circa fi. imò
plus, quòd si duxissem in causę processu expressim tan-
tùm 10.nihilominùs tamen possum petere 20. quæ mihi
debebantur. Nam ecce debebas mihi Stichum aut Pam
philum, quem volam: licèt vnum volui, si volo pœni-
tere possum: alterum demùm petam, vt ff.de verb.ob-
lig l.si quis stipulatus sit. Et filius qui aliquando dixit
se nolle matris hæreditatẽ adire: auditur si volet eam
adire, vt ff.ad Tertuls. l.filij.§.1.maximè † quia prætor 9
variantem non repellit, & consilium mutantem nõ a-
spernatur, vt ff.de coll.bon.l.nonnũquàm. Prætereà vi-
de rationem apertam, quòd ad minùs in 20 debeat con
demnare: si debeantur mihi 10.& sub pœna 20.debeat
condemnare: si debeatur mihi 10.& sub pœna 20. licèt
non esset actum, quòd vtrunq; deberetur: petã tamen
20.nam pro sorte de illis 20. promissis nomine pęnæ pe
tam 10. in his enim excedit pœna sortẽ: vnde vtrunq;
petam, vt ff.pro socio.l. si quis à socio.& l.quòd si ex sti
pulatu.& ff.de act empt.& vend.l.prædia. Nec obstant
omnes leges quæ dicunt, quòd vtrunq; non potest peti
& sors & pœna, sicut ex altera parte allegatũ est. & ad-
duci possunt.ff.si quis can.l.2.& ff.de eo quod cert.loc.
l.vlt. nam leges illæ locum habent, quando tantum est
in pœna, quantum est in sorte: alioquin si plus in pœ-
na, illud quod excedit, petam vt dictum est. Et hoc etiã
vide in actionibus venientibus ex delicto: quia cum o-
nibus agere non possum in eo quod quantitates cõcur-
runt: at in eo quod excedit, agere possum, vt ff.de act.
& oblig.l.qui seruum.& l.plura.& ff.de priua.delict. l.
nunquàm. In hac quæstione sine præiudicio melioris
sententiæ videtur mihi, quòd iudex debeat tantùm in
10.condẽnare, arg.ff.de arbit.l.si cùm dies.§.1.nam pro-
cedendo in 10. videtur alteri iuri renunciare: vnde ad
illud ius redire non potest: † quia postquàm liti moræ 10
de prædio renunciasti, scilicet expressim vel tacitè, li-
tem semel omissam restaurare nõ potes, vt C.de pact.
l.postquàm. Item aliud mouet & mouere debet sapiẽ-
tem: ab initio Actor petere poterat 20. in ipso libello,
tamen in contestatione litis dedit electionẽ Reo, quòd
solueret 10.aut 20.vnde sicut à principio, si sua fuit ele-
ctio, debet soluere quod vellet, vt ff.de iur.dot. l ple-
runq;.in fi.ita & nunc. Item quid prodesset, si iudex al-
ternatiuè pronũciaret, cùm semper in 20.videatur cõ-
demnare, vt dictum est: nec potuit Actor mutare con-
silium in alterius iniuriam. & non licet pœnitere re-
sponsi, vt dictum est. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Si filiusfamilias in causa criminali patre sciente & non contradicente fuerit conuentus & condemnatus, an valeat sententia.

SVMMARIA.

1 *Sententia iustè lata, confirmari debet.*
2 *Filiusfamilias in delictu sine patre in iudicio stare potest.*
3 *Filiusfamilias in maleficijs sine patre conueniri potest.*
4 *Patris consensus quare filio agẽte in ciuilibus desideretur: in delictu autem non requiratur.*
5 *Filiusfamilias in omnibus causis sicut paterfamilias obligatur.*
6 *Pater sciens filium agere, & non contradicens, consentire videtur & num 9 & 11.*
7 *Iudicium quòd falsus procurator fecit, licèt nullum sit, & domino non præiudicet, si tamen dominus appellet, illud iudicium confirmatur.*
8 *Filius vxorem de adulterio sine patre accusat.*
10 *Pater legitimus filij administrator est.*
12 *Consensus expressus vbi desideratur, scientia non sufficit, sed vt expressus consensus interueniat, necessum est.*

QVAESTIO

QVAESTIO. LII.

RAYNERIVS filiusfamiliâs fuit conuentus ex
causa delicti in iudicio sine patre: patre sciente,
& non contradicente: & fuit condemnatus &
appellauit. quæritur an iudex appellationis teneatur
confirmare vel infirmare sententiam primam Quòd au-
1 tem debeat confirmare probatur. Certum est † quòd
sententia quæ fuit lata contra filium, lata fuit iustè: er-
go confirmanda. Quòd autem sit iustè lata probo. † Cer-
2 tum est, quòd filiusfamiliâs si conuenitur ex causa de-
licti, quòd stare potest in iudicio sine patre: & senten-
tia lata contra eum valet: vt ff. de noxal. l. noxali iudic.
& l. quotiens. Hoc etiam videtur in seruo: qui licèt a-
liàs in ciuilibus non sit persona idonea standi in iudi-
cio: vt C. de iudic. l. seruus. tamen in delictis si conue-
niatur: & si à domino non defendatur, sed solus stetit
in causa, tenet tamen sententia, vt ff. de statu homin. l.
seruus. pater enim debet filio consentire: & dominus
debet seruum in causa noxali defendere: vt ff. de pecu.
l. 3. §. idem scribit: vnde sicut tenet iudicium latum con
tra seruum sine domino, vt dictum est: ita etiam tenet
iudicium factum cum filio sine patre. Prætereà nonne si
filius agit actiõe iniuriarũ ciuili stabit ipse in iudicio
sine patre, cùm illa actio sit ex causa delicti, vt ff. de in-
iur. l. lex Cornelia. §. illud quæritur. & ff. de act. & obli.
l. filiusfami. adeò quòd etiam procuratorem dare pos-
sit. vt ff. de procur. l. filiusfam. vnde econuersò & sano
3 intellectu colligitur, quòd † etiam in maleficijs ipse fi-
lius sine patre possit legitimè conueniri: cùm cõtrario-
rũ eadem sit ratio: vt ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt.
l. 1. & ff. de procur. l. Pompon §. 3. & vbi ratio diuersita-
tis reddi non potest, idem ius statuendũ est, vt ff. de in-
iusto rupt. l. 3. & eadem æquitas diuersas species actio-
nis non excludit: vt ff. de fideiuss. tu. l. fideiussores. in fi.
& C. de consti. pecu. l. vlti. & patere legem quã ipse tu-
leris, dicit Cato. & quòd quisq; iuris in alium statuerit,
ipse eodẽ iure vtator. Non debes tu modo petere cuius
contrarium non esses postulaturus, vt C. de solu. l. pen.
Nam & si sententia esset pro te lata, nunquam diceres
eam non valere, quòd pater tuus nõ interfuit: ergo nec
modò contrarium postulabis. s. dicendo sententiam nõ
valere propter absentiam patris. Nec obstat quod alle
gari posset. s. quòd cõsensus patris debeat interuenire
filio, scilicèt agente. vt C de bo. quæ lib. l. vlt. Respond.
verùm est in ciuilibus: in delictis autẽ secus. Et vide ra
tionẽ. Nam certum est, quòd iure cauetur, quòd priui-
legiũ meretur amittere, qui cõcessa sibi abutitur pote-
state: & frustrà legẽ in sui auxiliũ inuocat, qui contra
eã committit, vt ff. de mino. l. auxilium. in fi. Vide enim
si tutor à pupillo conuenitur in solidum. quòd poterit
petere, quòd sibi actiones cedat cõtra alios cõtutores.
vt C. de administ. tut. l. 2. in fi. verum si conueniator ra-
tione delicti communis vel proprij: nunquam poterit
petere, quòd actiones sibi cedantur: vt ff. de admin. tut.
l. si plures. & ff. de tut. & rationib. dis. l. 1. §. nunc tracte-
mus. interest enim reipublicæ quod maleficia punian-
tur: vt ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. & ff. de solut. l.
Stichum aut Pamphilum. §. 1. & ff. de fideiussori. l. fi. §. si
à reo. vnde cùm in delicto sit lata sententia, quomodò
petis eam rescindi ideò quia sine voluntate patris lata
est: non enim debet per minorem quæstionem fieri præ
iudicium maiori, vt ff. de iudic. l. per minorẽ. & ff. de in
4 integ. rest. l. scio. † Est autem ratio quare in ciuilibus si
filius agat, desideretur consensus patris, vt opponi pos
set: quia in illis posset esse administratio: at causa deli
cti non est in administratione, nec in peculio. ff. de pe-
cu. l. licèt. §. ex furtiua. & argu. ff. de acquir. poss. l. quod
seruus. sicut enim manumissio non est in administratio
ne patroni: vt ff. de manomis. l. seruus furiosi: ita nec de
lictum vel eius causa continetur in administratiõe pa-
tris, quæ defertur per legem de bonis filij: sicut dictum
est. tàm enim ex contractibus quàm ex delictis agitur
contra filium: vt ff. de iudici. l. tàm ex contractibus. I-
tem † filiusfamiliâs ex omnibus causis obligatur tan-
5 quàm paterfamiliâs: vt ff. de action. & obligat. l. filius.
Item filiusfamiliâs etiam ex causa delicti obligatur: vt
ff. de iudic. l. filius & Institut. de obligati. quæ ex quasi
delict. nasc. vnde sententia lata contra filiumfamiliâs
tenet sicut contra patremfamiliâs. & esto sine præiudi-
cio, quòd consensus patris exigeretur: tamen hic in- 6
teruenit: † ex quo enim pater scit filium agere, & non
contradixit, videtur consentire: vt alias ex quo pater
scit filium eligi in decurionem consentire videtur: vt
ff. ad municipa. l. quotiens. Item creditor si credat pe-
cuniam filiofamiliâs patre sciente & non contradicen-
te: videtur pater consentire: vnde cessat Macedonia-
num, l. si tamen sciente. nam cum ibi propter scienti-
am patris cesset Macedonianum, & valeat mutuum: er-
go hic valet iudicium factum cum scientia patris sine
contradictione. & de hoc multa possent allegari vbi
scientia inducit consensum: vt ff. de re iudic. l. sæpè.
Præterea deducere ad inconueniens. Nam aut iudici-
um appellationis agit filius sine patre, aut cum patre.
si sine patre filium repello: quia qua ratione in fili di-
cis iudicium nullum: quia pater tuus non consensit:
eadem ratione, & istud iudicium appellationis debet
dici nullum: quia pater tuus non consensit. si autem pa-
ter tuus consentiat: ergo illud iudicium quod retrò a-
ctum fuit valet: licèt ab initio non valuisset. Nam si fi-
lius vocetur ad publicum munus sine voluntate pa-
tris, non præiudicat nominatio patri quòd teneatur:
verum si appellet causa amodò patris efficitur, & de
iure tenetur: vt legitur in 10. libr. C. de filijsfamil. &
quemadmod. patres pro his teneantur. l. 2. Et iudicium
† quòd fecit falsus procurator, nullum est, nec præiu- 7
dicat domino: vt C. de iudici. l. licèt. tamen si dominus
appellat, confirmatur illud iudicium. vt ff. rem ratam
haberi. l. Paulus respondet. & ff. de iudici. l. licèt. Item
in causa delicti filius sine patre consistit. † nam vxo- 8
rem de adulterio sine patre accusat. vt ff. ad leg. Iuli. de
adulter. l. filius. cùm ergo in accusando possit consiste-
re sine patre: ergo si ex delicto conueniatur, debet sine
patre conueniri: cum contrariorum eadem sit ratio, vt
superiùs dictum est. Et esto quòd pater debuit consen-
tire, l tamen hic consensit, ex quo sciuit & non contra- 9
dixit: vnde sufficit. Nam filius debet adoptari patre
consentiente, qui consentire videtur, ex quo scit & nõ
contradixit: vt ff. de adopti. l. in adoptionibus. Item fi-
lius debet accipere pecuniam, & cum consensu patris, 10
ad hoc vt Macedonianum cesset: & si pater scit & non
contradicit vel consentit posteà sufficit: vt C. ad Mace-
doni. l. vltim. Item seruus exercitor debet contrahere
consentiente domino, qui satis videtur consentire,
cùm scit & non contradicit: vt ff. de exercitoria. l. 1. §.
magistrum. & ad idem. ff. de tributoria. l. 1. §. scientiam.
& ad idem. ff. de iudica. l. sæpè. Præterea quòd debeat
confirmari, iura generalia possent adduci. Ecce potiùs
debemus facere, quòd res valeat quàm pereat. vt ff. de
rebus dub. l. quotiens. & de verbor. obligatio. l. quoti-
ens. Item res quæ fauorabilis est semper debet valere:
vt ff. de regul. iur. l. in ambiguis. & ff. de inofficio. testa-
ment. l. si pars. & ff. de re iudica. l. inter pares. Sententia
enim res fauorabilis est; nam semper præsumitur iu-
sta, nisi probetur iniusta: vnde qui appellat, debet pro-
bare se iustè appellasse. vt C. de appellat. l. hi qui ad ci-
uilia. cùm præsumatur iudex vir bonus: vt ff. de verbo.
obligat. l. continuus §. 1. Item rebus iudicatis standum
est, etiam si perperàm iudicatum sit: vt ff. de bon. libe. l.
si patronus. §. si quis & ad idem. ff. de legat. 1. l. si seruus
plurium. §. 1. & ff. ad Trebellian. l. seruo. §. cùm præ-
tor. & ad leg. Iuliam. de adulter. l. denuntiasse. §. vlti.
Econtrà videtur quòd debeat sententia infirmari à
iudice appellationis, vel pronuntiari ipso iure nul-
la. In primis certum est, quòd † pater est legitimus
administrator filij: vt C. de bon. mat. l. 1. si est legiti-
mus administrator: ergo ipse debuit conueniri, & nõ
filius: cùm ipse debeat sacramentum calumniæ subi-
re: vt C. de iureiur. propter calũ. l. 2. & auth. ibi posit.,
principales. Itẽ hoc videtur aliàs: nã tutor seu curator
debet ipse in iudicio cõueniri, vt dictum est. & dicit ff.
de adm. tu. l. 1. §. 1. itẽ lex dicit, quòd iam in ciuilib⁹, quã

in eriminalibus causa debeant adesse personæ pupilli
& adulti tutores & curatures: ne fortè aliquid dicant
vel taceant, quòd si nun esset dictum vel tacitum, mino
ribus posset prodesse, & à deteriore eos calculo eripe-
re: vt C. de Auth. præstan. l. clarũ. ergo idem in filio: ma
ximè cũ lex similẽ in eo ratiunẽ assignet. nã melius est
iuuenıles cõpescere calores, ne cupiditati deditı tristẽ
sentiant sui patrimonij exitũ. & ideò auctoritas patris
debet interuenire: vt C. de bonis quæ lib. l. cùm non so-
lum. in vlt. col. Item nonne orphanotrophus qui est le-
gitimus administrator, & ipse aget & respondebit &
so causa, vt C. de episc. & cler. l. orphanotrophos. Item
nonne filio agenti & fugienti pater debet consentire:
vt C. de bon. quæ libe. l. vlt. in 1. col. cum ergo hoc sit le-
gis mandatum & omissum: vnde quod factum fuit te-
nere non debet. cùm nihil sit de solennitatibus omittẽ
dum, vt ff. de in integ. rest. l. diuus. si enim valet senten-
tia lata contra filium sine authoritate patris vel cõsen-
su, iam leges quæ dicunt patrem debere consentire fi-
lio, imponerent legem verbis & non rebus quod iura
nolunt: vt C. communia de leg. l. omne verbum. in fin.
Nec moueat aliquem hæc allegatio: quia l. de bonis ma
ternis dicit, quòd pater legitimus sit administrator. &
l. vlt. de bo. quæ lib. dicit, quòd debeat consentire, quæ
leges videntur contrariæ. Respon. prima de bonis ma-
ternis loquitur secũdum iura antiqua, cùm sit Constã-
tini. l. vlt. de bo. quæ libe. loquitur secundum iura mo-
derna, cum sit Iustin. Vel aliter l. de bonis maternis lo-
quitur, quòd pater sit administrator: & ipse erit in cau
sa quando filius nõ est doli capax, vel absens: alioquin
filius conuenitur patre tamen consentiente: vt in l. vlt.
de bo. quæ libe. Præterea hoc est inductum in fauorem
filij, quòd pater debeat sibi consentire: vnde si senten-
tia lata contra ipsum valeret: iam quod fauore eius in-
ductum est, ad eius læsionem retorqueretur: quod iura
nolunt. si. n. esset sententia lata pro filio, valeret: nõ au-
11 tem si contra, vt C. de procur. l. non eo minus. † Itẽ non
obstat quod dicis, quòd pater videatur consentire: id
eò quia scioit. Respond. verũ est in his quæ tacitum cõ
12 sensum desiderant: † at vbi desideratur expressus con-
sensus, non sufficit scientia: nisi expressim aliquis con
sentiat. vt in cõstitutione procuratorum: vt ff. de pro-
cu. l. filiusfa. §. inuitus. Item etiam circa constitutionẽ
seruitutis: vbi quis dicitur inuitus, nisi expressim con-
sentiat: vt ff. de serui. vrba. præd. l. inuitum. Idem in fur
to: vt ff. de furt. l. qui vas. §. vetare. cum ergo hic consen
sus patris sit necessarios. debuit præcedere, non subse-
qui: vt ff. de acqui. hære. l. si quis mihi bona. §. iussum. I-
dem in authoritate tutoris: vt ff. de autho. tut. l. 1. & In-
stit. eod. tit. Præterea si hoc admittis, quòd in ciuilibus
patris consensus desideretur, sicut tu confiteris in alle-
gatiõibus tuis: ergo multo fortius in eriminalibus: quia
vbi maius periculum, maius debet adhiberi consiliũ.
& vbi maior infirmitas, maior exigitur medicina: vt
ff. ad Carbo. l. 1. §. sed & si quis. Item vide in actione in-
iuriarum prætoria quàm non intentat filius sine patre,
vel eius procuratore: vt ff de iureiur. l. sed si voutis. §. fi-
lio. & ff. de procu. l. filius. & ff. de iudic. l. si longiùs. §. 1.
Nec obstat si dicas, in maleficijs nihil acquiritur patri:
ergo stare poterit in iudicio sine patre. Respon. non est
verum. nam in l. illa de bon. quæ lib. cùm non solum. in
prin. nihil acquiritur patri: & tamen debet filius agere
cum consensu patris. In hac quæstione sine præiudicio
melioris sententiæ videtur mihi, quòd iudex appellatio
nis debeat sententiã confirmare, arg. ff. de nox. act. l. no-
xali. & l. quòtiens. & ff. de adult. l. filiusfa. Rofred.

ARGVMENTVM.

Vasallus qui à domino suo habet duo castra sub v-
no feudo, si vnum ex eis alienauit: an debeat toto
feudo priuari.

SVMMARIA.

1 *Feudum in eo quod ius est, indiuiduum est.*
2 *Feudi natura est, quod quilibet feudatarius de vno facto quod est inseparabile seruire teneatur.*
3 *Feudi partem qui alienauit, an priuari debeat, ac si totũ alienasset.*
4 *Verbũ. Residui. totius debiti commemorationẽ admittit.*
5 *Feudum vnum est, licèt plures res sint in feudũ concessæ.*
6 *Pœna delictum excedere non debet.*
7 *Testamentum qui de falso accusat toto legato priuatur.*
8 *Emphyteuta re in emphyteusim data qui alienat non tene tur: modò pensionem domino præstet.*

QVAESTIO. LIII.

IOANNES quidam habebat duo castra in feudum: quo
rum vnum alienauit: quæritur vtrum toto feudo de-
beat priuari: an pro parte. Quòd toto debeat feudo
priuari probatur. Ecce si creditor rem singularem oc-
cupat debitoris, toto debito priuatur. vt ff. quòd met.
cau. l. extat. & ff. ad leg. Iuli de vi priua. l. creditores. I-
tem & creditor qui mulierem sibi obligatã prostituit,
cadit à toto debito, vt C. de postlimi. reuersis. l. fœdis-
simæ. Item vide argu. fortissimum, quòd ratione modi-
ci delicti imponatur maxima pœna nam qui vnum cla
uum de naui surripuit tenetur omnium rerum, quæ e-
rant in naui, vt ff. de incend. rui. nau. l. quo naufragiũ.
§. senatus. Item vide in tutore, qui pro parte se excusat,
à toto legato repellitur, vt ff. de leg. . l. etiam partis. Nã
& si quis donauit partem bonorum cognatæ viuentis,
à tota hæreditate repellitur, vt ff. de dona. l. quidam in
iure. §. vlti. † Item feudum in eo quod ius est, indiuidu- 1
um est: vt argu. ff. de rerum diuisi. l. 1. & Institu. de rebus
corpo. & incorpo. nam omne ius est indiuiduum, præ-
ter seruitutem vsusfruct. vt ff ad l. falcid. l. 1. §. si vsusfru
ctus. cùm ergo sit factum in parte, contra totum fecisse 2
videris. † Hæc est enim natura feudi, quòd quilibet feu
datarius debeat seruire de vno facto quod est insepara-
bile: vnde aut totum habeat aut nihil: vt arg. C. de iure
delibe. l. quidam. Item eiusdem obligationis, & rei fa-
ctũ non debet quis pro parte probare, & pro parte re-
probare: vt ff. de admin. tut. l. cùm quæritur. Nec etiam
patronus auditur, si vellet ex parte reprobare, & ex par
te approbare obligationem. vnde dicitur in solidũ ap-
probare, vel reprobare: vt ff. de operis libe. l. si ita stipo
latio à patrono Item nonne alienatio feudi est prohibi
ta per constitutionem Frederici? certè sic: vnde si alie-
nat dicit Fredericus quod debeat amittere. † at hic alie 3
nasti licèt pro parte: vnde debes puniri, ac si totum a-
lienasses. Nam dicit lex, quod qui partem testamenti a-
peruit videtur totum testamentum aperuisse. & ideò
tenetur ac si totum apperuisset: vt ff. de Sillan. si quis in
grãui §. si quis tabulas. Nam & videor libertinam ser-
uitutem petere, etiam siue petam totum siue partem, vt
ff. de bon. lib. l. in seruitutem. in princ. ex quo enim per
legem res est alienari prohibita, etiam si pars aliene-
tur, fit contra legis prohibitionem. vt C. de rebus alie.
non ali. l. vlti. vnde licet partem alienes, contra totum
videris fecisse. † verbũ enim residui. aliàs totius debiti 4
commemorationẽ admittit. vt C. de hær. instit. l. 2. Præ-
tereà cum lex Frederici pœnã imponat, quòd qui feu-
dum alienat, quòd debeat amittere: & tu alienasti: ergo
debes puniri. nec distinguo quòd dicis: ego alienaui v-
nam rẽ de feudo: imò alienasti totum feudum. † vnum 5
enim est feudũ, licèt plures res sint in feudũ concessæ.
nam & vnũ est iudicium familiæ erciscundæ, licèt plu
res res sint in hereditate. & vna est actio pro socio licet
plures sint res in societate. vt ff. famil. ercis. l. hæred. §.
de plurib. & ff. pro socio. l. cum duob. § si plures. & ff.
de petit. hære. l. item. Item licèt in partem peccasses, de
bes in totum puniri: vt pœna tua sit metus multorũ. vt
C. ad l. Iul. repet. l. 1. Nam qui duos debuit in iudicium
exhibere, licèt vnum exhibeat: nihilominùs commit-
tit insolidùm in pœnam, vt ff. in ius vocati vt eant. l. vl-
ti. Econtrà videtur, quòd nõ debeat priuari nisi in par-
te. † Certum est, quòd pœna non debeat delictum exce- 6
dere. vt C. de pœnis l. sancimus. si enim totum alienas-
set, non puniretur nisi in toto feudo. ergo si alienauerit
partẽ, in parte debet puniri. cum idem iuris sit de toto
quò ad totum, quòd in parte quò ad partem, vt ff. de ad-
mi. tu. l. si duo. in fi. & ff. pro derelicto. l. an pars. & ff. de
rei

rei vend.l.quæ de tota. Quòd autem non teneatur nisi pro parte dicit lex. nam si subtraho vnum modium de aceruo:an tenear furti pro toto aceruo:an pro modio? & non teneor nisi pro modio. Et si aliquid seco de segete, non teneor furti nomine totius segetis, sed tantum illius quod secui. Et si rem aliquam de armario sustuli: non teneor furti omnium rerum quæ sunt in armario: sed tantum illius rei quam sustuli. Et si de naui onerata frumento vnum sextarium tulero: non teneor furti nisi nomine illius sextarij. Et si in naui erat multum de vino, vel de aqua:& aliquid vini subripiatur: nomine illius tantum agitur furti,& nō totius. hæc omnia probātur ff.de furt.l.vulgaris est quæstio §.1.2.& 3. si enim peccaui in parte quare sim puniendus in toto, iura enim dicunt contrarium. Ecce enim qui subtrahit res hæreditarias in rebus punitur: vel quartam non deducit, vt C.de lega.l.non est dubium, secundum quòd vno modo punitur casus ff.ad trebell.l.Paulus respondit. Sed pone quòd res quasdam subtraxit: nunquid punietur in tota falcidia? certe non. sed tantùm in illis rebus quas subtraxit non poterit vti lege falcidia. vt ff.de his quibus vt indig.l.rescriptum. Et qui accommodat tacitam fidem contra iura, punitur, vt ff.de proba.l.cum tacit. & ff.de iure fisci.l.non intelligitur.§.si quis palam, sed tamen si in certis rebus accommodat tacitam fidem cōtra iura in illis solis rebus punitur,& non in totum, vt ff.de vulg.& pupilla.l.ex facto. §. Iulianus Longinus.
1 & ff.de his quibus vt indig.l.hæres qui tacita. Et qui falsum testamentum accusat: punitur toto legato, vt ff.de his quibus vt indig l. Polla. sed tamen si dicat codicillos falsos, non amittit quod relictum est sibi in hęreditate: sed illud tantum quod relictum est in codicillis. vt ff.de his quibus vt indignis. l. hæredi. Item vide hoc aliis circa legata: quia si aliquid relinquitur alicui,& ille cui relinquitur pro parte, liberatur ab onere pro parte: non perit legatum, cùm tam labor quam pecunia diuisionem recipit, vt ff.de annuis legat l.Seio amico. Præterea licèt res ista sit alienari prohibita: tamen ea alienata etiam in totum non teneor qui alienauit. †Nam re data in emphyteusim non tenetur qui alienat dummodo pensionem fisco reddere sit paratus, vt C.de fundis patri.l.1.lib.11. Item ... facti, quod non debeat in totum puniri, sed tantum pro parte: ff. de iur.om.iudi.l. si idem.§.vltim. ... eorum quod ibi ponitur, referatur ad primos iuris consultos. Item si duos seruos deb... à iu iud. ... re sub pœna: si vnum exhibui alium nō: pro parte teneor ad pœnam, vt ff.si quis caut.l.si seruus.§.si plurium seruus. In hac quæstione videtur mihi sine præiudicio sententiæ melioris, quòd ille qui alienauit non teneatur nisi pro parte. ita cauetur vt dicitur in constitutionibus feudorum.quib.mod feud.amitt. Sed videtur de iuris rigore vt toto feudo priuetur:& vsus de feudis obtinet in regno Apuliæ & est ratio. nam partem feudi quam alienat, dominus vendicat: cum sit factum cōtra feudi prohibitionem, aliam etiam partē ab illo feudatario vēdicabit: quia cum ius feud. sit indiuiduum: faciendo contra in partem in totum fecisse videtur. vt arg.ff.de reb.dub. l.si is. §.vtrum. Rofredus.

ARGVMENTVM.

Si ille cui est mandatum de vendendo. vendit habita fide de pretio ei, qui post modum efficitur nō soluendo: an teneatur mandanti: vel liberetur cedendo actionem contra emptorem.

SVMMARIA.

1 *Actionem qui habet vnde obnoxius est, cedendo eam liberatur.*
2 *Debitoris nomen qui vendit cedendo & præstando quod debitor sit, liberatur: etiam si soluendo non sit: cum illum locupletem præstare non teneatur.*
3 *Satisdatum si semel sit, sat est: & liberatur qui satis dedit: licèt fideiussores soluendo non sint.*
4 *Fortunæ casus prauideri non possunt.*
5 *Debitor qui soluendo non est nulla actione tenetur.*
6 *Iura quæ dicunt liberari aliquem actione cedendo: de illa actione quæ exigi possit, intelligenda sunt.*
7 *Cedere qui tenetur si vitiosè cedat: cedere non videtur. & sic cedendo non liberatur.*
8 *Procurator tenetur si in culpa deprahenditur.*
9 *Casus fortuitus excusat.*
10 *Intellectus §.1.l sed an vltrò ff de neg gest.*
11 *Procurator officium susceptum ex necessitate gerit.*
12 *Procurator mandati formam attendere tenetur.*
13 *Procuratoris delictum domino nocere non debet.*

QVAESTIO. LIIII.

SOcrates mandauit Titio vt equum venderet pro 10. qui Titius Sempronio vendidit, qui Sempronius tempore contractus erat soluendo: nunc autem factus est non soluendo. agit Socrates contra Titium, vt ei restituat equum vel soluat pretium, scilicèt 10. Titius dicit, quòd est paratus Socrati cedere actionem ex vendito. quam habet contra Sempronium. quæritur an cedendo actiones liberetur. Et quòd debeat liberari probatur. Ecce enim ille qui vendidit hominem seruo meo, si est paratus cedere actionem contra bonæ fidei emptorem: liberatur. vt ff.si cert pet.l.cum fundus.§. seruum tuum in fi. iure enim cauetur, quod † quicunque tenetur in actionibus, cedendo eas, liberetur. vt ff. de pecu. l.quod debetur. nam in actione depositi seu cō- 1
modati, si agatur: cedendo actiones liberatur. vt ff. de re iudic.l.in depositi. Nec obstat si dicatur, quòd nomē illius debitoris sit non soluendo. nam ex quo cedo tibi nomen, dummodò sit nomen, liberor. † Nam & qui vēdit nomen debitoris etiam cedendo & præstando quod sit debitor, liberatur & si sit non soluendo: nec enim 2
debet præstare illum locupletem, vt ff.de hęre. vel act. vendic.l si nomen sit distractum. Et qui nomen vendit: debet præstare vt sit debitor, non autem vt soluendo, vt ff.de euict.l.si plus § vlt. Nam & bonum nomen facit creditor: qui inopem debitorem delegatum vel soluentem admittit. vt ff.mandati.l.inter causas.§.1.& ff.de fideiusso. l 2. in fin. Præterea lege cauetur, † quòd 3
si sit semel satisdatum, quòd sufficiat: & liberetur hæres. licet fideiussores sint non soluendo, vt ff. in poss.lega.l.si is à quo.§.vlt. Item vide quomodo nullo modo teneat. Certum est, quòd procurator teneatur de dolo, lata, leui,& leuissima culpa, secundum quosdam. vt C. mandati l.à procuratore. vnde videamus an fuerit in culpa: certe non. Nam certum est quod Sempronius tēpore contractus erat soluendo: vnde si sibi vendidi, nō fui in culpa, licet modò sit non soluendo. Nam si tutor mutuauit pecuniam celeberrimo mercatori. non tenetur postea si mercator fiat nōn soluendo. vt ff. de admi. tu.l.si res pupillaris. Quod.n. diues fiat pauper hoc cōtingit ex fortuna. Versus.

Nam & si fortuna volet. fiet de paupere.
Si volet hæc eadem, fiet de diuite pauper.

alibi dicit authoritas.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.
Et subito casu quæ valuere ruunt.
Nam ludit in humanis diuina potentia rebus.
Et certam præsens vix habet hora fidem.

† quos fortunæ casus nullum fortis humanæ potest prę- 4
uidere iudicium. vt ff de admini. te. ad eius l pertinet.l.2. §.si eo tempore. & C de actio pign. l. quæ fortuitis. dinare enim non tenebar, quod hoc potuisset euenire: sicut & alias ff.mand.l.si fideiussor.& ff. ad leg. Aqui.l si putator. maximè cum aduētitii casus nō sint ... vt ff.qui & à qui.manu.lib non fiant.l.Iulian. Præterea si contrariū diceremus: iam officium meū mihi esset dānosum, quod iura nolunt. ff.de furt.l.si seruus communis. in fi.1.col.& ff.ex quib.caus.maior l.videlicèt.& vbi emolumentum nullū sentio, si sentirem damnū hoc esset contra iura. vt C.de fur.l.vlt.§.alia dubitatio. Ecōtra videtur quod nō liberer: si cedo actiones. Certum est.n. quòd ille debitor sit nō soluēdo: ergo nulla acti- 5
one tenetur. nā eius periculo nihil est, q nihil habet. vt ff.de furtis l. itaq. Itē nul.ā mihi cedis actionem: quia nullam

nullam actionem videtur quis habere, quam debitoris
excludit inopia, vt ff. de dolo. l. nam is. Et non refert v-
trum quis actionem non habeat: an talem habeat, quæ
per exceptionem elidatur. vt ff. de dol. e legato ier. §. pe.
6 & ff. de reg. iur. l. nihil. † Quod ergò dicunt iura libera-
ri aliquem cedendo actionem. Respô. si actio sit aliqua
quæ possit exigi. verba enim cum effectu intelligimus,
vt ff. ne quis eum qui in ius vo. vi exi. l. pen. & ff. ad Vel-
leia. l. quamuis. quotiens enim aliquis tenebatur caue
re, & cauit minus idoneè, non videtur cauisse. vt ff. qui
7 satis. cog. l. quotiens. ita † & qui tenetur cedere: si vicio
sè cedit, cessio nulla censetur. nec enim aliquis cedêdo
actiones liberatur, vt ff. de neg. gest. l. nam & Seruius.
§ vlt. & hoc generale. vbicunq; enim culpa deprehen-
ditur, non liberatur quis cedêdo actionem. licèt enim
non fueris in culpa vendendo: fuisti tamen in culpa ab
illa debitore non exigendo. dicit enim lex, quòd tutor
mutuando non peccat: sed posteà non exigendo illud
imputatur tutori. adeò quòd si fiant debitores non sol
uendo tutori adscribatur, vt C. arb. tu. l. 2. & de admin.
tu. l. debitoribus. & ad idem ff. si certum peta. l. pericu-
lum. Nam ecce non imputatur emptori, si reseu inca-
tur, & denunciet venditori verùm si non denuncietur,
est quod ei imputetur, si bonam causam vitio suo perdi
dit. vt ff. de euict. l. Herennius l. si sapienter. ex aduerso
propositum ab eo qui assimilatur Labeoni. qui côfidês
sententia & ingenij qualitate. vt ff. de origi. iur. l. 2. in
vlt. col. Quid proponam ne pars nostra remaneat inde-
fensa. prætor attendat qui sedet in cathedra iudicâtis.
Allegatum fuit in primis, quòd bonam fidem habuit
procurator: vnde contra ius esset, si iste in aliquo tene
8 retur. † tenetur enim procurator si in culpa depreĥêda
tur. vt Insti. mandat. nam illa culpa imputatur, scilicet
quòd alium nuncium elegit. sed illa non est culpa: quia
illum idoneum existimauit. argu. de commodatario. ff.
commodati. argentum. Respon. non excusatur procura
tor propterea quia deceptus fuit in cogitatiôe sua ma-
lus enim est inuentus, & sic tenetur: & quòd malus præ
sumatur, ex facto conuincitur. vt arg. Auth. de resti &
ea quæ par. in 11. mense. §. vnum colla. 4. & de re. nih. l.
non omnes. §. à barbaris. Secundò excusari debet quod
misit: quia ne filius fame periret viaticulo nô recepto.
vt ff. de iudi. l. si longius. §. 1. Respond. debuisti ire. lex
illa loquitur quando aliquis fecerat furtum viaticuli:
& ideò filio actio datur, quòd esset in casu isto, si vellet
filius agere contra furem. Et sic patet tertin sine aufu-
git non teneor, cum bonam fidem habui in electione e-
ius, vt dictum est. Item quia illum procuratorem face-
re potui maximè ad negotia vt ff. man. l. si procurator.
§. 1. Item quia non est imputandum mihi culpæ si talem
elegi, dicit iste, cum bonæ fuerit conuersationis & fa-
mæ: vnde non sum in culpa. sicut nec tutor qui credit
celeberrimo mercatori, vt ff. de admi. tu. l. si res pupil-
laris. Respon. l. i la. & similes ad quæstionem non faci-
unt de facto, vt dictum est: quia non fuit fidus nuncius
secundò electus: quia ibi excusatur tutor ratione offi-
cij: quia tenebatur fœnerari pecuniam: licèt hodie nô
teneatur. vt in Authê. vt hi qui ob tes mi. habent § qui
autem. colla. 6. & ff. de admi. tu. l. tutor secundum digni
9 tatem. §. 1. Allegatur & quartò: quia † casus fortuitus
est in causa: vnde excusatur. vt C. de pig. act. l. quæ for-
tuitis. & quia non potest præuideri humanæ fortis iu-
dicio. vt ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. 2. Respon. verum
est, si solus casus fortuitus immineret, at hic culpa præ
cedit casum: vnde de casu bene est vt meritò teneatur.
vt ff. commodati l. si vt certo. §. sed interdum. Allega-
tur & quintò: quia sufficit negotium cœptum vtiliter,
etsi res aduersum habuit euentum. vt ff. de neg. gest. sed
10 an vltrò §. 1. Respô. illa lex de neg. gest. loquitur: quâ-
do cum voluntate gerit negotium, & valdè sit vtile: id-
11 eò excusatur. † at procurator ex necessitate gerit susce-
ptum officium, vt ff. mandati. l. si mandauero. §. sicuti. at
tu gerebas inutiliter ab ipso principio, cum illi nun
cio dabas pecuniam transmittendam, sicut ex sequenti
bus apparebit. Allegatur & sextò: quia filius causa fuit
pecuniæ transmittendæ: ergo ne indigeret filius, defe
re pecuniam potuit & debuit: vt argu. C. de condit. in-
fer. l. legatum. Respô. verum: filius fuit causa quare pe-
cunia mittebatur, & potuisses in forte deferre: sed tu
eam alij concessisti: vnde teneris vt dictum est. Præte r-
ea videtur tibi interdictum ne portares alibi, eo ipso
quod locus fuit tibi destinatus Bononiæ: vnde teneris
si longius portasti: vt argum. ff. de fur. l. qui iumenta. &
de neg. gest. l. si negotia. Septimò, quia ipse videtur por
tasse, vt ff. de admi. tu. l. ita autem §. gessisse. & quia eo-
dem modo esset peritura. vt ff. ad l. Rodi. de iac. l. qui le
uandæ. Respon. verum est si casus fortuitus contigisset
in via Bononiæ, non autem si alibi: cum enim ipso in cul-
pa fueris, quòd alibi transmittebas: vt dictum est. Item
sicut positum fuit in themate, ipse aufugit, quòd in te 12
non contigisset. Hæc pro me induco in primis: † quia
debuisti mandatum attendere: non enim debuisti con-
cedere alij: & licèt hoc in procuratore sit scriptum: nô
tamen in nuncio eadem ratio obseruatur, procurator
enim concipit stipulationem in persona sua. vt ff. de cô
sti. pen. l. eum qui Ephesi. §. Iulia. nuncius autem in per-
sonam domini obligationem concipit: vnde vicem ge-
rit epistolæ vel picæ. vt ff. de contrahen. empt. l. 1. in fi.
vnde alij dare non potuit pecuniam nisi filio. Et si eum
procuratorem ponas: fines mandati excessit, quòd sibi
excedere non licuit: vt allegatum est, arg. l. ff mandati.
l. diligenter. pecuniæ periculum meum fuit vsque ad
Bononiam: posteà si portasti alibi, te respicit. vt arg. C.
de nau. fœno. l. cum proponas. cum enim tuum inter-
cessit vitium in pecunia deferenda tibi imputa: & pe-
cuniam mihi redde. vt arg. ff. de public. & vec. l. coten.
§. dominus. † delictum enim procuratoris non nocet 13
domino. vt ff. si quis ius dicenti non obtem. l. 1. §. si pro-
curator. vnde non nocet domino si oratorium in domo
domi i construat procurator. vt in Authê. de ecclesia,
tit. §. si quis in sua col. 9. imò procurator punitur. cum
enim elegisti alium, de fide ipsius debuisti quærere di-
ligenter, vt ff. de re. iur. l. qui cum alio. & si audiuisti de
illo bonum aliquando, non debuisti teme ariè crede-
re: imputatur enim alicui, qui statim credulus fuit. vt
ff. de eo per quem factum est. l. 1. & de te queraris, qui
tam malum socium elegi. vt ff. de act. & obl. l. 1. §. is quo
que. Præterea tu mihi teneris in eo quod est am ssa pe-
cunia: & tu agas contra illum. & ego ideò côtra te: quia
illum imprudenter elegisti. vt ff. de neg. gest. l. nam &
Seruius. §. vlti. à nuncio & a procuratore nonne ex gi-
tur culpa leuissima. vt C. mâd. l. à procurator. & quòd
in culpa non fueris. excusari non potes: quia tibi lo-
cus alius ne ires, fuit per omnia interdictus. vt arg. C.
de procura. l. maritus. In secunda proponitur, quod re-
uocari non possit. ideò quia vterque debet consentire
ad reuocandum: sicut consensit ad alienandum. vt arg.
C. de Authen. præstan. l. vltim. & ff. de reg. iur. l. nihil. &
de solu. l. prout. Respondeo, filij consensus non exigi-
tur: cùm donatio quicquid iuris habet totum habeat à
patre. vnde meritò ipsius solius voluntas exigitur cu-
ius est enim concedere, ipsius est reuocare. vt argu. de
iudici. l. iudicium. Item allegat secundò, quòd ad idem
tendit ff. de acqu. poss. l. quemad. Respon. sicut dictum
est: aliud est consentire ad illud quod dictum est, & a-
liud ad illud quod dicitur: sicut aliud est vendere, ali-
ud est vendenti consentire, vt ff. de regu. iur. l. aliud. &
de manumissio. l. 3. Vnde differentia est inter consen-
sum & consensum. consenius enim meritò proindicat:
quia creditor, qui alienabat, salui ius habebat in re: vn
de meritò alienat consensu domini. Idem in manumittê
te. at hic nullum ius habet filius. cum omnia bona filij
pater occupet iure peculij. vt ff. de castrensi peculio. l.
2. & quicquid habeat filius, patri quæratur: vt & ali-
quid alienare non possit, vt C. de bonis quæ liber. l. vlt.
Vel aliter aliud est consentire quia minus: nam si ven-
dam, teneor de euictione: si consentio uô: nisi pretium
recipiam, vt ff. de euictio. l. quidam. Pro me induco,
quòd pater reuocat, cùm ipse donare videtur, vt ff. de
iure dotium. l. profectitia. & arg. ff. de vulg. & pupilla.
substi. l. sed si plures §. si arrogator.

FINIS.

INDEX COPIOSISSIMVS

OMNIVM TVM RERVM TVM VERBORVM NOTABILIVM, QVAE IN ROFFREDO BENEVENTANO, CONTINENTVR.

Prior numerus numer. margin. alter paginam denotat.

A.

Actio

 titur.

Actioni

Adsc 1.

Bonorum

C.

Certitu-

Constitu-

D.

E.

Eligen-

Exce-

F.

Fideiuſ-

I.

L.

Legata-

Libel-

M.

sei ooe

Mo-

N.

O.

Ope-

libes

Posi-

Q.


R.

Ratiha-


Sepultura

Noo 4 Specus

Viæ



F I N I S.



LAVS DEO SEMPER.

Scias candide Lector, Operarum incuria commissum esse, vt in litera B. lineæ aliquot sint positæ, quæ in litera C. debebant esse collocatæ: quare reprehenso errore, in suum locū redegimus, & superflua asterisco notauimus.



DISCITE IVSTICIAM MONITI

